✠
BIBLIOTECA
DEL REAL MONASTERIO
DE HUERTA.
Núm. 273.

R.mi IN CHRIST. PAT. AC DOM. D.

HIERONYMI BAPTISTÆ DE LA NVZA,

ORDINIS PRÆDICATORVM

SS.æ Theologiæ Doctoris eximij, quondam Prouinciæ Aragoniæ Prouincialis, nunc autem Barbastensis Ecclesiæ Episcopi;

Tractatus Euangelici,

CONTINENTES DISCVRSVS, ET CONCEPTVS Literales, Morales, & Allegoricos super diuersis Materijs.

CVM TRIBVS COPIOSISSIMIS INDICIBVS,

1. Locorum sacræ Scripturæ explicatorum.
2. Rerum & Verborum.
3. Super omnia Euangelia totius anni, de Tempore, Festis, & per Quadragesimam.

AD ILLVSTRISSIMVM ET REVERENDISSIMVM D. D. Ferdinandum Mellinum Episcopum Imolensem.

Nunc primùm in Italia in lucem editi.

BIBLIOTECA PROVINCIAL SORIA

VENETIIS, APVD IVNTAS. M. DC. XXX.

Superiorum permissu, & Priuilegijs.

ILLVSTRISSIMO,

AC REVERENDISSIMO D.D.

Ferdinando Mellino Antiſtiti

IMOLENSI DOMINO COLENDISSIMO.

Felicianus Raymundus F. P.

ANIMADVERTENS *naturam, immo ipſum authorem naturæ oculum collocaſſe in ſublimiori corporis parte; eò quia totum corpus moderatur, faciem exhilarat, & exornat, atque omnium membrorum lucerna eſt; & propterea ſupernam, ac Regiam quandam ſedem nactus eſt, vt alijs ſenſibus præſideat. Quemadmodum enim Sol in terrarum Orbe, ſic quoq; oculus in corpore eſt, & quemadmodum ille ſi extinguatur, omnia perturbabit, & eo extincto totum penè corpus inutile reddetur. Epiſcopum oculum, ac ſpeculatorem eſſe nulli dubium eſt: cum ſcriptura dicat, ſpeculatorem dedi te, & ideo omnia proſpicere, nec quicquam negligere oporteat, & ex omni parte oculum eſſe. Prodit in lucem opus Reuerendiſſimi Domini Hieronymi Baptiſtæ de la Nuza ordinis Prædicatorum, & Epiſcopi Barbaſtenſis Eccleſiæ, nunc primum Italica im-*

preſsum editione. Qui ita exactè ſcripturam ſacram pluribus tractatibus ſuper Euangelijs enucleat, vt publicæ diſciplinæ Epiſcopi Domum magiſtram eſſe, atque oculum eminentiſſimum Dominicanæ Religionis ſe oſtenderit, atque exhibuerit. Qua propter cum te illius Religionis fautorem, & benefactorem ſemper verbis, & factis declaraueris, & tuis fauoribus, & beneficijs illam proſequutus fueris, & aſſiduè proſequaris; Iure merito ſuaſione, & hortatu admod. Reu. Patris Fr. Ioannis Baptiſtæ Raimundi à Gauardo Fratris mei amantiſſimi, anteactis annis munus Vicarij Sanctæ Inquiſitionis Imolenſis Diœceſis, modò idem munus in Sereniſs. Ducali Dominio Reipublicæ Venetæ obeuntis, Nomini tuo illud idem opus dicandum, & inſcribendū in animum induxi. Præſertim quia tanquā oculus ſublimis omnes virtutibus addictos intuearis, ac tua benignitate protegas, & obſerues; & innocentia, ac bona conſcientia potius, quam ſexcentis alijs ornamentis exorneris; Diuitiæ, Gloria, voluptates dilabuntur, tranſeunt, diffluunt, ſola innocentia, & boni mores in multas ætates protenduntur, & memoriam nominis æternam tranſmittunt ad poſteros, quibus virtutem, & merita emulanda, quaſi pharmacum aduerſus mala omnia, ac inuidos quoſque, relinquis; eoſque, & laudatores & imitatores tuæ adminiſtrationis efficis. Idque maximè oſtendiſti in muneribus exercendis, in ſubditis tanquam oculus vigilantiſſimus gubernandis. Nec me latet quanta cura, ac ſolertia te geſſeris, quando pluries Generalibus, ac Prouincialibus Patrum Cruciferorum Comitijs interfuiſti in Ciuitate Bononiæ, & eorum diſcordias, & lites, ita compoſuiſti, vt communi conſenſu, te eorum Patrem, Dominum, ac Conciliatorem profeſſi fuerint, & profiteantur. Cæteras virtutum tuarum laudes, ac maiorum tuorum præterito, cum mei muneris, & oneris id non ſit nec locus ſuppetat, & occaſio; ſufficiat dixiſſe te patruum, & tanquam patrem, vt ita dicam, Cardinalem S. R. E. ampliſſimum habere; cuius merita ſummum expetunt faſtigium dignitatum; quod oro, & opto. Suſcipe ergo hoc munus ingrati animi ſignum

gnum præfati admodum Reu. Patris Fratris mei, eiusque gratiarum actionem pro beneficijs tam ab Illustrissimo & Reuerendissimo Cardinali iam memorato, quam à benignitate tua collatis, & meæ primordia seruitutis. Teque oculum lucidissimum, ac Solem splendidissimum, tuo gregi, & eius saluti, Deo iuuante, diù præseruesrogo, acprecor, ne corpus tuæ Ecclesiæ, cui dignissimè Præes; vllo vnquam tempore perturbetur. Et bene Vale.

Venetijs. Sexto Cal. Octobris MDCXXIX.

INDEX

Tractatuum quæ in hoc volumine comprehenduntur.

Tractatus I. in duas partes distinctus de Quadrageſima, & cinere.

Tractatus II. de ieiunio recta ad Deum intentione, & Theſaurizando in cœlo, circa Euangelicam lectionem Matthæi 6. Cum autem ieiunatis, nolite fieri ſicut, *&c.*

Tractatus III. de recto hominis affectu erga proximum & de Eleemoſina.

Tractatus IV. qui eſt primus de dilectione inimicorum, & modo faciendæ iuſtitiæ, ſeptem partibus diſtinctus.

Tractatus V. qui eſt ſecundus de dilectione inimicorum, complectitur ſex partes.

Tractatus VI. ſtudio omiſſus eſt ab Authore, quem in altero Tomo pollicetur.

Tractatus VII. Euangelicus, qui eſt primus de ieiunio & tentationibus Chriſti, circa illam ſacram Euangelicam lectionem Matth. 4. Ductus eſt Ieſus in deſertum, *&c.*

Tractatus VIII. Euangelicus, qui eſt ſecundus de ieiunio & tentationibus Chriſti.

REVERENDISSIMI PATRIS MAGISTRI,

F. LVDOVICI ALIAGA,

ORDINIS PRÆDICATORVM,

CATHOLICAE MAIESTATIS

à ſacris Confeſſionibus (cuius hortatu, opus hoc in lucem prodit) ad Authorem, de ipſo Opere, Epiſtola.

GRatiſſimum à te munus accepi Pater doctiſſimè, librum tuum : ex eius lectione incredibilem cepi voluptatem : ac plene miratus ſum ingenium, pietatem, copiam, eruditionem. Non tibi iam memoria excidat, quoties ego tecum de laboribus tuis in lucem emittendis ſeriò, & inſtanter egerim : ne diutius patereris lucubrationes tuas, tanto ſtudio, & ſudore partas, deliteſcere, quaſi ſoli tibi tuos velles ſeruare theſauros, ac publico commodo, ſi non maligna, certè modeſta occultatione propemodum inuidere. Scis, vt eruditi omnes, & pij, præclaras tuas ſcriptiones flagrantiſſimè concupierint, nec vllus vnquam dubitarit, futuras Chriſtianæ Reipublicæ magno, & decori, & ornamento, nec minori vtilitati. Impleuiſti iam, Deo benignè aſpirante, cunctorum vota, ſuperaſti maximam etiam, quam de te omnes iuſtiſſimè opinionem conceperunt, eximio iſto conſcripto opere ; in quo tot ſacrarum Scripturarum ſublimes, & diuinos ſenſus, tot ſanctorum Patrum benè dicta, ad morum informationem, adeo aptè, concinnè, lucidè diſpoſuiſti, vt viſus ipſe fueris ingentes cœleſtium, ac Beatarum opum aceruos, vnde omnium ingenia, ac mentes feliciter locupletari poſſint, abundè congeſſiſſe. Macte igitur animo, & quod tam egregijs cœptis exorſus es, illuſtrioribus ſucceſſibus ad optatum finem perducito (ſic opto, & voueo) vnde Eccleſiæ Dei obſequium inſignè ; Prædicatorum Ordini ingens honos, tibi clarum nomen, cunctis certiſſima vtilitas in omnem poſteritatem manet. Vale. Madritij 3. Decembris. 1611.

Fr. LVDOVICVS ALIAGA.

R. ADMODVM P. NOSTRI PROVINCIALIS FACVLTAS, IMO PRAECEPTVM

De Opere isto edendo.

IN Dei filio sibi dilecto R. A. P. Magistro, Fratri Hieronymo Baptistæ de la Nuza, Frater Raphael Riphoz sacræ Theologiæ professor, ac Prouinciæ Aragoniæ, Ordinis Prædicatorum humilis Prior Prouincialis, & seruus, salutem, & communicandæ sapientiæ spiritum salutarem. Vt quæ longo ac continuo studiorum cursu, circa sacram Scripturam, & sanctos Patres obseruaueras, possent eiusdem, sacræ Scripturæ studiosis prodesse, in duobus nostræ Prouinciæ Prouincialibus Capitulis tibi in virtute Spiritus sancti & sanctæ obedientiæ, sub formali præcepto iniunctum fuit, vt ea in ordinem tibi placitum redigeres, typisque mandares. Intelligens propterea ex grauium Patrum eiusdem Prouinciæ censura, Tractatus Euāgelicos hisce diebus à te digestos dignos, qui ad omnium oculos perueniant, non tàm imprimendi facultatem cōcedo, quàm præsentium tenore, in virtute eiusdem Spiritus sancti, & sanctæ obedientiæ, formali, nouo, aut potius iterato, repetitoque mandato tibi præcipio, vt quam primum poteris, eosdem typis mandes, certus obuijs, ac festiuis manibus ab vniuersis literatis excipiendos, quos diu ab eisdem desideratos, expectatos & expetitos, sola potuit obedientiæ virtus parturire, aut verius violenter à te extorquere. In nomine Patris & Filij, & spiritus sancti Amen. In quorum fidem præsentibus subscripsi. Dat. in nostro Prædicatorum Valentino Cœnobio, die quinta Aprilis, sacra B. Vincentio Ferrario, olim eiusdem Cœnobij filio, nunc Patri, ac singulari Patrono & ornamento, 1611.

Fr. RAPHAEL RIPHOZ, *Prior Prouincialis.*

REVE-

REVERENDISSIMI DOMINI, DOCTORISQVE SAPIENTISSIMI,

IOANNIS BRITII MARTINETZ,

DE LA O, DE OPERE, EX ORDINARII Commissione, & Censura.

EGregium hoc opus, Tractatum Euangelicorum, in duos tomos diuisum, à Reuerendo admodum Patre Magistro, Fratre Hieronymo Baptista de la Nuza elaboratum, ex præscripto per illustris Domini Doctoris Francisci Lamata, Sanctæ Ecclesiæ Cæsaraugustanæ Decani, eiusdemque Sede vacante, Vicarij Generalis, vidi, perlegi, & attentè pro vt decet, consideraui; ac tandem expendi, præter doctrinam quam habet Catholicæ Ecclesiæ Romanæ consentaneam, solidam, veram, & Apostolicum spiritum, vbique redolentem, miram sanctorum Patrum eruditionem in singulis quæ se offerunt discutienda. Quapropter, me iudice, opus hoc, dignum plane tanto viro, non solum ad communem omnium vtilitatem, imprimi, & publicè ferri censeo, sed magna cum laude, & verbi Dei concionatorum gratulatione suscipi, & exosculari. Typis igitur mandetur, ne tam precioso thesauro Ecclesia Dei careat, in quo, sapientissimus his Auctor, summo delectu, profert noua, & vetera, quibus facile quisque sapiētiam omnium antiquorum exquiret, in Prophetis vacabit, enarrationem virorum nominatorum conseruabit, in versutias parabolarum introibit, occulta prouerbiorum exquiret, & in abscondita Sanctorum conuersabitur; Quo fiet, vt sacræ paginæ studiosi, clarissimi verbi Dei præcones euadent, prout spero. In cuius rei fidem, & testimonium nomen meum apponendum decreui. Cæsaraugustæ, pridie Kalend s Februarij. 1611.

Doctor IOANNES BRITIVS MARTINETZ,
Abbas de la O.

EGo Doctor Franciscus Lamata Decanus, & Vicarius Generalis supra nominatus, ex relatione facta per Ioannem Britium Martinetz Doctorem Thelogum, Abbatem de la O, cui commissi supradictum opus admodum Reuerendi P. F. Hieronymi Baptistæ de la Nuza, concedo facultatem illud imprimendi ad communem Ecclesiæ vtilitatem.

D. FANCISCVS LAMATA, Decanus, & Vicarius Generalis prædictus.

D.D.

D. D. MARTINO
BATISTÆ DE LA NVZA,

Totius Regni Aragonum integerrimo Præfecto, quem Iustitiam eiusdem vocant, Catholicæ Maiestatis Consiliario sapientissimo, Fratri suo modis omnibus colendissimo, amantissimoque: F. Hieronymus Baptista de la Nuza, Ordinis Prædicatorum, & Sacræ Theologiæ professor.

AE. F. E. S.Q. P. D.

Prou. 18. 19.

INter innumera quibus me cumulasti beneficia, non tam fratrem, quam patrem te mihi exhibens, integerrime Præses, illud sum expertus, quod Spiritus sanctus dixit: Frater qui adiuuatur à fratre, tanquam ciuitas firma. Fateor ingenuè, me incredibili suspensione, summaque animi hæsitatione nutasse, ac in anciti valdè fuisse constitutum, quando Prælati, quibus Dei loco mihi præsidentibus, debitam professus sum obedientiam, iteratis præceptis, & mandatis, me compellere, vt animum ad scribendum appellerem, sunt aggressi. Nihil enim mihi grauius, nihil à mea mente longius, aut voluntatis meæ studio magis contrarium vllatenus poterant imponere: eo præsertim tempore, quo post longos, quos legendo, & regendo feceram progressus, potius mihi ab omni opere cessandum, quam nouum aliquod aggrediendum, censebam. Sic tamen nutantem, & hærentem, tuis exhortationibus, consilijs, promissionibus iuuasti, & ita te totius mei operis exhibuisti patronum, vt me quasi firmam stabilieris ciuitatem, & vere tibi, quod B. Iob dixit quidam eius amicus, dicere possim: Iob. 4. 4. Manus lassas roborasti, vacillantem confirmauerunt sermones tui, & genua trementia confortasti. Et quid mirum, me illius firmatum consilio, quem Philippus Secundus (qui prudentis nomen, sibi inter Reges omnium suffragio, iure vendicauit) in suum consiliarium adsciuit, quem peculiariter elegit, cuius consilio comitia generalia Turiasonensia congregarentur, sicque agerentur, vt non solum totius Regni paci, & vtilitati esset consultum, sed, & vt innatam, inuiolatam, ac securam quam perpetuò in Aragonensibus deprehenderat, tuncque experiebatur fidelitatem, omnibus Regnis, cunctisque seculis faceret manifestam, exteros quosdam compressurus, qui quoniam Aragonensium gloriæ, quam ex perpetua interruptaque ab initio fidelitate

delitate ſibi vendicarant, falſis rumoribus detrahere nitebantur. Tamque plenè tunc Rex prudentiſſimus, ſuæ quam de te conceperat expectationi, ſatisfactum iudicauit, quod ſtatim in ſupremum totius Coronæ Aragoniæ Conſilium, quod iuxta Reges ipſos reſidet, cooptarit: tantoque magis velle, iuxta ſeipſum tuam retinere perſonam, apertis verbis ſæpe expoſuit, quantò magis tuam expertus fuit ſapientiam, prudentiam, integritatem. PHILIPPVS itidem Tertius illius filius, Rex ſine dubio diuinis muneribus o natiſſimus (viuat, viuat diu felix) patris ſui veſtigia ſecutus, te pro meritis honorare volens, ſupremum totius Regni Aragonum Magiſtratum, & Præfecturam, quam pro ſumma gloria Aragonenſes retinent, tibi demandandam decreuit: quam tam ſapienter regis, tam prudenter adminiſtras, tam iuſtè exequeris, tam ſanctè gubernas, vt omnium oculos, & voluntates ad te traxeris, cunctos tibi reddideris addictiſſimos, cuius eminentem ſapientiam prædicant, morum integritatem laudant, irreprehenſibilem vitam commendant, ſingulariter autem, iudicium incorruptum, diſertiſſima decreta, conſilia prudentiſſima, vniuerſi profitentur: dignum plane, qui ſi emmatibus tuis paternis, tuæ ingenuitatis teſtibus, maternos leones, alaſque adiunxeris Nuzarum, non ſolum propter matrem D. Catharinam de la Nuza, filiam Ferrarij de la Nuza, qui germanus fuit frater famigeratiſſimi illius Ioannis de la Nuza, huius Regni Proregis, Comendatarijque maioris Calatrauæ, quem hiſtorici noſtri valdè commendant: ſed præcipuè, quod inuicta animi, quaſi leonis fortitudine præſtas, qua perpetuò Iudicis officium agens, iniquitatem diſyrumpere valuiſti, non accipiens perſonam pauperis, nec honorans vultum Potentis: & tam ingenti intellectus acumine, mentis perſpicacitate, & altitudine conſilij excellis & celebriter volas, volas, vt Rhetoricam, Dialecticam, Philoſophiam, Theologiam, vtramque Iuriſprudentiam percurrens, conſummatam harum omnium facultatum aßecutus fueris peritiam, vt mirentur primarij Rhetoricæ facultatis profeßores, Dialectici, & Philoſophi laudent, Theologi venerentur, vtriuſque Iuris Doctores palmam ferant, omnes à te obnixè poſtulantes, vt aliquid tuorum ſtudiorum, ſaltem quas in iure elaboratas habes præclaras reſolutiones, emittas in lucem. Quid ergo mirum, quod me (cui hæc omnia tanto ſunt magis explorata, quanto cominus illa conſpicio) tuum firmauerit decretum; erexerit exhortatio, ſoueritque aſſertio, qua te totius operis exhibuiſti patronum? Vti ſine dubio illo Flacci Tetraſtico poſſum:* Quis Pharthum paueat? Quis gelidum Scythen? Quis Germania, quos horrida parturit? Bellum curet Iberiæ quis feræ? Te fautore Mœcenas, tuta omnia. *Opus igitur meum, aut verius tuum, ad te confugit, ad tuæ protectionis vmbram ſe recipit, vt ſub nominis tui claritate ſecurus poſſit in lucem prodire, cui nullatenus aliquis, quantumcunque mordax, & inuidus audeat iniuriam aliquam irrogare, quod ſub tui nominicis incedit ſplendore.* Vale.

Hieronymus Blancas in ſuis Commentarijs.

PROLO-

PROLOGVS,

QVO AVCTOR SVI INSTITVTI RATIONEM REDDIT.

¶ 1. *Quid scribere compulit Autorem.*

RES cunctis sapientibus perpetuo fuit plena timoris, aliquid in publicum dare: id namque vt S. Hieronymus a sæpe repetit, est manum in ardentissimam flammam mittere, & b confodiētium linguis se prodere, atque cunctorum maledicorum tela aduersum se detorquere. Statueram proinde ab ipso studiorum meorum exordio, B. Pamphili martyris sapientissimi (cuius vitam Eusebius Cæsariensis Episcopus c tribus fere voluminibus explicauit) sequi vestigia, de quo B. Hieronymus d refert, nunquam adduci potuisse, vt aliquid proprij operis scriberet, sed se totum tradidisse, veterum Scriptorum tractatibus legendis, quos studiosissimè percurrebat, & in illorum meditatione iugiter versabatur. Idcirco tam solicita cura aliorum scripta inquisiuit, vt famigeratissimam Cæsariensem Bibliothecam collegerit, & confecerit, sicut idem B. Hieronymus enarrat. Hoc ipsum tanto ego proposueram firmius, quam B. ille Martyr, quanto minor est ingenij mei facultas, & maior nunc Tractatuum, non solum Scriptorum veterum, sed, & recentiorum, copia, & abundantia: sæuiorque ac pronior licentia, & appetitus condēnandi omnia, vt nihil nunc magis facere videatur, qui in lucē opera sua dat, quā detractoribus mēsam parare, qui omnia, quæ apponuntur, caninis dētibus lacerent, & corrodant; nō solum quæ displicent, sed, & quæ magnopere placent, & ad sui vsum vtilia obseruant: similes felibus, qui tanto acrius cōtra aliquē gruniunt, quanto gratiorē offam sibi exhibitam apprehendunt. Et certè (vt idem dixit Hieronymus f) nihil tam facile, quam otiosum, & dormientem, de aliorum labore, & vigilijs disputare. Quam pluribus annis in Valentino Prædicatorum cœnobio, toto terrarum orbe celeberrimo, Sanctorum feracissimo, & totius religionis, ac bonarum ditissimo emporio, Theologiæ scholasticæ discipulis tradendæ vacaui. Multis itidem annis posita sacris Scripturis publicè interpretandis, fui addictus; omnibus autem illis, sacris concionibus ad populum, fui implicatus, totamque vitam in huiusmodi studijs insumpsi. Frequentissimè à multis excitatus fui, vt in publicum aliquod opus darem. In ætate quidem iuuenili me excusaui, celebri illa B. Hieronymi exhortatione, qua in Rustico monacho, quem instituebat, omnes sacrarum Religionum professores instruxit, dicens; Ne ad scribendum citò prosilias, & leui ducaris insania. Multo tempore disce, quod doceas. Ne credas laudatoribus tuis, imo irrisoribus aurem ne libenter accommodes, qui cum te adulationibus fouerint, &c. Nunc autē senectuti propinquus, quando iam me videbam, à regiminis onere liberū, & conscensu cathedræ feriatū, multo magis à sacribēdi studio erā remotus, ne ego ipse ppriā deturbarē quietē; in meq; posset iactari illud, qđ sapientissimus

Con-

a Epist. 10. ad Fur. & lib. 2. cont. Rufi. post. med.

b Epi 2. ad Nepotia. ad fin.

c Refert B. Hier. epi. 126. ad Marcellā.

d Lib. 1 & 3. Apolog. cont. Ruf. & epist. 65 ad Pammach. & Ocean. ad finem.

e De scrip. Eccle. de S. Mat. agens.

f in Regul. Monach. & alibi sæpe.

Epist. 4. ad Rustic. monach.

Concionator, cum mundi deteſtandas vanitates deſcribendas aſſumpſit, illam ſingulariter, iuxta Beati Gregorij Nyſſæ farienſis intelligentiam, ſubnotat ſtultam, qua qui vitam quietam agere poteſt, grandi proprioque labore, ſuæ propriæ quieti præſtat impedimentum. In cap. 7. Eccleſiaſt. Solummodo, *inquit*, hoc inueni, quod fecit Deus hominem rectum, & ipſe ſe infinitis miſcuerit quæſtionibus. Eccl. 7. 30. *Verè ſiquidem nullus eſt, qui pluribus ſe immiſceat quæſtionibus, quam qui animum ad ſcribendum applicat: qui, vt Beatus dixit Hieronymus, tot ſibi iudices contra ſe aſſumit, quot Lectores. Quidam namque contra illum querimonias excitant, quod prolixus ſit, alij, quod breuis; hic, quod nihil noui aſſerat, ſed actum agat, ille, quod à communi agendi modo recedat. Iſte notat ſtylum, ille loquendi modum. Multi auerſantur, quæ de humanis ſcientijs inſeruntur; quam plurimi, inſulſam ſcripturam, quæ illis non fuerit referta, clamant: totque contra ſe quæſtionibus materiam quiuis ſcriptor ſubminiſtrat, quot verba ſcribit, & exhibet. Me autem in propoſita ſententia perſiſtente, cœperunt ab illa deturbare huius Prouinciæ Arragoniæ Patres qui in Comitijs Prouincialibus Valentiæ congregatis, mihi (etſi corpore abſenti) præceperunt, vt quæ ex Sanctorum Patrum aſſidua lectione annotaram, diſponerem, & in publicum dare. Et quamuis rationes interpoſuerim, quibus me ſufficienter excuſatum ne id facerem, credebam; in ſequentibus Prouincialibus Comitijs, iterum me tam arcto, ſtrictoque præcepto, ac ſanctæ obedientiæ vinculo ad idipſum obſtrinxerunt, vt nullus reluctandi iam locus pateret, ſi religioſus, meæque profeſſionis memor, haberi vellem; idque tanto efficacius, quanto Reueren. admodum Pater Magiſter, Frater Raphael Riphoz, Prior Prouincialis, qui eiſdem Comitijs præfuit, nouo præcepto hoc ipſum mihi iniunxit: quem ſine dubio ſumma pro ſuis meritis, ſingularibuſque erga me beneficijs, proſequor obſeruantia, ideoque id ille effecit (vt B. Hieronymi, de Auito amico ſuo, ad ſcribendum impellente, verbis vtar) vt plus iam conſiderarem, quid ille cuperet, quam quod me facere conueniret; & magis timendum cenſui damnum, quod à propriæ voluntatis ſtudio, quã ab obtrectatorum linguis mihi prouenire poterat; præſertim cum intolerabilem iudicẽ illius ſuperbiam, qui nihil in ſcriptis ſuis reprehenſione dignum contendit; ſuſpicaturque omnes lectores futuros laudatores operis ſui. Nullus ſiquidem eſt ſcriptor, omnibus tam plenè ſatisfaciens (ſacris dumtaxat exceptis) qui omnẽ penitus poſſit cenſuram ſubterfugere, vt B. Hieronymus indicauit, qui quam plures ex probatioribus authoribus referens, quidquid in vnoquoque reprehẽſione dignum audiebat, exprimit.* Epiſt. ad Præſidiũ. Epiſt. 4. ad Saluinam. Tertullianus, *inquit*, creber eſt in ſententijs, ſed difficilis in loquendo B. Cyprianus inſtar fontis puriſſimi dulcis incedit, & placidus: & cũ totus ſit in exhortatione virtutum, occupatus perſecutionũ anguſtijs, de Scripturis diuinis nõ diſſeruit. Inclyto Victorinus martyrio coronatus quod intelligit, eloqui nõ poteſt. Lactãtius, quaſi quidã fluuius eloquẽtiæ Tullianæ, vtinam tam noſtra cõfirmare potuiſſet, quã facilè alienę deſtruxit. Arnobius inæqualis, & nimis eſt, & abſq; operis ſui partitione confuſus. S. Hilarius Gallica cothurno attollitur: & cum Græciæ floribus adornetur, longis interdum periodis inuoluitur, & à lectione

ctione simpliciorum fratrum procul est, &c. *Non igitur nobis ita est timenda censorum ferula, vt à scribendo penitus animum abducat, quam nullus subterfugit, quam etiam tales, quales diximus, scriptores subierunt; nec enim nos meliora dare possumus, nec limatiora edere: & vt quidam dixit: detractorum morsus veritatis studioso sunt contemnendi, quia si illorum habenda esset cura, nullus vnquam quantumcunque doctus, aliquid scribere auderet: neque satio, propter passerum timorem esse omittenda.*

§. 2. Quid inducit scribere.

Compulsus igitur aliquid in publicum dare, decreui: quæ ex varijs studijs annotata habebam, disponere, & tale euulgare opus, in quo quæ ad Theologiam scholasticam, & Expositiuam, & ad morum pertinent correctionem, simul complecti possem: quod propterea Tractatuum Euangelicorum nomine inscripsi, vt vel ex ipsa sola inscriptione Lector quiuis meam comprehenderet mentem. Vt namque B. Augustinus indicauit, primum quod in cuiusuis operis exordio Lector attendere tenetur, est inscriptio, quam opus in superliminari pagina offert, quæ talis esse debet, vt sit quoddam illius breue integrumque argumentum. Hinc Origenes, vt Sanctus Hieronymus obseruat, attentè curauit, opera quæ vulgabat, proprijs congruisque titulis inscribere. Quædam vocauit Scholia, alia Homilias, alia Tomos, quorum omnium propriam significationem Hieronymus tradit, prosequiturque Sanctus Isidorus. Et quidem, quamuis Scholiastes Cypriani, vir sanè doctus, censeat, Tractatum ab antiquis vocatum, concionem, aut sermonem ad populum, id tamen Sanctus Isidorus refellit, grandem constituens differentiam, inter sermonem, & Tractatum: quia Sermo, breue est colloquium, Tractatus autem, vnius rei multiplex expositio, ita vocatus ex eo, quod sensum trahat ad multa. Vnde Tractatus, est opus, in quo multa pertractantur, congerunturque ad rem, de qua sermo instituitur, exponēdam. Ideoque quando veteres Patres, de re aliqua ita disputabant, vt quidquid illam pertinebat, tradere constituerent, Tractatum edere profitebantur. Hinc Origenes, qui longum in Beatum Iob, sermonem trahere voluit, Tractatus vocauit, quos in illum edidit. Similiter, & B. Cyprianus, opus quod de exhortatione martyrij scripsit ad Fortunatum, Tractatum vocauit. Beatus itidem Augustinus, qui sermones, aut conciones scribens, breuis est, quando voluit Ioannis Euangelium, Epistolasque plenius explicare, per Tractatus opus digessit: & huiusmodi Tractatus veterum Patrum, docuit Hieronymus post Scriptura sacras legendos. Ex quibus responsio patet ad illos qui opus nostrum prolixum, immensumque iudicabunt: & intolerabile dicent, circa vnicam breuem: Euangelicam lectionem, tam longas ducere moras, tam varios prosequi discursus. Nullatenus fuit mihi animus, conciones, aut sermones scribere: quod sine dubio non difficile mihi fuisset, qui plusquam per triginta annos concionandi, aut onus numquam intermisi, non in angulis antris, sed in Metropolitanis huius coronæ ciuitatibus. Tractatus edere volui, circa quasdam Euangelicas lectiones, in quibus cuncta quæ circa vnamquamque se illarum mihi obtulerunt, complecti volui. Certè nullatenus illorum reprehendimus laborem, nec prolixitatem arguimus, qui integros grandesque libros de vna aliqua solummodo peculiari materia, in lu-

Epist. 9 ad Hierony.

Præfat. in hō. Orig. in Ezech.

Lib. 6. Etymol. c. 7. Pamel. in li. Cypria. de opere & elee. mo. nu. 25.

Lib. de exhor mar. non long. à princip. Epi 4. 10. ad Furiam

lucem proferunt, quos ex ipſa inſcribunt, ſupponentes, hoc ipſo, quod ita agere conſtituunt, quicquid ad illam pertinere intelligunt, trahituros. Quin potius illorum laudamus ſtudia, qui tales libros vulgarunt, vt de Patientia, de Tribulatione, de Præcepto dilectionis, de Amore Dei, de Peccatis, de Matrimonio, & huiuſmodi in omnibus facultatibus innumeræ. Quoniam igitur Tractatus ſcribere ſum aggreſſus, breuis eſſe non potui: quoniam vero non quoſcunque, ſed Euangelicos, quantumcumque ſermoni vela pandantur, breuis potius ero iudicandus. Docuit Beatus Petrus Chryſologus, ſingula quæque Scripturæ ſacræ verba, quantumcumque minutula, tot tantiſque myſterijs eſſe referta, quod ſi ſingula ſingulis libris mandarentur, nec ſic myſteria cuncta, quæ in ipſis ſunt, audientibus perlucerent. Beatus Chryſoſtomus, minimos etiã Scripturæ ſacræ apices, longioribus diſcurſibus expendendos ſæpè decet, quod eorum minimus, aurifodina ſit locupletiſſima, quam nullus intellectus creatus poterit plenè exhaurire, quantumcumque myſterijs extrahendis inſudet. Eſt enim verbum Dei, ab ipſius intellectu procedens, à quo quandam ſecum trahit immenſitatem, vt incomprehenſibile reddatur omni humanæ, imo, & angelicæ menti. In eo quod ſcribitur a canem comitaſſe Tobiam, myſterium grande expreſſum conſiderat Sanctus Ambroſius b, & in eo quod depingitur c cauda applaudens, mirum Sacramẽtum obſeruauit Beda c. Apoſtoli verba, quæ cuiuis Medico viderentur familiaria, dicentis ad Timotheum: adhuc aquam bibere, ſed modico vino vtere propter ſtomachum, & frequentes infirmitates tuas, materiam copioſam exhibuerunt Beato Chryſoſtomo, ad longum peneque diuinum, ac integrum opus conficiendum. In illis verbis, quæ ſimpliciſſima videntur, in hiſtoria Dauidis, quod lapides, quos ille aſſumpſit, limpidiſſimi erant, & de torrente educti, grande Sacramentum conſpiciunt Sancti Patres, Hieronymus a, & Auguſtinus b. Quanta ergo maiora myſteria, credendum eſt, verba Euangelica continere, quæ inter ſacras Scripturas tenent primas: verba ſanè quæ ab ipſiuſmet diuini Verbi ore proceſſerunt, in quo nouiſſimè nobis loquutus fuit Deus, qui multifarie multiſque modis olim locutus fuerat in Prophetis? Quamuis autem prolixa cuiuſq; Tractatus videatur Scriptura, curamus apertis diſtinctionibus quemuis diſcurſum diſponere, ſuiſque titulis vnumquemque prænotare, ne in id incidamus, quod Arnobio vitio datum fuit à B. Hieronymo, nimium videlicet fuiſſe illius opus, & abſque vlla partitione confuſum: vt non tam nimietas, quam confuſio Lectorem offenderet.

Serm. 64.

Hom. 10. 14 15. 18. in Geneſ.

a Tob. 6. 1.
b Lib. 6. hexam. c. 4.
c Tob. 11. 9.
a Lib. qq. in Tobiã.
1. Ad Tim. 5. 23.
Hom. 1. ad Popul. Antioch.
1. Reg. 17. 40.
a Epiſt. 89. ad Auguſt.
b Ser. 20. ex diuerſ.
Ad Heb. 1. Epi. 13. ad Paulinum.

Quoniam autem iuxta Sanctorum Patrum decreta nullo modo melius quædam Scripturæ ſacræ explicantur, quam ex alijs ſacris Scripturis (Literiones enim, & non literatos; perditos, non peritos, vocandos cenſet Beatus Auguſtinus a, qui vnum locum carpunt, nec cum alijs conferunt: & confuſionem ſibi potius quam eruditionem ſibi ipſis eruere) demonſtrat S. Gregorius quædam diuinæ Scripturæ loca ex alijs eiuſdem explicanda cõtendimus, quorũ ſingula verba minutatim aſſumimus expendenda. Et quamuis vulgatam tranſlationẽ (ſicut fieri neceſſe eſt cuiuis catholico) tanquã correctiorem magis legitimam, & incorruptam Scripturam ſequamur, aliquando ad fontes Græcos,

¶ 3. *Scripturã exponit ex Scripturis, & curat recurrat ad fontes Hebræos, & Græcos.*

a Lib. 1. cont. Aduerſarium legis. c. 20.

& Hebræos recurrimus, nõ vt Vulgatum reiiciamus, quam omnibus præferre debemus, sed vt illa fiat ex collatione ad Hebræum, & Græcum, magis manifesta. Nota siquidem est Iesu filij Sirach sacra sententia: Deficiunt verba Hebræa, quando fuerint translata in alteram linguam. *Expende verbum illud,* Deficiunt: *quantumcunque enim aliquãdo multiplicentur verba latina, ad vnius verbi Hebræi significationem plenè exprimendam: deficere videntur, nec totam vim, quam verbum habet in Hebræo idiomate exhauriunt. Eadem itaque verba non eandem habent vim, & energiam, cum ex propria lingua in externam transferuntur. Habet, vt Hieronymus* a, *& Augustinus* b *obseruarunt, quæque lingua, sua propria idiomata, quæ in exteram translata, nullatenus retinent illam sensus plenitudinem, leporem, ornatum, & energiam, quam sortiuntur in propria. Hoc inter omnes linguas multis rationibus sibi vendicat Hebræa, cuius non tantum voces, sed, & characteres, & pronunciatio, & apices minimi, peculiarem habet significandi vim, quam non potest alterius cuiusuis linguæ simplex verbum plenè exprimere. Vnde compulsi fuerunt multi Authores, varios edere Tractatus, explicantes illius sanctæ linguæ idiotismos, circa quod argumentum B. Hieronymus quasi primus illum edidit Tractatum, de Nominibus Hebraicis, quem sequutus Augustinus, excellentes libros Locutionum scribendos assumpsit, viam faciens ijs, qui postea longos, & excellentes de Scripturæ sacræ Phrasibus libros conscripserunt. Vnde vtilissimum iudicauit idem Augustinus, aliquando ad pleniorem alicuius sententiæ, vel verbi, aut nomini, capiendam vim, ad primos recurrere fontes, iuxta quorum proprietatem fuerunt edita. Qua de causa Concilium Vienense statuit, in celebrioribus orbis vniuersitatibus, Parisiensi, Bononiensi, & Salmantina, parandos triũ linguarũ Doctores, qui illarum peritiam studiosa institutione in alios transfundant: de qua re eloquenter, & docte disputat noster Magister Cano, illos quidem reprobans, qui absolutè necessarios asserunt, huiusmodi recursu ad fontes Hebræos, & Græcos; illos verò sequẽs, & laudãs, qui vtiles iudicant. Ad huiusmodi itaq; fontes, aut ad alias iuxta illos translationes recurrimus aliquando, non quod Hebræam linguam plenè calleã, sed, quod prima ipsius didicerim rudimenta, quæ sufficiunt, ad inquirendã cuiusquæ vocis propietatẽ, illorum Authorum munitus præsidio, qui ex professè de hac re scripserũt, vt noster Xãtes Pagninus in suo Thesauro, & Marinus Brixianus in sua Arca. Sẽper namq; mihi placuit, cuiusdã viri doctissimi ratio, qua suadebat, nõ esse necessarium viro Theologo, se torquere, ad Hebrææ linguę proprietatem plenissimè capessendam; nam, aut Hebrææ voces, quarũ inquirimus significationem, exploratam illã apud Hebræos habent, aut secus. Si explorata fuerit significatio, quoduis Hebræum Lexicon plenè illam tradit, & explicat. Si autem dubia extiterit, nec ipsimet Hebræi certò possunt aliquid diffinire, quorum lingua, & scriptura, longè ab illis primis, quibus Scriptores sacri fuerunt vsi, sunt diuersa. Vnde SS. Patres recurrẽtes ad fontes Hebræos, id tantũ ex illis assumũt, quod apud illos, qui Hebræa pertractãt, est in confesso, & exploratũ. Sic S. Ambrosius exponẽs illud Psalmi,* Fiat, fiat, In Hebræo, *inquit,* habetur, Amen, Amen, vt asserunt, qui librum legerunt, Hebraicis lite-

a Lib. 4 Moral. in exortat. in Prolog. Ecclesiast.
b L. quæst. in Genes. In Ps. 105.
Li. de nomin. Hebraicis.
Lib. locu. Lib. 2. de doctrin. Christ. c. 12. & 13.
Clem. 1. de Magistris.
Lib. 2. de Theolog. c. 13. & 15.
In Psal. 40
Epi. 119. ad Ianuar. c. 1

literis scriptum. *Sic, & B. Augustinus, tradere volens significationem huius nominis, Pascha, docens, significare, non passionem, sed transitum, Sicut, inquit,* perhibent, qui hoc sciunt. *Sæpè similiter ad alias translationes recurrunt, quibus plenius verba Hebræa vel Græca significari videntur, sicut idem sæpè fecit Augustinus, & frequenter in libris Locutionum Scripturæ sacræ, & aliquando B. Gregorius, & frequentissimè Beatus Hieronymus. Annota insuper sæpius Scripturam sacram, iuxta illius legitimum, ac literalem sensum à me indici, & explicari: quo supposito, aliquando ad allegoriam deflecto. Ita enim se res habet, inquit B. Augustinus* a, *vt aliquid per allegoricam significationem intimatum, plus moueat, plus delectet, plus honoretur, quam si verbis proprijs diceretur apertissimè. Hinc fit, vt vna eademque historia, eademque penitus res, ad diuersa trahatur, nunc que in bonum, nunc in malum inducatur. Id siquidem familiare esse debere sacrarum literarum interpreti, docuit eleganter Gregorius, & ex professo demonstrat Augustinus, in sermone de Monomachia Goliæ, & Dauid: idque explicat literarum exemplo. Quemadmodum namque, inquit, literæ in tot millibus verborum atque sermonum, ipsæ eædem repetuntur, non augentur: verba infinita sunt, finitæ tamen literæ: verba numerare nemo potest, literas quius potest, vnde multitudo verborum est: ita, determinatæ quidem sunt res, historiæ, verba, imo, & literæ Scripturæ sacræ, sed varia, ac diuersa, quæ ex ipsis componere licet, nulloque determinato numero comprehensa. Hinc intelliges, non incongruum, vnam eandemque historiam, aut sententiam Scripturæ sacræ, sæpius inculcare, cum ad res varias, atque distinctas exponendas inducitur.*

Epist. 78. & 80. ad Hesich. Li. 23. Moral. c. 26. & Prolog. in Iob. in fine.

a Epist. 1. 19. ad Ianuar. c. 12. Li. 5. Mor. cap. 16. Serm. 20. ex diuers. c. 6

Illud deinde summopere curandum censui, nihil ex proprio capite, sed ex Sanctorum Patrum mente, doctrina, & verbis, cuncta disponere, imitatus Beatum Hieronymum a, *qui postquam quasi inuitus, & compulsus precibus Paulæ, & Eustochij, opus quoddam circa vetus, & nouum testamentum vulgare decreuit:* Quod propter vericundiam *inquit*, negans, propter assiduitatem tamen, & crebras postulationes præstiti, vt docerem, quod dixeram; non à me ipso, ideſt à præsumptione, pessimo præceptore, sed ab illustribus Ecclesiæ viris. *Sunt illi cum quibus, iuxta Sapientis* b *institutionem, ad Scripturas sacras simul sumus ingressuri; sunt baculi, quibus innixi, profunda fluuiorum scrutanda sunt, ne submergamur. Egregia est B. Gregorij Nyssæni* c *exhortatio, qui postquam S. Basilij Magni doctrinam, scriptaque in Hexameron, illustrissimis encomijs fuit prosecutus; admonet, vt nos similes agricolis exhibere studeamus, q infructiferas, silueſtresq; arbores, aut oleastros reddunt frugiferas, inferendo illis ramusculū, vel exiguā saltem corticis particulā alicuius oliuæ, vel proceræ arboris, cuius fructus suauis, salubrisque fuerit exploratus. Illius enim vel sola vna particula, vel minimus ramusculus sufficit totā arborem, cui inseritur, reddere frugiferam, & totum oleastrum in oliuā vberē, & pinguē reparare. Sunt equidē S. Patres, & Ecclesiæ Doctores, arbores excelsæ, & similes Dauidi, tanq̄ oliuæ fructiferæ in domo Domini, fructibus legitimæ intelligētiæ referti, quorū suauitas, ipsi Ecclesiæ est explorata.*

§. 4. *Scripturæ ex Sanctorum. Patrum doctrina exponendam demonstrat.*

a Epist. 27. de Epitaphio Paulæ.

b Eccl. 29. 2.

c In Hexamero. in princip.

Psal. 51. 10.

Ex illis igitur perpetuò aliquid diſcerpamus, quod noſtræ inſeramus doctrinæ, & eidem tanquam fundamentum ſupponamus, vt fructum congruæ fideliſque proferamus intelligentiæ. Sunt ipſorum decreta, tanquam fermentum, cuius vel exigua portio iugiter eſt noſtræ conſperſioni infundenda, ſi ſalubrem
2. ad Tim. 4.2. *panem doctrinæ ſanæ volumus exhibere. Incidimus tamen nunc, in peccatorum noſtrorum pœnam, in tempora illa periculoſa, ab Apoſtolo prædicta, in quibus experimur homines, ſeipſos amantes, ſuaque proinde plus iuſto æſtimantes, & extollentes, tam ſuperbos, vt audeant liberè, mentem ſuam, Sanctorum Patrum ſenſui æquiparare, imo, & audacter ſuum iudicium, illorum iudicio præferre, & temerè ſemetipſos conſtituere iudices doctrinæ, & mentis ipſorum, quibus commune eſt, ſicut extollere quaſcumque Patrum ſententias, imo, & verba, quando illa credunt ſuis dogmatibus quadrare, ita eorundem etiam aperta decreta, grandi ſupercilio deſpicere, & reijcere, tanquam cuiuſque vulgaris hominis aſſerta, quando ſuis opinionibus, aut ſenten-*
Eſt Epiſt. 7.9. inter epiſt. Auguſtini. *tijs vident contraria. Obſeruauit Heſychius Epiſcopus, B. Auguſtino familiaris, ad eundem Auguſtinum ſcribens, B. Hieronymi modeſtiam, & excellentem ſententiam. Expoſiturus namque Danielis de Hebddomadibus difficilem prophetiam, poſtquam aliquorum veterum Patrum retulit ſententias, ſe humiliter continuit, ne ſuam proferret, dicens:* Periculoſum eſſe, de Magiſtrorum Eccleſiaſticorum iudicare ſententijs, & alterum alteri præferre. *Ex quibus verbis Heſychius infert, quam ſit illorum audax temeritas,*
Refert D. Tho. 1. p. q.61. art.3. *qui liberè faciunt, quod Hieronymus, quia periculoſum iudicauit, facere auſus non fuit. Mirum eſt, quantum antiquitas tota detulerit B. Gregorio Nazianzeno, cuius vt dixit Beatus Hieronymus, tanta fuit in Chriſtiana doctrina authoritas, vt nullus vnquam eius dictis calumniam aliquam inferre præſumpſerit. Eundem honorem B. Athanaſij documentis, & ſcriptis delatum, idem Hieronymus teſtatur hæc referens Diuus Thomas, ſuam ſingularem modeſtiam retinens, ſe continet, ne condemnare auderet, tanquam erroneum, aſſerere Angelos creatos fuiſſe, ante mundum corporeum:* Præcipuè, *inquit,*
L. 1. Apol. cont. Ruf. Epi. 72. ad Hugonē. propter ſententiam Gregorij Nazianzeni, &c. *Admonuit S. Hieronymus, Ambroſium, Hilarium, & Victorinum martyrem, tanquam Eccleſiæ columnas conſpiciendos. Vnde forſan S. Bernardus, illam hauſit propoſitionem, qua aſſerebat, ſe tunc ſecurè, & ſine metu diſcurrere, quando Ambroſium vel Auguſtinum, habebat doctrinæ, & mentis ſuæ ducem, ac comitem. Ita quidē Sancti Patres, qui humiles erant, & demiſsè de ſe ipſis, excellenter verò de alijs ſentiebant. Nunc autem cum ſuperbiæ inflato ſpiritu multi tument, non*
Leu. 19. 32 *maiori reuerentia huiuſmodi Sanctos Patres proſequuntur, quam vnumquemque vulgarem, communem, ac infimæ notæ authorem. Antiquitas ſine du-*
Matth. 5 8 *bio, vel hoc ſolo nomine, grandem ſibi vendicat reuerentiam, & coram cano capite conſurgendum, præcipit Spiritus ſanctus. Si huic addita fuerit, cordis munditia, quæ mentem diſponit ad videndum Deum, & vera grandiſque ſanctitas, per quā habet homo Spiritum ſanctum ſecum inhabitantē, qui Spiri-*
Eccl. 37. 18. *tus eſt ſapientiæ, ſcientiæ, & conſilij, certum erit, quod idem Spiritus ſanctus dixit;* Anima viri Sancti, enuncia aliquando vera, quā ſeptem circumſpectores

ctores ſedentes in excelſo ad ſpeculandum. *Quanta igitur erga Sãctos Patres noſtra debet eſſe obſeruaatia, quos vetuſtiſſima antiquitate, ſimul, & ſanctitate illuſtriſſima cumulatos fatemur. Irrideo ergo, & execror quorundam rationem, qui ſuam ſuperbiam humilitatis pallio veſtiunt, ſe quidem pueros confitentes, Sanctos autem Patres ſimiles Gigantibus profitentes: ſi tamen inquiunt, puer humeros Gigantis conſcendat, longius poterit, quã gigas viſum extendere, eiuſdem gigantis humeris innixus. Eſſet quidem ratio alicuius conſiderationis, ſi aliquis, ex eo quod veterum Patrum ſcripta perlegit, iam ſuper illorum humeros, mentem ſcilicet, & intellectum, manere euectos. Numquid diſcipulus, qui Magiſtri audit, & percipit doctrinam, dici iam ex eo poterit, eleuatus ſupra illius mentem, & caput? Num Magiſter, omnia quæ ſciuit, ita tradidit, vt nihil magis de ipſis ſciat, quã diſcipulus, qui ea audiuit? Repetere ſæpè ſolitus ſum, celebrem B. Auguſtini ſententiã, qui vera plenus humilitate, docuit nos, quid ſentire, dicere, & profiteri debeamus, cũ aliquid in Sanctorũ Patrum lectione offendimus, quod nobis minus aptum cõgruumuè videtur. Exponere volut ille celebrem parabolam de Decem virginibus, à Chriſto Domino propoſitam, quam difficillimam ſupponit; additque ſe quandam eius expoſitionem vidiſſe, quæ minus ſibi videbatur conueniens:* De qua tamen, *inquit*, expoſitione, temerè nihil audeo iudicare, ne fortè non eius inconuenientia mihi anguſtias fecerit, ſed mea tarditas in ea conuenientiam non inuenerit. *O ſententiam, tali viro dignam, in quo neſcias, quid magis mireris, ſupremumne ingenij acumen ad deprehendendam in ijs, quæ legebat inconuenientiam, an humillimam, ideoque excelſam ſanctitatem, ad ſuam ad intelligendum in inconuenientia, quam offendebat, tarditatem. Quam propterea meritò ſanè Angelicus Doctor, Sanctus Thomas peculiariter Magiſtrum, quem ſequeretur, elegit, qui ſicut illius doctriuæ fuit ſingularis ſectator, ita, & modeſtiæ, ac humilitatis imitator excellentiſſimus. Multo igitur honeſtius, & laudabilius cũ B. Auguſtino rigidi iſti, liberique, aut potius temerarij Sanctorum Patrum cenſores, ingenij ſui tarditatẽ, & tenuitatem, quam alicuius Sancti Doctoris accuſarẽt dictum: aut certè prudentius cum Euripide, de ſcriptis Heraclyti, authoris plane obſcuri agente, dicerent:* Quæ intellexi præclara ſunt: opinor autem, & quæ non intellexi. *Nihil igitur magis curaui, quam Sanctis Patribus debitum impendere honorem, & reuerentiam, in quorum lectione, ſi aliquid inuenio, quod diſſonum videatur, aut piè interpretor, aut liberè meam profiteor ignorantiã, & verè nunquã meum iudicium reputaui ſecurum, circa aliquẽ Scripturæ locum, quouſque ab illorũ aliquo inuenio expreſſum, aut certè indicat. Quod autem ab vnoquoque hauſi, apertè, ac libenter eidem acceptum fero, tum propter authoritatem, & grauitatem doctrinæ, quæ tanto maior erit, ſi ex alicuius Doctoris Sancti officina, quã ex mea, exhibeatur deprompta, quantum illi ſunt me ipſo ſuperiores: tum vt in me ipſo illud exhibeam, quod magnopere B. Hieronymus, laudauit in Nepotiano,* Cuius ſermo, *inquit*, erat de Scripturis aliquid proponere, libenter audire, reſpõdere verecundè recta ſuſcipere, praua nõ acriter cõfutare, diſputantem cõtra ſe, magis docere, quã vincere, & ingenuo pudore, qui ornabat

Lib. 83. Quæſt. q. 59.

Apud Laer.

Epiſt. 3. ad Heliodorum.

ætatem, quid cuius esset, simpliciter confiteri: atque in hunc modum eruditionis gloriam declinando, eruditissimus habebatur. Illud aiebat, Tertulliani, illud Cypriani: hoc Lactantij, illud Hilarij est: sic Minutius Felix, ita Victorinus, in hunc modum est locutus Arnobius. Me quoque quia pro sodalitate auunculi diligebat, interdū proferebat in medium, &c. *Quamuis autem ita se res habeat, quia minor SS. Patribus, quā sacris canonicisque authoribus, deferendus est honor, sic vtriusque satisfaciendum iudicaui, quod de Scripturis Sacris, singula quæque minutatim verba, expendenda, & explicanda aßumam; de Sanctorum autem Patrum Doctorumque doctrina, sensus, conceptus discursus, mentemque, & quæ illi longioribus Tractatibus, & libris eloquentissimè, ac latissimè prosequuntur, sub breuissimis verbis referre procuro. Vnde, qui sæpè ipsa Scripturæ sacra verba inculco, Sanctorum, & veterum Patrum non tam ipsa verba, quam sententias induco. Quamuis talia sint sæpè numero ipsorum dicta, tam concinnata verba, tam apta ad id, quod intendimus explicandum, vt etiam aliquando peculiares illorum sententiæ inducantur, & expendantur; sicut aliquando D. ipse Augustinus facere consueuit, qui longum Tractatum de videndo Deo ad Paulinam scripsit, cuius totum argumentum fuerunt quædam Beati Ambrosij verba, quem ita ille colebat, vt sæpè ipsius minima verba, minutatim expendenda censeret.*

Epist. 112. ad Paulin.

§ 5. *Prophanos Auctores quomodo inducat & quomodo sint inducendi.*

De Authoribus prophanis aliquid ita inserui, vt nec nimius existam, nec omninò remaneam ieiunus, sicque omnibus sit satisfactum. Quæstio est namque satis communis an Scripturæ sacræ interpretes, & diuini verbi præcones, inducere debeant prophanos, seculares que Sapientes, ac scriptores, illorum doctrinas, dogmata, historias. Sanctus Clemens Alexandrinus a postquam omnes Gentilium libros diligentissimè percurrerat, quos ferè omnes summa dexteritate, & breuitate in illis celeberrimis de Stromatibus libris inculcat, ostendit, infideles omnes amantes esse, illorumque semitas iniquas, & eorum quæstiones, esse eas, quas Apostolus b constituit inanes, & futiles vitādas. inducens etiam ad huius confirmationem ipsius Aeschyli Gentilis Poetæ-- Ne in ijs labores temerè, quæ nihil iuuant. B. itidē Anastasius c, Episcopus Nicænus, nō solum censet inutile tales inducere, & eorum doctrinis vti, sed esse penitus detestandum, & fugiendum. In cuius probationem illud expendit, quod in Apostolicis (constitutionibus ab ipsismet Apostolis fuit constitutum, dicentibus d: Ab Ethnicis libris omnibus, te abstine: quid enim rei tibi est cum libris alienis, aut legibus, aut Pseudo--prophetis, qui etiam leuiores auertunt à fide? Quid enim tibi deest in lege Dei, vt ad illas gentium fabulas te conferas? Nam siue velis persequi historias, libros habes Regum: siue Sophisticum, aut sceticum: habes Prophetas, Iob, & Prouerbiorum scriptorem, in quibus maiorem inuenies subtilitatem, solertiam, & acumen, quam cuiusuis Poesis, & Sophisticæ, quoniam Domini qui solus est Sapiens, sunt effata: siue desideres cantica, habes Psalmos: siue antiquitatem, habes Genesim: siue legitima præcepta, habes glorioſam Domini legem. Ab omnibus

a Li. 5. Str. non longe à principio.

b 2. ad Tim. 2. 23.

c Lib. qq. in Scripturam quæst. 79.

d Li. 1. cō stitut. Apostol. c. 7.

ergo

ergo alienis, & diabolicis, fortiter abſtine. *Ita Sanctorum Apoſtolorum conſtitutio, cuius omnia verba ſingulari ſunt expenſione digna: ſingulariter autem ratio illa, quam multi viri ſapientes obſeruant, nihil penitus reperiri in Gentilium libris, ſiue ad hiſtoriam, ſiue ad doctrinam, ſiue ad Poeſim, ſiue ad ſymbola, ſiue ad prouerbia, aut ſapienter dicta, cui non reperiatur aliquid ſimile in Scriptura ſacra geſtum, dictum, & ſcriptum, verius, ſubtilius, elegãtius, vtilius, & modis omnibus tãto excellentius, quanto verbũ Dei excellit verbũ cuiuſuis hominis, quantumcumque Sapiẽtis. Si in hiſtorijs Gentilium quæris ſtrenuorũ Ducum fortitudinẽ, pugnandi dexteritatẽ, animi robur, inſidias miro acumine extructas, exercitus multitudinẽ; inuenies elegãtius in Scriptura ſacra, enarrãte de Moyſe, Ioſue, Iepte, Sãpſon, & alijs populi Dei Ducibus. Si regẽdi conſiliũ prudens, & optimi Regis, ac principis partes: Scripturæ ſacræ excellẽtius perhibent, enarrãtes de Dauid, Salomone, Ezechia, Regeſque tibi exhibẽt, ſapientes, & inſipientes, Sãctos, & perfidos, & totius generis exempla. Quodnã Socratis, Diogenis, Senecæ, aut alicuius alterius Philoſophi excellens eſt prouerbium, quod non in libris Prouerbiorum, cæteriſque ſapientialibus non habeatur, acutius, ſapientius, lepidiuſque? Quid in Platone diuinum, de amore ſapientiæ, cõtemptu rerum ſeculi, & alijs huiuſmodi, quod non in Prophetis Sanctis infinite exhibeatur diuinius? His adde rationem magna expẽſione dignam, quod videlicet ſi exactè omnia expendas, nihil penitus inuenies in Gentilium libris, ſapienter dictum, lepidè compoſitum, acutè animaduerſum, ſiue ad prouerbia pertineat, ſiue ad doctrinã, ſiue ad ſymbola, vel hieroglyphica; quod Gentiles authores, ſapienteſque ſeculi ſuffurati non fuerint ex Scripturis ſacris, quas quia ſciebant ab Hebræorum populo in orbe tunc inclyto, tanquã diuinas habitas, diligenti ſtudio inquirebant, & attentè perlegebant. Qui namque tanto ſapientiæ ſtudio flagrabant, vel minimas cuiuſque Sapientis ſchedulas diligentiſſimè perquirerent, quomodo talem Scripturam, quam celeberrimi populi Sapientiam vocari agnoſcebant, non curarent, & inquirerent? Quod, & illa Ptolomæi Regis Aegypti cura manifeſtat, quam adhibuit; vt ſacri libri in linguam Græcam transferrentur, accitis Septuaginta famigeratiſſimis interpretibus. Certum itidem fuit, quod B. Hieronymus demonſtrat, maiores famoſioreſque Philoſophos, totum fere orbem peragraſſe, inquirentes omnes illos viros, quos ſapientia pollentes audiebant, vt cum ipſis ſapientiæ dogmata conferrẽt: id quod de Pythagora, Platone, Apollonio, ſingulariter Hieronymus, & eloquenter proſequitur. Exploratum eſt autem, non potuiſſe illos latere, in Dei populo multos extitiſſe ſapientes, & ſacerdotes circa res diuinas diuinitus illuſtratos, quos ſine dubio conſuluerunt, à quibus potuerunt diuinas Scripturas accipere. Et verè tanquam rem certiſſimam ſupponit idem Hieronymus a multos Philoſophos acceſſiſſe ad audiendum Salomonis ſapientiam, eo tempore, quo Scriptura ſacra narrat b omnem terram ad ipſum confluxiſſe. Ex ipſius ergo doctrina, cæterorumque ſapientium populi Dei, libriſque ſacris; quibus vtebantur, quicquid illi bene dixerunt, ſuerunt ſuffurati. Huiuſmodi furta deprehenderunt, & manifeſtè prodide-*

Ep. 103 ad Paulinum.
a Ep. 84. ad Magnum.
b 3 Reg. 10 24.

diderunt, & indicarunt Sancti illi Patres, qui in Gentilium libris supra modum versatissimi extiterunt, Iustinus martyr a, *Clemens Alexandrinus* b, *qui ex professo, demonstrandum assumit, Græcos extitisse fures barbaræ Philosophiæ, i.e. Scripturæ sacræ (sic enim illi eam vocabant) vt optimè illius Scholiastes prosequitur, Gregorius Nazianzenus, Chrysostomus, Hieronymus* c, *Eusebius* d, *Augustinus* e, *Theodoretus* f, *Beda* g, *excellenter autem Tertullianus* h, *agens aduersus Gentiles:* Quis, *inquit,* Poetarum, quis Sophistarum, qui non omninò de Prophetarum fonte potauerit? Inde igitur Philosophi sitim ingenij sui rigauerunt. *Quod, & illis omnibus antiquior Philo* i *disertissimè asseruit, contra Gentiles agens, quorum impudentiam efficaciter arguit; quod cum omnia, quæ ab illis bene, & sapienter dicta sunt, ex sacris Scripturis fuerint suffurati, mysteria eiusdem Scripturæ, quæ non intelligunt, irrident. In primis namque Moysen omnibus illis priorem fuisse, compertum est. Primus siquidem, qui apud Ægyptios sapientiæ, & doctrinæ author memoratur, fuit Mercurius Trismegistus, quem Moyses multis seculis præcessit, vt ostendunt Eusebius* K, *& Augustinus* l, *ex eo, quod Moyses floruit tempore Atlantis Astrologi, fratris Promethæi, qui Atlas, auus fuit maioris Mercurij, cuius Mercurius Trismegistus fuit nepos. Cadmo itidem, qui primas literas Græcas inuenisse memoratur, longè fuit antiquior, vt Scholiastes Augustini* m *optimè prosequitur. Illos insuper, quos primos omninò inter Gentiles Poetas audimus, quos Diuinos ipsi vocant, vt B. Isidorus* n *indicat, quod de rebus diuinis agere visi fuerint, Linum, Orpheum, & Musæum, per quadringentos superauit. Homerum, quem Parentem antiquitatis, Solem omnium doctrinarum, & fontem ingeniorum, nuncupabant plusquam per quingentos, Septem etiam illos Sapientes Græciæ, plusquam per mille: & per multos plures, Anaxagoram, Democritum, Hippocratem, Platonem. Aristotelem, de quibus nostris temporis authores* o, *doctos ediderunt Tractatus. Vnde Eupolemus, & Artapanus aliique prophani scriptores, vel ipsa clara veritate conuicti, primum literarum omnium inuentorem, Moysen faciunt, quas Iudæis tradidit, à quibus vicini Phœnices acceperunt, à Phœnicibus Græci per Cadmum. Imo, & Ægyptijs quoque, primas Moysen dedisse literas, idem Artapanus credidit, Scholiastesque Augustini* p *bene explicat, & probat. Vnde multi meritò reijciunt sententiam Philonis, quam infra inducemus, asserentis, Pharaonem multos Sapientes, non solum ex Ægypto, cuius erat Rex, sed ex Græcia, aduocasse, qui Moysen instruerent in omni sapientia. Certum est enim ante septem sapientes, nullam apud Græcos Philosophiam extitisse, aut ex nomine solo cognitam, quos tamen certum est floruisse, circa tempora captiuitatis Babylonicæ, quæ multis seculis non solũ post Moysen, sed post maiorem partem sacrorum authorũ inciderunt. Ex ijs constat, maiorem Prophetarum partem, omnẽ Græcorum sapientiam antecessisse. Hæc enim incepit à septem sapiẽtibus, quorum princeps, vt Augustinus dixit, fuit Thales, qui primus in Græcia philosophari cœpit. Illi, v. Sapientes post eos omnes Prophetas fuerunt, qui præcesserunt captiuitatem Babylonicam. Imo, &*

certum

a Orat. ad Gentiles.
b Lib. 2. Stroma. in pri. & lib. 5.
c Gentian. Heruetus.
d Orat. 1. cõtra Iuli.
e Hom. de ascensu Eliæ.
f In cap. 5. Amos.
g Lib. 11. & 12. de præpar. Euang.
h Lib. 8. de ciu. Dei c. 11.
i Lib. de Græcor. affect.
k Lib. de 30. quæst. q. 18.
l in Apol. aduersus gent. c. 47.
m Lib. de vita Mosis in princ.
n Lib. 9. de præp. Euang. cap. vlt.
o 18. de ciuit. c. 8.
p In lib. 18. de ciuit. c. 39.
Li. 8. Etymol. c. 7
Perer. Prologo in Genes. & in c. 2. Exod. di sput. 3. & Prolog. in

certum est, vltimos, & extremos Prophetas, Aggæum, Zachariam, & Malachiam, priores extitisse, illo supremi nominis Philosopho, Socrate, quem totius Philosophiæ moralis parentem, Gentiles faciunt, ex quo veluti ex primo fonte, omnes nobilium philosophorum familiæ prodierunt, vt idem Augustinus prosequitur. Vnde liquido colligitur, primos Gentilium Sapientes, & scriptores posteriores fuisse, omnibus ferè scriptoribus sacris. Hinc ex professo S. Basilius demonstrandum assumpsit, illud celeberrimum axioma cunctorum Sapientum Gentilium ore decantatum; Nosce te ipsum, *ex sacra Moysi Scriptura fuisse extractum. Similiter S. Ambrosius, longo discursu demonstrat, Platonem ex sacro Canticorum libro, illum sibi hortum composuisse, quem Iouis hortum alibi, alibi hortū mentis appellauit: Platonemque quæ ab Esdra, non Esdrā à Platone sententias mutuasse. Beatus etiam Augustinus corrigens quæ aliquādo dixerat, ex professo explicat, quo Plato ex Scripturis sacris hauserit omnia, quæ præclarè, elegāter, ac sapiēter dixit, præcipuè agēs de rerū creatione, qui qm Moysen non plene intellexit, aliqua minus bene dixit. Hocq; adeo fuit apud ipsosmet Platonis discipulos, & sectatores exploratum, vt Numenius Philosophus cōmuni prouerbio iactaret: Quid est Plato, nisi Moyses atticissans? Aristobulum Iudæum inducit Eusebius, ad Philametora scribentem, & dicētem, Platonem sequutum, in multis legem Iudæorum: Mosaica enim volumina ante Alexandrum, & ante Persarum Imperium, traducta fuerunt, vnde plurima, sicut Pythagoras. Philosophus ille accepit. De quib. videndus est Scholiastes a Augustini. Ex qua eadem doctrina S. Clemens Alexandrinus b, probat, Pythagorā illum (qui vt Augustinus c explicauit, Philosophis omnib. nomen dedit) ex lege Moysi, quam attentè meditatus fuit, in qua, quædam reprobantur ad cibum, & cōmunem vsum, alia approbātur, symbola illa sua hausisse grandi apud Sapientes Philosophia plena. Et tandem B. Augustinus, volens Martianum Gentilem, veterem tamen amicum, Gentili sapientiæ addictum, ad Baptismum, & Christi fidem inducere, ostendit, Poetarum principem Virgilium, aliquid quod de vnico Saluatore à Prophetis didicerat, fuisse confessum. Tādem expresse à Spiritu sancto dictum fuit in libris Machabæorum, qui vetus Testamentum claudunt, quod* de libris legis Dei scrutantur gentes similitudinem simulacrorum suorum: *ex Sacris namq; literis, Gentiles suos cōfinxisse Deos, docuit Tertullianus: ex nomine siquidem Iehouah, nomen Iouis traxerunt, cui ea tribuerunt, quæ Scripturæ sacræ supreme Deo quem Iehouah, vocant. Ex igne perpetuo, qui coram Deo iugiter ardebat, Vestæ exortum est simulachrum, & Vestales virgines constitutæ, ad illum iugiter nutriendum. Eliæ quadrigas igneas, quibus raptus fuit, in Solis ardentes, ingnitasque quadrigas transtulerunt, vt Chrysostomus expendit, annotans, Solem in Græco vocari Elios vnde quod de Elia legerunt, transtulerunt in Solem, quod latius prosequitur Beda, inducens quosdam Sedulij versus. De qua re, videndi sunt Iosephus d, & Eusebius e, de Theopompo, & Theodecto Poetis, qui ex sacris Biblijs multa in prophanos vsus transtulerunt, qui suæ impietatis grandes dederunt pœnas. Ex his igitur inferūt multi, magis necessarias esse literas Sacras ad-*

Dan. & Lorin. in c. 7. Act. nu. 32.

Viues in lib. 18. de ciuit c. 39. Lib. de vita Mosis.

Lib. 8. de Ciuit. c. 2.

Lib. 8. de Ciuit. c. 5.

Hom. 5. in illud Moysi. Attende tibi. lib. de bonomoralis c. 5. 10. 11.

Lib. 8. de Ciuit. 11.

Lib. 1.

a Viues in 8. l. de ciu. cap. 11.

b Lib. 5.

c 8. de ciu. cap. 2.

Epist. 155. ad Marcia.

1. Mach. 3. 48.

Lib. de Anima c. 2. Hom. 2. de alien. Christ. in li. R gū q. 28.

d Lib. 2. antiquit. cap. 2.

e Lib. 8. de præpar. Euang. c. 10.

ad prophanos autores intelligendos, quàm è diuerso B. tamen Hieronymus extremam in oppositam visus fuit aliquando tenuisse sententiam, qui vt responderet Magno, verbis Romæ oratori, qui excitatus à Rufino, eiusdem Hieronymi æmulo, ipsum reprehenderat, & obiurgabat, quod in opusculis suis, literarum secularium exemplis vteretur, multaque ex prophanis autoribus inculcaret, longo discursu probare contendit, non solum Sacrarum literarum interpretes, illosque qui doctrinam diuinam versant vti debere doctrina, & sententijs illorum, sed, & ipsosmet scriptores sacros, etiam, & Moysen ipsum, ex Gentilium libris aliqua decerpsisse. Quis enim, inquit, nesciat, & in Moyse, & in Prophetarum voluminibus, quædam desumpta ex Gentilium libris; & Salomonem, Philosophis Tyri etiam nonnulla proposuisse, & aliqua respondisse? Vnde in exordio Prouerbiorum commonet, vt intelligamus sermones prudentiæ, versutia[que] verborum, parabolas, & obscurum sermonem, dicta sapientum, & ænigmata, quæ proprie Dialecticorum, & Philosophorum sunt. Deinde inducit Hieronymus Paulum inferentem sententias, dicta, & prouerbia Arati a, Epimenidis b, & Menandri c, obseruans, illum, quasi extorsisse gladium de manu Goliæ, vt eundem interficeret, & de illo reportaret trophæa, & quod alienigena mulier fieri poterat Israelita, præcisis vnguibus, & abrasa cæsarie. Inductionem insuper facere volens, omnes fere, qui tunc erant Scriptores Ecclesiasticos, reuoluens, Cyprianum, Methodium, Eusebium, Origenem, Clementem Alexandrinum, & c. demonstrat, illos omnes, longos ex Gentilium libris hausisse discursus, vbi quantum in eorum lectione fuerit versatus, aperte ostendit. Cuius sententiæ subscribere visus fuit S. Augustinus, docens, Ecclesiasticos viros similes Israelitis extitisse, qui ab Ægyptijs, vasa aurea, & argentea, ac pretiosa monilia, tanquam ab iniustis possessoribus extraxerunt, quæ ad ornatum Tabernaculi Domini conuerterunt. Hoc quod B. Hieronymus dixit, Moysen, & Scriptores sacros, aliqua ex gentilium libris desumpsisse, confirmare videtur inprimis, quod de Moyse sacra narrat historia, quod eruditus est, *omni sapientia Ægyptiorum: quod Philo factum credit, quia Pharao sapientiores induxit magistros ex Aegypto, & Græcia, qui Moysen puerum instituerent in Arithmeticis, Geometricis, Rhythmicis, Physicis, & c. Hieronymus itidem ipse aperte profitetur Danielem eiusque socios, multos libros sapientum Chaldæorum perlegisse: nec enim credendum est, nullos apud eos fuisse libros, apud quos tot tantique sapientes commemorantur. Aperte idipsum profitetur S. Gregorius, exponens, cur B. Iob interposuerit multa nomina desumpta ex fabulis Poetarum, Hesiodi, Arati, Callimachi, vt Arcturum, Oriona, Hiadas, late prosequitur, explicans, cur Scriptura sacra, nominibus à Gentilium Poetis desumptis, vtatur. Et quidem tempore B. Iob, qui Moysen præcessit, iam aliquos extitisse Poetas, supponere visus fuit Eliu, eundem Iob alloquens, & dicens:* Memento, quod ignores opus eius, de quo cecinerunt viri: *multos similiter legislatores, dicens:* Deo nullum similem extitisse in legislatoribus: *Legislatores autem maxima sapientia præditos fuisse, credendum est. Quinimo, & illos ipsius Beati Iob amicos, Eliphaz Themanitē, Baldath Suhitem, Sophar*

Prou. 1. 6.
a Act. 17. 28.
b 1. Cor. 15 33.
c Ad tit. 1. 12.
Lib. 2. de doct. Thr. cap. 40.
Act. 7. 22. l. 1. de vita Mosis.
inc. 1. Dan.
Li. 9. Mor. cap. 6. & 7.
Iob. 36. 23
Iob. 36. 22

Naamat-

Naamathitem, ipsumque Eliu, qui tandem adiunctus fuit, omnibus iunior, sapientes reputatos fuisse, ipsemet S. Iob sæpè profitetur. Quod si multi fuerunt tales, præcedentes Beatum Iob, aut eius synchroni, certè præceßerunt etiam Moysen, cæterosque Scriptores sacros, quibus omnibus Iob antiquior extitit. Et Origenes non obscurè fatetur, ante Moysen, quam plures apud Aegyptios, grandi sapientia floruisse, quorum doctrina Moysen fuisse instructum, Scriptura sacra profitetur: Hocque peculiariter Origenes obseruat, circa balbutiem Moysi ad eloquium Domini; Donec Moyses, *inquit*, erat in Aegypto, & erudiebatur ibi omni Aegyptiorum sapientia, non erat gracili voce, nec tardus lingua, nec se ineloquentem profitebatur: erat enim quantum ad Aegyptios, omni sapientia Aegypti doctissimus, & eloquentiæ incomparabilis; vbi autem cœpit audire vocem Dei, & eloquia diuina suscipere, tunc sensit gracilem, & exilem vocem suam, & tardam linguam; tunc se pronuntiauit mutum, cum cæpit cognoscere verum illud Sapientiæ verbum, quod stultam fecit sapientiam huius mundi. *Alia multa subinferre poßemus; quæ omnia bene prosequitur doctus Magister, Antonius Perez. Inter has Patrum sententias indicium ferre non audeo, ne in vitium, quod in alijs reprehendo, incidam. Existimo tamen, sic Sanctos Patres qui contraria dicere videntur componendos, vt intelligamus, illis satis fuisse in more, in extremas aliquãdo declinare sententias, vt ad debitũ iustumque medium rem perducant. Quod familiarissimũ fuit B. Hieronymo, qui occasione obiurgationis Magni, ipsum illosq; præcipuè arguere voluit, qui nihil penitus de prophanis authoribus discerpendũ sentiunt, & reprehendunt quicquid de talibus authoribus inducitur. Similiter, & B. Anastasius, inducens Apostolicam constitutionem illos solummodo redarguere instituit, qui nimis, & magis, quàm oportet, authores prophanos inculcant, & plus iusto illis deferunt. Possumus itaque Patres ad concordiam reuocare ex notabili doctrina P. Clementis Alexandrini, præclarè obseruantis, Philosophorum, ac secularium authorum dicta, & scripta, esse quasi condimentum salis, quod non offertur famelico epuloni, vt famem satiet, aut vt ex eo nutriatur; si enim salem præcipuè, & abundanter comederet, intollerabilem sitim, grãdemque infirmitatẽ sibi pararet, sed apponitur coram illo, tanquam condimentum, quo perdicem, aut gallum gallinaceum, aut aliquem huiusmodi substantialem cibum sapidiorem, gustuique suauiorem reddat. Inducendi itaque sunt prophani authores rarò, vt illorum lepidæ sententiæ, aut notandæ historiæ, sint tanquam puluiculus salis, ad saporem solidæ substantificæque doctrinæ diuinæ acuendum. Hoc enim adeo iudico laudabile, vt Beatus Bernardus, qui nunquam nisi ex Sanctarum Scripturarum verbis, & sententijs, & sermonem suum contexit, explicaturus locũ quendam Canticorum, quomodo color albus vultum iucundum reddat, quendam Poetæ inseruit versum;* Super omnia vultus accessere boni. *Ita, & rarissimè inducuntur tales authores, ab illis ipsis Patribus, quos in illorum lectione nouimus versatissimos, quãdo Sacras lucras exponunt, aut sermones scribunt. Lege Hieronymum, in Epistolis, & Opusculis, mira de Gentilium libris inuenies inserta: sed in Commentarijs Scripturæ sacræ rarò*

Act. 7. 22. Hom. 2. in Exod. in prin.

In laurea Salmant. quo d. 2. expos.

Lib. 6. Stromat.

Serm. 71. in Cant.

narò inductos offendes. Quis non miretur illam omnigenam Augustini eruditionem, quam in libris de Ciuitate Dei exhibet, in quibus ostendit, se quasi memoriter tenuisse omnia, quæ ab omnibus Gentilitatis authoribus sunt scripta? Nullam enim reliquit historiam quam scripserunt historici, quam non referat, nullam fabulam, quam confinxerint Poetæ, quam non memoret, nullam Philosophiæ partem, quam tradiderint sapientes, quam non explicat: nullum cultum Deorum, quem tenuerunt, qui religiosi videbantur, quem non inducat, aut attingat. Et tamen Sermones scribens, aut sacras Scripturas exponẽs aut dogmata fidei contra hæreticos explicans, & defendens, nullatenus aliquid secularis eruditionis inducit, vt videatur secularium authorum nec nomina audiuisse. Beatum itaque Ambrosium imitari studeo, illiusque phrasim

Libr. 2. de pœnit. c. 5 *retinendam censeo, qui explicaturus, quam vim habeat in Scriptura sacra aduerbium, Forte, post quam aliqua de prophanis authoribus, qui vim vocum penetrasse videntur, induxit quasi infirmam, ac insufficientem illorum doctrinam indicans, subdidit:* Sed nostris magis quam alienis vtamur: *totumque se conuertit, ad Scripturæ sacræ expendenda, quæ verè propria sunt Ecclesiasticis viris.*

§. 6. *Scribendi stylus, quem sequor, facilis est, ac omnimodè planus, adeoque obscuritatem (quam multi nostri temporis scriptores, nescio quo spiritu, vehementer affectare videntur) fum auersatus, vt aliquando Sanctorum sententias referens, planioribus, quam ab ipsi scriptæ fuerint verbis, inducam, quo omnibus fiant apertiores. Loquitur eleganter noster Magister Cano contra illos, qui Dei sapientiam artis coloribus studeant depingere, & quasi puellam vanam, Rhetorum floscul is exornare. Illa tamen modesta cum sit, non ambit ornatum: cum sit grauis, ignorat fucum: cum virilis, mundo muliebri non capitur, & fœminam, ac matronam grauem, honestam, seniorem, annosam, non nisi castus decet ornatus. Casta igitur, ac simplici locutione vtor; intelligens,* eloquia Domini, eloquia casta: *& Vt quidam Sapiens dixit, dicendi ornamenta, & verba depicta, non esse malitiæ, sed quietis. Igitur quæ bellicum canit, quæ exaltat, quasi tuba vocem suam, quæ irruentes hostes, mortemque præsentem intonat, horridum quid, & barbaricum sonare debet, non tanquam lyra, cytharaue, carmen musicum, suaui, dulcique sono carnere. Quid Theopompo, & Theodecto (quos paulò ante ex Iosepho, & Eusebio induximus) acciderit, in Scriptura sacra Rhetorum more ludentibus, memoriæ proditum fuit: liuenteſque. B. Hieronymi scapulæ, quid Christus intendat, ostẽdunt. Huius tandem mei instituti duplicem subnecto rationem: prima est, quam eloquenter expendit S. Chrysostomus, Socratis inducens notandam sententiam:* Philosophis quidem, *inquit Chrysostomus,* eloquentia indigna est, & vilis prorsus: ludentium verò adolescentulorum, certamẽ, & gloria. Quo ipsis quoque Philosophis videtur: nec Philosophis quibuslibet, sed illi, qui omnes, & in arte superauit. Socrates est ille. Cum enim illum aliquãdo in iudicium introduxissent, rationem pro se redditurum, in ea oratione, quam ad Iudices habuit, ita illum ferunt loquẽtem. Vos autem ex me audituri estis omnem veritatem. Et non tamen, per Deos immortales, ò

Dicendi stylum faciem, & planum cur sequatur.

Libr. 2. de locis c. 19. ad finem.

Psal. 11. 7.

Libr. 3. contr. vitupe rat. vit. monast.

Viri.

Viri Athenienſes, orationem compoſitam electis verbis, & nominibus, vt faciunt, qui horum ſtudioſi ſunt, neque aliquo ornamento fucatam: ſed audietis vulgaribus, vilibuſque verbis loquentem. Credo enim, iuſta eſſe quæ dico. Nulluſque veſtrum aliter expectet. Neque enim profectò, Iudices, huic ætati conuenire videtur, veluti adoleſcentulo, fictis ad vos ingredi verbis, &c. *Secunda ratio eſt, quam elegantiſſimè proſequitur S. Gregorius, ſuæque morali expoſitioni in librum B. Iob, præmittit: cuius omnia verba, magna ſunt expenſione digna, ſic dicens:* Quæſo autem, vt huius operis dicta percurrens, in his, verborum folia non requiras, quia per ſacra eloquia, ab eorum tractatoribus infructuoſæ loquacitatis leuitas ſtudiosè compeſcitur, dum in templo Dei nemus plantari prohibetur. Et cuncti proculdubio ſcimus, quia quotiens in folijs n alè lętę ſegetis culmi proficiunt, minori plenitudine ſpicarum grana turgeſcunt. Vnde, & ipſam artem loquendi, quam magiſteria diſciplinæ exterioris inſinuant, ſeruare deſpexi. Nam ſicut huius quoque epiſtolæ tenor enuntiat, non metaciſmi colliſionem fugio, non barbariſmi confuſionem deuito, ſitus motuſque propoſitionum, caſuſque ſeruare contemno, quia indignum vehementer exiſtimo, vt verba cœleſtis oraculi, reſtringam ſub regulis Donati. Neque enim hæc, ab vllis interpretibus in Scripturæ ſacræ authoritate, ſeruata ſunt: ex qua nimirum, quia noſtra expoſitio oritur, dignum profectò eſt, vt quaſi edita ſoboles, ſpeciem ſuæ matris imitetur. In præfat. Moral. c. 5.

§. 7. *Quid auctor de ſuo ſentiat opere, & quid à Lectoribus requirat.*

Vt denique mei reddam inſtituti rationem, planè confiteor, hos Tractatus, quos nunc edo, nouiſſimè quidem à me eſſe confectos, minus tamē per illos mihimetipſi fuiſſe ſatisfactum. Habeo ſanè quam plurimos alios, circa alias Euāgelicas lectiones, in meum vſum elaboratos, & diſpoſitos. Quando compulſus ſum, aliquid in publicum dare, iudicaui incongruum, illos euulgare abſque eo, quod principium aliquod, aut caput ipſis præſtituerem. Hoc vt facerem, iudicaui expediens à primis Euangelicis lectionibus, quas Sancta Eccleſia in Quadrageſima proponit, initium ſumere. Ad illas itaque exponendas, animum accomodaui. Et quamuis cum ſcribebam, & ex alueolis, quæ ex ſanctorum Patrum lectione habebam annotata, extraherem, non plene quæ diſponebam diſplicerent, fateor, perfecto opere ita diſplicuiſſe, vt ſi liceret (Deum teſtor) libentius igni, quam Typographo tradidiſſem, iuſtius ſine dubio rationabiliuſque agens, quam Latinorum Princeps Virgilius, qui vt refert Gellius, poſt editum celebre illud, nunquam ſatis commendatum Æneidorum opus, ſe ſibimetipſi in ſuo opere ita diſplicuit, vt cum morbo oppreſſus, aduentare mortem videret, petierit, orauerit que à ſuis amiciſſimis, impensè, vt opus abolerent, ignique traderent abſumendum, indignum illud iudicans, quod Sapientum præſentaretur oculis. Verius ſine dubio ego, quam alius Poeta dicere poſſem: Cum relego ſcripſiſſe pudet, quia plurima cerno Me quoque qui feci, iudice: digna lini. *In lucem ergo hi Tractatus prodeunt, tanquam præambuli ad alios, vt viam faciant illis, qui conſequentur ſanè ſtatim, & ad illos edendos properabo, breuiores quidem, ſed maiori ſanctarum Scripturarum copia refertos, ſi quæ nunc offero, grata lectoribus comperero: illudque fiat, quod idem* li. 17 noct. att. c. 10. Ouid. lib. de Ponto.

Poeta

Libr. 2. Apolo cont. Ruf. & Prologo in libros Samuelis, & Regum.

Poeta dixit: Scribentem iuuat ipse fauor, minuitque laborem: Cumque suo crescens pectore feruet opus. *Quod cum ita se habeat, vt B. Hieronymi verbis vtar,* Obsecro te Lector, ne laborem meum reprehendas. In tabernaculo Dei vnusquisque offert, quod potest, alij aurum, & argentum, & lapides pretiosos, alij byssum, & purpuram, & coccum offerunt, & hyacinthum. Nobiscum benè agitur, obtulerimus pelles, & caprarum pilos Et tamen Apostolus, contemptibiliora nostri, magis necessaria iudicat. Vnde, & tota illa Tabernaculi pulchritudo, & per singulas species Ecclesiæ præsentis, & futuræ distinctio, pellibus tegitur, & cilicijs, ardoremque Solis, & iniuriam imbrium, ea quę viliora sunt, prohibent. *Compulsus, scribo, ideo opus hoc, si probatum non fuerit, non mei reprehensio, sed eorum qui compulerunt, esse poterit. Si tibi opus displicet, relinque, & age cum eo, quod cum mortuo agis, quem transeuntem offendis, quem ab alijs manibus, & humeris deportari dimittis, liberèque transire permittis, cruce eundem signans, & orans, vt requiescat in pace, omnibusque obiurgantibus, ac calumniantibus meum istud opus, ter quaterque verba B. Hieronymi oppono:* Audiant me libere proclamantem: Nemo cogitur legere, quod non vult. Ego petentibus scripsi, non fastidiosis, gratis, non inuidis, studiosis, non oscitantibus:

Libr. 2. Apolog. cit.

Hæc Christo fœneramur, non hominibus; quorum vix credibilem ingratitudinem, in nimium multis experimur, quanquam illorum malitia, nos à benefaciendi studio nunquam deterrebit: cum optimæ fidei debitore nobis res est, cui notum est hominum ingenium, qui retribuunt mala pro bonis, & odium pro dilectione. Ipsi sit gloria honor, & imperium in secula, in cuius lætissimo, faustissimoque Natali die, hæc dicta sufficiant.

INDEX

INDEX PRIMVS

PRINCIPALIVM LOCORVM

SCRIPTVRÆ SACRÆ, QVI IN HOC OPERE

Explicantur, in quo v. versum significat Scripturæ sacræ, qui explicatur: T. Tractatum: numerus immediatè positus, numerum Tractatuum indicat, numerus subsequens, indicat numerum in margine Tractatuum positum.

GENESIS.

CAPVT 1. versu 1. Cœlum, & terram Deus quomodo creauit Tracta.4.num.261. Cœli, & terræ nomine quid intelligatur Tra.2.187. & seq. T.5. 187. v.2. Cur terra producta, dicatur inanis, & vacua T.2.235.384. Tenebræ quomodo fuerint super faciem abyssi T.5.189. v.3. Lucis nomine quid significetur, & quomodo diuisa fuerit à tenebris T.7.5. v.4. Deus qua ratione vidit lucem, quod esset bona, quasi illam examinans T.2.324 325.464.T.7.58. v.14. An Sol, Luna, & Stellæ die quarta conditæ fuerint. T.1.107. Cur Sol non prima die conditus T.7.154. v.20. An aues productæ fuerint ex aquis T.7.38.seq. v.26. Cur dicatur homo factus ad similitudinem Dei T.4.229. v.31. Deus omnia creata quomodo viderit T.2.264. & quid sit, vidisse, quod essent bona T.2.326. & quomodo res creatæ dicantur bonæ T.4.94. ¶ Cap.2. v.1. Cœli, & terra cur dicantur perfecti T.4.161. Cur ornatus cœlorum vocetur in Hebræo militia T.8.49. v.2. Deus tunc quomodo requieuerit, si semper operatur T.2.461. v.5. Nomine herbæ quid intelligatur, & cur dicatur hominem nondum operatum terram T.7. 254.seq. v.7. An Deus prius psalmauerit corpus hominis ex limo, quam spirauerit T. 207. Quomodo, & cur factus homo ex puluere terræ T.1.139.160.161. An puluis desumptus fuerit ex variis partibus. T.1.189. Cur spirauit Deus ad hominis conditionem T.4.130. v.8. Terra Eden in qua plantatus dicitur Paradisus, quæ T.2.445. v.9. An omne lignum fuerit in Paradiso T.2 400. 401. v.15. Deus cur nūc primo vocetur Dominus T.5.72. Homo quid operaturus erat in Paradiso, & à quo illum custodire debebat T.2. 400.seq. v.16. An primum mandatum homini impositum fuerit de abstinentia T.1.21. Cur impositum T.1.62.160.161 T.4.133 T. 5.72 T.8.66. Cur vocatur lignum scientiæ boni, & mali T.5.72. Cur pœna mortis pro re, quæ tam leuis videbatur, fuit imposita T.1. 177.195. Quomodo verum fuit, quod Deus dixit, si homo nō eadē die, qua comedit mortuus fuit T.1.210 240. v.19. Quid sit, facere adiutorium cum eo T.7.27. Vtrum Adā nosset omnium animalīū naturas T.1.187. Quomodo omnia adducta fuerint ad Adam sedentem tanquam Regem T.1.164. v.20. Cur Adam sibi nomen nō imposuit, & an nomen à Deo ipsi impositum, proprium fuerit, vel appellatiuum T.1.187. seqq. v.21. Qualis sopor. & cur immissus Adæ T.2.70.71. v.22. An Heua formata fuerit in Paradiso T.2.70. Cur eius formatio dicatur ædificatio. T.2. 202.

¶ Cap.3. v.1. Quomodo, quo ordine, & de quibus tentauit diabolus T.7. 122.123. Quō multis rationibus calumniatus est Deū.

T 7. 131 & Dei verba inuertit T.8. 154 & quomodo ab eadem voce qua Deus vſus fuerat, incœpit T 7.134 Quot mendacijs illius dictum redundet T.8. 195 Cur non Dominum memorat, ſed Deum T.5.73 Quomodo locutus fuit ad mulierem T.7. 132 Quomodo mulier pacificè cum ſerpente fuit locuta T.5.195 ſeq. v.3 Mulier quam male dixerit, *Ne forte* T.1. 177 v.6 Diabolus qualem repræſentauit viſui mulieris fructum arboris T.8.180 An primum peccatum hominis fuerit ſuperbia T.1.62 v.7 Cur tunc dicantur aperti oculi eorum, qui antea viderant v.2.46 v.9 Cur interrogat Deus, *Vbi es?* T.2.147.479 T.8.20 v.14 Cur ſerpens cum illis remanſerit T. 8. 209 An initio erectus ineſſerit, & quid ſit, incedere ſuper ventrem T.7.84 Deus cur dæmoni opponit mulierem, & ſemen illius T.7.8 Quid ſit, conterere illius caput T.8.103 & quid ipſum inſidiari calcaneo T.2.389 T.7 172 T.8.88 v.16 Quid ſit allegoricè, parere filios in dolore T.2.150 v.17 Cur tam acri pœna punitus homo T.2.195 Quot partes hæc cõtra illum ſententia contineat, & quæ ſint T.1.69. 70 v. 19 Cur homo iam dicatur pulvis T.1.205 vſque 209 Ad quid additum, *& in pulverem reuerteris*, ſi iam pulvis erat T.1. 248 ſeqq. v.21 Quæ, & ad quid veſtes pelliceæ ex animalibus mortuis T.1.164 165 v.22 An illis verbis: *Ecce Adam quaſi vnus ex nobis, &c.* myſterium Trinitatis indicetur T.1. 155 v.22 An gula fuit, quæ hominem paradiſo expulit T.2 13 ſeqq.

¶ Capite 4 v.1.2 An conſulto nomina Cain, & Abel fuerint impoſita, & quid ſignificent 1.4. 442 v.4 Cur ſacrificium Abel gratum Deo, Cain ingratum T.1.14 T.2.9 Quis fuerit defectus Cain iuxta Septuaginta male diuidẽdo T.2.191.282 ſeqq. T.5.215 Quo ſigno id Deus oſtenderit T.2. 282 v.6. Cain cur triſtis incederet T.5 109 v.7 Quid ſit, quod iuxta Septuaginta dicitur: *Peccaſti? Quieſce: Nonne, &c.* T.1 75 T.4 118.122 Quomodo propria hominis fortitudo ſit, dominari appetitui T.4.159 Quid ſit iuxta Septuaginta. Ad te conuerſio illius T.2.189 v.11 Quid Cain ex vindicta reportarit T.5.113 v.2.14 Cain quo pacto abierit vagus, & profugus, timoribus plenus T.2. 441 ſeq. v.15 Deus quod ſignum poſuerit in Cain T.2.441 v.16 Quæ fuerit Eden vbi habitauit T.4.445 ſeq. v.17 Quæ ciuitas fuerit ædificata à Cain, & vbi T.4.445 ſeqq. v.22 Quid indicet malleatores ortos ex Cain T.7.65 v. 23 Quid eſt occidere virum in vulnus ſuum T.4. 118 v.26 Cur Seth vocauerit filium ſuum Enos T.1.190 ¶ Capite 5 v.3 Cur dictum ſit, Adam genuiſſe filium ad ſimilitudinem ſuam T.4.219 v.22 Quid ſit, cum Deo ambulare T.2. 10 v.29 An Lamech prophetarit, vocando filium ſuum Noe T.1 190 192 ¶ Capite 6 v.2 Qui dicantur Filij Dei T.1.195 v.3 Cur illi homines vocati ſunt caro T.2.60 v.4 Gigantes qui fuerint T.1.63 v.5 Cur dicatur humana cogitatio ſemper intenta ad malum T.1.75 v.6 Deus quomodo ſe exhibeat tactum dolore cordis T.2.238 v.9 Quomodo dicitur Noe perfectus T.4 254. In generationibus ſuis T.5.259 & cum Deo ambulaſſe T.2.10 v 11 Quę tunc eſſet iniquitas, quia repleta erat terra T.2.27.32 v.14 Arca quibus partibus conſtaret, & quid ſignificet T.5.127 ſeq. T.8. 22 ¶ Capite 7 Arca ſuper aquas, quid ſignificet T.4.34. 35 ¶ Capite 8 v.7 Quid ſit, coruum non reuerti, donec ſiccarentur aquæ T.1.6 v.11 Columba deferens ramum virentis oliuę, quid ſignificet T.7. 37 v.21 Cur dicatur Deus odoratus odorem ſuauitatis T.2.279 365 T.4 132 v.22 Cur ſenſus hominis dicatur pronus ad malum T.1.75 ¶ Capite 9 v.2 Quis terror hominis ad beſtias T.7.100 v.25 Cur peccante Cham, maledicitur Chanaam T.1. 219. 263 ¶ Capite 10 v.2 Moſoch, & Thubal qui fuerint T.4.36 v.5 Quæ dicatur inſulæ T.4.36 v. 15 Sidon an Sidonem ædificarit T.4.82 v.23 An ab Vs, dicta fuerit regio Hus T.1.166 ¶ Capite 11 v.4 Quam grandis fuerit ſuperbia illorum. T.1.157 An vnicam turrim vel plures extruxerint T.7.126 Quid eſt, facere ſibi nomen T.4 180 v.7 An illis verbis, *Venite deſcendamus, &c.* indicetur myſterium Trinitatis T.1.155 v.26 An Thare prophetando, vocarit filium ſuum Abraham. T.1.190. 192 ¶ Capite 13 v.10 Cur Sodomæ regio dicta ſit ſicut Paradiſus Dei T. 1.25 v. 13 Quæ fuerit iniquitas Sodomorum, qui dicuntur peſſimi T.2. 16. 27.32 v. 15 Deus quomodo omnem terram Abrahæ promiſit, cui tamen nec paſſum pedis conceſſit T.1. 131 ¶ Capite 14 v.1 Quis Amraphel Rex Senaar T.2.169 v.22 Quid indicare voluit, Abraham leuans manum, & quid dicere voluerit T.2. 169. ſeq. ¶ Capite 15 v.9 Cur Deus cum turture columbam voluit ſibi offerri T.2.120 v.10 Cur Abraham non

diuiſit

diuiſit aues T.1.105 v.17 Ignis, & clibanus quomodo tranſibant inter diuiſiones T. 4.262 ¶ Capite 16 v.6 Cuius typum tenuit Sara caſtigans Agar T.5.51 ¶ Capite 17 v.1 Cur Deus mandaturus, præmiſit. *Ego Dominus* T.4.75 ſeq.86 Quid ſit ambulare coram Deo T.2.380 Quomodo à mortali petit Deus, eſſe perfectum T.4.254 ſeqq. v.5 Cur Abraham dimiſerit nomen antiquum, non Iacob T.7.46 ¶ Capite 18 v. 2 Cur Abraham exceperit peregrinos, rogans eos, &c. T.2.522.531 Quo animo illos excepit T.2.375 v.16 Cur dicitur Abraham, deducens eos T.1.36 v.24 Qui dicantur iuſti in medio ciuitatis T.8.71 v. 27 Quæ ratio loquendi ad Dominum, quia erat cinis T.1.25.60 v.28 Delere propter quadraginta quinque quid ſit T.7 105 ¶ Capite 19 v.5 qualis iniquitas Sodomorum T.2.124.125 v.16 Cur Angeli apprehenderint manum Loth T.8.23 v.24 Quid ſit pluere Dominum à Domino, & qualis ignis quem pluit T.4.46 T.8.208 v. 28 Cur dicatur Sodomam manſiſſe ſicut fauilla T.1.22.251 Qualis remanſerit Sodomæ regio, arbores, & fructus T.1.21 v. 30 Quid ſignificet, Lot in monte adductum a filiabus ad luxum T.2.391 v.37.38 An filiæ Lot prophetarint, imponendo nomina filijs ſuis T.1.191 ¶ Capite 21 v.9 Quis luſus Iſmael cum Iſaac T.7.17 v.12 Quam benè conſtituerit Deus, audiendam vocem Saræ T.1.104 ¶ Capite 22 v.1 Cur Deus tentauit Abraham T.7.62 Quomodo iuſtum eſſe poſſit immolare filium T.4.96 T. 8.71 An fuerit Deus crudelis id petens T.5 99 Quanto maiora petat diabolus à ſuis T.7 262 v.3 An Abraham cum vxore communicarit, quod facere volebat T.2.307 v.4 Cur viam trium dierum egit T.2.7. v.5. Cur abſconditum locum quæſierit T.2.307 ſeq. v.16 Deus quid gratum habuerit in opere Abrahæ T.2.273 ſeqq. Quid conſiderabat in illo Diuus Gregorius Nyſſenus T.2. 360 Cur Deus tanti fecerit illud T.4.130 Cur dixerit, *Non pepercisti*, ſi pepercit T.2. 370 ¶ Capite 23 v.9 Quæ notanda ſint in emptione agri ad ſepulturam, quam fecit Abraham, & circa totum caput T.1.129 ſeqq. Quæ dicatur, pecunia digna. T.1.7 ¶ Capite 24. v.2 Quid ſit inrare ſuper fœmur T. 7.56 ¶ Capite 25 v.23 Quomodo verum ſit, quæ prædixit Deus, *Maior ſeruiet minori* T.5.143. ſeq. v.25 Quid ſignificet color ruſus Eſau T.5.229 Quid tenere plantam eius T.4.200 v.30 Cur vocatus Eſau Edom T.8.25 v.33 In quo conſiſterit gula Eſau T.2.118 ¶ Capite 26 v.14 Quid ſignificet Iſaac reſodiens puteos obturatos, quos pater eius foderat T.4.8 21 ſeq. v.21 Cur vnus puteus, vocatus fuerit, inimicitiæ T.5.89 ¶ Capite 27 v.13 Quomodo legendum illud, quod dixit Rebecca, *In me ſit maledictio* T.5.181 v.15 Cur Iacob ad obtinendam benedictionem, indutus fuerit veſtibus Eſau T.5.136 v.28 Cur ei pinguedo terræ etiam promittatur T.8. 200 ¶ Capite 28 v.13 Cur tam excellentes promiſſiones factæ ſint Iacob T.5.230 v.20 Quidnam vouerit, & quale votum illius T.2.200. ſeqq. ¶ Capite 29 v. 18. Quomodo tunc viri dotem dabant, pro vxoribus T.2.245 v.22 Quomodo iam tunc nuptiæ agerentur conuiuijs T.2.247 v. 34 Cur vocauit filium Leui. T.8.3. ¶ Capite 30 v.30 Quam prudenter Iacob domui ſuæ attendendum decreuit T.2.463 v.37 Quid ſignificet decorticatio virgarum T.2.144 ¶ Capite 31 v.29 Quomodo Laban infidelis, Deum reueritus fuerit T.5. 133 v.46 Aceruus lapidum, quomodo eſſet aceruus teſtimonij T.5.251 ¶ Capite 32 v.24 Luctans cum Iacob, quis fuerit T.5.198 v.26 Cur nolebat Iacob dimittere virum, & cur vir nomen eius quæſiuit T.7. 46 Iacob cur ſemper retinuit nomen antiquum T.7.46 v.30 Cur dixit, ſe vidiſſe Deum facie ad faciem T.3.198. ſeqq.

¶ Capite 33 v.3 Iacob quem adorauit coram Eſau T.5.136 ¶ Capite 35 v.11 Cur ſucceſſio Regum promiſſa fuit Iacob T. 5.230 ¶ Capite 36 v.10 Quis Seir, & qui montes Seir. T.5.229 v.12 Quis Amalech T.5.233 ¶ Capite 39 v.8. Ratio Ioſeph ad impudicam dominam, quam fuerit efficax T.2.192. ſeqq. ¶ Capite 41 v. 1 Pharao cur dictus vidiſſe boues, & ſpicas T.7.164 Quam apta fuerint illa ſomnia ad exprimendum quod Deus volebat T.2.339 ſeq. v.5 Culmus quid ſit T.2.382 v.14 Tonſio capillorum, & veſtium mutatio, quid ſignificet T.5.189 v.25 Cur dicat, duo ſomnia eſſe vnum T.2.339. v.39 Ioſeph cur ſapientior omnibus iudicatus T.2.452 ¶ Capite 42 v.21 Cur fratres Ioſeph crediderint, ſe puniri propter id quod contra illum fecerant T.4.123 ¶ Capite 46 v.34 Cur Ægyptij abominentur paſtores ouium T.5.125 ¶ Capite 47 v.9 Cur Iacob interrogatus de diebus vitæ, reſpondit de

annis peregrinationis T.2.447 Et illos dicat paucos, & malos T.1.223 ¶ Capite 49 v.3 Ruben cur vocetur, *initium doloris* T.2.141 T.8.182 v.7 Furor illorum cur maledictus dicitur T.5.238 v.10 An ablatum fuerit sceptrum à Iuda ante Christi aduentum T.8.44 v.11 Ligare ad vitem asinam, & pullum, quid sit T.5.194 v. 27 Ceraſtes, quis sit, & significet T.2. 269 v.21 verba dicta ad Ioseph, quid significent T.4.240 T.5.183. seq. Quanta fuerit illius pulchritudo T.8.121 ¶ Capite 50 v.2,3 Medici serui Ioseph, qui fuerint, & quis mos cadauerum conditorum, & quos diebus condirentur T.1.97 v.16 Cur dicunt: *Pater tuus, &c.* T.5.201 v.19 Lectio septuaginta, quid indicet T.5.163

¶ Capite 1 v.4 Septuaginta animæ cur dicantur semen populi T.5.189. ¶ Capite 2. v.2 Pulchritudo Moysi recenter nati, quãta fuerit T.2.306 ¶ Capite 3 v.1 Mons Horeb, quis vnde dictus, an idem cum Sina T.2.6 ver.2 Deus cur apparuit, in rubo, & flammis T.2.238 v.6 Moyses quomodo abscondit faciem T.2.99 v.7 In Hebræo, quid sit, *Videns vidi, &c.* T.2.239.12 Immolare super montem illum, quid sit T. 2.6 v.14 Cur Deus dicatur, Qui est T.4. 85 v.18 Via trium dierum, cur agenda T.2.5.6 ¶ Capite 4 v.3 Virga versa in colubrum, quid significet T.5.66 v.25 Moyses cur dicatur Sponsus sanguinum T. 2.247 ¶ Capite 5. v.2 Pharao quid indicare voluerit, dicens, *Nescio Dominum &c.* T.4.87 seqq. v.5 Exactores qui dicantur T.7.157 v.21 Cur dicant, Moysem fauisse eos fœtere coram Pharaone, & Ægyptijs T.8.31 ¶ Capite 7 v.12 Magi illi, qui fuerint, & an veros fecerint serpentes T.7. 124 seqq. & quid significat virga deuorans serpentes illos T.5.173 ¶ Capite 8 v.16 Quæ animalia fuerint Sciniphes, & quid significarent. T.1.119 T.2.440 v.18 Cur magi illos non potuerunt facere, qui fecerant ranas T.8.197 v.22 Cur dicit facturum terram Gessen mirabilem T.8.22 v. 26 Abominationes Ægyptiorum, quæ dicantur T.5.125 seq. v.27 An Moyses mentitus fuerit, dicens, agendam viam trium dierum T.2.5.6 ¶ Capite 9 v.4 Quæ mirabilia fecerit Deus in terra Israel T.8.122 v.23 Tonitrua, grandines, & pluuiæ, quales, & an insolitæ T.8.117 v.29 Moyses cur eleuauit palmas orans Tom.2.924.

¶ Capite 10 v.15 Locusta qualis fuerit, & cur vocata, mors. Tractatu 1.53. ¶ Capite 11 v.7 Canem non mutire apud Israelitas, quid sit T.2.93 ¶ Capite 11 v. 23 Angelus videns sanguinem, cur transibat T.1.33 ¶ Capite 13 v.2 Deus cur primogenita sibi offerri voluerit T.2.283 sequenti. Et cur illa tunc sanctificari dicerentur T.2.393 ¶ Capite 14 v.2. Castra ponere super mare, quid sit. T.1.61 v.13 Quare dicat. *Non videbitis in sempiternum Ægyptios* T.1.247 v.16 Deus cur glorificandus puniendo Pharaonem T.2.475 v. 24 Quomodo per columnam respexit Dominus T.2.476 An vnica esset columna nubis, & ignis, ibidem. Rotas, & currus quomodo Deus contriuit T.2.476 sequentibus. ¶ Capite 15 v.4 Qui fuerint electi Principes, quos Græci Triactas vocant. T.2.475 v.8.10 Spiritus furoris congregans aquas, & Spiritus Dei flans, quis fuerit T.2.475 v.15 Qui Principes Edom conturbati, & cur T.8.25 sequentibus

¶ Capite 16 v.20 Quod Manna scaterer vermibus T.2.54 v.33 Vas seruans Manna: quale fuerit, & ad quid constitutum T.2.402 ¶ Capite 17 v.2 In quo constiterit tentatio petentium aquas T.7.181 sequentibus T.8.85 v.6. Cur vocata Petra Horeb T.2.71 Et cur percussio prospere successit T.2.271 v.17 Amalec surgens contra bibentes de petra, quid significet T.8.69 v.11 Oratio cur eleuatis manibus sustentatis ab Aaron, & Hur. T.2.392.423 424 Manus Moysi graues, quid significent T.5.14 v.16 Manus solij Domini, quæ dicatur, & cur bellum perpetuum contra Amalec T.4.114 T.5.233 Bellum Domini, quod dicatur T.2.44 ¶ Capite 19 v.6 Cur coniunxerit *Regnum sacerdotale* T.2. 52 T.5.158 v.12 Populus cur mansit ad radices montis T.5.7 v.16 Lex cur data, sonante buccina T.5.86 Quam terribilis apparuit Deus, daturus legem, & an Moyses exterritus fuerit. T.5.91 sequentibus. v.18 Ægyptus cur dicatur fornax ferrea T. 2.433 v.19 Moyses per quid dispositus fuit virginem intrare auderet T.2.14

¶ Capite 20 v.2 An Deus ipse vel Angelus, dederit legem T.4.92 Cur præmisit: *Ego Dominus* T.4.75 sequentibus. 85 86 v.10 Quæ ratio sanctificationis sabbathi T.2.462 ¶ Capite 21 v.24 Cur constituat, *Oculum pro oculo, &c.* T.4.

108 ¶ Capite 22 v. 17 Virgines quali er dotarentur T.2.245 ¶ Capite 23 v.4 An inimici dilectio fuerit præcepta in lege T.4. 20 v.5 Quæ beneficia tenemur impendere inimico T.4.58 v.15 Cur prohibet apparere vacuum coram Deo T.2.3.84.418 v.18 Cur interdicitur fermentum sacrificijs T.2.184 v.24 Chananæos quomodo, & cur præcipit Deus destruere T.4.59 ¶ Capite 24 v.10 Subjqua figura apparuit Deus Moysi, & senioribus, & quale opus sub pedibus eius T.1.37 T.2.504 v.18 Moyses quomodo ausus fuit ingredi caliginem T.2.99 ¶ Capite 25 v.2 Deus cur primo postulauit primitias, & pilos caprarum T. 2.377 sequentibus. Cur res Deo oblata vocetur Therumath, & eleuaretur T.2.392 399 v.20 Cherubim ad quid respiciebant propitiatorium T.7.221 v.40 Quid sit facere omnia secundum exemplar in monte non stratum T.5.244 ¶ Capite 26 v.1 Cortinæ quali opere conficiendæ, & ad quid T.8.168 sequentibus v.7 Saga Cilicina, quæ, & ad quid ibidem v.21 Velum quale, quomodo, & ad quid positum, & quid significaret T.7.106 sequenti ¶ Capite 27 v.1 Altare sacrificiorum, & Thymiamatis, quam correspondentiam haberent, & vbi essent T.2.92 ¶ Capite 28 v. 31 Tunica sacerdotalis, an oculis plena, & ad quid T.8.83 v.34 Cur Tintinabula posita essent ad oram vestis T.5.180 ¶ Capite 30 v.1 Altare Thymiamatis quale T.2.92 v.18 Labrum, quale, & ad quid T.7.139 v.20 Cur lauandi essent, ante oblationem Thymiamatis T.2.237 v.34 Thymiama ex quibus speciebus conficeretur, & ad quid, & quæ circa illud disposita T.2.206 ¶ Capite 32 v.5 Peccatum Aaron quale fuerit, & quæ illius occasio T.7 193 v.6 Ad vituli adorationem, quem ordinem tenuit populus, & vnde tam grande scelus T. 2.28 sequenti T.2.90 v.8 Vtrum vnicum idolum fuerit extructum T.8.134 v.9 Dura ceruix cur signum rebellionis T.4 180 v.10 Quid significet, *Dimitte me.* T.1.18 v.12 Deus quanti fecerit honorem T.4.170 v.19 Cur Moyses ausus fuit tabulas à Deo acceptas conterere T.2.3.4 v.29 Quę ratione manus punientes fuerunt consecratæ T.4.59 34 Dies vltionis, quis, & quomodo placatus Dominus remittat in die vltionis T.1.15 ¶ Capite 33 v.3 Quid est. *Non ascendam tecum, &c.* T.1.113 v.4 Populus quando luxit, nec indutus fuit, &c. T.1.114 v.5 Quis ornatus deponendus, & quare T.1.114.115 v.18 Gloriam quam Moyses petit sibi ostendi, quæ esset T.4. 184 sequenti v.19 Cui Deus dicatur, *Omne bonum*, & quid sit, omne bonum, quod petit Moyses T.1.193 T.5.250 ¶ Capite 34 v.6 Patiens, & misericors, quid sit T.4.43 sequenti. Et quomodo in Hebræo dicatur T. 4.158 Et cur Moyses vocarit Deum misericordem T.4.250 v.20 Cur prohibet, apparere vacuum coram se T.2.384.418 v.24 Deus quomodo custodiret bona ascendentium ad festa T.5.180 v.25 Vnde tanta lux in facie Moysi T.2.78 Et cur facies illius dicta sit cornuta T.4.70.274 ¶ Capite 38 v. 8 Quale labrum, ex quibus speculus confectum, & quid significaret T.4.189 T.7.139 seqq.

LEVITICI.

¶ Cap.1 v.4 Impositio manuum capiti hostiæ, quid significet T.2.292 seqq. v.11 Sanguinis effusio ad altare, quid significet T.2.294 T.4.11 ¶ Capite 2 v.1.15.16 Thus cur sibi Deus adoleri constituit T.1.13 T.2 189 v.3.4 Cur Deus interna animalis sibi reseruarit T.2.305 v.13 Sal cur voluerit in sacrificijs T.2.233 v.8.14 Cur sanguis fundendus ad altare T.2.294 T.4.111 ¶ Capite 4 v.4.24 Cur in sacrificio pro peccatis imponeretur manus capiti hostiæ T.1.75 ¶ Capite 5 v.4 Quid sit iurare, aliquid male facere T.1.7 v.5 Delictum quomodo sit pronunciandum T.1.8 v.11 Sacrificium pro peccato cur sine oleo T.1.8 ¶ Capite 6 v.12 13 Quid ille ignis perpetuus significet T.4 38 v.28 Cur vas fictile immundum, esset confringendum, æreum mundandum T.1.19 ¶ Capite 10 v.16 Moyses cur iratus fuerit contra Eleazar, & Ithamar T.5.215 ¶ Capite 11 v.3 Cur ruminantia censenda essent munda, non ruminantia immunda T.1.90 ¶ Capite 12 v.2.5 Cur pariens masculum esset immunda quadraginta diebus, fœminam octoginta T.1.80.95 ¶ Cap.14 v.3 Sacrificium passerum, quid significet T.2.67 seqq. ¶ Cap. 15 v.15 Facere pro peccato, quid significet T. 2.53 ¶ Capite 16. v.29.30 Festum expiationis quodnam fuerit, cur institutum, quæ in eo agenda, &c. T.1.1. seqq. ¶ Capite 17 v.4.5 Homo cur iubetur offerre ad ostium tabernaculi T.2.174 v.10 Cur prohibuerit Deus sacrificanti edere sanguinem T. 2.294 v.11 Anima cur dicatur esse in sanguine T. 2. 294 ¶ Capite 19 v.18 Nomine fratris, & amici quid intelli-

gatur in præcepto dilectionis. T.4. 11. An diuersè ſtatuat erga amicum, quam erga inimicum. T. 5. 8. v. 36. Diuerſas menſuras cur prohibeat. T.4.228. ¶ Cap. 20 v.10. Nomine proximi quid intelligatur. T.4. 15. ſeqq. ¶ Cap.22. v.23. Amputatio auris in oue offerenda, quid ſignificet. T.5.241. ¶ Cap. 23. v. 27. Quomodo dies celeberrimus, eſt dies afflictionis. T.1.7.17. v. 29. Cur omnis anima quæ tunc non affligitur, peritura dicitur. T.1. 3. v. 36. Quodnam fuerit feſtum cœtus. T.2. 216. ¶ Cap.24. v.14. Qualis fuerit blaſphemia, pro qua lapidari iuſſus fuerit homo. T. 4.92. ¶ Cap.25. v.10. Annus Iubilæi ad quid inſtitutus, & cur ita dictus, & quid ſignificet. T.1.49. ¶ Cap.26. v.10. Quæ vetera reijcienda, aduenientibus nouis. T.5.90. 188. v.16. Quam velociter inobedientes puniret. T.5.84. ¶ Cap.27. v.3. De diuerſa ratione redimendi vota diuerſorum. T.1. 105. v.25. Pondus ſicli ſanctuarij, quod. T.2.294.

NVMERI.

¶ Cap.2. v.2. Vexilla propria cuiuſque tribus, quæ eſſent. T.5.177. ¶ Cap.3. v.12. Cur voluerit Deus omne primogenitum. T.2 283. ſequentibus. ¶ Cap.4. v.3. Iuxta Hebræum, quis dicatur ingredi militiam. T.5.85. ¶ Cap.3. v.15. Sacrificium Zelotypiæ cur ſine thure. T.1.13. ¶ Cap.10. v.2. Tubarum quis eſſet vſus. T.4. 280. ¶ Cap.11. v.12. Moyſes quomodo officio nutricis functus. T. 1.95 T.7.90 ¶ Cap.12 v.7 Moyſes cur vocetur ſeruus. T.4.90 v.9 Murmurationem Mariæ, & Aaron quomodo, & cur puniuit Deus. T.5.177 ¶ Cap.13 v.23 Enac quis fuerit. T. 2.217. ¶ Cap.14 v.9 Deuorare populum ſicut panem, quid ſit. T.7.13 T.8.3 v.13 Quanti Deus faciat honorem. T.4.170 ¶ Cap. 15 v.4 Cur ad maius ſacrificium maior copia vini. T.2.255. v.35 Cur tam ſeuere punitus fuerit tranſgreſſor ſabbati. T. 2. 462 T.4.92. ¶ Cap.16 v.46 Ignis de altari ſumptus, quid ſignificet. T.5 131 ¶ Cap.18. v. 19 Pactum ſalis cur dicatur ſempiternum. T. 2.233 ¶ Cap.20 v.12 Cur nunc minus bene ſucceſſit petræ percuſſio. T.2.272 v.18 Rex Edom quam grauiter deliquerit, negans tranſitum Iſraeli. T. 5. 231 ¶ Cap.21 v.6 Serpentes quales fuerint, & vnde deportati, quale venenum illorum. T.1.171 v.8 Serpens æneus, qualiter fuit ad ſalutem, & cur dicatur, poſitus pro ſigno. T. 1. 172. 183 ¶ Cap.22 v.5 Balaam quis, & quo ſpiritu fuerit afflatus, & quæ illius perditio. T.2.173 v.7 Seniores cur dicantur habuiſſe incantationes in manibus. T.7.194 v.29 Balaam cur non territus remanſit, ad loquutionem aſinæ. T.7.194 ¶ Capite 23 v.22 Quis ſit, cuius fortitudo ſimilis eſt Rhinocerotis. T. 8. 123. ¶ Cap.24 v.4. 16 Balaam cur dicatur, cadens, apertos habens oculos. T.7.194 ¶ Capite 25 v.3 Quis Beelphegor, & quid imitari Beelphegor, & quomodo populus ad idololatriam ductus. T.2.29 v.4. Suſpendere, aut exemplare quid ſit. T.4.165 v.12 Phinees, quomodo in præmium acceperit ſacerdotium ſempiternum. T.4.214. ¶ Capite 28. v.14 Cur ad maius ſacrificium maior copia vini. T.2.255 ¶ Capite 29 v.7 Quod feſtum Expiationis, quomodo celebrandum, & quid ſignificet. T.1.1.23 ¶ Cap.34 v.5 Torrens Ægypti, quis ſit. T.1.255

DEVTERON.

¶ Cap.1. Deuteronomium quid ſignificet. T.7.144 v.28 Filij Enacim qui ſint. T.1.217 ¶ Cap.3 v.26. Quomodo Deus indicet Moyſi, ſe nolle remittere illi T.1.18 ¶ Capite 4 v.6 Obſeruatio legis quomodo verum inducat honorem apud omnes. T.4.151 v.20 Ægyptus cur vocetur, fornax ferrea. T.2.433 v.9 An ex iſto loco deſumptum fuerit commune Prouerbium: Attende tibi. T.1.201 v. 24 Deus cur dicatur, ignis conſumens. T.2. 282.305 T.445. 260 T.5.91 T.7.77 ¶ Cap.6 v.16 Locus iſte quam bene à Chriſto fuerit inductus. T.7.181. ſeq. ¶ Cap 8 v.3. Deus qua de cauſa affixerit populum, & dederit Manna. T 7. 153.160 T 8.116 ſeq. v.11. An ex hoc loco traxerint Philoſophi Prouerbiũ, Attende tibi. T 1.201 v. 15 Solitudo quæ fuerit, & quis ſerpens adurens ſitu. T.1.171 ¶ Capite 9 v 9.18 25 Moyſes, cur ter peccante populo, tres quadragenas ieiunauit. T. 1.94.95.98 v.20 Peccatum Aaron quale fuerit, T.7.193 ¶ Cap.10 v.12 Deus quid expoſcat in ſacrificijs, & operibus noſtris. T. 2.273 ſeq. ¶ Cap.11 v. 24 Locus calcatus cur cedebat calcanti. T.7.20 ¶ Capite 13 v 3. Deus cur dicatur tentare. T 7. 62 ¶ Capite 14 v.1 Cur prohibeat inciſionem, & caluitium. T.7.213 ¶ Capite 15 19 Cur prohibeat arare in primogenito bouis. T. 7.35 ¶ Cap.16 v.8 An collecta fieret in vltimo die Paſchatis, & quæ. T.2.407 v.9 Feſtum Hebdomadarum quodnam. T.2.407 v.10 An in feſto Pentecoſtes fieret collecta. T.2. 407 v.17 Cur prohibeatur homo apparere vacuus coram Domino. T.2.384 418 v.20 Cur quod iuſtum eſt, iuſte fieri debeat. T.2. 234 T.5.261 ¶ Cap.17 v.5.8 Iudicia cur fierent

fierent ad portas ciuitatis. T. 8 11 v. 18 Quid Rex facere deberet, sedens in solio Regni. T. 7. 146 ¶ Cap. 18 v. 13 Deus quomodo ab illis petijt, vt essent perfecti. T. 4. 254 ¶ Capite 21 v. 10 Cum alienigenam ducere quis volebat, quid agere teneretur, & cur. T. 8 191 ¶ Cap. 22 v. 4 Dilectio inimici an in lege præcepta fuerit. T. 4. 19 v. 8 Tectum domus qualiter esset ædificandum. T. 7. 176 ¶ Capite 23 v. 21 De quo voto loquatur. T. 2 199 ¶ Cap. 24 v. 5 Cur nuper desponsato prohibetur bellum. T. 7. 72 ¶ Capite 27 v. 4. Quid significent lapides calce leuigati. T. 2. 125 v. 5 Altare ex lapidibus non dolatis, quid significet T. 7. 105 v. 11 Cur præmia, & pœnas exponat obseruantibus, & transgredientibus legem. T. 5. 192 ¶ Capite 28 Cur Deus bona temporalia promittat. T. 8. 200 v. 5 Quæ dicantur reliquiæ. T. 4. 121 ¶ Cap. 29 v. 18 Peccatum, quomodo sit radix germinans fel. T. 4. 122 ¶ Cap. 32 v. 6 Deus cur dicatur Pater. T. 4. 14 230 v. 8 An cuique Prouinciæ Angelus custos constitutus sit. T. 8. 150 v. 11 Deus cur similis dicatur Aquilæ. T. 7. 31 v. 14 Qui sint arietes filij Basan. T. 2. 277 v. 33 Venenum aspidũ quale T. 2 436 v. 35 An hic sit locus inductus ab Apostolo. T. 4 11 Cur dicat Deus, suam esse vltionem T. 4. 116 Quod tempus in quo retribuet. T. 4. 14 Dies perditionis, quæ, & quomodo tempora adesse festinant. T. 1. 220 v. 39. Deus quomodo occidat, & viuere faciat. T. 2. 67. 68 v. 42 Quid est inebriare sagittas sanguine, & inimicum nudare caput. T. 7. 212 ¶ Capite 33 v. 2 Ignea lex, quæ, & cur sic dicta. T. 4 274 v. 17 Cur dicatur pulchritudo Ioseph, pulchritudo tauri, & cornua eius Rhinocerotis. T. 8 121 ¶ Capite 34 v. 1 Mons Nebo, Phasga, & Abarim, qui sint. T. 7. 185.

IOSVE.

¶ Cap. 1 v. 3 Locus calcatus quomodo calcantis. T. 7. 20 v 8 Cur præcipitur Iosue, meditari in lege Domini. T. 7 146 ¶ Capite 2 v. 6 Qualia essent tecta domorum Iericho. T 7. 167 v. 14 Quæ conditio, si non prodideris nos. T. 2. 305 v. 21 Funiculus, quis, & an apto loco suspensus. T. 2. 332 ¶ Capite 4 v. 5. Cur lapides Congregati fuerint ad testimonium. T. 5. 252. T. 7. 47. seq. ¶ Ca 6. v. 17. Ponere ciuitatem in anathema, quid T. 5. 161 ¶ Cap. 7. v. 6. Ad quid mittitur puluis super caput T. 1. 111. v. 9. Deus quanti faciat honorem, & nomen T. 4. 170 181. ¶ Ca. 8. v 4. Cur Iosue vsus fuerit stratagemate, & quale fuerit T. 1. 228. An liceat vti insidijs in bello, & quid significent T. 8 68. ¶ Cap. 10. v. 1. Quid significet, Iebusæum insurrexisse contra Gabaon adiunctum Iosue T. 8. 69 ¶ Cap. 11. v. 2. Reges Araba in Ceneroth, quid significent. T. 7. 176. ¶ Cap. 12. v. 24. Thesa, quæ ciuitas T. 8. 37. ¶ Cap. 14. v. 14. Adam maximus, quis, & vbi sepultus T. 1. 217. ¶ Cap. 15. v. 4. Quis terrens Ægypti T. 1. 255. v. 13. Quæ Cariath arbe, quis Enac, quæ Hebron T. 1. 217. ¶ Cap. 19. v. 29 Tyrus cur dicitur ciuitas munitissima T. 2 47

IVDICVM.

¶ Cap. 1. v. 27 Viculi Bethsan, & Thanac, qui T. 2. 417. ¶ Cap. 3. v. 1 Cur dimisit Dominus inimicos T. 7. 15. v. 20 Cœnaculum quis locus T. 186. ¶ Cap. 5. v. 2. Qui obtulerint animas suas ad pericula. T. 5. 85. v. 20. Quæ stellæ pugnauerint contra Sisaram T 8. 7. ¶ Cap. 6. v. 3. 4. Madianitæ vastantes in Herba, quæ nascebantur, quid significent T. 2. 152. ¶ Cap. 7. 14. Gladius Domini & Gedeonis, qui fuerit T. 7 92. v. 20 Factum Gedeonis conterendo lagenas, quid significet T. 7. 54. Quę lampades, qui milites electi T 4 75. seq. ¶ Cap. 8. v. 20. Gedeon animans filium, quid doceat T 7. 30. 31 ¶ Cap. 11. v. 39 Iephte an peccauerit immolando filiam, & quid significet 2. 389. seqq. ¶ Cap. 13. v. 4. Cur in dicitur ieiunium matri Samsonis. T. 2. 55. ¶ Cap. 14. v. 4. Quam occasionem ex vxore Sãpsonis elegerit Deus. T. 2. 193. v. 4. Leo egrediens ad vineas, quid significet T 2. 389. ¶ Cap. 16. v. 6. Quid significet Dalila demulcens, & perdens Sampsonem T. 2. 136. v. 17. Capilli Sampsonis vnde tale habuerint virtutem, & quid significent T. 1. 166. v. 23. Dagon quis fuerit T. 7. 23. v. 30. Sampson quo spiritu actus se ipsum occiderit T. 7. 68. ¶ Ca. 20. v. 16. Quomodo bellum ieiunio confecerunt T. 2. 43.

RVTH.

¶ Cap. 2. v. 17. Factum Ruth excutientis spicas, quid indicet T. 2. 232. ¶ Cap. 3. v. 3 Quam bonum consilium *Nonte videat homo.* T 2. 310. ¶ Cap. 4. v. 3 Quæ lex esset de emendis bonis defuncti T. 5. 237.

PRIMI REGVM.

¶ Cap. 1. v. 28. Quomodo commodet filium, quæ promisit dare T. 2. 336. seqq. ¶ Cap. 2. v. 2. Quis loquatur sublimia, glorians. T. 7. 203. v. 6. Quomodo Dominus mortificet, & viuificet T. 2. 68. v. 7. Pauperem faciat, & ditet. T. 8. 195. & ad quid T. 2. 493. seqq.

v.20 Heli cur filium vocet commodatum Domino T.2.337 v.30 Quanti Deus faciat honorem T.4.171 ¶Cap.4 v.4 Cur dicatur Deus sedens super Cherubim T.1.18. v.21 Filio nascenti capta arca, cur nomen Ichabod imponitur,& quid significet T.2.300 ¶Ca. 5. v.2. Dagon quis Deus fuerit T.7.23 v.6 Quibus plagis percussit Deus Azotios, & cur T.7.11.12 v.8 Azotij quomodo, & cur circumduxerunt arcam Domini T.4.175. v.12 Vaccæ gradientes,quid designent T.7. 105 ¶ Cap.8 v.5.6 Cur Israelitæ appeterent Regem T.2.322 ¶Cap.9 v.25 Tecta domorum Palestina, qualia essent T.7.167 ¶Cap.10 v.9 Deus quomodo, & ad quid immutauit cor Saulis T.2.244 T.5.36 ¶Ca. 12 v.6 Cur dicatur Deus feciſſe Moysen, & Aaron T.7.26 v.21 Declinare post vana quid sit T.2.384 ¶Cap.13 v.14 Cur Dauid dictus est vir secundum cor Dei T. 2.170

¶ Cap.14 v. 24 Mandatum militibus impositum à Saul de ieiunio, quale, & an Deo gratum extiterit T.2.43.44 T.4.77 ¶Cap. 15 v.1. Quam rectè præcipiatur pugnare, qui vnctus fuit ad pugnam T.7.44. seqq. v.9 Quis error Saulis, circa Dei voluntatem T.2.176. seq.. v.22 Quomodo opus non est bonum, quod est contra Dei voluntatem T. 4.95 v.23.Cur dicatur, quasi scelus ariolandi nolle acquiescere T.2.263 v.24.Sauli confitenti, & dicenti Peccaui, cur Deus non pepercit T.1.15 ¶Cap.16 v.1. Deus quomodo ostenderit se nolle parcere Sauli T.1. 18. Cur Deus prohibeat orare pro illo T.4. 63. ¶ Cap.17 v.23. Goliath quis, & quid significet T.1.69 v.32. Dauid quo spiritu actus egressus est ad pugnam T.7.68.70 v.40 Lapides limpidos, de torrente, cur elegit Dauid,qualis torrens, siccus ne T.2.303 v.45.Deus cur Dauidem Goliæ opposuit T.7 7. v.49. Gigas cur percussus fuit in fronte T.1.47 T.5.153 ¶Cap.18 v.8 Saul quam iniustè iratus fuerit contra Dauid T.5.239 v.10 Diabolus cur vocetur, *Spiritus Dei* T. 8.138 v.25 Sponsalia cur petiuit Saul à Dauide T.2.245 ¶Cap.24 v.6 Ora chlamydis, quæ dicatur T.7.168 Cur percussit Dauid cor suum illam præcindens T.4.123 v.7 Dauid quomodo Saulem vicerit beneficijs T.4.273 Quid sit, *Quia Christus Domini est!* T.5.138 v.10. Ratio Dauidis ad Saulem,quasi efficax T.5.240.seq. v.21. Saul vnde collegerit, Dauidem regnaturum fore T.4.121. T.5.241. Victoria Dauidis de Saule quam excellens T.4.160 T.5.111. 224. 225 ¶Cap.23 v.2. Carmelus mons, quis fuerit T.5.231 v. 25 Rationes Abigail, quam efficaces T.4.120. seq.124. An rectè vsurpauit nomen Nabal T.7.136 v.36.Cur non statim locuta fuit à virum suum T.2.3. v.39. Deus quomodo vnctus fuit pro Dauid T.4.115

¶Cap.26 v.25 Saul vnde collegit, Dauidem potentem, & victorem futurum T.4.121 ¶ Cap.8 v.12. An verus Samuel suscitatus fuerit, & quomodo T.7.264 v.13 Quos Deos vidit mulier ascendentes T.8.134 v.15 Deus cur noluit Saulem audire T.4.140 v.20 Cur cecidit Saul porrectus in terram T.1.131 ¶Cap.30.v.2. Deus cur permiserit mulieres cap.T.2.192.

SECVNDI REGVM.

¶Cap.1 v.17 Quomodo Dauid ostendit veram charitatem erga Saul. T.4.52 v.18 Addiscenda cur esset ars sagittandi T.8.41 ¶Cap.2 v.2. Dauid cur vnctus in Hebron, & quæ esset Hebron T.1.217 v.14 Pueros ludere quid sit T.7.17 ¶ Cap.3 v.3 Filius Dauidis cur vocatus Cheleab T.5. 199 . ¶ Capite 5 v.17 Philisthæos insurgere contra Dauidem vnctum,quid significet T.8.69 ¶ Cap.7 v.18 Sedere coram Domino quid sit T.4.124 ¶Cap 8 v.10 Rex Thou quam bene se habuit erga Dauid T.7. 37 v.18.Filij Dauid cur dicantur sacerdotes T.5.158 ¶Cap.11 v.2 Diabolus qualem repræsentauit Dauidi mulierem T.8. 180 v. 18 Vrias cur iussus poni in loco vbi fortissimum est prælium T.7.199 ¶Cap.12. v.3 Cur dicatur, quem emisse T.9.246 v. 13 Transferre peccatum, quid sit T.1.40 v. 16 Cur dicatur. Dauidem ieiunasse ieiunio T.7.105 v.20 Dauid cur lotus, & vnctus fuerit ante conuiuium T.2.127 ¶Cap. 13 v.4 Iniqui quomodo tanquam rem facilem repræsentent, quæ difficilis est T.8.96 v.19. Thamar cur cinere se aspersit T.1.25 v.28 Inobedientia seruorum Absalom,quid obseruandum T.4.86. 220. 223 ¶ Cap.14 v.14 Deus quomodo retractat cogitans,& ad quid T.4.171.217. seq. v.26 Cæsaries cur grauabat Absalom,& quid tonsio illius significet T.1.4 T.8.181 ¶Cap.16 v.10 Dauid cur prohibuit, puniri Semei à Ioab T.4.99 227 T.5.226 ¶Cap.17 v.19.Cœnaculum quid sit T.1.86 ¶ Cap.18 v.11 Baltæus quid sit, & quod eius initium T.4.78 v.12. Miles quam acute responderit duci Ioab T.7. 129 ¶Cap.19 v.4.Dauid,quomodo ostendit fe-

se ex charitate dilexisse Absalon T.4.52. v. 22. Effici in Satan quid sit T.7.200 ¶ Cap. 20. v.26. Ira Iatrites, quomodo dicatur sacerdos T.5.158. ¶ Cap.22. v.2. Cur Dominus dicatur petra T.4.84. v.36. David cur dicatur multiplicatus per manſuetudine T.4. 276. ¶ Cap.23. v.8. Cur comparatus tenerrimo vermiculo ligni T.4.276. ¶ Cap.24. v. 10. Transferre iniquitatem, quid ſit T.140.

TERTII REGVM.

¶ Cap.1. v.21. Eſſe peccatorem quid ſit T.5.116. v.33. Salomon cur vnctus in Gihen, & quis Gihon T.5.35. ¶ Cap.2. v.5. Quid ſcelus Ioab, propter quod occidi iuſſus fuit T.4.140. ſeq. v.30. Cur non profuit illi recurſus ad tabernaculum T.4.141. ¶ Cap. 3. v.7. Cur Salomon dicat *Tu feciſti ſedere, &c.* T.8.197. v.24. Gladius veritatem declarans, quid ſignificet T.5.159. ¶ Cap. 4. v.15. Zabud, quomodo fuerit ſacerdos T. 5.158. ¶ Cap.5. v.15. Latomi quid ſignificent T.1.77. v.18. Giblij ligna præparantes, qui fuerint T.1.183. ¶ Cap.6. v.8. Cochlea in pariete, quæ. T.7.180. ¶ Cap.7. v.1. Quanis domus Salomonis in ciuitate, & qualis in nemore, & quid de illis dicatur, & quid ſignificent v.5.21. v.23. Mare ex ære, quodna fuerit T.7.139. ¶ Cap.8. v.51. Ægyptus cur vocatur, fornax ferrea T.2.433. ¶ Cap.9. v.8. T. anſeuntem ſibilare, quid ſit T.2.480. ¶ Cap.11. v.14. Aduerſarius cur vocetur Satan T.7.209. & cur Deus ſuſcitauit Salomoni aduerſarios Adad, Razon, & Ieroboam T.5.226. ¶ Cap.12. v.24. Obedientia Roboam ad Dei verbũ quomodo debeat nos confundere T.4.103. ¶ Cap.13. v.19. In Propheta inobediente verbo Domini, quæ ſint annotanda T.2.41. v.21. Cur punitus T.1.10 T.8.172. v.20. Cur qui fuit excitator ad malum, fuit eius condemnator T.7. 131. ¶ Cap.17. v.1. Verba Eliæ vnde tantã vim ſortita fuerint T.1.200. ¶ Cap.18. v.3. Abdias quis fuerit T.2.507. v.15. Deũ quomodo cogitabat, qui profitebatur ſe ſtare in conſpectu eius T.2.380. v.21. Claudicare in duas partes, quis dicitur T.4.88. v.24. Cur per ignem abſumẽtem voluit Elias, rem explorari. T.2.282 v.38. Ignis qualis erat, lambens aquas T.4.46. ¶ Cap.19. v.9. Elias quomodo diſpoſitus ad diuinam collocutionem per ieiuniũ T.2.79. & quale fuerit ieiunium T.1.200. ¶ Cap.20. v.35. Cur punitus, qui noluit percutere Propheram T.4.95. ¶ Cap.21. v 3. Naboth cur noluerit vinea dare Regi T.5.236. v.13. Falſi teſtes cur dicantur filij diaboli T.7.129. v.27. Veſtes pœnitentiæ quid operatæ fuerint T.1.125. ¶ Cap.22. v.11. Cornua ferrea quid ſignificarent T.7.113. v.19. Qualiter aſiſterent Deo dæmones, & quis fuerit ſpiritus egrediens T.7.110.111.

QVARTI REGVM.

¶ Cap.2. v.11. Elias per quid diſpoſitus, vt curru, & equis igneis veheretur T.2.24. v.15. Filij Prophetarum qui dicantur T.5. 249. v.24. Eliſeus quomodo ſine peccato pueros maledixit T.4.66. ¶ Cap.4. v.1. Circa filios debitorum, quid tunc gerent creditores T.1.50. v.3. Vaſa vacua cur parari iuſſit Propheta T.4.132.133. v.4. Cur iuſſit, oſtium claudi T.2.309. v.13. Habitare in medio populi cur dicatur mulier T.1.129 T. 8.71. v.34. Eliſeus cur incubuit ſuper puerum T.2.428 T.5.84. ¶ Cap.5. v.17. Naamam cur petijt, ſibi concedi, onus duorum burdonum de terra, & cur illi permiſerit Eliſeus, obſequi Regi in adoratione idoli T.1. 584. ſeqq. ¶ Cap.6. v.6. In extractione ſecuris, quod myſterium conſpexerint ſancti Patres T.5.246. ſeqq. v.17. Angeli cur miſſi ad cuſtodiam Eliſei T.7.178 T.8.62. v.32. Eliſeus quomodo ſciuit aduẽtum Regis, & quid indicet T.8.105. ¶ Cap.8. v.20. Rebellio Edom, quam grandis fuerit iniquitas T.5. 232. ¶ Cap.9. v.11. Propheta vngens Iehu, cur vocatus inſanus T.7.69. v.30. Iezabel cur oculos ſtibio pinxit T.8.192. ¶ Cap.15. v. 1.5. Azarias, an ſit idem qui Ozias, & quod eius peccatũ T.2.207. ¶ Cap.19. v.3. Qui ſunt venientes ad partum, & non habentes virtutem pariendi T.2.151. v.14. Ad quid expandit Ezechias literas coram Domino T. 5.184. v.21. Caput poſt aliquẽ mouere quid ſit T.7.10. v.25. Angelus quomodo percuſſit milites, & qũo completa fuerit prophetia Iſaiæ T.1.259. ¶ Cap.20. v.17. Ezechias cur omnibus ſpoliadus prædicitur T.2.308. ¶ Capite 22. v.14. Cuſtos veſtium, quis T.4.136. ¶ Cap.25. v.8. Nabuzardan quis, & cur vocatus Princeps coquorum T.1.65.66.

PRIMI PARALIPOM.

¶ Cap.6. v.10. Cur dictem ſit de Azaria *ipſe ſacerdotio functus fuit* T.1.118. ¶ Cap.10. v.14. Cur dicitur, Dominum interfeciſſe Saulem T.4.115. ¶ Cap.24. v.11. Proteſtatio Dauidis, quam fuerit excellens T.8.198.

SECVNDI PARALIPOM.

¶ Cap.2. v.18. Latomorum multitudo quid ſignificet T.1.77. ¶ Cap.11. v.4. Quã grandis fuerit obedientia Roboam T.4.103.

¶ Cap.

¶ Cap.15. v.16. Quis Priapus T.2.29 ¶ Cap. 16. v.14. Circa sepulturam Asa, quæ facta fuerint T.1 97 ¶ Cap.20. v.12. Bene Iosaphat, confidit in Domino T.7 180 ¶ Cap. 21 v.10. Qualis iniquitas Edom T.5. 232. ¶ Cap.23. v.11. Cur Lex posita fuerit in manibus Ioas Regis T.7.147. ¶ Cap.26. v. 2. Quis Ozias, quod illius scelus, quæ punitio T.2.207.

PRIMI ESDRÆ.

¶ Cap.7. v.12. Esdras cur vocatus scriba legis doctissimus. T.7.147. ¶ Cap.10. v. 14. Iesus filius Iosedech, an peccauerit ducens alienigenam T.7.130.

SECVNDI ESDRÆ.

¶ Cap.1. v.4. Quam bene coniunxerit orationē, & ieiunium T.2.84 ¶ Ca.13.v.25. Cur decaluauit, quos punire voluit .T.7.212.

TERTII ESDRÆ.

¶ Quam authoritatem habeant libri tertius, & quartus Esdræ T.1.245. ¶ Cap.4. v.3. Quanta sit Regis potentia. T.4 76. seq. v.28. Reges quomodo sæpè pessumdent honorem, pro voluptate T.4.150.

QVARTI ESDRÆ.

¶ Cap.6. v.55. Quomodo omnia propter hominem creata sint T.2.323. ¶ Cap.8. v.55. Angelus quam iustam exponat admirationis causam T.1.245. ¶ Cap.9. & 10. Mulieri quæ ratio plorandi, ob filium mortuum. T.2.149.150. ¶ Cap.2. v.1. An conuiuia aliquando liceant T.2.54. v.2. Tobias cur manducabat cum timore T.2.54. v.16. Diabolus quomodo per linguam vxoris Tobiæ loquebatur T.7.133. v.22. Vxor Tobiæ quam male discurreret. T.7.163. ¶ Cap.3. v.13. Quomodo in tribulatione Deus peccata dimittit T.4.223. T.5 227. v.25. Angelus cur missus, qui custodiret Tobiam in vijs suis T.7.178. ¶ Cap.4. v.9.

TOBIÆ.

Eleemosyna faciēda iuxta cuiusque vires. T.2.460. v.11. Eleemosyna quomodo tollat peccata T.2.514. v.12. Eleemosyna cur dicatur fiducia magna T.2.51. T.4.144. ¶ Cap. 6. v.2. Quis piscis ille fuerit, & vnde illius cor, & iecur haberent facultatem expellendi dæmones T.7.79. seqq. v.5. Piscem exenterare, quid sit T.4.73. seq. ¶ Cap.12. v.8. Oratio cum ieiunio, & eleemosyna cur bona dicatur T.2.85 418.423. seqq. v.9. Eleemosyna quomodo purgat peccata T.2.514. v.10. Peccator quomodo hostis sit animæ suæ. T.4.50. v.13. Quare qui acceptus est Deo, tentādus est. T.7.136. ¶ Cap.14. v.6. Quale excidium Niniuę prædixit Tobias T.2 482 v.11. Facere iustitiā, & eleemosynas quid sit T.2.516.

IVDITH.

¶ Cap.8. v.5. Cubiculum qui sit. T.1.76. v.8. Iudith qualia ieiunia agebat, & quare cū cilicio T.2.101. seq. v.11. An bene reprehendat, constituentes terminum, ad tradedū se T.7 155. ¶ Cap.9. v.1. Cinere cur caput asperſit T.2.25.111. ¶ Cap.12. v.11. Assyrij quam sint luxuriæ traditi, & quam casta inter eos mānsit Iudith T.2 102. ¶ Cap.13. v.20. Cur missus Angelus custodiens illam in vijs suis T.7.178. ¶ Capite 15. v.1.2. Quid significet, decollato Holoferne, fugisse omnem exercitum T.1.68.

ESTER.

¶ Cap.1. v.4. Cur diuitiæ dicuntur Gloria regni T.8.181. ¶ Cap.3. v.8. Nouis legibus vti, quid sit. T.5.5. ¶ Cap.4. v.1. Esther cur caput cinere asperſit. T.1.25.111. ¶ Cap. 14. v.11. Sceptrum tradere ijs, qui non sunt, quid sit T.8 79. ¶ Cap.15. v.5. Esther duabus puellis comitata, quid significet. T.2.410 seq. ¶ Cap.16. v.9. Mutatio legum quomodo aliquando expedieus T.5.3.

IOB.

¶ Cap.1. v.1. Iob cur vocatur vir. T.1. 132. v.3. Ad quid voluerit tantam honorum abunduntiam T.2.523. v.4 An licitè permiserit conuiuia filiorum, & qualia essent T.2. 51.52. v.5. Ad quem mittebat, quomodo sacrificia offerebat, an esset sacerdos T.2. 52. seq. Quid sit, filios sanctificabat, ibid. & T.2 393. Filijs conuiuantibus, cur timebat. T.2.51. seqq. Benedicere Deo, in cordibus, quid sit T.3.78. v.6. Diabolus impugnans Iob cur vocetur Satanas. T.7.210. & quomodo astiterit coram Deo cum filijs Dei T.8 62. v.7. Satan quomodo circuit terram T.7 204. Quam velociter feratur, & quam attente exploret T.8.81.87. seq. v.8. Cur Deus Satanæ exponit considerandum T.7.9 204. v.9. Diabolus quomodo officio suo functus calumniatur, & accusat T.7.29. v.12. Deus quam licentiam dæmoni tribuit T.7.3 4. Non potest præter, illam agere T.8.141. v.16. Cur dixit, ignem descendisse de cœlo, &c. T.7.131.173. v.20. Iob ad quid surrexit, & corruit in terram T.1.71.132.142. T.4.163. v.21. Quis vterus matris, & quomodo terra, mater dicatur T.1.139.140.142. ¶ Cap.2. v.6. Animam illius seruare, quid sit T.2.66.67.68. An solum possit Satan, quod Deus illi permittit T.8.141. v.8. Cur

Iob testa sanniē raderet, & sederit insterquilinio T.1.71. Cur radebat testa T.1.72. Cur in sterquilinio sedit, quale fuerit illud, & quãto tempore durauerit eius calamitas T.1.132. vsq.137. v.9. vxor eius an Dina T.1.191. Quomodo Satan locutus per illam T.7.132. Quam insipienter locuta fuerit T.7.235.seq. v.10. Iob cur tam acriter illam obiurgauit T.8.206. v.13 Tres amici an miserint septem diebus ieiunantes T.8.60. Quomodo cognouit Satan sanctitatem Iob per patientiam T.5.202. ¶ Cap.3. v.8. Quis paratus sit susciture Leuiathan T.8.203. v.21. Qui sunt expectantes mortem gaudentes cum inuenerint sepulchrum T.2.450. ¶ Cap.4. v.6. Cur Eliphax iunxit patientiam fortitudini T.4.159 ¶ Cap.5.2. Iracũdia quomodo interficit stultum T.4.117. v 7. Homo quomodo natus ad laborem, sicut auis ad volatũ T.7.43. v.21. Linguæ flagellum, quale T.5.60. ¶ Cap.6. v.14. Iob quem vocet amicum, & cur T.4.14. ¶ Cap.7. v.1. Iob cur vitam hominis vocet militiam T.7.47.112. & dies hominis, dies mercenarij T.4.232 v.3. quos vocet menses vacuos T.1 133.197. v.6. Dies cur dicat velocius transire, quam tela succiditur T.1.219. Cur consumptos sine spe, & a quo consumpti T.1 238. v.7. Vita cur ventus dicatur T.1.221. v.12. Deus quomodo cetum carcere tenet inclusum T.8.140. ¶ Cap.8. v.11. Hypocrita quomodo similis scirpo: mittenti radices super petras, &c. T.2.178. seq. v.14. Hypocritæ vecordia, qualis: similis aranea T.2.154.164. ¶ Cap.9 v.13. Qui sunt portantes orbem, curuati coram Deo T.8.196. v.24. Quem vocet impium. T.7.127 T.8.141. v.25. Dies cur velociores cursore T.1.224. v.34. Quam virgam à se auferri postulat Iob T.5.83. seq. ¶ Cap.10. v.13. Quos vocet impios T.7.127. v.17. Quos testes instaurat Deus T.1.93. v.20. Dierum duration em cur paucitatem vocat Iob T.1.224. v.21. Sepulchrum cur dicitur domus tenebrosa, &c. T.1.175. v.22. In inferno quomodo nullus ordo T.2.24. ¶ Cap.11. v.5. Deum loqui, & aperire labia quis T.1.87. v.8. Dei magnitudo quanta sit T.5.255. v.11. Cur solus Deus comprehendit homines vanitatem T.1.197. v.17. Qui se consumptum putat quomodo tunc oritur, vt Lucifer T.1.215. v.18. In Hebræo, quid sit *defossus*, & quomodo talis securus dormit T.1.216. ¶ Ca.12. v.18. Baltæus quis, & quando incœpit T.4.78. ¶ Cap.13. v.15. Arguere vias in conspectu Dei, quid sit T.1 31. ¶ Cap.14. v.1. Quid hæc hominis epitheta iudicent T.1.234. Homo cur dicitur repletus miserijs, aut ira T.5.268. Cur quasi flos, &c. T.1.221.239. Quomodo fugiat vt vmbra T.1.241. & nunquam permanet in eodem statu. T.243. v.14. Cur quotidie expectat immutationem T 1.224. v.18. Montem defluere, quid T 1.256 ¶ Cap.15. v.25. Manum quis contra Deum tendere dicatur. T.1.67. T.4.241. ¶ Cap.16. v.3. Verba vẽtosa, quæ dicantur T.7.205. v.9. Quis falsiloquus susciturus contra Iob. T.4.163. T.7.1.2. Quomodo positus fuerit Iob pro signo. T.4.163. ¶ Cap.17. v.5. Dæmon quomodo promissionibus agat. T.7.197.207. T.8.96. v.14. Iob cur putredinem vocet patrem T.1.2.31. vermes sorores T.1.209. ¶ Capite 19. v.16. Iob quem seruum vocauit, nec respondit, & deprecatus fuit T.4.90. ¶ Cap.20 v.5. Gaudium hypocritę quam breue sit T.1.222 T.8.194. v.6. Quis sit, de quo dicit. *Si ascenderit, &c.* T.2.147. v.8. Hypocrita cur comparatur somnio, & visioni nocturnæ T 2.122. v.15. Diues quomodo euomit in morte, quæ deuorauerat viuens T.2 505. v 16. Auarus, quomodo caput aspidum fugit T.2.436. seqq. v.22. Quomodo arctabitur, & replebitur doloribus T.2.439 seqq. ¶ Ca.21. v.16. Cur consilium illorum, qui non habent bona in manu, repellendum T.2.497. v.31. Arguere peruicaces, quam sit difficile T.1.177. v.32. Ducere ad congeriem mortuorum, quale remedium T.1.118. ¶ Cap.22. v.10. Iustus quomodo impios subsannabit in iudicio T.4.110. ¶ Cap.23. v.4. Coram Deo ponere iudicium, & increpationes quid sit T.1.32. ¶ Cap.26. v.2. Quomodo tres diuinas personas exappropriatis describat Iob. T.8.51. v.5. Gigantes gementes sub aquis, quis T.1 63. v.8. Quæ aquæ ligatæ, quæ nubes T.1.78. v.13. Quis sit spiritus Dei ornans cælos, & coluber tortuosus eductus obstetricante manu illius. T.8.49. seqq. ¶ Cap.27. v.7. Hypocritæ infelicitatẽ, quã bene exprimat Iob T.2 223 231. v.8. Hypocrita cur dicitur, auarè rapere T.2.187. v.11. Docere per manũ Dei, qd &c. T.2.470.480. v.18. Vinea, & custos vineæ cur auarũ indicent. T.2.471. seq. v.19.20. Diues quo in morte nihil inuenit, & cur morietur in tẽpestate T 2.472. vsq.478. ¶ Cap.28. v.25. Facere ventis pondus, quale opus, & qd significet T 1.160.161.165. T.8.142. ¶ Cap.29. v 7. Iob an fuerit Rex T.4.90. Qualis doctor,

doctor & qualis iudex fuerit. *T.4.148.* ¶Cap. 30 v.21. Deum cur vocat crudelem. *T.8.* 143. v.23. Quæ sit domus constituta cunctis viuentibus. *T.1.127.128.* v.29. Cur se dicat Iob socium struthionum *T.2.142.* ¶Cap.31. v.26.An per visum Solis fulgentis idololatriam intelligat *T.2.197.*seqq. v.29. Quomodo ostendat se ex charitate dilexisse inimicos. *T.4.51.* ¶ Cap.34 v.13.Deus an gubernet mũdum.*T.8.191.* v.20.Cur dicuntur impij mori subito. *T.2.474.* seq. ¶Cap. 36. v.13.Cur hypocritas vocet callidos, prouocantes iram Dei T.*2.*183 & quod illorum vita vulnerabitur ab Angelis.*T.2.196.* v.18. Ira superari,quid.*T.4.119.202.* v.22.Legislatores,qui fuerint tunc. *T.5.68.*& quomodo Deus omnibus illis sit excellentior. *T.4.68.* 70.

¶Cap.38. v.8.Mare quantum obediat Deo. *T.4.79.* seqq. *T.8.140.* Quid symbolo maris pannis infantiæ inuoluti, intelligat Deus. *T.5.189.*seq. v.22.Thesauri grandinis,qui. *T.5.140.226.* v.24.Ad lucis ortum,quomodo sequitur æstus.*T.8.24.87.* v.25. Imbris cursus, quis, & quis imber. *T.1.93. T.5.* 253. v.33.Quis ordo Cœli.*T.1.93.* v.35. Quæ dicantur fulgura. *T.7.60.T.8.50* ¶Cap. 39. v.5.Onager quis,& quæ eius proprietates, & quid significent. T.8.17. seq.*36* Quomodo exactoris vocem non audit. *T.8.92.* v.13. Struthionis nomine quid exprimat.*T.2.* 143.seqq. 14.Quomodo derelinquit oua sua, & duratur ad filios. *T.2.143.*seq. v.16.& laborat frustra nullo timore cogente. *T.2.144.* 148. v.17.Cur dicitur priuatus sapiẽtia.*T.2.* 142.148. v.21.Equus quis,& cur terram vngula fodit.T.1.137.T.8.58.seq.Hinnitus quomodo circundatur collo eius T.5.166 v.25. An inter animalia, equus capax sit exhortationis. T.4.212 v.27. Quæ Aquila, & quis eius volatus.T.2.169.

¶Cap.40. v.1.Dominus quomodo de turbine respondent. T.8.135. v.3. Iudicium Dei irritum facere, quid. T.8.136 v.10. Behemoth quis,& quo factus cum hoie. T.2.7.2. 3.22.seqq.87. seq.210. Fœnum solummodo comedite sicut Bos ibid. & T.8.136. v.11. Fortitudo eius quomodo in vmbilico.T.7.88. seq. v.12. Caudam quomodo stringit quasi cedrum.T.7.138.196. T.8.202. Qui nerui testiculorum eius perplexi.T.7.115. v.13.Ossa eius cur vt fistulæ æris. *T.7.171.174.* v.14. Cur dicatur principium viarum Dei. T.7.91. 110.143. & cur factus, vt illudatur ab Angelis eius. T.7.12.23. Quem gladium,& cuius applicat, qui fecit illum, & quomodo. T.7.84. seq.91.143. T.8.136.139. v.15. Quomodo montes ferant illi herbas, & bestiæ ludant ei T.4.226. T.7.79. v.18. Cur appetit Iordanem non contentus flumine.T.8.27. v.19. quomodo in oculis suis capit eum, & subdibus perforat nares eius.T.7.218.seqq. v.20. Leuiathan quis,& quomodo illum hamo Deus capit. T.8.1.seqq. & fune linguam eius ligat. T.8 99. seqq. v.22. Preces quomodo multiplicat,& loquitur mollia. T.8.207. v.23. Cur vocetur *seruus sempiternus.* T.8. 138. v.25. Cur dicantur nationes ex eo saginari.T.7.42. T.8.29.sequen. v.28. Quomodo viuentibus cunctis præcipitatur. T.8. 208. ¶Cap.41. v.1. Deus cur non fuerit crudelis. T.7.26.T.8.139.143. v.3. Leuiathan quomodo agit verbis compositis,& deprecatorijs. T.8.143. seq.165. v.4. Quam difficile,reuelare faciem indumenti eius. T.8. 171. v.9. Quomodo dæmonem proprijs coloribus depingat Deus.T.7.28. v.9.Oculi eius,vt palpebræ diluculi.T.1.178. v.10. De ore eius procedunt lampades, &c. T.8. 185. v.12. Halitus eius prunas ardere facit. T.8.179. v.14. Faciem eius præcedit egestas. T.8.91. v.15. Fulmina non faciunt illum mouere.T.1.81. v.16.Cur cum auferatur,timent Angeli,& timore purgantur.T.8. 129. Caput eius cur,dicitur in nauibus piscatorum T.7.42 T.8.29.seq. v.21 Quomodo omne aurum sub eo, & radij Solis T.7.194 T.8.25.29 v.22 Quomodo facit feruere mare,&c.T.5.115 T.8.207 v.23 Quæ semita post eum lucet,&c. T.1.232. v.24.Qualis eius potestas super terram T.8.202 v.25 Quomodo videt omne sublime T.2.197 T.8.30. Quomodo sit Rex super omnes filios superbiæ T.7.23 T.8.198 ¶Cap.42. v.6.Agere pœnitentiam in faulla,& cinere,quid T.1. 60.116 v.11 Mouere caput super aliquem quid T.1.10 v.14 Nomina filiarum Iob, quid indicarent T.1.190.

PSALMORVM.

¶Psal.1 v.2 Quomodo beatus sit,qui legem Dei meditatur T.7.146 v.4 Impij cur similes puluери aut plumæ T.4.224 v.5 In quo iudicio non resurgent impij T.2.226. v.6 Quæ viæ iustorum notæ Domino T.7. 177. ¶Psal.2 v.1 Quando fremuerint gentes,&c.contra Dominum T.7.114 v.4 Dominus quando, & quo modo subsanabit impios T.2.479 v.6 Christus qualis Rex,

& ſuper quos T.4.74 v.7 An Hodie, diem reſurrectionis deſignet *T.1.*140.

¶ Pſal.3 v.2 Inimicorum quãta ſit multitudo *T.*8.77 v.8 Deus quomodo percuſſit inimicos Dauidis *T.*4.115 ¶ Pſal.4 v. 3 Ad quos loquatur, vocans, Filios hominum *T.*2.171 v.4 Deus quomodo mirificat ſanctum ſuum T.8.23 quis ille ſit *T.*2. 307 v.5 An iraſci ſit peccatum T.4.201 ſeq. 205 ſeq. v.7 Quod lumen Dei ſit ſignatum ſuper nos,&c. T.4.32 ¶ Pſal 5 v. 5 Mane aſtare, quid ſit T.5.81 v.7 Deus an odio habeat peccatorem T.4.54.55.104 v.13 Quomodo coronat ſcuto bonæ voluntatis ſuæ T.8 43 ¶ Pſal.6 v.1 Ad quid hic Pſalmus editus T.1.179 v.7 Qualis fuerit Dauidis pœnitentia T.1.11.31 ¶ Pſal.7 v.5 An tunc fuerit præceptum diligendi inimicum *T* 4.11 v.11 Cur perit iudicati ſecundum iuſtitiam ſuam, & quæ fuerit hæc *T* 2.516 T.4.255 ſeq. v.12 Cur coniunxit ſortem cum patiente T.4.158 v.15 Quid ſit concipere iniuſtitiam, &c. & quæ dicere velit Dauid T.4.202 T.5.106 ſeqq. ¶ Pſal. 8 v.3 Vltorem cur peculiariter deſtruendum dicit T.5.229 v.4 Cur Solem nõ memoret T.5.250 ¶ Pſal.9 v.4 Quid ſit, *in conuertendo inimicum* T.1.17 v.7 Inimici framcæ quæ, & quomodo defecerunt in finem T.7.144 T.8.10.147 v.21 Quem legislatorem petit, & quos ductarus eſt T.1 122 ſeqq. 151 vſque 154 v.3 Qui laudatur peccator, quantum Deum prouocet T.2. 124 v.7 Sub lingua impij, quid ſit T.5 100 T.8.182 v.18 Quid ſit iudicare, &c. vt non apponat homo,&c. T.1.247

¶ Pſal.10 v.6 odit animam ſuam, qui diligit iniquitatem T.4.50 v.8 Deus quantum diligat iuſtitiam T.4.104 v.17 Deſiderium pauperum exaudire, quid T.2.369 ¶ Pſal.11 v.4 Lingua magniloqua, quæ ſit T.7.203 v.11 Cur vocat legem, argentum igne examinatum T.4.3 ¶ Pſal. 15 v.1 Quid ſignificet quod in titulo in Hebræo habetur, & quid in Pſalmo intendat Dauid T. 2.270 v.3 Mirificare voluntates, quid ſit T.2.460 v.8 Dominum prouidere ſemper in conſpectu, quid ſit T.2.271 vſque 279 ¶ Pſal.16 v.1 quæ ſit materia huius Pſalmi, & quid petat Dauid T.5.223 ſeq. Quid nomine iuſtitiæ intelligat T.4.124 v.4 verba labiorum Dei, & viæ duræ quæ ſint T.4. 11 T.5.6.224 v.14 Abſcondita Dei, quæ dicantur T.8.182 v.15 Gloria ſatians quę ſit T.4.186 ¶ Pſal.17 v.3 Cornu ſalutis quid T.2.518 v.12 Aqua tenebroſa, quę ſit, & quę nubes T.1.78 v.14 Carbones ignis qui ſint T.4.109 v.24 Quid ſit, eſſe immaculatum cum eo, & quod reſtituet ſecundum opera in conſpectu oculorum eius. T.2.367 ſeqq. v.29 Quæ ſit lucerna, quam illuminat Deus T.2.298 v.38 Eccleſia an iuſtè perſequatur, & puniat inimicos ſuos T.5.51 ¶ Pſal.18 v.2 Gloria quam cæli enarrant, quę T.4.183 v.5 iuxta Hebręum, quid ſit *ſonus eorum* T.5.19 v.6 Cur ſolis curſus vocetur curſus gigantis T.2.158 Quomodo procedit tanquam ſponſus T.2. 241.251 v.8 Lex Domini quomodo conuertit animas T.5.34.102.103 Teſtimoniũ Domini cur dicitur fidele T.4.232 v.9 Præceptum lucidum T.4.71 T.5.120 v.12 Quę retributio cuſtodientibus T.2.252 T. 4 232 v.14 Alienos, quos vocet T.1.203 T.4.199 Quid ſit, *ſi mei non fuerint dominati, &c.* T.8.104 Quod ſit delictum maximum T.1.67 ¶ Pſal. 21 v.2 Cuius ſit vox illa: *Longe à ſalute mea, &c.* T 2 393 T.5.228 v.7 Quomodo factus ſit vermis. T.8.4 v.28 Quid ſit, *apud te laus mea, &c.* T.2.163 ¶ Pſal. 22 v 2 Aqua refectionis quæ ſit T.5.101 v 3 Quæ virga, quis baculus, conſolantur T.8.101.v.5. Quæ connexio menſę cum pinguedine capitis T.2.127

¶ Pſal.23 v.1 Cur dicat, Domini eſſe terram T.8.195 ¶ Pſal. 24 v.4 Quas vias ſibi oſtendi poſtulet T.4.7 ſeqq. v.8 Quomodo dulcis, & rectus Dominus, ibid. & quibus ſint dulcia præcepta T.4.73 v. 11 Cur ad remiſſionem peccati obtinendam, eius exponit magnitudinem T.1.24 v.12 Cur vnicuique ſit ſtatuenda lex T.5.77.

¶ Pſal.25 v.2 Cur poſtulet tentari T.9 62 Pſalm. 26 v.1 Quando ſit editus hic Pſalmus T.5.169 v.13 Quid ſit: *Credo videre, &c.* T.1.18 T.5.169 ¶ Pſal. 28 v.7 Deus qua ratione intercidit flammam ignis T.7.101 ¶ Pſal.29 v.1 Cur deſcribatur, *Pſalmus in dedicatione domus*, & quid contineat T.4.125 v.15 Gloriam cantare, & non compungi quid ſit T.4.125.126

¶ Pſal.30 v.10 Ira quomodo conturbat mentem T.4.24 ſeq. T.5.114 ſeqq. 137. ¶ Pſal.31 v.2 Cur beatos dicat, quorum ſunt remiſſæ iniquitates T.5.209 v.6 Pro quo orat omnis Sanctus, & quod tempus oportunum T.2.423 T.4.135 ¶ Pſal.32 v.5 Cur dicatur terra plena miſericordia Domini T. 1.83 v.6 Qui cœli, & quomodo firmata virtus illorum ſpiritu Dei T.8.53.54 v.7 Poten-

Potentia Dei quomodo oſtendatur in æquis maris T.4.81. v.12. Quæ gens, quæ habet Dominum, Deum T.2.203. v.19. Deus quomodo ſuos alit in fame T.8.120. ¶ Pſal. 33. v.15. Pacem quomodo perſequi debemus T.5.234. ¶ Pſal.34. v.4. Dauid quomodo petat inimicos ſuos confundi T.4.60. ſeq. v.6. Quare via impiorum tenebræ, & lubricum T.2.204. T.7.174. v.11. Qui teſtes iniqui inſurrexerunt contra Dauid T.5. 240. v.12 Quæ illorum retributiones T.4. 172. v.13. Orationem cur ieiunio iungit T. 2.84. & quomodo oratio conuertatur in ſinum oranris T.2.189. ¶ Pſal.36. v.9. Qui ſuſtinentes Dominum hæreditabunt terram T.4.12 v.10. Quis peccator, qui poſt puſillum non erit T.4.121. v.15. Quomodo gladius peccatoris conuertitur cõtra cor ipſius T.2.118 T.5.213. v.25. Iuſtus quomodo non derelinquitur, &c. T.7 156. v.26. Semen miſerentis cur in benedictione erit T.2.490. v.37. Quæ ſint reliquiæ homini pacifico T.4.121. ¶ Pſal.37. v.8. Lumbi cur pleni illuſionibus extiterint T.7.89.90. v.13. Inimici quomodo vim faciebant, & dolos ſemper meditabantur T.8.76. ſeq. v.17. Quæ ſunt magna, quæ loquebantur T.7.129 v.19. Quid eſt cogitare pro peccato T.4.122. ¶ Pſal.38. v.1. Quis Idithun, pro quo editus eſt Pſalmus: & quid intendat Dauid in illo T.4.145. ſeq. v.6. Quomodo omnis homo viuens, ſit vniuerſa vanitas T.1.153. 154.193. ſeqq. v.7. Quomodo in imagine pertranſit homo T.1.207. ſeqq. 243. v.9. Inſipiens, quis ſit T.5.226. v.12. Quomodo vane conturbetur omnis homo T.2.455. v.13. Cur Dauid ſe peregrinum æſtimet T. 2.448. ¶ Pſal.39. v.5. Inſaniæ falſæ quæ ſint T.4.149. v.7. Quantum excedat ſacrificium Chriſti T.1.14. Quomodo corpus illi aptatum T.7.102. ſeqq.

¶ Pſal.40. v.2. Intelligens ſuper pauperem, quis ſit T.2.530. v.10. Quis fuerit ſupplãtator, edens panes ſuos T.5.245. v.14 Fiat, fiat, quid ſit, in Hebræo Amen amen T.2.212. ¶ Pſal.43. v.13. Vendere populum ſine pretio, quid ſit T.1.52.

¶ Pſal.44. v.5. Chriſti pulchritudo quanta T.8.123. v.6. Sagittæ acutæ, quæ T.4. 239. v.8. Iuſtitiam quantum dilexerit T.4. 105. v.10. Varietas amictus, quæ T.5.124 v.13. Filiæ Tyri in muneribus deprecantes quæ T.2.416 ſeq. Pſ.45. v.3 Cor maris quid T. 81. v.6. Deus quare in medio eius exiſtens, non commouebitur T.7.55. ¶ Pſal.47. v.2. Quis ſit mons Sanctus Dei, & eius ſancta ciuitas T.7.166. v.35. Quæ dicantur lareta Aquilonis, & quid Reges conturbati. T.8. 38. ¶ Pſal.48. v.6 7. Iniquitas calcanei, quæ T.2.385. v.9 Pretium redemptionis animæ, quod T.2.511.514. ſeqq. v.11. Quando ſimul moriuntur inſipiens, & ſtultus T.2.473. v.12. Verbum Relinquere, quid ſignificet T.1.499.500. T.5.236. Quæ domus eorum, quæ tabernacula eorum T.1. 128 v.13.21. Homo, quid non intellexit T. 1.200' v.17. Cur non timendum à diuite T. 1.206. T.2.489. v.20 Impius cur in æternum non videbit lumen T.2.478. ¶ Pſal.49. v.7. Deus quid petit à populo ſuo T.2.198. ſeqq. v.14. vota reddere, quid T.1.199. v.16. Prædicatorem quantum deceat ſanctitas T.7.53 ſeqq.

¶ Pſal.50. v.6. Cur dicat, ſoli Deo peccaſſe T.4.141. Iuſtificari Deum in ſermonibus ſuis, quid T.8 9. v.7. Peccata in quibus conceptus fuit, quæ ſint T.7.24. v.18. Quomodo dicat, Deum nolle ſacrificium, qui petit ſacrificium cordis contribulati: & quid hoc ſit T.2.273. ſeqq. v.20 Facere benigne quid ſit T.2.302 T.4.239. ¶ Pſal.51. v.1. 10 11. Quis titulus, cur eliuæ ſe comparet, quod ſit nomen bonum, quod expectat T.4. 234. ſeq. ¶ Pſal.52. v.6. Oſſa conterere, quid ſit T.2.186. T.4.120. ¶ Pſal.54. v.3. Quæ exercitatio T.4.165. Cur timet conturbato corde T.4.203. v.7. Deſertum cur deſiderat T.8.11. v.12. Cur non deficit dolus de plateis T.8.34. v.16. Qui ſint, ſuper quos venit mors, & deſcendunt in infernum viuentes T.1.122.213. ſeqq. v.22. Sermones molliti, qui ſint T.5.100. v.23. Quæ cura proijcienda in Dominum T.2.334. ¶ Pſal.55. v.2. Quanta ſit potentia paſſionis, & affectus conculcantis T.4.156 v.3. Multitudo belligerantium, quanta T.8 76. v.12. Quomodo in nobis ſint vota Dei T.2.292.366. ¶ Pſal. 56. v.1. Quis titulus, & cur Pſalmus editus T.4.144.190. ſeq. ¶ Pſalm.57 v.1. Quis titulus T.4.190. ſeq. v.11. Iuſtus quomodo lætatur, videns vindictam peccatoris T.4. 54. ſeq. ¶ Pſalm.58. v.1. Quis titulus T.4. 190. ſeq. v.6. Operatores iniquitatis, quibus non miſerendum, qui ſint T.1.30. T. 2.124.

¶ Pſal.60. v.3. Quæ petra, in qua exaltamur T.7.13. ¶ Pſal.61. v.6. Quomodo à Deo patientia noſtra T.5.132. v.9 Effundere corda, quid ſit T.2.294. v.10. Quoliter mendaces filij hominum in ſtateris T.1.

196.197 T.2.156 v.12.13 Quæ duo audiuit de Dei potentia, & misericordia T.4. 158 T 8. 173 & quomodo reddet vnicuique iuxta opera sua T.2.369 ¶Psal.62 v.3 Quomodo in terra deserta erat sicut in sancto T.2.92.93 v. 12 Iurare aliquando an liceat T.5.262 ¶Psal.63 v.8 Quomodo ascendens homo, exaltatur Deus T.1.194 ¶Psal.65 v. 10. Deus quomodo probat iustos tanquam aurum T.4.223 v. 5 Holocausta medullata quæ sint T.2. 293 ¶Psal. 67 v.10. Pluuia voluntaria, quæ sit T.1.93 v.14.Dormire inter medios cleros, quomodo faciat pennas deargentatas T.1. 162. 249 v.16 Mens coagulatus, & pinguis, quis sit. T.8.38 v.25 Incessus Dei videndi T.7. 35.37 v.33. Cur quem primo vocat Deum deinde vocat Dominum T.8. 195 v. 36 Deus quomodo mirabilis in Sanctis suis T.2. 188 ¶Psal.68 v. 4 Christus quomodo laborauit clamans, &c. T.1. 145. 146 v.5 Inimicorum quanta sit multitudo T.8.76 v.11. Quomodo operuit in ieiunio animam suam T.2. 45. 162 & quomodo hoc Christo conueniat T.8.67 v.14 Quomodo orabat, tempore persecutionis T.5.141 v.23 Mensa quomodo quibusdam sit in scandalum T.8.170 ¶Psal.70 v.8 Quid sit os reperi laude T.1.32 v.15 Non cognoscere literarum, quid sit T.7.156 ¶Psal. 71 v.11 Quomodo Reges, & gentes adorant Christum T.5.75 v.16 Fructus eius cur dicitur super Libanum T.2. 519 v. 19. Fiat, fiat, in Hebræo, Amen, amen, quid sit T.2. 212 ¶Psalm.72 v. 3 Pax peccatorum, quæ T.1.168 v.4. Quid est, non esse respectum morti eorum T.1.169 vsque 172 v.27. Abs Deo fornicari, qui dicantur T.8.185 ¶Psal. 73 v.1.14 Quis tituius, quis populus Æthiopum T.7.13 T.83.Quomodo confregit capita draconis T.8.207 v.23 Superbia inimicorum Dei, quomodo ascendit T.7.201 ¶Psal.74 v.3.Deus quando accipiet tempus, & quas iustitias iudicabit T.2.228 v.11 Quæ cornua iusti, & peccatoris T.2. 518 ¶Psal.75 v. 3 Qui locus eius factus in pace T.8.38 v.6. Viri diuitiarum, qui dicantur T.2.473.498. seqq. ¶ Psal.76 v.3 Deum manibus inquirere, quid sit T.2. 924 v.5 Vigiliæ quæ dicantur T.1.120.T. 285 v. 6. Dies antiqui, & animi aterni, qui sint T.1 120 ¶Ps.77 v.60. Tabernaculum Silo quod fuerit T.1.127 v.66.Inimicos qua plaga percussit, & quomodo T.7. 11 v.69 Cur dicitur edificasse sicut vnicornium sanctificium suum T.8.131 v.72 Quis dicatur intellectus manuum T.2.375 ¶Ps. 78 v.11.Compediti, qui dicantur T.5.168 ¶ Psal.79 v.2 Deus cur dicitur sedere super Cherubim T.1.18 T.2.301 v.13 Maceries, quæ sit T.5.89

¶Psal.80 v.4 Neomenia, quid sit, & quod festum solemnitatis nostræ, & qua buccina buccinandum T.1.1 seqq. v. 13 Dimittere in desideria cordis, quale supplicium T.4. 212 v. 15 Mittere manum super inimicos quid sit T.8.45 v.17 Cur dicatur eductum mel de petra T.2.74 ¶Psal.81 v.6 Qui dicantur Dij T.1.80 ¶Psal.82 v.8 Quis sit Gebal T.1.183 v.10 Quomodo imprecetur mala inimicis T.4.60 v.17.Ignominia quomodo sæpè prodest peccatori T.4. 55 ¶ Psal.83 v. 4 Qualis instinctus passeris ad nidum construendum T.2.403 v.6 Ascensiones, qui disponant in corde suo T.8. 133 ¶Psal 84 v.9 Pacem, ad quos loquatur T.1.42.43 v.14 Quæ iustitia ante eum ambulat T.8.172 ¶Psal 88 v. 15 Quod iudicium præparat sedem Deo T.8.172 v.18 Deus quomodo dicatur, gloria virtutis Sanctorum, & in eo exaltetur cornu eorum T.2. 188.518 v.29 Testamentum cur dicatur fidele T.4.232 v.36 Quid est Deum iurare in sancto suo T.1.5 v.52 Quæ commutatio, quam exprobrant inimici Dei T.1.40 v. 53. Quid est *Fiat, fiat* T.2.212 ¶Psal. 89 v 4 Quid sit, mille anni, &c. T.1.222 v 5 Custodia in nocte, quæ dicatur T.2.85 & quot hieroglyphica his verbis exprimantur T.1.122 seqq. v.10 Mansuetudo corripiens, quid sit T.1.226.

¶Psal.90 v. 1 Cur supponat adiutorium Altissimi ad victoriam T.8.42 v.3 Laqueus tenantium, quis T.7.197 seq. Qui venantes T.8.78 v.6 Quod sit negotium perambulans in tenebris T.8.90 v.11. Angelorum custodia, quæ, & qualis, & quomodo custodiunt in vijs T.7.170 seq. T.8.148. seqq. Diabolus, quam male locum istum induxerit T.8.153. seqq. ¶ Psalm.91 v.11 Cornu quid sit T.2.518 ¶ Psal. 92 v.3 Quæ sint flumina eleuantia vocem T.8.136 ¶Psal.93 v. 12 An requiratur lux Dei ad legem eius intelligendam T.4.70 ¶ Psal. 94 v.2. Facies Dei, quomodo præoccupanda in confessione T.1.31 v.11 Iurare Deum in ira, quid sit, & quid iurauit T.1.5 ¶Psal.96 v.4 Fulgura lucentia, quæ T.8.53 ¶Psal.98 v. 5 Columna nubis quæ fuit, & quomodo Deus loquebatur in illa T.4.69 ¶Psal.

¶ Pſal.100 v.1 Miſericordidia,& iudicium ſimul cantanda. *166* ¶ Pſal.101 v.7 In quo ſimilis fuerit pelicano T.1.144 T.2.54 v. 12. Dies quomodo declinant ſicut vmbra T.1. 241 v. 21 Compediti qui dicantur T.5. 168 v. 28 Deus quare dicatur, idem ipſe T.4.85 ¶Pſal. 102 v. 2 Quas vocet retributiones T.4.172 v.[illegible] Quomodo coronat in miſericordia T.8.64 v.5 Quomodo replet in bonis deſiderium T.2.429 T.5. 195 v. 6 Quomodo iuſtis facit miſericordiam,& iudicium T.4.112.ſeq.v.8.Deus cur dicitur longanimis T.4.43 v. 14 Quomodo cognoſcat figmentum noſtrum T.1.25 197 v.17. Quomodo dicatur, *Miſericordia Domini ab æterno,&c.* T.1.38 v.20 Angeli cur milites vocentur T.5.*86* ¶ Pſal.103 v. 10 Quos fontes emittit in conuallibus, & qui montes, &c. T.1.86 v. 12 Quæ volucres cœli, & vbi dant voces T.1.85 v. 13 Quæ ſint ſuperiora,de quib.rigat montes T. 1.85. 86 v. 23 Homo ad quod opus exhibit T.2.18 v.25.26 Marè cur dicitur ſpatioſum manibus: & quis draco creatus ad illudẽdum ei T.1.229.ſeqq. T.7.7.8.12. ſeq.17. ſeqq. v. 29. 30 Cur vtatur verbo creandi T.5. 188 Quem ſpiritum aufert, & quem creat T.1 147 T.8.54 v. 31 Quæ ſint opera ſua, in quibus lætatur Deus T.2.240 ¶Pſalm. 104 v. 15 Quos vocat Chriſtos ſuos T.7. 211 v.18 Quod ferrum pertranſijt animam Ioſeph T.8.139 v.22.Ioſeph quam ſcientiam tradidit ſenioribus T.2.483 v.21Terra Cham quæ T.7.211 v. 37 Educere cum argento, & auro, quale beneficium fuerit T.2. 495 ¶Pſal. 10. 5 v. 31 Quomodo reputatum eſt Phinees ad iuſtitiam T.4.214 v. 37 Diabolus quam dura petierit parentibus T.5.99 T.7. 202 ¶Pſalm.108 v. 4 Dauid pro quo oraba T.5.*61* v.23 Cur dicit,ſe ablatum ſicut vmbram T.1.242 v.24 Caro quomodo immutata propter oleum T.7. 105 v. 31 Deus cur ſtat à dextris pauperis T.2. 496 ¶Pſal.109 v.1 Quis Dominus, cui Domino loquitur T.8.208 Quid ſit, donec T.1.5 v.2 Quæ ſit virga virtutis T.5.573 Quomodo omnibus inimicis dominatus fuit T.4.270 v. 3 Dies virtutis, quæ ſit iuxta Hebræum T.5.74 Quod principium, & qui ſplendores ſanctorum T.5. 205 T.7.24 v.4 Cur iurauit Dominus, & quid T.2.215 ¶Pſal.110 v.4 Quid ſit *Miſericors, & miſerator.* T.1.26 v.8. Omnia mandata, quomodo in æquitate T.4.72 T.5.68 Cur dicantur fidelia T.4.232 ¶Pſalm.111 v.2. Quodnam ſemen eius, & generatio benedicta T.2.302 v.8 Quid ſit *donec deſpiciat, &c.* T.1.6 v.9 Cur dare eleemoſynam ſit ſeminare T.2. 413. 499 vſque 506 Eleemoſyna cur vocatur iuſtitia T.2.507 vſque 517 T.4.277.ſeqq. Cornu miſerentis ex altari in gloria,quid T.2. 518 ſeqq. ¶ Pſalm. 114. v.2 Quid ſit,*In diebus meis invocabo* T.1.47 v.3 Dolores mortis qui ſint T.1.47 ¶Pſ.115 v. 15 Quæ mors ſit prætioſa in conſpectu Domini T.4 111 ¶Pſalm.118 v.6.Non cõfunditur,qui legem Dei perſpicit T.7. 146 v. 18. Quod neceſſaria ſit lux Dei ad legem T.4.70 v. 24 Iuſtificationes Dei quomodo debent eſſe conſilium noſtrum T.8.172 v.33.34 Cur legẽ,& lucem petit T.4.68. ſeq. Quæ ſit lex iuſtificationum Dei T.5.42 v.60 Quomodo paratus, non turbatur T.4.170 v.64 Cur dicatur:Miſericordia Domini,plenâ eſt terram T.1.38 v.96 Cur dicatur mandatum Dei latum nimis T.4.16 T.5.255 T. 7.177 v.97.Meditatione legis Dei,quomodo ſe contineat homo T.4.225 T.8.139 v.98 Mandatum Dei,quomodo prudentes facit T. 4.84 v.105 Verbum Dei quomodo ſit lucerna pedibus T.7.176 T.8.171 v.109.Animæ cur dicatur in manibus T.5.85 v.121 Au qui facit iudicium, liberetur à calumniantibus ſe T.1.33 v 131 Cur orare,dicatur,attractio ſpiritus T.4.124 Calumnia quam grande malum ſit T.5.61 v. 152. Mandata Dei cur dicantur in æternum fundata T.4. 85 v.161 A quibus verbis formidauit T.4.11 v.172 Cur dicantur omnia mandata,æquitas T.5.68 ¶Pſalm.119 v. 2 Quæ lingua doloſa, quæ ſagittæ cum carbonibus deſolatorijs T.4.109 227.ſeq.T.7.151 T.8 177.ſeq. ¶Pſal.120 v.1 Quomodo hic Pſalmus cum præcedenti cohæreat,& qui ſint montes,&c. T.7.151 v.4 Deus cur dicitur, non dormire,&c. T.2.422 ¶Pſal.123 v.7 Cur addat, *Adiutorium noſtrum in nomine Domini* T.8.56. ¶Pſalm.125 v.1 Quid ſit, In conuertendo captiuitatem T.1.17. v.2 Os quomodo dicitur repleri gaudio T.1.89 ¶ Pſal.129 v.3 Obſeruare iniquitates,quid ſit T.2.368. T. 4.136 ¶Pſal.131 v.7 Cornu Dauid,quid ſit T.2.518 ¶Pſal.136 v.1. Quid ſuper flumina flere T.2 9 Qualiter ſe habent ciues Ieruſalem in Babylone T.2.449 v.7 Quæ fuerit iniquitas filiorum Edom T.2.24 v.8. Filia Babylonis,quæ dicatur T.2.416 ¶Pſ.139 v.8. Obumbrare caput, quid ſit T.2. 295

¶ Psalm.140 v.2 Oratio cur debet dirigi ficut incensum T.1.13 v.5 Oleum peccatoris impinguans caput, quod sit T.2.229 Psal.141 v.4 Quomodo omnis via sit plena laqueis T.8.83 ¶ Psal.144 v.9 Miserationes Dei cur dicantur super omnia opera illius T.1.27.39 T.4.250 v.16 Deus qua ratione implet omne animal benedictione T.5.75 v.17 Dominus cur dicitur iustus in omnibus viis suis T.4.104 ¶ Ps.146 v.7.8 Qua confessione præcinere Domino, hortatur Dauid, quæ sint nubes, quod cœlum T.1 77.78 T.2.303 seqq. ¶ Psal.147 v.13 Seræ portarum Ierusalem quomodo confortatæ, quibus sint clausæ T.5.237 v.16 Deus quomodo calefacit per niuem, sicut per lanã T.8.120 ¶ Psal.148 v.8 Ignis, grãdo, &c. quomodo faciunt verbum eius T.8.18.142 ¶ Psal.149 v.7 Sancti an lætentur de perditione impiorum T.4.55 Quam vindictã, & quas increpationes facient T.4.110 ¶ Psal. 150 v.3 Laudare in psalterio, & cythara, quid sit T.2.94 v.4 in tympano, & choro laudare, quid T.2.94 T.4.129 T.5.234.

PROVERBIORVM.

¶ Capite 1 v.26 Deus quomodo, & cur rideat in perditione impiorum T.2.229 479 ¶ Cap.3 v.6 Cogitare quid sit T.2.38 v. 9 Cur soluere decimas sit honorare Deum T. 2.203 v.11. Disciplina cur non negligenda T.6.134 seq. v.16 Cur dicantur bona esse in dextra Dei, & sinistra T.8.201. v.26 Deus quomodo curam habeat illorum qui curant legem T.5.180 v.28 Quod potest dari, cur statim dandum T.2.501 v.3 Illusores qui dicantur, & quomodo Deus illudit eis T.7.10 ¶ Capite 4 v.17 Impietas cur vocatur panis, & iniquitas vinum T.2.258 v.18 Iustorum semita, quæ sit T.7.177 v. 23 Cur omni custodia seruandum sit cor T. 2.357.394.535 T.4.129 T.7.41.184 T.8. 104 v.27 Partes dextræ, & sinistræ quæ dicantur T.4.281 ¶ Capite 5 v.9 Honor quomodo curandus T.4.150 ¶ Capite 6. v.6 A formica, quæ addiscenda T.1.91 v. 31 Cur dicitur egestas veniens sicut armatus T.2.478 v.19 Quale malum seminare discordias T.5.241 v.23 Lex cur vocatur lux T.8.161 v.34 Zelus viri, cur non parcit T.2.163 ¶ Capite 7 v.5 Quomodo præcepta custodiant à lingua extranea T.8.172 ¶ Capite 8 v.15 An Reges omnes constituantur à Deo T.8.197 v.31 Cur sapientia Dei dicatur in ludere in orbe terrarum T.2. 242 T.8.197 ¶ Capite 9 v.1. Domus, quam sapientia ædificauit, quæ sit, & quæ mensa, quam parauit T.8.109 seq. v.13 Mulier stulta, &c. quæ sit T.8.199 ¶ Capite 10 v.3 Deus quomodo non affligit fame animam iusti T.7.756 T.8.120 v.12 Charitas quomodo operit peccata T.4.13 v.15 Cur diuitiæ vocentur vrbs fortitudinis diuitis T.2. 518 ¶ Capite 12 v.4 Quare mulier diligens dicatur corona viro suo T.2.193 v.18 Quis promittens pungitur gladio T.4.119 v.21 Cur nihil accidens iusto, contristat illũ T.8.145 ¶ Capite 13 v.8 Pecuniæ cur dicuntur, redemptio animæ viri T.2.421.516 seq. v.34 Cur flagellare filium est illum diligere T.5.96 ¶ Cap.14 v.13 Cur dicat, risum dolore misceri T.1.173 & quod extrema gaudij occupet luctus T.1.174 v.14 Innocens, quis dicatur T.4.256 v.29 Impatiens quomodo exaltat stultitiam T.4.117 157 v.33 Sapientia vbi requiescat T.8.45 ¶ Capite 15 v.1 Sermo mollis, quomodo frangit iram T.4.274

¶ Capite 16 v.3 Dirigere cogitationes, quid sit T.5.197 v.32 An dominari affectibus animi, sit suprema fortitudo T.4.16 seq. ¶ Capite 18 v.23 Pauper cur loquatur cum obsecrationibus T.2.526 ¶ Cap.19 v.17 Quomodo fœneretur Domino, qui dat pauperi T.2.419.425.496.510 v.19 Impatiens quanta damna incurrat T.4.119 ¶ Capite 20 v.10 Diuersitas mensuræ cur abominabilis Domino T.4.228 v.25 Deuorare Sanctos, quid sit T.2.392 ¶ Capite 21 v.1 Cor Regis cur dicitur in manu Domini T.8.146 v.13 Cur qui non audit pauperem clamantem non auditur clamans T.2. 479 v.14 Quod sit munus absconditum extinguens iras T.2.492 v.20 Thesaurus desiderabilis, quis, & quod os, &c. T.1.89 v. 35 Equus quomodo non sufficit ad bellum sine Deo T.2.57 ¶ Capite 22 v.2 Deus cur dicatur operator diuitis, & pauperis T.2.493 seq. v.7 Cur qui accipit mutuum, seruus est fœnerantis T.2.510 ¶ Cap.23. v.1 Comedenti cum Principe, quid agendum, &c. T.8 111. v.6 Quis inuidus, cum quo non est comedendum T.2.312 T.8.128.170 v.26 Cur petit cor T.2.273.296 seqq. v.29 Cur pronuntiet væ contra epulones T.2 33. ¶ Capite 24 v.34 Cui aduenient egestas sicut vir armatus T.2.478 ¶ Cap.25 v.14 Quis promittens, sit similis nubi, & vẽto, &c. T.7. 204 v.15 Lingua mollis quomodo frangat duritiam T.2.274 v.21 Carbones qui sint, quod caput T.4.164 Quæ beneficia impẽdẽ

da inimico T.4.58.263 ¶ Cap.26 v.4 Stulto cur non respondendum T.4.224 v.20 Susurro quare vitandus T.5.241 ¶ Cap.27 v. 1. Cur statim dandum, quod dari potest T.2 501 v.4 Ira grauitas, quanta sit T.4.274 ¶ Cap.28 v.14 Cur beatus dicatur, qui semper est pauidus T.7.73 ¶ Cap.36 v.15 Sanguisugæ quæ sint filiæ T.1.146 v.18 Quæ sint quatuor difficilia T.8.173 seq. ¶ Capite 31 v.9. Aperire os quid sit T.1.87 v.23 Cur dicatur, nobilis in portis, vir T.8.11

ECCLESIASTES.

¶ Capite 1 v.6 Sol cur vocatur Spiritus T.4.238 v.14 Quomodo cuncta sub sole sint vanitas, & affli ctio spiritus T.8.18 ¶ Capite 2 v.11 Quid est, conuertere se ad opera manuum T.2.464 T.8.181 v.14 Oculi sapientis cur dicantur esse in capite T.2. 237 v.24 Quomodo sit donum Dei, diuitē comedere de bonis suis T.2.458 ¶ Capite 3 v.2 Quod sit tempus nascendi, & moriendi T.1.237 vsque 240 v.3 Tempus sanandi, quod sit T.2.17 v.8 Tempus dilectionis, & odij, quod T.5.45 v.8 Tempus belli, & pacis, quod T.1.61 v.17 Quare in iudicio, erit tempus omnis rei T.4.110 ¶ Capite 4 v.12 Duo resistunt ei, cui vnus non sufficit T.8.55 v.13 Rex senex, & stultus, quis T.8 148 ¶ Capite 5 v.5 Cur non neganda prouidentia T.2.493 v.9 Auarus cur non impletur pecunia T.2.439.455.seqq. v.10 Diuitiæ cur inutiles sint auaro T.2.455.seqq. v.11 Saturitas, cur non dimittit diuitem dormire T.2.440 v.12 Qualis infirmitas congregatio diuitiarum, &c. T.2.465 vsque 469 v.13 Filij auari cur in egestate futuri sint T. 2.467 v.15 Quæ sit miserabilis conditio, &c. T.2.468 v.17 Quale donum Dei sit, diuitem comedere de diuitijs suis T.2.458 ¶ Capite 6.1.2 Deus quomodo punit auaros, non dans illis facultatem comedendi de bonis suis T.2.471 v.10 Quis est futurus, quod nomen eius, quod scitur, & cur impositum T.1.187 vsque 192 ¶ Capite 7 v.1 Cuius tempus præterit sicut vmbra T.1.142 v.18 Quid sit non esse stultum multum T.2. 161 v.30 Qua rectitudine creauerit Deus hominem rectum T.2.19 ¶ Capite 8 v.2 Reges quomodo os Dei obseruare debent, & quę dicantur verba iuramenti Dei T.4.76 seqq. v.14 Qualis vanitas, impium esse iecurum T.1.168 ¶ Capite 9 v.8 Vestimentum habere candidum, quid sit, & quod oleū non debet deficere de capite T.2.415 ¶ Capite 10 v.1 Quomodo stultitia ut aliquando sapientia T.2.161.162 v.3 Stultus, quomodo ex se ipso cæteros æstimat T.7.108 v. 4 Spiritus potestatem habentis, quis sit, quis locus proprius non dimittendus, &c. T.1. 127 vsque 142 T.4.202 T.7.184 T.8.104 v. 8. Quis sepes, quem destruens mordebitur à colubro T.4.30 v.20 Quæ sint aues portantes vocem T.1.117 ¶ Capite 11 v.8 Quid indicent verba illa, *Si multis annis vixerit homo, &c.* T.1.173 seqq. Cur tempus mortis vocetur tenebrosum, & quomodo tūc aduenturi præterita T.1.175.176 v.9 Iuuenis in adolescentia quis dicatur T.4.192 ¶ Capite 12 v.11 Verba sapientum, cur dicantur sicut stimuli T.5.100

CANTICORVM.

¶ Cap.1 Sponsa quomodo secundū triplicem statum describitur, incipientis, proficiētis, & perfectæ T.2.253.316.320 v.1 Cuius sint verba illa: *Meliora sunt vbera, &c.* & quid significent T.2.264 v.2 Qua occasione, dicit Sponsa *Oleum effusum, &c.* T.2.264 v.7 Cur Sponsus aspere respondeat, dicens, *Si ignoras te, &c. egredere, &c.* T.1.119.200 v. 8 Cui equitatui similis sit Sponsa T.4.209 seqq. v.13 Quis dicatur *Petrus cypri* T.4. 176.seqq. v.14 Oculos columbarū cur Spōsa habere dicatur T.2.316 vsque 320 ¶ Cap. 2 v.4 Cella vinaria, quæ, & quid ordinare charitatem T.2.452 T.5.178 v.10 Quid sit surgere, hyemē transisse, flores apparuisse T. 5.5.seq. v.11 Quod tempus hyemis, & veris, & putationis T.1.221 T.4.25 seqq. v.15 Capere vulpes, quid sit, & cur capiendæ parulæ, cum vinea floret T.7.182 seq. T.8.70 151 ¶ Cap.3.v.7 Lectulus Salomonis, quis, qui fortes, cōtra quos timores sint positi, &c. T.4 166 T.7.55 seq. T.4.144 seq. v.11 Quę mater quis dies desponsationis, quod diadema, &c. T.2.241.244 ¶ Cap.4.v.1 Quid sit, *Oculi tui columbarum* T.4.257 Quis mons Galaad, quæ capræ, &c. T.1.166.v.3. Cur labia dicantur sicut vitta coccinea T.4.275.seq. v.4 Cur collum sicut turris Dauid T.7.150 Cur clypei dicuntur *Omnis armatura fortium* T. 4.166.seqq. v.5 Vbera cur dicantur sicut hinnuli qui pascuntur T.2.531 v.6 Mons myrrhæ, & thuris, qui sint, & qualiter dispositi T.2.90.19 v.8 Mons Sanir, quis T.1.182 v. 9 Quis vnus capillus, & vnus oculus T.2. 397.398 v.11 Mel, & lac cur sub lingua Sponsæ T.5.1.20 Qualis sit odor thuris T. 1.13 v.12 Cur sponsa dicatur, Hortus conclusus, fons signatus T.2.343 v.13. Quæ dicantur emissiones eius, quid crocus fistula,

ſtu'a,&c. T.2.343.344 v.15 Fons hortorum, & puteus aquarum, &c. quis ſit T.8. 158. ſeq. v.16 Aquilo, & Auſter, quales venti, quid ſit ſurgere, & venire, & ad quid. T.2.345 vſque 450 T.7.62 ſeq.

¶ Cap.5 v.1 Quis hortus, quæ myrras, quis fauus,&c. T.2.249 v.7 Sponſa cur nunc à cuſtodibus vulneratur T.2.253 v.11. Cur incipit laudare Sponſam a capite T.2.351.v.12.Oculi Sponſi cur ſicut columbæ T.4.257 & quomodo reſident iuxta fluenta pleniſſima T.7.145 v.16 Manus eius cur dicuntur tornatiles T.2.460 v.16 Guttur quale T.5.98 ¶ Cap.6 v.2. Quid annotandum in illis verbis, *Dilectus meus mihi, & ego illi* T.2.328 v.3 Cur Sponſa dicatur pulchra ſicut Ieruſalem, & terribilis vt caſtrorum acies T.5.175 T 8.37 ſeq. v.4 Oculos auertere quid ſit,& quid auolare T.2. 380

¶ Cap.7 v.1 Sponſus cur incipit laudare Sponſam à pedibus T.2.352 v.4 Quales oculi,ſicut piſcinæ in Heſebon T.2.316 vſque 321 Quid naſus, & quomodo vt turris Libani T.4.214 ſeq. T.8 202 v.10 Quomodo cohærent. *Ego dilecto meo, & conuerſio eius ad me.* T.2.327 ſeq. ¶ Cap.8 v.6 Cur petit poni ſuper cor, & ſuper brachia T.4.57 T.5.135 Cur amor dicatur fortior morte T. 4.267 Quæ dicantur. *Lampades eius* T.4.45 ſeqq 162 v 8. Aquæ multæ cur non extinguunt charitatem T.4.47 v. 10 Cur quæ pacem reperit facta eſt tanquam murus T.8 70 v. 12 Vineam eſſe ſemper coram Sponſo,quid ſit. T.1.79

SAPIENTIÆ.

¶Cap.1 v.3.Virtus probata,quomodo corripit inſipientes T 8 72 v.5 Spiritus diſciplinæ cur effugiat fictum T.8 48 v. 10 Auris zeli,quæ,& quis ſermo obſcurus,qui non ibit in vacuum T.5. 185. 186 v. 13 An Deus mortem fecerit T.1.158 T.2 70 v. 4. An res creatæ ſint, vt eſſent T. 4.85

¶ Cap.2 v.11. Quibus fortitudo ſit lex iuſtitiæ T.8 124 v. 14 Fieri in traductionem, quid ſit T.1. 117 v. 19 Tormentum calumniæ,quale T.5.60 v.22 Honor verus, quis I.4. 152 v.23 An Deus fecerit hominem immortalem I.1. 70 T.2. 13. 19 v.24 Mors quomodo introducta per inuidiam diaboli T.8.186

¶ Cap.3 v. 7 Iuſti quomodo ſint tanquam ſcintillæ in arundineto T.8 72 ¶Cap.4 v.11. Quis fuerit is, qui raptus dicitur, & propter quid T.2.153.310.ſeqq. T.8.21.ſeqq. v.13 Quomodo in breui expleuit tempora multa. T.2.369 v. 19 Impij an habere poſſint verum honorem T.4.152

¶Cap 5 v.1. Iuſti quomodo ſtabunt aduerſus impios T.5. 110 v.2 Quomodo impij mirabuntur, & dicent, ſe laſſatos, &c. T.8. 192 ſeq. v.8. Superbia vitæ, quæ T. 4 149 v.9 Vanitas eorum, quæ mundani poſſident,quam bene exprimatur T.2 220 v. 13 Impij quomodo nati continuo deſinunt eſſe T.1.222 T.8.194 v.16 Quomodo iuſtorum cogitatio apud Deum ſit, & merces, &c. T.2 171.371

¶ Cap.7 v.1 Quantum profuit Salomoni cognitio ſui T.1.215.216 v.3 Quid ſit, deeidiſſe in ſimiliter factam terram T.1.140 v.4. Reges quomodo non habent aliud natiuitatis initium T.1.260 v.17 Sapientia Salomonis, quam grandis fuerit T.8.173 v. 23 Spiritus Sapientiæ cur dicitur mundus T 5 258 Quomodo multiplex T.7.60 v.26 Cur dicitur Sapientiæ *Speculum ſine macula* T.1.29 T.4.188

¶ Cap.8 v.3 Contubernium Dei, quis habet T.4.195.v.10 Regis ſapientis quanta dignitas T.5.147

¶ Cap.9 v.5 Quam bene deſcribat hominis imbecillitatem T. 1. 230 v.10 Quid ſit,petere ſapientiam, *Vt mecum ſit, & mecum laboret* T.8.57 v.13. Cur ſine Dei ſapientia non intelligantur eius cogitationes T.4. 70 71 v.15 Quod dicatur, *Corpus quod corrumpitur*, & quomodo aggrauat animam T. 2.64

¶ Cap.10 v.1. An primis parentibus ſit dimiſſum peccatum, & per quid, & an Adam præter primum peccatum, aliud mortale vnquam commiſerit T.1.63 v.2. Per quid dedit illi virtutem continendi omnia T.1. 163 ſeqq. v.12. Qualis Dei fauor,dare grande certamen ad vincendum T.2.252 T.7.21 v.13 Quomodo non dereliquerit Ioſeph, & dedit ei claritatem æternam T.5.184 v.16 Spiritus Dei quomodo roborauit Moyſen. T.7.59 v.19. Altitudo inferorum,quæ dicatur. T.8. 100 Quomodo Iſraelitis data ſunt ſpolia Ægyptiorum T.2.495 ¶ Cap.11. v.24. Quare ex potentia ſequitur miſericordia T.4.157 249.262 v 25. An & quomodo Deus odio habeat peccatores I.4.54.ſeq.

¶ Cap. 12. v.5. Quam vocet charam Deo terram, & ſacramentum Dei. T.7. 166.

v.17 Deus quomodo ostendit potentiã suam parcendo T.4.157 v.18 Deus quomodo cuncta gubernat T.8.196 ¶ Capite 13 v.10 Quæ dicatur, artis inuentio T.8.188 ¶ Capite 14 v.3 Quomodo Dei prouidentia cuncta gubernat T.8.196 v.9 Cur Patri tribuit gubernationem T.2.326 An, & quomodo Deus odio habeat peccatores T.4.54 seq. ¶ Capite 15 v.4 Quæ sit malæ artis excogitatio, & quare ars pingendi, dicatur mala ars mittens in errorem T.8.188 seq.

¶ Capite 16 v.5 Quæ fuerint sauæ bestiæ T.1.171 v.9 Cur Ægyptios muscæ, Israelitas non dracones occidere potuerunt T.8.47 Quando id fuerit factum T.1.53 T.5.93 v.16 vsque ad finem capitis, de mirabilibus in Ægypto factis T.8.117. seqq. v.19 Ignis quomodo valebat in aqua T.4.47 v.20 Cur Manna dicatur substantia Dei, & quid per illud ostenderit T.7.160 ¶ Capite 17 v. 6 Timor quare ex tenebris oritur T.5.91 ¶ Capite 19 v.3 Cogitatio insciticæ, quæ fuerit T.1.43 v.17 Qualiter in Ægypto creaturæ agerent, tanquam in organo T.8. 119 v.19 Vbi scriptum fuerit, quod ignis ardebat in aqua T.5.93

ECCLESIASTICI.

¶ Capite 1 v.4 Sapientia quomodo dicitur creata T.7.33 v.28 Quæ sit iracundia animositatis, & quẽ subuertat T.4.118.207 v.36 Duplex corde, quis T.2.111 ¶ Capite 2 v.1 Accedens ad seruitutem Dei, cur timere debet T 8.31.32 70 v.2 Cur non festinandum in tempore obductionis T.5.137 v.21 Iusti cur nunc patientiam tenent T.4. 116 v.23 Misericordia cur æqualis Deo dicatur T.4.250.258 ¶ Capite 3 v.33 Eleemosyna quomodo extinguit peccata, sicut aqua ignem T.2.420.514.512 seqq. v.34 Per eleemosynam quale firmamentum constituitur T.2.512 vsque 518 ¶ Capite 4 v. 1 Eleemosynam pauperis, quis defraudet T.2 505.11 Quale bonum, esse sicut filium Altissimi T.2.233. v.29 Quare dicatur, firmamentum esse positum in operibus iustitiæ. T.2.513 v.39 Qualis debeat esse manus ad dandum, & accipiendum T.2.416

¶ Capite 5 v.5 Cur non debet homo esse sine metu de propitiato peccato T.1.15 v.15 Quomodo sit honor in sermone sensati T.5.155 ¶ Capite 16 v.25 Compedes sapientiæ quomodo sint in honorem T.5.168 171 v.29 & in oblectationem T.4.123 v. 31 Vincula illius, quomodo sint alligatura salutis T.5.169 ¶ Capite 7 v.26 Clausura quam sit decens filiabus, & mulieribus T.1. 191 & quæ facies ostendenda illis T.4.216 ¶ Cap.9 v.7 Cur non aspiciendum in vicis ciuitatis T.8.16 v.18 Quid sit, super dolẽtium arma ambulare T.8.123 v.20 Quomodo vbique laqueꝰ T.7.14 T.8.17.38 ¶ Capite 10 v.4 Quos rectores in mundo constituit Deus T.8.197 v.7 Superbia quam odibilis omnibus existat T.1.292 seqq. v.9 Auaro cur nihil sceleratius T.2.456 v.15 Superbia, quomodo principiũ sit omnis peccati T.1.58 67 & quid superbiæ nomine intelligitur T.1.69 v.22 Quomodo incõgrua hominibus superbia, sicut mulieribus iracundia T.1.202 ¶ Cap.11 v.10 Cur diues nõ est immunis à peccato T.2.468 v.32 Superbus quomodo similis sit perdici incaueatæ T. 8.24 ¶ Cap.12 v.1 Cui danda eleemosyna T 458.263 seq. v.3 An Deus odio habeat peccatores T.454.55 v.4 Quis dies vindictæ T.4.116 v.6 Cur, & quomodo prohibet dare eleemosynam peccatori T.4.58 263 seq. 10 Inimico cur nunquam credendum T.5.152 T.8.126 seq. v.13 Incantatori venenato cur non miserendum T.7.71 ¶ Cap.13 v.23 Onager cur dicatur venatio leonis T.8.18 ¶ Cap.14 v.13 Quis liuidus frustra habens aurum T.2.457 v.4 Quomodo auarus alijs congregat T.2 457 v.5 Auarus non est alijs bonus T.2.457 seqq. v.6 Deus quomodo castigat auarum, non permittendo exponere sua T.2.458 v.11 Oblationes dignæ quæ dicantur T.2.459 seqq. v. 12 Quomodo mors non tardat, & quod testamentum inferorum T.1.234 seqq. v.18 Caro quomodo veteraſcet, vt fœnum T.1. 238 v.20 Cur omne opus corruptibile deficiet T.2.430 v.22 Quid est, in sensu cogitare circumspectionem Dei T.2.379.380 v.25 Quæ fenestræ, ianuæ parietes, palus T.5.120 ¶ Capite 16 v.8 Qui fuerint Gigantes qui non exorauerunt pro peccatis T. 1.63 ¶ Capite 17 v.2 Quomodo Deus hominem vestiuit secundum se virtute T.1.66 v.6 Quomodo poluit oculum super corda eorum T.2.289 seqq.353 T.5.67 v.9 Cur necesse fuerit legi naturali addere scriptam T.4.32 v.13 An diuina lex abrogetur per contrariam consuetudinem T.4.34 v.14 Quis rector positus, in vnaquaque gente T.8.150 v.18 Eleemosyna cur dicatur signaculum, aut sacculus conseruant gratiam T.2.496 seqq. v.30 Cur lex naturalis, & scripta debuerunt renouari T.4.33 ¶ Cap. 18 v.15 Pauper cur non contumeliose tra-

ctandus.

ctandus T.2.533 v.27 Iustus cur ab hominibus metuit T.8.84 v.30 Cur post concupiscentias non eundum T.2.25 ¶ Capite 19 v.4 Cur non leuiter credendum T. 5.24 T.8.126. v.11 Quomodo à facie verbi parturit fatuus T.4.168 ¶ Capite 20 v.10 Quodnam datum, non recipiendum T.7.206 seq. ¶ Capite 21 v.4 Peccatum cur dicatur romphæa bis acuta T.4. 119 v.11 Via peccantium quomodo complanata T.7.175 v.30 Cur impius maledicens diabolo, maledicat sibi T.8.147 ¶ Capite 22 v.27 Plaga dolosa, quæ sit T.5.59 ¶ Capite 23 v.6 Ventris concupiscentiç, quç dicantur T.7.85 ¶ Capite 24 v. 14 Sapientia quomodo creata dicatur T.7. 33 v.18 Quæ sint palmæ Cades T.4.177 v.21 Ballamum non mixtum, quod sit T. 4.132 v.22 Quomodo quasi terebinthus extendit ramos T.5.156 v.23 Qui flores eius, honoris T.5.155 ¶ Capite 27 v.7 Verbum oris quomodo ostedit effectum cordis T.5.97 v.9 Quomodo iustitia induit verum honorem T.4.152 v.33 Ira quam execranda T.5.116 ¶ Capite 28 v.1. & seqq. quam excellenter ostendat, Deum iustè non dimittere, non dimittentibus T.4. 137.143 seqq. v.12 Discordia quomodo sit effectus iræ T.4.208 v.15 Susurro cur maledictus T.5.241 v.21 Plaga linguæ qualis T.5.60 ¶ Capite 29 v.12 Pauperem assumere, quid T.2.490.491 v.13.14 Quid est, non abscondere diuitias sub lapide, &c. T.2 491.492 v.15 Eleemosyna quomodo orat, protegit, &c. T.2 508 v.24 Repromissio nequissima, multos perdens, quæ sit T.8.178 ¶ Capite 30 v.4 Pater quomodo manet in filio T.4.229 v.7 Qualis amor parentũ ad filios T.2.144 v.24 Qualis misericordia hominis erga animam suam T.2.500 ¶ Capite 31 v.6 Qui casus in quos dati sunt multi propter aurum, & quomodo sit lignũ offensionis T.7.194 seq. v.10 Vir perfectus cur debet esse probatus T.4 223 ¶ Capite 32 v.5 6 Musicæ nomine quid intelligat, & quid sit non effundere sermonem, vbi non est auditus T.21 v.25 Quæ sit via laboriosa, fugienda T.7.179 ¶ Capite 33 v.15 Quomodo contra malum, bonum, vnũ contra vnum, & duo contra duo T.2 512 T. 7.33 T.8.148 seqq. ¶ Capite 34 v.9 Quã vtiles sint tentationes T.7.62 v.14 Quem spiritum quærit Deus, secundum cuius menduram benedicit T.2.278 seqq. v.30 Cur qui baptizatur à mortuo, si iterum tangat, nihil efficit T 1.43 ¶ Capite 35 v.7 Cur homo nõ debet apparere vacuus coram Deo T.2.384 418 v.11 Decimas sanctificare, quid T.2.392 v.12 Quænam manuum inuentio faciẽda in bono oculo T.2.372 seqq. v.22 Altissimus, contra quos non habeat patientiam T.4.113 ¶ Capite 37 v.12 Consilium à quonam sit accipiendum T.4.195 Quem vocet liuidum, & quam gratiarum actionem T.2.457 v.30 Animam suam quo pacto quiuis debet tentare T.8.89 ¶ Capite 39 v.1 Sapiens quomodo exquirit sapientiam antiquorum, & simul cum illis in versutias parabolarũ intrat T.8.162 seqq. v.22 Quomodo Dei potentia ostendatur in mari T.4.81 ¶ Capite 40 v.1 Terra cur mater omnium dicta, & quid sit, *In diem sepulturæ* T.1.140.141 v.1 Qui de terra sunt cur in terram conuertendi T.1 258 v.13 Diuitiæ iniustorum, quo pacto siccabuntur sicut fluuius, &c. T.2 467 v. 15 Nepotes impiorum, cur non multiplicabunt ramos T.2.468 v.19 Filiorum generatio quantum reddat hominem celebrem T. 4 236 ¶ Capite 41 v.5 Quod iudicium statutũ sit omni carni T 2.249 v.13 Quomodo quæ de terra, conuertenda sunt in terram T.1.285 v.15 An respondendum sit calumnianti ad conseruandum nomen T.4 67 Verus honor quomodo curandus T.4. 152 seq. v.19 & seqq. Quam bene exprimãtur decem, & septem res, à quibus homo debet cõfundi, & quę sint illię T.4.153 seqq. ¶ Capite 42 v.1 seqq. A quibus nõ debeat homo confundi T.4.153 seqq. v.25 Quomodo vnaquęque res suum habeat contrariũ T.2.512 T 7.33 T.8.148 seqq. ¶ Capite 43 v.2.5 Solem, & eius cursum, quam bene describat T.5 250 v.15 Dei potentia quomodo ostenditur ex vento, & abysso T 4.80 v. 25 Quæ sint insulæ, quas Deus plantauit T. 4 36 ¶ Capite 45 v. 9 Vasa virtutis, quę dicantur T.1.164.165 v.12.13.14 Quę stola, quę tintinabula, quę corona, & ad quid T.2.314 ¶ Cap.46 v.23 Samuel an verè apparuerit Sauli T.7.164 ¶ Cap.48 v.19 Ezechias, quomodo extruxit puteos T.4.20 ¶ Cap.49 v.1 Quę dicantur in laudem Iosię T 4.31 v.8 Ierusalẽ cur vocatur, *Electa sanctitatis ciuitas* T.7.166 ¶ Capite 50 v. 3 Quos fantes fecit Onias T 4.20 v.27 Tres gẽtes, quas Deus odiuit, quę sint T.4.18.265 ¶ Cap.51 v.7 Cur cõfungat, Regẽ in quũ, & linguam iniustam T.5.60 v.13 Mors defluens, quid sit T.1.241.seqq. v.16 Tempus

iniquum, quod ſit T.8.84 v.17 Sapiens in cuius agnitione inuenit ſapientiã T.1.198.199

ISAIÆ.

¶ Capite 1 v.1 Cur Iſaias dictus ſit Euangelicus Propheta T.1.74 v.2 Cœlum, & terram cur aduocet T.1.74 v.9 Semen relictum à Deo, quod fuerit T.5.4 T.8.74 v.10 Quos vocet principes Sodomorum, & quare T.2.279 v.11.12 Deus cur repellat ſacrificia Iudæorum, & cur dicat, ſe non quæſiſſe ea. T.2.280 v.16 17 Quid ſit, Quieſcere agere peruerſe, & diſcere benefacere T.1.75 v.23 Principes infideles miſcentes aquam vino, qui T.4.12.13 v.24 Interiectionem Heu cur præmiſerit T.2.238 v.26 Quę vocatur ciuitas iuſtitiæ T.4.105 v.31 Cur dicatur fortitudo eorum ſicut fauilla T.7.71 ¶ Cap.2.v.2 Mons præparatus, quis ſit, quæ gentes fluentes T.5.33 v.10 Cur conſulat ingredi in foſſa humo T.1.137 v.12 13 Dies Domini, quæ ſit, quæ quercus Baſan, naues maris, & cedri Libani T.2.227 ¶ Capite 3 v.9 Sodoma quomodo peccatũ ſuum prædicauit T.1.124 v.10 Quis ſit fructus manuum iuſti, quem comedet T.2.147 v.17 Cur Dominus decaluauit filias puniendas T.7.212.213 ¶ Cap.4 v.1 Mulieres cur contentæ ſola inuocatione nominis viri T.2.232 v.4 Quomodo abluet Dominus ſordes T.7.48 ¶ Cap.5 v.1 Vinea cur dicitur poſita in cornu filio olei T.8.39 v.2 Quomodo ſepiuit eam T.5 89 v.6 Qualis comminatio, mandare nubibus ne pluant ſuper eam T.1.78.84 v.11 Quale huc ſcelus T.2.33 v.18 Qui ſint, trahentes iniquitatem in funiculis vanitatis T.4.143 T.8 91 v.26 Nabuchodonoſor quam expeditus veniret, & quid ſignificaret T.8.80 ſeq. ¶ Cap.6 v.2 Quomodo Seraphim ſtabant ſuper ſolium T.2.6 Cur velabant facies, & pedes, & cuius T.1.213 v.3 Qualis acclamatio, *Sanctus, Sanctus, Sanctus, &c.* T.4.198 ſeq. v.13 Quod nam ſit ſemen ſanctum T.8.74 ¶ Capite 7 v.11 Cur Achaz noluit petere ſignũ, ne tentaret Dominum T.8.189 v.13 In quo fuerint moleſti Deo T.2.534 v.14 Ad quos locutus fuit Propheta promittẽs ſignũ, & quod fuerit illud T.4.173 ſeq. v.20 Radere caput quid ſit T 7.213 ¶ Capite 8 v.6 Aquæ Siloe, quæ dicantur T.5.36 ¶ Capite 9 v.2 Cur dicatur, *Populus qui ambulauit in tenebris* T.2.302 v.4 Quomodo ſuperauit Dominus, ſicut in die Madiam T.7.76 v.5 Veſtimentum mixtum ſanguine, quod ſit T.2.415 v.6 Cur dicatur, Pater futuri ſeculi T.1.140 T.5.122 T.7.31 v.12 Deuorare Iſrael toto ore, quid T.4.107 ¶ Capite 10 v.5 Aſſur, cur dicatur virga furoris ſui T.5.226 v.6 Gens fallax, cui comminatur, quæ ſit T.2 205.354 ſeq. v.12 Quomodo viſitaturus erat ſuper fructum magnifici cordis T.2.254 ſeq. v.15 Exemplo ſerræ, ſecuris, & baculi, quam bene vratur T.2.190 v.23 Quæ fuerit abbreuiatio facta, & quando. T.5.95.193 ſeq. ¶ Cap.11 v.1.2 3 Quæ virga, quæ radix, quis ſpiritus Domini, quis ablactatus, mittens manum, &c. T.8.44 45. 46 ſeq. v.2 Dona Spiritus ſancti cur vocẽtur Spiritus, ad quid dentur, & quomodo Chriſtus plenus fuit illis T.7.69 ſeqq. v.3. Quomodo non ſecundum viſionem oculorũ iudicaturus erat, neque ſecundum auditum aurium, &c. T 8 187 v.4 Quomodo ſpiritu labiorum ſuorum interfecturus impium T. 8.204 v.21 Quando adiecit ſecundo manũ ſuam, & ad quid T.5.4 ſeqq. v.12 Signum ad nationes, quando leuatum T.5.178 v.15 Deſolare linguam maris Ægypti, quid T.5 159. ſeq. T.8 99 ſeq. ¶ Capite 13 v.3 Cur Deus vocet Babylonios, ſanctificatos ſuos T. 2.354 v.12 Homo cur pretioſior ſit auro T. 2.286 ¶ Capite 14 v.2 Sancti, quomodo capient eos, qui ſe ceperant T.4.110 v.4 Quomodo irridebunt dæmonem T 7.19 v. 14 Superbia dæmonis, quæ fuerit, & quomodo appetijt eſſe ſimilis Altiſſimo, & qualiter punitus T.4.250 ſeq. T.7.7 v.15 Vtrum omnes dæmones deiecti fuerint in profundũ T.7.5 v.29 Quis regulus egreſſus de radice colubri, &c. T.4.203 v.30 Quomodo interitura eſſet radix in fame T.7.94. ¶ Cap.15 v.2. Caluitium, & abraſio capitis quid ſignificet T.7 213 ¶ Cap.16 Hoc caput, cur à Iudæis expunctum, & cur de Moabitis, prophetet T.1.155 v.17 Petra deſerti, de qua agnus mittendus prædicitur, quæ, & qui lætantes ſuper muros cocti lateris T.1.155 v.2 Filiæ Moab, quæ dicantur T.2.417 v. 4 Puluis, & miſer conſumptus, quis T.1.211 225 v.5 Solium, cur dicitur, præparatum in miſericordia T.1.40 ¶ Cap.20 v.2 Iſaias cur diſcalceatus incedere iubetur T.21 ¶ Capite 22 v.12 ſeq. Ad quid vocet Deus, & cur non remittenda iniquitas quibuſdam T.5.6 v.24 Gloria domus, quæ dicatur T.8.181 ¶ Cap.23 v.4 Quomodo, & cur mare increpet Sidonem T.4.82 v.8 Tyrus cur dicatur ciuitas coronata T.1.182 ¶ Cap.24 v.20 Iniquitas quantum grauet terram T.1.4 T. 5.105 ¶ Cap.25 v.1 Quid eſt facere cogitationes

tationes antiquas fideles T.5.247 v.4 Spiritus robustorum, quis T.7.59 ¶ Cap.26 v. 7 Quæ via iusti, & rectus callis ad ambulandum T.7.177 v.12 Quomodo Deus dicatur operari omnia opera nostra T.2.188.334 v.17 Spiritus salutum quis, & quomodo cõcipiatur T.5.109 seqq. ¶ Cap. 27 v.1 Quis Leuiathan T.8.2.3 Et quomodo occisurus Deus cetũ maris T.7.33 v.3 Vineam suam quomodo seruet, ne visitetur contra eam T. 8.63 v.9 Cur omnis fructus sit ablatio peccati T.2.96 T.4.261 ¶ Cap. 28 v.16 Quid sit, *Nõ festinet* T.5.157 v.17 Quomodo ponit iudicium in pondere T.5.19.67 v. 21 Quod est opus peregrinum ab eo, quod facit, vt faciat opus suum T.2.240 T.8.67 ¶ Capite 29 v.4 Quid est humiliari, & loqui de terra, &c. T.1.87 v.9 Ebrij non à vino, qui T.2.258 ¶ Cap.30 v.6 Quod onus, quæ iumenta Austri, quæ terra tribulationis, quis leo, & vipera, &c. T 2.431 T.7.26 T.8.47 v.7 Ægyptus cur dicatur, fruſtra auxiliari, & esse superbiam T.2.434 v.20.21 Cur oculos, & aures exprimit T.7.29.35 seq. Quis panis arctus, & aqua breuis T.5.194 v.21 Christus quomodo sit præceptor, & quã viã ostendit T.5.38 seq. v.25 Quæ sint aquæ currentes, & quis dies interfectionis T.5.33 ¶ Cap 31 v.6 Quid sit in Hebrço conuerti aliquem sicut in profundũ receſſerat T.2.63 ¶ Cap.32 v.1.2 Quis Rex regnaturus in iustitia, & quomodo occultaturus sermones suos T 8 183 v.16 In solitudine quomodo sit securitas T.8.16.32 seqq. v.17 Ex qua iustitia sequatur silentium, & securitas T.4 124 T.5.117 ¶ Cap 33 v.16 Munimenta saxorum, quę dicantur T.2.145 T.8.36 v. 20 Qualis ciuitas superna T.5.24 ¶ Capite 34 v.5.6 Cur talis indignatio contra Idumæos, & quę ciuitas Bosra T.5.230 seqq. ¶ Cap.36 v.10 Cur dicat, non ascendisse sine Domino T.2.354 v.16 Qualis promissio, *Comedet vineam suam, ficum suam, &c.* T. 8.97 ¶ Cap.37 v.12 Eden, à qua dicuntur filij Eden, quę sit T.2.445 ¶ Capite 38 v.13 Quid sit, de mane vsque ad vesperam finiri T 1 157. v.15 In Hebrço, quid sit, *Recogitabo tibi* T.1.10 ¶ Cap.40 v.1 Quid sit consolari, quid completam militiam T.5.85 seq. v.10 Quomodo Dominus venturus dicitur in fortitudine T.4 169 T.571 seqq. Quod dicatur opus eius T.2.18 v.12 Quomodo tribus digitis appendat terram T.1.189 v.15 De quibus gẽtibus loquatur T.2.459 v.23 Secretorum scrutatores, qui sint T.2.75 v. 24 Cur dicatur tyrannus, neque satus, neque radicatus in terra T.5.47 v.31 Iusti quomodo volant T.5.105 ¶ Cap.42 v.8 Cur dicat, se gloriam suam alteri non daturum T.1 190.193.194 v.11 Quid sit laudare habitatores Petræ T.8.194 ¶ Cap.43 v.22 Cur dicit. *Non me inuocasti Iacob, &c. seruire me fecisti, &c.* T.2.222 T.8.91 v.26 Quid sit, narrare aliquid, vt iustificeris T.1.8 32 ¶ Cap.44 v.3 Quod nam semen Christi T. 8.74 v.18 seq. Quam bene probet idolorũ vanitatẽ T.1.208 ¶ Cap.45 v.8 Quid vocet iustitiam T.4.185 & quomodo dicatur creatus T.7.33 v.18 Quomodo Dominus faciens Ecclesiam T.5.23 ¶ Cap. 46 v.13 Quæ iustitia, & salus danda in Sion T.4.185 seq. ¶ Cap.48 v.4 seq. Quę ceruix dura, quę antiqua quę noua, &c. T.4.180 seq. v.9 Longe facere furorem, & infrenare gloriam, quid T.4.181 v.18 Quomodo ostẽditur Christus author legis, & Euangelij T.5.12 seqq. v.17 Quæ sint vtilia, quæ docet T.4.117 T. 5.96 ¶ Cap.49 v.1 seq. Quomodo hæc omnia de Christo dicta fuerint T.1.145 v.6 Quid est, dari in lucem gentium T.5 129 ¶ Cap.50 v.1 Quę consuetudo vendendi filios debitorum T.1.50 Homo quomodo vẽditur in iniquitatibus T.8.146 ¶ Cap.51 v.1 Quid sit, persequi iustũ, quæ sit cauernalaci, &c. T.5.243 seqq. v.2 Quam rectè Abraham expendendum inducat T.4.239 v. 4 Quid sit, *Attendite ad me, &c.* & quis hoc dicat T.5.129 ¶ Cap.52 v.3 Quid est, venditos esse gratis, & redimendos sine argento T.1.52 v 7 Christi euãgelizãtis pulchritudo, qualis T.5.119 Quid sit, euangelizare bona T.2.190 Quę bona T.5.17 ¶ Cap.53 Propheta, quomodo Euangelistã se exhibere videatur T.7.32 Cur in hoc capite de præterito trãsit ad futurũ, & è cõtra T.1.210 v.1 Cur præmittit difficultatẽ T.1.40 v.2 Quomodo Christus ascendit sicut virgultum, &c. T.8. 44 v.3 Cur vocetur vir dolorum T.7.104 Sciens infirmitatem T.2.239 v.4 Cur sicut leprosus, percussus à Deo T.1.134 v.5 Attritus T.7.92 v.6 Quomodo posuit Deus in eo iniquitates omnium T.1.40 T.5.228 v. 12 Cur pro trãsgressoribus rogauit T.5.228 ¶ Capite 54. Hoc caput quid contineat T.7. 320 v.12 Quomodo ponit iaspidem pro pugnacula, &c. T.2.180 v.16 Quis faber, quę eius vasa quis illius interfector T.7.19 seq. 32 ¶ Capite 55 v.1 Qui nam sitientes vocẽtur, & ad quid, & quid expendere argentum, nõ in panibus T.2.231 v.2 Ad quod bonum

ſnuitet T.8.112.113 v.4 Chriſtus,quomodo rectis dicatur T.5.250. v.10 Quomodo deſcendit ſicut imber T.5.253 ¶ Capite 56 v.4 Quod præmium, & nomen virginibus reſeruatum ſit T.4.236 ¶ Capite 57 v.1 A facie malitiæ colligi iuſtum, quid ſit T.8.21 ¶ Capite 58 v.1 Ad quem loquatur,dicens, *Clama,&c.* T.2.121 v.3 ſeqq. Cur repulerit Iudæorum ieiunia T.2.258 ſeqq.405 ſequentibus 427 T.4.129 T.5.55.205 v.8 Erumpere lumen quid ſit T.2.517 v.9 Quomodo aptum ſit tempus ad orandum, poſt eleemoſynam T.2.424 v.10 Cur ieiunanti promittitur, Orituram lucem T.2.79 v.14 Quis extollendus ſuper altitudines nubium T.2.67 ¶ Capite 59 v.12 Peccata quomodo reſpondeant nobis T.4.125 v.14 Iudicium, quomodo abijt retrorſum, & æquitas repulſam patitur,& veritas corruit in plateis T.8.33 ſeq. ¶ Capite 60 v.8.Qui ſint,qui vt nubes volant T.177.85 v.15 Quid ſit, pro eo,quod fuiſti derelicta,&c. T.5.182 v. 16 An opus Dei ſit,Eccleſiam ditari à Regibus T.2.437 ¶ Capite 61 v.1 An his verbis tota Trinitas exprimatur T.7.51 v.7 Quomodo pro confuſione dat honorem T.1. 156 v.9 Qui ſint,quos omnes cognoſcent, &c. T.8.74 v.10 Veſtimentum ſalutis,quod ſit T.5.123 ¶ Capite 62 v.2 Quod ſit nomen,quod os Domini nominabit.T.4.235 v. 3 Cui dicat: *Eris corona gloriæ in manu Domini,&c.* T.4.269.ſeqq. v.12 Populus ſanctus quis T.5.187 ¶ Capite 63 v.1 Ciuitas Boſra,quæ.T.5.231 v.9 Quomodo in dilectione ſua ſaluauit eos T.4.270 ¶ Capite 64 v.1 Montes quomodo defluent T.1.256 v.4. Quæ ſint,quæ nec oculus vidit,&c. T.1. 39 ¶ Capite 65 v.3 Immolantes in hortis, & ſanctificantes in lateribus, qui ſint T.1.21 22 v.6 Quid ſignificet: *Ecce ſcriptum eſt coram me, &c.* T.1.126. v.7 Quomodo remetitur opus in ſinu eorum T.2.361 v.16 Quid eſt, iurare,& benedici in Deo Amen T. 2.212 ſeqq. v.17 Qui dicantur cæli noui, & terra noua.T.5.187 ¶ Capite 66 v.2 Spiritus Dei cur quieſcit ſuper quietũ. T.4.208 v.24 Quis vermis,qui non morietur T.1.10

¶ Capite 1 v.5 An Deus loquatur ad Ieremiã in perſona ipſius T.4.23. v.10 Quis miſſus ſit, vt eradicet,& plantet T.4.23 v.11 Virga vigilans,quæ ſit T.8.79 v.13 Olla ſuccenſa ab Aquilone,quæ T.4.223 T.7.63 T.8.39. ¶ Capite 2 v.31 Quis ſit, qui reputat Deum,terram ſterilem T.2.522.

¶ Capite 3 v.14 Quale bonum habere paſtores iuxta cor Dei T.8.198 ¶ Cap.5 v.1 Quã pauci ſancti in ciuitate T.8.19.32.ſeqq. v.5. Deus quomodo excitauit gentes contra populum ſuum T.7.63 v.20 ſeqq. Quam rectè duritiam humani cordis reprehendat T.4.79 ſeq. ¶ Capite 6 v.13 Studere auaritiæ,quid ſit T.2.177 v.15 Neſcire erubeſcere,quid T.5.171 v.16 Stare ſuper vias, quid T.4.68 Quæ viæ antiquæ quærendæ, & tenendæ T.8.163 v.20 Deus cur repellat holocauſta Iudæorum T.2.181 ¶ Capite 7 v.18 Placentæ,quæ, & qualis earum oblatio T.2.236 v.16 Cur prohibet Prophetę,obſiſtere ſibi T.1.18 ¶ Capite 8 v.8 Cur ſtylus Phariſæorum mendax dicatur T.4.12 v.22 Reſina Galaad quæ ſit T.1.166 ¶ Capite 9 v.2 Cur ſolitudinem expetat Propheta T.8 35 ¶ Cap.11 v.16 Quę oliua,quæ loquela grandis,quis ignis conſumens T.2.139 T.4. 150 T.7.203 ¶ Capite 14 v.8 Chriſtus cur vocetur viator T.7.91 v.11 Cur prohibeat Prophetam orare pro populo T.1.18 ¶ Capite 15 v.1 Cur Moyſen,& Samuelem memoret T.4.128 v.19 Quomodo ſeparandũ pretioſum à vili T.4.271 ¶ Capite 17 v.9 Cor hominis quam ſit inſcrutabile T.5.115 v.11 Diabolus cur ſimilis perdici T.8.25 v. 18 Contritio duplex,quę T.5.156 Quomodo Propheta imprecetur mala inimicis T.4.60 ſeq. ¶ Capite 18 v.7 An Deus in ſuis decretis,mutabilis ſit T.1.29 v.16 Prætereuntem mouere caput,quid T.1.10 v.18 Quam grauis ſit linguæ percuſſio T.5.60 ¶ Cap.19 v.1 Ad quid lagunculam vult emi à ſenioribus T.2.469 ¶ Capite 22 v.28 Iechonias cur dicitur,vas fictile T.1.20 v.31 Cur vocatus, vir ſterilis T.8.44 Et quare hoc ſcribendum Deus præcipiat T.1.126 ¶ Capite 23 v.5.6. Chriſtus cur vocatur,Germẽ iuſtum,& Dominus iuſtus noſter T.4.205 v.5. Cur Propheta dicat, contritum cor ſuum, propter adulteros,& qui hi fuerint T.4.101.ſeqq. v. 12. Via peccatorum cur in lubrico T.7.175 v.14 Quinam habeant ſimilitudinem adulterantium T.4.12. v.20 Quomodo in nouiſſimo intelligent cõſilium eius. T.4.102.v. 29.Verbum Dei cur dicatur ignis,& malleus. T.1.125.144 ¶ Cap.26 v.19 Quid ſit deprecari faciem Domini. T.2.518 ¶ Cap.27 v.2 Ad quid ſe circundat catenis T.2.1. ¶ Cap. 31 v.6 Cuſtodes in mõte Ephraim,qui dicãtur T.4.4.73 v.16 Ratio quieſcendi à prolatu,propter mercedem T.2.280 v.20 Populum ſuum cur vocet Deus, puerum delicatũ T.5.29 v.22 Nouum,quod facturus erat ſuper

per terram quod sit T.4.180 T.5.7 v.31 seqq. Quam excellenter iudicet præstantiam Noui testamenti T.5.14 29 42.187 ¶ Capite 32 v.4 Deus quomodo lætetur benefaciens T.2.240 ¶ Capite 33 v.9 Quid Deus intēdat, in his quæ agit T.1.189 ¶Cap.35 v.2 In Rechabitarum opere, quæ sint obseruanda T.5.79.seqq. ¶ Cap.38 v.12 Pannorū veterū appositio, quid significet T.4.170 ¶Cap. 43 v.10 Cur Regem Babylonis vocat Deus seruum suum T.2.354 ¶ Capite 44 v.15 Diabolus, quomodo suadere procurer, obsequentes Deo, fame perire T.7.133 ¶ Cap. 46 v.7.8 Quā bene describatur Nabuchodonosor cum exercitu suo, typo fluminis T.1 257 ¶ Cap.48 v.25 Cornu Moab, quid sit T.2.5.8 ¶Cap.49 v.12 Calicē cur oēs teneantur bibere T.4.222 v.17 Quid sit, sibilare trāseuntē T.2 480 ¶Cap.50 v.13 Quis malleus vniuersę terrę T.7.61 65 ¶Cap.51 v.48 Laudare super Babylonem, quid sit. T.8.194

THRENORVM.

¶ Capite 1 v.3 Iudas quomodo migrauit, propter multitudinem seruitutis T.1.50 v.5. Hostes fieri in capite, quid T.2.295.387 v.8 Ierusalem cur dicatur, Conuersa retrorsum T.8.33 ¶ Capite 2 v.3 Cornu Israel, quid T.2.518 v.10 Cur sederunt in terra T.1.44.112 v.17 Dominus quomodo nunc fecit, quę antiquitus cogitauit T.1.15 ¶ Capite 3.v 27.28 Quod iugum Domini, quid sedere, & tacere T.4.1 10.124 Et an, & cur dicatur, iugum graue T 5 82 v.29 Ex puluere, quomodo trahat spem T.1 60 v. 30 Saturatus opprobris, cur dicatur T.4.221 v. 32 Cur non ex corde castiget Dominus T. 4.223 ¶ Capite 4 v.3 Struthionis crudelitas quę T.2.143.144.148 v.9 Nazaræi cur dicantur sapphiro pulchriores T.1.37 v.9 Fames quam sit intollerabilis T.7.153 ¶Capite 5 v.21 Quid sit *Conuerte nos Domine ad te, & conuertentur* T.8.167

BARVCH.

¶Capite 2 v.18 Pœnitens cur debeat incedere tristis T.1.112 ¶ Capite 3 v.19 Diuites seculi quam bene describantur, & quid sit fabricare argentum T.2.434 v.20 Legem Dei, cur homo, sine Dei luce cognoscere non possit T.4.71 seqq. ¶ Capite 6 v. 34 Verus Deus probatur, quia requirit sibi promissa T.2.199

EZECHIEL.

¶ Cap.1 Hoc caput cur apud Hebrēos, legere non possent, nisi prouecti T.5.254 v.2 Quo anno acceperit Ezechiel spiritum prophetandi T.7.35. v.4 Quis vētus veniens ab Aquilone. T.7.63 v.5. Animalia an essent quatuor, vel vnum. T.7.109 v.13. Quæ dicatur, *Visio discurrens.* T.7.60 v.18. Cur animalia plena essent oculis T.8.80 v.23. Pennæ rectæ tegentes corpus, quæ T.7.109.v.24 Cur similia sono aquarum multarum T.5. 75.T.8.196. v.26. Quis thronus, cur ex sapphiru, cur super capita animalium, & super firmamentum, &c. T.1.35.seqq. ¶Cap.2.v.1. Similitudo gloriæ Domini, quæ sit T.5.76. v.9. Quæ lamentationes, carmina, & væ. T. 7.148. ¶ Cap.4. v.1. Later quis, & ad quid, & cur dicat, *Sume tibi laterem* T.1.79. seqq. v.3. Obfirmare faciem, quid sit T.4.216. v.26. Propheta cur redditur mutus T.1.83. ¶ Cap.5. v.1. Caput radendum, quod sit, & qui illius capilli. T.8.131. ¶Cap.9.v.1. An hæc verba bene inducta fuerint à Paulo T.4.11. v.4. Quod signum Thau super frontem, seruans ab exitio T.1.123. & quæ ratio dimittendi signatos T.1.33. ¶ Cap.10. v.10. An fuerit vnū animal, quod vidit iuxta fluuium Chobar T.7.109. ¶Cap.13. v.11. Quid sit, ædificare absque temperatura T.4.39. v.19. Qui erant, qui violabant Deum, propter pugillum hordei T.7. 198. ¶ Cap.16. v.4. Dies natalis Synagogæ, quis fuerit. T.5.189 & cur dictum, tunc non fuisse præcisum illius vmbilicum. T.7.90 v.5. Cur nata, proiecta dicitur in terram. T.1. 140 v.48 57. Filiæ Sodomæ, & Palæstinarum, quæ dicantur T. 2.417. v 49. Vnde processit iniquitas Sodomæ T.1.64.T.2.32.511.seqq. T.7.9. T.8.91. v.52. Cur præcipitur, confundi, & portare ignominiam. T.1.60 ¶ Cap.18. v.24. Quomodo cum iustus peccat, iustitiæ eius non recordantur, T.1.53. ¶Cap.20. v.1. Sedere coram Domino, quid T.4.121. v.25. Antiquæ præcepta, cur dicātur, non bona T.5.14 103. ¶ Cap.21. v.24. Quæ fuerit iniquitas, cuius punitionem minatur T.2.125. Prophanus, quis fuerit quæ cidaris tollēda T.8.44. ¶ Cap. 23. v.14. Ierusalem quo insaniuit ex visu picturæ Chaldæorum T.8.185. seq. ¶Cap.27. v.2.seqq. Tyrus qualis ciuitas, descripta typo triremis, quæ transtra, prætoriola, remi, vela, &c. & quæ perditionis causa T.1.182.seqq. Quam diues, & potens ciuitas esset T.2.418. Cur vocata, Negotiatio populorū. T.1. 182 v.31. Caluitiū, & abrasio capitis, quid significet T.7.2.13. ¶Cap.28. v.2. Cur dicat, cor illius fuisse sicut cor Dei T.1.150. T.2.139. 204. T.4.251. v.13. Quis fuerit, cuius operimen-

mentū fuit omnis lapis ꝑtiosus T.7.110 Quæ illius foramina præparata à die conditionis T.7.211 v.18. Quomodo datus in cinerem T.1.25.109. Cur tam acriter punitus T.2.206 v.19. Cur dicatur nihili factus T.4.38 ¶ Cap 29 v.18. Rex Babylonis, quomodo seruiuit Deo T.5.143 ¶ Cap.31 v.8. Quis fuerit, altior omnibus cedris T.7.110.143. ¶ Cap.32 v.2. Leonem, & draconem, quare inducat T.7.23. v.26. Mosoch, & Thubal, qui fuerint, & an Thubal indicet Hispanos, & quod ipsorum peccatū T.4.36.37. ¶ Cap. 35 v.2. Mons Seir, quis, cur iratus Dominus contra illum T.4.136.140. T.5.229.232. v.6. Sanguis persequens, quis T.4.123. ¶ Cap.36. v.25. Aquæ mundæ, quæ. T.4.22. ¶ Cap.37. Ossa ficca, quo receperint vitam, & quid indicent, & quis spiritus viuificans T.1.147. 148. T.8.54. ¶ Cap.40. Quam difficilis sit, huius capitis visio, quam soli viri prouecti apud Hebræos legere poterant T.5.254 v.3. Quis fuerit vir habēs speciem æris, & funiculum, &c. T.5.254. seqq. v.42. Frontem templi metiri, quid sit T.5.262. ¶ Cap.42. v.22. Quomodo altare lignum esset, si ignis in eo erat succendendus T.2.16.

DANIELIS.

¶ Cap.1. v.12. Daniel quomodo nō temere statuit decem dies ad tentandum, &c. & quomodo ipse, & eius socij sustentati fuerint per ieiunium T.7.155. ¶ Cap.2. v.13. Sapientes, quo interficiebantur T.1.219. v.15. Quam crudelis sententia, & quam obedientes se exhibuerint Regi illius serui ad eius executionem T.4.77. 21. An sit Deus ipse, qui dat, & transfert regna T.8.197. v.35. Qua ratione omnia metalla pariter fuerint contrita T.1.157.158.251.260. v.39. Æs, cur Græcos significet T.1.173. T.7.171. v.41 Decem digiti pedum statuæ qui T.1.224. v.44. Qualiter Christus imperium suū in omnem terram extendit T.4.275. ¶ Cap.3. v.19. Interior iræ affectus, quomodo apparuit in facie Regis T.5.116. v.50. Ignis cur non potuit nocere sanctis pueris T.2.15. seqq. v.92. Facies quarti, cur dicta est, sicut facies Angeli T.5.118 v.95. Nabuchodonosor, quam excellens prædicator euaserit T.7.103 ¶ Cap.4. v.7. Quid visio arboris, præciso ramorū, alligatio radicis, vt tingeretur ros cœli T.2.95. seqq. v.10. Vigiles qui fuerint T.1.155. T.2.422. v.16. Quare Daniel se continuit, cogitās quasi vna hora T.1.117. v.24. Vnde collegit sententiam contra Regem reuocabilem T.1.126. & quomodo sententia suspensa fuerit multo tempore T.2.421. seqq. v.28. Deus cur tam citò puniuit superbiam Regis T.2.194. v.31. seqq. Voluntas Dei cur non discutienda, sed cōplenda T.4.97. v.34. Gradientes in superbia, qui dicantur T.7.204. ¶ Cap. 5. v.1. Conuiuium illud, quam fuerit execrandū T.2.2. v.5. Digiti an scripserint atramento, & quid significaret Scriptura T.2.2. Quænam peccata Baltassar, præmiserit Scriptura T.2.35. v.25. Vnde intellexit Daniel sententiam irreuocabilem T.1.126. v.27. Baltassar, quomodo inuētus fuerit minus habens T.1.197 T.2.236. v.28 Cur dicat, diuisum iam regnum, Medis, & Persis, si adhuc diuisum non erat T.1.219. v.31. Quis, Darius Medus, & quomodo Medis, & Persis Regnum fuerit diuisum T.1.219. ¶ Cap.6. v.8. Satrapæ cur petierunt, decretum Regis scribi T.1.126. v.22. Deus cur miserit Angelum ad custodiendum Danielem T.7.177. ¶ Cap. 7. v.2. Regum potentia cur ventis indicatur T.7.63. v.11. Sermones grandes, qui dicantur T.7.203. seq. v.13. Quid sit peruenisse ad antiquum dierum T.4.31. v.20. Os loquens grandia, quod fuerit T.7.203. seq. v.24. Reges cur cornu nomine exprimantur T.2.518. ¶ Cap.8. v.12.24. Antichristus, quomodo roborabitur non suis viribus T.7.196. v.13. Cur in Hebræo dicatur militiam futuram in conculcationem T.5.85. ¶ Cap.9. v.3. Daniel quam bene se disposuerit adorandum T.1.110. & quid sit, deprecari in ieiunijs T.2.84. ¶ Cap.10. v.1. Quomodo intelligentia opus sit in visione T.8.164. v.3. Cur Daniel non fuit vnctus vnguento T.2.126. v.13. An quæuis Prouincia suum habeat custodem Angelum T.8.150. ¶ Cap.11. v.5.6. Quis fuerit Rex Austri, & Rex Aquilonis T.7.63. v.14. Cur dicat, *Multi consurgent, &c.* T.5.228. v.21. Antichristus quam indignus futurus sit honore Regio T.7.192. ¶ Cap.13. v.35. Susannæ cor bene habebat fiduciam in Domino T.7.180. v.55. Angelus cur missus ad eius liberationem T.7.163. v.56. Quid sit, *Species decepit te.* T.2.311. ¶ Cap. 14. v.31. An ieiunij virtus conseruauerit Danielem, illæsum inter leones T.2.39.40. v.33. Habacuc quomodo deportatus ab Angelo T.7.163. seq.

OSEÆ.

¶ Cap.1. v.2. Quomodo posset Oseas ducere fornicariam T.4.96. ¶ Cap.2. v.5.6. Quo illa ibat post amatores suos, & quid sit *Propter hoc lactabo eam* T.4.174 *seq.*

¶ Cap.3. v.1. An hæc mulier vxorata esset,

esset, & quomodo iubetur Propheta illam ducere T.4.90 Vinacia vuarum, quæ T.8.199 Cur Synagoga dicitur adultera. T.4.101 seq. v.2 Viri quomodo dicerentur emere vxores T.2.246 ¶ Cap.4 v.1 Quod iudicium Domini audiendum T.8.34 seq. Quæ mala sequantur, ex eo, quod non est scientia Dei in terra T.4.147 v.12 Interrogare in baculo, quid sit T.5.66 ¶ Cap.5 v.2 Victimas quomodo declinabant in profundum T. 2.146.174.210

¶ Cap.6 v.6 Deus quomodo non velit sacrificium, sed misericordiam T.2.277 v.9 Quid sit, *Quasi fauces virorum latronum* T.2. 450 ¶ Cap.7 v.6 An bene idololatriæ causam exprimat symbolo clibani T.2.30 v.11 Cur columba dicitur auis seducta T.2.149 ¶ Cap.8 v.7 Quomodo qui ventum seminant, turbinem metent T.2.234 Culmus, in quo non est germen, quis sit T.2.382 v.11 Quid sit multiplicare altaria ad peccandum T.1.164 ¶ Cap.9 v.9 Quod peccauerunt profundè sicut in diebus Gabaa. T. 7.186 ¶ Cap.10 v.12 Tempus requirendi Dominum, quod sit T.2.18 Quid est seminare in iustitia, & metere, &c. T.2.517 ¶ Cap.11 v.8 Deus cur loquitur quasi hæsitans, & dubitans, quid facturus sit T.4.218 ¶ Cap.12 v.1 Ephraim cui dicatur pascere ventum T.2.464 v.3 Quid sit supplantasse fratrem in vtero T.4.200 v.4 Vbi scriptum sit, Iacob fleuisse, & rogasse T.5.93 & quid rogauit T.5.197 seqq. v.7 Habere stateram dolosam in manibus, quid sit T.2.156 v.10 Cur dicitur Deus assimilatus in manibus Prophetarum T.2.504 T.4.12

¶ Cap.13 v.1 Quis Ephraim, quid locutus est, & qualis horror tunc inuasit Israel T.2 30 v.6 Quomodo iuxta pascua sua sint adimpleti, & quid inde fuerit subsequutum T. 2.86 ¶ Cap.14 v.7 An Libanus, & thus pro eodem sumantur T.1.13

IOELIS.

¶ Cap.1 v.1 Ioel quo tempore prophetauit, & eius verba quanta sint expensione digna T.1.23 v.14. Sanctificare ieiunium quid T.2.20.22.97.256 Vocare cœtum, quid T.2 406. T.4.129 ¶ Ca.2.v.3 Quid sit, coram quo terra est quasi hortus voluptatis, & post illum solitudo deserti T.2.139 v.12 Aduerbium præsentis temporis, *Nunc*, quam bene ponatur T.1.6 Conuerti in toto corde, quid sit T.1.42.48 v.13 Scindere corda, quid sit. T.2.412. Quomodo Dominus, dicitur benignus, & misericors Tractatus 1.23.26 Et multæ misericordiæ T.1.26 Et præstabilis super malitia. Tractatu 1.28.29 v.14 Cur propheta loquatur quasi dubitando, dicens, *Quis scit si conuertatur &c.* Tractatu 1. 15.34 seqq. v.15 Sanctificare ieiunium & vocare cœtum, quid sit, vide cap.1. præcedenti v.20 Quis sit, qui dicitur, ab Aquilone T.8.204 v.23 Præceptor iustitiæ, quis sit T.5.38 v.25 Restitutio eorum quæ comedit locusta, & bruchus, quid indicet T. 1.52.53

AMOS.

¶ Cap.1 v.2. Cur rugiet Dominus de Sion exiccatus est Carmelus T.5.231 v.3 Super quatuor non conuertam, quid sit T.8.103 v.5. Quæ sit domus voluptatis T.2.446 v.11 Tria scelera Edom, quæ fuerint T.1.231 seq. ¶ Cap.2 v.1. Incendere ossa vsque ad cinerem, quid sit T.1.25 ¶ Cap.3 v.8. Ad leonis rugitum, & vocem Domini, quid agendum T.5.146 ¶ Cap.4 v.1 Vaccæ pingues quæ dicantur, & quid sit iurare Dominum in sancto suo, leuandos in contis, &c. T.2.77 ¶ Cap.5 v.22 Cur repellit holocausta, & laudes Iudæorum T.2.281 ¶ Cap.6 v.1 Cur tam acri cõminatione illos prosequitur T.2. 32.33 v.4 Vituli de medio armenti, qui dicãtur T.1.129 v.8 Quid iuret Deus, & propter quid T.1.204 ¶ Cap.7 v.7 Murus quis, & qui adamantes T.7.61 ¶ Cap.8 v.5 Sicius quid T.2.294 Quam bene depingat auaros. T.2.438 v.7.8 Iurare in superbiam Iacob, quid sit, & quid defluere ficuti riuum Ægypti ex Hebræo T.1.255 seqq. ¶ Cap.9 v.1. Qui sint habentes auaritiam in capite. T.2. 176 v.6 Ascensiones quæ dicantur, & quis funiculus Dei fundatus in terra T.5.21 seqq. v.11. Quod tabernaculum Dauid decidens, suscitandum T.8.44

ABDIÆ.

¶ Cap.1. v.1. Abdias quis fuerit T.2.507. v.1.11. Quis Edõ, & quomodo fuerit quasi vnus ex inimicis Israelis T.2.23. seqq. Quomodo Deus legatos misit ad gentes, excitans illas contra Edom T.7.63.

IONÆ.

¶ Cap.1. v.1. Ionas quo tempore prophetarit T.1.28. ¶ Cap.2. v.1. Vnde aduenerit cetus, ad deglutiendum Ionam T.8.141 v.9. Custodientes vanitatem, qui sint. T.4. 142. ¶ Cap 3. v.7. Quam asperum ieiunium fuerit inductum T.2.13. vsque 21. ¶ Cap.4. v.2. Vnde potuit Ionas suspicari, sententiam Dei contra Niniuem fuisse reuocabilem T.1 126. v.3. Quid sit ex Hebræo, *Innocens*

super malitia T.1.28.29. v.5. Ionas cur ciuitatis excidium contendebat. T.4.108

M I C H Æ Æ.

¶ Cap.1. v.8. An ſtruthio planctum faciat ſuper filios ſuos, & quomodo T.2.143.

¶ Cap.3. v.5. Prælium ſanctificare, quid T.2.20.

¶ Cap.4. v.1. Quis mons præparatus, & qui fluentes ad eum T.5.33. v.10. Quid ſit, *Dole, & fatage, &c.* T.1.16. ¶ Cap.5. v.2. Quis dicatur egreſſus eius T.7.22. v.5. Quis ſit, qui vocatur. Pax T.5.235. ¶ Cap.6. v.6. Interrogatio hæc, quam multa contineat T.2.7.ſeqq. v.8. Quæ ſacrificia expoſcit Deus T.2.270. vſque 277.281. v.14. Quomodo humiliatio tua in medio tui. T.1.198. ¶ Cap.7. v.1. Deus cur dicatur ſimilis colligenti racemos in autumno T.2.236. v.2. Quem ſanctum perijſſe deplorat. T.2.507.

N A H V M.

¶ Cap.1. v.15. Ad præſentiam euangelizantis, quomodo lætandum. T.5.119. ¶ Cap.2. v.1. Cuſtos obſidionis, quis dicatur T.4.73. ¶ Cap.3. v.3. Corruere in corporibus, quid ſit. T.8.34.

H A B A C.

¶ Cap.1. v.1. Prophetia Habacuc, quid contineat. T.7.197. v.4. Lex cur dicatur lacerata, & à quo T.4.4. v.10. Nabuchodonoſor quomodo de Regibus triumphauit, & qui tyranni fuerint eius ridiculi, & quid ſignificet T.2.56.304. Quid eſt comportare aggerem ad capiẽdam vrbem T.7.198. v.11. Quomodo, & cur dicatur mutatus ſpiritus Nabuchodonoſor. T.7.170 v.13. An legendum ſit. Quare reſpicis, & quid ſignificet T.2.476. v.16. Quæ eſca eius electa T.8.28. v.17. Gentes interficere, quid ſit. T.7.35

¶ Cap.2. v.4. Quis iuſtus viuens ex fide T.8.110. v.6. Quis ſit, qui congregat non ſua, & aggrauat contra ſe denſum lutum T.2.504.ſeq. v.16. Quis vomitus ignominiæ ſuper gloriam. T.2.505 v.18. Quæ differentia inter Deum, & idolum T.5.147. ¶ Cap.3 v.1. Quæ ſint ignorantiæ pro quibus orat. T.4.96.97. v.3. Quomodo deſcribat Chriſtum egredientem, &c. & diabolum inſurgentem. T.7.112.113 v.4. Quæ cornua in manibus eius T.4.70.274.ſeqq. T.8.136. v.13. Quomodo egreſſus fuit Deus cũ Chriſto, percutiens caput domus iniqui, & denudans, &c. T.1.125. T.4.164. T.7.114.211. ſeqq.

S O P H O N I Æ.

¶ Cap.1. v.1. Sophonias quando prophetauit. T.4.150 v.7. Silere à facie Domini, quid ſit. T.4.147.151 v.12. Scrutari Ieruſalem in lucernis, quid. T.2.226 ¶ Cap.3. v.5. Cur dicatur: *Dominus iuſtus in medio eius non faciet iniquitatis, &c.* T.4.105. v.8. Quid ſit: *Expectа me, &c.* T.4.115.

A G G Æ I.

¶ Cap.1. v.2. Quam bene reprehendat populum pigriter agẽtem circa reædificationem templi, &c. T.1.54.55. v.6. Comedentes, quare non ſunt ſatiati. T.7.155 v.10. Cur, & quomodo cœli prohibiti ſint dare rorem. T.1.184 ¶ Cap.2. v.9. Cur dicat Deus, ſuum eſſe aurum, & argentum T.1.55. T.8.200.ſeq.

Z A C H A R.

¶ Cap.1. v.1. Zacharias, qualis Propheta fuerit, & quam obſcura eius prophetia T.15.17 v.3 Cur dicat, Deus, *Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos.* T.8.169 v.6. Quis fuerit eques, ſuper equum rufum inter myrteta, & qui alij equites. T.5.15. T.8.7. v.13. Quæ fuerint verba bona, & conſolatoria & quid de ædificatione Ieruſalem. T.5.16.ſeqq. v.16. Quomodo illi tyranni adiuuarunt Deum in malum. T.5.144.18. Cornua quatuor, quæ fuerint T.2.518 T.7.113. ¶ Cap.2. v.1. Quis funiculus, quis ædificator, & quid ædificaturus eſſet T.5.16. ſeqq. ¶ Cap.3. v.1. Ieſus quis, Satanas cur à dextris eius, aduerſabatur ei T.7.130 T.8.149. Cur vocatus Satan. T.7.210 Quis Dominus, cui Dominus iniunxit, increpare Satan. T.8.208 v.9. Petra dolanda T.5.224.

¶ Cap.7. v.Saraſar, & Regommelech qui fuerint, & ad quid miſſi, &c. T.2.266.ſeqq. Quare ieiunium exponunt per ſletum. T.7.105. v.5. Iudæi ieiunantes cur dicantur, non Deo ieiunaſſe. T.2.222 ¶ Cap.8. v.22. Deprecari faciem Domini, quid ſit. T.2.417

¶ Cap.9. v.8. Qui ſint, qui circumdant domum Domini, euntes, & reuertentes. T.8.158. v.9. Filia Sion, & Ieruſalem, quæ dicatur. T.2.416 v.15. Lapides fundæ, qui fuerint. T.8.16 ¶ Cap.10. v.3. Qui fuerint quos poſuit Deus quaſi equos gloriæ ſuæ T.8.59. v.7. Fortes Ephrain qui fuerint T.2.254. ¶ Cap.11. v.13. Cur dicat: *Decorum pretium, &c.* T.2.176.

M A L A C H I Æ.

¶ Cap.1. v.1. Quis fuerit Malachias T.4.2. v.2.3. Iacob cur dilectus, & Eſau odio habitus T.5.229.ſeqq. Quomodo Deus odio habeat peccatores. T.4.54.55 v.9.

Vul-

Vultum Domini deprecari, quid ſit T.2. 417. v.14. Cur vocatur doloſus, qui offert macrum, habens in grege ſuo pingue T.2. 284. ¶ Cap.2. v.3. Quid ſit proijcere brachium, & ſtercus ſolemnitatum T.2.281. ¶ Cap.3. v.1. ſeqq. Quis mittat Angelum, quis Angelus, quis Dominator, quomodo ſedeat emundans argentum, &c. *T.4.2.* ſeqq. v.16. Quid ſignificet, attendiſſe Dominum, &c. T.1.155. ¶ Cap.4. v.2. Quomodo Chriſtus orietur ſicut Sol *T.2.179.* T.5.122. 250.

PRIMI MACHAB.

¶ Cap.1. v.3. Terra cur dicitur ſiluiſſe à facie Alexandri T.5.117.147. v.4. Quaſis fuerit elatio cordis eius *T.1.151.* v.59. Antiochus cur libros legis comburi iuſſerit T.7.147. v.61. Quid eſt, *In omni menſe, & menſe* T.8.151. ¶ Cap.2. v.37. An licet offendentibus ſe opponere T.5.50. v.50. Quam bona exhortatio ab exemplo parentum T.4.239. ¶ Cap.3. v.23. Iudas quos ſpiritu actus, commiſit bellum, paucos habens milites T.2.68. v.32. Quis Lyſias T.8.7. v.58. Quid eſt, Eſtote potentes *T.4.* 229. ¶ Cap.6. v.37. Dorſi Elephantorum, quanta vis T.7.88. v.46. Factum Eleazari, quale T.2.142. T.7.88.93.

¶ Cap.8. v.1. ſeqq. Romanis cur Deus tantam cõtulit potentiam, & dominationem T.2.220. ¶ Cap.10. v.20. Qualis honor, vocari amicum Regis T.4.232. ¶ Capit.12. v.9. Sancti libri quomodo ſint ſolatio T.7. 148. ſeq.

SECVNDI MACHAB.

¶ Cap.3. v.12. Cur dicat, impoſſibile eſſe, illos decipi, qui ſe credunt loco ſancto T.2.333. ¶ Cap.6. v.13. Tribulationes, quomodo ſint ſigna amoris Dei T.7.134. ¶ Cap. 7. v.22. Quomodo Deus magis operetur in filijs, quam parentes ipſi T.5.252.

¶ Cap.9. v.13. Antiochus cur non inuenit veniam, petens illam cum lacrymis T.4. 140. ¶ Cap.10. v.29. Quinque viri in equis apparentes, qui fuerint T.8.7. ¶ Cap. 11. v.8. Quis eques apparens in veſte candida, & quos animos Iudæis fecerit T.8.7. ¶ Capite 14. v.46. An Razias rectè fecerit, proijciens inteſtina ſua ad Deum, &c. T.2. 335.

MATTHÆI.

¶ Cap.1. v.25. Quomodo aduerbium, *Donec*, perpetuum Mariæ virginitatem declaret T.1.6. ¶ Cap.2. v.11. An adoratio quæ ſit procidendo, ſit ſoli Deo debita T.7. 200. v.16. Quomodo, cur, & à quo illuſus fuerit Herodes T.7.11. v.20. Qui dicantur mortui in plurali T.7.126. ¶ Capit.3. v.7. Ioannes, cur Phariſæos vocet, progeniem viperarum *T.*1.45. v.8. Fructus digni pœnitentiæ qui ſint T.5.45. ſeqq. v.11. Baptizare in Spiritu ſancto, & igne, quid ſit T.1. 142. Quæ differentia inter baptiſmum Ioannis, & Chriſti T.7. 48.59. v.16. Chriſtus cur baptizatus confeſtim aſcendit de aqua, T.7.36. ſeq. An columba apparens, verum fuerit animal T.7.189. v.17. Cur Chriſtus dicatur Filius dilectus T.8.37. Cur non additum nunc ſit, ipſum audite T.7.36. ¶ Cap.4. v.1. vſque 12. Exponuntur integris tractatibus ſeptimo, & octauo. v.14. An Euangeliſta bene inducat locũ Iſaiæ T.2 302. ¶ Cap. 5. v.1. Chriſtus cur ſederit T.4 4. v.2. Quid ſit, Aperiens os ſuum T.1.87.88 T.4. 90 T.5.84. v.3. Qui pauperes ſpiritu, ſint Beati T.2.278. 359. v.4. Cur mitibus promittitur profeſſio terræ *T.*5.230. v.9. Cur pacificis promittitur, vocandos filios Dei T. 5.197. ſeq. v.11. Cur Beatus qui patienter ſuſtinet mendacia, & calumnias contra ſe dictas *T.*4.221. v.16. Quomodo præcipiat, opera noſtra lucere alijs, ſi iubet illa abſcondere T.2.310. vſque 321. T.4.278. T.5. 261. ſeq. *T.*8.72. v.17. Chriſtus quomodo venit, non ſoluere legem, ſed adimplere T. 4.13. T.5.8. v.20. In quo, & cur abundantior debet eſſe noſtra iuſtitia T.4.7.8. *T.*5. 19.20.27. ſeqq. v.22. An legendum ſit, iraſci ſine cauſa, & quid hoc ſit T.4.162. v.23. Quæ diſponat Chriſtus, circa offerentem munus ad altare T.5.213. ſeqq. Quomodo non placeant ſacrificia cordis ſeparatis à fratre T.2.285. v.29. Quid eſt: *Si oculus tuus ſcandalizat te, &c.* T.4.257. v.34. An liceat iurare *T.*5.262. v.38. Quæ ratio illius legis, *Oculum pro oculo, &c.* T.4.108. v.43. vſque ad finem, exponitur integris tractatibus quarto, & quinto.

¶ Cap.6. v.1. vſque ad 4. exponitur *T.* 4.277. vſque ad finem, & T.5.161. vſque ad finem v.9. Sanctificare nomen Dei, quid ſit T.2.20. v.10. Quid ſit, *Adueniat Regnum tuum T.*2. 450 v.11 Cur panis quotidianus petendus T.4.61 v.12 Cur petitioni panis, adiũgitur, *dimitte nobis debita noſtra* T.4.187. Quæ vis horum verborum, *Dimitte nobis ſicut, & nos, &c.* T.4.134. T.5. 218. ſeqq. 222. ſeq. v.13 Non induci in tentationẽ, quid ſit. T.7.41.46.57. T.8.13 Quid liberari à malo. T.4.164. T.7.41.57.128. T.8.

197 v.16.vsque 21. Exponitur integro tractatu secundo v.33. Quærere iustitiam Regni Dei, quid sit T.4.278. & quomodo alia adijciantur T.8.200.

¶ Cap.7. v.14. Cur dicitur angusta porta, quæ ducit ad vitam. T.5.128. v.23. Cur illos qui bona egisse proponunt, vocet operarios iniquitatis T.2.356. T.4 39. seqq. v.24. Cur domum fundandam supra petram dicat Christus. T.4 84.

¶ Cap.8. v.20. Christus cur responderit, *Vulpes foueas habent, &c.* T.8. 184. v.31. Dæmones cur licētiam postulauerint ingrediendi porcos T.8 138. Cur locuti fuerint rogantes T 8.208. ¶ Cap.9. v.11. Cur Pharisæi reprehendant, comedere cum publicanis T.4 244. v.15. Christus, cur interrogatus de ieiunio, respondet de luctu T.7.105. Cur filijs Sponsi lugendum non sit, & qui sint T.2. 247. T.5.188. Quando fuit ablatus sponsus, & debuerunt ieiunare T.1.162 T.2.48. v.16. Symbolo panni, & vtris, quid voluerit indicare T.5.187. ¶ Cap.10. v.9. Discipulos, cur Christus mittit quasi nudos, per quos orbem erat superaturus T 4.166. seq. v.23 An fugiendum tempore persecutionis tyrannorum. T.7.73 v.34. Quomodo dicat Christus venisse, mittere gladium T.4.28. v.37. Cur iubet odire patrem, matrem, & fratres, qui præcipit diligere inimicos T.5.45. v.41. Prohe: am recipere in nomine Prophetę quid sit. T.2 532. T 4.264. v.42. Aquam frigidam cur Christus expresserit. T.2.362 366.509

¶ Cap.11. v.7. Ioannes cur dissimilis sit arundini T.4.244. v.12. Quomodo soli violenti rapiunt regnum cælorum T.7 20. v.18. Ioannes cur dicitur non manducasse nec bibisse T.2.47.80.81. v.28. Christus ad quam requiem vocat T.2.461. v.29 Quomodo peculiariter venit, ad docendam humilitatem T. 1. 59. in ea debemus illis esse similes T.4.251. v.30. Cur dicat, iugum suum suaue, & onus leue T.5. 14. 68. 101. seqq.

¶ Cap.12. v.33. Quid sit facere arborem bonam, & fructum T 4 88. v.34. Quomodo ex abundantia cordis, os loquitur T.5 97. v.45. Cur vnus dæmon alios aduocet T.7.100. T.8.4. ¶ Cap.3. v.19. Quę vocet, malum T.7 128. v.29. Quare non eradicanda zizania T.4. 107. T.1. 58. v.51. Quis sit scriba doctus T 4.9. ¶ Capite 15. v.13. Quomodo Pharisæi irritum fecerunt mandatum Dei propter traditiones suas. T.4 122. v.13. Quæ plantationes eradicandæ T. 4.43. ¶ Cap.16. v.6. Hypocrisim cur vocet fermentum T.2.265. v.16. An Petrus confiteatur, Christum Filium Dei naturalem T.7.111. v.19. Quam grandis potentia, ligare, & soluere in cœlis, &c. T.2.518. v 23. Cur Christus dixerit Petro, *Vade post me* T.8.204. ¶ Capit.17.v.3. Moyses & Elias cur apparuerunt in transfiguratione. T.2. 80 T.5.39. v.5. Cur addat Pater. *Ipsum audite* T.7.36. v.20. Quod genus dæmonum non ejcitur, nisi in oratione, & ieiunio T.2.48. ¶ Cap.18. v.9. Quid sit, *Si oculus tuus scandalizet te, &c.* T.4.257. v.10. An habeat vnusquisque proprium Angelum custodem T.8.149. v.23.seqq. Quæ annotanda sint in ista parabola T.4.114.138. 139 T.5.218 233. v.25. An filij vendi possint pro debitis parentum T.1.50. ¶ Cap.19. v.17. Quomodo solus Deus dicatur bonus. T. 9.94. v.18. An seruare mandata antiqua sufficeret ad vitam T.49. v.22. Quis fuerit defectus huius adolescentis T.2.413. 414. v.26. Quomodo possibilia sint apud Deum, quæ apud homines impossibilia T.8. 43. v.27. An dici possit, Apostolos reliquisse omnia T.2. 371. v.28. Resurrectio cur vocetur regeneratio T.1.140. ¶ Cap.20. v.18. Christus, quomodo ascendit Ierosolymam, præscius futurorum T.4. 186. v.22. Cur duo fratres, nesciebant quid petebant, T.7.16 v.22. Quis fuerit calix Christi T.4. 188.

¶ Cap.21. v.19. Cur Christus maledixit ficulneæ, quæ incapax erat culpæ T.2. 184. seqq. v.25. Quid Christus quærere voluerit, interrogans de baptismo Ioannis. T.1. 46. v.37. Quid sit, nouissime mittere T.4. 91. v.40. Cur ad Pharisæos ipsos deferet pronunciare sententiam contra seipsos T.4. 92. ¶ Cap.22. v.17. Cur Iudæi dubitarent, an liceret dari Cæsari censum T.4.243. v.37. Quomodo præceptum dilectionis dicatur primum T.4 41.42.v 39. Quomodo teneatur homo diligere proximum sicut seipsum, & qualis ordo charitatis T.4.52.53. v.40. Cur ex præcepto dilectionis dicatur pendere lex, & Prophetæ. T.4.9

¶ Cap.23. v.9. Cur nolit alium à cœlesti, vocari Patrem. T.5.253 v.27. Cur Pharisæos similes dicat Christus sepulchris dealbatis T.2.121. ¶ Cap.24. v.2. Quis Christū interrogauerit de templi extructura. T.1.253 Quomodo impletum fuerit, *Non relinquetur lapis super lapidem, &c.* T.1. 254. v.30. Crux cur vocetur signum filij hominis T.4.

791. v.46. Quid sit, *Sic facientem* T.2.234. v.48. Cur malus seruus dicit: Moram faciet, &c. T.2.473.476. ¶ Cap.25. v.1. Quid hæc parabola significet T.2.226. seqq. v.3. Olei defectus quis sit. T.2.414.415 v.35. Quomodo ijs qui ad dextram, dicet, Dediſtis mihi manducare, ſi multi fuerunt pauperes. T.2.371. Cur Chriſtus ſola miſericordiæ opera exprimat T.2.415.507. vſque 517. v.40. Cur ſibi datum dicit, quod datur pauperi. T.2.340.479. T.5.135. v.41. Cur Chriſtus damnet pro re tam parua qualis eſt, non dare cibum pauperi, &c. T.2.509. v.42. Quis ſit diabolus, cui paratus eſt ignis. T.7.111. ¶ Cap.26. v.5. Iudas quam inſipiens mercator fuerit T.2.175. ſeq. v.28. Quid ſit nouum Teſtamentum T.5.187. v.39. Calicis nomine, quid intelligat Chriſtus Dominus T.2.370 T.4.188. v.41. Cur iungit, vigilare, & orare. T.2.86. Quid ſit intrare in tentationem T.7.73. Quomodo ſpiritus promptus, caro infirma dicitur T.2.68. T.8.61. v.44. Cur Chriſtus ter orauerit. T.8.175

¶ Cap.27. v.19. Somniorum vxoris Pilati quæ cauſa extiterit T.5.202. v.19.33. Cur dictus *Caluariæ locus*. T.1.217 v.34. Chriſtus cur non bibit vinum myrrhatum T.7.103. v.42. Cur noluit, deſcendere de cruce T.5.206. v.51. Velum templi cur ſciſſum T.5.90. Petræ cur ſciſſæ T.5.204.

¶ Cap.28. v.18. Quid nomine cœli, & terræ intelligat T.2.188. T.5.187.

MARCI.

¶ Cap.1. v.15. Quod tempus dicatur impletum, & quomodo prophetia fuerit impleta T.5.87.

¶ Cap.2. v.19. Filij nuptiarum, qui dicantur, & cur illis non lugenti T.2.247. ¶ Cap.3. v.2. Quid eſt, *obſeruabant eum* T.2.365. ¶ Cap.6. v.20. Herodes quomodo cuſtodiebat Ioannem, vbi tenuit eum in carcere, & cur decollauit T.2.34. ¶ Cap.8. v.15. Hypocriſis cur vocetur fermentũ T.2.265. ¶ Cap.9. v.49. Salem, & pacem, cur coniunxerit T.5.235. ¶ Cap.10. v.17. Quis defectus huius, accedentis ad Chriſtum ſi ætatis genu T.2.413.414. ¶ Cap.12. v.42. In hiſtoria viduæ, & gazophilatio quæ fuerint annotanda T.2.363. ſeqq. ¶ Cap.13. v.1. Quis Chriſtum interrogauit de templi fabrica, & quomodo quod ipſe dixit, completum fuit T.1.253. ſeq. ¶ Cap.15. v.22. Caluariæ locus, quis T.1.217. ¶ Cap.16. v.19. Chriſtus cur dicitur, ſedere à dextris Dei T.8.35.

LVCÆ.

¶ Cap.1. v.11. Altare incenſi vbinam erat T.2.92. v.15. Sicera quid, & cur abſtinentia Ioannis præmittitur T.2.80. v.32. Cur Chriſto promittitur ſedes Dauid T.4.275. Et Regnum in domo Iacob. T.4.271 v.69. Cornu ſalutis quid ſit T.2.518. v.74. Chriſtus quomodo venit auferre timorem inimicorum T.7.31. v.80. Ioannes in quibus deſertis vitam egerit T.8.8. ¶ Cap.2. v.1. Romanis cur totum fere orbem Deus ſubiecerit T.2.219. v.4. Cur dicatur Ioſeph aſcendiſſe de Galilæa T.8.131. v.13. Militia cœleſtis, quæ, & quomodo apparuit concinens T.5.235. ſeq. v.14. Qualis fuerit diuiſio, Gloria Deo, & pax hominibus T.2.190.191. Quæ ſit pax hominibus bonæ voluntatis T.2.362. T.5.88.94. v.23. Sanctum Domino vocari, quid ſit T.2.392. v.34. An Simeon fuerit ſacerdos, & quomodo benedixit illis T.2.53. v.35. Gladius pertranſiens animam Virginis, quis fuerit T.8.139. v.37. Quare coniunxit Anna ieiunia obſecrationibus T.2.84. v.46. Cur Chriſtus in medio Doctorum nõ interrogat, ſed reſpondet T.7.36.

¶ Cap.3. v.1. Regio Trachonitis, quæ fuerit T.1.166. v.2. Verbum Dei quomodo factum fuerit ad Ioannem T.4.1. Ioannes in quo deſerto eſſet. T.8.8 v.4. Quam bene inducit Euangeliſta prophetiam Iſaiæ T.5.71. Et quomodo fuerit completa T.5.86.87. v.8. Quis fuerit fructus dignus pœnitentia T.1.45. ſeqq. v.16 Baptizare in Spiritu ſancto, & igne, quid ſit T.1.142. T.4.4. ¶ Cap.4. v.1. Chriſtus, quo ſpiritu plenus fuerit T.8.45. v.2. vſque 14. Explicatur integris tractatibus ſeptimo, & octauo v 14. Cur dicat, conſummata omni tentatione T.8.175. v.39. Quid ſit *ſtans ſuper illam* T.4.98. v.41. Cur increpat Chriſtus dæmones, & præcipit tacere T.8.128. ¶ Cap.6. v.7. Quid ſit, *obſeruabant eum* T.2.368. v.35. De dilectione inimicorum, integris Tractatibus quarto, & quinto v.36. Chriſtus cur poſtulat, vt ſimus miſericordes, ſicut Pater cœleſtis T.2.534. v.38. Cur vult dare vt detur T.4.416.46. Cur reprehenditur, qui Deum vocat Dominum, ſi non illi obtemperat T.4.89. ¶ Cap.7. v.46. Ad conuiuia quomodo oleo vngebit caput. T.2.127

¶ Cap.8. v.7. Pars ſeminis, cur dicitur cecidiſſe inter ſpinas T.4.24. v.13. Diabolus cur vocatur auis cœli T.8.81. v.14. Quam bene diuitias vocarit ſpinas, & illas poſuit inter ſolicitudines, & voluptates T.2.438.

v.15. Quomodo in patientia redditur fructus copiosior T.4.167. v.28. Diabolus cur Christum deprecatur T.8.208. ¶ Cap.9. v.49. Diabolus cur cesserit nomini Christi T.8. 207. v.55. Cur Christus non concesserit Apostolus, punire Samaritanos T.5.53. T.8. 123. ¶ Cap.10. v.16. Cur dicat, *Qui vos audit, me audit* T.5.135. v.29. Primus quis sit. T.2 500 v.30. Quomodo Christus suscepit legisperitum T.8. 131. ¶ Capit.11. v.13. Omnia quæ homo possidet, cur dicuntur *Data*. T.5.252 v.21. Quomodo Christus vicit fortem armatum, & alligauit, & quæ vasa illius cepit T.7.53. v.41. Eleemosyna quo pacto mũdet peccata T.2.417.508. ¶ Cap.12. v.1. Multæ turbæ, quæ dicantur, &c. T.2.26. v.2. Hypocrisis cur vocetur fermentũ T.2.184. v.16. Quæ sint annotanda in historia diuitis, cuius ager vberes tulit fructus. T.2.484. seq. v.19. Quam malo loqueretur ad animam suam T.1.150 v.20. Cur dicatur, nocte eius animam repetitam. T.2. 474. v.21. In Deum esse diuitem, quid sit T.2.488. v.33. Sacculi non pereuntes, qui sint T.2.492.497. v.33. Lumbos præcingere, quid T.7.89. v.50. Qualis baptismus, quo Christus baptizari gestiebat T.2.248. v.49. Quomodo dicat, se ignem mittere in terram T.4. 45. T.7.59. v.58. Quis sit exactor T.7.158. T.8.20. ¶ Cap.13. v.6. In parabola ficulneæ quæ sint annotanda T.1.262. seq. ¶ Cap.14. v.26. Patrem, & matrem cur iubet odire, & amare inimicum T.5.45. seq.

¶ Cap.15. v.13. Filius Prodigus, quomodo verè substantiam suam consumpsit T. 8.96. v.15. Quis fuerit ciuis regionis lõginque, cui adhæsit T.8.76. v.29. Quomodo aliquando maiora amoris signa impendit Deus peccatori, quam iusto T.4.171. ¶ Cap.16. v.1. Diues cur vocatur villicus, aut œconomus, non dominus T.4.504.505. v.6. Prudentes in generatione sua, qui dicantur T.2. 473. v.9. Quam iusta sit hæc conclusio T.2.499.500. Quomodo faciendi amici de mammona iniquitatis T.2.473. Mammona iniquitatis, cur dicta T.2.471. v.19. Dies voluptuosus, cur damnatus T.2.34. Quomodo in eo ostendantur, diuitiæ congregatæ in malum Domini sui T.2.466. v.22. Cur plures Angeli conuenerint ad Lazarum, si sufficiebat vnus T.7. 122. v.23. Diues aperiens oculos, in tormentis, quid viderit T.2.473. seqq. v.25. Quare dictum est diuiti, recepisse bona in vita sua. T.2.217.224. v.24. An fratres diuitis illius, dici possent illius proximi T.2. 500.

¶ Cap.17. v.7. Quid velit Christus per parabolam de seruo arante T.4.231. v.9. Nomine gratiæ quid intelligat T.4.245. ¶ Cap. 18. v.1. Quid per parabolam viduæ intenderit Dominus, & quæ sint in illa annotanda T.4. 112. seqq. v.11. Pharisæi bona facientis perditio vnde, & quod illius peccatum T.2. 139.149. Publicani patientia quanta fuerit T.4.220. v.18. In quo defecerit, adolescens, qui totam legem se seruasse perhibuit T.2. 413.414.

¶ Cap.19. v.8. An Zachæus dederit omnia sua bona T.2.362. An ille Iudæus esset, vel Gentilis T.4.243. seq. v.42. Quid dicere voluit Christus de Ierusalem. *Si cognouisses, & tu* T.5.170. ¶ Cap.21. v.1. Quæ annotanda sint in historia viduæ mittentis æra minuta duo T.2.361. seq. v.5. De tẽpli ruina à Christo prædicta T.1 253. seq. v.19. Patientiæ virtus, quanta sit T.4.159.167. v.28. Sancti quomodo leuabũt capita in iudicio T.4.110. v.34. Cordis nomine, quid Christus intelligat T.2.65. ¶ Cap.22. v.15. Cur desiderauit manducare Pascha T.2.248. v.31. Cur Simonis nomen repetiuit, loquens ad Petrum T.4.71. Quid sit, expetere cribare T.8. 28.75. v.32. Cur Christus orauit pro Petro T.8.42. v.43. Angelus cur venit, ad confortandum Christum T.8.42. ¶ Cap.23. v.11. Christus cur indutus fuerit ab Herode veste alba T.5.35. v.23. Cur dicantur, inualuisse voces Iudæorum T.5.198. v.28. Christus cur dixerit: *Nolite flere super me* T 2. 185. v.33. Cur vocatus Caluariæ locus T.1.217. v.34. Cur Christus in cruce primum pro inimicis orauerit T.5.227.245. v.43. Loquens ad latronem, cur præmisit, Amen T.2.215. Hodie, quid significet. T.2. 487. ¶ Cap.24. v.19. Christus quomodo fuit potens in opere, & sermone T.7.29. v.47. Cur præcepit in prædicatione Euangelij, incipere à Ierusalem T.4.183. T.5.199. v.49. Cur iussit Apostolis, expectare virtutem Spiritus sancti T.8.56.

IOANNIS.

¶ Cap.1. v.3. Quid sit *Sine ipso factum est nihil* T.2.472. v.9. Christus, quomodo lux vera T.2.325. v.10. Mundus qui eum non cognouit, quis fuerit T.8.199. v.12. Quibus dedit potestatem filios Dei fieri T. 5.242. Qualis filiatio, & quomodo illius sit causa, quod *Verbum caro factum est* T.2. 443. seq. T.5.242. v.14. Quando viderit Ioannes, Christi gloriam, quasi vnigeniti à Patre T.5.206. seq. Cur dicatur Christus, ple-

nus

aus gratiæ, & veritatis T.7.140.v.17. Quæ sit lex, per Moysen, & quæ gratia per Christum T.5.82.95. v.21. De quo Propheta quærunt T.7.111. v.51. Quomodo Angeli fuerint descendentes super Christum T.4.1. Et quando id fuerit factum T.7.221. ¶ Cap.2. v.8. Cur Christus præcepit, vinum ferri Architriclino T.7.58. v.11. Cur miraculum illud fecerit in nuptijs T.8.124. v.16. Quid significet pronomen *ista*. T.2.280. ¶Cap.3. v.3. Baptismus cur institutus in aqua T.1.142. v.16. Quæ mysteria contineant illa verba: *Sic Deus dilexit mundum*, &c. T.5.2.50. seq. v.18. Quomodo dicatur, iam iudicatus, qui non credit T.2.226. v.29. Cur Christus sit, cui conuenit Ecclesiam tanquam sponsam habere T.2.247. v.31. Quis sit, qui loquitur de terra, & quis de cœlo T.1.149. T.5.95. v.34. Quomodo non ad mensuram datus sit Spiritus Christo T.7.69. ¶Cap.5. v.11. Cur præcepit Christus paralytico, tollere grabatum T.7.58. v.17. Cur dicat, Patrem vsque modo operari, qui initio mundi dicitur requieuisse ab omni opere T.2.261.493. v.19. Quo se filium Dei probet, ex eo quod facit, quæ Pater T.4.229.251. Et cur dicat, nó posse facere alia T.4.46. v.44. Ab hominibus velle gloriam, quod crimen sit T.2.182. Et quo impediat fidem T.2.205. ¶ Cap.6. v.32. Inter Manna, & Eucharistiam, quæ differentia extiterit T.7.160. v.45. Quomodo Christus impleat, quæ prædicta fuerant a Prophetis T.7.32. seq. v.54. Cur præmittat. *Amen Amen*, & cur Ioannes frequentius hanc iurandi notam exprimat T.2.213.214. v.46. An, & quomodo Christus Patrem viderit ab instanti suæ conceptionis T.1.145. v.59. Cur qui manducat hunc panem, viuet in æternum T.2.429. v.64. Quomodo spiritus sit, qui viuificat T.8.41. v.71. Iudas cur vocetur diabolus T.5.24. T.7.129. ¶Cap.7. v.7. Mundus quos persequatur T.8.69. v.16. Quid sit, *Mea doctrina non est mea, &c.* T.4.23. v.37. Quis fuerit nouissimus dies magnus festiuitatis T.2.406. v.39. Quare dicat, tunc Christum, nondum fuisse glorificatum T.5.204. ¶ Cap.8. v.12. Christus cur dicat, se esse lucem mundi T.2.325. v.20. Gazophilatium, quis locus fuerit T.2.363. v.37. Doctrina Christi, quam noua vita fuerit T.5.188. Quomodo propter illam voluerint eum occidere T.8.184. v.44. Diabolus, quam bene dicatur pater mendacij, & quod veritas in illo non sit T.7.1. T.8.195. ¶ Cap. 9. v.39. Cur Christus dicat, se venisse, vt qui vident cæci fiant T.2.528. ¶ Capite 10. v.10. Christus quomodo venit, vt homo vitam habeat. T.2.429. v.30. Quanta vis horum verborum, *Ego, & Pater vnum sumus*, ad mysterium Trinitatis comprobandum. T.8.167. ¶ Capit.11. v.50. Caiphæ sententia qualis fuerit T.2.357. T.8.9. v.55. Quomodo se sanctificabant, qui ascendebant ad Pascha. T.1.94. ¶ Capit.12. v.28. Quid postulet Christus dicens, *Clarifica nomen tuum* T.2.182. T.4.235. v.31. Princeps huius mundi eijciendus foras, quis fuerit T.8.203. v.32. Christus exaltatus, quomodo omnia ad se traxit T.4.275. v.41. Isaias quando vidit gloriam Dei T.4.99. v.49. Cur Christus dicat, se locutum, quæ Pater illi mandauit T.4.23. ¶Cap 13. v.1. Transitus hic quis fuerit T.4.184. sequenti v.16.18. Cur dicens, non esse seruum, super Dominum, adijciat iniquitatem luæ. T.5.245. v.34. Quod vocet mandatum nouum. T.5.7. Et an illud sit verbum abbreuiatum a Propheta præfictum T.5.193. v.35. Discipuli Christi quomodo ex dilectione cognoscendi T.5.178.247. ¶ Cap.14. v.10. Cur dicat, Patrem facere opera, quæ ipse faciebat T.2.188. v.23. Quomodo, & per quid Deus mansionem faciat in homine T.5.255. T.8.38.209. v.27. Pacem relinquere, quid sit T.2.190.236. v.30. Mundi huius Princeps, quis sit T.7.113.187. ¶ Capite 15. v.5. Sine Christo, quare nihil possumus facere T.2.472. v.12. Cur Christus, dilectionis præceptum vocat suum T.5.9.255. Cur præcipiat diligere, sicut dilexit ipse T.5.244. v.14. Discipulos, cur vocat amicos suos T.5.7.

¶ Capite 17. v.2. Quomodo omne quod Christus accepit, ordinauit ad vitam nostram T.8.121. seqq. v.5. Clarificari, quid sit T.1.181. T.5.203. seq. v.19. Christus, quomodo se sanctificauit pro hominibus T.2.393. v.22. Quam vnitatem postulat hominum T.8.4. ¶ Cap.18. v.11. Calix quis sit. T.4.188. v.19. Præses cur Christum peculiariter interrogauit de doctrina. T.5.188. v.23. An calumnianti iniuste, liceat respondere T.4.67. Cur Christus percutienti non obtulit aliam maxillam T.5.63. ¶ Cap.19. v.11. Pilatus quã potestatem accepit super Christum T.8.196. v.17. Caluariæ locus, cur dictus T.1.217. v.30. Christus cur bibit acetum T.7.103. v.35. Ioannes, quid considerauit in sanguine, & aqua fluentibus de Christi latere T.5.207. Et quomodo mites

aperuit cavernam laci. 5. 130. ¶Cap. 21. v. 15. Christus cur ter Petrũ interrogauit T. 8. 175. Et cur interrogans de amore erga se iubet pascere agnos suos T. 5. 130.

ACTVVM APOST.

¶Cap. 1. v. 1. Christus quomodo cœpit facere & docere T. 5. 255 T. 2. 29. v. 3. Quid fecit quadraginta diebus, quibus mãsit cum Apostolis T. . . 101. v. 4. Cur conuiuium cum Apostolis egit T. 2. 52 v. 24. Apostoli cur ad Deũ detulerint electionem Matthiæ T. 5. 66 ¶Cap. 2. v. 3. Spiritus sanctus cur venit in igneis linguis T. 4. 57 T. 7. 59 T. 8. 12 ¶Cap. 3. v. 12. Quanta fuerit Petri fortitudo T. 8. 52. v. 21. Dies Iudicij, cur vocetur tẽpus restitutionis omniũ T. 2. 335 ¶Cap. 4 v. 8. Petri fortitudo, quanta T. 8. 52 v. 34. Cur, & quo affectu fideles, omnia ponerent ad pedes Apostolorum T. 2. 526 ¶Cap 5. v 4. Quomodo non fuit contra charitatem, punire Ananiam, &c. T. 5. 53. v. 42. Cur Apostoli flagellati gaudebant, & qui flagellabant, timebant T. 2 352 Cap. 6. v. 2. Ministrare, quid significet in Scriptura T. 7. 223. v. 14 Iesus quomodo nouas leges tradidit T. 5. 5. v. 15. Vnde facies Stephani apparuit sicut facies Angeli T. 2. 253 T. 5. 118 ¶Cap. 7. v. 5. Deus cur Abrahæ non dedit terræ passum pedis, cui totam terram promiserat T. 1. 131. v. 25. Moyses, quando ascendit visitare fratres suos T. 1. 98 v. 38. Fueritne Angelus, an Deus ipse, qui legem dedit Moysi T. 4. 92 v. 54. Perturbatio persecutorum Stephani, quanta, & vnde T. 5. 118 v. 55 Videre cœlos apertos, quid fuerit T. 5 112 Et cur exprimens Patrem & Filium, non expresserit Spiritum sanctum T. 4. 131 v. 17. Saulus, qui vocatur adolescens, cuius ætatis tunc esset T. 4. 192. seqq. v. 58. B. Stephanus cur dixerit, *Domine Iesu* T. 5. 134. An & cur peculiariter orauerit pro salute Sauli T. 4. 192. seq. v. 59. Cur orans pro inimicis, dictus est, obdormisse in Domino T. 5. 113. 248. ¶Cap. 8 v. 20. seqq. Petrus cur non orauerit pro Simone Mago, id postulante, cui iniunxit, vt oraret pro seipso T 4. 63. v. 39. Philippus quomodo deportatus fuit ab Angelo T. 7. 163 seqq. ¶Cap. 9. v. 9. Paulus an tunc raptus fuerit ad tertium cœlum, &c. T. 2. 81 Et quid significet, quod dicitur, *Erat non videns* T. 2. 82 v. 13. An Saulus tunc iam esset vir T 4 192 Quomodo Deus tunc illum armauit per patientiam T. 4. 167 v. 20 Quomodo tam cito cœpit Saulus prædicare Christum T. 2. 81 v. 36. Dorcas, quæ fuerit, & cur mortua non fuit linteo cooperta T. 2. 426.

¶Cap. 20. v. 4. Orationes Cornelij cur ascenderint coram Deo T. 2. 405. v. 10. Petrus cur famem patiens, ascendit orare T. 8. 114. seqq. Cur tunc factus fuit in mentis excessus T. 2 69. 81. v. 13. Cur illi dicitur, *Occide, & manduca* T. 8. 4. Quid significent animalia mactanda & comedenda T. 5. 32. seq. v. 43. Quomodo omnes Prophetæ testimonium perhibent Christo T 5. 250 ¶Cap. 11. v. 5. Deus cur permisit Herodi, affligere fideles de Ecclesia, decollare Iacobum, & catenare Petrum T. 7. 163. v. 23. Herodes cur percussus fuerit ab Angelo T. 2. 195. 206 215. ¶Capit. 13. v. 3. Cur Apostoli, ieiunio orationibus iunxerunt T. 2. 85. ¶Capit. 14. v. 11. Paulum cur vocabant Mercurium T. 1. 107. v. 22. Qualis oratio cum ieiunationibus T. 2. 85. ¶Cap. 15. v. Antiqua lex, quam fuerit grauis T. 5 14. 82. seqq. 90. 193. ¶Cap. 16. v. 6. 7. Paulus & Silas quomodo & cur vetiti sint à Spiritu sancto prædicare in Asia T. 1. 83. 84. 92. 93. v. 14. Dominus quomodo aperuit cor mulieris ad doctrinam Pauli recipiendam T. 189. ¶Cap. 17. v. 18. Paulus cur vocatus *Seminiverbius* T. 1. 90 v. 21. Athenienses quam fuerint nouitatum amatores T. 8. 162. v. 28. Quomodo in Deo viuimus, mouemur, & sumus T. 4. 231. ¶Cap. 20. v. 22. Paulus, quomodo ductus est alligatus spiritu in Ierusalem T. 7. 72. seq. v. 28. Christus, quomodo sanguine suo acquisiuit Ecclesiam T. 2. 246. ¶Capit. 22. v. 20. Paulus quomodo consentiebat neci Stephani T. 4. 193 ¶Cap. 23. v. 3. Paulus an imperfectũ se ostenderit, respõdens aspere, cum fuit colaphizatus T. 4 259 T. 5 63. ¶Cap. 26. v. 1. Vtrum liceat se opponere inimicis in calumniantibus, & respondere pro seipso T. 4. 67. ¶Cap. 27. v. 9. 14. Nauigatio cur non tuta fuerit, præterito ieiunio, quam grandis fuerit tempestas, quis ventus Typhonicus, &c. T. 2. 61. 62. v. 24. Nauigantes omnes quomodo Paulo dati dicantur T. 4 64 ¶Cap. 28. v. 8. Paulus cur patrem perfecti miraculosè curauit, non Timothæum T. 8. 124.

AD ROMANOS.

Epistola hæc, quando scripta fuerit T. 1. 12. v. 1. Cur Paulus dicitur, *segregatus in Euangelium Dei* T. 2. 32. v. 7. Gratia & pax, quid significent T. 2. 188 T. 7. 158. v. 16 Paulus cur dicat, se non erubescere Euangelium T. 5. 172. seqq. Cur Euangelium dicatur, virtus Dei, in salutem T. 2. 129 T. 5.

173 T.8.110 v.17 Iustus quomodo ex fide viuit T.8.110 ¶ Capite 2 v.9 Vnde oriatur tribulatio in animam operantis malum. T.7.157 v.10 Verus honor, cur tantum cõueniat operanti bonum T.4.151. seq. v.13 Legis factores, qui sint *T 499* v 14 Legi naturali cur addenda fuit scripta T.4.32 v. 21 Cur merito reprehendendus, qui alios docens, seipsum non docet T.7.57 ¶ Cap.3 v.23 Cur dicat, peccatores egere gloria Dei T.4.183 v.25 In morte Christi, quomodo ostensa fuerit Dei iustitia T.2.185 Quantũ voluerit Deus, se ostendere iustum *T.4.104* v.27 Lex antiqua, cur vocetur Factorum T. 5.43.101 ¶ Capite 4 v.15 Lex quomodo iram operatur T.5.89 v.17 Verbi Dei potentia, quanta sit T.4.78 ¶ Capite 5 v.8 Deus quomodo cõmẽdat charitatem suam in nobis T.5 251 An dilectio inimici commendabilior sit dilectione amici T.4.248 v. 20 Dictio vt, quid significet, cum dicit, legẽ intrasse, vt abundaret peccatum T.2.528 ¶ Capite 6 v.1 Quomodo non manendum in peccato, vt gratia abundet T.4.187 v.3 Quomodo baptizetur homo in mortẽ Christi T.5.31.seqq. T.7.39.40 v.4 Qui baptizatur, quomodo sepeliri dicatur, & ad quid T.1.218 v.6 Christus quomodo intẽdat destruere corpus peccati T.4.261 v.11 Fidelis quo pacto debet existimare se mortuũ T.5.170 v.14 Quæ ratio sit agendi, quod Paulus suadet, *quia non estis sub lege* T.5.191 ¶ Capite 7 v.2 Lex cur comparetur viro T.4.101 v.5 Esse in carne, quid sit T.5. 191 v.13 Lex quomodo operetur mortem T.5.89 v.14 Homo cur dicatur, venundatus sub peccato T.8.146 v.15 Homo quomodo multa agit, quę non ipse agere dicitur T.4.200 v.18 Cur dicat, non esse bonum aliquod in carne T.1.57 v.23 Quomodo, & per quid caro captiuitate procuret spiritũ. T.2.23 ¶ Capite 8 v.3 Christus cur dicatur factus in similitudinem carnis peccati T. 8.4 v.8. Quæ, & qualis adoptio filiorũ data fuerit per Christum T 2.443 v.9 Qui dicantur, non esse in carne, sed in spiritu T.2. 66 T.5.19 v 10 Corpus quomodo iam dicatur mortuum T.1.211 v.12 Cur non simus debitores carni T.2.59.60 v.14 Quo spiritu Dei agantur iusti T.7.69 v.18 Cur passiones huius temporis, dicantur, non cõdignæ ad futuram gloriam T.2.165 v.25 Sancti quo pacto per patientiam expectant. T.4.212 v.28 Iustis quomodo omnia cooperantur in bonum T.5.144 v.29 Imagini filij Dei, quomodo conformari tenemur T.5.242 seq. & quomodo hoc sit omnibus possibile T.7.141 v.35 Quam bene Apostolus naturam charitatis describat T.4.49 ¶ Cap.9 v.1.2 Paulus cur iurat, & quæ ratio tristitiæ cordis sui T.1.11.12 v.13 Quomodo maior seruiuit minori T.5.143. seq. Esau cur typus positus reproborum, Iacob prædestinatorum T.5.229. seq. v.22 Quomodo Deus ostendat potentiam suam sustinendo in multa patientia vasa iræ T.4.158 v.28 Quid est quod Isaias dixit, de verbo abbreuiato T.5. 193. seq. v.29 Dominus quale semen reliquit, ne periremus T.5.4 v.33 Cur qui credit in Christũ, non confundetur T.5.157 ¶ Cap.10 v.4 Christus cur dicatur Finis legis T.5.88 v.11 Cur qui in illum credit non confundetur T.5.157 v.16 Quomodo, & ad quid inducit Apostolus dictũ Isaiæ T.5.119 ¶ Cap. 11.v.9 Scriptura quomodo sit aliquibus mensa in scãdalum T.8.170 v.34 Spiritum Domini adiuuare, quis dicatur T.8.61 v.36 Quomodo ex ipso, & per ipsum omnia T.4. 231 ¶ Capite 12 v.1 Hostia viuens, quę sit, & quomodo offerenda T.2.120.278.288 v.12 Quomodo spe gaudendum T.2.254 v.14 Sectari hospitalitatem, quid sit T.2.522 v.19 Quid sit, *Non vos defendentes*, & quomodo dandus locus iræ, & quid iræ nomine intelligendũ *T.4.11.190 111.* seqq. Vbi scriptũ sit: Mihi vindictã, &c. *T.4.11.111.* seq. v.20 Quomodo benefaciendo inimico, congeruntur carbones super caput eius T.4.109 *164.263.272* ¶ Cap.13 v.1 Quomodo omnis potestas sit à Deo *T.8.196.* seq. v.10 Cur plenitudo legis sit dilectio T.4.40 v.12 Quis sit status, quo nox præcesserit, & dies appropinquauit T.7.49 Cur abijcienda opera tenebrarum T.2.18 Et quę arma lucis induẽda T.7.49 v.13 Cur Apostolis comessationes iunxit impudicitias T.8.61 v.14 Quomodo induemur Christum T.5.123 Et quomodo omnes id possint T.7.141 Quid sit, non facere carnis curam in desiderijs T.1 119 ¶ Cap.14 v.1 Infirmum in fide assumere, quid sit T.2.490 v.6 Domino manducare, aut non manducare, quid *T.2.267* ¶ Capite 15 v.4 Quomodo ad nostram doctrinam scripta sint, quæcunque scripta sunt T. 8.110 ¶ Capite 16 v.20 An sine Dei virtute possimus conterere Satanam 8.42

PRIMÆ AD CORIN.

¶ Capite 1 v.30 Christus cur vocatur iustitia nostra T.4.185 ¶ Cap.2 v.3 Paulus cur

eur eremorem habebat. T.8.75. v.8. Diabolus an cognouerit Christi personam. T.7.106 v.9. Quæ sint, quæ nec oculus vidit, &c. T.1.39 v.10. An necessaria sit diuina reuelatio, ad mysteria diuina. T.1.41. v.12. Quis sit spiritus huius mundi T.1.147. ¶ Ca. 3. v.3. Quid est esse carnalem & secundum hominem ambulare. T.2.132. v.8. Quomodo vnusquisq; accipiet secundū proprium labore T.7.103. v.9. Quomodo homo sit Dei adiutor. T.8.61. v.10. Quomodo super ædificandum, & quod fundamentum supponendū. T.2.265 v.12. Quibus dicat Apostolus, Omnia vestra sunt T.2.323. ¶ Cap 4. v.5. Christus quomodo illuminabit abscōdita tenebrarum T.2.179. v.7. Quam bene probet Apostolus, de bonis quæ agimus, non nobis gloriandū T.2.199.191. v.9. Quomodo spectaculum facti sumus, &c. T.7.9. v.15 Paulus quomodo generauerit filios per Euāgelium T.5.249. ¶ Cap.5 v.5. Paulus quam potestatem habuit tradendi hominem Satanæ T.8.48. Et cur illum tradiderit Satanæ T.8 65. vsque 69. An liceat velle malum peccatori ad salutem spiritus illius T.4.54.

¶ cap.7. v.5. Quomodo oratio prærequirat ieiunium T.2.85. ¶ Cap 8. v.1. Quam scientiam damnet Paulus T.2.260 277.

¶ Cap.9. v.9. Quæ de animalibus dicit Scriptura sacra, quomodo sint accipienda T. 2.144. T.8.17 v.16. Cur dicat, nullam sibi gloriam si euangelizet T.4.231 v.27. Modus pugnandi, quis, & quis sit inimicus, quæ arma, &c. T.2.49. T.7.93. seq. v.27. Cur castigat corpus suū Apostolus, timēs reprobum effici, qui secutus erat T.8.64.92. ¶ Ca. 10. v.4. Christus cur petra dicatur T.4 84. T.8 174. Et quomodo suos cōsequitur T. 8.209. v.7. Quando, & quomodo sedit populus manducare, &c. Quid ludere, ad quod surrexit T.2.28 v.10. Qui murmurauerint, quis exterminator, quæ pœna. T.1.171 v.11. Quomodo omnia scripta ad correptionem nostram T.7.146. Cur dicat, nos esse in quos fines seculorum deuenerunt. T.1.235 v.13. Deus quomodo non patitur nos tentari vltra vires T.8.63.137. seq.140. v.31. Omnia quomodo in Dei gloriam facienda T.2. 395. seqq. v.33. Quomodo nunc dicat, se velle omnibus placere, qui alibi dixit, si hominibus placerem, seruus Christi non essem T.4. 279 ¶ Cap.11. v.13. Christus cur dicitur caput viri. T.2.263. v.19. Quas vocet Paulus hæreses, & cur dicat, illas necessarias, & quid circa dominicam cœnam reprehendat in Corinthijs T.2.528. seqq. v.24. Facere, an sit sacrificare, aut offerre T.2.53. ¶ cap.12. v. 2. Quomodo ad idola ducebantur, eūtes. T.5. 165 v.14 Qualiter excolærentia membrorum probetur charitatis necessitas T.4.51. v.31 Quomodo charitas sit excellentior via, & cur ita vocata T.4.415 T.5.40 ¶ Cap.13 v.1 Cur sine charitate homo dicatur nihil. T.4.38. seqq. T.5.235 v.4 Quomodo & cur charitas dicatur patiens & benigna T.4. 44. seqq. Cur, quod non irritatur, nec cogitat malum T.4.51.138 Cur quod non gaudet super iniquitate T 4.57 v.7 Cur, quod omnia sustinet T.5.47 v.11 Quomodo Paulus, factus vir, euacuauit, quæ erant paruuli T.5.190 ¶ cap.14 v.16 Cur qui non intelligit, quod dicitur, non potest dicere Amen T.2.213 ¶ Cap.15 v.10 Cur dicat, *Non ego, sed gratia Dei mecum.* T.8.57 v.22 Quomodo omnes viuificandi in Christo, sicut mortui sumus in Adam T.7.39 v.24. Quod Regnū tradet Patri, Christus, & quos principatus euacuabit T.2.166 T.4.268. seq. v.28 Tūc, quomodo erit Deus omnia in omnibus T.2.166.202. v.31 Apostolus Quomodo quotidie moreretur T.1.167.213. seqq. v. 32. Quando & contra quas bestias pugnauit Ephesi T.5.25. v.44 Primus homo cur dicatur, de terra terrenus T.1.215. v.52. Iudicium quomodo futurum dicatur in ictu oculi T.2.474. v.56. Peccatum quare dicatur, stimulus mortis T.1.172. v.58. Quid operetur, scire, laborem nostrū non esse inanem T.2.341 ¶ cap.16. v.1 Collectæ, quæ sint & ad quid inseruirent. T 2.406.

SECVNDÆ AD CORIN.

¶ Capite 1 v.1 Quando hæc Epistola scripta fuerit T.1.12. v.12 Cur dicatur gloria nostra, testimoniū conscientiæ nostræ T.2.228 v.21 Deus quomodo nos vnxit, & ad quid T.7.34.44. seqq. v.22 Quomodo dedit pignus spiritus T.5.36 ¶ Cap.2 v.11 Cogitationes Satanæ, quas nō debemus ignorare, quæ sint T.7.18.171 T.8.76.183. 188 v.17 Adulterantes verbum Dei, qui sint T.4.12 ¶ Cap.3 v.3. Quæ sit differentia legis & Euangelij T.5.42.43 v.5 Cogitare bonū, quid sit T.4.80 v.7 Lex cur vocetur ministratio mortis, &c. T.5.173

¶ Cap.4 v.2 Adulterantes verbum Dei, qui dicantur T.4.12 v.4 Cur dicatur, *Euangelium gloriæ Christi* T.4.183. Et Christus, cur dicatur, imago Dei T.4.250 v.10 Mortificatio Christi, quæ sit T 7.102.104 Quomodo vita Iesu pōt in nobis manifestari T.7.

ri. T.7.142. v.12. Mors quomodo iniustis operetur, & vita in mundanis. T. 1.122.seqq. v.15. Cur dicat, *Omnia propter vos*. T.2.324. 325. v.17. Leuis labor, quam grandem gloriam operetur. T.2.162.seq. ¶ Cap.5. v.17. Quomodo omnia dicantur, facta esse noua. T. 5.187. v.20. Quæ vis illius notæ illationis. *Ergo*. T.1.84. ¶ Cap.6. v.1. Quomodo Apostoli fuerint adiutores Dei. T.1.64. Et quō homo adiuuare Deum dicatur. T.8.61. Et quis non in vacuum gratiam Dei recipit. T.7.44.seqq. Quod dicatur tempus acceptabile. T.1.56. T. 2.17. v.6. Cur scientiam ponat post ieiunia. T.2.76. Cur etiam castitatem. T. 2.102. v.11. Cur, & quam petit cordis dilatationē. T.5.256. v.16. Homo quomodo sit templum Dei. T.5.254. ¶ Cap. 7. v.2. Quid sit, *Capite nos*. T.7.183. ¶ Cap.8. v.1. Macedones, quam digni laude extiterint, ex patientia, & eleemosynarum largitione T.2.289.seqq.523. seqq. v.10. Cur vtile iudicetur opus. T. 2.291. v.12. Promptitudo voluntatis cur supponēda ad eleemosynam. T.2.366. v.23. Cur Apostoli dicūtur, *Gloria Christi*. T.2.207. T.5.124. ¶ Cap.9. v.7. Eleemosyna cur primo destinanda in corde. T.2.378. v.9. Eleemosyna cur vocetur seminatio. T.2.499. 500. Cur iustitia. T.2.507. vsque 517. T.4.277. sequenti.

¶ Capit.10. v.5. Intellectus cur, & quomodo redigendus in captiuitatem. T.4.201. ¶ Capit.11. v.21. Cur dicat Apostolus, se in insipientia loqui, & quæ fuerit hæc insipientia. T.2.161. seq. v.24. Cur lex de quadragenis statuta. T.1.99. ¶ Capit.12. v.2. Paulus quando, & vbi, & quomodo raptus in tertium cœlum. T.2.81.82. v.7. Cur illi datus Angelus Satanæ colaphizans. T.7.66. T.8.140. Et cur vocatus Satanas. T.7.210. v.8. Cur ter Dominum rogauerit. T.8.175. v.9. Virtus quomodo perficitur in infirmitate. T.7.15.65. v.10. Quomodo quanto infirmior, tanto potentior. T. 1.68.73. T.7.86. T.8.59. v.11. Paulus, cur dicat, se factum insipientem? T.2.161. seq. v.12. Signa Apostolatus, cur dicantur esse, in patientia. T. 4.167. v.14. Parentes quomodo debeant thesaurizare filijs. T.4. 499. 500. v.19. Loqui coram Deo, quid sit T.2.381.

ADGALA.

¶ Cap.1. v.4. Seculum cur vocatur nequam. T.8.84. v.8. Cur anathematizandus etiam Angelus, si oppositum eius, quod accepimus, dicat. T.8.172. v.10. Quomodo asserat, se nolle hominibus placere, qui alibi dixit, se curare placere, hominibus. T.4.279. ¶ Cap.2. v.19. Quid sit Christo confixum esse cruci. T.5.179. v.20. Quomodo dicat, *Viuo ego, iam non ego, &c.* T.5. 170. ¶ Cap.3. v.1. Fascinatio an detur, quid sit, & quid operetur. T.2. 312. Quomodo Christus dicitur crucifixus ante oculos Galatarum. T.7. 30. v.19. Lex cur dicatur ordinata per Angelos. T.4.92. v.23. Lex quomodo homines tenebat inclusos. T.4. 26.35. T.5.88.189. v.24. Lex cur dicitur Pædagogus. T.5.38. seq. v.27. Quomodo baptizati Christum iuuant. T.5.123. ¶ Cap.4. v.1. Populus antiquus cur dicitur puer. T.5.189.193. v.5. Quæ adoptatio filiorum data fuerit per Christum. T.2.443. v.9. Lex antiqua quam fuerit infirma. T.5.13. v.10. An dierum obseruatio licita sit. T.1.106.107. v.15. Quare dicit, *Oculos vestros eruissetis, &c.* T.4.257. v.24. Duo filij Abrahæ ex ancilla, & libera, quid per allegoriam significent. T.5.30.51. v.27. An Apostolus rectè Isaiæ prophetam inducat. T.7.32.

¶ Cap.5. v.17. Quomodo caro contraria sit spiritui. T.2.24. T.4.20. seq. v.20. Auaritia cur vocatur, idolorum seruitus. T.2.456.489. v.22. Pax quomodo sit fructus spiritus. T.5.112. v.26. Inanis gloria cur non concupiscenda. T.2.155.

¶ Cap.6. v.4. Gloriā in semetipso habere, & nō in altero, qd sit. T.2.228. v.9.

Cur omnes debent benefacere T.2.532.v.17 Quæ fuerint signa præcipuæ nobilitatis Pauli T.4.191.

AD EPHESIOS.

¶Cap.1. v.3. Deus quomodo nos benedixit in Christo T.5.136. v.4. Ad quid Deus nos elegit T.2.367.v.9. Sacramentum voluntatis suæ, quod sit. T.5.88 v.17. Spiritus sapientiæ, & reuelationis, quis sit, & ad quid necessarius T.2. 166. seq.452. ¶Cap.2. v.4. Deus cur singulariter dicatur, dives in misericordia T.1.27. T.4.250. v.6. Deus, quomodo iam nos consedere fecit in cœlestibus in Christo T.2.151. v.14. Quis pax nostra quæ maceries soluta, quæ inimicitiæ ablatæ, quæ decreta statuta, quæ mandata abolita T. 5.88.seqq.235.seqq. v.15. Lex antiqua, cur dicatur lex mandatorum T. 5. 43. v.16. Christus quomodo interfecit inimicitias, in semetipso T.5.247. ¶ Cap.3. v.5. Quodnam mysterium absconditum, nunc reuelatum fuerit T.4.180. v.17. Quid sit in charitate radicati, & quomodo charitas dicatur radix, & id videtur fidei tribui T.4.42. T.6. 47.seq.

¶ Cap.4. v.1. Quam bene probet Apostolus, iam non agendum more gentilium T.5. 164. seq. v.3. Cur vnitas & pax, solicite sit procuranda T.5. 176. v.19. Diabolus, in quibus operetur T.7.87.v.26. Sol cur nõ debet occidere super iracundiam, & an hoc dictum fuit Pythagoræ T.4. 201.204. seqq. T.5.151. v.27. Cur & quomodo curandum, non dare locum diabolo T.5.176. T.8.103. seqq. v.30. Spiritum Dei quis dicatur contristare T.5.257. Quomodo omnis amaritudo tollenda T.5.136.v.32. Quomodo donare alijs debemus, sicut Deus donauit nobis in Christo T.5.58.136. ¶ Cap.5. v.3. Nomine auaritiæ quid intelligat T.1.180.v.7. Auaritia cur dicta, idolorum seruitus T.2.456. 473. 489 v.13. Quomodo quod manifestat, lumen est T.8.171. v.16. Dies cur dicuntur mali T.8 84. v.19. In vino quomodo sit luxuria T.2.51. ¶Capite 6 v.11. Quæ sit armatura Dei T.7.94.seq. Cur accipienda T.8.56. Diabolum cur vocet inimicum T.7.210. v.12. Qui sint, de quibus dicit, *Nobis non est colluctatio, &c.* T.8.14. Mundi rectores qui sint, & quis mundus T.8. 198. v.16. Persecutum fidei, quo pacto extinguuntur tela inimici ignea T.8.101.187. Diabolus cur vocetur, nequissimus T.7 128.v.17. Verbũ Dei quo sit gladius T.7.143.seq.v.18.19. Cur Paulus pro se, orare petierit T.1.86.seqq. v.20. Sermo in apertione oris, quis sit. T.1.88.

AD PHILIPPENSES.

¶Cap.1.v.9. Sinceri, qui dicantur T.2.140. 141. v.21. Mortem cur reputet lucrum T.2. 450. v.29. Pati pro Christo, cur sit peculiare Dei donum T.2.252. ¶Cap.2. v.7. Filius Dei, quo se metipsum exinanierit. T.8 4.v.13. Velle & perficere quid sit T. 2. 187. 188. ¶Cap.3 v.13. Cur Paulus oblitus præteritorũ ad anteriora se transfert T.7.49. v.12.15. Quo dicat, se non esse perfectum, qui postea inter perfectos se cõnumerat T.4.255.v.18. Inimici crucis Christi, qui sint T.5.179. Cur Deus eorum dicatur venter T. 2. 200. Cur quasi desperati sint iam deplorãdi T.2. v.35.

¶Cap.4.v.13. Quomodo omnia possit homo in Christo T.8. 55. v.7. Quomodo non quærit datum, qui sibi dari postulat T.4. 279.

AD COLOSSENSES.

¶Cap. 1. v.12. Deus quomodo transtulit nos in Regnum filij sui T.5.164. v.26. Diuitiæ gloriæ cur nunc dicuntur manifestatæ. T.4.18. ¶Cap.2.v.15. Christus, quomodo in carne sua triumphauit de inimicis, & quomodo traduxit palam T.4. 165. T.7 92 219. ¶Capite 3. v.1. Quæ sursum sunt, quomodo quærenda T.8.134. v.3. Mortui qui dicantur T.7.157. v.8. Expoliari vetera, quid sit T.5 189. v.12. Induere viscera misericordiæ quid sit T.2.426. v.14. Charitas cur dicatur vinculum perfectionis. T.4.39. v.17. Quomodo omnia sint agenda, in nomine Domini nostri Iesu Christi. T.2.396. v.18. Mulieres quomodo agere debent, ad saluté T.4. 168. v.22. Quomodo etiam serui ibidem. ¶Cap. 4. v.3. Quod ostium sermonis Deus debet aperire T.1.89.

PRIMÆ AD THESSAL.

¶Cap.2. v.3. Cur dicat Apostolus prædicationem suam, non fuisse de errore, &c. T. 1.81. v.13. Ad quod Regnum vocauit nos Deus T.2.167. ¶Cap.4. v.9. Cur non sit necesse, scribere de charitate T.5.131. v.11. Proprium negotium agere, quid sit T. 2. 463. ¶Cap.5. v. 2. Dies Domini, quomodo veniet tamquam fur in nocte T. 2. 474.

SECVNDAE AD THESSAL.

¶Cap.2. v.4. Antichristus vnde & quomodo obtinebit sedere in templo tamquam sit Deus T.7.195.v.9. Signa mendacia, quomodo faciet secundum operationem Satanæ T.7.124.

PRIMAE AD TIMOTH.

¶Cap.1.v.15. Serm. dignus omni acceptione,

ne, quis sit T.2.17 Cur Christus dicatur, venisse peccatores saluos facere T.4.261 v.19 Fidem, & bonam conscientiam cur coniũgat Apost. T.2.297.seq. ¶ Capite 2 v.7 Quid sit orare sine ira, & disceptatione T.4 125 T.5.58.216 ¶ Cap.3 v.2 Sobrium esse, quid sit T.2.86 v.7 Testimonium bonum, quis dicatur habere T.8.74 ¶ Cap.4 v.12 Paulus, quam vocet adolescentiam T.4.192 T. 7.36 ¶ Capite 5 v.10 Quæ vidua sit habens bonum testimonium T.8.74 v.17 Duplex honor quis dicatur T.1.156 v.23 Cur Paulus non miraculose curauit Timotheum T.8. 124 ¶ Cap.6 v.5.7 Quomodo nihil intulimus in hunc mundum, &c. T.2.468 v.9 Auaritia cur dicitur laqueus diaboli, & quam sit strictus T.2 437 T.7.197 v.10 Auaritia quomodo sit radix omnium malorum T.2. 465.489 v.16 Quomodo solus Deus dicatur immortalis T.4.94 v.7 Cur Apostolus imponit Timotheo præcipere diuitibus, &c. T.2.489.490.511 v.19 Quod sit fundamentum à diuitibus statuendum T.2.511.vsque 517 v.20 Quod sit depositum, quod custodiendum hortatur Paulus T.8.162

SECVNDÆ AD TIMO.

¶ Capite 2 v.5 Legitime certare quid sit T.2.299.559 Cur id requiratur T.2.234 T.7.16 seqq. v.19 Fundamentum Dei quâ firmum stet. T.5.246 v.26 Quid petendum à Deo pro inimicis T.4.61 ¶ Capite 3 v.1 Tempora periculosa quæ sint, & an nunc sint illa. T.2.128 seqq. v.8. Ioannes, & Mambres, qui fuerint T.7.124 v.2 Qui piè viuere volunt in Christo cur tribulationes patiuntur T.4.222 v.16 Quomodo omnis Scriptura diuina vtilis sit, &c. T.7.145 ¶ Capite 4 v.2. Arguere, quid sit T.1.117 v.8 Coronam iustitiæ cur sibi repositam dicat T.2.165.166 T.4 278 T.7.16 v.11 Corona iustitiæ cur ijs dicatur parata, qui diligunt aduentum Domini. T.2.179.449 v.13 Penula, aut Lacerna, quæ sit T.4.256 v.14 Alexandrum Ærarium cur dicit Paulus dimittendum T.4 60 seqq. Et cur dicat, *Reddet illi Dominus* T.4.115 Et cur dicat ostendisse mala, non fecisse T.4.149 Et an imperfectus fuerit, hæc dicens T.2.259

AD TITVM.

¶ Capite 1 v.12 Propheta Cretensium, quis, & an bene dixerit T.2 72 ¶ Capite 2 v.11. Gratiæ nomine, quid intelligat T.4.27 ¶ Cap.3 v.4 Benignitas, & humanitas Saluatoris nostri quæ dicatur T.4.27

AD PHILE.

v.17.18.19 Quam efficax sit persuasio Pauli, vt Philemon parceret Onesimo T.5.132

AD HEBR.

¶ Cap.1 v.1 Deus an aliquando locutus fuerit per se ipsum T.4.91 v.2 Quomodo sit nouissimè locutus in filio T.4.191 T.15.13 v.3 Cur dicatur figura substantiæ T.4 250 Quomodo sustentat omnia verbo, &c. T.7. 155 Purgatio peccatorum quæ dicatur T.4. 188 ¶ Cap.2 v.1 Cur oporteat obseruare, quæ audiuimus T.1.91 v.2 Quis sermo per Angelos, & quę vis rationis Pauli T.4.92.93 v.9 Gratiam Dei, quid vocet T.1.39 ¶ Cap. 4. v.1.16 Cur Deum primo Timeamus, concludit tandem, *Adeamus cum fiducia, &c.* T.1 34 seqq. 47 seqq. v.15 Christus cur dicatur tentatus per omnia pro similitudine T.7.122 123.142 T.8.10 Et absque peccato T.8.175 ¶ Cap.6 v.17 Deus quando, & ad quid interponat ius iurandum T.2.214.215 v.19 Spes quam bene vocetur anchora animæ T.1 181 ¶ Cap.7 v.19 Lex cur nihil ad perfectũ adduxit T.5.102 ¶ Ca.8.v.5 Quomodo omnia agenda secundum exemplar ostensum in monte T.5.244 ¶ Cap.9.v.4 Vrna ad seruandum Mãna an esset aurea. T.2.402.v.7 Sacerdos quo tempore ingrederetur in sancta, & quomodo tunc celebraretur festiuitas Expiationis. T.1.2.3 v.9 Antiqua sacrificia cur nõ perficiebant T.4.186.v.14 Offerri per Spiritum sanctum, quid sit T.4.131 ¶ Cap.10. v.1 Lex cur dicitur, habuisse vmbram futurorũ bonorum T.4.148 T.5.190.v.5 Corpus Christi cur, & quomodo dicatur aptatum T.7.105 v.20 Caro in Christo, cur dicta velamen T.7 107 v.25 Sancti cur quanto morti propinquiores, tanto lætiores T.2.450 ¶ Cap.11.v.1 Fides cur dicitur substantiæ T.4.42 Quid sit, argumentum non apparentium T.1.118. v.4 Abel cur plurimam hostiã obtulit, quã Cain T.2.284 seq. v.5 Vbi habeatur testimonium, Henoch placuisse Deo T.2.42 T.5.242 v.8 Abrahã quomodo ibat, nescius quo iret T. 2.375 v.9 seqq. Abraham, Isaac, & Iacob, quomodo fuerunt, tanquã peregrini in mundo T.2.447 v.25 Peccati temporalis iucunditas quæ T.2.311 T.8.11 v.27 Moyses quomodo fide reliquit Ægyptũ T.7.73 Non veritus Regis animositatem T.7.59 Quomodo inuisibilem tanquam visibilem sustinuit T.2.279 v.33 Hi quos Apostolus indicat ex operibus suis, qui fuerint T.2.105.106 T.7. 177 ¶ Cap.12 v.1 Exempla sanctorum quã aptè fuerint ab Apostolo proposita T.4.170.

Quodnam pondus deponendum ſit T.5.105 Chriſtus quomodo aſpiciendus ad currendū per patientiam T.5.134. v.2. Chriſtus quod gaudiū ſibi propoſuit T.2.250.251. v.5. Diſciplina Dei quantum ſit æſtimanda, & quomodo adulteri cenſeantur, qui extra eam ſunt T.7. 134. ſeq. v. 14. Pax quomodo ſequenda, & quæ ſit vitæ ſanctimonia T. 1. 58. T.5.234 T. 8. 62 v. 15. Gratia Dei quis deeſſe dicatur T.8. 62. Quæ ſit radix amaritudinis T 4.206. T.5.234. 238. v. 16. Gula Eſaū in quo fuerit conſtituta T.2. 118.119.v.17. Eſaū cur non inuenit locū pœnitentiæ T 4.140.v. 18. Quam bene explicet Apoſtolus terrorem, quo lex antiqua fuit data, & ſuauitatem legis Euangelicæ T.5.91. ſeqq.v 23. Eccleſia primitiuorum quæ dicatur T.5.75.94. ¶Cap. 13. v. 2. Abraham an cognouerit peregrinos quos recipiebat, eſſe Angelos T.2.533. v. 7. Præpoſitorum exempla quantum proſint T.4. 170. v. 8. Quare dicat Chriſtum heri, & hodie, &c. T. 1. 38. v.15. Nomine hoſtiæ an intelligat eleemoſynam T.2.459.

IACOBI.

¶Cap.1. v. 2. In tentationibus quæ adueniunt nobis, cur gaudendum ſtatuat Iacobus T 2 253.v.8. Vir duplex animo, quis dicatur T.2.111. v.14. Vnuſquiſque quomodo tentatur à concupiſcentia ſua T 8 89. v.18. Deus quare voluntariè nos generare dicitur T.5.249. v.20. An omnis iræ motus peccatū ſit T.4.201.208. ¶Cap.2. v.10. Cur qui offendit in vno, reus ſit omnium T.2.259. v.13. Iudicium ſine miſericordia cur fiet ei, qui non fecit miſericordiam T.2.416. T.4.142.ſeq. v.14.20. Fides cur opera requirat ad ſalutem T.4.98. T.5.166 v.15. 16. Quomodo non ſufficiat dare pauperi bona verba T.2.533. ¶Cap. 4. v. 6. Vbi & quare dictum ſit. Deum ſuperbis reſiſtere T.1. 69. T.2. 194. T. 7. 10. v.7. Diabolus quomodo illos fugiat qui ſibi reſiſtunt T.8.152.209. v.11. Iudicem legis eſſe, quid ſit T.4.99. v. 15. Cur dicatur vita noſtra vapor ad modicum parens T.1.221. Cap.5. v.12. An liceat aliquando iurare T.5.262. v.17. Oratio Eliæ vnde tantam virtutem obtinuit T.2. 100.

PRIMÆ PETRI.

¶Cap.1. v.18. Quomodo dicamur empti, non corruptibilibus auro & argento, ſed ſanguine agni, &c. T.1.52. T.2.246. v.23. Verbum Dei, cur vocetur, ſemen incorruptibile T.4.102. ¶Cap.2. v. 5. In ſcriptura cur homines vocentur lapides T. 2. 180. v.6. Quomodo qui credit in Chriſtum, non confunditur T.5. 157. 159. v.9. Sacerdotium regale quid ſit T.1.38. T.2.52. T.5.158. v.11. Quomodo deſideria carnis militent aduerſus animam T.2.23.v.19. Sufferre maledicta illum, qui male fecit, quomodo non ſit difficile T.4.220. Quid nomine gratiæ intelligat Petrus T.4.245. v.22. Chriſtus an aliquod peccatum habuerit T.4.174. ¶Cap.4. v.1.2 Quomodo carnis mortificatione ſimus armandi T.7.95. An ratio qua Petrus ſuadet, hominem iam ſe debere reuocare ad voluntatem Dei agendum, efficax ſit T.2.46. v.8. Ad orationem cur ſupponenda ſit charitas T.5. 217. Charitas quomodo omnia delicta operit. T.2.426. T.4.133. ¶Cap.5. v.5. Vbinam ſcriptum ſit, Deum reſiſtere ſuperbis T.7.10. ſeqq. v.8. Sobrietas, quid T.2.38. vſque 42. Et cur ei adiungatur vigilantia T.2.86. v.8. Cur diabolus dicatur circuire T.8 81. 87. Quomodo reſiſtendum illi in fide T. 8. 102. v.10. Deus, cur dicatur, Deus omnis gratiæ, & ad quid vocauit nos T.2.452.

SECVNDÆ PETRI.

¶Cap.1.v.4. Deus quale donum nobis contulerit, vt ſimus conſortes diuinæ naturæ T. 4.234. T.5.234. v.14. Cur corpus noſtrum vocetur tabernaculum T.8.19. Et cur Petrus grande reputet beneficium, illius depoſitionē T.2.449. v.17. Chriſtus quo & quando accepit à Patre honorem, & gloriam T.2. 181. ſeq. v.19. Fides cur vocatur lucerna lucens in caliginoſo loco T.8.111. ¶Cap.7. v.4. An rectè inferat iuſtum hominis damnationem, ex damnatione Angelorum T.1.19. ſeqq. v.7 Lot in quibus vexatus fuit à Sodomitis T.8. 206 ¶Cap.3. v.8. Tempus quam ſit breue T.1.235. v.9. Deus cur dicitur, patienter agere T.4.171. v.11. Quam bene probet Petrus, diligenter nunc vacadum operibus pietatis T.2. 482. v.16. An in Scriptura dentur aliqua difficilia intellectu, & quomodo hæretici ſacras Scripturas deprauent T.8. 161. ſeq.

PRIMÆ IOANNIS.

¶Cap.1.v.3. Quæ ſit ſocietas, quam habeamus cum Deo T.2.191. v.8. An iuſtus aliquis dicere poſſit, ſe nullum habere peccatū T.4.254. ¶Cap.2. v.4. 9. Cur mentiatur qui dicit ſe noſſe Deum, & fratrem odio habeat. T.2.193. v.7. Præceptum dilectionis cur dicatur antiquum. T.4.9. T.5.78. v.9. Oſor quomodo ambulet in tenebris. T.4.

19.204 v.16 An per hæc tria, omnia complectatur Ioannes, per quæ diabolus tentat T.7.49.112.123 T.8.87.89 v.18 Cur tunc dixerit Ioannes, iam nouissimam fuisse horã. T.1.235 Antichristi qui sint T.4.64 v.19 Qui sint, qui à nobis prodierãt, &c. T.8.156 v.25 Christus quid nobis pollicetur T.5.235 ¶ Capite 3 v.1 Quale sit donum dici, & esse filium Dei T.4.232.seq. T.7.45 v.7. Quomodo qui facit iustitiam, iustus est T.4.278 v.8. Filius Dei quomodo venerit, ad dissoluenda opera diaboli T.7.29 91 T.8 67 v.10 Charitas quomodo distinguat filios Dei a filijs diaboli T.4.40 T.5.200 Cur Ioannes omne peccatum ad charitatis defectum reducat T.4.40 v.11 Mandatum dilectionis cur dicatur annunciatio ab initio. T.5.7.8 v.12 Cain cur dicitur fuisse ex maligno, & opera illius extitisse maligna T.2. 285 seq.445 T.5.109 T.7.65 v.15 Qui odit fratrem, quem occidat, an seipsum T.4 117 T.5.170 v.17 Eleemosyna an sit diuitibus in præcepto T.2.490 v.22.24 Quid vocet Ioannes absolute mandata. T.4.40 v. 21 Qui non reprehenditur à suo corde, qualem habere possit fiduciam T.4.124 v.24 Cur dicat Ioannes, Christum de suo spiritu dedisse nobis T.8.56 ¶ Capite 4 v.1. Spiritus cur, & quomodo probandi T.8.171 v. 16. Deus cur dicatur charitas ipsa T.5.229. 257. Et quomodo Deus maneat in manente in charitate T.8.209 v.21 Cur qui diligit Deum, debet diligere etiam fratrẽ T.5.130. 257 ¶ Capite 5 v.5 Mandata Dei an grauia dici possint, & sint T.5.64.69 seq. v.15 Peccatum ad mortem, pro quo non est rogãdum, quodnam sit T.4.60 seqq. v.17. Baptizati an possint tentari, & peccare T.4.41 seq. v.18 Cur dicat, totum mundum in maligno esse positum T.8.182

SECVNDÆ IOANNIS.

v.5 Præceptum dilectionis cur dicitur habitum fuisse ab initio T.4.7.6 v.8 Homo quomodo debet videre seipsum, vt plenam consequatur mercedem T.2.382.

IVDÆ.

v.7 Ignis Sodomæ an fuerit verè ignis eiusdem naturę, & rationis cum igne inferni T.1.21 v.11 Qui peccatores similes exiſtãt Balaam T.2.172.173 T.7.194 Qui similes Cain T.2.451 v.12 Qui dicantur esse macula conuiuantes, &c. T.2.31 Sine timore semetipsos pascentes T.2.54 Nubes sine aqua, &c. T.2.186 v.13 Despumantes suas cõfusiones T.5.115 v.15 Cur iam Henoch, dixerit, de præsenti, Deum venire ad iudiciũ T.1.210 v.16 Murmuratores querulosi, qui dicantur T.1.235 v.19 Qui sint animales spiritum non habentes T.2.66

APOCALYPSIS.

¶ Capite 1 v.6 Christus quomodo fecit nos Reges, & Sacerdotes T.1.38 T.2.52 T. 5.158 v.8 Etiam, Amen, quid sit T.2.214 v.14 Oculi tanquam flamma ignis, quid significent T.2.251 v.18 Cur Christus dicat, se habere claues mortis, & inferni T.8 142 ¶ Cap.2 v.24 Altitudines Sathanæ, quæ, & qui sint, qui illas non cognouerunt T.8. 100.141 ¶ Cap.3 v.2 Opera non plena, quæ dicantur T.2.235 v.11 Cur Christus dicatur venire cito T.1.235 v.12 Ecclesia cur dicitur, descendisse de cælo T.5.26 v.14 Amen, testis fidelis, quis, & cur dicatur T.2. 212 v.19 Deus cur quos amat arguit, & castigat T.7.134 seqq. ¶ Cap.5 v.5 Christus quomodo fecit nos Reges, & Sacerdotes. Sup. ¶ Cap.1 v.6 ¶ Cap.6 v.2 Eques in equo albo, quis sit, quæ corona, quis arcus, quis egressus T.7.52.seqq. v.5 Eques in equo nigro, quis, quis equus, quę statera, &c. T.7.199 v.8 Eques in equo pallido quis, cur dicatur Mors, &c. T.8.142 v.9 Cur dicantur martyres interfecti, propter testimonium, quod habebant T.8.74 v. 10 Sancti Martyres, quomodo, & quam vindictam petant de inimicis tyrãnis occisoribus suis T.4.55.seq.60 65 v.11. Cur illis respondetur, quod expectent modicum T.4.110.114.115 ¶ Capite 8 v.3 Angelus stans ante altare aureum, quis fuerit T.8.115 v.5 Ignis susceptus de altari, quis sit, quomodo, & ad quid missus fuit in terram T.5.132 v.6 Angeli qui præparauerunt se, vt tuba canerent, qui essent. T.1.84 v.7 Angelus primus, quis fuerit T.8.155 v.8 Angelus secundus, quis. Ibidem v. 10 Angelus tertius, quis, quis mons magnus, quæ stella cadens de cælo, quę aquę versæ in absynthium T.8.155 seqq. ¶ Capite 9 v.10 Caudę Scorpionum, quid significent. T. 7.138 v.11 Angelus abyssi, cur vocetur Exterminans T.8.135 ¶ Cap.11 Ierusalem quomodo vocetur Sodoma T.7.166 ¶ Cap.12. v.1 seqq. Mulier, quæ fuerit, quis filius, conceptus, quis partus, quis draco, & qualis raptus filij T.2.151 T.5.122 seq. Mulier Sole amicta, Stellis coronata, raptus filij eius quid significent T.5.112 seq. Quã conuenientiam habeat esse amictam Sole, & habere Lunam sub pedibus T.2.79 Cur mulier in cælo existens dicitur, & quomodo ibidẽ draco cõtra

ræ illam ſurrexerit T.8.36. v.3. Capita ſeptem draconis quæ ſint T.7.25. Cornua decem in capite, quæ fuerit T.8.136. v.4. Cauda illius, quæ ſit T.7.138. Quomodo per eam traxit tertiam partem ſtellarum. T.8 v.9. Cur vocatur diabolus T.7.111. 128. ſeqq. Cur Satanas T.7 209. 210. Dæmones cur dicuntur miſſi in terram. T.7.5. v.11. Quo lætentur cœli in damnatione impiorum. T.4.56. v.12. Angelus cur comminatur terræ, & mari T.7.23. Diabolus cur iram habeat, ex eo, quod modicum tempus habet T. 1.33. v.15. Quis fuerit fluuius emiſſus ab ore draconis contra mulierem, & quæ terra adiuuans illam T.1.231. Quomodo fluuium emiſit draco, vt mulier traheretur ab illo T.8.136. v.17. Draco quomodo ſe conuertit, vt faceret bellum, cum ijs qui ſunt de ſemine mulieris, & qui ſint iſti, &c. T.8. 73. ſeq. ¶ Cap.13. v.2. Cur beſtia ſimilis dicatur vrſo, pardo, leoni T.7.25. v.5. Beſtiæ os, loquês magna, & blaſphemias, quod ſit T 7.203. v.7. Beſtiæ quomodo datum fuerit, bellum agere cum Sanctis. T.8. 69. ¶ Cap.17. v.3. ſeqq. Beſtia quæ ſit, quæ mulier, quis ornatus, quæ aquæ, &c. T.8.185. ſeqq. v.12. Reges decem accipientes poteſtatem vna hora, qui ſint T.1.224. v.15. Aquæ quod ſignificent T.5.33. ¶ Cap.18. v.2. Dæmones cur vocentur volucres T.8.8 t ¶ Cap.19. v.1. An lætari liceat in damnatione impiorum T.4.56. v.11. Eques in equo albo, quis, & quis equus illius T.7.52. v.16. Cur dictus ſit Rex Regum T.5. 76. ¶ Cap.20. v.3. Aduerbium temporis *Donec*, quid ſignificet T.1.6. ¶ Cap.21. v.2. Eccleſia cur dicitur deſcendiſſe de cœlo T.5. 26. v.3. Tabernaculum Dei cum hominibus dicatur T.2.201. v.5. Quomodo noua faciat omnia T.5.187 v.10. Cur ſuſtollitur Ioannes in montem magnum, & altum ad videndum Sponſam agni T.8.186. v.15. Arundo aurea metiens ciuitatem, quæ ſit T.1. 83. v.16. Ciuitas cur poſita dicatur in quadro T.1 96. v.27. Cur nihil inquinatum incurrit in illam T.2.299. T.4.72. ¶ Cap.22. v.11. Iuſtus qui vis, an iuſtior eſſe poſſit T. 5.260. v.15. Cur nullus impius ciuitatem ingredi poſſit T.2 299. T.4.72.

Primi Indicis Locorum Scripturæ ſacræ.

FINIS.

INDEX

INDEX SECVNDVS RERVM ET SENTENTIARVM QVÆ IN HOC PRIMO TOMO CONTINENTVR.

ABARIM mons, quis ſit. Tract.7.185.

Abelis nomen quid ſignificet, & cur illi impoſitum. T.2.442. Cur ſacrificium illius Deo extiterit placitum, ſacrificium Cain nequaquam. T.1.14. T.2.9.191.282.ſeqq. T 5.215. Vide indicem locorum Scripturæ, Geneſis. 4.

Abram, cur à parentibus hoc nomine vocatus fuit, & quid ſignificet. T.1.131.190.192. Cur poſtea vocatus à Deo Abraham. T.7.46. Quanta cordis nobilitate præſtiterit. T.2.169.170. Peregrinus fuit ſuper terram, vt nec paſſum pedis poſſederit, niſi locum pro ſepulchro. T.1.131. Vide indicem locorum Scripturæ à Cap.18. Gen. vſque ad 24.

Abſtinentiam ſupponẽdam ad eleuandam mentem, & Philoſophiam docuerunt Philoſophi. T.2.72.73. docuerunt Sancti T.2.75.83. Supponenda eſt ad virtutes acquirendas, & conſeruandas. T.1.57. Qua ratione omnibus virtutibus præmineat, quæ dicitur mater, & magiſtra virtutum. T.1.58. Iſt murus defendens animam. T.1.66. Arma contra dæmonem. T.1.71.72. Proſternit omnia vitia, ſicut Iudith omnem Holofernis exercitum. T.1.68. Illam excellenter coluerunt Hilarion, Antonius, & multi fideles. T.2.50. Bernardus, Franciſcus, Paula T.8.93.94. Vide verbo Ieiunium.

Abſynthium, clarificat viſum, hæreſimque ſignificat. T.8.156.

Academiæ vtiliter inſtituuntur, in quibus homo addiſcat, quæ ſcire debet. T.1.74.

Adam, nomen, vnde dicatur, & quod idem ſit, quod homo. T.1.188. Ex quibus literis conſtet, & quid ſignificent. T.1.188. Cur illius peccatum tam grauiter punitum fuerit. T.2.191. An fuerit dimiſſum, & vnde id conſtet. T.1.163. Vbi ſepultus. T.1.217. Vide indicem locorum Scripturæ Geneſis. 1.2.3.

Adamas vnde dictus, & quanta eius fortitudo. T.7.61.

Adoleſcens, quis dicatur in Scriptura ſacra. T.4.192.

Aegyptus, quam bene deſcribatur ab Iſaia, terra tribulationis, & anguſtiæ, &c. T.2.431. ſeqq.

Affectus noſtri, & paſſiones, ſunt diaboli adiutores, ideo vnuſquiſque illos conſiderare, & infrænare debet. T.8.87. ſeqq.

Agnus naſcitur in Tartaria ad modum fruticis, ex quodam ſemine terræ mandato. T.7.39.

Alexan. Magnus, quid in Tyro fecit. T.2.418. Quam grandis fuerit eius ſuperbia, qui voluit reputari Deus. T.1.151. Vicit hoſtes externos, victus à propriis affectibus. T.4.157. Summum Iudæorum ſacerdotem excellenti reuerentia proſequutus fuit. T.5.158.

Alimen-

Alimenta tanquam medicamenta sumenda. T.2.54.

Amalthæa quæ fuerit, & quod illius cornu. T.1.190.

S. Ambrosius merito vocatur columna Ecclesiæ. T.1.1.

Amen dictio Græca, quid significet, cur retenta apud latinos, & cur Ioannes sæpius illam inducat. T.2.212.seqq.

Amethystus, quis lapis sit, & quomodo ab Aquila in nido collocetur, contra serpentes. T.2.403.

Amiantus lapis, qui igneis flammis clarescit, ex quo mappæ conficiuntur, quæ igne purgantur. T.2.15.16.

Amicum diligere, an sit meritorium, & an magis quam inimicum. T.4.446. seq.

Amor, cur vocatur ignis. T.4.45. Omnia reddit facilia. T.5.42. Non contentus est verbis amor verus, sed in opera prorumpit. T.5.47.seq.

Anathema quid sit. T.2.392.

Angelus quiuis, maximam habet vim circa quæuis particularia corpora, nullus tamen eorum potest totum orbem mouere, imo nec totum vnum integrum elementum à suo dimouere loco. T.7.163. Quomodo peccauerit, & quod fuerit illius peccatum. T.2.139. T.4.250.seq. Quomodo multi Angeli possint esse simul in eodem loco. T.7.222. Antiquitus, quomodo Dei personam agebant. T.4.192. Apparuerũt sæpè vt equites ad defendendum populum Dei. T.8.7. Angeli sancti, verè sunt proximi nostri, dæmones nequaquam. T.4.14. seqq. Singulis hominibus dantur singuli Angeli Custodes, singulis item hominibus in magnis dignitatibus constitutis, & singulis etiam Prouincijs. T.5.15. T.8.144. seqq. Christus non habuit Angelum aliquem Custodem, sed multos sibi obsequentes. T.7.221.

Angerona, quæ Dea fuerit, & cur constituta in templo Volupiæ. T.1.174.

Anima cur dicatur esse in sanguine. T.2.294.

Animal, & bestia quomodo differant. T.7.25.

Antæi fabula, quod filius esset terræ, & quomodo Hercules illum vicerit, & occiderit, quid significet. T.1.138. sequentibus.

Antichristus merito vocatus bestia. T.7.25. per diuitias, supremum acquiret honorem, quo ille erit omninò indignus. T.7.159.seq.

Anticipatione sæpè vtitur Scriptura sacra. T.1.114 T.2.28.

Antiochus cur non obtinuit veniam. T.8.140.

S. Antonij Abbatis grãdis abstinentia. T.1.50. Dæmones varijs figuris illum vexarunt. T.7.118. Ipsius vita scripta, maxime fuit mundo proficua. T.8.72.

Apes pungens, symbolum vltoris. T.4.117. Vento flante se continent apes arreptis lapillis. T.1.184.

S. Apollonia, Spiritu sancto acta se coniecit in ignem. T.7.67.seq.

Apostoli tenentes omnium mansuetudinem, mundũ subiugarunt. T.4.167.seqq. Fuerunt tanquam stellæ circa caput Ecclesiæ Christum. T.5.124. Fuerunt fulgura à Deo missa. T.7 60. Roborati virtute Spiritus sancti, instar fulminis egerunt. T.8.52.seqq. Fuerunt semen sanctum relictũ à Christo, contra quos singulariter diabolus bellum egit. T.8.73.seqq.

Aptum, quid dicatur, & quomodo differat à pulchro. T.7.102.

Aqua, Euangelicam legem significat. T.4.22. Significat etiam inimicos, & tribulationes. T.4.47. Ex aquis productæ sunt aues initio mundi, & nunc in quibusdam regionibus fructus arborum per aquas redduntur aues. T.7.38.seq. Circa aquas Deus grandia Sacramenta operatus est. T.7.38.seq.

Aquila velocissimum habet volatum, & quid significet. T.2.69. In nido amethistũ collocat, vt defendat filios à serpentibus. T.2.403. Filios legitimos comprobat ex directo aspectu Solis. T.5.200. Eosdem docet pugnare cum serpente. T.7.31.

Aquilo, quis ventus sit. T.2.345.seq. T.8.39. Dæmonem exprimit in Scriptura. T.8.40.

At ciuitas Metropolis Moabitarum. T.1.155.

Arabia, abundat alatis Scorpionibus. T. 8.47.

Aranearum tela, quid habeat cõſideratione dignum. T.2.154. ſeqq. Merito hypocrita comparatur aranea extruenti domum ſuam. T.2.154.

Arca Noe quibus partibus conſtaret, & quid ſignificet. T.5.127. ſeq.

Arguere quid ſignificet in Scriptura ſacra. T.1.117.118.

Aſpis per quos dentes venena infundat. T.8.47. Et quomodo ſit venenum illius inſanabile. T.2.436.

Aſtrologi cur ſæpius in ſuis prædictionibus errent. T.8.165.

Auaritia venenum inſanabile, Laqueus diaboli. T.2.436. ſeqq. T.7.192. ſeqq.197. ſeqq. Bene dicitur, idolorum ſeruitus. T.2.456.473. Sæpè auaritiæ nomen commune ad omnia vitia. T.1.150. peculiariter aliquando ſignificat cupiditatem honoris & gloriæ. T.7.192.

Anarus nunquã ſatiatur. T.2.456. Non ſibi theſaurizat. T.4.455. Punitur à Deo in eo, quod non audet expendere diuitias. T.2.457. ſeqq.471. Congregat pecunias in malum ſuum. T.2.465. vſque 469. Potius cuſtos, quam Dominus eſt diuitiarum. T.2.471. Aut non habebit filios, aut erunt in egeſtate. T.2.467. ſeq.

Aues ex aquis productæ, & initio ſeculi, & nunc in quibuſdam regionibus. T.7.38. ſeq.

S. Auguſtini grãdia encomia. T.2.1.T.4.1. Eius doctrina magnifacienda. T.4.62. T.3.1. Inanis gloriæ affectu ſe impugnatum fatetur. T.2.138. Lectione Pauli peculiariter delectabatur. T.2.395.

Auſter quis ventus ſit. T.2.345. ſeq. T.7.62.

BAlaam quis fuerit, qualis eius prophetia, quod crimen. T.2.173. Cur non tertius fuerit ad locutionem aſinæ. T.7.194.

Balænæ quomodo illudunt piſces. T.1.229. Vide Cetus.

Balſamum in Iudæa oritur in vineis Engaddi. T.4.177. ſeq.

Balteus quid fuerit, & quando inceperit. T.4.78.

Baptiſmus cur inſtitutus in aqua, & quid operetur. T.1.142. T.7.38. ſeqq. Cur ſit per immerſionem, & quomodo baptizatus quaſi in ſepulchro conditur. T.2.18. T.7.39.42. Quomodo datur ad exprimendam mortem Chriſti. T.5.31. ſeqq. Quale ſit baptiſmi myſterium, qualis neceſſitas oſtenditur ex auium productione. T.7.38. ſeqq. Baptiſmus Chriſti cur dicitur in Spiritu ſancto & igne T.7.59.

Baptizatos non poſſe tentari, dixit Iouinianus hæreticus. T.7.41. In Baptiſmo vngitur homo & dat nomen ad militiam. T.7.42. vſque 49. Et hæ cærimoniæ ſunt antiquæ in Eccleſia, & cur vnctio ſit in lumbis, vertice, & pectore. T.7.42. Aptè veſte candida induuntur baptizati. T.5.31. ſeqq. Baptizatos cupit deglutire Satanas, non contentus infidelibus. ſicut Behemoth. T.8.27.

Baſan, Regio eſt herbifera. T.2.77.

Baſiliſcus, viſu inficit, & interficit. T.2.312.

Beelphegor Deus, qui alias dicitur Priapus. T.2.29.

Behemoth, quid ſignificet. T.7.22. ſeqq.

Bellum iuſtè indicit Eccleſia inimicis ſuis, Reges etiam fideles, iuſtè inimicos bello impetunt. T.5.50. ſeq. An in bello licita ſint inſidiæ. T.8.68. Bella cur antiquitus perfecta fuerint ieiunio. T.2.43. ſeqq. Bella Domini, quæ dicerentur, & quare. T.2.44

Sanctus Benedictus, quomodo ſemel, totum orbem ſub paruo lucis radio vidit. T.7.118.

Benignitas, quæ & quis benignus. T.4.44. ſeqq.239. Deus cur ſingulariter dicatur benignus. T.1.23.24.

Berenices capilli, quædam ſtellarum diſpoſitio, cur dicta. T.2.506.

S. Bernardus cur loca valetudinaria ad extruendos conuentus quæreret. T.2.72. Corpus ita caſtigauit, vt confeſſus fuerit, exceſſiſſe. T.8.9.

Beſtia & animal quomodo differant. T.7.25.

Bona Dea, quæ. T.1.139.

Bonum, quid in Scriptura dicatur. T.2.325. Bonum triplex, vtile, honeſtum, & delecta-

lectabile. T.2.22. *Bona huius vita vana*. T.4.146. *seqq. Cur vocentur præda*. T.8. 68.

Bos indicus, Vnicornis est. T.8.122.

Cæsar augustanum Xenodochium, opus est insigne. T.2.408.

Cæsaris victima sine corde, omen fuit mortis. T.2.358.

Cain nomen, quid significet, & an prophetice illi impositum. T.8. 442. *Cur eius sacrificium non fuerit Deo acceptum*. T.2.282 *seqq*. T.5.215. *Cur tremens incedebat, quale signum illi fuerit impositum, ne occideretur, ille primus in mundo ciuitatem ædificauit*. T.2.441. *seqq*.

Calcanei nomine quid Scriptura intelligat. T.8.88.

Caluariæ locus, dictus à caluaria Adæ. T.1 217.

Calumnia quam grande sit malum. T. 5.59. *seqq Licet illam repellere, & respondere calumnianti*. T.4.67.

Candidatus quis dicatur, & cur Martyres candidati dicantur. T.5.34. 35.

Cancri astutia ad ostreum capiendum. T.8.106.

Capilli in Scriptura, peccata cur significent. T.1.4. *Significant aliquando meditationes sanctas*. T.1.166. *Illorum abscisio, & decaluatio supremum erat opprobrium*. T.7.212. *seqq*.

Caput est in quo vigent omnes sensus. T. 2.295. *Capitis decaluatio, grande opprobrium*. T.7.212. *seqq*.

Cariatharbe qua ciuitas. T.1.217.

Carmelus mons, quis sit. T.8.32.

Caro nostra, milites subministrat diabolo contra nos. T.2.23. *seqq*. *Tanquam equus frano mortificationis est comprimenda*. T.2.57 *seqq*. *Illius interitus, & mortificatio disponit ad salutem animæ*. T.2. 65. *vsque* 69. *Et ad vincendum dæmonem*. T.7.74. *vsq*; 93. *Ad voluptates ipsi exhibitas, sequuntur inordinati motus*. T.7.79. *An omnis carnis motus, peccatum sit*. T.4. 202. *Carnium esu plures Philosophi abstinuerunt ad bene philosophandum*. T.2. 72.73.

Castitas seruatur ieiunijs, & mortificatione carnis. T.2.76.102. *seqq*.414.

S. Catharinam Senensem dæmones variis animalium figuris terrere nitebantur T.7.118.

Cedrorum excellentia. T.2.227.

Ceruix dura signum rebellionis, & inobedientiæ. T.4.180.

Ceruus symbolum est hominis præcipitati. T.5.137.

Ceti nomen etsi genericum ad grandes pisces Balænæ peculiariter accommodatur, qui Leuiathan dicitur, cuius ingens est magnitudo. T.8.1. *seq. Cor eius merito dicitur, sicut incus*. T.8. 129. *Clausus tenetur in mari Oceano sicut in carcere*. T.8. 140.

Charitas bene dicitur, virtus pietatis, & omnium virtutum. T.2.129. *seqq*.141. *Est vita, & cor virtutum, sine qua non est opus meritorium*. T.2.358. T.4 38. *vsque* 49. *Vocatur oleum, quia cæteris supereminet*. T.2.415. *Ignis necessarius ad omnia sacrificia*. T.4. 38. *seqq*. *Cur non singulare præceptum charitatis datum sit in decalogo*. T.4.41. *Grandis est illius vis, sicut ignis ardentis in aqua*. T.4. 45. *seqq*. *Illius præceptum ordinem habet*. T.4. 52. 53. *Aliquãdo vult malum inimico, & punit illum*. T.4.54. *seqq*.57. *Est illa amor purus propter Deum*. T.4.131. *seqq*. *Illa est mensura præmij recipiendi*. T.4.246. *Est Christianorum vexillum, & insigne*. T.5.175. *seqq*.

Christus, vocatur Gratia Dei. T.1.39. *Ab instanti suæ conceptionis fuit comprehensor*. T.1.145. *Cur tacuit in Passione coram iudicibus*. T.1. 146. *Cur in alieno sepulchro conditus*. T.1.131. *Diem desponsationis, & lætitiæ habuit, cum carnem nostram assumpsit*. T.2. 241. *seqq*. *Et cum sanguinem suum pro nobis fudit in cruce*. T.2.244. *seqq*. *Venit adimplere in bonis desiderium nostrum, & dare nobis vitam, honorem, & diuitias*. T.2.428. *seqq*. *Est verus Deus, cui conuenit, habere templum* T.4.2. *Venit purgare legem, quam Scribæ, & Pharisæi fœdarant*. T.4.2. *seqq*. *Perfecte inimicos vicit, parcendo illis, & benefaciendo*. T.4.268. *seqq*. *Ipse est Ecclesiæ ædificator, sub peculiaribus legibus*. T.5. 15. *seqq*. *Datus est in magistrum quem au-*

dia-

diamus. T.5.38. ſeq. Per patientiam, & charitatem oſtenſus eſt filius Dei. T.5.197. vſque 207. Datus exemplar ad cuius imitationem efficiamur Filij Dei. T.5.242. ſeqq. T.7.29. 139. ſeq. Bene dicitur Sol T. 5.249. ſeqq. Interfector fabri. T.7.33. Piſcis. T.7.82. Pax. T.5.88. ſeq. Qualiter habuit paſſiones, & affectus. T.7.98. Ita diuina, & humana conemperabat, vt dæmonem teneret in ancipiti. T.7.106. ſeqq. Non habuit peculiarem Angelum Cuſtonem, ſed multos ſibi obſequentes. T.7.221. ſeqq. Præfiguratus per Nehemiam, id eſt, conſolationem. T.8.66. Omnem quam habuit potentiam in bonum noſtrum conuertit. T.8.121. ſeqq.

Chriſtianus mortuus eſſe debet vitæ Adæ, & vitam nouam agens per Chriſtum. T.5.31. ſeqq Ad altiora vocatus eſt. T.5. 127. ſeq. 259 ſeq. Legatus eſt peculiari lege T.5.167.

Cidaris, quid ſit. T.8.44.

Cinis dicitur res vltimæ perditioni tradita. T.1.19.20.25. Vilis eſt arborum radicibus. T.1.266. Pœnitentibus cõgruit. T.1.111. Eſt quaſi ſulphureus puluis. T. 1.125. Eſt quaſi theriaca cordis. T.1.144. ſeqq. Eſt quædam virtus continendi omnia T.1.163. ſeq. In eo debet anchora meditationis apprehendere. T.1.182. ſeq.

Circes, & mulieres incantatrices, quomodo homines in beſtias conuertant. T.7. 125. Fuit Circes Maga famoſa, à qua Marſi proceſſerunt, venena ſerpentum vincentes. T.8.46.

Ciuitatem quis primus in mundo ædificauit, & quæ fuerit. T.2.442.445. ſeqq.

Ciuitas eſt ciuium vnitas, &c. T.5.162.

Ciuitates loca ſunt, peccatis apta. T.8. 11. ſeqq. 15. ſeqq. 21. ſeqq. Quas non ingreditur veritas, nec æquitas. T.8.32. ſequentibus.

Ciuitates ædificant Reges ſuis moribus congruentes. T.8.38.

Ciuium Babylonis caput, Cain, qui in mundo affectu, & deſiderio reſident. T. 2.445. ſeqq.

Ciues Ieruſalem, qui ſolo corpore in mũdo tenentur, tanquam peregrini. T.2.447. ſeqq.

Cleopatra, quomodo Antonium ſubiecit, ornans ſe. T.8.191.

Cœli militia, quæ dicatur. T.8.49.

Cognitio ſui ſummè eſt neceſſaria. T.1. 198. ſeqq.

Collis thuris quis dicatur. T.2.90.

Colubris via ſupra petram, quam difficilem iudicauit Salomon, quæ fuerit. T. 8.175. ſeqq.

Columba merito auis ſtulta vocatur T. 2.148.149. Symbolum eſt fidelitatis. T.2. 317. Symbolum etiam manſuetudinis. T. 4.257.

Quæ apparuit in baptiſmo Chriſti, verum animal fuit. T.7.189.

Condimentum optimum fames. T.2.74.

Confeſſionis Sacramentalis neceſſitas, in lege antiqua fuit adumbrata. T.1.8.

Conſcientia vocatur anima facies, cuius munditia neceſſaria eſt. T.2.297. ſeqq.

Conſtantinus cur ditans Eccleſiam dictus eſt venenum effudiſſe. T.2.437.

Conſuetudo poteſt abolere legem humanam, non diuinam. T.4.34. ſeqq.

Contemplatio diuinorum famem etiam corporis facit. T.8.113. ſeqq.

Contrarium vnicuique rei ſtatuendum eſt, ad mundi conſeruationem. T.2.512.

Conuiuium non debet multis abundare. T.2.2.

Conuiuia aliquando ſancta, & expetenda. T.2.51.52. Raro tamen ſine peccato celebrantur. T.2.32. ſeqq. 51. ſeqq.

Cor principium vitæ ſine quo vita non ſubſiſtit. T.2.257. ſeqq. In cœlo reponendum. T.2.535. ſeqq. Fons eſt ſanguinis arterialis. T.7.82.

Cornu in Scriptura ſignificat fortitudinem. T.2.188. & Regnum. T.2.518.

Corona ſpinea Chriſti, prophetata à Salomone. T.2.244. ſeqq.

Corona non acquiritur niſi poſt legitimam pugnam, & victoriam. T.7.16. ſeq.

Cortinæ duplicis generis ad tabernaculi ornatum, & operimentum, quid ſignificent. T.8.168. ſeqq.

Corui aſtuta calliditas contra ceruum. T.5.137.

Corrigere, & punire delinquentes, non eſt contra charitatem. T.4.58.59.

Grates Thebanus quomodo diuitias cõtempſit. T.2.442.

Creationis opus, diuerſum ab opere perfectioni. T.4.261.

Crux cur vocetur ſignum filij hominis. T.4.191. *Crux Chriſti, quæ dicatur, cuius peccatores ſunt inimici.* T.5.179. *Crux Chriſti expreſſam trecẽtis militibus Madian.* T.7.76.

Cupido Deus amoris, cur alatus, & cum ſagittis depingitur. T.4.45.

Cupido Deus amoris, cur alatus, & cum ſaggittis depingitur. T.4.45.

S. Cyprianus perſecutores inter benefactores computabat. T.5.144.

DAgon qualis Deus fuerit. T.7.23. *Daniel ſeruauit inter leones abſtinentiam.* T.2.39.*ſeq.* *Typum tenuit Chriſti.* T.2.2.

Dauid iure potuit occidere Saulem, ſed ſuprema victoria fuit parcere illi. T.4.160.*ſeq.* *Ter fuit vnctus.* T.5.269.

Decimas ſoluere, eſt honorare Deum. T.2.203.

Demiurgus, quis apud Irenæum. T.1.148.

Denarius numerus perfectus. T.2.203.

Deſerta Iudææ, quæ. T.8.8. *Deſertum locus aptus ad pugnandum cum dæmone, qui in deſertis dicitur habitare.* T.8.14. *Ad illud ſe recipiunt Sancti, vt liberentur à peccatis.* T.8.15.*ſeq.*21.*ſeqq.*32.*ſequentibus.*

Detractio grande vitium, & nõ audiendi, ſunt detractores. T.5.240.*ſeq.*

Deus cur dicitur benignus. T.1.23.24. *Cur patiens.* T.2.43.*ſeqq.* *Cur miſericors, & miſerator.* T.1.26. *Cur multus, & dives in miſericordia.* T.1.26.27. *Eius miſericordia excedit omnem captum.* T.1.35. *ſeqq.* *Duabus definitionibus definitur, per affirmationes perfectionum, & negationes exuperantiæ.* T.1.193.194. *Sibi reſeruat gloriam ex bonis operibus noſtris dat nobis vtilitatem.* T.2.189. *Deum habere in Deum, & dominum, quid ſit.* T.2.198.*vſque* 205. *Deus alicuius, quis dicatur.* T.2.200.*ſeqq.* *Cur in quibuſdam promiſſionibus interponat iusiurandum.* T.2.214. *Dicitur lætari cum nobis benefacit, triſtari cum punit.* T.2.238.*ſeqq.* *Dicitur hominis pater, quaſi totus ad hominem relatus.* T.2.322.*ſeqq.* *Sanctorum ſuorum laudator, & publicator virtutum illorum.* T.2.342. *Vſque* 350. *Non penſat cenſum ſed affectum, nec quantum, ſed ex quanto.* T.2.371.*vſque* 378. *Coguadus ſemper præſens, & quod coram illo ſumus conſtituti.* T.2.379. *Deus mundum gubernat, etſi in illo multa videantur incongrua.* T.2.493.*ſeq.* *Ipſe Reges conſtituit, & mutat.* T.8.195.*ſeq.* *Bona temporalia ipſe etiam largitur.* T.8.88.199.*ſeq.* *An debitor dici poſſit eleemoſynarij.* T.2.510. *Præſtantior eſt omnibus legislatoribus, qui dat legem, & intellectum.* T.4.68.*ſeqq.* *Solus ipſe poteſt tradere legem ſufficientem ad ſalutẽ.* T.4.71.*ſeqq.* *Cur dicatur, Qui eſt.* T.4.85. *An per ſeipſum aliquando in lege veteri apparuerit.* T.4.92. *Illius volũtas bona eſt, idcirco opere complenda, non examinanda.* T.4.94.*ſeqq.* *Illius iudicia adoranda, non examinanda.* T.4.98.*ſeqq.* *Adeo eſt iuſtus, vt ad ſatisfaciendum iuſtitiæ Filium tradiderit.* T.4.104.*ſeq.* *Sæpè acrius punit offenſas contra Sanctos, quam contra ſe factas.* T.4.114. *Sæpè offenſus, maiora beneficia confert.* T.4.173.*vſq;* 187. *Potentiam ſuã oſtendit parcendo, & miſerando.* T.4.156.*ſeqq.* *Pro magna gloria ducit, parcere inimicis.* T.4.180.*vſque* 187. *Retractat cogitans, ne pereat peccator, vt dixit Tecuites.* T.4.217.*ſeq.* *Dum dicitur miſericors, explicatur tota eius perfectio.* T.4.249.*ſeq.* *Illius perfectio, maior perfectione Sanctorum.* T.4.455.*ſeqq.* *Summo amore diligit peccatorem, & ſummo odio odit illius peccatũ.* T.4.260.*ſeq.* *Quia verus eſt Deus, debet ſuis cultoribus aliquid præcipere.* T.5.10.*ſeq.* *Nihil præcipit impoſſibile.* T.5.65. *Non fuit vocatus Dominus quouſque homo creatus fuit, cuius dominium præcipuè in creaturis liberis oſtenditur.* T.5.72. *Dulcis eſt, ideo leges eius dulces* T.5.96 *Non graues.* T.5.201.*ſeqq.* *Cur Sanctos tentat.* T.7.61.*ſeqq.* *Non dimittit fame interire Sanctos, quin potius ſæpè per ieiunium illos ſuſtentat.* T.7.152.*ſeqq.* *Qui calefacit per niuem, refrigerat per ignem.* T.8.117.*ſeqq.* *Omnibus præſtat neceſſaria*

saria auxilia, ne vincantur à dæmone. T. 8.62.*seq.*

Dij gentium, in hoc se falsos Deos offenderunt, quod nullam legem suis cultoribus tribuerunt. T.5.10. *Cur diabolus, illos tanquam Deos coli procurauit, qui magis fuerunt impij inter homines.* T.7. 36.*seq.*

Dextræ nomine, quid intelligat Christus. T.4.281.*seq.*

Diabolus quomodo appetit esse similis Deo. T.4.250.*sequenti Crudelis est, qui petebat filiorum immolationem.* T.5.100. *Ideo eius leges crudeles.* T.5.96.*sequentibus. Diaboli cur in mundo dimissit à Deo.* T.7.5.*sequentibus* 10.*sequentibus* 26.*seq. Innumeri sunt.* T.8.76.*seq. Cur dicuntur potestates aeris, & degere in aere caligoso.* T.7.5. *Illius dæmonis sedem obtinebit homo, quem vicerit.* T.7.20. *Dictus est diabolus Behemoth, quia omnium bestiarum feros mores continet.* T.7.22. *sequentibus. Dicitur Faber.* T.7.33. *Tentator.* T.8.76.*sequentibus. Semper est ad tentandum intentus.* T.8.80 *sequentibus. Malleus vniuersæ terræ.* T.7.61. 65. *Cur impios homines pro Dijs coli curauit.* T.36.*seq. Quomodo fugatus fumigatione iecoris piscis, & quam virtutem habeant quædam res corporales ad illum expellendum.* T.7.80. *seqq. Prævalet carnalibus.* T.7.87. *An cognoueris Christi personam.* T.7.106.*seqq. Quis fuerit, qui ad Christum tentãdum accessit, an omnium dæmonum maior, & cur iste vocetur diabolus.* T.7.110.*seqq. Multis vocatur nominibus.* T.7.127. *Vocatur diabolus, id est, calumniator.* T.7.128.*seqq.* 130.*Satanas.* T.7.208.210. *Leuiathan.* T.8.15 *Behemoth.* T.7.22. *Mors.* T.8. 142.*Reseph, Caput impietatis, & Magnus cetus.* T.7.113. *Vocatur etiam auis, velocissimè progrediens.* T.8.81. *Vulpes etiam meritò appellatur.* T.8.70.151. *Ad tentandum, consilia colligunt dæmones, & maiores eliguntur ad maiores Sanctos impugnandos.* T.7.110.*seq. Vnumquemque diabolus impugnat in ijs, ad quæ affectum videt.* T.8.87.*seqq. Variis animalium figuris Sanctos terrere procurat.* T. 7.118. *In tenebris noctis, frequentius agit.* T.7.144. *Nec totum orbem, imo nec totum vnum elementum potest à suo loco dimouere, bene quoduis particulare corpus, etiam montem.* T.7.163.*sequentibus. Cur sub variis simulachris adorari voluit, & maiora sibi præstari, quam Deus vnquam petierit, in filiorum sacrificijs, quod Mexicana historia probat.* T.7.201.*sequenti. Non communes homines, sed præcipuè sanctos deglutire cupit, & persequitur.* T.8.24.*vsque* 69. *Similis perdicis incaueatæ.* T.8.25.*Vulpi.* 8.70.151. *Cancro* T.8. 106. *Ad ima, semper hortatur.* T.8.234. *Semel victus maiori rabie regreditur ad pugnandum.* T.8.129. *Non potest cogere, aut violentiam inferre, aut agere, quæ vult, sed tantum quæ permittit Deus.* T.8.135.*vsque* 146. *Grandis pictor est.* T.8.188.*sequentibus. Malus Astrologus, mentiens in suis prædictionibus.* T.8.165. *Latro, & fur Scripturarum, male illas citans.* T.8.153.*sequentibus. Vnusquisque habet peculiarem dæmonem impugnatorem, præter hunc, habent alium, viri magnis dignitatibus elevati, & singulæ Prouinciæ suum habent peculiarem aduersarium.* T.8.149.*seqq. Mentitur dicens, se dare regna, & diuitias.* T. 8.165.*vsque* 201.

Diana lucifera, quæ stella sit. T.1. 215.

Dies fausti vel infausti ad opus aliquod aggrediendum an dentur. T.1.106.

Dignitates altiores, magis timendæ propter maiorem lapsum. T.8.152.

Dilectio, vide Amor, & charitas.

Diogenis Cynici hypocrisis, & quomodo illam arguit Plato. T.2.178.

Discretio spirituum necessaria nobis est. T.8.171.*seq.*

Diuitiæ non possunt homines liberare. T.2.433. *Cur dicantur spinæ.* T.2. 538.*seqq. Non sunt incongruæ Ecclesiæ, & illius Prælatis.* T.2.437. *Incantis sunt venenum.* T.2.537. *Illas dat Deus.* T.8. 199.*seqq. Superbiam nutriunt.* T.2.489. *Bene vocantur, densum lutum.* T. 2. 504.*sequ. Sunt stercora, quæ si spargantur in agris pauperũ, proficiunt.* T.2.536.

seqq. Et ad hoc tantum sunt desiderandæ T.2.523.

Diuites, sint iumenta portantia onus, solas plagas sibi retinentes T.2.432.469. *Dives auarus, cur caput aspidum fugere dicitur* T.2.436. *vsque* 442. *Bona sua dives sibi reponit in tuto per eleemosynam* T. 2.481.501. *vsque* 506. *seqq. Oeconomus est potius quam Dominus diuitiarum. Debet potius rogare pauperem, quam rogari ab illo* T.2.522. *vsque* 531. *Pauperes recipiant oculis fidei, ibidem. Nullatenus contumeliosa verba in pauperes iactent* T.2.532. *seqq Diuitibus, quid præcipiendum, & cur cum authoritate debet prædicator cum illis tractare* T.2.489. *Cuiusdam diuitis mortui cor, inuentum inter pecunias* T.2.5. 36. *Vide Auarus.*

Doctrinæ nouæ fugiendæ, tenendæ antiquitati conformes T.8.163.

Doctores Sancti pro magno dono dati sunt nobis à Deo T.1.74. *vsque* 78. T.8. 162.

S. Dominicus quali ieiunio ad extases se disponebat T.2.83.93.

Dominus quomodo differat à tabernaculo T.1.127.128. *Quomodo ædificabantur domus in Palæstina cum tecto* T.7.167. *seq.*

Dona Spiritus sancti necessario constituenda, distincta à virtutibus, & quod sint T.7.67. *seqq.*

Donec, quid significet in Scriptura T. 1.6.

Dotem antiquitus dabant viri pro vxoribus, & illas emere dicebantur T.2.244. *seq.*

Duelli leges auscultare, impium est T. 4.101. *seq.*

Ecclesia potestatem habet condendi leges, ad quarum obseruationem tenemur T.1.104. *Extra illam non est salus, nec opus plenè Deo gratum* T.1.263. T.5. 127. *Nunquam perfectam pacem in præsenti seculo habebit, quam tyranni, & hæretici infestant* T.8.255. *seq. Non sunt diuitiæ incongruæ illi, aut ipsius prælatis* T. 2.437. *Bene dicitur, Ciuitas iustitiæ* T.4. 105. *Illius fundator est Christus, sub peculiaribus legibus* T.5.15. *vsque* 26. *Christo vestitur, eiusque donis ornatur* T.5.123. *seq. Ad Ecclesiarum portas aptè constituuntur pauperes* T.2.414.

Edom, & Idumei, dicti Esau, & filij eius T.2.23. *seq.*

Eleemosyna cur vocetur gratia T.2. 289.524. *Est oleum, quod si deficiat, peribit homo* T.2.413.414.415. *Difficilius opus cæteris* T.414. *Necessarium tamen ad peccatorum remissionem, sicut aqua ad extinguendum ignem, ideo dicitur eleemosyna secundus baptismus, & pecuniæ dicuntur, redemptio animæ* T.2 416. *vsque* 422. *Eleemosyna quam facit homo, mensura est illius, quam recipiet à Deo* T.2. 418.419. *Sententiam contra peccatorem latam, reuocat* T.2.422. *Supponenda est orationi, vt sit efficax* T.2.423. *vsque* 426. *Verius illam recipit Deus, quam pauper* T.2.424. *Facienda abundanter, iuxta cuiusque vires* T.2.459 460. *Facienda, vt homo in hoc seculo, & futuro viuat inopiam* T.2.490. *seqq. Per illam transfert homo bona sua in cœlum* T.2.493. *seq. Id tantum diues sibi retinebit, quod in eleemosynam dederit* T.2.496. *seqq. Eius largitio vocatur seminatio* T.2. 499. *vsque* 506. *Non expectandum tempus mortis ad illam largiendam* T.2. 501. 502. *Bene vocatur iustitia, vtilis ad omnia* T.2.510. *seq. Fundamentum bonum, quo deficiente, cadere necesse est* T.2.510. *vsque* 517. *seqq. Petens Deus in paupere, magis honorat diuitem, quam si daret facultatem suscitandi mortuum* T.2.510. *Disponit ad remissionem peccatorum* T.2.5.4. *seqq. Comes debet esse legitimæ pœnitentiæ* T.2. 515.516. *Vocatur cornu, propter potentiam, & quia ad Regnum disponit* T.2. 518. *seqq. Pauperes rogandi sunt, vt accipiant, potius quam rogare, vt sibi detur* T.2.522. *seqq. Facta etiam sine affectu pietatis, cuidam diuiti profuit* T.2. 531.

Elephantus, animal est duplici corde. T.2.111. *Timet quædam animalcula* T.4. 226. *Diaboli tenet typum* T.7.2. *Illius fortitudo in proboscide, propterquam vocatur Anguimanus, & rationem videtur participare* T.7.4. *Maximè timebatur in bello,*

bello, vsque ad tempus Pyrrhi T.7.4. *Cur latinè dicatur Elephantus, Hebraicè Behemoth, quanta eius magnitudo, qui mores, quam longa vita* T.7.22.*seqq. Quanta fortitudo in dorso, in quo sustentat turres ligneas cum militibus, & cur illa dicitur orta ex vmbilico* T.7.88.*seq. Quomodo capitur, & sudibus perforantur nares illius* T.7.218.*seq. qualis eius sitis, & cur dictus Iordanem appetere* T.8.27.

Elias, & Moyses, an famem senserint, ieiunantes quadraginta diebus, & noctibus T.7.96.98.

Enac, & Enacim, qui dicãtur T.1.217.

Enos hominem significat, & à quo dicatur T.1.152.153.

Epicurus ipse, abundantes, & curiosas escas refutandas docebat T.2.73.

Episcopis decent opera bona in publico facta T.2.319.*seqq. Non sunt illis diuitiæ incongruæ* T.2.437. *Impios Episcopos sæpè Deus permittit, ad vindictam* T.8.198.

Equi generosi natura, & agilitas T.4.211. *Equus vnde dictus, eius natura ad bellum prona, ideo immolabatur Marti* T.8.58. *Cur terram vngula fodit ibidem.*

Esau, cur non inuenit locum pœnitentiæ T.4.140.*seq.*

Esdras, cur vocatus Scriba legis doctissimus T.7.147. *An ipse fuerit Malachias* T.4.2.

Ethnici, & Publicani, qui dicantur T.4.243.*seqq.*

Euangelica lex, fuit puteus aquarum à Christo apertus T.4.22.*seqq. Dicitur tempus veris* T.4.25. T.5.5.*seqq. Legitimè introducta fuit, abrogata veteri* T.5.1.3.4. *An contineat aliqua præcepta, quæ non fuerint in lege antiqua* T.5.5.*seqq. Ab eodem authore sunt lex, & Euangelium* T.5.27.*seqq. Euangelij, & legis antiquæ differentiæ* T.5.42.*seqq.* 82. *vsque* 95. *Est Euangelium lex, sub qua Christus ædificauit Ecclesiam* T.5.15. *vsque* 26. *Leuis, & suauis, non grauis sicut antiqua* T.5.82. *vsque* 95. *Dicitur virtus Dei, vincens omnes leges, sicut virga Moysi virgas Magorum* T.5.172.*seqq.*

Eucharistia verè continet ipsummet Christum Dei verbum T.7.160. *Manna quomodo fuerit quasi accidens illius. ibidẽ.*

Euripides Cretensium Propheta T.2.72.

Euro aquilo cur dictus Typhonicus ventus T.2.61.

Exempla Sanctorum valdè profictua T.4.170.188.189.

Exequiæ cur dicantur T.1.129.

Fabiola Romana quale Xenodochium construxit, pauperibus inseruiens T.5.23.

Fabula quid sit, quam sapientiam contineat, & quomodo ea vtatur Scriptura. T.1.138.190.

Facere in Scriptura, sæpè significat sacrificare T.2.53.

Facies animæ est conscientia, & cur ita dicta T.2.297.*seqq.*

Fames, optimum condimentum T.2.74. *Bene dicitur, malesuada.* T.7.153. T.8.91.

Fascinatio verè datur, quid sit, quomodo fiat, quomodo fugienda T.2.312.*seq.*

Fatua Dea, & Fauna Dea, quæ. T.1.139.

Feræ nomen, ab idiomate Hebræo deductum T.8.18.

Fermentum cur symbolum sit hypocrisis T.2.265.

Festa iure instituta, vt homo sibi attendat, ab alijs feriatus T.2.462.*seqq.*

Ficulneæ cur cõparetur fidelis T.1.263.

Cur Christus illam maledixerit T.2.184.*seqq.*

Fides quid sit. T.8.187. *Vtilissima ad res difficiles aggrediendas* T.5.5.135. *Necessaria, vt Deo placeamus* T.1.263. *Requirit rectum voluntatis affectum* T.2.204. *Deperditur sæpè propter superbiam, & affectum honoris* T.2.204.205. *Cur non maneat in discredente vni articulo fidei.* T.2.260. *Sola non sufficit, sed addenda est bona conscientia, ne deficiat* T.2.297.*seqq. Addenda etiam opera bona* T.4.88.89. T.5.89. T.5.166. *Sola illa non facit filios Dei.* T.5.242.*seq. Fidei doctrina, iure dicitur depositum, ideo nouitates auersatur* T.8.163.

Filiorum parturitio, & educatio, cur ab authore naturæ cum doloribus constituitur T.2.144. *An plus à matre diligatur, & cur primogeniti magis amantur, ibi-*

dem. Eſt filius imago viua patris, ideo illum imitari debet. T.4.229.239. *Filiorum multitudo facit hominem illuſtrem.* T.4.236. *Hæreditandi à patre, curante primum animam ſuam.* T.2.500. *Filij ſæpè dicuntur alieni reſpectu parentũ.* T.2.499.500. *Filium Dei vocari, & eſſe, excellentiſſimũ eſt Dei donum.* T.4.232.235. *Id prouenit, quia verbum caro factum eſt.* T.2.443. *ſeq. Filiæ Sion, Ieruſalem, Babylonis, & c. quæ dicantur.* T.2.416.417.

Fluuius, aut riuus Aegypti, quis ſit. T.1.255.

Fortè, aduerbium, quid in Scriptura ſignificet. T.4.93.

Fortitudo vera in patientia poſita eſt, & in dominando proprijs affectibus. T.4.156. *ſeqq.* 166.

S. Fortunatum Epiſcopum calumniari volens, quomodo punitus. T.2.386.

S. Franciſcus quomodo ad extaſes ſe diſponebat. T.2.83.93. *Se in morte accuſauit de nimia corporis caſtigatione.* T.8.93. *Excellentem ſedem habet in cœlo.* T.7.21.

Frons quid ſignificet in Scriptura. Cur Ozias, & Goliath percuſſi fuerunt in fronte. T.1.147.

Flumen, & fulgur, ſæpè pro eodem ſummuntur, quæ eius materia, & cur Ioui attribuitur fulmina mittere. T.8.50. *ſeqq.*

Gabriel Archangelus, dicitur, præpoſitus prælijs. T.8.7.

Galaad mons, quid, & qualis. T.1.166.

Gallæ, Simachi Senatoris filiæ eximia ſanctitas. T.1.16.

Gallus, & Iulianus fratres, extruentes Baſilicam S. Martyris Mammæ, ſuæ fidei indicium præbuerunt. T.2.282.

Gazophilacium vnde dictum, quis locus eſſet, an vnicus. T.2.363.

Gedeonis victoria inſignis, quomodo imitandus. T.7.79. *ſeq. Et quis dictus ſit Gladius Domini, & Gedeonis.* T.7.92.

Gehon dicitur Nilus, fluuius Aegypti. T.1.255. *Eſt etiam fons, ad quem vnctus fuit Salomon.* T.5.35.

Gentiles vnde dicti. T.4.240. *Hypocriſis vitio infecti fuerunt.* T.2.130.

Genuflexio quid ſignificet, & quomodo orationi ſit congrua. T.2.8.

Germanici cor, cur comburi non potuit. T.1.144.

Gigantes, qui dicantur in Scriptura. T.1.63.

Gloria firma, & vera quærenda ex bonis operibus, non inanis. T.2.155. *Gloriam ex bonis operibus, Deus ſibi reſeruat.* T.2.188. *ſeqq. & in illum refundenda.* T.2.263.

Gratia quid ſit. T.5.234. *Quomodo ſit, pignus gloriæ.* T.7.45. *Requiritur, vt opus dignum ſit vita æterna.* T.2.165.294.300 *ſeqq. Eius auxilium neceſſarium ad tentationes vincendas.* T.5.42. *ſequ. Gratiæ nomen aliquando ſumitur pro retributione ex gratitudine debita.* T.4.245. *aliquando pro quocunque dono Dei.* T.8.118.

Gratiarum actio neceſſaria. T.4.154.

S. Gregorij Papæ excellentia in tractatione rerum Moralium. T.8.1. *Grandis illius affectus ad iciunium.* T.2.114.

Gula caput eſt vitiorum, & dux. T.161. *vſque 687.* T.7.127. *Milites diabolo ſubminiſtrat contra ſpiritum.* T.2.22. *ſeqq. Hominem Paradiſo expulit.* T.2.13. *ſeqq. Impedit attendere diuinis.* T.2.4. *Ad omnia peccata, etiam idolatriam diſponit.* T.2.77. *ſeqq. Ad illam ſequuntur omnia peccata.* T.2.32. *ſeqq. quæ illius epiteta.* T.2.25. *Non tam in quantitate ciborum, quam in affectu conſiſtit.* T.2.118.

Habada, animal, deductum eſt Habara inſula. T.8.121.

Hæreſis oritur ex depranata voluntate, & nimio affectu honoris, diuitiarum, & delitiarum. T.2.204. *ſeq. Hæretici, homines comeſſationibus, & ebrietatibus dediti.* T.2.31. *Hæreſes oriuntur ex eo quod paſtores dormiunt.* T.2.538. *Hæreſis nomine, quid Patres Græci intelligant.* T.2.529. *Hæreticos vocat Sapiens gentem ſtultam, quam Deus odio habet.* T.4.18. *Hæreticus eſt, qui diſcredit vni articulo, quamuis cæteros credat.* T.2.260. *Hæretici Scripturas male citant, ſicut diabolus.* T.8.154. *Ab Eccleſia deficiunt, quos Deus permittit ad eiuſdem Eccleſiæ vtilitatem.* T.8.156. *ſeqq. Quos voluit Scripturæ libros*

bros, & locos expungunt, & alios confingunt T.8.159.seqq. Nouitates amant, & antiquorum Doctorum vestigia auersantur T.8.161.seqq. Opiniones nouas inducunt ibidem, Illos iuste punit Ecclesia T.5.50.seq.

Hebron, quæ ciuitas fuerit T.1.217.

Hederacei vasis proprietas in retinenda aqua expulso vino T.1.90.

Herculis Hydra, quot capita haberet T.7.28. Quid fecerit Hercules ad vincendum Antæum filium terræ T.1.138.

Heua in Paradiso fuit formata T.2.138.

S. Hilarionis mira abstinentia T.2.50.

Hispania à quo fuerit condita, & quod proprium Hispanorum peccatum, est agere secundum leges duelli T.4.36.seq.

Holocaustum inter sacrificia excellentius erat T.2.193.

Homo à Deo conditus fuit immortalis T.1.70.210.211. T.2.13.19. Ex peccato incurrit ignorantiam in intellectu, & debilitatem in voluntate T.1.74.seqq. Cur dicitur Enos in Hebræo, Anthropos in Græco T.1.152.153. Dicitur Enos, idest obliuiosus T.1.178.179. Hominis definitio vniuersa vanitas T.1.153.154.193. seqq. Aut vanior vanitate T.1.196.197. Cur dicitur, Animal rationale mortale T.1.154. Ex viliori materia quam omnia alia animalia productus. T.1.188.seqq. Sexaginta eius epiteta à Chrysostomo tradita T.1.195. Indecentissima est illi superbia T.1.202.seqq. Sæpe se debet reputare mortuum, & iam in sepulchro positum T.1.213.seq. Hominum iudicia contemnenda T.2.155.156.157. Homo est, propter quem Deus cuncta creauit T.2.322. vsque 331.

Honorem an, & quomodo liceat appetere ex bonis operibus T.2.208.seqq. Potentissimus, ac violentus est appetitus honoris ibid. Mundanus honor, vanus est T.4.145.seqq. Verus honor non est, nisi vbi virtutes subsunt, vnde impijs non potest conuenire T.4.151.seqq. Honoris desiderio alendum Principem, cur dixerint Romani T.4.152.

Horeb an fuerit ipsemet mõs Sina T.2.6

Humilitas, quomodo omnibus virtutibus præeminet, & sine illa nulla virtus consistit T.1.59. Vt illã doceret, singulariter venit filius Dei ibidem. Per illã vincitur dæmon T.1.69.73. Vt illam Deus pectori nostro ingerat, miserias permittit T.1.160. Disponit illa ad mysteria diuina intelligenda T.5.122.

Hydra Herculis, quot capita haberet T.7.25.

Hyems, veterem legem significat T.4.25.seqq. T.5.5.seq.

Hymnus Trisagij, quis sit T.4.98.

Hypocrita vnde dicatur, & quid hoc nomen significet. T.2.121.122. Non sunt hypocritæ, qui peccata sua celare procurãt T.2.124.seqq. Nunc mundus plenus est hypocritis, quos Paulus prædixit T.1.128. seqq. Hypocrita sicut Eleazarus, suo sepelitur triumpho, stultitiam struthionis tenet T.2.142. vsque 153. Insipiens mercator T.2.175.seq. Scirpo similis T.2.178. Prouocat iram Dei T.2.183.seqq. Fur est diuinæ gloriæ T.2.187.seq. Aliquo modo est idololatra. T.2.200.seq. Grandi pœna dignus T.2.206.seq. à Deo non recipiet mercedem T.2.217. vsque 232. Hypocrisis tanquam fermentum omnia bona corrumpit T.2.265.

Iacob, & Esau, carnem, & spiritum referunt T.2.23. Cur Iacob vocatus fuit Israel. T.1.145. T.7.46.

Ichabod, cur vocatus filius natus, capta arca T.2.300.seqq.

Idolorum vanitatem efficaciter conuincit Deus T.1.208.209.

Idumæi, qui fuerint T.2.23.seq.

Iecur, & cor, fontes sanguinis, & concupiscentiæ organa T.7.82.

Ieiunium introducit hominem in Paradisum, quem eo gula expulerat T.2.13. seqq. Ignis flammas non timet, quas acuit gula T.215.56. Ab illo incipit animæ curatio, sicut infirmitas à gula T.2.17. seqq. Arma prima contra dæmones T.2.37. vsque 42. Per illud generosus equus fortis redditur contra armatos T.2.47.seqq. T.8.58.60. Illo deficiente patet homo incursionibus dæmonum T.2.45. Illius filij

sunt Sampsones, Samueles, &c. T.2.55. 56. Ieiunio, tanquam fræno equus carnis comprimendus T.2.57.seqq. Vitia comprimit T.2.22. vsque 62. Mentem eleuat 63. vsque 94. Virtutes largitur, & præmia T. 95.vsque 107. disponit ad orationem T.2. 84. vsque 93. 100. Ad dona cœlestia disponit, sine quo non obtinentur. T.2.98. & disponit ne quis desit gratia Dei T.8.62. seq. Est Sanctorum thesaurus T.2.98. omnium virtutum fundamentum, & beneficiorum cardo T.2.104. Ideo vocatur sanctimonia T.8.62. Ieiunio cur muniebantur milites ad bella corporalia T.2.43 seq. Nauigantibus est valdè proficuum T.2.61.62. Cum gaudio suscipiendum, non cum timore, & horrore. T.2.108.seqq. Strictè illud Sancti seruauerunt quos imitari debemus T.2.113. seq. T.7.97. Ieiunium quale exposcat Deus T.2.256.seqq. 226. seq. Debet esse cum misericordia, & eleemosynis T.2.404.seqq. Ita agendum, quod caro sentiat laborem, & qualiter in Quadragesima ieiunandum T.7.106.seqq. Ieiunia qui minuunt, vt caput potens sit ad opera spiritualia, reprehenduntur à Sanctis T.8.91. seqq.

Iephte an peccauerit filiam immolando T.2.389.

Ieremias typum tenuit Christi, etiam secundum nomen T.4.23.

Ierusalem vocatur ciuitas sancta, mons Dei, electa sanctitatis ciuitas, & aliquando Sodoma, &c. T.7.166. Mons sanctus, ciuitas Dei, & c. T.8.38. sequent. locus altior orbis, & caput mundi tunc dicebatur T.8.131.

Ignis absumens sacrificia, cur signum fuerit diuinæ acceptationis. T.2.282. Ignē extundere ex ferro, & silice, quis inuenit T.2.453. Est maximè actiuus, ideo symbolum est amoris T.4.45.seqq.

Imagines Sanctorum retinendæ sunt, & adorandæ T. 2. 209. Philosophi antiquitus, imaginum vsum probarunt T.2.208. seqq.

Imprecationes in Scriptura sacra, explicandæ sunt, tanquam futurorum prædictiones T.1.122. T.4.65. 116.118.

Inanem gloriam pauci plene superant T.2.133. seq. latenter illa ingreditur, & omnia inficit T.2.134. eius naturam optimis epitheris explicuit S. Petrus Crysolog. T.2.136.seqq. Opere bono confecto, egreditur illa similis formicæ T.7.170. tuncque iugulanda est, sicut filia Iephte T.2.387. seqq. T.7.170.

Infidelium tres species indicauit Sapiens, quos odit Dominus, Iudæos, Gentiles, & Hæreticos T.4.18.

Inimicis quomodo licet optare malum T.4.54.seqq. quæ beneficia illis impendere tenemur T. 4. 58. Illorum dilectio est in præcepto T.4.4.49. non tantum inimicorum moralium, sed etiam legalium T.2. 265. Iustè eorum vindicta est nobis interdicta T.4.106.seqq. Illorum dilectio, difficilis T.4.127.seqq. Sed maximè meritoria T.4.130.vsque 134. Inimicos sustinere, est maxima fortitudo T.4.156. seqq. 160. seqq.

Inimici dilectio an sit magis meritoria, quam amici T.4.246.seqq. Inimici natura diligenda est, non culpa T.4.260.vsque 269. Melius vincuntur inimici beneficijs, quam supplicijs. T.4.267. vsque 276. Velle inimicum puniri, & illum diligere, difficile est T.5. 52. seqq. Inimicus inter benefactores numerandus T. 5. 143. sequent.

Inimici diligendi, quia Deus est, qui præcipit T.4.75.vsque 93. quia est bonum T.4. 94. vsque 103 quia est iustum T.4. 104.vsque 116. quia est vtile T.4.117. vsque 144. quia est honorificum T.4.145. vsque 198 T.5.155. vsque 186. Illud est nobis possibile T.4. 199. vsque 208. Facile T.4. 209. vsque 218. & propter alias decem rationes T.4.219. vsque 226.

Insuper, quia per huiusmodi dilectionem homo efficitur Filius Dei T.4.227. vsque 248. T.5.192. vsq. 248. Christianis peculiariter conuenit inimicos diligere, quia tenentur antiquam vetustatem exuere T.5 122. vsque 128. quia Christus id constituit T.5.129. vsque 154. à cuius facie silendum dixit Propheta T. 5. 146. vsque 154. qui nouus est legislator, & nouum populum exposcit T.5.187. vsque 191. & nobis statuit, vt imitemur Patrem cœlestem, qui omni-

omnibus est beneficus T.5.249 *vsque* 260 *Inimicos sæpè permittit Deus suscitari contra aliquem, propter illius peccata* T.5 226

Intentionis rectitudo supponenda, vt opus Deo sit acceptum T.2.270 *vsque* 291 295. 351 *seqq. est tanquam cor à quo vita precedit* T.2.357 *vsque* 378 *Illam conatur diabolus principaliter inficere* T.2 295. *Examinanda est distinctè, quia sæpè homo fallitur circa illam* T.2.385. *seq.*

Interrogationes, quam vim habeant in Scriptura T.1.117

Iob excellentia encomia. T.1.71.172. T. 8.59. *Grandis abstinentia* T.2.547 T.8. 60 *Eximius Propheta* T.8.51. *Rex Regum* T.4. 90. *Suprema illius fortitudo, in quo fuerit posita.* T.4. 169 *Cur illum tentari Deus voluit* T.7. 64 *Fuit singularis typus Christi* T.4.90. *Sacerdos fuit, & holocausta obtulit* T.2.52

Iobel, & Iubilæus, vnde dicantur, & quare annus Iubilæi in antiqua lege constituebatur T.1.49 *seqq.*

S. Ioannes Baptista, ieiunio dispositus fuit ad excellentem Christi cognitionem T.1.80

In quo deserto manfit à pueritia, vsque ad annum trigesimum T 8.8

S. Ioannes Euangelista, quomodo vitam finiuit T.1. 124 *Martyr censeri debet* T.2. 370 *seq.* 374 *Cur frequentius quam alij inducat notam affirmandi, Amen.* T.2 214

S. Ioannes Gualbertus, à Christi crucifixi imagine salutatus, quia inimico pepercit T.5.145

B. Ioanna de Orueto, persecutores inter benefactores numerabat T.5.145

Iordanis vnde dictus, & vnde fluat T. 2.345 *Cur sanctos significat* T.8.27

Iosias Rex, multis in rebus typum Christi tenuit T.4.31

Iræ passio, vehementissima, difficilis est, vt vincatur T.4.156. *seqq. Reddit exteriorem faciem, & vultum fœdum* T.5.114 *seq. Inter omnes passiones, hæc est comprimenda fræno rationis* T.4.213 *vsque* 218 *Nisi comprimatur, transit in odium* T.4. 203. *Multa mala inducit, ideo ante occasum Solis deponenda* T.4. 204. *seqq. decem rationes vtiles ad illam frænandam* T.4. 219 *vsque* 226 *Sæpè necessaria est, & vtilis ad virtutis opus rectè exequendum* T.4. 213 *seq. Signantur in mulieribus, ad pudicitiam conseruandam* T.4 215 *Vnde non semper est peccatum, nec id Beatus Hieronymus dixit.* T.4. 201. *seq.*

Israel, quo nomine vocatus fuit Iacob, quid significet T.1.154 T.7.46

Iudas insipientissimus mercator T.2 175. *seqq. Congruens illi laqueus quo se suspendit* T.7.197. *Inciderat in laqueum diaboli* T.2.437

Iudæa balsamum profert T.4.177 *seq.*

Iudicij dies, cur dicatur propinquus T. 1.220.222.235 *cur differatur* T.1.236. *Super quos dicitur venturus* T.2.227 *Cur dicitur tempus restitutionis, aut redditionis* T.2. 335 *& dies manifestationis, quando omnia fient manifesta* T.2. 178. 179. *An in illo omnes sint iudicandi* T.2.226. *Antiquitus cur iudicia fierent in portis ciuitatum* T.8.11

Iudicij nomen in Scriptura sacra sæpè significat condemnationem T.2.10 *Iudicia hominum vulgarium contemnenda* T. 2.156.157 *Virorum sapientum, & Sanctorum æstimanda* T.4.195

Iulianus, & Gallus fratres, extruentes Basilicam S. Martyris Mammæ, iam fidei suæ diuersitatem ostenderunt T.2.282

Iuramento cur, & quomodo vtitur Deus T.2. 214 *An iurare aliquando liceat* T.5.262

Iupiter vocatus Deorum pater, cui fulmina mittere, tribuebant Gentiles T.8.50.

Iustitia Dei ostensa fuit in Christi passione T.2.185

Laboribus gaudent Sancti, & in eis lætantur T.2.251. *seq. Hoc in Macedonibus comprobat Apostolus* T.2. 523. 524 *Labores dat Deus Sanctis suis in hac vita* T.7.137. *seqq.*

Lamiæ aut Stryges vere aliquando feruntur à dæmone ad loca remota T. 7. 163. *seq.*

Laqueare quid sit, & quæ domus laqueata T.155.

S. Latro cum Christo pendens, & moriens in Cruce, martyr censeri potest T.2. 374.

S. Laurentij martyris pietas in pauperes èximia, & vnde habuit diuitias quas copiosè in illos distribuit T.2.527.

Lepra morbus credebatur infligi à Deo propter grauissima peccata T.1.134.

Leuana Dea, quæ fuerit apud Gentiles T.1.139.

Leuiathan, quid significet T.8.1.3.15.

Lex dicitur à ligando T.8.99. *& tales sunt leges, qualis legislator* T.5.96. *seqq. Iustè cuique lex statuenda est, in via quam eligit* T.5.77. *Antiqua, iam præcipit inimici dilectionem, & omnia necessaria ad salutem* T.4.9. *vsque* 19. T.5.5. *seqq. Legi naturæ conuenienter addita fuit lex scripta* T.4.32. *Lex antiqua bene dicitur, puerorum, & infantium* T.5.124. *& Pædagogus ad Christum* T.5.38. *Data fuit per Angelos* T.4.92. *seqq. Lex antiqua, & noua non sunt contrariæ* T.5.27. *seq.* 42. *seq. differunt, sicut hyems, & ver.* T.5.5. *seqq & alijs modis* T.5.82. *seqq.* 85. *vsque* 90. *Lex antiqua dicitur militia completa per Christum, data cum grandi terrore, Euangelica cum amore* T.5.913. *seq. Lex diuina non potest per contrariam consuetudinem abrogari* T.4.34. *seqq. Requirit ad sui intellectum diuinam lucem* T.4.69. 70. *Suauis est iustis requirentibus illam* T.4.73. *Dicitur aptè, iuramentum Dei* T.4.76. *Non est facilis, sed non est impossibilis* T.5.64. *seqq. Solus Deus potest dare legem sufficientem ad salutem* T.4.71. *seq. Legis mutatio sæpè non exanimi leuitate fit* T.5.2.3.4. *Vnde iure abrogata lege veteri, inducta fuit Euangelica ibidem. Vitiliores leges Principum sunt, quas pro conseruanda religione contra hæreticos imponunt* T.5.51. *Legis diuinæ libros, diabolus perpetuò absumere procurauit* T.7.145 *seqq.*

Legislatores, qui fuerint T.5.68.

Liberum arbitrium verè datur in homine cuius voluntati, nec diabolus, nec creatura aliqua potest violentiam inferre T.8.146. *seq.*

Lingua continenda à detractione, quam qui sapiens est, non auscultat T.5. 240. *seqq.*

Lucifer est stella, quam Veneris vocant, quæ etiam dicitur Hesperus, aut Vesperugo T.1.215. *Est etiam Archidæmon, aut dæmonum princeps* T.7.110. *seqq.*

B. Ludouicum Bertrandum se prosternentem eleuauit imago S. Vincentij Ferrarij T.2.349.

Luna vnde habeat maculas, cur sex cæli dicta, & quid significet T.5.124.

Lux quare dicitur bona, quando creata fuit, & tunc illam Deus quasi examinandam susceperit T.2.324. *seqq.*

Macedonum egregiæ fuerunt virtutes signanter in laborum tollerantia, & eleemosynarum largitione T.2.289.

Magi Pharaonis, an veros serpentes fecerint, & qui fuerint, & quid facere possint magi T.7.124. *seqq.*

Maleficas mulieres sæuè diabolus reuera portat ad remota loca T.7. 163. *seqq.*

S. Mammæ Martyris Basilica, cum à Iuliano, & Gallo fratribus extrueretur, res miranda successit T.2.282.

Manna figura fuit Eucharistiæ T.7. 160. *Ad quid datum fuit, & vnde, & quid fuit in illo mirabile* T.8.117. *seq.*

Manuum nomine Scriptura opera intelligit T.2.147.

Mare altius est terra, & quare dicatur obediens verbo Dei T.4.79. *seqq.*

S. Maria Virgo, obtinuit cœlestia dona per grandem mortificationem, & ieiunia T.2.98. *Non intelligenda est illa, quando de peccatis agitur* T.4.135. T.5.209. *Ipsa est virga de radice Iesse* T.4.44.

Marsus filius Circes incantatricis, qui serpentum venena eneruabat, à quo Marsi processerunt T.8.46.

S. Martino diabolus sub varijs figuris se repræsentabat T.7.118.

Martyres ad maiora tormenta, maiori gaudio affecti erant T.2.251. *seqq. Non vera mala illis inferebant tyranni* T.4. 149. *Patientia muniti erãt, per quam vincebant* T.4.167. *seqq. Martyrum exercitus, cur dicatur candidatus* T.5.35. &

*cur Martyres dicuntur cõpediti.T.*4.168
Martyrium duplex, corporis & animæ T.4.221
*Meditatio necessaria ad animæ pulchritudinem, & robur. T.*1.166.167
*Medusæ aut Gorgonæ caput pro capillis habens serpentes, quid indicet.T.*4.38
*Memoria est animæ stomachus T.*1.178
*Mendacium cur depingebatur super rotundum lapidem. T.*2.156
*Mercurius fuit Deus loquentiæ, & negotiationis.T.*1.107. *Mercurij dies sine causa habebatur infausta. T.*1.106.107 *Antiquitus Mercurij diebus, ieiunabant fideles.T.*1.108
*Mexicus Indorum ciuitas insignis, in qua ante Euangelicam lucem viginti mille infantuli diabolo quotannis immolabãtur.T.*5.100.*T.*7.202
*S. Michael Archangelus Ecclesiæ dux est, & apparuit antiquitus ad fidelium defensionem, tanquam eques equo insidens T.*8.7.*Illum vidit Zacharias Propheta procurantem Ecclesiæ salutem. T.*5.15
*Militia cœli quæ dicatur. T.*8.49
*Millenarius numerus in Scriptura pro numero quasi infinito ponitur. T.*4.166
*Mineruam Deam sapientiæ cur armatam pingebant Gentiles Philosophi T.*1.76
*Ministrare quid significet in Scriptura T.*7.223
*Minutum, quid sit, & quæ fuerint æra. minuta duo, quæ misit vidua.T.*2.363
*Miracula non operatur Deus sine necessitate, aut vtilitate: ideo nunc, non tam frequenter fiunt.T.*8.124
*Misericordia Dei, cur dicatur multa T.*1.26.27 *Illius immensitas expenditur T.*1.35 *seqq. Cur dicatur, super omnia opera Dei.T.*4.249 *seqq. Cur per illam dicatur Deus perfectus, & quomodo illa excellentius omnes Dei perfectiones exprimat, quam quoduis aliud attributum. T.*4.249 *seqq. Misericordiam non inueniet, qui non fecerit misericordiam.T.*4.140 *vsque* 145 *Prima misericordia esse debet erga propria animam.T.*2.500
*Monachi merito peculiaria vestimenta & habitum habent, qui sit, tanquam quædam virtus continens illos.T.*1.164.165
*Mons myrrhæ, quis dicatur.T.*4.90
*Mons ad quem Christus ductus fuit à diabolo, quis fuerit.T.*7.185. *seq.*
*Morior, verbum est, quod non sine causa inter omnia verba caret præterito, & verbum Morior, & Orior, cur vnica sola litera distinguantur. T.*1.240
*Mortis memoria vigiles reddit T.*1.117 *seqq.*
*Mors cur dicatur operari in iustis, vita in carnalibus T.*1.122 *seqq.*
*Mors optime diffinitur, virtus continendi omnia T.*1.164.165 *Illius meditatio fortem, & pulchram reddit animam. T.*1.166. *vsque* 172 *Perpetua fit, ad salutem, sicut aspectus serpentis æni T.*1.171. *vsque* 176.177. *seq. Illius meditationem vocant sapientes Philosophiam, & melius Apostolus. T.*1.213 *In remedium, & bonum est à Deo hominibus inflicta T.*1.226 *seqq. Si peccatum non sit, timenda non est T.*1.172 *Inopinato tempore venit T.*1.177.178. *& quando minus homo id cogitat T.*2.274. *seqq. Omnia æquat T.*1.129.158.259 *seqq. Tanquam quoddam mare omnia absorbet T.*1.255. *seqq. Illam Sancti qui peregrinantur in terra, desiderant T.*2.449. *seq. Què mortuorum corpora attentè considerat, efficitur sapiens. T.*1.124
*Motus inde liberati dantur: an sint peccata T.*4.199 *seq.*
*Moyses cum natus fuit excellenti pulchritudine præditus fuit T.*2.306 *Quomodo se disponit ad lucem quam Hebræi ferre non poterãt. T.*2.78. *seqq. Tres Quadragesimas ieiunauit integras T.*1.98 *An tũc famem senserit T.*7.96.98
*Mulierem quæ pariebat, cur immundæ erat octoginta diebus, & quæ virum, quadraginta T.*1.95. *Mulieri conuenientissima est clausura T.*1.191 *Congrua est illi sæpe ira, ad pudicitiam seruandam T.*4.215
*Mundus an maioribus nunc sit implicitus peccatis, quam præteritis temporibus T.*2.128 *seq. Illum creauit Deus propter hominem, similiter omnia quæ in eo sunt. T.*2.322. *seqq. Illius bona, sunt ina-*

nia T.4.146.seq. Vnde Sancti calcant ea quæ mundus æstimat T.5.122 seq. Mundus laboribus est plenus. T.8 181.seq.& laqueis T.8.17.83. Exulare facit à se æquitatem, & veritatem T.8.32 seq. Mundi nomen in malum sonat, in Scriptura T.7 187

Murmuratorum lingua, iustè linguis serpentinis punitur T.1.17

Muscarum morsus, quomodo sufficiens fuerit, ad interficiendos Aegyptios T.8 47

NAbuZardan, cur dictus fuerit Princeps coquorum, qui erat præfectus militiæ, & quid significet T.1.65.66

Nasus, quid significet in Scriptura T. 8.202

Nauis, & triremis typo optimè depingitur homo agens in mundo T.1.187

Nebo mons quis fuerit T.7.185

Nehemias Christum expressit, etiam secundum nomen, quod consolationem significat T.8.66

Neomenia quæ festiuitas fuerit, & quotuplex T.1.1

Nicephori cum Sapricio opus expendendum, ad viuendum quam obligatoria sit remissio offensæ ad inimicum T.5.239

Nilus fluius est Aegypti, qui dicitur Gehon T.1.255

Nomina imponere in domo, pertinet ad Dominum domus T.187 Illa imponere, proprie conuenit Sapienti, qui rerum naturas cognoscit. Ibidem. Antiqui Patres, nomina imponebant filijs, quasi prophetantes, & prædicentes, quales essent futuri T.1.190 seqq.

Nomen Iesu, à Deo ipso merito impositum T.4.235

Nouum est am entum necessario statuendum erat, à nouo legislatore, & nouo populo constituendum T.5.187.seq.

Occasiones peccatorum fugiendæ T.7. 71.seqq.179 Non sine peculiari Spiritus sancti impulsu in eis se constituat homo. T.7.67 seqq. Deus ipse, Sanctos quos liberos vult à culpa seruare, ab occasionibus auertit, & rapit T.8.21 seq. & præced.16 seqq. Per illas datur locus diabolo T.8.130 seq. Odium oritur ex ira, nisi illa comprimatur T.4.203 Singulariter illi tribuitur, impedire gratiam Dei T.5.234 seq.

Oliua, arbor ab alijs diuersa in floribus & fructu, nam floret in æstatis rigore, & fructificat in hyemis austeritate. Ideo David se illi iure comparat T.4.234

Onager, quod animal sit, quid significent, quæ de illo dixit Deus ad beatum Iob T.8.17 seqq.

Ops quæ Dea fuerit T.1.39

Opera bona, necessaria sunt ad salutem, nec sufficit fides T.1.263 Illorum productio, quia laboriosa, meritò dicitur parturitio T.2.150.151 Efficiuntur per Dei gratiam condigna vitæ æternæ T.2.165.298 Sine gratia, quantumuis sint excellentia, non sunt condigna vitæ æternæ, nec meritoria illius T.2.301 seq. Quomodo bona opera Deus in nobis operetur T.2.188 Ex operibus suis debet vnusquisque iudicium ferre, quid de se ipso sit futurum T.2 329

Opiniones nouæ fugiendæ, sunt de veritate suspectæ T.8.163

Oratio, requirit ieiunium, & illud supponit T.2.84 vsque 44.100 Requirit etiam eleemosynam, vt sit efficax T.2.623 seqq. Singulariter oratio pro remissione peccati T.2.416 vsque 422 Cum fiducia, & sine hæsitatione est, quando cor non reprehendit orantem T.4.124 Oratio pro peccatorum remissione, supponit remissionem iniuriarum T.5.217 vsque 233 Dominica oratio vnde habeat vim dimittendi peccata venialia, & quæ peccata, & debita dimittantur dimittentibus iniurias T.5.222 seqq. Ad orationem, congrua est genu flexio, & corporis compositio T.2.8 Non est fundēda pro damnatis, nec pro ijs quorum damnatio certa est, vt pro Antichristo T. 4.124

Organum quid dicatur in Scriptura T. 8.119

Oseas, quomodo iubetur ducere fornicariam, & nuptam T.4.96

Ostrei agilitas, vt se defendat à Cancro, & Cancri astutia, vt ostreum capiat. T. 8.106

PAedagogus, quis dicatur, & cur lex antiqua dicta fuerit pædagogus. T.5.38.

Papa quomodo decernit veritates credendas infallibiliter T.5.159 Non sunt illi incongruæ multæ diuitiæ, & grandis authoritas T.2.437

Paradisus cur dicitur conditus ad Eden. T.2.445

Parrasij pictoris cum Zeuxi concertatio circa picturam T.7.189

Passiones aut affectus animæ comprimendi T.4.199 vsque 218 Quomodo fuerũt in Christo T.7.98

Pater nequaquã hilarem faciem ad filias ostendat T.4.216 Patris nomen quomodo Deo conueniat T.1.322 seqq.

Patientiam tenere, est summa fortitudo T.4.156 seqq. Est armatura fortium T.4 166 seqq. Illam tenendam suadent plurimæ rationes T.4.219 vsque 226 Est virtus cellens nos Deo similes efficiens T.4.152 seq Potentior est ad vincendum, quam vires T.4.273 seqq.

S.Paulus cuius esset ætatis, cum lapidatus fuit Stephanus, & quid circa illam egerit T.4.192 seqq. Quomodo quotidie moriebatur. T.1.213 seq. Cur illo decollato pro sanguine lac fluxerit T.2. 395 Eius lectione vehementer delectabatur S. Augustinus. ibidem.

Pauperes cur in foribus Ecclesiarũ merito reponantur T.2.419 Respiciendi oculis fidei, & æstimandi tanquam qui gratiam exhibent diuitibus, cum petunt ab eis T.2. 522 vsque 532. Posuit illos Deus in mundo, vt sint vectores bonorum diuitum in cœlum T.2.493. seqq. Non solicitè perscrutanda, quouis, qui sint, & an vere sint pauperes, nec contumelijs prosequendi T.2 532 seqq. Quod pauperi datur, Deo ipsi datur T.5.129 vsque 135

Peccatori, quomodo, & quãdo liceat optare malum T.4.55 seqq. Illum Deus summe diligit, eius autem peccatum summe odit T.4.260 vsque 265. Peccatores aliquãdo Deus punit; permittendo inimicos contra illos excitare T.5 226 Cur illis Deus sæpè confert bonorum copiam T. 2. 485.

Peccati onus grauissimũ T.1.4 Eius venenum exitiale, omnia perdens T.5.53 An sint nunc plura, & maiora peccata, quam tempore Apostoli Pauli T.2. 128. seq. Quantum Deus illud detestetur, ostendit in morte Christi T.2.184.185 Peccatum Adæ cur tam grauiter punitum, cum videatur leue T.2.195 Peccatum aptè definitur, Radix geminans fel. T.4.122. Omne peccatum contra proximum, verius est contra Deum T.4.41 Peccatum quantum est ex se, Deum destruit T.4 241 Eius destructionem intendit Christus T.4.260 seqq. Ad eius remissionem disponit remissio iniuriarum T.5. 213. vsque 233 An semel dimissum reddeat per peccata sequentia T.5. 229 Originale, cur vocetur in plurali, iniquitates, & peccata T. 7. 24.

Pecuniarum vehemens est potentia ad quemuis animum corrumpendum T.7. 194 seq. Prodesse possunt, & dicuntur, Redemptio animæ T.2.421

Pelagianorum error circa necessitatem gratiæ Dei T.8.42. seq.

Pellicani esca sunt serpentes venenati, & lacerti T.2.54 Illius grandis astutia ad quærendum cibum T.2.387

Perdix in cauea, cur, & quomodo dæmonem indicat T.8.25

Perfecti dantur in mundo, & dicuntur multi Sancti in illo viuentes perfecti, etsi minor sit perfectio illorum, perfectione Dei & beatorum T.4.255 seqq.

Perpendiculum, quid sit T.5.18

S.Petro Apostolo abrasum fuit caput in opprobrium, ideo nunc abrasio capitis est in gloriam Ecclesiasticis personis T.7.212 Cur petijt inuerso vestigio crucifigi T.2. 255

Phasga mons, quis fuerit T.7.185

Philippus Macedonum Rex, quantam mortis habebat memoriam T. 1. 184

Philosophi ex Scriptura sacra suffurati sunt excellentiora sua dogmata, & symbola T.1.136. 158. 200 T.5.150 T.8 146 Abstinentiam à carnibus, & substantiosis cibis, vtilem ad Philosophiam iudicabant T.2. 72. 73 Vehementer fuerunt vitio hypocrisis infecti T. 2. 130. 178 Elegantem tabellam depinxerunt, ad ostẽ-

ostendendam virtutis præstantiam T. 2. 208. *seq. Iudicarunt honorificum esse, & expediens remittere gratis offensas T.* 4. 196 *seq.*

Philosophiã definierunt Sapientes, Mortis meditationem, melius Paulus, & Salomon T. 1. 213

Phinees quomodo pro se, & stirpe sua perpetuum obtinuerit sacerdotium. T. 4. 214.

Pictura, & imagines ab ipsis Philosophis fuerunt approbatæ. T. 2. 208. *seq.*

Pingendi ars cur à Spiritu sancto vocetur mala, quæ in errorem inducit, & facit insanire. T. 8. 188.

Pinnaculum templi, quod dicatur. T. 7. 167. *seqq.*

Piscis Tobiæ quis fuerit, & quæ virtus iecoris, & cordis eius, ad expellendos dæmones. T. 7. 79. *seqq.*

Plato excellenter domuit iræ affectum. T. 4. 1. 5. 7. 196. *Lubebat discipulos suos nudis pedibus ire.* T. 1. 213. *Cur diuinus dictus, & cur loca valetudinaria eligebat ad Philosophiam. T* 2. 72. *Aptè redarguit hypocrisim Diogenis Cynici. T.* 2. 178.

Plumarium opus, aut Phrygionicum, quod dicatur in Scriptura. T. 8. 168.

Plurale pro singulari, & è diuerso, sæpe vsurpat Scriptura. T. 1. 25. 3. *seq.*

Pneumatomachi hæretici, qui fuerint. T. 4. 131.

Pœnitentiæ necessitas grandis. T. 1. 30. *seqq. Illam probat Christus parabola ficulneæ. T.* 1. 262. *Quomodo agẽda, & quod stabilis esse debet. T.* 1. 42. *seqq.* 45. *seqq. Debet esse cum tristitia, & lacrymis. T.* 1. 8.

Pauci veram pœnitentiam agunt. T. 1. 44.

Pœnitentia non differenda. T. 1. 54. *seqq.* 232. *seqq. Vt sit fructuosa, sit cum eleemosyna.* T. 2. 515. 516. *Veræ pœnitentiæ typum tenuit Esther, tristis, comitata duabus puellis. T.* 2. 410. *seqq.*

Portæ ciuitatum erant loca iudicij antiquitus. T. 8. 11.

Prædestinatorum signum est mansuetudo, & charitas in inimicos. T. 5. 229. *seqq.*

Prædicatorem decet matura ætas. T. 7. 35. *seq. Illius vita sit verbis conformis. T.* 2. 1. *Prædicatoris munus vt quis accipiat, debet esse à vitijs purgatus, habere affectus priores frænatos, carnem mortificatam. T.* 7. 53. *seqq. Debet se præparare ad prædicandum. T.* 1. 83. 84. *Prædicatorum eximia dignitas, & grande præmium. T.* 1. 80. *Illos mittere est grande Dei beneficium. T.* 1. 74. *vsque* 78. *Libere, & perspicuè loquatur, quod dicere debet. T.* 1. 87. 88.

Prælati necessariò constituendi in Ecclesia, quibus fideles obtemperare tenentur. T. 2. 290. *Qui illos audit, Deum audit. T.* 5. 135. *Prælatos bonos dat Deus, misericorditer agere volens, sicut permittit impios iratus, in vindictam. T.* 8. 198.

Præmium proponit Deus, vt facilem faciat legis obseruantiam. T. 4. 231 *seqq. Est eius consideratio, tanquam anchora continens nauem in tempestate. T.* 1. 180. 181. *T.* 2. 280. *seqq.* 341. *T.* 5. 191. 195. *seq.*

Priapus Deus fœcunditatis, aut Beelphegor T. 2. 29.

Principem alendum appetitu gloriæ, cur dixerit Cicero. T. 2. 208. *T.* 4. 152. *Principes & potentes non agunt omnia quæ possunt sed tantum quæ expediunt. T.* 8. 12 *seqq.*

Processionum vsus antiquissimus. T. 4. 179

Prometheus quis fuerit, quare dicatur, ignem de cœlo traxisse &c. T. 2. 453.

Pronunciationem præcipuè requirebat Demosthenes in oratore. T. 4. 167

Prophetæ cur vtantur præterito pro futuro. T. 1. 210. *Cur aliqua insolita agebãt, quando prædicare parabant. T.* 2. 1. 2. *Fuerunt quasi pictores, Christum sub varijs figuris depingentes. T.* 4. 12

Prouidentiam Deus habet rerum inferiorũ, quamuis in mundo multa accidant, quæ videntur disparata. T. 2. 493. *seq.*

Proximus quis dicatur. T. 2. 500. T. 4. 14 *seqq. Dilectio proximi oritur ex dilectione Dei. T.* 5. 129. *seqq.*

Psyllus à quo Psylli venenatorum eneruatores orti sunt. T. 8. 46

Publicani & ethnici, qui fuerint. T. 4. 243. *seqq.*

Pulchrum quid sit, & quomodo differat ab apto. T. 7. 102

Purgatorium verè datur, & orandum pro in illo existentibus. T.4.64.

Pythagoras, & Philosophi ex Scriptura sacra suffurati sunt præcipua dogmata, & symbola. T.1.136.138. T.5.150. T.8.146. Pythagoras quis fuerit, vbi docuerit, quæ eius dogmata, quo modo se Philosophum primus nominauit. T.5.150. Illius fuit singulare prouerbium: Sol non occidat super iracundiam. T.4.196. T.5.151.

Quadragenarij numeri excellentia, & figuræ quadratæ. T.1.96. seqq.

Quadragesima institutæ est, vt sit festum Expiationis. T.1.1. vsque 28. Vt præueniat Dei iudicium, & vindictam. T.1.30. vsque 48. Vt sit annus Iubilæi. T.1.49. vsq. 53. Vt sit tps reædificādi animam. T.1.56. vsque 60. Vt sit tempus militiæ Christianæ contra vitia. T.1.61. vsque 73. Vt discamus benefacere. T.1.74. vsque 78. Vt prædicatores tanquam sapientes latomi lapides poliant, & tanquam nubes pluant. T.1.77.78. Vt sit tempus messis, & vindemiæ Christianæ. T.1.89. seqq. Vt formetur homo ad vitam. T.1.84.95. Vt se homo disponat ad Pascha. T.1.94. T.2.3. Vt sit tempus curationis infirmitatum animæ. T.2.17. seqq. Quadragesima à Christo ipso instituta, ab Apostolis promulgata. T.1.101. seqq. Est tempus desiderabile, gratanter suscipiendum. T.2.108. seqq. Requies coquorum merito dicta. T.2.117. Strictè illius ieiunia obseruāda. T.2.114. seqq. Ita agenda, vt imitemur Christi mortificationem. T.7.102. seqq. Aptè in eius fere exordio, amor inimicorum præcipitur. T.4.129.

Quarantana mons quis fuerit. T.8.8.

Rabies, quam grandis infirmitas, & quomodo curanda. T.5.140.

Rechabitarum grandis obedientia ad patrem suum. T.5.79. seqq.

Religio vnde dicta. T.5.22.167.

Religiosi quidam inutiliter tantum contendunt ostēdere religionis suæ suique fundatoris præstantiam. T.2.132. Religiosi sanctitatem quandam contrahunt: ex hoc quod sunt Deo dicati, ideo non se subtrahant. T.2.392. seq.

Reliquiæ Sanctorum retinendæ, venerandæque, imo, & terra quam calcant. T.1.184. seqq.

Remota, paruus piscículus, in aqua potentissimus, extra illam, impotens omninò. T.1.135. Nauem velocissimè currentem detinet. T.4.83.

Regnum cœlorum anima sancta dicitur, & sedes Dei. T.8.38. Regnum cœlorum primus Christus prædicauit, quod antiqua lex apertè non proposuit. T.5.40. Regna mundi, quæ, & quomodo ostensa fuerunt Christo à dæmone in momento. T.7.187. seqq.

Reseph, quid significet apud Hebræos, & quis diabolus hoc nomine vocetur. T.7.113.

Respublicæ tres, cœlestis, mundana, & infernalis, proprias leges suas habent. T.5.24. seqq.

Resurrectionis spes ex sepeliendi modo excitatur. T.1.140.

Rex, & Princeps, non omnia quæ potest agere debet, sed quæ expediunt. T.8.121. sequentibus. Reges Deus constituit, à quo habent potestatem, & ipse transfert, & mutat imperia. T.8.195. sequentibus. Bonos dat pro grandi beneficio, impios permittit in vindictam. T.8.198. Reges antiquitus erant sacerdotes. T.25.2.53. Iudicio Regis omnes gubernari volunt. T.2.322. Reges terræ sæpè præcipiunt impossibilia. T.5.65. seqq. Ciuitates ædificare procurāt, suis moribus congruas. T.38. Rex cum in solio sedet Dei legem teneat coram se descriptam. T.7.146. seq. Regum magna potentia, ad quorum minimum verbum omnes se exhibent obedientes. T.4.76. sequentibus.

Rhinoceros, monoceros, vnicornis, pro eodem in Scriptura sumuntur, & quale animal sit. T.8.122.

Romanorum eximia facta, & cur tam latum in mundo dominium Deus illis contulit. T.2.217. Nullas à Dijs suis leges acceperunt. T.5.10.11. Omnes omnium gentium Deos colebant. T.5.10. Iudicauerunt congruum, & honorificum offensas remittere. T.4.96. seqq.267.

Rufus color non damnandus, qui est à natu-

natura, rufus enim fuit Dauid, & inde laudatus, sed propter mores. T.8.25.

Sabbathi antiqua obseruatio, quid significet. T.2.461. *Cur illius violatio tam acriter punita fuit.* T.2.462.

Sacerdotes antiquitus erant Reges. T.2.52. *Grandis reuerentia est illis exhibenda, in quibus Dei persona resplendet.* T.5.135. 138. *Se ipsum Sacerdos debet exponere aliis optimè vitæ & cultius virtutis exemplar.* T.7.35. *Sacerdotis nomen, honoris est, aliquando, in Scriptura sacra, non officij.* T.5.158.

Sacerdotium antiquum, quomodo perpetuo fuerit in progenie Phinees. T.4.2.4.

Sacrificare, in Scriptura sacra sæpè exprimitur per verbum facere. T.2.53.

Sacrificium exterius placet Deo quatenus signum est interni sacrificij cordis. T.2.273. *seq.* 292. *seq. Ideo repulit sacrificia Iudæorum, qui spiritum quærit, non arietes.* T.2.278. *seq. Similiter & sacrificium Cain ideo repulit, quia male diuisit.* T.2.282. *seq. Acceptum propterea fuit eidem sacrificium eleemosynarum Macedonum.* T.2.289. *seq. Sacrificium lato vocabulo dicũtur omnia bona opera in Dei obsequium facta.* T.2.288. 292. 356. T.5.215. *Sacrificiorum genera, quæ sint.* T.2.293. *Sacrificium nullatenus incompletum relinquendum.* T.2.214.

Sal, prudentiam significat. 2.233.

Salomon sapientissimus, & Propheta fuit. T.8.175.

Sampson & Samuel filij ieiunij dicũtur. T.2.55.

Samuel filius ieiunij fuit T.2.55. *An eius anima verè apparuerit Sauli opere Pythonissæ.* T.7.164 T.8.134.

Sanctos viros explorata, & perspecta sanctitatis iure Deus in Ecclesia sua sæpè proponit T.8.71. *seq. Illorum perfectio longè est diuersa à perfectione Dei, quamuis perfecti absolutè dicãtur.* T.4.255 *seq. In hac vita illos Deus laboribus, & flagellis replet* T.7.34. *seq. Illi in laboribus gaudent* T.2.280. *seq. Tales erant Macedones* T.2.523. *seq. Peregrini sunt in terra* T.2.447 *seqq. Ideo adueniente morte gaudent, quam perpetuò expectãt.* T.4.449 *seqq. Illos magnoperè Deus honorat, quorũ occultas virtutes publicas facit* T.2.345. *vsque* 350. *Eos offendentes Deus sæpè grauius punit, quam offendentes se ipsum* T.4.114. *Ipsorum reliquiæ, imo, & terra, quã calcant, veneranda* T.1.184. *seqq. Illorum exempla sequenda.* T.4.170. 188. 189

Sanctificari cur dicebatur, quicquid offerebatur Deo. T.2.392. *seq.*

Sanguinis esus, cur prohibitus, & cur anima dicatur esse in sanguine, & quid hæc significent T.2.294. *Sanguis duplex est venalis, & arterialis, vnius fons est iecur, alterius cor.* T.7.82.

Sanguisuga in quod bonum cõditæ fuerint ab authore naturæ. T.2.466.

Sanir mons, quis sit. T.1.182.

Selah dictio Hebræa, quid significet T.4.147.

Sapientia quid sit T.4.84. *Quomodo acquirenda in purgatione à peccatis, & cognitione sui* T.1.198. *Sapientia est grandis, parua ad tempus stultitia.* T.2.161. 162

Sapphiri natura, proprietates, excellentiæ, & species. T.1.37.

Supricius presbyter proximus martyrij coronæ, illam perdidit, quia noluit parcere inimico T.5.239.

Satanas, multa significat, iuxta varia Hebræa verba à quibus hoc nomen deducitur T.7.208. *seqq. Quomodo differunt, Satanas, & Diabolus.* T.7.210.

Saturnus quis Deus fuerit, cur dictus Stercutius, quare tanquam Deus ab hominibus fuerit honoratus. T.2.539.

Saulem cur Deus non exaudiuit T.4.140. *seqq. Quæ iniquitas in eius sacrificio deprehensa fuerit.* T.2.276.

Scientiæ acquirendæ congruit ieiunium & abstinentia iuxta Philosophorum placita, & Scripturæ sacræ decreta T.2.72. *vsque* 83.

Scinifes, quos Deus misit contra Aegyptios, quæ animalia fuerint. T.1.119.

Scipionis Nasicæ prudens consilium, de non destruenda Carthagine Romæ æmula. T.7.14. *seq.*

Scripturæ sacræ singula verba sunt expen-

pendenda, per quæ nobis diuina Sapientia manifestatur T.5.102. seq. in minimis verbis grandia continet mysteria T.2. 304.352. Ab humilibus intelliguntur T. 5.125. Aliquæ eius sententiæ non intelliguntur, nisi sub peculiari pronunciatione T.5.181. Sub extremis claudit media T. 2.178.seq. T.5.187. Eius vtilitas est ingens, quæ est officina omnibus medicamentis referta. T.7.151. Quam propterea ad nostri exitium diabolus semper absumere procurauit, cuius ignoratio, corruptionem morum inducit, per quam gladium diaboli retundimus, in qua sunt fluenta plenissima ad animarum salutem. T.7.143. seqq. Illius studio quomodo omnes intendere debent T.7.146.148. Non debet ipsa in se omnibus esse peruia, quã à prædicatoribus debent homines communes accipere, ibidem. Mensa est, in qua Deus tot exhibet nobis fercula quot verba T.8.109. seqq. Est puteus profundus, & fons patens T.8.158. Scripturas sacras deprauat dæmon, male inducens illas T.8.153. quẽ imitantur hæretici ipsius filij T.8.8.154. quas vertunt in absynthium T.8.156. Quosdam ipsius libros negant, alios supponunt pro sui voluntate. T.8.139. seqq Scriptura exponenda est iuxta Sanctorum Patrum antiquorum mentem, sunt enim in illa multa difficilia intellectu T.8.161. seqq. Non nude Vnus illius locus expendendus est, sed conferendus cum alijs T. 8.185. vsque 168. seqq. Sæpè vtitur Scriptura plurali pro singulari, & è contra T. 1.253 T.7.126. T.8.134. Animalia proferens, & historias recensens, sæpè non tam de illis, quam de alijs instruere constituit T.8.17.22. Frequenter inducit, aut supponit proprietates lapidum, herbarum, aut aliarum rerum, non quæ reuera sunt, sed quæ iuxta opinionem communem creduntur T.1.36.

Scripto firmari sententiam, aut decretum, quam vim habeat in Scriptura T.1. 126.

Scrupulus, & singultum, quid sit. T.4. 121.

Sedere quid significet in Scriptura T. 1.136 T.8.35.

Senarius numerus, cur perfectus, & completus dicatur, & quid significet T.5. 256.

Septuaginta Interpretum translatio, magnifacienda est propter multa T.1.65. 66.

Sepulchrum, locus est proprius cuique homini T.1.127. seqq. Coram oculis positum esse debet T.1.179.229. seqq.

Seraphim cur vocantur supremi. Spiritus T.4.25.

Serpens dicitur à serpendo. Si caput intromittit, totum corpus inducit. Si calcaneũ mordet, inficit, si calcaneo conteritur caput eius, inficitur T.7.78. T.8.103. An in sui creatione erectus incesserit, cui in pœnam datum fuit, super pectus suum incedere T.7.84. Sputo procedente ab ore tetuno, occiditur T.2. 37. Serpentes igniti missi contra Hebræos, quales fuerint, & vnde processerint T.1.171. Serpens ad illorum remedium, cur æneus, & quomodo esset in remedium T.172.173.

Sicera quid significet T.2.80.

Siclus quid sit T.2.294.

Sidon à quo fuerit condita T.4.82.

Sina mons, quis sit T.2.6.

Singulare pro plurali, & è contra sæpè ponit Scriptura sacra T.1.253. T.7.126. T.8.184.

Sinistræ nomine, quid intelligat Christus Dominus T.4.281. seq.

Sol, vas admirabile, bene dicitur, & Spiritus mundi: ad Dei nutum mouetur T.4.238.

Somni vtilitates, proprietates, & epitheta T.2.440.

Specula ad quidnam constituta T.4. 188.189.

Spes bene vocatur anchora animæ tutæ. T.1.181. Illam debet tenere peccator, & sperare, etiam si suæ damnationis habeat reuelationem T.4.62. seq.

Spiritus quomodo probandi, & discernendi an à Deo sint T.8.171.

Spiritus sanctus verus est Deus. T.4.131. Cur ignis dicitur, & quam valdè animam roboret T.7.59. seqq. Illius dona, quæ, quot, & ad quid necessaria T.7.69. seqq. Illius virtute Apostoli roborari fuerunt, similes

similes fulminibus. T.8.52.*seq.illos inhabitat Spiritus sanctus, in quibus proprius spiritus extinctus est*. T.1.147.148.

Statua Dea, quæ, aut quis Deus Statanus vel Statalinus. T.1.139.

Status virtutis, triplex est incipientium, proficientium, & perfectorum. T.2.319. *vsque* 321.

S.Stephanus vnde habuit vultum splẽdentem, cuius faciem viderunt, sicut Angeli. T.2.253.T.5.118.*Quomodo se ostendit plenum Spiritu sancto*. T.4.131.*Cur illius oratio singulariter profuit Saulo*. T.4.192.*seq. Qua ratione orauit pro inimicis*. T.5.248.

Stephani monachi amor erga maledicentes sibi. T.4.221.*Inimicos inter benefactores numerabat*. T.5.144.

Stibium, quid sit. T.8.192.

Stryga, & lamiæ verè aliquando à dæmone ad remota loca deportantur. T.7.163.*seqq*.

Struthionis stoliditas, amor, & despectus erga oua, & fœtus suos, cur dicatur priuatus intelligentia. T.2.142. *vsque* 150. *Quomodo inter aues fœcundior, crudelior, & amore feruentior erga filios, & cuius typum gerat*. *Ibidem*.

Stultitia, sæpè est sapientia, & nihil sapientius, quam aliquando se stultum efficere. T.2.161.162.

Superbia caput est omnium peccatorum etiam capitalium. T.1.61.63.64.*sicut Goliath caput Philistæorum*. T.1.69.*Difficile vincitur*. T.2.319.*Odibilis est Deo, & hominibus*. T.1.202.*seqq. Superbos Deus subito, & acriter punit, non illos expectans sicut alios peccatores*. T.2.206. 207. *Illis Deus peculiariter resistit, illudit, & confundit eos*. T.7.10.*seqq.Vitium est homini penitus incongruum*. T.1.202. *seqq*.

Susurrones maledicti, & vitandi. T.5. 240.*seq*.

Simeon an fuerit Sacerdos, & quomodo benedixerit B.Virgini, & Christo. T. 2.53.

T Litera *signum crucis, & sub quo militare debẽt, qui vincere volũt*.T.7.76.

Tabernaculum quid significet, quomodo distinguatur à domo. T.1.127.128. *Quibus conueniat*. T.8.19.

Taius Episcopus Cæsaraugustanus grãdi miraculo inuenit moralem expositionem S.Gregorij. T.8.1.

Templum Ieroſolymitanũ funditus fuit euersum completaque Christi prædictio. T. 1.254.*Quale ædificatum fuerit à Salomone, Zorobabele, & Herode, quanta illius altitudo, quod illius pinnaculum*. T.7. 167.*seq. Christianorum templa iuste gaudent immunitate*. T.4.140.

Tempus vitæ incertum. T.1.232.*seqq. Tempus moriendi, an detur*. T.1.237.

Tentationes vtiles sunt, ad Dei gloriã. T.7.57.*seqq.* & *vt homo experimentum sui ipsius capiat*. T.7.61.*seq.* & *ad alia multa*. T.7.65.*seqq*.

Tentare Deum est velle fieri per miraculũ quod sine illo fieri potest.T.7.180. *Et velle aliquid fieri tantum ad experimentum sumendum*. T.7.181.*seq Nullus tentatur supra vires suas*.T.8.62.*seqq.Tentatoris nomen egregiè diabolo conuenit, cuius officium proprium est tentare*. T.8.76. *vsque* 84.

Ternarij numeri excellentia. T.8.175. *ad rem sufficientissimè confectam exprimendam ponitur in Scriptura*. T.1.264. *Trium dierum via congrua est sacrificantibus*. T.2.7.

Terra quomodo dicatur communis omnium mater. T.1.138 *seq*.

Thesauri nomine, quid Scriptura significet. T.2.98.

S.Thomæ Aquinatis laus, ex eo quod non solum non habuit superbiam, sed nec illius sensit stimulum. T.2.133.*seqq. Est vitium inanis gloriæ, quod omnia bona inficit: supra, inanis gloriam. Habuit cor nobile, nulla minori re Deo ipso contentum* T.2.166.169.

Thus quid significet, & quibus sacrificijs antiquitus imponeretur, & cur ex veteribus sacrificijs solum remansit in Ecclesia Christi thuris oblatio. T.1.3.14.

Thymiama, quid fuerit, ex quibus, & ad quos vsus confectum. T.2.206.

Tineæ cur similis dicatur auarus. T.2. 471.

Tintinabula quot, & cur poſita fuerint, ad oram veſtis ſacerdotalis. T.2.314.

Tirſa, aut Therſa, quæ ciuitas ſit. T. 8.37.

Tribulationes dat Deus ad dimittenda peccata. T.4.223. *Frequentes dat Sanctis ſuis.* T.7.124.ſeqq.

Trinitatis Sanctiſſimæ myſterium antiquitus indicatum fuit. T.1.155. T.7.51.

Triſagij hymnus, quis ſit. T.4.98.

Triumphatores, cum triumphos agebant, poſt ſe deferebant hominem, qui ad memoriam illorum reuocaret humanæ naturæ fragilitatem. T.1.184.

Tubarum vſus, ad quid antiquitus conſtitutus. T.4.280.

Tubal condidit Hiſpaniam, & eius frater Moſchouiam. T.4.36.

Typhonicus ventus quis ſit, & quare ita dictus, ipſe eſt ab illis vocatus Euroaquilo. T.2.61.

Tyrus, quam bene deſcribitur ab Ezechiele, ſub typo triremis. T.1.182. *Qualis ciuitas fuerit, & quam antiqua.* T.2.417. 418.

Væ, cum in Scriptura ponitur, terribilẽ, exprimit comminationem. T.2.32.34.172. 354.

Vana ſunt omnia mundi bona, honor, diuitiæ, &c. T.4.146.ſeqq.

Venus cur Martis adultera, & Vulcani vxor dicta. T.2.102.

Veneris die antiquitus ſtrictum erat cõſtitutum ieiunium. T.1.108.

Venter animæ quis ſit. T.5.114. *Ventris concupiſcentiæ, quæ, & cur dicantur.* T.7.85. *Quomodo comprimendus, ſupra, Abſtinentia, Ieiunium.*

Ventorum natura difficilis ad cognoſcendum. T.1.160. *Quomodo ventus ſe obedientiſſimum Deo exhibeat.* T.4.80.

Ventoſa verba, quæ dicantur. T.7.205.

Ver legem Euangelicam ſignificat, ſicut hyems antiquam. T.4.25.ſeqq.

Verbum diuinum quomodo audiendum, & retinendum. T.1.89.ſeq. *Multo magis quam Iob, Salomonis, & Pythagoræ.* T. 5.147.vſque 153. *Illius grandis eſt virtus, & potẽtia.* T.1.125. T.4.78.vſque 83. *Cur ſæpè nihil in nobis operetur.* T.1.144.ſeqq. *In Scriptura ſacra vocatur cibus animæ.* T.8.109.ſeqq.

Veritas cur pingebatur ſedens ſuper quadratum lapidem. T.2.156. *Quomodo in plateis corruit, & mundo expellitur.* T.8. 32.ſeqq.

Veſtium cultus indecens pœnitentibus. T.1.110.vſque 116. *Veſtes pretioſæ ſacerdotum, Regum, Iudicum, &c. dicuntur Vaſa virtutis.* T.1.164.ſeq. *Veſtis alba à qua Candidati dicebantur, quid indicaret.* T.5.34.35.

Vexilla ad quid inſtituta, & quod ſit vexillum Chriſtianorum. T.5.177.ſeq.

Vigiliæ noctis quæ dicantur. T.1.120. T.2.85. *Ad magnas feſtiuitates merito conſtituuntur vigiliæ.* T.1.94.

S. Vincentius martyr vici tyrannum per patientiam. T.4.168.

Vindictam expetere, & charitatem ſeruare, difficillimum eſt. T.5.52.ſeqq. *Iliam de inimico ſumere vſq; ad illius exitũ non eſt fortitudo, ſed debilitas.* T.4.156.ſeq.

Vineæ Engaddi, quæ fuerint. T.4.176. ſeqq.

Vinum radix luxuriæ. T.2.51.ſeq. *quantum illud cauerit S. Paula.* T.8.94.

Viſus, ſæpè pro omnibus ſenſibus ponitur. T.2.82. T.5.114.

Vita humanæ breuitas variis hieroglyphicis exponitur. T.1.219.vſque 225. T. 8.194. *Verius dicenda eſt mors, quam vita, & viuere noſtrum potius eſt mori.* T. 1.237.vſque 244.

Viperarum genimina cur vocati Phariſæi, & quæ proprietas generationis viperinæ. T.1.45. *Eſt vipera peſſimum ſerpentium genus.* T.2.433. *Venenum recondit, aut deponit, vt coeat cũ muræna.* T.1.46.

Viri antiquitus dotabant vxores, quas emere propterea dicebantur. T.2.244.ſeq.

Virginitas excellentiſſimum habet præmium. T.4.236.

Virtus probata, quomodo corripit inſipientes. T.8.71.ſeq. *Diſtinguuntur virtutes à donis, & præter illas, dona ſunt neceſſaria.* T.7.67.ſeqq.

Vltio pro iniuria, Deo eſt relinquenda, qui acriorem ſumit de inimico noſtro vindictam, quam nos poſſemus. T.4.105.vſque

que 116. *Vltior inimicum occidens, magis se, quam inimicum interficit.* T.4.117. *seq. Supra inimicus.*

Vmbilicus per quem alitur fœtus in vtero materno, significat in Scriptura ciborũ nimium appetitum. T.7.90.

Vmbra quomodo symbolum sit vanitatis. T.2.155.158.

Vnguntur merito baptizati, ad grande mysterium indicandi. T.5.35. *seq.*

Vnicornis, aut Rhinoceros, & Monoceros, an sit idem, & quæ virtus cornu. T.8. 123.

Voluntatis affectum considerat Deus in operibus nostris, & iuxta eius mensuram reddit. T.2.278. *vsque* 291. *Voluntas hominis libera est, cui nullus potest violentiã inferre.* T.8.146. *seq.*

Volupia Dea, quæ fuerit, & cur in illius templo fuerit constituta Angenora Dea. T. 1.174.

Vota emissa, adimplenda sunt. T.2.199. *An fieri possint de re obligatoria, an tantum de bonis supererogationis, & quomõ de meliori bono.* T.2.200. *Quale fuerit votum Iacob, de habendo Dominо in Deum. ibidem.*

Vt, quid significet in Scriptura. T.8.9.

Vulpis astutia ad aues capiendas, per quas diabolus typum tenet. T. 283. *seq. auida est fructus vinearum.* T.8.70.151. *seq.*

Vxor pendens esse debet à voluntate viri. T.2.317.327. *plenoiure pertinet ad virum, qui illam emere dicebatur.* T.2.244.

Xenodochium quale constituit Fabiola Romana, qualiter se tradiderit ad inseruiendum pauperibus. T.2.523. *Quia sit excellens Xenodochium generale Cæsar augustanum.* T.2.408.

Zabulus, an idem, quod diabolus, & quid significet. T.7.128.

Zelus viri cur non parcit. T.2.193. *seqq.* T.8.205.

Zeuxis pictoris cum Parrhasio concertatio, circa vtrinsque picturas. T.7.189.

Zoroastes inuentor dicitur Magiæ. T. 7.124.

Secundi Indicis Rerum, & Sententiarum.

FINIS.

INDEX

INDEX TERTIVS EORVM,

QVÆ AD SACRAS CONCIONES

PRO VARIIS EVANGELIIS VSVI ESSE POSSVNT:

Nec annotamus nisi quæ nunc breuiter se obtulerunt, vtiliora enim & opportuniora multo, pro suo quisq; ingenio inter legendum poterit obseruare.

Sæpè autem in hoc Indice ad ea loca remittimus, quæ conuenient instituto, mutatis mutandis: quod cuiuis mediocriter erudito facile erit.

Pro Dominica 1. Aduentus.

NATALIS Domini grandis est festiuitas, ideoque decet nos ad illum peculiari præparatione disponi. In hocque institutum est ab Ecclesia hoc tempus, vt totum, sic, quasi longa quædam illius grandis festiuitatis vigilia, qua nos ad illam disponamus T.1.94. Quoniam autem ad rectam animi præparationem conducit maximè timor Domini, Euangelium Ecclesia proponit, quod illum possit efficaciter inducere: de signis præcedentibus iudicium.

2 Constituit Ecclesia hoc tempus, vt nobis repræsentet gemitus, clamores, & lacrymas, quibus Patres antiqui, Christi aduentum optabant, & præstolabantur. Vultque, vt nos mente, & consideratione illis adiungamus, vt Christus in die Natalis in cordibus nostris nascatur. Qui ergo ad lacrymas, & planctum vocaris, ne hoc tempore te deliciis, & voluptatibus tradas T.1.5.6.

3 Nihil animæ vtilius, quam meditatio mysteriorum Dei T.1.166. Inter mysteria diuina, primas tenet aduentus Filij Dei in mundum. Ideo longum tempus constituitur, ad illum meditandum.

4 Aduentus Filij Dei, est tempus veris: est que tempus putationis vitiorum, & appetituum carnis T.4.25. seqq. Vt hæc putatitio fiat, offert nobis Ecclesia gladium abscindentem omnes inutiles animæ palmites, iudicium scilicet extremum.

Circa Euangelium de iudicio vide Feriam secundam post primam Dominicam Quadragesimæ.

Domin. 2. Aduentus.

1 IOannes sine anxietate, & tristitia est in carcere, nihil pro se solicitus, tantum curat discipulorum suorum salutem: non mirum, quia sancti laboribus gaudent, & tanto maiori tribulatione premuntur. T.2.251. seqq.

2 Miracula fecit multa Christus ad præsentiam discipulorum Ioannis, qui ad petitionem Herodis, & Pharisæorum, nullum miraculum facere voluit, quia potentiæ suæ opera non exhibebat, nisi ad vtilitatem, quem imitari debent Principes, & Potentes T.8.121. seqq.

3 Excellentes Ioannis virtutes in publicum Christus cœpit dare: nullus est enim, qui magis Sanctorum suorum præclara opera, publica faciat: & qui nobis imponit, bona

opera noſtra facere in abſcondito, ipſe omnibus facit manifeſta. T. 2. 342. vſque 350.

4 Venit Ioannes tanquam vexillifer, & armiger Chriſti, ad inducendum bellum dæmoni, à cuius diebus Regum cœlorum vim patitur: ideo oportuit, illum, non mollibus vti, ſed mortificationem grandem tenere, per quam dæmon vincitur, vt oſtendit factum Gedeonis. T. 7. 82. vſque 95. Et piſcis Tobiæ. T. 7. 84. ſeqq. Diaboli enim virtus, verius quam elephanti, ex ventre oritur. T. 7. 82. vſque 95. Ideo tam acriter Ioannes carnem mortificabat, & tam grandi ieiunio conficiebat. Vide de ieiunio, & carnis mortificatione. T. 2. 22. vſque 119.

5 Non mollibus veſtiebatur Ioannes, venit enim prædicans baptiſmum pœnitentiæ: habitus autem pœnitentiæ ſunt ſaccus, & cinis, & contrariæ ſunt veſtes molles pœnitentibus. T. 1. 110. vſque 116.

6 Non eſt Ioannes arundo, vento agitata, qui quouis vento, in hanc, vel in illam flectatur partem, ſicut multi, qui huc ducuntur adulatione, illuc maledictione. T. 4. 225.

7 Vide in Feſto Decollationis S. Ioannis Baptiſtæ.

Dom. 3. Aduentus.

1 IOannis excellentia comprobatur, ex eo, quod nullatenus ſibi complacuit in vocibus laudantium, & gloriam oblatam reſpuit: hoc enim difficillimum eſt. T. 2. 133. ſeqq.

2 Multa ſollicitudine attendit Ioannes, oblatam ſibi gloriam expellere, ac ſi ardentiſſimam flammam contra ſe videret conflatam: primo quia intellexit vim inanis gloriæ, quæ latenter ingreditur, & omnia inficit. T. 2. 136. ſeqq. Secundo, quoniam ſciebat, eſſe facinus immane gloriam Deo debitam vſurpare velle. T. 2. 187. ſeqq. Grauiter à Deo punitur. T. 2. 192. ſeqq. Quod thymiama ſoli Deo paratum oſtendit. T. 2. 206 207.

3 Gloriam ab hominibus oblatam, contemnit Ioannes, qui ſciebat, nihil vanius, quam gloriam ab hominibus ambire. T. 2. 218. ſeqq.

4 Poſt eximia virtutum opera, Ioannes de inani gloria tentatur. Hæc vltima tentatio, qua diabolus viros Sanctos, quos non potuit retrahere à virtutum operibus, impetit. Sed iugulanda eſt inanis gloria, ſicut filia Iephte. T. 2. 387. T. 7. 169.

Dom. 4. Aduentus.

1 FActum eſt verbum Domini ad Ioannem, vt egrederetur clamans adeſſe Salutare Dei, quando tales præerant Principes in ſpiritualibus, & temporalibus, quales Annas, & Caiphas, Tiberius, Herodes, Pilatus, Philippus: vt dici de illo populo poſſet: Omne caput languidum, & omne cor mœrens à planta pedis vſque ad verticem non erat in eo ſanitas. Hoc ideo factum eſt, vt oſtenderetur, Aduentum Chriſti non fuiſſe ex meritis hominum, ſed ex miſericordia Dei: vnde tunc venit, quando maioribus peccatis, & malis mundus erat implicatus. Eſt ſiquidem charitas Dei, ignis ardens in aqua, qui quanto aqua eſt frigidior, tanto maiores ardentioreſque flammas emittit. T. 4. 43. vſque 49.

2 Completam exhibet Euangeliſta Iſaiæ Prophetiam: Conſolamini conſolamini populo meus, &c. Completa eſt malitia eius, dimiſſa eſt iniquitas illius: id eſt, cum malitia eius fuerit completa, vt nihil ei deficiat, nec contra Deum, nec contra homines, tunc aduenier ſalutare Dei, quo dimittet iniquitates. Nunc completam exhibet Euangeliſta malitiam, exponens, Principes, qui completam tenebant malitiam contra Deum, & homines. Nunc intimat adfuiſſe Salutare Dei, quo omnis iniquitas erat dimittenda. Hæc ſiquidem Dei eſt miſericordia, maiora tunc beneficia impendere quando homines magis ſe illis exhibent indignos, grauioribuſque peccatis implicatos. T. 4. 137. ſeqq. Vnde oportet, tanto maiores Deo pro tali beneficio referre gratias, quanto magis ſine meritis fuit.

3 Qui tales vides Reges, & Principes in ſtatu eccleſiaſtico, & ſeculari, ne inferas, Deum non curare noſtra, & diabolum verum dixiſſe ſe eſſe, qui dat regna mundi, Deus eſt qui Reges conſtituit, & Principes dat bonos quidem in bonum, malos in vindictam. T. 8. 195. ſeq.

4 In deſerto factum fuit verbum Domini ſuper Ioannem. Hic locus aptus eſt, ad recipiendas diuinas illuſtrationes, & cœleſtia dona, & vt homo ſe mundum ſeruet à peccato: ideo Deus Ioannem à mundo quaſi rapuit, & in deſerto conſtituit. T. 8. 11. ſeq.

In

in deserto securitas est T. 8. 15. Abstrahit Deus à ciuitatibus, & populorum cœtibus quos vult Sanctos efficere, & seruare T. 8. 21. seq.

3 In deserto aptè Ioannes se disponebat, vbi erat, intentus diuinis contemplationibus. Ideo tam rigidum seruabat ieiunium, & tam grandi mortificatione carnem subijciebat, quia per ieiunium, & mortificationē disponitur spiritus, vt se ad cœlestia eleuet. T. 2. 63. vsque 78.

6 Bene inducitur testimonium Isaiæ, completumque exhibetur per Christum, qui cōpleuit militiam, id est, legem veterē, & valles implcuit T. 5. 85. seq.

7 Ioannes fuit Christi præcursor, vnde illam tenuit viam, quam Christus erat ambulaturus. Ideo primus desertum ingreditur: quo egressus ad prædicandum, Christus statim ingressus fuit, inde ad prædicandum egressurus T. 8. 8.

8 Bene Ioannes ad prædicandum egressurus, primo in deserto residet, vt egrediatur, quasi de medio petrarum. Talem decet esse optimum prædicatorem, quasi de medio petrarum egredientem T. 1. 85. Hic sine dubio aptus est prædicator, qui deserta quærit, nihil de ciuitatibus appetit. Hic libere dicet Herodi veritatem, qui ab illo nihil expectat, & palam arguet Principes & Pharisæos, vocans, Genimina viperarum, qui nihil ab illis quærit. Talis erat Paulus T. 1. 81. 82.

9 Duo indicat Ioannes necessaria, pœnitentiam ex parte nostri, & diuinam gratiam, quam Regnum Cœlorum vocat, ex parte Dei. Venit bellum indicens dæmoni, ad quod ritè peragendum, hæc duo necessaria sunt T. 8. 55. Supponendaque est pœnitentia & carnis mortificatio, ad diuinum fauorem, & gratiam T. 8. 59. vsque 64.

In vigilia Natalis Domini.

QVam sit iustum ad festum grande, grandi nos præparatione disponere. Sup. Dom. 1. Aduentus T. 1. 2. 3. 4.

In Natali Domini.

1 DIes lætitiæ cordis Christi, hæc est, cum desponsatum se videt humanæ naturæ, quā sponsam accepit T. 2. 241. seq.

2 Dies lætitiæ est hodie. Tunc enim lætatur homo, cum completum videt desiderium suum. Quia desiderium si compleatur, delectat animam. Supremum autem desiderium, quo tenebantur iusti, erat, videre Deū hominem. Inde tot voces Prophetarum, singulariterque illæ Isaiæ; Vtinam dirumperes cœlos & descenderes. Sciebat Propheta mundum istum inferiorem, pendere ex cœlorum consistentia, & quod diruptis cœlis inferiora omnia deficere deberent; indicat tamen, se adeo Christi aduentum optasse, vt si ad illum oporteret, amittere omnia mundi bona, id libenter sustineret. Vnde Malachias: Quis poterit cogitare diem Aduentus eius? T. 4. 3.

3 Disposuit Deus, vt totus mundus describeretur, vt vnusquisque suæ stirpis profiteretur radicem, vt constaret, quod Christus erat Virga de radice Iesse, qui egrediebatur, quando illius domus videbatur absumpta T. 8. 44.

4 Duplicem naturam vere habuit Christus, quam vtramque ostendere debuit: sic tamen iungebat humana diuinis, vt diabolum teneret in ancipiti ne opus redemptionis impediretur. Tanquam Deus nascitur de Virgine, tanquam homo nascitur in stabulo, quia non erat ei locus in diuersorio. Tanquam Deo Angeli famulantur, & cantāt gloriam; tanquam homo inuenitur à pastoribus positus in præsepio, pannis inuolutus T. 7. 106. seq.

5 Bene, nascente Domino Angeli pacem clamant, sensibilibus quidem vocibus, ad homines sensibiles, vt completam iam militiam exprimant T. 5. 235.

6 Pastoribus lætum datur nuncium de cœlis, qui vigilabant super gregem suū in deserto. Bene in deserto vigilare dicuntur super gregem suum, quia in ciuitatibus & frequentia positus, minus super gregem operū suorum vigilat, minusque sibi attendit, totus ad exteriora effusus, & bene ibi pacē sibi offerri audiunt, nam in deserto, pax est, & securitas. T. 8. 15. seqq.

7 Iam Dei filij esse possumus, ex eo quod Verbum caro factum est, ideo lætandum in hac solemnitate T. 2. 443. T. 5. 242.

Dom. infra oct. Natiuitatis.

1 POst immensum gaudium, quod Virgo habuit, audiens quæ dicebantur à pastoribus, sequitur dolor propter nūcium Symeonis: extrema enim gaudij luctus occupat T. 1. 174.

Symeon quomodo benedixit Christo, & Beatæ Virgini, & an Sacerdos esset I.2. §3.

In Circunciſione Domini.

1 SOlus Deus poterat Christo adæquatum nomen imponere, qui solus illum plene comprehendebat. T.1. 187. 88.

2 Cum Deus voluit homini nomen imponere, curauit etiam literas, ex quibus nomē componeretur, attendere, per quas apertius quid homo sit, exponeret. Quanto magis in illum egisse, credendum est, cum Christo nomen imposuit. T.1.188.

3 Antiquis Patribus datum fuit, nomina imponere filijs, in quibus quasi exhiberetur, quicquid toto vitæ tempore erant acturi, vt in Cain, & Abel, alijsque videre licet. Quanto magis oportebat, tale nomen Christo imponere, in quo reluceret omnis illius actio, & quicquid acturus erat in mundo T.1.190. seq. T.2.442. seq.

4 Nomen IESV à Deo impositum fuit, nomen Dei iure dici potest T.4.235. Quomodo fuit ab æterno Patre impositum T. 1.145.

5 Vtramque naturam ostendi oportuit, humanam in Circuncisione, diuinam in nomine IESV Sup. de Natiuit.4.

In Epiphan. Domini.

1 NE credas, diabolum dare regna, qui vides, Herodem Regnum populi Dei, fuisse adeptum, id enim factum fuit in vindictam peccatorum T 8.195. seq.

2 Adoratur Christus à Magis, tanquam Deus, fugit Herodem tanquam homo, vtramque naturam ostendens Sup. de Natiuit.4.

3 Qualis fuerit adoratio, qua Magi adorauerunt Christum T.7.200.

4 Herodem superbum, non solum Deus superare voluit, sed illudere: sic enim cum similibus Deus agere solet T.7 10. seq.

Domin infra oct Epiphan.

1 NVnc tristis quærit Virgo, quem læta pariens tenuerat: risus enim in hac vita dolore miscetur T.1.173 174.

2 Non tenebatur Virgo ire in Ierusalem, quia fœminę à tali obligatione erant liberę: iustus tamen multa facit, ad quæ nō tenetur, cuius opera metiuntur mensura sex cubitorum, & palmi T.5 254. seq.

3 Cum ascendebant homines ad Deum colendum in festiuitatibus, Deus illorū domos, & bona seruabat, qui non vult aliquem damnum reportare, ex eo quod sibi obsequitur T.5.180

4 Aptè Christus inducitur nunc non docens, sed interrogans T 7.25.26.

Dom. 1. post oct. Epiph.

1 CHristus nuptijs voluit interesse qui labrum erat in quo se possent omnes conspicere, & componere, ideo nunc in nuptijs, nunc in solitudine, nunc in conuiuijs, nunc in ieiunijs, nunc honores acceptat, nunc fugit, omnibus omnia factus T.7.139.

2 Sanctum esse matrimonij statum voluit Christus indicare, quem sua honestabat præsentia. Vxor autem intelligat, debere se esse viro subditam, quæ ideo antiquitus emebatur à viro T.2. 244. sequ. Et pendens esse debet à voluntate viri T.2.317 327.

3 Miraculum fecit Christus nunc, quia expediebat ad fidem discipulorum stabiliendā T.8.121. seq

4 Vinum ex aqua elicit, ostendens talem virtutis suæ potentiam, vt ex fame eliciat saturitatem T. 8. 120. Non pendet à causis secundis. Suadet diabolus Deum relinquere suos, quibus deficiat vinum, & panis: vide tamen quomodo ibi abundanter prouideat, vbi vinum penitus deficere videbatur T.7.152. seqq.

5 Iussit vinum ferri Architriclino, quia vult, experimentum fieri veri miraculi, vt ostendat, non esse opus phantasticum, aduocatum. In hoc enim cognoscitur vera virtus, cum de illa experimentum sumitur T.7. 58. seq.

Dom. 2 post oct. Epiph.

1 TEntari voluit Apostolos, vt pateret ipsimet, & cæteris, an perfecta fide præstarent: & ideo ventis tribulationum suos agitari permittit. Petrus nunc, vt imperfectus nutat, ad venti flatum; postea dormit existens inter quatuor quaterniones militum T.7.61. seq.

Dom. 4. post octa. Epiphan.

1 INimicus homo non quærit perdere hordeum, aut cyminum, sed triticum, in cuius medio seminat zizania, quia diabolus præcipuè quærit perdere Sanctos, quibus singulariter inuidet T. 8 24. vsque 32.

2 Difficile esse eradicare zizania seruato tritico, apparet in inimici dilectione T. 5. 58.

Dom. in Septuages.

1 DEus dicitur surgere primo mane, nam quantumcúque inimicus mane surgat, ad perdendam vineam, prius ille surgit, prouidens necessaria, vt patet in Iob, quem prius munuit Angelorum custodia, quam Satan peteret illum ad impugnandum T. 8. 62. seq.

2 Vocat Deos operarios ad vineam, quia quem ad Ecclesiam vocat, vult, operatorem esse bonorum operum T. 1. 263. Ponit enim fidelem in Ecclesia, sicut Adamum in Paradiso, vt operaretur T. 2. 400. 401.

3 Conuêtionem facit, & præmium statuit, quâuis posset sine illo iubere, quidquid vellet, vt facile reddat, quod præcipit præmij expectatione T. 4. 231. seq.

4 Persoluit solummodo pro labore, in eius vinea sustentato, non enim præmiat Deus, nisi ea opera, quæ in sui obsequium fiunt T. 2. 222. seqq. 226. seqq. Vide quæ de hypocritis dicuntur, qui nullam recipient mercedem, quia non propter Deum operantur T. 2. 212. seq. Nec denarium æternæ beatitudinis accipiet quis, nisi propter opera ex gratia & charitate procedentia: alia merito vocantur Ichabod T. 2. 300.

Dom. in Sexagesima.

1 BEne Christus dicitur seminator, qui solus potest efficaciter semen diuini verbi cordi efficaciter imprimere T. 1. 89. seq.

2 Diuerso penitus modo nunc seminator iste, quam antiquitus seminat, ideo attentius audiendus & auscultandus T. 5. 91. seq.

3 Quomodo Christus seminaturus semen doctrinæ suæ, primo eradicauit iniqua gemmina, & quomodo pars seminis cecidit inter spinas T. 4. 24.

4 Grandis est efficacia seminis diuini verbi T. 1. 125. Mirum quod contineat ventos, & mare, non cor hominis, quod magis est rebelle T. 4. 79. seq.

5 Cur semen verbi Dei in nobis non fructificet T. 1. 145. 146. Merito conqueritur Deus, quod potentius in nobis verba hominum operentur, quam ipsius Dei, vt ostendit in facto Rechabitarum T. 5. 79. seq.

6 Verbum Dei, quomodo audiendum, & retinendum, vt fructificet T. 1. 89. Lamentabile est, quod apud nos, verba mundi præualeant verbis Dei. T. 5. 147. vsque 153.

7 Cur Christus ponat diuitias inter solicitudines, & voluptates T. 2. 438.

8 Fructus centesimus aut supremus est, quem quis ferr in patientia, quia illud magis est, propter Dei amorem T. 4. 130. vsque 134. Hæc summa est fortitudo, & clypeus, quo muniuntur fortes Israel T. 4. 166. seqq.

Domin. in Quinquages.

Vide quæ annotantur infra fer. 4. post 2. Dominicam Quadragesimæ.

Fer. 4. Cinerum.

Præter ea, quæ dicta sunt Tractatu I. *&* II.

1 INcipimus tempus bene operandi, & quia ad bona opera statim sequitur inanis gloria, illam destruens, explicat Christus, quomodo sint agenda, vt conseruentur T. 7. 170.

2 Non vult Deus, vt qui aliquid in eius obsequium agit, inde damnum reportet. Ideo sibi assumit seruare thesauros eius qui in illius obsequium ipsos expendit T. 5. 180. seq.

3 Contendit Christus nos ab imis ad superna erigere, sicut è contra diabolus, à supernis ad ima demittere. Ideo dicit, Nolite thesaurizare in terra T. 8. 134.

4 Ita ieiunia, & mortificationis opera agenda, vt sentiamus ex illis pœnam, & mortificationem Iesu Christi in corpore nostro circumferamus T. 7. 102. seq.

5 De Cæremonia Cineris Grandis sapientia est, ex malis elicere bona; ex animalibus inferentibus mortem elicere salutem. Summum malum est mors, ex illa elicit Ecclesia bonum Est thesaurus in grandine, qui vastat omnia T. 5. 139. 140.

Fer. 5. de Centurione.

1 IEiunij, & pœnitentiæ tempus incœpit, vt autem ieiunium sit Deo gratum, duos debet habere comites, rectum affectum ad Deum, & misericordiam ad proximum, sicut Esther T.2.410.seqq. Hæc duo Propheta exposcit, dicens: Sanctificate ieiunium, vocate cœtum T.2.406. quorum defectu ieiunia Iudæorum vitiabantur T.2. 405. Heri docuit Christus, quomodo sit tenendus rectus affectus ad Deum, nũc exemplo Centurionis, qua charitate erga proximos debemus esse affecti.

2 Quantumcumque ieiunes, & pœnitentiæ opera agas, si desit misericordia, peribis. Ideo statim post indictum ieiunium, & pœnitentiam die hesterna, exemplum misericordiæ tibi exhibetur. Vnum tibi deest, dixit Christus adiuuenem, qui cætera mandata seruabat. Pereunt virgines ex defectu olei T.2.413.seqq. Non plenè proficiunt opera bona sine charitate, ideo statim in exordio temporis ad bene operandum constituti, charitas commendatur T.4.38.sequenti 129. nunc amici, & die craſtina inimici.

3 Quidam negauerunt Dei prouidentiam in mundo quod cum natura nos fecerit æquales in conditione humanitatis, quosdam videmus seruos, alios dominos, quosdam pauperes, alios diuites; verè tamen potius in hoc ostenditur Dei prouidentia, qui pauperes posuit in mundo ad bonum diuitum T.2. 493.seq.

4 Bonus Centurio, diues, humilis, non superbe sapiens, agens misericordiam cum seruo ægrotante T.2.489.

5 Seruus erat pretiosus. Quomdo serui seruire debent, vt grandem à Deo expectent mercedem T.2.164.seq. Infelix qui sicut Balaam sola mercede hominum est contentus T.2.173.

6 Bonus dominus, qui non despicit seruum. Qui debet, sicut Centurio cogitare, se esse hominem, & quod eadem est sibi conditio cum seruis in nascendo, & moriendo T.1. 140.160.261.

7 Dic verbo. Exploratam habebat vim diuini verbi, qui sciebat, Christum solius verbi sui virtute, posse agere quicquid vellet, calefacere per niuem, infrigidare per ignem T.8.117.seq.

8 Centurio credidit, Christum verum esse Deum ideoque profitetur, illum modo diuino, solius verbi sui virtute agere posse T. 7.123.seq.

9 Nam, & homo sum. Duo perfectionis principia egregiè fuit assecutus, cognitionem Dei, quam expressit dicens: Domine dic verbo, &c. & cognitionem sui, quam ostendit dicens: Ego homo sum: est enim homo, vniuersa vanitas T.1.193.imo leuior ipsa vanitate T.1.194. vsque 197.

10 Excellentissima virtus est humilitas, omnium virtutum fundamentum T.1. 59. Hanc habuit excellentem Centurio, sui supponens cognitionem, & dicens: Ego homo sum: nam ex cognitione sui, vera humilitas acquiritur T.1.198.seqq.

11 Non inueni, &c. Ipsemet Christus, qui Sanctis suis constituit, opera sua abscondere ab hominum oculis, illa ipse prodit, & exponit admiranda, ideo enim, miratus est, vt cæteros faceret admirari T.2.342. vsque 350.

Fer. 6. post Cineres, de dilect. Inimicorum.

Præterea, quæ traduntur Tractatu IV. & V.

1 VEnit Christus, dare nobis omnia, quæ desideramus, & media apta ad ea consequenda exhibuit. Nunc medium exponit ad honorem supremum consequendum, diligere scilicet inimicum, eique parcere, per quod homo assequitur, vt sit filius Dei T.2.428.seqq.

2 Inimici sunt malleï, quorum tunsionibus homo elaboratur T.7. 65. seq. Sapiens fuit consilium Scipionis, inimicos non destruendos, quia vtiles sunt ad nostri profectum, vt Carthaginenses Romanis T.7.14. seq.

3 Oportet hoc præceptum seruare, ne ieiunia nostra expellat, quæ non propter se facta, demonstrat, si inimicis non parcimus quos diligere strictius præcipit T.2. 258. seqq.

4 Cum audis opprobrij verba, fac, ac si non audires, imitatus Saulem, hæc enim insipientia, pretiosa est magis, quam sapientia T.2. 261. 262. Et verè non te debent mouere hominum iudicia, quæ curanda non sunt T.2. 156.159.

5 Diuinum hoc præceptum debet quiuis Christianus opponere, suadenti vindictam, vt linguam illius compescat T.8. 99. seq.

Sabba-

Sabbatho poſt Cineres, de nauicula.

1 QVa ſtatim ad opera excellentia ſequitur inanis gloria, quæ latenter ingreditur, & omnia inficit T.2.136. ſeqq. T. 7. 169. ſeq. Chriſtus Apoſtolos, qui ex eo quod in miraculo quinque panum operati fuerant, poterant inaniter extolli, ſtatim compulit ingredi mare, vbi tempeſtatem paterentur, per quam iugularent filiam egredientem, ſicut Iephte T.2.387. T.7.169. ſeq. Eſt vita hominis ventus, ideo vt dicit Iob: Fecit ventis pondus T.1.160.

2 Paulo ante diſcipuli lætiſſimi erant, miniſtrantes in conuiuio, quod Chriſtus fecerat de panibus, & piſcibus, & ſtatim ſubſequitur tribulatio: extrema enim gaudij, luctus occupat T.1.174.

3 Vidit illos, conſidera, quod cum laborem pateris, te videt Deus laborantem, cuius viſio alas faciebat Sponſæ T.2.379. ſeq.

4 Vidit illos, nec deſeruit, ſed venit ad eos, quia ipſe in tali labore illos conſtituerat, præcipiens, vt mare ingrederentur. Deo proprium eſt, cuſtodire iuſtum, ambulantem in vijs ſuis. Tunc accurrit ad eum liberandum: non cum homo ambulat per vias carnis, mundi, aut diaboli T.7.176. ſeqq. Ideo admonet Sapiens, ne te conſtituas in via laboriosa T.7.179.

5 Vidit, nec deſeruit. Diabolus repreſentat homini, quod emergendi iam non habeat facultatem, ab ea neceſſitate, in qua ſe videt conſtitutum à Deo. Stringit caudam ſicut cedrum T.7.138. Sed mentitur, nam Deus non deſerit ſuos, in maiori neceſſitate T.7. 152. ſeqq. & alit ſuos in fame T.8.120.

7 Timuerunt videntes Chriſtum venientem, exiſtimantes, eſſe phantaſma. Timent quod illis eſt cauſa ſalutis, multi timent, quæ timere non debent, qui quæ timere debent, non timent, ſimiles elephanto T.2.111. Ego inquit, ſum, nolite timere.

8 Ego ſum: nolite timere. Sufficiens verbum, ad omnem timorem auferendum: magis quam verbum Abſalonis, dicentis ad ſeruos ſuos: nolite timere, &c. T.4.86.

Dominic. 1. Quadrag.

Præter ea, quæ traduntur Tractatu VII. & VIII.

1 TEntatio eſt vita hominis ſuper terram, & bene dicit, ſuper terram, quia diabolus tantum habet facultatem tentandi, dum mundus, & vita præſens durat: finito mundo: euacuabit Principatus, & Poteſtates T.4.268.

2 Arma primæ contra dæmonem, ſunt ieiunia, quæ illorum ora occludunt T.2.37. vſque 42. Ex ieiunio naſcuntur Sampſones, & Samueles potentes T.2.55.56. Nec ſine ieiunio Sancti vicerunt tentationes dæmonis T. 2.47. ſeqq. Ideo antiquitus multa bella corporalia confecta fuerunt ieiunio, quod operit animam tanquam clypeus. T.2.43. ſequentibus.

3 Oſtendit diabolus gloriam regnorum mundi, Vana hæc eſt, & contemptibilis T. 2.158. ſeqq.

Fer. 2. poſt 1. Domin. de Iudicio.

1 IVdicij dies, cur dicatur propinquus T. 1.220.222.235. Cur differatur T.1.235. ſeqq.

2 Bene dicitur dies iudicij à Petro, dies reſtitutionis, quia tunc omnia, quæ Deo ſeruanda committis, reſtituet T.2.336. ſeqq. Tunc nihil præmij reddet peccatoribus, quos iam in hac vita præmiauit T.2.217. Ibi præmiabuntur opera tantum propter Deum facta, ideo nunc opera tua bona excute, ſicut Ruth 2.232.

3 Super quos veniet dies iudicij T.2.226. ſeqq. Nunc non videtur reſpicere ſuper peccatores perſequentes iuſtos, tunc reſpiciet ſuper illos, & in medijs fluctibus comprehendet T.2.476.

4 Tunc ſtringet Dominus manum ſuam, & ſibilabit ſuper peccatores, quos irridebit, quia ipſi erga pauperes manum ſuam conſtrinxerunt T.2.479.

5 Tunc dies erit iuſtitiæ. Deus iuſtus eſt, & ita iuſtitiam diligit, vt ad ipſius ſatisfactionem tempore miſericordiæ, filium innocentem inauditis pœnis, & morti tradiderit; quid faciet in die iuſtitiæ, vt illi ſatisfaciat contra ipſos peccatores T.4. 104. ſequenti.

6 Tunc ſtabunt iuſti in magna conſtantia, aduerſos eos, qui ſe anguſtiauerunt, martyres contra tyrannos, &c. Merito nunc interdicitur vindicta; tunc plene tibi credet Deus inimicos, vt punias quantum volueris. Tunc erit tempus omnis rei T.4. 109. ſeq. Huius conſiderationc Paulus offenſas dimittebat T.4.115. ſeq.

7 Apparebit Chriſtus ſicut Sol, omnia cor-

cordium arcana manifeſtans T.2.179.
8 Oſtendit Chriſtus, quomodo omnia diſſoluenda ſint, ideoque nunc nobis reponenda, quæ tunc inueniamus T.2. 481. ſeqq.
9 Bene nunc poteſt præcipere, vt neſciat ſiniſtra tua, quod facit dextera, tunc enim omnia faciet manifeſta, & complebit illud, Reddet tibi palam T.2.336. ſequentibus.
10 Eſuriui, &c. Bene dixerat, per eleemoſynam, nobis reponere theſaurum, quem tunc inueniemus T.2. 488. Et bene admonuit Sapiens, eleemoſynam faciendam, ad vitandam inopiam, in hoc ſeculo, & in futuro T.2.490. ſeqq. & tunc patebit, te de bonis tuis, id tantum tibi reponere, quod das pauperi T.2.497. & quod bene miſericordia dicitur iuſtitia, & firmamentum, quod tunc hominem ſuſtentabit T. 2.510. ſeqq. & quod eleemoſyna bene dicitur cornu eleuandum in gloria. T. 2. 518.
11 Amen dico vobis, &c. Cur iuramento confirmet, ſibi datum, quod datur pauperi T.2.215. & verè Chriſto das, quod das pauperi, & verius ille recipit, quam pauper. T. 2.423 424. Cur ſe conſtituit Deus in paupere T.5.129.ſeq. 135.
12 In ignem æternum. Qualis ignis ille fuerit, cuius aliquam ſpeciem habuit ignis Sodomæ T.1.21.
13 Merito negatur gloria illi, qui negauit parua, quæ ab eo petebantur. T. 2. 509.

Fer.3. poſt 1. Domin.

1 CVr cum tanta ſigna feciſſet Chriſtus, non attendebant Iudæi, etiam flagellati T.1 144.ſeqq.
2 Caſtigati, & flagellati à Chriſto, non auſi ſunt ſe illi opponere, qui erant vulpes, aſtute agentes: vt fraudes ſuas viderunt detectas, fugiunt T.7.183.ſeq.

Fer.4. poſt 1. Dom. de generat. adultera.

1 SImiles ſunt iſti parentibus ſuis, claudicant in duas partes, ore fatentur Chriſtum magiſtrum, & corde illum perſequuntur: quibus ſimiles ſunt multi fideles, fide credentes, operibus contra dicentes T.4. 88.ſeq.
2 Sunt iſti filij diaboli, qui exterius gloriam oſtentare videntur, quam Chriſto offerunt, vocantes eum magiſtrum, quaſi ſe eius diſcipulos profitentes, interius tamen illius perditionem quærunt. Idcirco Chriſtus, non exterius eos reſpicit, ſed interiora eorum diſcooperit. Ita, & tu facere debes, non attendens, quæ exterius dæmon, mundus, aut caro offerunt T.8. 191. ſeqq.
3 Dicuntur iſti tentare Chriſtum, quia cum poſſent eum ex ſignis datis cognoſcere, alia quærunt, ſimiles patribus ſuis. Non petunt ad profectum T.7.181. ſeqq. Chriſtus non facit ſigna niſi ad profectum T. 8. 121.
4 Bene iſtos obiurgat. Magnum beneficium, cum prædicator acriter obiurgat peccatores T.1.83. & iuſtum eſt, aliquando iratam faciem peccatoribus exhibere, & illos acriter obiurgare. T.4. 215. ſequenti.
5 Cur iſtos generationem adulteram vocet, & quomodo nunc terra plena ſit adulteris, qui non concipiunt ex legis Dei decreto, nec ex eius verbo, ſed ex lege mundi, aut verbis dæmonis. T.4. 100. ſequentibus.
6 Duo ad ſalutem requiruntur, fides, & bona conſcientia: quæ duo expreſſit Chriſtus conſtituens, vngere caput, & lauare faciem. In vtroque iſti deficiunt, quos propterea Chriſtus vocat, generationem malam, & adulteram. T.2. 246. ſequentibus.
7 Grandis horum fuit peruerſitas, qui volebant, vt Chriſtus voluntatem ſuam voluntati eorum conformaret, cum potius oppoſitum eſſe deberet, quia voluntas Dei eſt rectitudinis regula. T.4. 94. ſequentibus.
8 Cur ſepulchrum, dicatur vterus terræ T.1.140.

Fer.5. poſt 1. Domin. de Chananea.

1 SEceſſit Ieſus, Manet Chriſtus cum ſibi obſequentibus, recedit è ſibi reſiſtentibus inf. fer. 2. poſt 2. Domin. Quadrag.
2 Laboras in Sanctis agunt, quod ignis in amianto, & ligna altaris non conſumuntur igne, ſed clareſcunt, vt videre eſt in hac muliere T.2.15,16.

3 Diabolus dicitur malleus vniuersæ terræ, tunsionibus, & percussionibus sonum excutit suauem, vt in hac mulierc. Ideo permittit Deus Sanctos, ictibus illius percuti T.7 61.65.

4 A finibus illis egressa. Hoc intendit Dominus per labores, educere peccatorem de finibus peccati T.4.223

5 Egredere de finibus peccati, aut de occasionibus, nam Deus, quem conseruare vult, ab illis extrahit *T.8.21.* Quid dicemus de illis, qui se in eis constituunt *T.7.71* seqq.

6 Bene dolet mulier, quia est mater, cui conuenit affligi pro filiorum perditione. Ita dolere deberet anima de operibus perditis, quæ sunt filij eius. Quidam sunt similes columbæ seductæ T.2.148.149 & struthioni. qui non curat, cum videt filios suos perditos. T.2.142. seqq.

Fer. 6. post 1. Domin. de Piscina.

1 Ascendit die festo ad templum. Bene institutæ sunt festa, vt homo sibi protrahat aliquando, sicut Iacob, & conuertat oculos suos ad opera manuum suarum T.2. 462 seqq.

2 Procedens ad templum transit per porticus infirmorum, aut hospitale, periturus enim in templo, prius se debet disponere, dans pauperibus, qui propterea meritò collocantur ad portas Ecclesiarum T.2.416. seqq.421. seqq. Vt oratio sit efficax in templo, supponat eleemosynam ad pauperes. T.2.423 vsque 426. Disponit eleemosyna pauperi facta, ad remissionem peccatorum, & sicut feceris pauperi, faciet tibi Deus T. 2.510. vsque 518

3 Qui prior. Diligentia erat necessaria ad salutem, ne te contineas, dicens, nondum venisse tempus domus Domini ædificandæ. T.1.54 seqq. Ne te contineas, nec differas pœnitentiam. Diabolus non differt tentationes, nesciens an superueniet mors T.1. 232 seqq. Hoc probat Christus parabola ficulneæ T.1.262

4 Vis sanus fieri? Si vis, nullus potest voluntati tuæ violentiam inferre. Tota perditionis tuæ causa tu es, qui non vis, quod expedit. Suadere diabolus potest, violentiam inferre non potest T.8.136.144 vsque 147. Nec Deus ipse violentiam infert. Nemo læditur, nisi à seipso T.8.145

5 Tolle lectum tuum, & vade, &c. Relinquendus est locus, in quo iacebat peccator, & cum Petro, egrediendum foras, nullus securus est, manens in loco, in quo peccare cõsueuit T.7.71 seqq. peculiariter qui recenter curati sunt T.7.72

6 Tollit lectum, facitque quod Deus sibi præcipit: quæ enim Deus præcipit facienda sunt, non examinanda, nam hoc ipso quod præcipit, bona sunt, & expedientia T.4.94 seqq.

7 Noli amplius peccare. Hæc est peccatorum stultitia, statim redire ad peccatum T.1 42.seqq.

8 Tolle grabatum, &c. Experimento probatur vera salus, supra. Dom. 1. post Octa. Epipha. 5

Dominica secunda Quadragesi. de Transfig.

1 Corona non est sine victoria, nec victoria sine pugna. Ideo Dominica præcedenti proposita fuit pugna, nunc ostenditur corona, quæ non acquiritur, nisi post pugnam T.7.16.seq.

2 Meditatio necessaria est animæ, vt illam roboret: nullius autem rei, magis quam gloriæ T.1.166.

3 Spes est necessaria tanquam anchora animæ, hanc nunc roborat Christus T.1. 181

4 Potens fuit terra, quam Eliseus habitabat, quam ad remedium suum secum deferre voluit Naaman, potentior est terra beatitudinis, quam Sancti habitant, hanc ostendit Christus T.1.184.seq.

5 Gloria quærenda, quam homo vehementer appetit, non inanis, sed solida, non quam quærunt mundani T.2.154 seqq. 158.159 sed quam ostendit Christus. 181. seqq.

6 Infelicitas est hominis, non attendere, quam grande sit præmium bonis operibus à Deo propositum. Illud nunc Christus ostendit. T.2.164. seqq. Non sis contentus præmio terreno, intende consequi totum Dei regnum, & habeto cor nobile T.2.169 seqq. Infelix, qui sicut Balaam, hominum mercede effusus est T.2.173

7 Præmij consideratio omnia reddit facilia, præmium propterea tibi considerandum Christus offert T.2.250.251. seqq. Nihil magis mouet, quam promissio bonorum. Per hanc diabolus operatur, senes Moab, habentes diuinationis pretium in ma-

manibus, obtinuerunt à Balaam, quod perebant. Antichristus faciet homines sibi obsequentes, per dona quæ offeret. Potentius deberet Christus nos mouere, maiori præmio proposito. T.7.194.seqq. Diabolus per puluereos oculis immissos capit animas, sicut Nabuchodonosor ciuitates, melius Christus debet animas sibi acquirere, oculis maiora bona demonstrans T.7. 197. seqq.

8 Posset Christus, nullo proposito præmio, præcipere, quę vellet, teneremurque illi obsequi, sed præmium proponit, vt facilius ei seruiamus T.4.231 seq. & nouis hominibus præmium nouum proponit T.5.192. & si Heua pro mendaci præmio, nihil timuit serpentem, quanto minus nos debemus timere tribulationes, & tentationes serpentis, tali præmio nobis proposito T 5.195. 196.

9 Ad tam grande regnum, & bonum vocatur homo, vt oporteat, Deum confortare cor eius virtute spei, & immutare, sicut immutauit cor Saulis. Ideo vngitur homo, in baptismo, vbi datur ius ad illud regnum. T.5.36.

10 Christus est rex abscondens diuitias suas, dæmoni contrarius; hic enim offert rex exterius pretiosas, quæ interius sunt plenæ doloribus, ille offert res exterius laboriosas, sed interius plenas immarcessibili gloria, ostendit nunc, quid sub cruce, paupertate, & persecutionibus repositum teneat T.8.181.183. Denuda bona, quæ offert diabolus, & non inuenies nisi crucem, & pœnam, denuda pœnas, & crucem, quam offert Christus, & inuenies gloriam T.8.191 seqq.

11 Bonum est, nos hic esse. Bona regni Dei non breui tempore videri possunt, sicut gloria regnorum mundi, quam ostendit diabolus in momento T.8.194.

12 Cur apparuerunt Moyses, & Elias, & reliquerunt Christum solum cum Apostolis. T.5.38.seqq.

13 Non curat Petrus cibum, nec potũ, nam diuina collocutio famẽ suspendit multis diebus T.7.97

14 Cur Christus dicatur, filius dilectus, in quo Pater sibi complacuit, & est quasi sol Patris T.5.250

15 Loquebatur de excessu. In die maioris glorię mortis inducit memoriã, vt ita etiam tu facias. Dauid vnctus est rex, super mortuos exiliens T.1.217 seq.

16 Ad mysterium transfigurationis, tres grandes ieiunatores admittuntur, Christus, Elias, & Moyses, qui omnes quadraginta diebus, & noctibus ieiunauerunt: nam optima dispositio, vt anima eleuetur, & transformetur in Deum, est carnis mortificatio per ieiunium, vt patet in passeribus T.2.95 vsque 69 79.80.

Fer.2. post 2. Domin.

1 EGo vado. Tempus vitæ, est quidam cursus ad mortem, nec datur tempus moriendi, nisi quod viuimus T.2.237 vsque 246

2 Ego vado. Si Christus, se considerat morti propinquum, & tendentem ad mortẽ, quid tu considerare debes? Diabolus procurat elongare in mente tua diem mortis T.1.177 seq.226.seqq.

3 Ego vado. Horrenda est hæc comminatio: cum audiit populus similem sermonem, luxit T.1.114

4 Cum Deus pulsat ad ostium, nec aperit homo, recedit, & vadit. Est ipse contrarius diabolo, & sicut diabolus recedit à resistentibus sibi, manet cum ijs, qui illi consentiunt, ita Deus T.8.209.

5 In peccato vestro moriemini. Hoc timẽdum in morte, nam si peccatũ non adsit, pretiosa est mors T.1.172.

6 Moriuntur in peccatis, qui non recogitant de morte sua, nec eam præueniunt T.1. 164. Qui similes sunt Pharaoni, quos comprehendit Deus in medijs fluctibus T.2. 475

7 Et qui male operatur, possumus prognosticare mortem in peccato, nam iuxta seminationem, iudicas de messe T.2.339

8 Omnibus Sanctis communis vox est. Ego vado, qui sunt peregrini super terram T.2 447. Impij ciues terræ T.2 445 Ideo isti tristantur cogitantes discessum, illi lætantur T. 2.449.seqq.

Fer. 3. post 2. Domin.

1 CAthedra necessaria est in Ecclesia, & Doctores sedentes in illa, vt doceant benefacere T.1.74 seqq. 83 Deus autem, qui Cathedram constituit, est qui ponit sedẽtes in illa, quia ipse dat Principes, & Prælatos, quosdam in bonum, alios in supplicium T.8.195.seqq.

2 Prælati, & Iudices in Ecclesia necessa-

rio

rio constituendi, quibus cæteri obediant, si cut obediebant Macedones T.2.290.& Deus se ponit, in persóna Prælatorum, vt honor illis impensus, Deo ipsi censeatur exhibitus T.5.135.138. Vnde Prælati, præcepta imponere possunt T.1 105

3 Impij sunt, qui subditis imponunt onera importabilia. Non sic Deus, qui cuiusque vires meritur sic facere deberent Prælati T. 5.65.seqq.

4 Prædicator, & Prælatus, faciat quod imponit alijs sicut Gedeon,& fortes Israel T.7 54. seqq. Illius vox, operibus suis conueniat T.2.1. Eius opera, & vita, exemplar debent esse cæteris, ideo sacerdos deserebat tintinnabula T.7.35.seq.

5 Omnia illi faciebant, vt viderentur ab hominibus. Pauci sunt, qui non ita agant, qui vere abnegent gloriæ appetitum, & vocari Rabbi T.2.233. seqq. Insipientes mercatores T.2.175.seqq. Similes scirpo super lapides radicato T.2.178.seqq.

6 Latenter ingreditur inanis gloria sub titulo authoritatis conseruandę T.2.134.136. seqq.

7 omnia faciunt, vt videantur. Bene Christus illos vocauit fures gloriæ Dei T.2.187. seqq. Meritò illos repellit,& punit T.2.292. seqq. Qui thymiama in suum vsum conuertebant T.2.206.207

8 Omnia faciunt, vt videantur. Insipientes sane, qui vanum supponunt fundamentum, non firmum T.2.264 In omnibus, quæ facis, supponenda est voluntas placendi soli Deo. T.2.270. vsque 277. Iuxta huius voluntatis affectum, erit quantitas præmij T.2.251. vsque 378. Vt id agas, imaginare Deum tibi præsentem T.2.379.seq.

9 Vt videantur. Omnia perdunt, quia produnt T.2.305. vique 309. Benedictum fuit ad Ruth, Non te videat homo T.2. 310.

10 Videant te alij, tu non ad spectatores, sed ad Deum visum tuum conuerte T.2.314

11 Glorificabantur ab hominibus. Cathedrã, loca, honores, Deo singulariter permittente recipiebant in præmium aliquorum operum bonorum, nihil in futuro pro eis recepturi T.2.217. vsque 225

12 Magnificant fimbrias. Vestes pretiosas in Prælatis non damnat Christus, quæ potius sunt vasa virtutis: sed appetitum gloriæ propter illas T.1.164

13 Vult, vt Deum voces Patrem, vt inferas sibi curandum imitari illum T.4.257.seqq. & vt cõfideres, Deum totum relatum ad te, vt te totum referas ad illum T.2.322. Vt cogitationes teneas nobiles, qui talis Patris es Filius T.2.443.seqq.

14 Quomodo Deus vocetur Pater noster, & nos ad inuicem fratres T.4.14.seq. Qualis dignitas, esse Filium Dei, omnem cogitationem superans T.4.235 Qua nulla maior. T.4.232 Quam singulariter Sancti expectãt T.2.236

15 Qualis virtus humilitas, quam vt singulariter doceret, venit Filius Dei de cœlis T.1.59 Sine qua nulla virtus consistit T.1. 58.59 Quæ superbiam ducem peccatorum interimit T.1.69 Vide supra verb. Humilitas.

Fer.4. post 2. Domin.

1 Ascendebat Christus Ierusalem, præcedens eos, nam magno desiderio diem mortis præstolabatur, quæ dicitur, dies depositionis, & lætitiæ eius T.2.224. seqq.

2 Ascendit, dicens, quę ventura erant super se, non sicut, Paulus, ignorans, quid futurum esset T.4.186

3 Ascendit Ierosolymam, vbi erat comprehendendus, illudendus, & occidendus, vt dicit per Isaiam, ibi ostensurum gloriam suam, quia hanc suam reputat gloriam, illudi, & flagellari, & occidi pro peccatoribus. T.4.184.seq.

4 Ad illudendum, &c. Non nudam voluit pati mortem, sed cum maximis doloribus, & contumelijs. Hæc mortificatio est Christi, quam imitandum proposuit Apostolus, & hoc forsan est, quod iubdit, Calicem meum bibetis: debemus enim pati pro illo, eo modo quo ipse pro nobis T.7,102. seqq.

5 Mirantur Sancti, cur Christus permiserit se duci à dæmone ad pinnaculum, nõ tam mireris illud, quam eius patientiam, qua à diaboli ministris permisit se duci ad flagella, illusiones, & mortem T.7.162 seqq. Quid mirum quod Sanctos dimiserit in manibus tyrannorum, Petrum in manu Herodis, &c. Cuius calicem bibebant.

6 Ascendit extensurus manus suas in ligno, vt sic extraneret Decretum diuinæ prædestinationis, de humana salute T.5.246. seqq. Oportet illum sequi.

7 Ascendimus. Ipse præcedit dux, quem sequamur, non est quod timeamus, post talem

ſem ducem incedentes T.8.7 Hanc viam tenuit, vt veniret, ad glorificationem Reſurrectionis, hæc eſt à nobis tenenda T.2. 182

8 Mirum quomodo dicat Propheta, Chriſtum venturum in fortitudine, ſi ab infirmis erat comprehendendus, ligandus, flagellandus, & occidendus. Hæc tamen ſumma eſt fortitudo, patientiam tenere, cum quis poteſt inimicos perdere T.4.166 ſeqq.

9 Cum moritur Chriſtus, tunc reſurgit, tũc enim ſpiritus plene reſurgit ad vitam, cum caro plene fuerit mortificata T.2.68

10 Acceſſit mater, &c. Male iſti duo fratres Chriſti doctrinam acceperunt, dimidium tantum partem attendentes. Nam cum Chriſtus diziſſet, de cruce, & morte, & etiam de regno reſurrectionis, illam ſolam partem acceperunt, illam non curarunt. Coniuncta ſunt hæc duo, & Scripturæ coniunctæ ſunt, ne ſepares T.8.17.168. ſeqq.

11 Neſcitis quid petatis, loca enim altiora, timenda, quia facilius lapſus ex alto T.8. 132.

12 Poteſtis bibere, &c. Præpropere volebant coronam, quam nemo ſine calice accipiet T.7.16. ſeq. Non ſufficit eſſe Chriſtianum, ſed calix bibendus eſt, & tẽtationes vincendæ, nec ſufficit vocari ad Apoſtolatum T. 7.47. ſeqq.

13 Quem habiturus ſum. Calicem vult, vt bibamus, ad eius imitationem, in quo calix, & crux, non fuit ad mortem, ſed ad glorioſam reſurrectionem, iuſtos enim non conſumit crux, & mors, ſicut ignis non conſumit amiantum, nec ligna altaris T.2.15. 16.

14 Calicem offert duobus chariſſimis, grãdis hæc merces, non datur niſi grandioribus amicis T.2.251.252. Hoc ipſo quod petit grande ſacrificium, grande gaudium excitat. Grandẽ gratiã reputabant Macedones, grandem calicem, & vehementer pro eo lætantur T.2.523. ſeqq.

15 Venit Chriſtus adimplere deſiderium noſtrum, deſiderabant homines vitam, & honorem, ſed per media incongrua. Vt ida conſequamur, medium aptiſſimum offert, calicẽ, & crucem T.2.428 ſeqq. Calix offertur iis, quibus ſedes ſunt datæ in cœlo, iam flagellat Deus omnem filium, quem recipit. Non odij, ſed amoris, ſignum eſt calix T.7.134. ſeqq.

16 Nemo poteſt cum Chriſto regnare, qui calicem non biberit. Si calicem non bibis, væ tibi. Poteſt eſſe calix maximi meriti, ſufferre iniurias T.4.222. Calix eſt Chriſti, quo fuit ſaturatus T.2.221

17 Ioannes quomodo calicem biberit, non effectu, ſed affectu hic eſt quem Deus penſat. T.2.351. vſque 378

18 Indignati ſunt decem. Superbia odibilis eſt Deo, & hominibus, cui omnes indignantur T.1.202. ſeqq. Maximeque reprehendenda eſt in homine piſcatore, qui non habet vnde poſſit ſuperbire, ideo illam Deus ipſe deteſtatur T.1.193. vſque 197.255. ſeqq.

19 Vos autem non ſic. Chriſtiani debent Gentiles tranſcendere, & tanquam aues ex aquis eductæ, ad ſuperna euolare, non terræ adhærere T.7.37. ſeqq. Noua vita eſt eis tenenda, & perfectior ijs, qui ſunt in ſuprema arcæ manſione T.5.127.

Feria 5. poſt 2. Domin. de Epulone.

1 DVbium eſt, propter quid diues iſtem damnatus ſit, de quo nullum peccatum videtur Euangeliſta exprimere. Quod ideo factum eſt, vt intelligant diuites, quod quamuis non rapiant aliena, nec alia peccata faciant, ſolius miſericordiæ defectus illos damnare poterit T.2.410 ſeqq. Vnum tibi deeſt, dixit ad diuitem, ſeruantem legis præcepta T.2.413. ſeqq. Ideo repulis illos, qui non ſolum non male agere dicebantur, ſed multa mortificationis opera agebant, quia crudeles erant in pauperes. T.2.258. ſeqq. 405 Ex ſolo olei defectu damnantur Virgines T.2.413. ſeqq. Bene Apoſtolus docet, quid diuitibus imponendum, vt apprehendant vitam æternam. Iſte id non egit, ideo damnatus T.2. 489

2 Quidam negarunt diuinam prouidentiã, quod viderent in mundo homines, qui æquales ſunt in natura mortalitatis, inæquales in diuitijs, quoſdam illis plenos, alios ſuprema paupertate affectos: ſed hoc potius eſt opus diuinæ prouidentiæ, qui poſuit pauperes, vt vectores eſſent in cœlum bonorum diuitum T.2.493 ſeqq. Vt eſſent ſanguiſugæ, nimium ſanguinem fugentes T.2. 466

3 Homo quidam. Quamuis diues eſſet, & potens, hominis nomen illi conueniebat, quod diuitibus, & potentibus Deus impoſitum

fitum voluit, ne cæteros contemnant T.1. 187.seq.

4 Homo quidam Miser ille, nihil minus cogitauit, quam se esse hominem, videns se diuitem, & potentem: diabolus à terra sua illum longius traxerat, vt perimeret T.2. 138.seqq.348.seqq. Nomen est, quod uicumque in quocumque statu constituit, & semper quinis, debet se hominem reputare T.1.191.

5 Homo quidam. Quam glorioſe de illo iudicabat mundus, quem diuitem & potentem videbat, sed facer Euangelista, hominē exprimit, ideoque erat vniuersa vanitas, & leuior vnicate ipsa T.1.196.197.

6 Erat diues. Duplici ex capite diuites pereunt: quidam propter auariciam, nimis retinentes, quos stultos reputat Dauid, quia nesciunt, cui congregant T.2.445.seqq Quibus nihil prius dixit Sapiens, qui diuitijs suis non fruuntur T.2.455. Nec dat Deus illis facultatem vtendi illis T.2.471. Alij pereunt propter prodigalitatem, qui omnia expendunt comedendo & bibendo, non curando pauperes, nec Dei obsequium. Infelix talis diues, qui credere videtur se positum tantum in mundo ad comedendum, sicut diues ille, qui omnia sibi reponebat ad comedendum T.2.485.seqq. & etiam hic.

7 Diues Mentitur diabolus, dicens: Se dare diuitias Deus est, qui pauperem facit, & ditat T.8. 199. Qui sæpè iniquioribus merito dat maiorem diuitiarum copiam T.2.485.

8 Diues. Incipit Euangelista indicare huius hominis peccata. Et primo dicit, illum diuitem, vt intelligas, illum non fuisse à peccato immunem. Sunt diuites similes tineæ, comedentes, quòd alienum est T.2.471.

9 Induebatur purpura. Superbiam eius indicat. Vestes pretiosæ, sunt Sanctis viris vasa virtutis T.1.164. huic autem erant instrumenta superbiæ.

10 Epulabatur quotidie splendide. Omnia vitia in illo fuisse per hæc verba iudicat Euangelista, nam Scriptura sacra ad exprimenda omnia vitia, tantum exprimit comessationes nimias T.2. 132. seqq. Deerat abstinentia, quæ mater est virtutum. Ideo nulla virtute præstabat T.1.58. Aderat gula, omnium vitiorum caput T.1.65.66. Et splendide quotidie epulabatur, non solum in cibis, sed in modo & affectu comedendi: gula enim non tam est in cibis, quam in affectu T.1.118.119.

11 Epulabatur. Nihil aliud faciebat, quam milites diabolo ministrare, contra seipsum T.2.23. seqq. Nullatenus diaboli tentationes vincebat, quæ sine ieiunio non vincuntur T.4.47. sequ. & diabolus ieiunij armis vincendus est T.7.78. vsque 95. Ideo Sancti conuiuijs assistebant cum timore T.2.51 seqq.

12 Epulabatur quotidie. Conuiuia si aliquando fiant, commendabilia sunt T.2.54. Sed quæ quotidie, non nisi in damnum animæ, cuius non tuta est nauigatio deficiente ieiunio T.2.61.62. Quæ deprimitur impinguata caro. Quam depressus erat Spiritus ipsius T.2.64.71. Et vere propter ipsammet gulam, vt lapidiora esset, quæ comedebat, non deberet quotidie splendidè comedere T.2.73.74.

13 Tria itaque capitalia vitia, quæ Ioannes exposuit, in illo deprehendit Euangelista; auariciam, in eo, quod dicit fuisse diuitem; superbiam in vestibus; gulam, in conuiuijs, vt sic omnia vitia expressa intelligas. T.7.112. Aut vero duo capitalia vitia exprimit, sub quibus cætera militant, superbiam, quam ostendunt pretiosæ vestes, & gulam T.1.161 seqq.

14 Erat quidam mendicus. Posuit remedium peccatis diuitis. Erant grandia, ponitur grandis pauper. Nam pauperes ponit Deus in redemptionem peccatorum diuitum, vt sicut aqua extinguit ignem, eleemosyna extinguit peccata T.2.416 421. Vasa vacua sunt pauperes, quibus infundendum est oleum, ad soluenda debita T.4. 132. Positus fuit Lazarus quasi sanguisuga ad remedium diuitis, ne per apoplexiam interiret T.2.465. vsque 469. Deus se ponit in paupere: qui pauperi non dat, non dat Deo. Vide Deum in illo, & sicut Deus donauit tibi in Christo, ita & tu in paupere T.5.135.seq.

15 Erat quidam mendicus. Malam vidit Sapiens sub Sole pecunias congregatas in malum domini sui. Quod esse poterat in bonum, erat spargere in Lazarum. In damnum fuit, quod tenuit diuitias congregatas T.2. 465.vsque 469.

16 Nemo illi dabat. Erat temulentus diues, ideo voces Lazari non audiebat, nec audit temulentus voces ipsius Dei T.2.3.4. 17. Nemo illi dabat. Quam male ille de pauperibus iudicabat, nesciens, quam grandis esset Dei gratia, mittere ad illum pauperes, sicut reputarunt Abraham, & Macedones

dones T.2.522. seq. Et Corinthij T.2.528. seq.

18 Mortuus Lazarus, & mortuus diues. Nihil Lazaro lætius morte qui peregrinus erat in mundo, nihil tristius diuiti, qui ciues erat mundi T.2.449.seq. sicut Cain T.2. 445.

19 Vt portaretur ab Angelis. Cur plures Angeli conuenerint ad vnam Lazari animam deportandam, si vnus sufficiebat T. 7.222.

20 Mortuus est diues. Indicat Euangelista, mortem fuisse subitaneam, qualis impiorum esse solet T. 2. 474. Tunc apparuit huius felicitas, sicut somnium auolans, & visio nocturna T.2.160. Remansit sicut iumentum portans pecunias, quod noctu, tantum apud se retinet plagas T.2.432. seq. Nihil inuenit, nisi aporiam T.2. 465. vsque 469.

21 Mortuus est diues. In hoc apparet quod dixit Iob, cum interierit, nihil secum auferet T.2.470.vsque 475.Infelix perijt, sicut nauis aut triremis ex defectu anchoræ T.1. 182.seq.

22 Mortuus est diues. Quando minus id cogitabat. Tam propinquus est morti diues, sicut pauper Lazarus. Imo nunquam magis propinquior mors, quam cum longius ab illa se quis credit distantem T.1. 241.seq.

23 Sepultus est. Ibi absumpta fuit tota eius gloria. Bene iurat Deus contra superbiam Iacob, qui defluet sicut fluuius T.1. 255.

24 In inferno. Quis finis eius, qui ventrem habebat Deum, nisi interitus T.2.36. Quid futurum erat de vacca pingui, nisi leuari in contis, & ollis feruentibus? T.2.77.

25 Crucior in hac flamma. Quantæ actiuitatis sit ignis ille, cuius aliqua species apparuit in igne Sodomæ T.1.21. Et bene dispositus fuit ad flammam, tāta pinguedine redundans. T.2.16

26 Recepisti bona in vita tua. Iam Deus illi persoluerat in vita bona aliqua, si quæ egerat T.2.217. Bene in illo comprobatur dictū Beati Iob: Nūquid vocem eius audiet Deus? T.2.223.seq.

27 Recepisti. Manum suam super illum constringit Deus, qui manum suam ad pauperem habuit contractam T.2. 479. sequ. Non posuit lutum ad pedes Domini, quod si posuisset, inuenisset saphiros T.2. 504. seq. Non seminauit per eleemosynam, nunc non habet, quid metat T.2.501. vsque 507. Nihil sibi reposuit nihil inuenit T.2.482. seq. Nihil transmisit ad locum ad quem peruenturus erat, nihil ibi inuenit T.2.48.seq. Id tantum de bonis tuis tibi reponis, quod das pauperi T.2.497. seq. Si pauperi dedisset, inuenisset, sicut ille saltem, qui sine affectu eleemosynam fecit T.2.531.

28 Merito gutta aquę negatur ei, à quo pœna exigebantur, nec dare voluit T.2.509. Nullum suppositum fundamentum, quo sustentaretur moriens, cadere necesse fuit T.2.510 vsque 517. Eleemosynam qui non facit extremam paupertatem incurret T. 2. 490. seq.

29 Habeo quinque fratres. Miser, qui reliquit alienis diuitias suas, nam fratres verè erant alieni, qui nihil fraternitatis erga eum exercebant, T.2.499.500.

Fer. 6. post 2. Domin. de Vinea.

1 HOmo comparatur à Christo ficulneæ, & viti, quæ inter arbores ad nihilum valent, nisi ad referendum fructum T.1.263.

2 Sepem circumdedit ei. Hæc sepes est Angelorum custodia, qua munit animam, & est diuinus fauor, quo illam præuenit, antequam veniat inimicus impetens T. 8. 62. seq.

3 Fructus vocantur opera bona, quæ tam grata sunt Deo, vt comparentur fructibus vitis, & ficulneæ. T.1.263.

4 Petit fructus, intrinsecus pelliciens cor T.1.264.

5 Temporibus suis petit fructus, id est, perfectos, maturos, non acidos botros. Multi dant fructus Deo, non plenos T.2.237. & præced.

6 Fructus sibi reddi petit, id est, opera propter se fieri, non sicut faciebant Pharisæi, quos redarguit per Isaiam T.2.258. & Zachariam T.2.226.seq.

7 Nouissimè misit Filium, & occiderunt eum, dicere poterat: In vanum consumpsisse fortitudinem T.1.145.146. Quid sit nouissimè mittere T.4.91.

8 Misit Filium. Vide Dei retributiones, qui occisis seruis ab agricolis, misit Filium. Hæc illius bonitas, maiores offensas, maioribus beneficijs compensare T.4.173.seq. Est botrus Cypri, qui percussus, balsamum stillat T.4.184.seq.

9 Verebuntur filium meum. Qui locutus fuerat

fuerat per Prophetas, nunc ore proprio deprecatur, & si qui per Angelos sermo factus est firmus, quanto magis, qui per Filium. T.4.90.

10 Quid faciet agricolis, &c. Cur Christus ad eos defert, vt sententiam ferant, T. 4.93.

11 Auferetur à vobis. Iusta sententia. Terram illam sanctam abstulit à Chananæis, quia necatores erant filiorum suorum, quanto magis auferet à necatoribus filij Dei? T. 7. 166.

Sabbatho post 2. Domin. de Prodige.

1 OStenditur per hanc parabolam, quod Deus est dives in misericordia, gratiosus, &c. T 1 23. vsque 27.

2 Misericordia Dei excedit omnem mentem, adeo, vt Sancti murmurare videantur propter illius magnitudinem. T.1. 37. sequenti.

3 Suam suprematn fortitudinem, ostendit Deus sustinendo peccatorem dissipantem dona illius. Homines ostendunt fortitudinem, vindicando: Deus sustinendo, & parcendo. T.4.157. seq.

4 Dies hæc gloriæ Dei est, qui nihil gloriosius ducit, quam parcere. T. 4. 182. seqq. Gloriam hanc postulabat Moyses. T.4. 184. seq.

5 Consumpsit substantiam suam. Ad ipsius prodigi expensas diabolus illum inuitauit, & tantum dedit illi quæ suam consumendo substantiam miser inuenis posset acquirere. T 8.95 seq.

6 Misit vt pasceret porcos, & nemo, &c. Diabolus vir gloriosus, multa promittens, & nihil dans. T 7 204 seq.

7 Cupiebat saturari de siliquis. Quam sapidas repræsentabat illi misero siliquas porcorum, vt cuperet saturari de illis? Ita repræsentat res viles. T 8 177. seq.

8 Fame pereo. Si inuoluntarium ieiunium tam grande bonum operatum fuit, quid faciet voluntarium? T. 2. 16.

9 Surgam, ibo, &c. Petit Esaias, vt conuertamur, sicut reciperamus: hoc facit ille. T. 2. 63.

10 Pater peccaui. Bene procedit, non se excusans sed accusans. T. 1 24. Qui ipsum castigat, & accusat, à Deo non accusatur. T. 1. 30. seqq. Optima dispositio ad consequendam veniam, est humilis peccatorum confessio. T. 4 187.

11 Accurrens Pater. Non vult Deus animam perire, sed retractat cogitans, ne pereat peccator, vt dixit Tecuites. T. 4 2. 7. seq.

12 Est Deus speculum, hoc ipso, quod filius se conuertit ad illum, ipse se conuertit ad filium. T. 1. 29.

13 Non conturbatur Pater ad conspectum filij, qui dissipauit substantiam, & se offenderat, cuius oculi sunt sicut columbæ, quæ residunt, iuxta fluenta plenissima. T. 4. 257. seq.

14 Date anulum, &c. Quomodo per pœnitentiam omnia restituantur. T. 1. 52. 53.

15 Gaudere oportet Dies festus est in domo Dei, cum benefacit peccatoribus. T. 2. 238. seq.

16 Nunquam mihi dedisti hœdum, &c. Sæpe Deus maiora videtur peccatoribus amoris signa impendere, quam iustis. T. 4. 171. Vnde obijciebat Paulus: Ergo manebimus in peccato, vt gratia abundet? T. 4. 187.

Domin. 3. Quadrag. de dæmone muto.

1 CHristo Domino reseruatum erat, vincere dæmonem, & quamuis id plene facturus esset in cruce, primo tamen aliquos cum illo cõgressus voluit habere, pssum expellens: sicut quamuis mortem plene superaturus esset in cruce, prius aliquot peculiares congressus habere voluit cum ea, quosdam ex eius faucibus liberans, vt Lazarum, filium viduæ, &c. T. 8. 203.

2 Aggreditur Christus agere, quod sibi reseruatum erat, Behemoth, & Leuiathan videntibus cunctis præcipitare, quod nunc facit, solo verbi sui imperio. T 8. 207. seq.

3 Cur Deus tot dæmonum legiones in mũdo reliquit, in quo hominem erat conditurus. T. 7. 5. seq. 14. seq. 26. 27.

4 Dæmonis malitia grandis est, qui vnus cum sit, omnium animalium feros mores continet, ideo dicitur Behemoth, id est, bestiæ in plurali, & id ostendunt tot mala, quæ huic misero homini inferebat. T. 7. 22. sequenti.

5 Diabolus faber est: venit tamen Christus ad hunc fabrum interficiendum, gratias illi reddamus oportet. T. 7. 33. seqq. Est Christus, qui venit aligare fortem armatum.

6 Assumit septem. Maiori rabie reuertitur diabolus semel victus, ideo timent Sancti, illum vincentes hoc ipso ad maiora se

parantes certamina. T.8.129.seq.

6 Etsi grandis sit potentia diaboli, sed non agit, nisi quod Deus illi permittit, nec porcos contingere sine eius licentia potuit. Vnde non est Deus crudelis, illum nobis designans inimicum, & si veniat cum alijs septem T.8 135. vsque 144.

8 Alios septem nequiores se. Non omnes dæmones omnia aggredi audent: ideo maiores Sanctos, maiores dæmones aggrediuntur ad impugnandum, qui se adiuuant, & consiliantur, de modo quo impugnent validius T. 7.110. seq.

9 Mulier de turba. Per fœminam confundit istos superbos, ita enim Deus agere solitus fuit T.77.seq.

10 Beati qui audiunt, & custodiunt. Non sunt tanquam vas hederaceum, vinum expellens, aquam retinens. Thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapientis T.1 89.90 seq.

Fer.2. post 3. Domin.

1 SCandalizabantur Nazareitæ in Christo, videntes paupertatem parentum & cognatorum illius. Hoc superborum est proprium, ex se, cæteros æstimare, & quia illi, si possunt esse diuites, non eligerent paupertatem, crediderunt, quod Christus, non poterat esse Deus, qui tam pauperes cognatos habebat. Hinc diabolus non cognouit Christum, videns illum, ad grandes miserias demissum T.7 108

2 Ad nullam missus est Elias, &c. Grandis gratia facta est viduæ, mittêdo ad illam pauperem Eliam. Et grandem gratiam reputauit Abraham, pauperes ad se venire, & Macedones T.2.522. & Corinthij T.2.528. seqq. Intelligunt sancti, pauperes esse vectores bonorum in cœlum T.2 493. seq.

3 Vidua recipiens, & dans Eliæ, sibi prouidit, nam per eleemosynam, temporalia etiam bona crescunt T.2.490. seqq. Seminat, qui dat eleemosynam T.2.499. vsque 504. Vnde pauperes non sunt contumelijs prosequêdi, nec curiose scrutandi, sed recipiendi, sicut à vidua Elias T.2 532. seq.

4 Duxerunt ad supercilium montis, &c. Grandis Christi patiêtia, qua se duci permittit ad præcipitium, vt non iam mirandum sit, ductum à diabolo ad pinnaculum templi, & montem excelsum T.7.162. seq.

Fer.3. post 3. Domin. de correct. fraterna.

1 NOn est contra præceptum charitatis punire, & corrigere delinquentem, vt Manichæi dicebant T.4.59. Imò tenemur sub præcepto diuino corrigere fratrem, quem possumus corrigendo saluare. Nam proximum tenemur ex charitate diligere, sine qua non consistit salus T.4.38. seq. Qui autem videt proximum lapsum in peccato, & non curat extrahere, non diligit illum, sicut qui videret illum lapsum in puteum, quem nollet extrahere cum posset. Sunt fideles sicut membra, vnius corporis, & vnum tenetur alteri succurrere. T.4.51

2 Vas pretiosum, si immundum sit, curat Dominus eius, vt emundetur à seruo, sic, q scoriam auferat, seruet vas. Hoc vult Deus à seruis suis effici, vt peccator, qui vas est pretiosum, emundetur, auferendo scoriam peccati per correctionem seruando peccatorem. T.4.271.272. Id fieri debet virtute ignis charitatis, debet enim esse correctio ignea, & amore succensa.

3 Erit correctio dulcis, si sit cum charitate. Ideo eloquium Sponsæ dicitur dulce, quia labia coccinea T.4.275

4 Si peccauerit in te, id est, contra te. Nam omne peccatum, eo ipso quod est contra Deum, debes reputare contra te, sicut filius offensam contra patrem, suam reputat. Mirum est, quam parum curamus Dei offensas, qui nostras nunquam plene vitas reputamus T.4.118. Deus offensas contra nos factas, reputat factas contra se, & magis illas curat T.4.113.114 Et quando peccat aliquis contra te, eicit ipse, Mea est vltio T.4 115.116

5 Si peccauerit contra te frater tuus. Attêde esse fratrem tuum, distingue peccatum à peccatore, nec velis perdere peccatorê propter peccatum, sed hoc destruens, illum serua. Fac sicut facit Deus distinctionem per quam opus perfectum dicitur exhibere T.4. 260.seq. Fac sicut Noe, qui peccante Cham, maledixit Chanaan filio illius, id est, ipsius operi T.4.263.seq.

6 Correctio sit cum mansuetudine, intelligens, agere cum fratre. Ignem ne gladio retundas T.4.224.seq.

7 Diuerse defectus nostros, & alienos expendimus. Nobiscum enim volumus cum mansuetudine agi, & nõ extolli defectus nostros,

ſtros, nec magnos iudicari, alienos autem magnificamus, & indignamur in illos Menſuræ diuerſitas, abominabilis Domino T.4. 228

8 Quis ſit Ethnicus, & Publicanus T.4. 243. ſeq.

9 Vbi duo vel tres in nomine eius congregantur, & de illo loquuntur, ſtatim coniungitur adeſtque illis T.2.264.

Fer.4 poſt 1. Domin. de Tradition.

1 IN hoc Euangelio vt Beatus Chryſoſtomus annotat, excellentem tradit Chriſtus doctrinam, fundamentum totius Theologiæ moralis, de radice bonitatis, & malitiæ actuum humanorum. Hanc autem tradit, cum grandi fuit à Phariſæis offenſus iniuria. Eſt botrus Cypri, qui etiam percuſſus gladio linguæ, pretioſum balſamum ſtillat, curandis fœtoribus vtiliſſimum T.4. 176. ſeq.

2 Acceſſerunt ab Ieroſolymis. Grandis horum defectus, qui Ieroſolymis exiſtentes, vident leuiſſimos, aut nullos Apoſtolorum exiſtentium in Galilæa defectus, & ſuos ſuorumque grandes lapſus, horrendaque ſacrilegia, rapinas (quibus erant pleni) homicidia, non attendebant. Hæc ratio ob quam Deus cuique prohibet vindictam de offenſis contra ſe factis ſumere, quia alienas culpas reputamus graues, noſtras leues. T.4.228. Non nouerant illud, Attende tibi, ideo vagabantur poſt veſtigia, &c. T.2.199 200

3 Sunt iſti filij diaboli, cuius officium eſt, accuſare homines coram Deo, & Deum coram hominibus. Ita iſti, diſcipulos nunc accuſant ad Chriſtum, & Chriſtum deinde ad diſcipulos, dicentes, quod cum Publicanis Magiſter eorum comedebat T.7.127. ſeq. 131.ſeq.

4 Sunt iſti ſuſurrones, & detractores, pacem turbantes, ideo acri reprehenſione expellendi T.5.240. ſeq.

5 Quare, & vos. Iuſtum eſt, aliquando ſe iratum impijs oſtendere, ad eorum correptionem, nec ſemper hilari facie agendum. T. 4.215.ſeq.

6 Lingua iſtorum erat doloſa, quæ ſub ſpecie pietatis intendebat Chriſtum eiuſque diſcipulos dehonestare, propterea ſagittas acutas adhibendas deſiderabat Dauid, contra linguam doloſam, quæ illius dolum confoderent T.4 227. ſeqq. Ore ſe oſtendunt iſti zelatores, & corde ſunt inimici, & deſtructores, quibus multi ſunt ſimiles. T.4. 88.ſeq.

7 Non patitur Deus murmurationes contra Sanctos ſuos, qui ſæpè magis iratum ſe exhibet, contra offendentes illos, quam ſeipſum. T.4.113.114. Merito vindictam nobis interdicit, vt magis puniat offendentes nos, quam nos ipſi punire poſſemus. T.4. 111. ſeq. Ideo dormi tu ad voces calumniatorum, ille enim te defendet. T.4.115. ſequenti.

8 Secure poſſumus honorē noſtrum Chriſto committere, qui plenius reſpondebit pro nobis, quam nos ipſi poſſemus. Sic fecit Ioſeph. T.5. 183. ſequenti Auris zeli, audit omnia, & reſpondet pro honore ſuorum, ſicut fecit, zelans honorem Moyſi. T. 5.185.186.

9 Quare, & vos, &c. Impiam traditionem inuexerant Phariſæi, dicentes filios, magis obligatos ad Deum, quam ad patres carnales, ideoque primum oportere, offerre Deo ſacrificia, & dare in vſum templi ſui, quam ſubuenire parentibus. Diabolus per auaritiam excæcauit eos, vt non viderent id, quod clariſſimum erat, ſiue Nabuchodonoſor per palueres oculis ſparſos. T.7 198.

10 Ad grandia vitia, impietates, & ſacrilegia trahit auri fames. Videbant, malum eſſe, quod inter ſuas traditiones docebant, ſed aurum incantabat illos, ſicut Balaam, & multi dati ſunt caſus propter aurum. T.7. 194.ſeqq.

11 Quare, & vos. Venit Chriſtus repurgare legem, quam impiæ Phariſæorum traditiones fœdauerunt. T.4. 1.ſeq. Erant illi caupones, miſcentes aquam vino. T.4. 12. 12.

12 Obſtruxerunt Phariſæi conductus legis, illos Chriſtus repurgat, & genimina noxia eradicat, plantaturus cœleſtia germina. T.4.22. ſeq. Fecerant illi in ſepe legis rupturas, has claudit Chriſtus, vocatus Ædificator ſepium. T.4.29. Aduenerat tempus putandi iniqua, & adulterina germina. T.4. 25.ſeq.

13 Chriſtus ſimilis Ioſiæ, renouandam aſſumit legem, contra impios, qui ſuadebant impietatem contra parentes. T.4.31. ſeq.

14 Quamuis perſpicuum eſſet præceptum de honore parentum, ſed lucidus eſt Sol, quem vapores inſurgentes obnubilant. T. 4.33. Et non deerunt apparentes rationes,

ad ſuam impiam traditionem, deſumptas ex eo, quod diuina lex præcipit, anteponere Deum parentibus. Impiè multi Scripturam inducunt, non conferentes viam alteri, nec cortinam cum cortina trahentes. Ita fecit diabolus, cum Chriſto agens. T.8.168.ſeq. 171. ſeq. Complanabant viam apparentibus rationibus ſicut diabolus facere conſueuit. T.7.174.ſeq.

15 Propter traditiones veſtras. Nulla conſuetudo praua, aut hominum traditio poteſt diuinam legem abrogare. T.4.34.35.

16 Populus hic labijs me honorat, & cor autem eorum, &c. Non contentus eſt Deus externis, ſupponenda primo interior cordis affectio. T.2.270. vſque 278. Spiritum quærit, non corpus exanime, ideo repulit ſacrificia Iudæorum, quia ſine corde. T.2. 278.ſeq.

17 Intentionem, & cordis affectum primo reſpicit Deus, qui non vult ſacrificia ſine corde. T. 358. Vt patet in Sponſa, Abraham, &c. T.2.251. vſque 378. Ideo non approbat ſacrificium Cain. T.2.282. ſeq. Non ſic Macedones. T.2.289. ſeq. Ideo diabolus ſumme procurat, cordis intentionem perdere. T.2 295.

18 Sinite illos. Dimittendi ſunt illi, quorum nobis certa eſt damnatio, nec orandum pro illis, &c. T.4.60.63.

19 Tanquam vulpes acceſſerunt, ſub titulo obſeruantiæ, qui videntes fraudem ſuam detectam, non amplius progredi fuerunt auſi. Sæpe diabolus accedit ſimiliter, tanquam Vulpes, vide, & cape illius mentem, nam petens quod videtur iuſtum, iniuſtum ſuadet, T.7.18.ſeq.

Fer. 5. poſt 3. Dom. de ſocru Simonis.

1 IN domo Simonis reperiuntur infirmi, nam potius eſt infirmitas ſignum amicitiæ Dei, qui flagellat omnem filium, quem recipit. T.7.134. ſeq.

2 Stans ſuper illam, id eſt, iuxta illam. T. 26.

3 Imperauit febri. Obediunt Chriſto febres, & dæmones, & non homo, quem duriorem, & magis rebellem Deus ex hoc probat, quod venti, & mare, & cætera omnia obediant voci eius, non homo. T.4.78. ſequenti.

4 Manus imponens: Deus ad benefaciendum ambas manus applicat, non ad puniendum. T.2.438.ſeq.

5 Increpans. Optimus modus expellendi dæmonem eſt, increpando illum, qui grandi pudore afficitur, verbis contumeliæ laceſſitus. Vnde bene exprimitur typo elephanti. T.7.4.210. Chriſto reſeruatum erat increpare Satan. T.8.208. Cui obedientiſſimum ſe diabolus exhibuit. T.8.207.

6 Non ſinebat loqui. Quia inimico nullatenus eſt credendum, nec faciendum quod ſuggerit. T.8.125.ſeq.

Fer. 6. poſt 3. Domin. de Samaritana.

1 SEdebat ſupra fontem, indicans ſe ſerio aſſumpſiſſe tractare de peccatricis ſalute, qui ſerio, & ex profeſſo ſalutem noſtram tractat. T.1.136.

2 Sedebat. Expectat peccatricem, non enim vult animam perire, ſed retractat cogitans, &c. T.4.217.ſeq.

3 Da mihi bibere. Nihil poſtulat, niſi quod præſtare illa poterat. Nihil Deus ab homine petit, niſi quod præſtare poteſt homo. Non ſemper ſic Reges terræ. T.5.66. ſeqq. Imo tantum petit facilia. Diabolus à ſuis petit difficilia, & pene impoſſibilia, vt filiorum immolationem, &c. T.7.202.

4 Voca virum tuum. Hoc Chriſtus præſtolabatur, vt illa confiteretur peccatum ſuum, nulla enim melior diſpoſitio ad concedendam veniam. T.4.187.

Sabbatho poſt 3. Dominica de Adultera.

1 VIam colubri ſuper petram miratur Sapiens, quia quamuis diabolus eiuſque miniſtri varias vias egerint, innumeraſque parauerint techinas, nullatenus vel leue veſtigium reliquerunt impreſſum imo confuſi ſemper remanſerunt, ſicuti nunc. T.8.175.ſeqq.

2 Mutant Phariſæi ſtudia tentandi, quem primo non potuerunt ſuperare agentes verbis, & rationibus, volunt aſtutia, & fraude: ſicut Balaam mutans ſitus, ſed qui tunc manſerunt confuſi, etiam nunc. T.7.185.

3 Die præcedenti cum Chriſto contenderant. Nocte non quieuerunt, & maiori rabie excitati ſunt contra ipſum, & ira conuerſa fuit in odium. Bene Apoſtolus hortatur, noctu deponendum affectum prauum; nam ſi perſeuerat malos effectus producit, & ex radice colubri, egreditur regulus. T.4, 203. 205.ſeq.

4 Orationi fuit Christus tota nocte intentus, venturus diluculo ad prædicandum, vt doceat prædicatores se præparare orationi. T.1.83. seqq. & quia tentandus erat, docens, quomodo tentationum tempore orare debeamus infirmi T.8.42. Ita Iacob orauit, cum sensit, fratrem suum contra se venire. T.8.55

5 Hæc mulier modo, &c. Quam diuerse expendit homo sua crimina, & aliena. Nam sua excusat, vt remittantur, aliena accusat, vt puniantur T.4.108.228

6 Vt possent eum accusare. Isti filij sunt diaboli, cuius nerui absconditi, & ramificati sunt, vt si non ex ista, ex illa capiant T. 7.115

7 Filij diaboli, diabolo similes, qui instigat ad aliquid agendum, vt possit inde accusare, qui primo est instigator, & deinde accusator T.7.129. seq.

8 Inclinans se, indicans, adulterium, & peccatum mulieris illius, scabulis suis imponendum T.1.40

9 Scribit, iudicans irreuocabilem sententiã contra illos T.1.126

10 Qui sine peccato. Demonstrat eis, se illorum cepisse mentem, ideo fugat eos, tanquam vulpes T.7.183. seqq. Et adhibet sagittam potentem, & acutam, qua confodit linguam dolosam, cum carbonibus desolatorijs, scripturam videlicet peccatorum illorũ T.4.227.228

11 Noli amplius peccare. Vera pœnitentia perseuerantiam requirit T.1.42. seq.

Domini 4. Quadrag. de quinque panibus.

1 MVltitudo magna. Quam grandis fuerit expositus Sanctus Lucas T.2. 265

2 Cum subleuasset. Sæpè diabolus homini repræsentat extremam necessitatem, & quod non possit ab ea liberari, nisi dimittat Dei sequelam: Stringit enim caudam sicut cedrum T.7.138. Ideo Deus ostendit, se non deserere suos in necessitate constitutos T.7. 138. Ideo oculos super eos ponit, vt illis prouideat.

3 Vnde ememus, &c. Prima tentatio, qua diabolus impetit Deum sequentes, est, quod Deus dimittet illos fame confici. Hoc Christus ostendit falsum T.7.127.132.133 Et curat cibare sequentes, dicens. Vnde ememus, &c.

4 Deus sæpè dat escam, corporalem, & corporalia bona, vt ostendat, se horum authorem, & mentiti diabolum, qui dicit, se dare bona terrena Deus est, qui non solum spiritualem cibum, sed & corporalem dat T.8. 190. seq.

5 Deficient in via. Non dicit, deficient hic: ibi enim, etsi cibus deficeret, non deficerent ipsi, refecti Verbi Dei virtute: Verbum namque Dei, illiusque collocutio, sustentare potest corpus multis diebus sine fame T.8. 113. seq.

6 Vt manducent hi. Hæc vera misericordia, dare pauperibus præsentibus. Qui relinquunt facultates suas, pauperibus futuris, relictis præsentibus non perfectam habent charitatem T.2.508.509

7 Ducentorum denariorum, &c. Infirma fides Philippi: nam perfecta docet, Deum sustentare posse per quamcumque rem, sibi benevisam. Hoc ostendere voluit Israelitis, dans Manna; potest calefacere per niuẽ, congelare per ignem, nutrire per famem T.8. 117. seq.

8 Accepit panes, & gratias agens. Perpetuo Christus gratias agebat, sciens scriptum esse, debere confundi illum, qui gratias pro beneficijs non agit T.4.154

9 Manuum suarum virtute reficit sequentes se. Diabolus nescit alimenta tibi præstare, nisi quæ tu ipse habere potes virtute manuum tuarum, & ad tui expensas te inuitat. T.8.95. seq.

10 Panis positus in manibus Christi, multiplicatur. Nihil enim magis panes tuos multiplicabit, quam ponere in manibus Christi, quas extendit in pauperem T.2.491.508.509 Merito de nobis conqueritur, quod scientes hoc, nolumus in manibus eius bona nostra ponere T.2.520. seq.

11 Colligite. Videtur imponere nobis, facere, quod Esther, quæ duabus comitata puellis, ingressa est ad Regem, vna sustẽtans, & alia colligens. Talis debet esse pœnitentia tua, quam comitetur recta intentio sustẽtans, & misericordia colligens, quæ superfunt T 2.410. seq.

12 Honorem regium nunc fugit, postea acceptat, omnibus omnia factus Domin. 1. post octau. Epipha. num. 1. Domin. in passio. num. 16.

Fer. 2. post 4. Dom. de flagellatis mercator.

2 HEri se ostendit Christus misericordem, dans panem, nunc iustum, & rigidum percutiens flagellis, (que aya de todo, del pan, y del palo:) vnum sine altero, non considerandum. Perdit nos diabolus, solam misericordiam exponens, est malus Astrologus decipiens T.8.165. seqq Opera Dei misericordiæ, & iustitiæ, sunt contrariæ, nec ab invicem separandæ T.8.168. seq.

2 Inuenit in templo. Sub titulo religionis, committebant sacrilegium, grandis perditio, quod victimas declinabant in profundum, ad sui commodum ordinantes T.2.149 Diabolus per pulueremex cæcat oculos, vt homines tantum vitia, & religiosa iudicent sacrilegia T.7.198

3 Impietatem auaritiæ deprehendes, si videas, tam grandem esse quod compellat religionem, & sacrificia, sibi obsequi. Sicut Philosophi, impietatem voluptatis expresserunt, depingentes tabellam, in qua virtutes erant obsequentes voluptati T.2.208. seqq. Bene de huiusmodi conqueritur Deus, dicēs, Seruire me fecisti in peccatis tuis: nam Deū, & eius sacrificia faciunt seruire suæ cupiditati T.2.222

4 Auaritia venenum est insanabile, fugit auarus caput aspidum, ideo quo plus habet, plus desiderat, vt vsque ad templum, & sacrificia se intromittat T.2.436 Auarus similis est tineæ, cum iactura aliorum, etiam religionis Dei, domum extruit T.4.471

5 Fecit flagellum. Punire delinquentes, non est contra charitatem, nec contra suauitatem Euangelij, vt cenſebant Manichæi. T.4.59. Imo ira sæpe necessaria est ad actum virtutis, signanter in iudicibus: nec maleſaciunt, quādo flagellant T.4.213

6 De funiculis. Funiculos vocat illos, cum quibus punit, funes autem cum quibus misericordias agit: lætatur benefaciens T.2.238. seq.

7 Flagellari, & instructi à Christo, non proficiunt, sed quærunt, in qua potestate ageret T.1.144. seqq.

Fer. 3. post 4 Dom. de Doctrina Christi.

1 QVam verè, & benedicat Christus? Mea doctrina non est mea T.4.23. Sic debet quilibet prædicator dicere, & non suam, sed Dei doctrinam prædicare T.1.86. seq.

2 Docebat. Christus verius quam Prometheus honorandus est, qui supremam de cœlo traxit doctrinam, qua homines faceret sapientes T.2.453

3 In Deum refert doctrinæ suæ excellentiam. Ne tu ex Dei donis glorieris, qui dat tibi velle, & perficere T.2.185. seq. & punit illos qui sibi illius gloriam vsurpant T.2.192. seq. Et verè genus idololatriæ est, non referre Deo, quæ ab ipso accepimus T.2.200. seq.

4 Si quis voluerit. Necessaria est rectitudo voluntatis, ad Christi doctrinam, nā praui voluntatis affectus obscurant intellectum, vt patet in lege naturali quam obscurauit prauitas appetitus, & in lege scripta, quam obscurauit impietas Pharisæorum T.4.38.33

5 Lex Dei suauis est ijs, qui bonum habent voluntatem: nam Deus est dulcis, & rectus, habens bonam voluntatem, & intellectum, sit talis qui eius legem recepturus est T.4.73

Fer. 4. post Domin. de Cæco à Natiuitate.

1 PRæteriens, egrediens de templo vidit cœcum. Bene pauperes sunt ad portas templi. Sunt templa, loca orationis, & misericordiæ, qui vult illam obtinere, prius misericordiam faciat, vt deprecetur in muneribus T.2.416. seqq. Nec vacuus coram Deo ingrediatur T.2.384.418. & misericordia quam facit, sit mensura eius, quam recipiet T.2.418. seq. & pecunia sit redemptio animæ eius, & per illam peccata suæ redimat T.2.421. seqq. Et vt oratio sit efficax, fundetur in eleemosyna T.2.423. vsque 426. Eleemosyna dicitur iustitia, & fundamentum bonum ad petendum T.2.510. vsque 517.

2 Vidit hominem cœcum. Non tantum considerauit cæcum, sed hominem, quia vidit in illo esse naturam humanam, ad Dei similitudinem. Non tantum videndus est pau-

pauper, sed attendendum in illo esse Christum, & quod est vector bonorum tuorum in cœlum T 2.493. seq 530

3 Vidit hominem cœcum. Non conturbatur ad visionem pauperis sicut nos, cuius oculi sunt sicut columbæ ad fluenta plenissima *T.4.257*

4 Fecit lutum. Potentes sunt Dei manus ad illuminandum per id, quod excæcare solet sicut potest per ignem congelare, &c. T. 8.117.seq.

5 Vade laua, &c. Non hæsitat cœcus, nec se continet, dicens, incongruum sibi, lutata facie incedere nec examinat, ad quid mittat se ad piscinam, &c. *Tantum* obedit voci Domini. Non examinandum sed agēdum, quod Deus præcipit T.9.94. seq. non opponit honorē suum cœcus, sicut multi, qui tantummodo causam honoris expendunt ne Dei præcepto obsequantur T.4.150

6 Adducunt ad Pharisæos. Omnes nunc cum illuminatus est, contra illum insurgunt adeo vt parentes sui, illum relinquere videantur, omnes commouet diabolus contra illum, qui hoc ipso, quod aliquem videt cœlesti luce perfusum quantas potest contra illum mouet persecutiones. Non curat hominibus communibus inferre bellum. Sanctos persequitur, Iordanem expetit T.8.17. Caput eius in nauibus piscatorum T.8.29. seq. Mulier luce circumfusa, statim habuit omnia draconis capita contra se T.8.36 Spōsa eo ipso quod dilecta fuit, debuit se exhibere ad pugnam paratam T.8.37. seq. Contra Dauidem vnctum, & Israel bibentem de petra, & vineas florentes, insurgunt inimici. T.8.69. seq. Eo ipso quod habet cœcus in se testimonium Christi, sentit inimicos contrarios T.8 73.seqq.

7 Quid dicis de illo? Quid lucidius sole? Et obicuratur vaporibus. Christus lucidus, splendidos emittens radios lucis, sed obscurare procurant vaporibus inuidiæ T.4.33

8 Vocauerunt parentes Iustis omnia cooperantur in bonum. Omnia quæ isti agere voluerunt contra Christum, cesserunt illius honori, nam si quis vellet vt publico instrumento examinatis testibus miraculum constaret, non magis faceret, quam fecerunt isti, qui miraculum reliquerunt probatum. Benefaciunt potius inimici, contendentes lædere, quam lædant T.5.143 Sunt thesauri grandinis in illorum frigida malitia T.5. 349

Fer. 5. post 4. Domin. de filio viduæ Naim.

1 Ecce defunctus. Videtur Euangelista mittere, sicut Dauid, lapidem, qui innexus fronti, dejciat Goliam T.1.69. 70. Ecce. Nihil ita oculos aperit, sicut conspectus mortuorum T.1.117.seqq. Vult Euāgelista, vt mors in nobis operetur T.1.117. seqq. Quasi sulphureos pulueres adhibet mēti, vt ignis verbi Dei potenter operentur T. 1.125 Theriacam applicat, ad venenum cordis eneruandum T.1.144. seqq.

2 Ecce defunctus. Vide corpus mortui, & addisces sapientiam, sicut Augustinus T.1. 124 Hic fede intellectu, & mente, tanquam in proprio loco, sicut Iob T.1.133. vsque 143 Tesram quasi generosus equus excaua. T.1.137

3 Ecce defunctus. Tu, & ille ex eadem massa, sicut pars ligni combusta, & pars in statuam erecta, ex illo, cognosce te ipsum. T.1.208.209 Causa perditionis hominis est, quod non recogitat de morte sua T.1. 166.167 Ecce defunctus, tanquam serpens, qui conspicientes se, sanat T.1.168. vsque 172.

4 Ecce defunctus. Ecce terram vbi anchoram mittas, ne tempestas te rapiat T.1.182. 183 Mors in oculis tuis est virtus continendi omnia T.1.164. vsque 176 Ecce defunctus, in quo te ipsum conspicias, & multa scitu digna attendas T.1.251. seqq. Ecce defunctus. Omnia defluxerunt, sicut riuus Ægypti T.1.155. seqq.

5 Adolescens. Hic erat iuuenis, quia adolescens: diues, quia turba ciuitatis comitabatur eum, & voluptuose nutritus, quia filius vnicus viduæ, & mortuus est. Quomodo mors intrauit ad eum, cui nihil deesse videbatur? Quasi sine manibus venit I.1.158 Numquam magis propinquus homo morti, quam quando longius se credit ab illa distantem T.1.241. seqq. Ecce defunctus, tollens omnem securitatem, quam diabolus tibi exponit de longitudine vitæ. T.1.232. seqq. Curat diabolus mortem elongare, sub prætextu iuuentutis, delitiarum T.1.77.177.226. seqq. Venit mors inopinato tempore, quando minus homo cogitat, & comprehenditur sicut Pharao. T.2.474

6 Efferebatur. Quid nisi defunctus è ciuitate prodire debebat, vbi animæ moriuntur? *int. ter. 5. post Dom. in Pass. 5. Antiquitus*

extra.

extra ciuitatem sepeliebantur mortui, nunc sepulchra coram oculis merito constituta, quæ grandem sapientiam docent T. 1. 179

7 Efferebatur. Modus sepeliendi fideles, & reponēdi eos sub terra, spem resurrectionis fouet T.1.140

8 Tetigit loculum, aut locum parum Hic locus proprius est homini, ei commensuratus T.1.127. seqq. Si ad illum te receperis, te defendes à ceto deuorante T.1.229. seqq. Fac sicut Naaman huius loci pauxillum terræ tecum ferens T.1.184. seqq. Et vide in eandem terram te conuertendum T.1.260 seq.

9 Ferebatur. Iuxta Ambrosium, iam nos ferimur ad mortem, quos humores tanquam acerbi portitores deferunt. Mirandum, quod peccare audeas T.1.245. seqq.

10 Adolescens, tibi dico, surge. Grandis potentia diuini verbi, & præcepti, cui obediunt venti, mare, & mors, solus homo rebellis est. T.4.78. vsque 82

11 Christus. Qui mortem tandem est superaturus, nunc cum illa iam congreditur. Dom.3. Quadrag.1.

Fer.6. post 4. Domin. de Lazaro quatriduano.

1 LAzarus amicus erat, & infirmus. Amici probati esse debēt, nec æstimat Deus amicos non probatos T.4.224. Mūdus non intelligit, quomodo cohæreant, amicitia Dei, & infirmitas, aut labor. Sed verè hæc sūt signa dilectionis T.7.134. seqq. Maioribus amicis, maiores labores dat Deus, quia maior spes, & gaudium in eis generant T.2.252. seqq.

2 Amicus infirmatur. Fecit Deus ventis pondus. Ne extollantur Sancti, propter amicitiæ signa, dat labores, quibus se contineant T.1.160

3 Maria erat, quæ vnxit, &c. Obsequia Christo hę sorores exhibuerant, Maria vngendo, Martha recipiendo in domum suam: benè, & fiducialiter orant Christum. Oratio enim quæ fundatur in eleemosyna, potentissima est T.2.423. vsque 426 Eleemosyna dicitur iustitia, & fundamentum bonum ad petendum T.2.510. vsque 517

4 Miserunt. Non ierunt, quia congruā mulieribus est clausura, & non circumcursare per alienas ædes, vt dixit Ambrosius T.1 191

5 Infirmitas hæc non est ad mortem. Sunt sancti ligna altaris, quæ non consumuntur igne, sed splendent, sicut amiantus T. 2.16

6 Domine iam fœtet. Nobilis vir, diues, positus in sepulchro, nihil nisi fœtorem tenet defluxit sicut riuus Ægypti T.1.255. seqq. Vide quid inuenerit Augustinus in sepulchro Imperatoris T.1.124

7 Iam fœtet. Idem fœtor in Lazaro diuite, ac in pauperibus. Idem cinis in vtrorumque sepulchro reperitur, sicut in militibus exercitus Senacherib T.1.260. seq.

8 Nonne dixi tibi, &c. Ne desperes, quia etsi nihil nisi mors appareat, & fœtor, inde vitam Christus poterit educere. sup. Dom.1. post octa. Epiph. num.4

9 Hæc tribulatio ostendit imperfectionem Marthæ. Vtiles sunt tribulationes, & tentationes, vt vnusquisque suæ fidei experimentum capiat. sup. Domin.2. post octa. Epiphan.

10 Lazare veni foras. Quanta potentia diuini Verbi. fer.5. præced. num.10

11 Soluite, &c. Experimento vult ostendere, se veram non fucatam vitam dedisse. Domin.1. post octa. Epiph. num.5

12 Multi abierunt ad Pharisæos. Quid lucidius Sole? Et hunc obscurant terreni vapores insurgentes T.4.33

13 Christus. Qui mortem tandem erat superaturus, nunc cum illa iam congredi cæpit, Dom.3. Quadr.nu.1

Domin. in passione.

1 MEditatio animæ est necessaria, vt vires habeat spirituales T.1.166. Nulla autem potentior, consideratione Pass. Christi, per quam videbis, quantum Deus odio habeat peccatum T.2.184.185

2 Quis ex vobis arguet me de peccato. Liber omninò à peccato extitit Christus, in quo nullum potuit diabolus peccatum imprimere, quantumcunque omnibus viribus procurauerit T.8.173. seqq.

3 Si veritatem dico, &c. Quia loquitur veritatem, non recipiunt eius dicta, quia mūdus veritatem expellit T.8.32. seqq.

4 Quare vos. Grandem vim habet pronomen vos: vos qui in suprema arcæ parte estis constituti, qui ad altiora tenemini T.5. 127. seqq. Bene conqueritur, de eo quod isti non audiunt eum, ex Rechabitis T.5.79. seqq.

7 Similiter tui residentiam facito, quærens ab omnibus potentijs tuis, si aliqua earum, te possit arguere de peccato. Excute opera tua sicut Ruth. T.2.232.

6 Quare vos, &c. Bene probat, quod dixerat, illos filios esse diaboli, quia eius opera imitantur, contradicere scilicet veritati, & quærere Christi mortem. Quis ex Deo est, & filius Dei, gaudet veritate, quæ Deus est. T.4.229.

7 Ego dæmonium non habeo. Merebantur isti blasphemi à serpentibus exterminari, sed benigne cum eis agit. T.1.171.

8 Non exasperatur Christus verbis contumeliæ, est enim hominis vilis, propter quoduis verbum excandescere. Sæpè non sunt curanda verba hominum stultorum. T.4.120. Non debes propter verbum quoduis amarum, prouocatum te exhibere, nam qui à facie verbi concipit, stultus est. T.4.168.

9 Non agit Christus contra istos calumniatores, quos cognoscit motos à dæmone, quibus dixit, desideria Patris vestri, vultis perficere. Contra dæmonem vires suas conuertit. Sic debet facere homo. T.4.162.seq.

10 Patientiam tenet Christus ad iniurias grandes, hæc enim summa fortitudo est: homo credit, fortitudinem positam in vindicta. T.4.157.seqq.

11 Sustinet Christus opprobrium: iam non magnum est, si tu illud sustineas. Si verum dicit, qui contra te loquitur, sufferto, vt veniam obtineas: si falsum, vt sis Christi imitator. T.4.220.seq. Peculiariter Christus satisfecit pro peccatis sustinendo opprobria, quibus dicitur saturatus. T.4.221. Hunc calicem bibit, vt purgationem peccatorum faceret. Caue ne ventus contumeliæ te tanquam glumam proijciat. T.4.224. Aut tanquam elephantum, minutulæ bestiæ te perturbent. T.4.226.

11 Quando inimicus ardet ira contra te, patientiæ aquam subijcito, patienter respondens, sicut Christus. Ignis enim non est gladio confodiendus. T.4.224.

12 Grande malum sunt calumnia, & lingua iniusta. T.5.59.seqq. Grandeque martyrium animæ, sustinere linguam iniustam, quæ comminuit ossa. T.4.221.

13 Ego dæmonium non habeo. Licet respondere calumniatori, falsum crimen obijcienti. T.4.67.

14 Est qui quæras, &c. Audit, & obseruat Deus, quæ contra iustos fiunt. T.1.155. Et auris zeli audit omnia. T.5.185.186.

15 Bene dicit, se esse, antequam fieret Abraham, est enim ante omne tempus. T.5.12.

16 Iesus abscondit se. Nunc fugit lapides, alia die non fugit, omnes instruere voleos, nunc debiles, vt fugiant pericula, ne pereant. T.7.174.seq. Nunc fortes, vt sperent, sibi adiutorium Dei affuturum ad vincenda pericula, si in vijs Dei ambulent. T.7.176. seq.

Fer.2. post Domin.in Passione.

1 ADhuc modicum tempus vobiscum sum, dixit ad illos, qui ad eum comprehendendum miserant. Grande beneficium dare illis adhuc tempus. Deus sæpè offensis grandibus prouocatus, maiora beneficia confert. T.4.173. vsque 179. Est beatus Cypri, percussus balsamum stillat. T.4.176.seq. Adeo vt Paulus obijciat: Num manebimus in peccato, vt gratia abundet. T.4.184.

2 Modicum tempus est totum tempus vitæ. T.1.222.vsque 225.

3 Intellige, modicum esse tempus vitæ, quamuis diabolus longum persuadere contendat, vt capiat nos. T.1.226.vsque 231.

4 Diabolus maxima agit solicitudine intelligens modicum sibi superesse tempus ad tentandum, quanto magis debes tu esse solicitus. T.1.232.seqq.

5 Dicebat de spiritu. Grandis est virtus Spiritus sancti, potentior virtute Magorum. T.8.46.seqq.vsque 50.

Fer.3.post Domin.in Passione.

1 AMbulabat Iesus in Galilæa, & nolebat, &c. Christus fugit occasiones, vt intelligas, te debere illas fugere, si vis nō perire. T.7.179. Rapit, & extrahit à tentationis loco, quem seruare vult. T.8.21.seq.

2 Ascendit. Qui in Ierusalem ibant, dicebantur ascendere. T.8.131.

Fer.4. post Domin.in Passione.

1 AMbulabat in porticu, expectans peccatores, & cogitans retractabat, ne perirent, vt dixit Tecuites, cui non est gratum perdere quemquam. T.4.217. sequentibus.

2 Quousque animam nostram tollis? Grādi animi amaritudine, & suspensione tenentur. Peccatum est radix germinans fel,

pecu-

peculiariter peccatum odij, quod grandem inducit amaritudinem, & ſuſpenſionem. T. 4. 122.

3 Filij diaboli, inſtigatores erant, vt poſtea eſſent accuſatores. Blande interrogant, vt reſpondeat, quo ex eius reſponſione poſſent accuſare, & lapidare. T.7. 129. ſeqq.

4 Tulerunt lapides. Nunc expectat, alia vice fugit, vt omnes inſtruat. Dom. in Paſſ. nume. 16.

5 Multa bona opera, &c. Continet eos, ne feſtinent, in tempore obductionis. Ita agere debes, cum ira excandeſcis, continete. T.5.137.

Fer. 5. poſt Dominica in Paſſione, de conuerſione Magdalen.

1 NEceſſaria ſunt peccatoribus huiuſmodi exempla, ne ſpem deponamus, videntes, quomodo punierit Deus angelos: eſt amator hominum. T.1 19. ſeqq.

2 Oſtenditur in hoc opere, Deũ eſſe multum in miſericordia. T.1. 26 27.

3 Rogabat Phariſæus Chriſtum, vt manducaret cum illo. Dies conuiuij erat Chriſto, peccatricem recepturo, cui nihil gratius, quam miſericordias ſuas nobis impendere. T.2.238. ſeqq.

4 Vt manducaret. Non ſemper ſunt damnanda conuiuia, quæ aliquando ſancta ſunt, ad conciliandam charitatem. T.2. 51.52. Et Chriſtum nunc vides comedentem in conuiuio, nunc ieiunantem in deſerto, vt omnes inſtruat. Dom.1. poſt oct. Epiph.num.1. Recubuit, oſtendens, quam ſerio pertractãdam ſalutem peccatricis aſſumebat. fer. 6. poſt 3.Dom.1.2.

5 In ciuitate peccatrix. In ciuitatibus ſunt grandia peccata, vbi dæmon duces habet, qui ſunt mundus, & caro, qui ita illius partes agunt, vt ipſe ſe iam ad deſertum receperit. T.8. 11. ſeqq. In deſerto eſt ſecuritas. T. 8. 15. ſeqq. Rapit, & extrahit Deus à ciuitate, quos vult ſaluare. T.8.21.ſeqq. Non finitur veritas ingredi ciuitatem, in qua tot ſunt mala, quot expreſſit Deus per Oſeam. T.8. 32.ſeqq.

6 In ciuitate peccatrix, quæ peccata ſua in oculis omnium dabat. Hoc maximè Deum prouocat. T.2.124.125.

7 Vt cognouit. Ne pœnitentiam differas, ne comprehendaris ſicut Pharao in mediis fluctibus. T.2.474. Diabolus non expectat diem ſequentem ad tentandum te, neſciens ſi in vita perſtabis, quanto minus tu, &c. T. 1.232.ſeqq.

8 Stans retro: Habitu laſciuo dimiſſo, & mutato: immutatio enim habitus, neceſſaria eſt pœnitentibus. T.1.110.vſque 116.

9 Cœpit lacrymis, &c. Congruunt lacrymæ, & triſtitia pœnitenti. T.8. vſque 16. Et perſtitit plorans, quæ incepit, & non finiuit, quia non quæcunque lacrymæ ſufficiunt, nec ſtatim ab eis ceſſandum. T.1. 13. ſeqq. Nec ſtatim finienda eſt pœnitentia, vt conuertatur homo ad ſtultitiam. T.1. 42. ſeqq.

10 Stans retro. Conuiuantes non erubuit, inquit Gregorius, non confunditur ab ijs, quæ confundere non debent. Deus hoc ſuadet, ne confundaris ab ijs, quæ non veram confuſionem inducunt. T.4.153. cum præcedentibus, & ſequentibus. Hoc commune eſt peccatoribus honorem ſuum opponere, ne faciant, quod facere tenentur, quem non attendunt ad ſuos prauos affectus exequendos. T.4.150.

11 Lacrymis. Non excuſat peccatum, ſed accuſat, vt veniam obtineat. T.1. 24. Facit fructus dignos pœnitentiæ, non enim quiuis fructus pœnitentis ſufficiunt. T.1.45. ſeqq.

12 Lacrymis. Vbi dolor eſt internus, ſigna externa illius apparent. T.1.112. Oportet exiccari oſſa vt accipiant vitam ſpiritus Dei, ideo exprimendus erat humor per lacrymas. T.1.148.

13 Rigabat, extergebat, vngebat, obſequia grata pedibus Chriſti exhibens. Pedes Chriſti pauperes ſunt, quibus per mundum diſcurrit. Qui vult veniam obtinere hos riget, extergat, & vngat, & deprecetur in muneribus. T.2.416. ſeqq. Ideo dicuntur pecuniæ redemptio animæ viri. T. 2. 421. ſeqq. Et peccata ſunt eleemoſynis redimenda. T.2.422. Pœnitentia fructuoſa, habeat ſecum comitem eleemoſynam: defert propterea ſecum alabaſtrum, &c. T.2. 516.

14 Murmurat contra illam Phariſæus, hoc ipſo quod Chriſti obſequio ſe tradidit. fer. 4.poſt 4. Dom.6.

15 Hic ſi eſſet, &c. Stultus Phariſæus, iudicans Chriſtum imperfectum, quia peccatricem recepit. Imò ex hoc perfectum ſe ille comprobat quia in Deo idem eſt, eſſe miſericordem, & perfectum, & ex miſericordia comprobatur illius perfectio. T.4.249. ſequenti.

16 Neſciebat Phariſæos, hunc præcipuum

trium-

triumphandi modum de inimicis. De quibusdam triumphat Deus, expellendo & projiciendo in ignem æternum, de alijs recipiendo illos blande: hic triumphus illustrior, per quem sibi regnum parauit. Insipiens Pharisæe, quod regnum habuisset Christus, si peccatores non reciperet? T.4.182. vsque 187. 268. seqq.

17 Murmurat Pharisæus, tanta est enim Dei misericordia, vt excedat omnem captũ. T.1.37. seqq. 18. Simon habeo, &c. Non patitur Deus, vt quis contra Sanctos suos obmurmuret fer. 4. post 3. Dom. Quadrag. n. 7.

19 Vides hanc mulierem? Vide excellentiam eleemosynæ, quæ tanta est, vt per illam Deus se inducat, quasi obligatus homini. Vnde maior est, quam potestas faciendi miracula T.2.510.

20 Oleo caput meũ, &c. Consuetudo erat, vngere caput ad conuiuia T.2.126.127.

21 Vade in pace. Merito in pace dimittitur, quæ seipsam occularat, & punierat T.1.30. seqq.

Ter. 6. post Domin. in Passione, de concilio contra Christum.

1 DVo coniuncta videmus in Euangelio, malitiam hominum, quæ completa fuit, & ad summum peruenit, & bonitatem Dei, quæ similiter ad summum peruenit. Hæc duo coniunguntur, vt intelligamus, dimissa iniquitatem, cum completa fuit malitia, ideoque dimissionem iniquitatis nõ fuisse ex meritis nostris Dom. 4. Aduent. nu. 2.

2 Collegerunt ergo concilium contra Iesum. Vide quomodo si ira non comprimatur, tranſit in odium: ideo non comprimendam T.4.203. præced.

3 Quid faciemus? Volunt occidere Christum, quia signa diuina operatur. Quid lucidius Sole? Et obscuratur vaporibus è terra ascendentibus T.4.33.

4 Eadem sententia datur in cœlo, & consilio Pharisæorum, & ibi est summa bonitas, hic summa malitia, ex diuersitate intentionis. Est intentio, quasi cor operis, si cor sit feræ, feram constituit: si cor sit hominis, cõstituit hominem T.2.357. seqq.

5 Expedit, &c. Intentio examinanda est, nam sæpe iniqua est, quæ videtur bona T.2.385. seqq.

6 Expedit mors Christi ad multa peculiariter, vt ostendatur, quantum Deus odio habeat peccatum T.2.184.185.

7 Quamus Caiphas sententiam protulerit à Deo decretam, non gratũ exhibuit Deo obsequium, sed grande commisit peccatum, quia Deus illius intentionem metiebatur T.2.360. seqq.

8 Collegerunt igitur. Expende notam illationis, quæ indicat, in quod perditionis barathrum peruenerint tandem, qui principijs non obstiterunt. Ne des locum diabolo T.8.103. seqq. Ideo sit nasus tuus, sicut turris T.8.202.

9 Videtur hoc concilium simile illi, quod vidit Michæas, ad iustitiæ diuinæ executionem congregari. Vide concilium Deo permittente congregatum, in quo quid de Christo agendum sit, definiatur, vt diuinæ satisfiat iustitiæ. Et sicut ibi, quibusdam dicentibus sic, alijs sic: quod quidam diabolus dixit, omnibus placuit, ita & nunc, quod dixit Caiphas T.7.197. seqq.

10 Tollent locum & gentem. Ecce causam mortis Christi, auaritiam. Multi dati sunt in auro casus Balaam videt se male agere, & cadens apertos habet oculos, propter auaritiam, propter quam populum, quem videt & profitetur pulchrum, vult perdere T.7.194. seqq. Trahit hominem, vt Deum ipsum interficiat T.7.197. seqq. Est pulsus, quo diabolus, oculos illi eos excæcat T.7.198.

11 Moriatur. Verbo passiuo vtitur Caiphas proferens sententiam Spiritus sancti, quia Deus non definiuit, vt Iudæi Christum occiderent, sed vt Christus occideretur, & pateretur mortem T.8.9.

Dom. in Ramis.

1 VOluit Christus ad mortem tendens, festiuis acclamationibus excipi, vt ostenderet, lætitiam cordis sui, & quod dies mortis suæ, erat dies depositionis, & lætitiæ T.2.241. 244.

2 Nunc Christus honores regios acceptarat quos antea fugerat, omnibus omnia factus, sup. Dom. 1. post oct. Epiph. n. 1.

3 In tanta gloria, quam illi homines exhibebant petijt glorificari à Patre, indicans illam solum æstimandam gloriam, quæ est à Deo T.2.182.

4 Nunc Christus summa fuit exceptus gloria, & statim illum summis affecerunt contumelijs, vt discas hominum iudicia cõtemnere T.2.159. seqq.

Fer. 2. post Ramos, de vnctione Mariæ.

1 VNgi voluit Christus corpus suum ad sepulturam: cadauera condire, consuetum fuit apud antiquos T. 1. 97.

2 Fecit ei cœnam. Conuiuia aliquando sunt sancta ad conciliandam charitatem T. 2. 51. 52.

3 Iudas fremebat in Mariam. Diabolus tentat in ijs, ad quæ videt quemque propensum. Iudam vidit propensum ad auaritiam de hac tentat illum, & quia principijs non obstitit, ad vltimum exitium perductus fuit T. 8. 103. seqq. Habuit se diabolus sicut cancer capiens ostreum T. 8. 106. seq.

4 Ex quauis occasione diabolus tentationē construit. Ex tam bono opere, quale Maria agebat, laqueum Iudæ parat. Merito vocatur tentator T. 8. 75. seqq. Vnde debemus nos exhibere oculatos T. 8. 80. seqq.

5 Repræsentauit diabolus Iudæ vnguenti pretiositatem & valorem grandem, vt eum excitaret, ita repræsentat dolos, cum carbonibus desolatorijs T. 8. 177. seqq.

6 Diabolus suum laqueum extendit, ad capiendum Iudam, ille est auaritia, per quā etiam de regibus triumphat T. 7. 197. seqq. Multi casus dati sunt propter aurum T. 7. 194. seqq.

7 Christus Iudam se tradentem, vocat amicum, nunc murmurantem de Maria acriter obiurgat, quia sæpè Deus magis se ostendit iratus, contra offendentem Sanctos suos, quam se T. 4. 114. Merito potest quinis remittere ad illum vindictam offensarum suarum, & dormire ad voces offendentium, nam ipse causam suscipiet T. 4. 115. seqq. Non patitur Deus, vt quis contra sanctos suos loquatur fer. 4. post 3. Dom. n. 7.

8 Maria non curat murmurantem, nec curandam murmuratorum linguam, docuit Abigail T. 4. 120.

Fer. 5. in Cœna Domini.

1 DEus maioribus offensis prouocatus, maiora confert beneficia, & in qua nocte tradebatur seipsum tradituri dabat fer. 2. post Dom. in Pass. n. 2. & fer. 6. nu. 1.

2 Nunc in isto transitu, ostendit omne bonum instituens sanctum Eucharistiæ sacramentum, completque quod Moysi promisit T. 4. 184. vsque 187.

3 Hic transitus est, quem promisit Moysi ad ostendendam gloriam suam, nam illius gloria est benefacere peccatoribus, & remittere offensas T. 4. 184. seqq.

4 Nunc verè dici potest, misericordiam Dei excedere omnem captum. Non mirum quod Petrus quasi se turbatum exhibeat T. 1. 37. seqq.

5 Diabolus misit in cor Iudæ, vt Christum traderet, per auaritiam, cepit cor eius, sicut Nabuchodonosor, de regibus triumphauit T. 7. 198. Misit calculum sicut cancer ad capiendum ostreum fer. 2. præced. 3.

6 Cessare iam potest quæstio, quomodo Christus permiserit, se duci ad pinnaculum qui permisit se à Iuda in ipsius pectore, duci ad proditionem T. 7. 162. seqq.

7 Instituit Eucharistiam in adiumentum memoriæ T. 1. 178. 179. Vide in festo Corp. Christi.

De Passione Domini.

1 CHristus pro peccatis omnium satisfecit, in quo posuit Deus iniquitatē omnium T. 1. 40.

2 Tale est opus Passionis Christi, & ita relucet in ipso illius misericordia, vt excedat omnem captum T. 1. 37. seqq.

3 Diem desponsationis & lætitiæ Christus duxit diem suæ Passionis T. 2. 244. seq.

4 Orauit, procidens, congruit enim genuflexio, & humilitas corporis ad orationem T. 2. 8.

5 Orat Christus ingressurus Passionem, vt scias, necessarium esse diuinum fauorem, cū opus arduum aggrederis. Ita Iacob T. 8. 55. Id quod contra Pelagium ostendit Hieronymus T. 8. 42. seqq.

6 Christus timet, & est in Agonia, qui vt faciat opus suum, facit quod peregrinum videtur ab eo, sicut Iosuè T. 8. 67.

7 Petrum permisit labi, vt scias fugiendas esse occasiones, & loca peccatorū, in quibus iusti cadunt T. 7. 71. seqq. Extrahit Deus à talibus locis, quos seruare vult T. 8. 22. seq. Ideo Christus non iuisse, sed ductum ad locū tentationum, dicitur T. 7. 67. seqq. sup. fer. 5. post Dom. in Pass. nu. 5.

8 Discipulos appetebat diabolus, & nihil magis, quam illos cribrare, non contentus Iudæorum caterua, Petrum expetiuit, cuius caput in nauibus piscatorum T. 8. 28. sup. fer. 4. post 4. Dom. Quadr. n. 6.

9 Cœpit Petrus flere, numquam viuens cessauit.

ceſſauit. Non quæuis lacrymæ ſufficiunt T.1. 10.ſeqq. Et caue ne ſtatim te cõuertas ad ſtultitiam T.1.42.ſeqq.45.ſeqq.

10 Cur Chriſtus interrogatus à Iudicibus tacet, cuius fauces, raucæ factæ, videbantur T. 1.146.

11 Indutus fuit veſte alba, tanquam regni prætenſor T.5.35.

12 Iam non mirum, ductum fuiſſe à diabolo ad pinnaculum, qui permittit ſe duci ab illius miniſtris ad crucem, & Caluariæ locum T.7.162.ſeq.

13 Pater ignoſce. Ecce botrum Cypri percuſſum gladio, emittentem balſamum T.4. 176.ſeq. T.5.245.

14 Cur Chriſtus in cruce exaltatus, primo orat pro inimicis. T.5.227.

15 Latro quomodo cognouit Chriſtum, filium Dei eſſe, qui quaſi vidit illius faciem ſicut Iacob T.5.197.ſeqq. Ibi oſtenſus eſt Chriſtus filius Dei, per ſplendores ſanctorum T. 5.205.ſeqq.

16 Iudicia Dei non examinanda, cur ſaluus fuerit Latro, & Iudas damnatus, ſed dicendum, Sanctus, Sanctus, &c. T.4.98.

17 Latro Chriſtum confitens, martyr cenſeri debet, ex voluntate, per quam fecit inuentionem in bono oculo T.2.374.

18 Cur Chriſtus promiſſurus Latroni regnum præmiſit iurandi notam, Amen T.2. 215.

19 Sepulchro alieno iure Chriſtus conditus T.1.131.

20 Virginis dolores ſupremi fuerunt, maioribus enim ſanctis, maiores tribulationes dat Deus, vt illæ maius gaudium in illorum cordibus generent T.2.251.ſeqq.

In Reſurr. Domini.

1 CHriſtus vicit dæmonis potentiam, ſicut Ioſuè Haitas, nam abſcondens milites fortes, exhibuit infirmos, &c. T.3. 67.ſeq.

2 Reſeruauit Chriſtus plagas, tanquam gloriæ ſuæ ſtemmata T.4.190.ſeqq.

Fer.2.

CIto adeſt Chriſtus præſens loquentibus de ſe, ſicut etiam ſibi euenſſe, indicat Sponſa T.2.264.

Fer.3.

1 ANtiqua Lex erat militia, ideo ad pacem ordinata. Completa fuit militia, ecce adeſt pax. Pax vobis T.5.85. vſque 89. Pacem offert, iam omnia pace redundant. T.5.94.

2 Plagas cur ſibi reſeruauit T.4.190.ſeq.

Fer.5.

COr nobile habet Maria, quæ non contenta eſt Angelorum præſentia, ſed ipſummet Chriſtum quærit T.2.169.

In Rogat.

1 Proceſſionum vſus, antiquus T.4.175.

2 Oratio vt efficax ſit, habeat ſecum comites ieiunium, & eleemoſynam T.2.84.vſque 94.100.416.vſque 424.

3 Voluit Deus vocari Pater, vt illum intelligas, totum relatum ad te, & ſcias, qualiter debeas erga illum te habere T.2.322. ſeqq.

In Aſcenſ. Domini.

1 REcumbentibus, & conueſcentibus apparuit Ieſus. Conuiuia aliquando ſunt ſancta, quæ fiunt ad veram charitatem conciliandam T.2.51.52. Conuiuia mentem obtenebrant, & impediunt attendere diuinis. T.2. 4.63.vſque 94. Sed non tale conuiuium Apoſtolorum.

2 Increpauit diſcipulorum incredulitatem, quaſi faciens ventis pondus, ſicut in Petro dicens. Vade Satana T.1.160.

3 Prædicate, Grande beneficium præſidicatores mittere T.1.177.178. Neceſſe habet homo, vt doceatur bene agere T.1.74. ſeqq.

4 Chriſtus verius quam Promethæus homines ſapientes facere voluit, ideo ſapientiam è cœlis in terram demiſit T.2.453.

5 Euangelium. Ecce gloriam Dei, prædicari Euangelium, & remiſſionem ijs, qui illum occiderant T.4.183.vſque 178. Nunc poſſumus dicere quod Iacob: Vidi Deum facie ad faciem T.5.197.ſeqq.

6 Euangelium. Nouam legem promulgari, abrogata antiqua fuit expediens: legum enim mutationes, vtiles ſunt aliquando T. 5.1.2.3. Adimplet, quod dixerat, ſe adiecturum ſecundo manum ſuam T.5.4. Flores iam apparent, regnum cœlorum exprimitur T.5.5.

7 Euangelium. Expediens erat, vt nouam rempublicam condens Chriſtus, nouam legem

legem traderet T. 5. 10. seqq. Vt cum perpendiculo ædificaret ciuitatem suam T. 5. 15. seqq. Vt fasciculum suum ligaret, quem in terra fundabat T. 5. 21. seqq.

8 Euangelium. Ecce legem tuæ reipublicæ, vt iam non amplius tibi indecedentem iudices crucem, & Euangelica dogmata *T.* 5. 162. seqq. Ecce Decretum, euacuans mandata, vt fiant vtraque vnum, & omnis creatura vniatur sub vna lege T. 5. 88. seqq.

9 Omni creaturæ. Est Euangelium virtus Dei, in salutem omni credenti, deuorans omnes leges sicut virga Moysi omnes serpentes Magorum. Ideo non erubescendum Euangelium T. 5. 173. seq. Nunc abbreuiationem facit inundantem iustitiam T. 5. 193. seqq. Antiquum populum fascijs inuoluit, nunc legem viris congruam dat T. 5. 189. Per hanc possumus filij Dei fieri, ideo auscultemus Euangelium, melius, quam Heua serpentem T. 5. 195. seq.

10 Quam diuersa ratione nunc Euangelicam legem promulgandam tradit Apostolis, quam legem antiquam Moysi, promulgandam Iudæis T. 5. 91. seqq.

11 Serpentes tollent. Ecce ad quid dæmones relicti fuerint in mundo, vt illos vincerent, & expellerent pauperculi piscatores T. 7. 5. seqq.

12 Christus cœlum ascendens dimisit in mundo Apostolos, tanquam semen sanctum, quos quia peculiariter diabolus erat impugnaturus, iussit vt manerēt, quousque vestirentur virtute ex alto *T.* 8 71. seqq.

Dom. infra oct. Ascens.

CVm venerit paracletus. Quid operatus fuerit Spiritus sanctus in Apostolis, reddens illos potentiores ad omnia venena pellenda, quam fuerint Marsi, & Psyllij T. 8. 46. Roborans sicut cœlos, & fulmina T. 8. 49. seqq. Contra quos diabolus erat coram suam potentiam conuersurus T. 8. 73.

De Spiritu sancto.

1 VT spiritus Dei habitet in nobis, oportet deponere proprium spiritum T. 1. 147. 148.

2 Christus non præcipit impossibile, T. 5. 65. Præcipiens aliquid, dat virtutem ad illud, vt in Moyse ostendit T. 5. 66. Præcipit Apostolis prædicare omni creaturæ, oportebat dare illis sapientiam, & linguam. Hæc omnia præstitit per Spiritum sanctum venientem in igneis linguis. Supponendus erat Spiritus sanctus, vt Apostoli fortiter agerent, sicut suppositus fuit in Stephano. T. 4. 131.

3 Amor Dei purus est, qui facit opera nostra meritoria. Ideo valde meritorium fuit opus Abrahæ T. 4. 130. Spiritus sanctus est talis amor, ideo nobis necessarius *T.* 4. 131.

4 Qui vult recipere Spiritum sanctum, mundet cor à peccato, & odio T. 5. 258.

5 Necessarij erant noui homines ad Euangelicam doctrinam, quam Christus tradidit. Venit Spiritus sanctus illos creans, & nouas creaturas faciens T. 5. 187. seqq.

6 Si quis diligit me, &c. Qui diligit, omnia complet, est enim amor, ignis, quem flumina non obruunt T. 4. 45. seq.

7 Lex Euangelica est lex amoris, scripta in cordibus. In corde primum operatur amor, qui est primum mouens, illeque potenter operatur *T.* 5. 43. seq.

8 Ad eum veniemus. Quanta animæ dignitas, quam Deus eligit tanquam suæ habitationis locum, & regnum T. 8. 38.

9 Dum complerentur, &c. Ecce completam militiam, & valles iam implentur per gratiam & Spiritum sanctum T. 4. 85. seqq.

10 Per ventum multa Deus operari consueuit T. 1. 160.

11 Venit Spiritus sanctus, in igneis linguis, ad indicandam vim, quam pectoribus Apostolorum inferebat. Ignis enim Dei ardet in aqua T. 4. 45. seq.

12 Lex Dei requirit lucem ab ipso Deo. Dederat Christus legem, nunc dat lucem, per Spiritum sanctum, qui venit, vt ignis illuminans T. 4. 68. seq.

13 Validos, & fortes reddidit Spiritus sanctus Apostolos, quos vnxit potentius quam vncti fuerunt Marsi, aut Psylli T. 8. 46. seq. Quos firmauit sicut cœlos, & posuit instar colubri tortuosi T. 8. 49. sequ. Contra illos diabolus totam suam mouit potentiam, sed in vanum T. 8. 73. seq.

14 Mansionem faciemus: Diabolus manet cum obsequentibus sibi, & permanet accusans, & confundens, multo magis Deus manet, cum obsequentibus sibi, defendens eos, & protegens T. 8. 209.

15 Si quis diligit, &c. Qui non seruat omnia, non diligit, etsi vnum seruat, non seruat propter amorem Dei, & qui offendit in vno, fit omnium reus T. 2. 258. seq.

Fer. 2.

Fer. 2. Pentecostes.

1 BEne ostendit Deus amorem suum, dãdo filium in mortem, pro salute mundi. T. 5. 249. seq.

2 Summo amore diligit Deus peccatorẽ, & summo odio odit peccatum. Hæc duo ostendit moriendo, vt moriatur peccatum, & viuat peccator. T. 4. 260. seqq.

De Sanctiss. Trinitate.

1 QVid sit Deus, duabus definitionibus explicant Theologi, vt dixerit Ioãnes, mentiri, qui dicit, se nosse Deum, si non diligit. T. 1. 193. 194.

2 Trinitatis mysterium antiquitus indicatum T. 1. 155.

3 Potestas in cœlo, & in terra, id est, in omni loco T. 2. 188.

4 Docere omnes gentes. In festo Ascensionis, prædicare Euangelium.

In festo Corpor. Christi.

1 VEnit Christus in bonis adimplere desiderium tuum. Primum desiderium est vitæ, venit dare vitam æternam. Ad hanc instituit hunc cibum T. 2. 428. sequ.

2 Veritas huius mysterij patet ex Christi iuramento, Amen. T. 2. 213. Verba enim Christi consideranda sunt, non rationes humanæ, ad hoc mysterium agnoscendum T. 5. 120. seq.

3 Hoc beneficium processit ex Dei misericordia. Hæc excedit omnem creatam mentem, ideo etiam mysterium excedit omnem captum T. 1. 13. seq.

4 Venit Filius Dei, soluere opera diabolí: illa graditur super ventrem: ex quo oritur omnis concupiscentia. T. 7. 79. seqq. 84. Christus cibum constituit ventrem, & mentem roborans ad bonum, & eneruans concupiscentiam.

5 Dicebat Dauid: Satiabor cum apparuerit gloria tua. Gloriam Dei vocat illius passionem, nam hanc sibi Deus supremam reputat gloriam pro peccatoribus mori, ideo dixit, se daturum in Ierusalem gloriam suam T. 4. 184. seq. Tunc satiatur, quia in qua nocte tradebatur. Christus dedit hunc Panem satiantem.

6 Quando maioribus offensis mundus contra Christum agebat, maiora beneficia accepit ab illo, dicente: Accipite, & comedite, &c. Hic Dei mos, vt tanto nos maiori obligatione deuincat, quanto minus tantum bonum merebamur T. 4. 173. vsque 178.

7 Homo voluit esse similis Deo, vt hoc consequeretur assumpsit cibum, per quem similis factus est bestijs. Venit Filius Dei adimplere desiderium nostrum, & dat cibũ, præstantem vitam, & esse Dei T. 5 242. seq.

8 Grandis misericordia, Christum se tradere peccatori, quem secum ducat, vt iam cesset quæstio, cur permissus fuerit duci à dæmone ad pinnaculum T. 7. 162. seq.

9 Cibi istius præstantiam ostendit Deus in Manna, cibo Angelorum T. 7. 159. seq.

10 Abstinentia circa corporalem cibum, claudit ora Leonum infernalium T. 2. 37. vsque 42. Istius autem potius aperit ora Leonum, quam comestio claudit.

11 Differt hic cibus ab alijs, nam alij cibi sunt per quos diabolus omnia peccata, & idololatriam inducere solitus fuit T. 2. 27. sequ. Hic cibus inducit omnes virtutes, & posuit Christus contra malum, bonum, sicut dixit Sapiens T. 2. 512. T. 7. 33. T. 8. 148. seq.

12 In me manet, & ego in illo. Si se tibi tradit totum, tu totum te illi trade, sic t faciebat Sponsa T. 2 327. seq. Est pater, totus relatus ad te: tu esto totus relatus ad ipsum T. 2. 322. seq.

13 Si tam potens fuit terra, quam calcabat Eliseus, ad superandas tentationes ab eo, qui illam secum portabat T. 1. 184. seq. quanto magis hic cibus?

Dom. 2. post Pent. de cœna.

1 VOcat Deus ad cœnam suam, & inuitati nolunt audire, sed ad proprias voluptates se conuertunt. Hos desperatos iudicat Esaias T. 1 5. 6.

2 Mirum est, quod homines inueniant excusationes, ne Deo obsequantur, qui tamen omnia postponunt, vt suis satisfaciant voluptatibus T. 4. 150.

Dom. 3. post Pentec.

1 GAudium est in cœlo, & dies esse debet lætitiæ, cum peccator conuertitur T. 1. 2. 3. Et lætum diem ducit Deus, cũ benefacit T. 2. 235.

2 Pha-

2 Phariſæi ad diſcipulos calumniantur Chriſtum, quod peccatores recipit, & ad Chriſtum calumniantur diſcipulos: filios diaboli ſe comprobantes. feria 4. poſt 3. Domin. Quadrag. 3.

3 Stulti, iſti, neſciunt, Chriſti grandem eſſe gloriam, peccatores recipere, ex quo ſupremum triumphum ſibi parant. T. 4. 182. vſque 187. fer. 5. poſt Dom. in Paſſio. nu. 16.

4 Neceſſarium fuit, peccatores blande ſuſcipere, ne deſperarent T. 1. 19. ſeq.

5 Non ſemper conuiuia ſunt reprehendenda, quæ ſancta ſunt cum fiunt, ad concilianda charitatem T. 2. 51. ſeq.

6 Qui fuerint Publicani, cum quibus Chriſtus edebat, vnde reprehendebant illum Phariſæi T. 4. 243. ſeq.

Dom. 5. poſt Pentec.

1 Vita Chriſtiani præſtare debet alijs, & ambulandum eſt illi in nouitate vitæ. T. 5. 31. ſequ. Eſt in ſuprema parte arcæ T. 5. 127. Quia maiora nobis contulit, maiora à nobis expoſcit T. 5 259. ſeq.

2 Abundantior a nobis requiritur iuſtitia, quorum opera metienda ſunt menſura ſex cubitorum, & palmi. T. 5. 254. ſequ. Et nouus legislator, nouum quid petit T. 5 259. ſeq.

3 Quomodo Chriſtiani tenentur eſſe perfecti, contra Manichæos T. 5. 27. ſeqq. Phariſæi legem corruperant, & debemus maiori iuſtitia præſtare T. 4. 12 13.

4 Deus vult ſibi offerri ſacrificium quieto animo, quem vindicator non habet T. 5. 106. ſeq. Nihil magis cor quietat, quam offendenti parcere T. 5. 112. ſeq.

5 Dimittatur ſacrificium, vt concilietur charitas, ſine qua nihil rectè ædificatur T. 4. 39.

6 Hæc doctrina Hiſpanis principaliter quadrat, quorum peculiare peccatum eſt vindicta T. 4. 36. ſeq.

7 Oratio tunc quiete fit & ſacrificiũ, quando cor quietum eſt erga proximum, vt patet in Dauid T. 4. 124. ſeq. Ira eſt ignis, qui niſi extinguatur, ſuccendit totum cor. Ideo cõtinenda, ne ex radice cor obruat egrediatur regulus T. 4. 199

8 Quomodo agendum ſit, quod Chriſtus præcipit de dimittendo ante altare ſacrificio, &c. T. 5 213. ſeq.

Vide Dom. 4. Quadrag.

Dom. 6. Dom. 8. poſt Pentec.

1 Diues œconomus potius eſt, quam Dominus diuitiarum, cui Deus diuitias commendauit in pauperes profundendas T. 2. 504. 505. Cadet ſi non ſupponit fundamentum eleemoſynæ. T. 2. 511. ſeqq.

2 Chriſtus verius quam Promothæus nos facit ſapientes, docens, quomodo noſtra, ad noſtram vtilitatem conuertere debemus T. 2. 453. Potiori iure laudandus, quam Saturnus docens vtilitatem carpere ex ſtercore T. 2. 537. Infelix qui ſibi non eſt bonus, nec ſibi ex ſuis bonis prouidet T. 2. 456. ſeqq. Bene conſulit Sapiens T. 2. 481. ſeq.

3 Sæpè diuiræ ſunt congregatæ in malam domini ſui: iuſtum eſt ergo ex eis facere amicos T. 2. 465. vſque 469. Fac de veneno diuitiarum antidotum T. 2. 516.

4 Diues cum interierit, non ſumet omnia: fac tibi viuens amicos T. 2. 470. vſque 476. Hoc quod dederis pauperi tibi reponis T. 2. 499. 500. Ideo poſuit Deus pauperes in mundo T. 2. 493. ſequ. Illos propterea Sancti rogabant, vt bona ſua acciperent T. 2. 522. ſequenti.

Dom 9 poſt Pentec.

1 Fleuit Chriſtus perditionem ciuitatis, qui triſtatur puniens, lætatur benefaciens T. 2 38. ſeq. Et diem deſponſationis, & lætitiæ ducit, cum pro nobis moritur T. 2. 241 244.

2 Circumdabunt te inimici tui, quia non recogitas T. 1. 166. 167. Comprehendent te, ſicut Pharaonem T. 2. 476 ſeq.

Dom. 10. poſt Pentec.

1 Publicanus bene manet non audens oculos leuare, triſtitia enim, & confuſio decens eſt peccatori T. 1. 8. vſque 16. Debet eſſe ſatagens, & dolens T. 1. 16. Et habere fructus dignos pœnitentiæ T. 1. 45. ſeqq Et bene percutit pectus ſuum, confitens malitiam T. 1. 24. 25. Qui ſic ſe caſtigat, non caſtigatur à Deo T. 1. 30. ſeqq. Sic debent peccatores ſe coram Deo præſentare, confuſi. T. 1. 110. 111.

2 Percu-

2 Percutiebat pectus ſuum Publicanus. Bene incipiebat ab accuſatione, & cognitione ſui T. 1. 198. ſeqq. Sufferebat iniurias à Phariſæo, & ſe diſpoſuit ad veniam. T. 4. 220.

3 Phariſæus ſuperbus nullam perfectam virtutem habebat, quæ ſine humilitate eſſe non poteſt, & omnibus vitijs erat plenus in quo regnabat ſuperbia T. 1. 58. 59. Miſer ſuo triumpho ſepultus T. 2. 142. Per victimas declinauit in profundum. T. 2. 146. Non cuſtodiuit, quæ operatus fuit T. 2. 299. ſeq.

4 Inanis gloria egreſſa fuit opere perfecto, non eam iugulauit T. 2. 287. ſeqq. Latenter fuit ingreſſa cor eius, & omnia infecit T. 2. 134. ſequ. Vide opera quæ agis, iam legitime agenda ſunt T. 2 233. ſequenti. Limpidi lapides ſunt neceſſarij T. 2. 303. ſeqq. Perdit opera ſua, qui illa prodit T. 2. 305. vſque 309.

5 Voluit Chriſtus probare, ſupremum peccatorem, ſanctiorem extitiſſe Phariſæo, ideo Publicanum inducit T. 4. 243 ſequ. Et ita ſæpè accidit.

Dom. 12. poſt Pentec.

1 QVomodo charitas ſit in præcepto, & alia de charitate T. 4. 38. ſeq.

2 Quis ſit proximus, quem tenemur ex charitate diligere T. 4. 14. ſeq. Quomodo multi cognati non ſint proximi T. 2. 500.

Dom. 13. poſt Pentec.

MAle egerunt leproſi curati: non agentes gratias: hoc confundere illos debebat T. 4. 154. Et vt fluant beneficia, oportet de receptis gratias agere T. 2. 260. ſeq.

Dom. 14. poſt Pentec.

1 INfelix diues, qui diuitijs ſeruit: eſt iumentum ferens, & recondens in terra tribulationis T. 2. 431. ſequ. Dura ſanè ſeruitus auari, caput aſpidum fugit T. 2. 436. vſque 442. Venit Chriſtus nos ab Anguſtijs liberare, & quia anguſtia oritur ex auaritia, procurat illam eradicare.

2 Ne ſolicitus ſis, poterit te Deus ſuſtentare per quamcumque rem etiam per famem T. 8. 117. ſeqq. Qui pater tuus vocari voluit, vt videas illum totum relatum ad te, qui propter te, omnia produxit T. 2. 322. ſeq.

3 Hæc omnia adijcientur vobis. Eſt Deus, qui non ſolum bona ſpiritualia, ſed & temporalia largitur T. 8. 95. Nec vult, vt cum tui perditione ſibi obſequaris. Ideo etiam temporalia adijciet. T. 5. 180. ſeq. Vide Domin. 4. Quadrag.

4 Iuſtitiam Regni cœlorũ, cur vocet Chriſtus opera bona T. 4. 278.

Vide fer. 5. poſt 4. Dom. Quadrag.

Dom. 15. Dom. 17 poſt Pentec.

1 DIlige ex toto corde, quia ipſe te ex toto corde dilexit, qui omnia operatus fuit propter te T. 2. 322. ſeq. Bene Sponſa dixit, Dilectus meus mihi, & ego illi T. 2. 327. ſeq.

2 Mandatum primum, eſt diligere Deum, ſecundum ſimile eſt illi, qui oritur ex illo: etſi enim proximo nihil debeas, propter Deum teneris illum diligere T. 5. 129. vſque 134.

Dom. 19. poſt Pentec.

1 SIne gratia, quæ veſtis nuptialis eſt, nihil Deo eſt abſolutè gratum, & poteſt dici opus ſine gratia, Ichabod T. 2 300. ſeqq. Non ſufficit fides ad ſalutem, ſed requiritur veſtis puræ mundæque conſcientiæ T. 2. 297.

Dom. 20. poſt Pentec.

1 CRedebat Regulus, quod Chriſtus ſuis ſe deberet diuitijs ſubijcere: ideo cum authoritate debet prædicator agere cum diuitibus T. 2. 249.

Dom. 21. poſt Pentec.

1 HÆc parabola cõgruit Hiſpanis, quorum peculiare peccatum eſt, nõ velle dimittere offenſas T. 4. 36.

2 Iuſſit venundari vxorem. Tunc vxores pleno iure ad viros pertinebant, quas emebant T. 2. 244.

1 Duo vides in Rege: primò, quod facile dimiſit roganti: ſecundo, quod facile ipſum condemnauit. Eſt Deus ſpeculum, talis erga ſe exhibent, qualis tu erga illum T. 1. 29.

4 Facile dimittit, quia eſt benignus, & miſericors T. 1. 13. vſque 27. Eius miſericordia omnem captum excedit *T. 1. 27.* ſeqq.

5 Suffocabat. Quam diuerſo pondere noſtra & aliena ponderamus. Hæc etſi leuia, grauiſſima iudicamus, & ſuffocandum iudicamus proximum, propter leue debitum, illa etſi grauiſſima ſint, iudicamus leuia, & quod ad vnum verbum ſint dimittenda. Iniqui ſumus æſtimatores, ideo nobis interdicit Deus vindictam de offendētibus nos ſumere T. 4. 108.

6 Serue nequam. Grauius Deus leues punit offenſas contra proximos, quam contra ſeipſum T. 4. 114 cum præcedent.

7 Iuſtiſſimè Deus non dimittit, non dimittenti, & rectè id offendit Sapiens, & egregiè hæc parabola T. 4. 137. vſque 144.

8 Sicut ego tui miſertus ſum. Patientia & remiſſio offenſæ ſingulariter nos Deo ſimiles facit, quaſi Deo æquat T. 4. 252. ſeqq.

9 Peccata dimittuntur per orationem humilem T. 4. 217. ſequ. Et quomodo non dimittentibus Deus non dimittat T. 5. 217 vſque 233.

Dom. 22. poſt Pentecoſtes.

1 MVtant iſti ſtudia tentandi, ſicut Balaam ſitus, ſed confuſi in prioribus, confundentur in ſequentibus T. 7. 185

2 Filij diaboli, cuius nerui ramificati ſunt, vt ex hac, vel ex illa parte capiant T. 7. 115. Primo inſtigant ad aliquid, vt inde occaſionem accuſandi ſibi faciant, ſicut diabolus facere ſolet T. 7. 129. ſeq.

5 Iſtos Chriſtus confundit, ſic enim cum huiuſmodi agere ſolet, vt illis illudat T. 7. 10. ſeq.

Dom. 23.

1 FImbria Chriſti grandem virtutem habebat vt offendat reliquias ſanctas venerandas. Æſtimanda fuit terra, quam calcabat Eliſeus T. 1. 184. ſeq.

In Dedicatione Eccleſiæ de Zachæo.

1 QVis Zachæus fuerit, quod eius officium, qui erat Princeps publicanorum T. 4. 243. ſeq.

2 De Chriſto comedente cum Publicanis, & murmuratione Phariſæorum, vide ſupra Dominica 3. poſt Pentecoſt. Et bene conuiuium facit Chriſto Zachæus, ſciens diem eſſe conuiuij, quando nobis benefacit. T. 2. 238. ſequ.

De S. Andrea.

1 VEnite poſt me. Venit Filius Dei, vt homo ſimilis Deo fiat: ideo ſeipſum propoſuit, quem imitemur: attendendus ille, vt filij Dei efficiamur *T. 5. 242.* ſeq.

2 Iſaias viſum & auditum erga Chriſtum à nobis expoſcit, vt audiamus, quæ docuit, & faciamus quæ fecit. Bene nunc dicit, venite poſt me T. 7. 29. Diabolus illos hominibus propoſuit Deos imitandos, qui fuerunt homines ſcelerati: Chriſtus ſeipſum verum Deum: cuius diuinitatem veram poſtquam confeſſus eſt Petrus, audiuit: Si quis vult poſt me, &c. T. 7. 35. ſeq.

3 Aliquid altius à nobis nunc petit Deus, quam ab antiquis, ideo non alium à ſe ponit in exemplar, vt noſtram expendamus obligationem T. 5. 259. ſeq.

4 Non eſt, quod inimicos, aut crucem timeamus, cum nos præcedat Chriſtus animos nobis faciens, magis, quam eques præcedens Iſraelitas T. 8. 7.

5 Continuo &c. Grandis potentia verbi Dei, cui venti & mare obediunt T. 4. 79. ſeq. Ideo non fuit leuitas, vt dixit Iulianus, ad vnam vocem ſequi Chriſtum, præſertim cum ad vnum verbum Regum terræ, homines ſe exhibeant obedientes T. 4. 76.

6 Continuo. Non differenda Chriſti ſequela, nec pœnitentia T. 2. 54. ſeq. Diabolus continuo ac videt poſſe tentare, tentat T. 1. 232. ſeq.

7 Continuo. Qui non reſpondent, ſicut oportet, Deo vocanti peribunt T. 5. 6.

8 Deus non penſat cenſum, ſed affectum T. 2. 351. vſque 378. Vide Tract. 2. p. 2. ferè per totam.

In feſtis B. Virginis.

Liber enarrationis.

1 LIber generationis. Eget homo adiumento memoriæ, quia eſt obliuioſus, ideo ſcribantur in libro, quæ debet tenere memoria T. 1. 178. 179.

2 Abraham. Quantum æstimauit Deus opus Abrahæ quod pure propter Deum egit. Talia opera præmiat T.4. 130. sequenti. Et non respexit, quod fecit, sed quod facere voluit, nam secundum affectum voluntatis retribuit, quem primo considerat T.2. 351. seq. Opus sine recta intentione non ei placet, est victima sine corde T.2.357. vsque 377.

3 Filij Dauid. Dauid ponitur in capite Generationis, quia quamuis peccauit, pœnitentiam egit per quam restituuntur bona amissa T.1.52.53.

S. Stephani.

1 DEus sæpè maioribus offensis prouocatus, maiora confert beneficia, & ad illos qui futuri erant sui sanguinis effusores, & necatores, mittit Prophetas, & sapientes, &c. T.4.173. vsque 178.

2 Quam grande beneficium mittere Prædicatores & Doctores T.1. 74. vsque 78. 83. seq.

3 Illi erant genimina viperarum occidentes Prophetas, & patentes suos spirituales T.1.45.

4 S. Stephanus plenus Spiritu sancto erat, & amore Dei puro T.4.131. & ex cõsequenti mundissimo corde T.5. 258. Singulariter cur pro Saulo orauerit T.4.192. seqq. Quam sine perturbatione extiterit inter inimicos perturbatos, & frendentes dentibus T.5.118. cum præcedent.

5 Relinquetur vobis domus vestra deserta. Merito sane, nam si ab illa expulit Deus necatores filiorum suorum, multo magis expellendi erant necatores Dei T.7.166.

S. Ioannis Euangelistæ.

1 SAnctus Ioannes Euangelista, quomodo è vita discessit: descendens in sepulchrum T.1.124. Martyr censeri debet T.2. 370. seq. Eius sermo perpetuus erat de charitate, & dilectione fraterna.

Sanctorum Innocentium.

HIs pueris profuit Herodes magis odio, quam posset obsequio, vt in illo videamus thesauros grandinis. T.5.140. Seruiuit illis T.5.143.

In Conuersione Sancti Pauli Apostoli.

1 ECce retributiones Dei, pro quibus Dauid Deum laudandum prædicabat, pro offensis dare misericordias T.4. 173. seq Est Christus botrus Cypri, qui percussus & punctus, stillauit illud ballamum, Saule, Saule &c. T.4.176. seq.

2 Hodie dies est gloria Dei, qui gloriatur reputat parcere inimico, & peccatori, & maiorem gloriam, maiori peccatori T.4. 182. vsque 187. Vide Dom.3. post Pntec. Potest Paulo applicari, quod dixit Deus per Isaiam: Durus es, &c. T.4.180.

5 Continuo. Vide in festo S. Andreæ. 5.6. 7. Nec mirum, quod tam cito Saulus se subiecerit, quia vox Dei est efficax. ibidem num.5.

6 Quomodo profuit Saulo oratio Stephani T.4. 192. seq.

In Purificatione B. Mariæ.

1 CVr mulier, quæ virum pariebat, immunda erat quadraginta diebus, quæ fœminam, octoginta T.1.95

2 Primogenita & pretiosiora Deus sibi offerri postulabat, ideo præcipuum, quod sibi vult offerri, est cor, & homo ipse: non sicut Cain T.2.282. seq.

3 Cur cum primogenita offerebantur dicebãtur sanctificari, & quomodo ex eo quod aliquid Deo oblatum est, aliquam contrahit sanctitatem, ideo non prophanandum T. 2. 392. seq.

4 Simeonem egregijs encomijs prædicat Spiritus sanctus. Nullus maior præco virtutum Sanctorum suorum, quam Deus, qui ex alia parte ab ipsis exposcit, bona sua fieri in abscondito T. 2. 342. vsque 350.

5 Iustus. Hoc primo supponendum, quia homo est iustus per gratiam, & hæc supponenda, vt opera sint Deo grata & meritoria. T.2.300. seq.

S. Matthiæ Apostoli.

1 CHristus gratias agit Patri, pro his quæ in nomine suo fiebant. Non sunt tur gloriæ Dei. Quanto magis nos debemus Deo gloriam tribuere de bonis, quæ facimus T.2.187. Iracitur Deus contra il-

g 2 los,

los, qui gloriam sibi accipiunt. T. 2. 192. seq.

2 Docuit Sapiens seruandum honorem, non faciendo aliquid, propter quod possit homo confundi. Tale est si non agit gratias pro beneficijs receptis. Ideo Christus gratias agit. T. 4. 154. Etsi ille gratias agit, quia Deus reuelauit nobis mysteria sua, quanto magis nos? Gratias agentes Deo, inquit Apostolus, qui nos eripuit de potestate tenebrarum, &c.

3 Confiteor tibi, &c. Dei iudicia adoranda, non examinanda, & intelligendum, esse sanctum quicquid facit. T. 4. 98. seq. Humiliter adoremus voluntatem Dei, quam qua Habacuc voluit nuestigare, se reprehendit. T. 4. 96. seq. Certum est, bonum esse, quicquid Deo placitum est. T. 2. 94. seq.

4 Reuelasti ea paruulis. Humiles sunt, qui percipiunt diuina mysteria. T. 5. 121.

5 Venite post me. Quam diuerso modo se habet Deus nunc, & quando dedit legem Moysi, qui exterritus fuit. T. 5 91. seq.

6 Bene potes accedere ad eum cum fiducia, qui sedet in throno misericordia, excedente omnem captum. T. 1. 35. seq. Accede ad eum, vt quiescas aliquando, tibique prouideas sicut Iacob. T. 2. 462. seq.

7 Bene dicitur Deus Amator hominum, qui Angelos peccante proiecit, homines peccantes ad se trahere vult. T. 1. 19. seq.

8 Onerati estis. Peccatorum pondus est grauissimum. T. 1. 4.

9 Reficiam vos. Per pœnitentiam omnia restituuntur. T. 1. 52. 53.

10 Tollite iugum. Tota lex seruanda est, qui offenditin vno, fit omnium reus. T. 2. 258

11 Discite à me. Ecce in quo Christo debes esse similis in humilitate. T. 4. 251. Quam vt doceret, venit. T. 1. 59.

12 Iugum meum leue. Lex Euangelica suauis dicitur comparatione ad veterem. T. 5. 82. seq. Antiqua lex, fuit militia, completa per Christum. T. 5. 85. seq. qui antiqua mandata, breui decreto euacuauit. T. 5. 88. seq.

13 Lex Dei suauis, at mundi, & diaboli leges graues. T. 5. 96. seq. Et iugum Dei dicitur leue quod alleuiat animas. T. 5. 101. sequenti.

S. Ioseph.

1 TAcet Virgo Beatissima, quæ sciebat, se hortum signatum, & quod missurus esset Deus ventos, qui extraherent fragrantiam florum, & aromatum. Ipse vult, à te abscondita teneri dona sua, quæ ipse manifestanda assumit. T. 2. 342. vsque 350.

In Annunciatione Dominicæ.

1 HOdie est dies desponsationis, & lætitiæ cordis Filij Dei, cum assumit carnem passibilem. T. 2. 241. seq.

1 Filij Dei iam effici possumus, quia Dei Filius factus est filius hominis. T. 2. 443. sequenti.

3 Christi Aduentus fuit sine meritis. Vnde tunc promissus fuit, quando peccata magis Deum prouocabant, vt maiores gratias reddere teneamur. T. 4. 173.

4 De domo Dauid Egressa est Virga de radice Iesse, quando iam domus Dauid videbatur absumpta. T. 8. 44.

In festo S. Crucis.

S. Marci. Vide in festo Sancti Luca.

1 VEnit Nicodemus nocte. Male confundebatur, & verecundabatur de confessione Christi. Nemo enim debet confundi facere, quæ bona sunt, nec contraria vero honori. T. 4. 153. seq.

2 Nescis vnde, &c. Difficilis est ad cognoscendum natura ventorum. T. 1. 160.

3 Miratur Nicodemus doctrinam Christi. Non erat Legislator, noua lex, noua Respublica, expulsis pannis infantiæ. T. 5. 189.

4 Quod vidimus testamur. Christus fuit comprehensor ab instanti suæ Conceptionis. T. 1. 145.

5 Crux cur dicitur, Signum Filij hominis, ex qua Christus stemmata sua desumpsit. T. 4. 190. seq.

6 Christus vexillum eripit, quod Christiani sequi tenemur. T. 4. 175. seq. Quod enim ibi dicitur, de præcepto dilectionis, dici potest de Cruce.

7 Est Crux, lignum Eliseæ, quo extrahitur decretum diuinæ prædestinationis. T. 5. 246. seq.

S. Ioannis ante portam Latinam.

1 QVod S. Ioannes bibit calicem voluntate, & affectu: quē Deus principaliter

ter expendit T.2.370. Qui non penſat cenſum, ſed affectum T.2.351. vſque 378.

S. Petri Apoſtoli.

1 QVomodo neceſſaria fuerit vna Cathedra in Eccluſia, &c. Fer.3 poſt 2. Domin. Quadrag.

2 Vos autem quem, &c. Maiora requiruntur à diſcipulis, & maiora nunc à nobis, quã ab antiquis expoſcit. Fer.4. poſt ſecundam Dominicam Quadrageſimæ. Et Dominica 5. poſt Pentecoſt. 1.2.

In Viſitatione B. Mariæ.

1 DEo tribuit Beatiſſima Virgo gloriam omnium, & illum magnificat, ne arguatur furti gloriæ Dei T. 2. 187. ſequ. Graue ſcelus, gloriam Dei ſibi arrogare T. 2. 292. ſeqq. Eſt in Deum refundenda gloria bonorum, vt iterum fluant T. 2. 263. ſequ.

2 Vult Deus ſibi reddi ſacrificium gratiarum actionis, & laudes ſuas decantari: hoc facit Virgo T.2.198. ſeq.

3 Ipſe, qui voluit, Beatam Virginem in ſecreto cordis ſeruare dona conceſſa, & quod ſit hortus concluſus, ventos excitat, Eliſabet, ſcilicet & Ioannem, qui extrahant odorem T.2.342. vſque 350.

S. Petri ad Vincula.

DOrmiebat Petrus inter milites. Iuſtus in laboribus, quietus eſt, & in terra deſerta, ſicut in Sancto T.2.92.

In Aſſumptione B. Mariæ.

1 MArtha excepit Chriſtum. Multi dicent, ſe optare ſimiles eſſe Marthę, excipientes Chriſtum. Excipe pauperem, & Chriſtum excepiſti. Vide Abraham, & Macedones T.2.5.22. vſque 530.

2 Maria ſedebat audiens. Id eſt ſerio & ex profeſſo audiebat T.1.136. T.4. 124. Et audiens Dominum, non famem ſentiebat, nec cibum curabat. Dei collocutio ſuſtentat, vt famem quis non ſentiat T. 7.97.

3 Soror mea reliquit, &c. Otioſam ſe vocari audit Maria, nec conturbatur, non enim cor nobile propter quoduis verbum contumeliæ conturbari debet T.4.120.

S. Bartholomæi Apoſtoli.

1 CHriſtus orat, electurus prædicatores, oret populus pro illis T.1. 85. 86.

2 Grande beneficium, dare prædicatores, qui ſint quaſi nubes, pluentes, latomi dolẽtes lapides T.1.74. vſque 78.

3 Orat Chriſtus, docens, oportere orare in negotijs grauibus, egemus enim diuino fauore ad tentationes vincendas, & res rectè gerendas T. 8. 42. Sic orauit Iacob. T. 8. 55.

4 Elegit Chriſtus Apoſtolos, qui viri eſſent probatæ ſanctitatis, & ſemen ſanctum quos ideo ſingulariter diabolus perſecutus fuit T.8. 71. ſeq.

In Decollatione S. Ioannis.

1 QVid mirum, quod Deus dimittat Ioannem in manu Herodis, quem ſeipſum dimiſit in manu dæmonis, & miniſtrorum eius. Id tamen fit in bonum. T.7.163.

2 Arguebat Ioannes Herodem. Difficilè & pene impoſſibile eſt, huius homines arguere T.1.117.118.

3 Non licet. Bonus prædicator, qui os aperit T.1.87.88.

4 Pete à me. O iniquum hominem, qui non ſolum peccat, ſed ſui inceſtus videtur trophæum facere, inducens puellam ſaltantem, quæ illum manifeſtabat T.2.124.125.

5 Quamuis dimidium Regni mei. Grandis promiſſio videtur, ſed maior eſt Dei pollicitatio erga nos T.2. 167.

6 Multa faciebat Herodes audiens Ioannem: qui huiuſmodi monitiones irridet, & non deijcitur niſi per lapides limpidos T.2. 303. ſeq.

S. Matthæi Apoſtoli.

1 DE efficacia vocationis Domini, ad quam Matthæus continuo ſurrexit. in feſto S. Andreæ.

2 De conuiuio, quod fecit Matthæus, de murmuratione Phariſæorum. Domin. 3. poſt Pentecoſt. & de Zachæo. 2.

S. Michaelis Archangeli.

1 REprehendit Chriſtus Apoſtolos, faciens ventis pondus T. 1. 160. Ne-

ceſſariam autem dicit humilitatem, ſine qua nulla perfecta virtus conſiſtit T.1.58.59. Eſt ſuperbia omnibus odibilis, & verè extranea eſſe debet à natura hominum T.1.202. Multo magis pauperum piſcatorum, ideo illos reuocat, vt ſeipſos cognoſcant, ſicut Spōſam T.1.199.200.

2 Lucifer voluit eſſe ſur gloriæ Dei. Ideo punitus T.2.187. ſeqq. Nam iraſcitur valde Deus contra ſures gloriæ ſuæ T.2.192.ſequ.

3 Quomodo Angelus peccauerit per ſuperbiam, appetēs ſimilis eſſe Deo, & quomodo nos debemus curare, eſſe ſimiles in humilitate T.4.250.ſeqq.

4 Cuique homini datur peculiaris Angelus ad cuſtodiam, & prælatis duo, & ſingulis Prouincijs ſinguli; ſimiliter & dæmones T.8.148.ſequ. Quomodo Deus nos munit Angelorum cuſtodia, patet in hiſtoria Iob T.8.62.ſeq.

5 Si Angelis peccantibus non pepercit, vide ne tibi parcat. T.1.19 ſeq.

6 Si manus tua, &c. Quomodo hæc ſit hyperbolica locutio T.4.282.

S. Lucæ Euangeliſtæ.

1 GRande beneficium Dei, mittere plures prædicatores T.1.77.78.79. ſequ.

2 Ante faciem ſuam: vt conſiderarent ſe poſitos ante oculos Domini. Ita debes te conſiderare ante faciem Dei T.2.379. ſeq.

3 Rogate. Bonum eſt ipſius meſſis, vt mittantur meſſores, ideo dominus meſſis rogandus T.1.83.ſeqq.

4 Ecce ego mitto vos. Seipſum ſupponit, vt tali fundamento nixus, non timeant agere quod præcipit, multo magis, quam ſerui Abſalom. T.4.85.ſeqq.

5 Sufficit, quod Deus aliquid dicat, vt ſtatim ſine cunctatione obedias, magis quam regibus terræ T.4.75.ſeqq.

6 Ecce ego mitto. Hoc ipſo intelligite, quod poteritis, nam Deus mandans aliquid agi, dat potentiam ad illud T.5.66. Silete, inquit Propheta, à facie Domini, melius quam à facie Salomonis, &c. T.5.147. vſque 153. Potentes illos facit, verbi ſui virtute, vt totum orbem ſubijciant, & incedant inter lupos, ſicut firmat cœlos, & fulgura T.8.49.ſequ. Roborat verius quam Circes. T.8.44.45.46.

7 Ecce ego. Victoria Euangelij ex Deo eſt, quia Deus mittit. Virga Moyſi deglutit omnes virgas Magorum eſt Euangelium virtus Dei T.5.187.ſeq.

8 Ecce ego. Hæc ratio eſt, cur illos teneris audire, & reuereri, quia mittuntur à Deo: etiamſi miniſtri ſint impij T.5.135. 136.

9 Sicut oues. Non eos munit haſta & gladio, ſed manſuetudine ouium, & patientia, quæ eſt fortitudo fortium Iſrael T.4.156. ſeqq.166.

10 Pax vobis. Ipſe eſt pax noſtra. Iam decretis euacuat mandata T.5.88. ſeqq. Non eſt terribilis, ſicut in datione legis, ſed pacem offerens T.5.91.ſeqq. Antiqua lex erat militia T.5.95.ſeqq. Euangeliſta, pax: hanc offert T.5.88.

11 Regnum Cœlorum: Ecce tempus veris, flores tam apparent: vnde properandū, dicit ad Sponſam T.5.5. Quam iam amicam vocat T.5.7. Nunc primo auditur regnum Cœlorum T.5.40. Iam impletum eſt tempus T.5.86.

SS. Simonis, & Iudæ Apoſtolorum.

1 HOc eſt præceptum meum. Sine charitate non proſunt cætera ad vitam T.4.38.ſeqq.

2 A Deo ipſo requirenda erat lex, quæ ad vitam duceret, ſicut columna nubit T.4.86. ſeqq. Hanc tradit, dicens: Hoc eſt præceptū, &c. Dulcis & rectus, dat præceptum dulce & rectum T.4.71.ſeqq.

3 Legem Dei nulla abrogat conſuetudo: ſi enim ita eſſet, nullum iam de dilectione præceptum extaret T.4.34. ſeqq. Ideo Deus firmum præceptum ſtatuere volens, ſeipſum ſupponit tanquam fundamentum T.4.48. ſeqq. Videan te illius fatearis ſeruū, & ſubditum T.4.88.ſeqq.

4 Ore proprio præcipit, & loquitur, vt tuam expendas obligationem T.4.90. ſequenti.

5 Vult, vt homo omnium corda ſibi ſubijciat: id autem nullo modo fit potentius, quā dilectione, quæ etiam ſummos inimicos ſubijcit T.4.273. ſeqq.

6 In hoc Chriſtus ſe verum Deum oſtendit, quod leges ſuis cultoribus ſtatuit T.5.10. ſeqq. Ædifi auit ſuam rempublicam ſub peculiari lege & regula T.5.21. ſeqq. 255. ſeqq. Fideles ſuos tanquam faſciculum ligat lege amoris T.5.21.ſeqq.

7 Cur abrogata veteri lege, legem no-

Iam promulgat T.5.1.2.3 Adijcit manum suam secundò, vt dixit Isaias T.5.4

8 Euangelica lex, non est contraria veteri, vt Manichæi contendebant, quamuis altiora præcipiat T.5.27. seqq. Lex Pædagogus fuit ad Christum, qui tanquam magister est audiendus: dicens; Hæc mando vobis T.5.38. seq. Lex Scripta erat in lapidibus, Euangelium in corde, primum quod mouet cor, est amor, ideo, Hæc mando, vt diligatis T.5.43. 44.

9 Cur præceptum dilectionis proximi, vocet suum, & non præceptum dilectionis Dei. T.5.9

10 Nullus ei similis in legislatoribus: id præcipit, quod omnibus est possibile T.5. 64. seqq.70. Hinc patet, iugum illius esse suaue, quod vnico verbo instauratur, antiqua lex erat grauis T.5.82. seqq. Ideò dicitur illa, militia, completa per Christum T.5.85.seqq. Legem mandatorum breui decreto euacuat. T.5.88. seqq. Lex antiqua, terribilia imponebat, noua suauia T.5.91.seq.

11 Qualis legislator, talis lex. Vnde leges diaboli graues sunt, lex Dei suauis T.5.96. Hoc vexillum, quod militibus suis erigit, dilectio T.5.175 Ex dilectione examinat filios legitimos T.5.197. seqq.

12 Hæc mando vobis, quos in suprema arcæ parte constitui, vt diligatis T.5.127. seq. Nouum populum, noua lex decet: hæc est lex amoris T.5.187. seqq. Nunc facit abbreuiationem mundantem iustitiam T.5. 191

13 Hæc mando. Ecce rationem cur teneris diligere, quia ille tibi præcipit, cui totum tuum amorem debes T.5.129. vsque 134.14 Dicere possumus quã pulchri pedes, &c. Sed non omnes obediunt Euangelio. Vnde singula præcepti verba sunt expendenda; primò est vnicum, Hoc: secundò obligat, Præceptum, tertiò est diuinum, Meum, quartò inducit modum, Sicut dilexi vos T.5.119. seqq.

15 Sicut dilexi vos. Homo desiderauit esse similis Deo per malum medium: ecce mediũ bonum, quo id consequaris T.5.242. seqq. 259. seq.

16 Sicut dilexi vos. Amor verus est, qui habet opera, qualis amor Christi T.5.47.seq.

17 Præceptum meum. Sufficit hoc audire, vt opere compleas, nam sermo illius potestate plenus est T.4.46. seq. Cuius simplici voci obediunt venti, & mare T.4.79 seq.

18 Sicut dilexi vos: Charitas patiens est, &c. Ignis ardens in aqua. Hæc est natura amoris, quo dilexit nos. T.4.45. seqq.

19 Sicut dilexi vos. Dilexit pure propter Deum, qui in nobis nihil inueniebat dilectione dignum, quæ dilectio est supremi meriti, vt patuit in Abraham T.4.130 Quam tenuit Sanctus Stephanus T.4.130. seqq.

20 Sæpè homo, ne præceptum dilectionis custodiat, obijcit causam honoris, cum agitur de diligendo inimico, qui id vbi deberet obijcere, non obijcit T.4.150. Et verè non est contra honorem, quem Deus non vult, vt profundas. Imò non vult, vt facias aliquid, quod confusionem verè possit inducere T.4.153. seqq. & præcedent. Vide Christum, qui supremum honorem reputauit diligere inimicos T.5.201. vsque 207

21 Deus est Pater, qui illius se reputat filium, debet illum imitari. Ioseph roborauit brachia sua per manus potentis Iacob. Vide quid fecit Christus T.4.240.seqq. Et verè nihil magis nos similes Deo reddit T.4. 252.253.

22 Si mundus vos odit, &c. Mundus est dux quidam diaboli T.8.15. Et persequitur Christi discipulos, diaboli enim caput, in nauibus piscatorum T.8.29.36 Elegit Apostolus Christus, semen sanctum, quos totis viribus persequitur diabolus, & mundus. T.8.71. seqq.

In festo omnium Sanctorum.

1 DVo hodie proponuntur, Euangelica lex, & sanctorum exempla, sicut labrum aqua plenum, circumdatum speculis, ad ostendendam legem, & possibilem obseruantiam illius T.4.188.seq. Si lex videtur aspera, pone pannos veteres T.4.170

2 Adimplet, quod dixit per Isaiam, nouas leges à Domino promulgandas. Nunc manũ adijcit, vt antiqua purget, & noua promulget T.5.4. Nihil magis nouum, quam nomẽ regni cœlorum T.5.4 Apparent nunc flores in terra nostra T.5.5 Transijt hyems, &c. T.4.25. seqq.

3 Nouas leges cultoribus suis statuit, docens vtilia T.5.10. seqq. Assumit primò reparandam legem, quam impietas Pharisæorum corruperat T.4.31. seqq.

4 Cum sediſſet. Complet, quod dixerat Malachias, sessurum, vt conflet, & mundet argentum T.4.1. seqq. Sedet, ostendens se-

rio

rio quæ nobis congruunt, se assumere pertractanda T.1 136 Et quod non transcursim nostra agit, sicut nos sua T.2.235 Et quod lætatur benefaciens nobis T.2.238. seqq.

5 Cum sedisset, accesserũt, &c. Differenter nunc quam antiquitus legem promulgat. Tunc, etiam Moyses ipse fuit perterritus. T.5.91. seqq. Iam Magister sedet in cathedra, confluamus ad audiendum eum, melius quam Salomonem, aut Pythagoram, & simus ad illius vocem T.5.147. vsque 153

6 Cum sedisset. Hodie impletur illud, Quam pulchri super montes, &c. Sed nõ omnes obediunt, &c. Quis enim paupertatem reputat beatitudinem, &c. Consideremus tamen eius sententias, vt sapientes simus T.5. 119. seqq.

7 Cum adest turba, sedet tanquam Magister, ad quẽ Pædagogus legis deduxerat puerum T.5.38. seq.

8 Aperiens os. Quia libere locutus fuit, T.1.87.88. Ita prædicatorem loqui decet T. 1.83 Deinde alludens ad factum Elisei. T.5 84 Deprecans ore proprio, qui per seruum fuerat locutus T.4.90. seq. Vt doceat verbo, quod iam docuerat opere, quia iam tempus prædicandi aduenerat T.7.35. seqq.

9 Aperiens os, quasi spiritum viuificantem emissurus, nam lex antiqua scripta erat in lapidibus, noua, spiritu viuificante corda T.3. 42. seq.

10 Beati pauperes Doctrina noua videtur, sed decens Christo, nouo Legislatori. Ideo noua visa est mundo, & paradoxica. T.5.187. seqq. Et ideo Christum voluerunt occidere, quia carnales, non videbant bona, quæ sub apparentibus malis promittebat ideo dixit: Vultis me occidere, quia sermo meus non capit in vobis T.8.184. seqq.

11 Desolat nunc Christus linguam maris Ægypti, in spiritu suo T.5.159. seqq. Venit replere in bonis desiderium nostrum, & indicat media opportuna T.2.228. seqq. Et loquitur ad fideles suos, qui in paupertate vident diuitias, & in laboribus gaudia, sicut Macedones T 2.523. seqq.

12 Beati pauperes. Venit Christus ad dandam pacem cordi: ideo primum eradicare vult auaritiam, quæ est venenum torquens cor T 2.436. vsque 442. Et plantaturus legem Euangelicam, primò eradicat auaritiam, voluptatesque seculi T.4.23 24. Et mulier amicta Sole, primò calcat Lunam: nam Ecclesiam suam primò docet contemnere diuitias, & voluptates, & seculares desideria T.5.122. seqq. Et sacrificandum, quod mundus pretiosum reputat T.5.125. seqq.

13 Beati pauperes. Ordinat testamentum, legataque facit multis, qui voluerit illa acquirere, debet seruare conditiones testatoris T.5.235. seq.

14 Pauperes spiritu. Voluntatem sacrificantium quærit, & iuxta illam, reddit mercedem T.2.278 Cuius defectu repulsus fuit Cain T.2.282. seq. Macedones laudati T. 2.289. seqq.

15 Pauperes spiritu. Spiritus quæritur, & cor, nam inde valor operum, & hoc primo respexit in sponsa T.2.351. seqq. Victima sine corde, non placet T 2.357. seqq. Opera debent esse legitima, & Deus cor metitur, & spiritum T.2. 360. vsque 377

16 Beati mitis. Per patientiam homo acquirit dominium cordium, etiam inimicorum. T.4.276 cum præcedentibus.

In commemoratione Defunctorum.

1 MOrtis memoria, deijcit superbiam sicut lapis Dauidis T.1.69.70. Et vigilantes reddit T.1.117. seqq.

2 Exequiæ vnde dicantur T.1.129 Omnia pariter reducuntur in fauillam T.1.158 Omnes cineres eiusdem sunt rationis T.1.259. seqq.

3 Condire, & curare cadauera mortuorum, iam ab initio seculi vsitatum fuit T. 1.97

4 Sepultura proprius locus est hominis, & nihil illi magis proprium T.1.127. seqq.

5 Mors in bonum data est, & indicta à Deo T.1.226 In illa homo absumitur, tanquã fluuius Ægypti T.1.255. seqq.

6 Impij sunt ciues mundi, iusti sunt peregrini T.2.445 Ideo illis nihil tristius quam mors, illis nihil lætius T.2.447. vsque 450

7 Felix, qui sibi prouidet, pro hora mortis, faciens quod Iacob T.2.461. seqq. Et diuitias non tenuit congregatas in malum suum. T.2.465. seqq. Opera illorum sequuntur illos. Felix qui sequitur consilium Tobiæ T.2. 481. seqq.

8 Mors venit tempore inopinato, ideo oportet disponi T.2.474 Comprehenduntur multi sicut Pharao. T.2.475. seqq.

9 In morte hominis omnes philosophantur: quæ tunc dicunt, deberent perpetuamente tenere T.2.48.479

Vide Fer.5. post Dom.4. Quadragesi. & Tract.primo, Parte secunda, per totam.

In Communi vnius Martyris. Nisi granum frumenti.

1 NEcessariam carnis mortificationem docet Christus in typo grani frumenti. Vt spiritus viuat, caro mactanda est, quæ milites contra spiritum exhibet T.2 23. seqq. Nisi mortificata carne, non viuit spiritus, & tanta est vita spiritus, quanta fuerit carnis mortificatio T.2 65. vsque 69

2 Nisi granum, &c. Non vult sacrificium, nisi mortui animalis. Debet homo mori vitæ carnali, vt viuat T.2.120 T.4 111 Debent oculi fidelium, illuminati esse, vt videant in morte vitam, sicut Macedones, qui ideo in tribulationibus gaudebant, qui sicut in paupere videbant Deum, ita vitam animæ in mortificatione corporis T.2.523 seqq.

3 Homo baptizatur, vt vitam veterem deponat, imitans Christum, qui fuit granum, perdens vitam, &c. T 5.31. seqq.

4 Mortuum fuerit. Gradis debet esse mortificatio, ne diabolus illam irrideat T 2.56

5 Quomodo iubet odire animam suam, qui præcipit amare inimicos T.5.45.46

6 Vide sequens Euangelium; *Si quis vult*, &c. De abnegandâ, & mortificanda propria voluntate.

Si quis vult venire post me.

1 SI quis vult, &c. Christus in superficie offert crucem, sed sub ea vitam æternam è contra diabolus T.8.185. seq. Qui est grandis pictor, offerens quæ in superficie bona videntur, & mortem intra se cõtinent. T.8.118 seq.

2 Ponit Christus filios suos doctos à Domino, & ternit per ordinem lapides, docens tria agenda, abnegare se, tollere crucem, & sequi ipsum, contra tria perditionis media, concupiscentiam carnis, oculorum, & superbiam vitæ. T.7.32.seq. Viam trium dierum imponit sacrificantibus T.2.5. seqq.

3 Defolat Christus linguam maris Ægypti, ostendens viam veram ad beatitudinem. T.5.159. seqq. Nos in nouam rempublicam transferens, docet nouos mores tenendos, & gloriandũ nobis in cruce T.5.162.seqq. 187 vsque 259

4 Nouam religionem instituit Christus, & illam professuris exponit, quæ nam profiteri debeant. Cõpeditus est Christianus, & cruce onustus incedere debet T.5.167.seqq.

5 Duo requiruntur ad vincendũ dæmonẽ, humilitas, & carnis mortificatio. Hæc duo commẽdat, humilitatem in abnegatione voluntatis, mortificationem, in cruce portanda T.1.54.57.61. vsque 73. Et duo sunt ad salutem necessaria, vnum ex parte Dei, alterum ex parte tui. Hoc quod ex parte tui Christus exponitur nunc, quid sit T.2.75. seqq.

6 Lex quam Christus nobis intimat, necessaria est, sed difficilis: exentera tamen piscem hunc, qui est ad salutem T.4.71. seqq. & pete lumen à Deo ad intelligendum T.4 68. seqq.

7 Vult. Voluntatem petit, qui spiritum quærit in rectè factis T.2.278. seqq. Cuius defectu repulit sacrificium Cain T.2.282. seqq. Et acceptauit opera Macedonum T.2. 289. Non prosunt, quæ facis, nisi te abnequaueris.

8 Voluntatem primo respicit T.2.351 Secundum illam præmiat T.2.351. vsque 378 Eradicandum primo iniquum germen propriæ voluntatis, & abneganda voluntas, vt plantentur germina fructifera, per sequelam Christi T.4.23. seqq.

9 Abneget. Abneganda est primo propria voluntas, & effundenda coram Deo T.2. 294. Nisi primò subdideris voluntatem tuam Deo, non passum dabis, ad beatitudinem, & dum tuam sequeris voluntatem contra diuinam, per peccatum, opera tua dicentur Ichabod, sedebisque in tenebris T.2.300. seqq.

10 Deo id præcipuè placet, in quo non nostram, sed suam agimus voluntatem, totaque ratio agendi, est illius voluntas: ideo sacrificium Abrahæ fuit gratissimum T.4. 130.131

11 Est iam tempus veris, & putandi affectus propriæ voluntatis T.4.25. seqq. Et ædificans Christus Ecclesiam sub perpendiculo, lapides nimis extractos contrahit T. 5.20

12 Abneget. Hæc summa fortitudo, subijcere propriam voluntatem T.4.149 Multi vincentes externa, vincuntur à proprijs affectibus T.4.157. Hinc Dauid hoc curauit, appropinquans, & parcens Sauli T.4.160. seq. Sentiebat affectum se conculcantem T.4.

T.4.156. Quem voluit abnegare. T.4.145. Hic modus optimus abnegandi se, iugulare proprium affectum. Quod, & Plato Gentilis cognouit. T.4.157.

13 Mulier amicta Sole, primo Calcat Lunam propriæ voluntatis. T.5.122.seq. Hoc fidele suos docet Christus, qui venit factus Magister, vt doceret illos, quibus lex fuerat Pædagogus. T.5.38.seq.

14 A qui asseruerunt, legem Euangelicam impossibilem, alij omninò facilem. Possibilem, sed non facilem ostendit hoc Euangelium. T.5.64.seqq. Et sciat baptizatus, non sufficere baptismum, sed addenda opera difficilia; ad hoc vngitur in baptismo. T.7.47. vsque 49. Et oportet vt onustus cruce incedat. T.7.47.

15 Fecit nos Christus sacerdotes spirituales: & oportet sacrificare. Christus obtulit ignem, & gladium docens, venisse se mittere gladium, & ignem in mundum. Qui audit te interrogantem: Vbi est victima? Respondet: Tuipse, quem debes abnegare, tua voluntas, & delectatio quam iugulare debes. T.5.125 seq.

16 Venit Christus, vt nos faceret filios Dei: efficimur autem illius filij, faciendo ipsius voluntatem. Ideo abneganda est nostra. T.5.249 seqq.

17 Affectus nostræ voluntatis, sunt adiutores diaboli, ideo vnusquisque illos exploret, vt abneget. T.8.87. seqq.

18 Si quis vult. Libera est hominis voluntas, quam diabolus cogere non potest, nec Deus vult violentiam inferre. T.8.136.144.

19 Tollat crucem Christianus, iam se mortuum reputet, qui ideo sepelitur in mortem. T.1.218. Et ita vocem proprij appetitus non audiet sed abnegabit, & quiescet, sicut mortui, non cudientes vocem exactoris. T.7.157. seq. Vult vt iam mors in nobis operetur. T.1.122.seqq.

20 Tollat crucem. Pondus est alleuians, & currere faciens. T.5.102.seqq. Et videns te per illud ad vitam tendere, potius gaude in laboribus. T.2.251.

21 Sequatur me. Fac pro illo, quod ille pro te, cum gaudio portare crucem. T.2.244. seqq. Ad arctiora te vocat, qui te in suprema arcæ mansione constituit. T.5.127. seq.

22 Sequatur me. Exempla Sanctorum proficua sunt, quanto magis Christi? Sunt panni ponendi, &c. T.4.170. Specula conspicienda. T.4.188.seq.

23 Quæ sunt partes sanctitatis, facere bona, & pati mala. Deus se exposuerat imitandus antiquitus in faciendis bonis, cuius exemplo roborabantur brachia Ioseph. T.4.240. T.5.183.seqq. Nunc se ponit imitandum, in ferenda cruce, & patiētia. Si vis scire qualiter mortificationis opera agenda, respice Christi exemplum. T.7.102.seqq. Et in hoc debemus contendere esse similes Christo. T.4.251.

24 Sequatur me, Non petit, vt æquales illi simus, sed vt imitemur: diuersa enim est nostra perfectio à perfectione ipsius. T.4.255.seqq.

25 Supponit primo crucem, & mortificationem, vt rectè procedas, & sequaris illum. Non enim est secura nauigatio, & Christi sequela, sine grandi mortificatione carnis, & ieiunio. T.2.61.62.

Ego sum vitis vera.

1 Est Christus vitis, ex vineis Engaddi, quæ percussæ balsamum proferunt. T.4.176.seqq.

2 Palmitem purgabit, &c. Carnis mortificatio necessaria est ad fructum referendum. T.7.74.vsque 93. vide de grano frumenti.

In Communi plurimorum Martyrum.

1 Videns Iesus turbas. In festo omnium Sanctorum.

2 Descendens Iesus de monte. Iam venit tempus collectionis florum, ideo omnes accedunt. T.4.25. seqq. Accedit multitudo magna, quam myriadem vocat. T.2.265. Vide in Euangelio, Videns turbas in festo omnium Sanctorum.

In Communi vnius Confessoris, Sal terræ.

1 Doctores necessarij sunt, vt discamus benefacere. T.1.74. seqq. Et grande Dei beneficium, Doctores dare. T.1.76.77. 78.83. seqq.

2 Sal terræ. Pungere debet prædicator, & loqui in apertione oris. T.1.87.

3 Maximè Christus suos honorificat, quibus suamet dat epithera, & vult Sanctos suos summo honore affectos. T.5.155. vsque 158. Ipse est, qui Prælatos, & Principes constituit. Mentitur diabolus, dicens, se esse, qui dat potestates. T.8.195. seqq.

4 Christus magis laudandus quam Promethæus, qui veram sapientiam è cœlo hauriens, hominibus tradidit, quibus constituit magistros, qui sint lux mundi. T.2.453.

5 Prius Sal, deinde lux, nam prædicator primo debet esse in se Sanctus, & ea facere, quæ postea docturus est. T.7.54. seqq. Habeat conformitatem operum, & sermonum. T.2.1.

6 Viros exploratæ ſanctitatis in Eccleſia ſua voluit Chriſtus conſtituere, quorum virtus corripiat inſipientes, quos propterea diabolus vehementer perſequitur. T.8. 71. ſequentibus.

7 Lux mundi: Vt oſtendant hominibus, non vera eſſe bona, quæ diabolus, tanquam talia proponit. T.8. 177. Ne decipiat malæ artis pictura. T.8. 188. Et denudent alienigenam. T.8. 191. ſeqq. Et oſtendant vera bona ſub laboribus, & cruce. T. 8, 184.

8 Sic luceat. Quomodo in virtutum operatione debent contendere ſoli Deo placere, & cur iubet opera eorum videri, quæ in abſcondito fieri mandat. T. 2. 310. ſeqq. 314. ſeqq. 316. vſque 321. T.4. 278. Quid prædicator intendere debeat. T.1. 81. 82.

9 Magnus vocabitur. Eximia eſt dignitas prædicatorum, & Doctorum. T.1. 80. ſeqq.

De Talentis.

1 DEdit illis bona ſua. Mirum eſt, quod Deus, omnia ſua credat nobis, & nos nec noſtra minima credamus ei. T.2. 521. 522.

Sint Lumbi.

1 CArnis noſtræ paſſiones ſunt adiutrices diaboli: ideo præcingendæ. T.8. 87. ſeqq. Præcingendi lumbi per ieiunium, & carnis mortificationem. T.1 66. 68.

2 Lucernæ in manibus. Te reputa ſimilem ei, cui iam expiranti, lucerna ponitur in manibus, vt mors in te operetur. T. 1. 122. ſeqq. Eſto ſimilis expectantibus dominum ſuum, hoc in mente tua ſtatue, & fede in loco tuo, ſicut Iob. T.1. 132. vſque 137. ſit tibi quotidianus vſus moriendi. T.1. 213. ſeqq.

3 Neſcis quando veniet Dominus. Venit ſæpe mors ſine manibus, & inuaditur homo, quando magis ſecurum ſe credit. T. 1. 155. & comprehenditur ſicut Pharao. T. 2. 474. ſequentibus.

4 Sint lumbi præcincti, id eſt, carnis concupiſcentiæ. T.7. 89. Fortitudo inimici, in lumbis eſt. T.8. 87. vſque 95. Vnde præcingendi ſunt lumbi mentis. T.7. 95. & faciendum, quod Gedeon. T.7. 76.

5 Militibus congruunt, præcinctus lumborum, & vigilia: & magis nobis, qui habemus aduerſarium, contendentem nos præoccupare. Ideo oportet ſemper eſſe in procinctu. T.8. 76. ſeqq. 80. ſeqq.

6 Ad bellum corporale, milites cingũt veſtes, ad ſpirituale cingendi lumbi, & carnis affectus, & excauanda terra. T.8. 58. ſeqq. Vide verbo ieiunium.

7 Ad vincendum inimicos, neceſſarius eſt Dei fauor, ſed ex parte noſtra etiam præparandi ſunt lumbi. T.2 57. ſeqq. T.8. 61. ſeqq. Nam caro noſtra milites exhibet diabolo. T. 2. 23. ſeqq. & ſicut ex carnis ſoluta laſciuia, omnia mala conſequi, docet Scriptura. T.2. 32. ſeq. ita ex eius compreſſione omnia oriri bona, intelligendum eſt.

8 Carnis compreſſio occludit viam inimico, volenti nos perdere. T.7. 37. vſque 42. operit animam, ne lædatur. T. 45. 47. Et hæc compreſſio diſponit ad lucernam tenendam, nam per illam mens illuſtratur. T. 2. 65. vſque 81.

9 Comprimendæ ſunt radices peccatorum, & præcingendæ circulo ferreo. T.2 95. ſeq. Et verè caſtitas non ſeruatur, ſine carnis mortificatione. T.2. 101. 102. Tenenda eſt planta Eſau. T. 4. 199. ſeqq. Tunc Sponſa laudatur, quando valido fræno paſſiones tenet compreſſas. T.4. 209. ſeq.

10 Similes hominibus expectantibus Cauſa malorum eſt, non cogitare de morte. T. 1. 166. 167. Quam reſpicere debemus ſicut ſerpentem æneum ad ſalutem. T.1. 170. vſque 176.

11 Mortis memoria ſit tanquam anchora, quam mittas, ne tempeſtas te perdat. T.1. 182. ſeq. Illam longe diſtantem repræſentat diabolus. T. 1. 177. ſeq. Et ſuadet, quod multo tempore viues. T.1. 226. vſque 231. Promittit tibi ſecuritatem noxiam. T.1. 232. Tunc tamen crede venturum dominum, quando minus ſperas. T.1. 241. ſeqq. Subito veniet mors. T.1. 219. vſque 225.

12 Vigila, Si diabolus vigilat, vt te perdat. T.1. 232. ſeq. Et viam trium dierum agendam tibi Chriſtus præſcribit, præcingere lumbos, lucernam tenere, & ſimilem ſeruis expectantibus, te exhibere. T.25. ſeq.

13 Similes hominibus expectantibus, &c. Iuſti ſunt tanquam peregrini, ideo lætantur aduenientè morte: ſecus agunt mundani. T. 2. 445. vſque 449. 14. Præcinget ſe. Grandem mercedem proponit, vt laboris pondus ſubleuet. T.4. 231. ſeq. Iurandi notam adiungit, Amen. T.2. 215.

Nemo accendit lucernam.

1 NVnquam mundus magis eguit doctrina iſta, de recta intentione erga Deum tenenda, quam nunc. T.2. 128. vſque 135.

2 Diaboli cura eſt, opera noſtra perdere, Chriſtus vult illa ſeruari. Ideo rectam intentionem expoſcit, quam ſupponendam, &

& neceſſariam, vide Tract.2.p.2. per totam.
3 Ad quid ſanctos probatæ ſanctitatis ponat in Eccleſia, tanquam lucernas ſup. Vos eſtis ſal. num.6

Ecce nos reliquimus omnia.

1 PRæmium petit Petrus, quo roboretur ſpes, quæ ſit tanquam anchora, cuius neceſſitas eſt grandis, ne nauis vi tempeſtatis pereat. T.1.180.181 Ideò Chriſtus illud conſtituit T.4.231 Grande præmium intendit Petrus non contentus terrena mercede. Nouerat valorem operum bonorum, & cor nobile habebat T.2.169. ſeq. Infelix qui ſicut Balaam terrena mercede contentus eſt T.2.173. vſque 181
2 Reliquimus omnia. Voluntatis affectum penſat Deus T.2.278. vſque 291 Se ipſos Apoſtoli obtulerunt primò, & deinde ſua, ſicuti Abel, & Macedones T.2 282. vſque 294 Intentionem meritur Deus, & ſecundum illā dat præmium. T.2.360. vſque 377
3 Sequuti ſumus te, præciſe pro tui amore. Hæc quæ pro ſolo Dei amore fiunt, ſunt ſupremi meriti T.4.130.131. ſeq. Sunt lapides limpidi contra Gigantem T.2.303.
4 Iuſtum eſt omnia relinquere propter illum, qui omnia reliquit propter nos T.2.327 ſeq.
5 Reliquimus omnia. Non ferunt Apoſtoli iumenta Auſtri T.2.231 Nec ſimiles auaro, qui non ſibi theſaurizat T.2.456 Nec congregant pecunias in malum T.2.465. ſeq.
6 Lateres ponunt ad pedes Dei, vt fiant Sapphiri T.2.504 Non congregant contra ſe denſum lutum, quo impediantur currere viam perfectionis T.2.504. ſeq.
7 Relinquenda ſunt terrena bona, ſaltem ſecundum affectum, ab illis, quorum cor debet eſſe in cœlo, ne reperiatur inter pecunias, ſicut cor cuiuſdam diuitis T.2.536
8 Amen dico vobis. Cur iurandi notam interponat T.2.214. ſeq. Nec vult, cum noſtri detrimento, illi obſequamur T.5.180. ſeq.
9 In regeneratione. Cur reſurrectio dicatur regeneratio T.1.140 Tunc erit tempus reſtitutionis omnium T.2.334. ſequenti. Tunc ſoluet iuſtis T.2.233 Nunc Sancti offenduntur, & tacent, tunc ſubijciet illis inimicos ipſorum T.4.110.
10 Sedebitis tunc iudicantes, quando omninò derectificata erit voluntas T.4.106. ſeq.

In communi Virginum.

1 SImile eſt Regnum cœlorum decem virginibus. Vult Chriſtus, vt mors in nobis operetur, & ſemper vigilantes ſimus. Oportet habere corpus plenum oculis T.8.80. ſeq. Et ſup. in Euangel. Sint lumbi 3.10.11. ſeq.
2 Tota parabula, eiuſque inſtitutum traditur T.2.226. ſeqq. Oſtendit, quanta cum cautela opera bona ſint agenda.
3 Defectus olei eſt, defectus charitatis, cuius ſolus defectus perditionem inducit, etiā ſi alia habeas T.2.255. ſeq. 413. ſeqq. Filij, qui ſine ipſa naſcuntur, dicuntur Ichabod T.1.300
4 Oleum in lampadibus, eſt rectitudo intentionis placendi ſoli Deo. Vide Tract.2. Part.2. per totam.
5 Media nocte, id eſt, cum minus ſperabatur: ita aduenit mors T.2.474.475 Sup. in Euang. Sint lumbi, & Fer.5. poſt 4. Domin. Quadrag.
6 Amen dico vobis. Cur iurandi notam Chriſtus interponit T.2.216

Theſauro abſcondito.

1 ABſcondit Deus in paupertate diuitias, & in laboribus gloriam, ideo Sancti ad maiores labores, magis gaudent T.2.251. ſeq. Oportet propterea oculis fidei res conſpicere T.2.522. vſque 531 Certè diabolus abſcondit ſub apparentibus bonis, vera mala Deus è diuerſo, ſub apparentibus malis vera bona T.8.181. ſeq. Ideò ſuper montem conſcendendum, ſicut Ioannes, vt videamus illa T.8.168. ſeq.
2 Abſcondenda bona, quæ ex Dei gratia facimus, nec prodenda, ne pereant T.2.305 Ita Abraham T.2.307. ſeq. Non te videat homo T.2.310
3 Præ gaudio illius. Gaudium eſt in operibus mortificationis, & in laboribus T.5.118. ſeq.

TERTII INDICIS FINIS.

TRACTATVS PRIMVS.

DE QVADRAGESIMA, ET CINERE

Præambulus ad secundum, qui erit, de ieiunio, recta ad Deum Intentione, & Thesaurizando in cœlo, de qua re sic loquitur Christus Dominus apud Sanctum Apostolum, & Euangelistam Matthæum.

Matth. 6 *Cùm autem ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes: exterminãt enim facies suas, vt appareant hominibus ieiunantes. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Tu autem cùm ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam laua, ne videaris hominibus ieiunans, sed Patri tuo, qui est in abscondito: & Pater tuus, qui videt in abscondito reddet tibi. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, vbi ærugo, & tinea demolitur, & vbi fures effodiunt, & furantur. Thesaurizate autem vobis thesauros in cælo, vbi neque ærugo, neque tinea demolitur, & vbi fures non effodiunt, nec furantur. Vbi enim est thesaurus tuus, ibi est cor tuum.*

TRACTATVS PRIMI, Argumentum.

QVoniã hæc sacra lectio Euangelica, in qua Christus Dominus agit de ieiunio, recta erga Deũ intentione, & thesaurizatione in cœlum ab Ecclesia sancta proponitur die celeberrima, qua solemne Quadragesimæ ieiuniũ cunctis fidelibus indicit, & salubri cineris aspersione eiusdem afficit: antequam ad illius accedamus tractationem, præmittẽdum censuimus tractatum primũ, qui sit de Quadragesima, & Cinere. Hæc autem in duas partes diuiditur: in quarum prima expenduntur rationes sacræ Quadragesimæ instituendę: in secunda tractantur causæ, & vtilitates aspersionis Cineris, quæ huic sacro tempori dat principiũ. In prima parte hæc exponuntur.

§.1. *Quadragesima præsignata fuit in antiquo Expiationis festo: apte propterea instituta, vt semel in anno peccatis expiandis omnes intendãt, in quo semel saltem, sicut Absalon cæsariem tondeant.*

§.2. *Qui hoc tempore non se affligit, periturus dicitur, quem Isaias desperatum descripsit.*

§.3. *Festum Expiationis cũ tristitia est celebrandum, quam peccatori congruam ostendit sacrificium sine oleo offerendum.*

§.4. *Grandem planctum peccatori necessarium, ostendunt Ezechias, Dauid, & Paulus.*

§.5. *Non credat peccator, statim post quas fuis lacrymas certissimè sibi dimissa peccata, qui ideo iubetur sacrificium sine thure offerre.*

§.6. *In die Expiationis imponebat Deus simul affligi, & festum agere, & nunc similiter plangere, & lætos nos exhibere.*

§.7. *In Festo Expiationis spem veniæ dabat Deus peccatori, maiorem nunc facit, quamuis velit illum, cinerem vocari.*

§.8. *Per cinerẽ aptus redditur peccator ad Dei mĩam, qui benignus dicitur, quòd superabundat eius gratia, vbi abundauit delictum.*

§.9. *Benè dicitur Deus misericors, patiens, præstabilis super malitia, vt spem veniæ peccatores concipiant.*

§.10. *Grandem spem excitat in peccatoribus, cũ dicitur Deus præstabilis, aut pœnitens super malitia.*

§.11. *Quadragesima instituta est ad peccatorũ vindictam, in qua datur locus præuentioni; si illam de se ipso sumat, peccator, diuinã effugiet.*

§.12. *Deum exhibet Propheta paratũ ad recipiendos peccatores, cuius thronus misericordiæ, & gratiæ ostensus fuit sapphirinus, excedens omnium captum, & mentem.*

§.13. *De peccatorũ remissione sit homo solicitus, propter suã pœnitẽtiæ infirmitatẽ, & grandem stultitiã.*

§.14. *Fructus dignos pœnitentiæ agere debet peccator, & conuerti in ieiunio, fletu, & planctu, scindens cor, non vestimenta.*

§.15. *Instituitur Quadragesima, quasi annus Iubilæi, ĩ qua peccator qui se suaq; vendidit, recuperet omnia.*

§.16. *Inducitur Quadragesima, vt quiuis intelligat, adesse iam tempus animæ reædificandæ.*

§.17. *Ad firmiter reædificãdam animam duo supponenda docet Ecclesia, ieiunium per lectionem Euangelicam, & humilitatem per ceremoniam cineris.*

§.18. *Abstinentia, & humilitate militem Christianũ munit Ecclesia, per quas gulam, & superbiã, duos generales dæmonis duces deijciat.*

§.19. *Insigniores victorias diabolus per gulam, & superbiam cõparauit: ideo Ecclesia singulariter ieiunium, & humilitatem commẽdat.*

§.20. *Potentissimus dæmonis dux est gula, quam Nabuzardã expressit, contra quã ieiunio munièdi sumus.*

§.21. *Supremus dæmonis dux est superbia, contra quam Ecclesia cinerem fronti, tãquam lapidem contra Goliam imprimit.*

§.22. *Ieiunio, & cinere muniendos, docuit singulariter S. Iob historia.*

§.23. *Instituta est Quadragesima, vt discamus benefacere; quod nisi discamus, nescimus.*

§.24. *Sicut Salomon constituit latomos, lapidibus dolandis ad templum: ita Ecclesia in Quadragesima prædicatores, quibus tanquam cœlum nubibus operitur.*

§.25. *Quadragesima constituitur, vt prædicatores describant in cordib. peccatorum ciuitatem Ierusalem stylo Euangelicæ prædicationis sicut Ezechiel in latere.*

§.26. *Prædicatores initio Quadragesimæ se disponant, vt illis Deus verba opportuna submiſtret, & pro illis oret populus.*

§.27. *Hoc Prædicatoribus cum Paulo optandum, & à Deo postulandũ, vt detur illis sermo ĩ apertione oris.*

§.28. *Instituitur Quadragesima, vt sit tẽpus messis, & vindemiæ Christianæ, in qua fideles colligant, quæ in horreo mentis, & cellario cordis retineant.*

§.29. *Instituitur Quadragesima, vt fideles ad Pascha se disponant, & quadraginta dierũ tpe peccator formetur ad vitã, ficut fœtus in vtero.*

§.30. *Nu-*

§ 30. *Numerus Quadragenarius, dicitur sacratus, quem singulariter Moyses seruauit, tres Quadragesimas integrè ieiunans, & Elias subcinericio pane roboratus.*

§. 31. *Quadragesimam Apostoli constituerũt ex Christi Domini præscripto, potius illius promulgatores quàm institutores vocandi.*

§. 32. *Saltem ex Ecclesiæ præcepto ad Quadragesimale ieiunium tenemur, quod qui dubitat an possit perficere, sacerdotis iudicium requirat.*

§. 33. *Conuenienter Quadragesima à die Mercurij incipit, qui faustus iudicari debet, antiquitusque solemni ieiunio erat toto anno sacratus.*

SECVNDA PARS, Tractatus de cærimonia cineris.

§. 1. *Ecclesia tanquam altera Rebecca cinere aspersos, quasi senioris fratris vestibus indutos, coram Deo introducit, misericordiæ benedictionem obtenturos.*

§. 2. *Habitus immutatio necessaria ad veniam iudicatur ab Ambrosio, quã Deus ipse Israelitis supponendam cõstituit, ostenduntque Iob, Iudith, & Esther.*

§. 3. *Vt arguat Ecclesia obduratos, iuxta consilium Iob, ducit ad congeriem mortuorum, ex qua cinyphes pungentes oriri, experti sunt Dauid, & Saul.*

§. 4. *Procurat Ecclesia, vt mors veniat super peccatores, & in eis operetur, quod desiderabant Dauid, & Paulus.*

§. 5. *Sulphureum puluerem applicat Ecclesia ad euertendum peccatorem, cui mortis sententiam exhibet scriptam, quasi irreuocabilem.*

§. 6. *Ad reuincendos inimicos, consuluit Sapiens recurrendum ad proprium locum: quem esse sepulchrum ostenderunt Dauid, & Abraham.*

§. 7. *Inuictum athletam se exhibuit Iob, qui spiritum potestatem habentis superauerunt, ad locum suum se recepit.*

§. 8. *Quæ Iob fecit sedens in sterquilinio, strategemata fuerunt miranda, & quasi validus equus cinerem excauans, vires è terra extraxit.*

§. 9. *Etsi ex fabula Antæi, gentiles doceant, terram matrem esse cunctorũ, quæ vires præstat contingentibus eam, verius id docent Sacræ Scripturæ.*

§. 10. *Sub aqua conduntur baptizati, & in terra tanquam in loco apto ad vincendum constituuntur, quem Iob vt vinceret, elegit.*

§. 11. *Vt Germanici cor ab igne penetraretur, theriaca fuit aspersum: ita cor nostrum cinere, qui sanguisugæ auiditatem eneruat.*

§. 12. *Spiritum hominis auferre procurat Ecclesia per cinerem, vt introducatur spiritus Dei.*

§. 13. *Magister de cœlo Christus, de cœlo loquitur: magister de terra homo, de terra loquitur: quod Dauid indicauit necessarium.*

§. 14. *Aptè constituitur magister, qui doceat homines, quod homines sunt: id est, aceruus omnium miseriarum.*

§. 15. *Insensati Moabitæ, & extructores turris Babel, terreo nixi fundamento, quos consumendos ostendit statua Nabuchodonosor.*

§. 16. *Hominem diuino genere ortum, de terra produxit Deus, ventis pondus inijciens, & inter medios cleros constituens.*

§. 17. *Adæ dedit Deus virtutem continendi omnia per puluerem, & vestes ex animalibus mortuis, & hæc aptæ cineris definitio: Virtus continẽdi oĩa.*

§. 18. *Meditatio est animæ necessaria, à qua illius robur, & pulchritudo procedit, sicut ex capillis robur Sampsonis, & pulchritudo Sponsæ.*

§. 19. *Vtiliorem omnium esse mortis meditationem docuit Dauid, cuius defectu in peccatis pacificè perseuerant iniqui.*

§. 20. *In conflatorio mentis mortis imago construenda, quæ solo conspectu sicut serpens æneus veri serpentis venenum eneruet.*

§.21. *Ex ære fuit serpens, vt permanẽtior esset eius figura: debet enim iuxta Salomonem, mortis imago esse perpetua in oculis.*

§.22. *Timorem mortis diabolus auferre conatur, sed in adiumẽtum memoriæ Ecclesia cinerem applicat.*

§.23. *Suadent Christus in Euangelio, & Ecclesia in cinere, vt in cœlum, & terram mittas anchoras, ne pereas sicut Tyrus.*

§.24. *Triumphatores docuerunt, puluerem memoria retinendum, melius tamen Elisæus agens cum Naaman.*

§.25. *Nomen hominis Deus ipse imposuit, quo significabat, quem ita vocabat, totius mundi continere miserias.*

§.26. *Prisci nomina imponebant filijs cùm nascebantur, per quæ illorum sortem exprimerent: melius Deus expressit, illi quem creauit. Hominis nomen imponens.*

§.27. *Sicut Theologi definiunt Deum, quòd est vniuersa perfectio; ita Dauid hominem, quod est vniuersa vanitas.*

§.28. *Sicut definitur Deus per negationem exuperantiæ omnium perfectionum: ita homo per negationem exuperantiæ omnium imperfectionum.*

§.29. *Considerans te ipsum, sapiens euades, vt Iesus, Sirach, idque faciendum imposuit Sponsus.*

§.30. *Meritò irat Deus, quod detestatur hominum superbiam, quæ non est creata nationi hominum.*

§.31. *Primò dicitur homo puluis ratione materiæ: quod tonsio capillorum Sãpsonis explicat.*

§.32. *Ad imaginis modum pertransit homo, qui etiam viuens socius, & frater cineris vocari potest, sicut idola ab Esaia.*

§.33. *Secundò dicitur homo puluis propter certitudinem euẽtus, quem Deus expressit, quasi catenas ferreas iniciens.*

§.34. *Voluit Deus, vt homo iam se mortuum cogitet, quod faciebat, Paulus, faciendum hortatur Ambrosius, consuluit Sophar.*

§.35. *Vnctus fuit Dauid in regem in sepulchro, vt tunc se reputaret mortuũ, quando rex constituebatur.*

§.36. *Tertiò dicitur homo puluis, quia statim futurus est puluis; breuis enim est illius vita.*

§.37. *Scriptura melioribus hieroglyphicis declarat vitæ humanæ breuitatem, quam Philosophi, qui quod bene dixerunt, ex illa furati sunt.*

§.38. *Deus mortem instantem exponit, vt corrigamur: diabolus distantem, vt pereamus, sicut ciues Hai, & Beniaminitæ.*

§.39. *Dæmoni illudes sicut pisces cato, si fias propinquus terræ, quæ mulierem cœlestem adiuuit.*

§.40. *Diabolus vt perdat, non expectat tempus futurum, quia incertum: minus tu securitatem debes tibi promittere, cuius mors non tardat.*

§.41. *Quartò dicitur homo puluis, quia ab instanti, quo incipit viuere, incipit mori, vt Augustinus demonstrat.*

§.42. *Vita præsens, verius dicitur mors defluens, vnde videntur admirari angeli, quod talem homines vitam agant.*

§.43. *Decreuit Deus, hominem in puluerem conuertendum, ne vltra magnificet se super terram, quem inter duos pulueres concluſit.*

§.44. *Quod semel in Sodomis ignis egit, quotidie in nobis mors operatur, & de quouis dici potest, quod de tẽplo Christus dixit.*

§.45. *Irascitur Deus contra hominis superbiam, quam prædixit finiendam sicut fluuium Aegypti.*

§.46. *Vnus idemque puluis, & solus, ex vario genere militum, fuit relictus, merito fortuna in sterquilinio fuit locata.*

§.47. *Ecclesia, ne Deus siculneam infrugiferam succidat, excauat, & stercora mittit ad radices.*

R. P. F.

R. P. F.

HIERONYMI BAPTISTÆ DE LA NVZA,

ORDINIS PRAEDICATORVM,
Et Sacræ Theologiæ Professoris,

TRACTATVS PRIMVS EVANGELICVS, de Quadragesima, & Cinere.

PRIMA PARS,

DE CONGRVENTI SACRÆ Quadragesimæ institutione.

¶ §. 1. *Quadragesima sacra præsignata fuit in antiquo Expiationis festo: aptè propterea instituta, vt semel in anno omnes peccatis expiandis intendant, & semel saltem sicut Absalon cæsariem tondeant.*

¶ 1. a *Serm. 27. & libro de Elia & ieiunio c. 1.* b *Li. 1. Apolog. cont. Ruffi. to. 2.* c *Epist. 72. ad Hugo. de S. Victo.*

BEATVS Ambrosius *a* (quem S. Hieronymus *b* columnam Ecclesiæ vocat, cui cum D. Bernardus *c* innitebatur, se firmum, & securũ profitebatur) inter ea, quæ ritè, & aptè in Ecclesia constituta sunt tempus Quadragesimæ censuit in primis esse connumerandum, diuino consilio ad peccatorum remissionem peculiari curæ procurandam, institutum. Hocque credit illud esse tempus, quod Apostolus vocat *acceptabile*, id est, dignum quod magna cordis lætitia, & obuijs manibus excipiatur; similiterque esse illam insignem diem solemnitatis nostræ, quã Dauid prophetico spiritu magna emphasi commendauit, dicens: *Buccinate in Neomenia tuba, in insigni die solemnitatis vestræ.* His enim verbis, Quadragesimæ sacrum tempus, in quodam solemni Iudæorum festo præsignatum prophetauit, & indicauit: illud fuit festum

2. *Cor. 6. 2.*

Psal. 80. 4.

ſlum Expiationis. Inter cætera ſiquidē, quæ Deus ad illius populi inſtitutionē aptiſſimè ordinauit, fuit ſolēnitas quædam, & tempus feſtiuum, die decima menſis ſeptimi, qui eſt September, quā
Nu.29.7. Deus ipſe *Celeberrimam diem, & venerabilem* vocauit. Hæc appellatur ab Hebræis *Chiphurim*, ideſt, expiationū, purgationum, mundationum vel cōtectionum, à verbo *Chiphur*, quo vſus fuit, Deus quando eam inſtituit, quod ſignificat expiare, purgare, mūdare aut operire; quia inſtituta erat feſtiuitas, vt in
Brix. to.1. fol 331. illa die de purgandis, expiandis, mundandis, ac tegēdis peccatis ſingulari cura tractarent. *In hac*, inquit, *die, expiatio erit peccati, atque mundatio ab omnibus peccatis veſtris: coram Domino mundabimini.* Hæcq; præcipua cauſa inſtituendæ huius celeberrimę ſolemnitatis, quę
Leu 16.34 quolibet anno perpetuis futuris temporibus erat agēda. *Erit enim vobis hoc legitimum ſempiternum, vt oretis pro filijs Iſrael, & pro cunctis peccatum eorum ſemel in anno.* Hæc verba expendenda ſunt, quæ cauſam legitimam, & præcipuam continet inſtitutionis illius ſolēnitatis: *Vt ſemel in anno* de peccatis purgandis, & expiandis ſingulari diligentia, & cura pertractarēt. Idcirco ſingulariter dies huius feſtiuitatis vocabatur
Leu 23.27 Dies ſanctus. Quoniam autem hoc, de
Nu.29.7. illa agendum erat, concedebatur in illa res grandis, & ſuprema; vt videlicet Sancta ſanctorum aperirentur, in quæ ſolus ſacerdos ſummus ingrederetur, tinctus, & aſperſus ſanguine vitulorū,
ad Hebr. 9.7. & hircorum, oraturus pro peccatis populi. *Introibat*, inquit Apoſtolus, *ſemel in anno ſolus Pontifex, non ſine ſanguine, quem offert pro ſua & populi ignorantia.* Illam ſolemniſſimam diem præcedebat
2.2.q.102. a.4.ad 10 tanquam ipſius vigilia, & prima diſpoſitio, vt annotat D. Thomas, grandis tubæ clangor, qui prima die Septembris fiebat; in feſto ab eodem vocato *Tubarum*. Fortiter enim, & validè tuba cornea perſonabant, in memoriam datæ legis, quam cum Deus dare voluit, *clangor iuccina vehementius perſtrepebat:*
Exo.19.16 Nu 29.1. ideo hæc feſtiuitas dicebatur *tuba, & clangoris*. Hæc Tubarum feſtiuitas præcedebat feſtum celeberrimum Expiationis, quod (vt diximus) die decima eiuſdem menſis celebrandum erat, qua die (vt Lyranus obſeruat) ſecūdò Moyſes deſcendit de monte ſplendida luce refulgens, ſecundas tabulas digito Dei ſcriptas deferens, & tradens populo, in ſignum propitiationis diuinę, & remiſſionis præcedentis peccati, quod commiſerant adorando vitulum conflatilē, cuius cauſa primas tabulas à Deo traditas confregerat. Hanc ergo feſtiuitatem, & inſignem diem ſolemnitatis, eiuſque vigiliam conſiderans Dauid, *Buccinate*, inquit, *in neomenia tuba, in inſigni die ſolemnitatis veſtræ*, ideſt, prę-
Brix. to.1. fol 331. uenientes diem celeberrimæ ſolemnitatis veſtræ. Quamuis *Neomenia* idem ſit ac nouilunium, & prima cuiuſque menſis dies apud Hebræos, qui menſes lunares habebant: tamen inter oēs Neomenias, ſingularis ac principalis erat, quæ agebatur prima die menſis Septēbris, quæ vigilia quædam erat, & diſpoſitio ad inſignem diem ſolēnitatis Expiationis, & purgationis peccatorum: ideoque in alijs Neomenijs, aut primis diebus menſium, perſonabant tubis ductilibus argenteis; in Neomenia autem Septembris, perſonandū erat tuba cornea: vnde in Hebræo ponitur nomen *Sophar* quod tubam corneā ſignificat, peculiari quidem myſterio, & ratione; illius enim ſonitu in memoriam reuocabatur lex quæ data fuit cum clangore tubæ, aut buccinante tuba, ideoque aduenientе feſto Expiationis aut pœnitentiæ peccatorum, vt illam congruè Iudæi agerent, illius ſonitu, primò ad memoriam reuocabatur lex, per cuius attentam conſiderationem ad cognoſcenda, & examinanda peccata, quę cōtra illam toto anni tempore homines commiſerant, inducerentur, ad quæ expianda, & purganda, in ſequenti celeberrima Expiationis ſolemnitate ſe totos deberent penitus conuertere. Huius autem inſignis Expiationis ſolemnitatis grandis celebritas, tota erat poſita in lacrymis, fletibus, ſuſpirijs, ieiunijs, magnaſque mortificationis operibus vt S. Hieronymus annotauit. *Affligetis*, inquit Dominus, *animas veſtras in eo die, omne opus ſeruile non facietis in tempore diei huius: quia dies propitiationis eſt, vt propitietur vobis Dominus Deus veſter.* Nulli alteri operi vacandum, vel leuiter erat, niſi tantum lacrymis, fletibus,

¶ 2.

שופר

Li 2 cont. Iouinian.

Leu.23.27 Nu.29.7.

bus, afflictionibus, & ieiunijs, ita quod nec præparare cibaria, nec ignem ſuccendere licebat: diſcalceati incedebât, & alijs mortificationis operibus ſe ipſos Iudæi conficiebant: de quibus Ioſephus ait: Non animus ad aliud diuertat; qui enim purganda peccata aſſumit, opus aggreditur, quod totam mẽtem, & totum hominẽ integrè requirit. O mira feſtiuitas (inquit Origenes) dies feſtus, & celeberrimus ac inſignis ſolemnitatis appellatur, & ſolùm ad affligendas tãtummodo animas, homines inducuntur: non mirum, quia feſtum ad expianda peccata inſtitutum, ea expoſcere debet, quæ ad peccatorũ purgationem, & expiationem conducant. Hęc autem ſunt lacrymæ, ſuſpiria, gemitus, afflictio ſpiritus, ieiunia ac mortificationis opera. Et volebat Deus, vt omnes iſtiuſmodi operibus, illo tempore ira intenderent, vt mortis pœnam ſtatueret his, qui illa dimitterent. *Omnis*, inquit, *anima, quæ affligitur non fuerit die hac, peribit de populis ſuis.* Ordinata igitur fuit hæc ſolemnis feſtiuitas, vt ſemel in anno omnes de peccatis expiandis, & purgandis ſingulari diligentia tractarent. In illa autem inſigni celebrique feſtiuitate, noſtram Quadrageſimæ ſolemnitatem Dauid præſignatã vidit, de qua potius, quàm de illa Iudæorum agebat, vt B. annotat Ambroſius; ideoque non cum ſui populi hominibus, ſed cum Chriſtiano populo, quem ſpiritu prophetico contuebatur, loquebatur dicens; *In inſigni die ſolemnitatis veſtræ*: Quaſi dicens: Vobis relinquitur vera ſolemnitas expiationis peccatorum, quam ſolummodo antiqua illa, in figura continebat. Quamuis enim Apoſtolus omnia in figura Iudæis contigiſſe aſſeratᵃ, ſignanter tamen id exprimit ᵇ, de his quę in prædicto Expiationis feſto erant inſtituta, per quæ etſi præcipuè mors Chriſti eiuſque paſſio, per quam expiati, & mundati à peccatis ſumus, præfiguraretur, etiam feſtum illud Expiationis, ſacri temporis Quadrageſimæ fuiſſe expreſſam figurã B. Auguſtinus docuit, quod expiandis peccatis inſtitutum eſt. Hæc eſt inſignis dies ſolemnitatis omnium peccatorum. Quis enim dies peccatori ſolemnior eſſe poteſt aut gratior, quam illa, in qua de redemptione à diaboli tyrannide qua tenebatur captiuus; de expiatione culpæ, per quam Deum habet inimicum; de remiſſione æternę pœnæ, & ignis inextinguibilis, cui eſt addictus; de acquiſitione diuinæ gratiæ, per quam filius Dei, hæreſque regni cœlorum efficitur, tractatur, & agitur? Meritò igitur hoc tempus conſtitutum eſt. Si inquitas cauſam inſtitutionis illius, eam intellige, vt ſaltem *Semel in anno* de expiãdis ac purgãdis peccatis agas. Toto anni tpe peccatis committendis es traditus: nihil aliud curas, niſi contra Deum machinari offenſas. *Tota die iniuſtitiam cogitauit lingua tua*: ſit vel breue ſpacium, in quo ſaltem ſemel in anno quæ contra cœleſtem patrem commiſiſti, conſideres, & tãquam alter prodigus ad eius domum regrediens, dicas: *Pater peccaui in cœlum & coram te.* Toto tempore huic tantum intendis, animę bona diſſipare, illam grandibus plagis vulnerare, ſpiritum pondere peccatorum grauare, noxijs humoribus conſcientię ſinus implere: ſit ſaltem aliquod breue tempus, in quo *Semel in anno* de recuperandis bonis, quę perdidiſti, agas, de curandis animę vulneribus tractes, & de purganda conſcientia cures. *Omnia tempus habent*, inquit Sapiens, & *ſuis ſpatijs pertranſeunt vniuerſa*, id eſt, cuiq; rei ſunt deſignata cõſtitutaque tempora, vt quę neceſſaria ſunt opportunè fiant. *Eſt tempus plantandi, & tempus euellẽdi, eſt tempus ædificandi, & tempus deſtruendi*: peculiare tempus conſtitutum eſt ad colendos, & ſeminandos agros, ac metendas ex eis ſegetes; peculiare item ad vites putandas, irrigandas, & racemos, ac vindemiam colligendam, peculiaria tempora mercatores conſtituunt, quibus nundinas agant; reges peculiaria *tempora, quibus ad bella procedant*, &c. Nonne tempus peculiare, quo de ſalute animę agatur, de ſoluendis Deo debitis curetur, de purgandis peccatis tractetur, ſaltem ſemel in anno erat conſtituendum? Obſeruat Scriptura ſacra, tempus fuiſſe quolibet anno conſtitutum, vt Abſalon capillos tunderet. Tã grandem cappillorum multitudinem illius caput producebat, & in tam grandem prolixamq; longitudinem creſcebant,

3. Antiq. cap. 10.

Hom. 23. in Num.

¶ 3.

Leu. 23. 29

a *2. Cor. 10. 11.*

b *ad Heb. 9.*

Ser. 65. de tempore.

Pſal. 51. 4.

Luc. 15. 8.

Eccl. 3. 1.

2. Reg. 18. 5.

¶ 4.

vt illud magna grauitate obtunderent, & ponderegrandi afficerent: Vnde *semel in anno tondebatur, quia grauabat eum casaries.* In Hebræo dicitur: *Attendebat caput à fine dierũ ad dies:* & credit Iosephus tantam fuisse cæsariẽ, vt intra octauum quemq; mensem ad ducentorum siclorum pondus accresceret: aptè tamẽ noster vulgatus legit: *semel in anno tondebatur.* Delectabatur quidẽ ille capillis, qui pulcherrimi videbãtur; sed quia postquam creuerant, eorũ pondere grauabatur peculiare tẽpus erat cõstitutum, quo eos tonderet & abscinderet. Capillorum typo peccata aptissimè designari docuerunt Ambrosius *a*, Hieronymus *b* & ex professo Origenes *c*, q̃ oriuntur ex carne, in qua existit concupiscentia aut fomes, omnium peccatorum radix vt sæpe Apostolus dixit. Ex illa autem, tãta peccatorum multitudo prodijt, vt meritò capillis capitis exprimatur, ex quorum multitudine Dauid iniquitatum suarum innumerabilẽ multitudinẽ voluit exprimere dicens: *Multiplicata sũt super capillos capitis mei.* Et quantum huiusmodi capilli grauent, egregiè idem ipse, qui eorũ põdus sentiebat, explicauit dicens: *Sicut onus graue grauata sunt super me.* Immensa siquidẽ est peccatorum grauitas. *Cœli sicut ære firmissimi solidati sunt*, & vnius peccati grauitatẽ non potuerũt sustinere, quando angeli pecauerũt. Terra firmamenta est à Deo, nec sustinuit pondus peccati Datan, & Abiron. Audi Isaiam comminantem aduersus terram. *Concutientur*, inquit, *fundamenta terræ: confractione confringetur terra, contritione conteretur terra, &c.* & si causam quæras. *Et grauabit*, inquit, *eam iniquitas sua.* Vnde mirum est, quod peccatorum pondus non sentias, & non te tam longa Cæsaries grauet. Mirum, quod non te suo põdere grauet luxuria, in tantum extensa, & prolongata, vt salutem, honorẽ, substantiæque tuæ facultates, prodegerit. Mirum, quod non te opprimat appetitus vlciscendi iniuriam, qui toties somnum intercipit, & quietẽ mentis expellit, &c. Quid igitur agendum? Capilli tondendi sunt, idq; agendum, quod circa leprosum Deus statuit (vt Origenes annotauit) vt scilicet omnis eius pilus raderetur. Peccator enim omne, quod ei siue in consilio natum est, siue in verbo, siue in opere, expedit si verè purificari vult, vt radat & abijciat, nec residere aliquid patiatur. Non sunt eradicandi capilli, impossibile est enim concupiscẽtiam & fomitem, qui est eorum radix in carne nostra existens, penitus extrahere: sunt tamen vtiq; sic tondendi, vt nihil eorum maneat, peccata omnia rescindenda, iniquitates omnes tondendæ, & deponẽdæ. Ad hoc aptè tempus illud institutum est, vt saltem *Semel in anno* cæsariem deponas. Verũ Expiationis festum iam nunc præsens adest. Idcirco sicut ad illud Deus homines prę parari volebat, præmisso grandi tubarum clangore; ita nunc vehementi magnoque tubæ sonitu, vult te præparare & excitare, qui Prophetam inducit dicẽtem: *Canite tuba in Sion*, vt ad huiusmodi festum celebrandum te accingas. Et si quæras, quænam tibi imponantur agenda: *Affligetis*, inquit, *in illa die animas vestras*, eo certè modo, quo per eũdem Prophetam clamat: *Convertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio & fletu & planctu.* Ecce quæ singulariter in festo expiationis agenda requirebãtur, lachrimæ fundendæ sunt; emittenda suspiria, affligẽda anima, ieiunia suscipienda, mortificationis operibus vacandum, remittendus somnus, vt alibi ex Diuo Ambrosio dictum fuit. Ita ergo nobis omnibus agendum. *Anima enim quæ afflicta non fuerit die hac, peribit de populo suo.*

a *Epist. 13. ad Iran.*
b *In c. 3. Esaiæ.*
c *Hom. 8. in Lenit.*
Psa 39. 13
Psal. 37. 5.
Iob. 37. 18.
Esa. 24. 18
Hom. 8. in Leuiti.
Ioel. 2.
2. De pœnit. c. 10.

§. 2. *Qui hoc tempore non se affligit, peribit sicut illi, quos Isaias desperatos descripsit.*

¶ 5. Obseruat, & expẽdit Sanct. Clemẽs Alexandrinus tremendam illam comminationem, quam Sanctus Isaias propheta ab ipsius Dei ore audiuit prolatam, contra quosdam voluptuosos homines. Conuocauit Dominus die quadam populum ciuitatis Ierusalem, quem post peccata sua currentem videbat, vt saltem illa die omnes expiandis peccatis curarent: & ad pœnitentiæ opera agenda se conuerterent. *Et vocauit Dominus exercituum in die illa ad fletum, & ad planctum, ad calui-*

Lib. 2. pædagog. c. 1. & l. 3. c. 12
Esa. 22. 12

nia erant, quæ qui ad pœnitentiã grandem ſe conuertebant, ſolebant agere. Quomodo miſeretur pater filiorũ, miſeretur Dñs hominũ, quos dum ad perditionem videt currentes, pijs vocibus reuocare ſolet. Illi autem has eius voces audientes, quid fecerunt? *Et ecce gaudium & lætitia.* (Septuaginta; *Et ipſi fecerunt gaudium & lætitiam*) *occidere vitulos, iugulare arietes; comedere carnes, & bibere vinum: Comedamus, & bibamus.* Iniquè certa illorum opera, Dei vocib. reſponderunt. Erat attentus Propheta, conſiderans, quidnam Deus de huiuſmodi ſentiat inuerecundia. *Et reuelata eſt in auribus meis vox Domini exercituum,* i.e. me audiente, prolata eſt diuina ſententia: *Si dimittetur iniquitas hæc vobis, donec moriamini, dicit Dominus exercituum.* Iurãtis eſt huiuſmodi loquendi modus apud Hebræos, quibus (vt Genebrard. obſeruat) iurandi formæ ſunt eccliptícæ, ad magnum affectum exprimendum, quibus aliquid ſuperaddendum relinquunt; ſicut illud: *Semel iuraui in ſancto meo, ſi Dauid mentiar.* Iuraui in ſancto meo, i. e. in filio meo, aut in ſanctitate mea, aut per me ipſum, qui ſanctus ſanctorum ſum. Et quid iurauit? *Si Dauid mentiar:* ecce iuramentum, relinquens ſupplendum: Non ſim ego Deus, aut non ſim ego qui ſum, aut mendacij conuincar aut hæc vel illa mala mihi eueniant, &c. Et iterum: *Quibus iuraui in ira mea:* Et quodnam eſt iuramentum? *Si introibunt in requiem meam.* Supple, non ſim ego qui ſum, aut non ſim Deus. Hoc ergo contra illos inuerecundos iurauit: ſi dimittetur iniquitas hæc vobis: *Donec moriamini,* i.e. in perpetuum. Expende aduerbium temporis, *Donec,* quo ſæpe præfignat tempus, in quo res aliqua commodè fieri poſſe videbatur, quæ ſi eo tempore facta non fuerit, multo minus poſtea fieri poſſe credendum eſt, vt obſeruarunt Hieronymus *a*, Chryſoſt. *b* & Auguſtinus *c*. Ita dixit Dauid, Patrem æternum dixiſſe filio: *d Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos* vndiq; tibi ſubiectos *Scabellum pedum tuorum.* Sede inquit, donec ponam &c. nõ quod poſtea iam ad patris dexteram non ſit amplius ſeſſurus; ſed qui tempore belli, & cum inimici varias perſecutiones contra eum mouent, ſedens manet ſine perturbatione ad Patris dexteram, multo magis credendus eſt, quod ſedens manebit finitis vndique bellis, & inimicis plene ſubiugatis. Ita & illud, quod ipſemet Dauid de iuſto dicit, quòd non commouebitur, i.e. non perturbabitur. *Donec deſpiciat* & ſubiectos teneat *inimicos ſuos.* Qui non perturbatur antequam inimicos teneat ſubiectos, quo tempore perturbari poſſe, credi poterat: multo minus perturbabitur ab eis, quando plena deſpectione illos tenebit ſubiectos. Ita expendit Chryſoſt. illud: *Noe dimiſit coruum, qui egrediebatur, & non reuertebatur, donec ſiccarentur aquæ ſuper terram.* Qui eo tempore non fuit reuerſus, quo terra erat aquis cooperta, in quo regrediendum eſſe credi poterat: multo minus credendum eſt, eum poſtea quam terra exiccata fuit, fuiſſe regreſſum. Similiter expendit Auguſti. illud Apocalypſis, miſit eum in abyſſum, *vt non ſeducat amplius gentes, donec conſummentur mille anni:* non quod poſt illos amplius ſeducturus ſit. Ita ex profeſſo B. Hieronym. illud explicat quod de S. Ioſeph dixit Matthæus: *Et non cognoſcebat eam, donec peperit filium ſuum primogenitum* Qui eo tempore, quo deſponſatam ſibi accepit vxorem, non cognouit, quam tantummodo tanquam vxorem ſibi traditam reputabat; multo minus eam cognouiſſe credendus eſt, quando eam præſciuit electam vt Dei mater eſſet, & ſuo vtero filium Dei conciperet, & pareret. Iurauit ergo Dominus, hominibus illis non dimittendam iniquitatem, donec morerentur: id eſt, in perpetuum. Si enim tẽpore vitæ, quo peccata per pœnitẽriam dimittuntur, non obtenturi erant remiſſionẽ: multo minus finito vitæ huius tempore: nam poſt mortem in inferno nulla eſt redemptio nec remiſſio. Etſi enim quocumque tempore, peccator pœnitentiam agere debeat, & à peccato auerti, ſed quia eam cõtemnit tempore à Deo deſignato, & cum ad illam agendam peculiariter vocatur, iam de remiſſione obtinenda videtur deſperatus. Vade, & *anima qua* in feſto Expiationis cum ad agendam pœnitentiam vocabantur omnes, *Non ſe affligebat, peribit* inquit,

In Pſa. 88 et in Pſ. 94
Pſa 88. 36
Pſal. 94.
Homi. 27. cit. Gen. 8. 6.
20. de Ciuit. cit. Apoc. 20.
Matt. 1. 2
¶ 6.
Leu. 23. 29

a Lib. cont. Heluid.
b Hom. 26. in Gen. & in cap. 1. Matth.
c 20. De Ciu. c. 7.
d Pſa. 109.

inquit, *de populo suo.* Ecce Expiationis festum, nunc diuina vox insonuit, quæ te vocat ad fletum, planctum, & ieiunium: Nunc *ergo ait Dominus*, inquit Propheta; *Conuertimini ad me, in ieiunio, & fletu, & planctu, scindite corda vestra.* Expende aduerbium temporis *Nunc*: Nunc cum tempus adest constitutum, vt semel saltem in anno ad peccatorum expiationem vos conuertatis: *Nunc* cum festum adest celeberrimum, institutum ad animarum afflictionem: nunc cum Sancti lacrymas fundunt, sacerdotes orationibus clamant, Ecclesia peculiariter te ad pœnitentiâ inuitat, conuertere ad Deum in ieiunio, fletu, & planctu. Cinis capiti tuo iam suppositus est, ieiunium iam arripuisti, & pœnitentis speciem, & figuram accepisti ad Deum conuertere, & afflictum, ac cinere aspersum coram ipso te constitue, & expone, vt peccata tua dimittat. Quoniam autem in Expiationis festo expressè ieiunium indicebatur, illudque est, quod in capite Deus per Prophetam constituit, dicens: *Conuertimini ad me, in ieiunio* Euangelica lectio proponitur, in qua Christus illud supponit, & modum, quo sit agendum, singulariter exponit dicens: *Cum ieiunatis, &c.*

Ioel. 2.

§. 3. *Festum expiationis cum tristitia est celebrandum; quam peccatori congruam, ostendit sacrificium sine oleo offerendum.*

¶ 7. QVoniam Quadragesima constituta est, vt sit quædam Expiationis peccatorum nostrorum festiuitas, Ecclesia Sancta in eius exordio, volens nobis intimare, vt illa agamus quæ Deus in festo Expiationis fieri statuebat, ieiunare scilicet plorare, & se affligere, statim verbis Dei insonat, qui per Prophetam Ioel quasi ad festum Expiationis alludens, vocat ad ieiunium, fletum, & cordis afflictionem dicens: *Et nunc hæc dixit dominus: conuertimini ad me in ieiunio, & fletu, & planctu: scindite corda vestra, &c.* Miratur Origenes de his, quæ in Expiationis festo erant instituta; in quo volebat Deus, vt homo se affligeret per ieiunium, & lacrymas, & quod simul se ipsum agentem festum exhiberet: *Erit*, inquit, *vobis dies ille celeberrimus.* Quomodo homo (inquit Origenes) festiuus se poterit exhibere, qui affligi iubetur, cui, & præcipitur, vt se afflictum, & lacrymantem præbeat? Hæcque eadem difficultas se nobis offert in Quadragesimæ prima die quæ, (vt diximus) festo Expiationis respondet. Iubet ex vna Deus per Prophetam, vt ieiunium agamus cum fletu, planctu, & cordis contritione; ex alia autem Christus docet, vt ieiunantes, nos exhibeamus lætos, & festiuos: *Cum ieiunas* inquit, *unge caput tuum, & faciem tuam laua*: illæ enim sunt ceremoniæ, quibus Palæstini se lætos, & festiuos exhibebant, vt dicemus. Hæc tamen duo simul agenda iure inducuntur: afflictio tenenda est, quoniam peccauimus, & tristes per ieiunium, fletum, & planctum, ad Deum nos debemus conuertere; festiuitas etiam agenda lætaque ad Dei gratiam, amicitiam, & ad peccatorum remissionem admittimur, & vocamur. In primis igitur lacrymæ fundendæ, tristia tenenda, ideoque ieiunium, fletus, planctus, & cordis scissio indicuntur. Pœnitentia namque agenda est; hæc autem si legitima sit, sine tristitia, & dolore cordis, ac animæ afflictione esse non potest. Idcirco id illis singulariter impositum erat, qui de expiandis peccatis tractabant, *affligetis animas vestras.* Statuebat Deus, vt sacrificia pro peccatis, essent sine oleo, & thure, signanter illud quod periurus, *Si fementido*, offerre debebat, pro peccato suo. *Anima*, inquit, *quæ iurauerit, & protuleris labijs suis, vt vel malè quid faceret, vel benè, & id ipsum iuramento, & sermone firmauerit, oblitaque postea intellexerit delictum suum, aget pœnitentiam pro peccato, & offeret sacrificium.* Dubium Circa hæc verba mouet Origenes: Quomodo namque inquit, si pronuntiauero labijs meis, vel iurauero benefacere, & non faciam, peccati reus sim, difficultas non est ostendere. Quomodo autem, si iurem, vel pronunciem male facere, & non fecerim, peccauerim, difficile est ad explicandum. Absurdum enim

Leu. 23. 27

Leu. 5. 4.

Hom. 23. in num.

Hom. 3. in Leuit. ad medium.

enim videtur, verbi gratia, vt ſi per iracundiam dixero, me hominem occiſurum, & non fecero, ne periurare aut fallere videar, cogar ad explendum opus, quod temerè, & illicitè promiſi. Quantum in hoc loco intelligendum videtur, malefacere, aduerſari alicui eſt, & non indulgere ei, vt faciat, quod vult. Et nos ergo cum venimus ad Deum, & vouemus ei nos in caſtitate ſeruire, pronuntiamus labijs noſtris, & iuramus nos caſtigare carnem noſtram, vel male ei facere, atque in ſeruitutem eam redigere, vt ſpiritum ſaluum facere poſſimus: ſic enim, & ille iurauit, qui ait: *Iurauí, & ſtatui, ſeruare omnia præcepta tua.* Huic ergo carni reſiſtenti, & repugnanti aduerſus ſpiritum, ſi quis iurauerit, & pronuntiauerit, male facere, & affligere, & macerare eam, & non fecerit; peccati reus eſt. Ita Origenes. Et verè in Hebræo habetur vox, vt noſter annotat Oleaſter, quæ ſignificat, *affligere ſe.* Anima enim quæ iurauit, aut ſpopondit, per pœnitentiam afflicturam ſe ipſam aut carnem ſuam, & non fecit; peccauit. Quid huic ad ſui remedium agendum eſt? Primo, *aget pœnitentiam pro peccato.* Lectio quam Origenes exponit, ita habet: *Pronunciet peccatum, quod peccauit.* Eſt inquit Origenes (in homine mirabile ſecretum, quod iubet pronuntiari peccatum. Etenim omni genere pronuntianda ſunt, & in publicum (id eſt ore) proferenda cuncta quæ egimus; ſi quod in occulto geſſimus, ſi quod in ſermone ſolo, vel etiam intra cogitationum ſecreta commiſimus, cuncta neceſſe eſt publicare; cuncta proferre: eſt ſi quidem diabolus peccati incentor, & accuſator, ipſe enim nos nunc vt peccemus inſtigat: ipſe etiam cum peccauerimus, accuſat. Si ergo in vita præueniamus eum, & nos ipſi noſtri accuſatores ſimus, nequitiam diaboli inimici noſtri, & accuſatoris effugiemus. Sic enim, & alibi per Prophetam dicit: *Dic tu iniquitates tuas prior, vt iuſtificeris.* Euidenter myſterium quod tractamus, oſtendit cum dicit; *Dic tu prior*, vt oſtendat tibi, quia præuenire illum debeas, qui paratus eſt ad accuſandum. Tu ergo (inquit) dic prior, ne te ille præueniat: ſicut, & Dauid faciebat: *Iniquitatem*, inquit, *meam notam feci, & peccatum meum non cooperui, dixi: Pronuntiabo aduerſum me iniuſtitiam meã & tu remiſiſti impietatem cordis mei.* Vide ergo, quia pronuntiare peccatum, neceſſarium eſt ad eius remiſſionem: præuentus enim diabolus in accuſatione, vltra nos accuſare non poterit. Ita Origenes, qui illud Prophetæ; Dic tu prior iniquitates tuas, ex Iſaia deſumpſit, ſequutus more ſuo lectionem Septuaginta. Non tamen hoc ſolum exigit Deus, inquit Origenes, ſed quod offerat ſacrificium pœnitentiæ, quo carnem ieiunijs, & mortificationis actibus mortificet. Et quale ſacrificium offerendum? *Non mittet*, inquit, *oleum nec thuris aliquid imponet, quia pro peccato eſt.* Omnes peccatores ad huiuſmodi ſacrificium vocamur. Omnes ſi quidem ab ijs quæ labijs protulimus, & promiſimus nos facturos, defecimus. *Somos ſemenditos.* Nonne fidem tuam adſtrinxiſti diebus præteritis confeſtario promittens te non amplius ad peccata committenda, quæ confeſſus fuiſti, rediturum? Nonne *labijs tuis protuliſti*, te mortificaturum carnem, & eius deſideria ac motus? Nonne *ſermone firmaſti*, te renuntiaturum diabolo, & actibus eius? *Oblitus* hæc omnia fuiſti, & te mentitum Deo agnoſcis. Poſſumus omnes illa Iſaiæ verba nunc depromere, *Iniquitates noſtras cognouimus, peccare, & mentiri contra Dominum.* Hæc tua iniquitas; peccare, & poſt peccatum mentiri: nam peccaſti, confeſſus fuiſti, promiſiſti te vitam in melius commutaturum? mentitus fuiſti, qui non ſolum ad ſimilia fuiſti conuerſus, ſed maiora peccata patrauiſti. Totam vitam agis peccando, & mentiendo. Quid enim agis, niſi peccare, & confiteri, & in confeſſione mentiri, quia promittis quæ non adimples? *Anima quæ iurauerit aut protulerit labijs ſuis, & ſermone firmauerit, & voluta*, poſtea neglexerit adimplere quod promiſit, *agat pœnitentiam pro peccato*, aut, *pronuntiet peccatum quod peccauit*, per confeſſionem. Simul inſuper

Pſal. 118. 106. ¶ 8. Luc. 3. Leu. Iſa. 34. 26 Pſal. 31. 5. Iſa. 43 26. Iſaiæ. 59. 12. 13.

ſuper offerat ſacrificium. Quale? ſine oleo, & thure. *Sine oleo*, id eſt, ſine gaudio, & lætitia, imo cum triſtitia, & lacrymis; quomodo Deus ipſe exprimit dicens? *Conuertimini ad me in ieiunio, & fletu; & planctu.* Et *ſine thure*, i.e. ſine ſecuritate plena, imo cum timore remiſſionis peccatorum. Quod & ipſe Propheta expreſſit, ſtatim quaſi dubitando ſubdens: *Quis ſcit ſi conuertatur, & ignoſcat Deus?* Hæc grandia ſunt, & quæ latiori egent explicatione. Diſquirendum hic meritò (inquit Oleaſter) quare in ſacrificio pro peccato, prohibebat Deus oleum effundi, & thus adiungi. Sed egregiè ex B. Cypriani doctrina id explicare poſſumus, qui ex profeſſo oſtendit, duo longe eſſe debere à vero pœnitente, gaudium ſcil. & certiſſimam ac ſine metu confidentiam de peccati remiſſione. Oleum in primis, ſymbolum eſt lætitiæ, & gaudij, nutrit n. lucem, quæ lætitiam ſecum fert: idcirco à pœnitentiæ ſacrificio abeſſe debet oleum, quia lætitia, & gaudium non congruunt peccatori, veram, & legitimam pœnitentiam agenti; cui potius conueniens eſt afflictio, triſtitia, & dolor. Primo n. quo lætari poteſt, ſi attendat ſe Deum offendiſſe, & exacerbaſſe, cui tot nominib. obſequi tenebatur; & ipſi prætuliſſe dæmonem, & quantum in ſe eſt, totam cœleſtem patriam contriſtaſſe. Qua cõſideratione ad lacrymas voluit excitare peccatores ſanctus Propheta Baruch. *Exacerbaſtis n. eum, qui fecit vos, Deũ æternum, immolaſtis dæmonijs, & non Deo, obliti n. eſtis Deum qui nutriuit vos, & contriſtaſtis nutricem veſtram Ieruſalem.* Deinde quo lacrymas continere poterit, qui attendit, ſe ius ad æternum regnum, & gloriam vendidiſſe, viliori aliquando pretio quam Eſau primogenita ſua? Et quidem ille, quamuis vendiderit hæreditatem, quæ iure primogenituræ ad eum pertinebat, *parui pendens eam*, aut vt in Hebræo habetur, *contemnens primogenituram*, i.e. non æſtimans, quam magnum bonum amitteret, & venderet: ſed quando vidit, quod fecit, & quod ea priuabatur, *irrugijt clamore magno, & conſternatus*: Pagninus, *amaritudine affectus eſt vehementiſſime*: Regius, *clamauit clamore magno, & valde vſque amaro*, id eſt, ſummam amaritudinem animæ exprimens. Ita quidem quamuis homo cum peccat, primogenita gloriæ vili pretio vendens, non attendat ex paſſione, quam grande malum faciat; ſed cum id aduertit, & conſiderat, quomodo poteſt non cordis rugitu, & clamore plorare? Inſuper quæ lætitia poteſt apud eum eſſe, qui attendit, & videt, animam ſuam miſeræ morti peccati traditam? Si quem (inquit Cyprianus) de tuis charis, mortalitatis exitu perdidiſſes, ingemiſceres dolenter, & fleres; facie inculta, veſte mutata; neglecto capillo, vultu nubilo, ore deiecto, indicia mœroris oſtenderes: animã tuam, miſera, perdidiſti, ſpiritualiter mortua ſuperuiuere hic tibi, & ipſa ambulans, funus tuum portare cœpiſti *(qua ya te lleuas tu miſma a la ſepultura del infierno)* & non acriter plangis? non iugiter ingemiſcis? non te vel pudore criminis; vel continuatioae lamentationis ab hominum frequentia abſcondis? &c.

¶ 9. *In c. 5. Leuit.*

Li. de lapſ.

Li de la ſpſis cit.

Baru. 4. 7.

Gen. 23. 24.

Gen. 27. 38.

§. 4. *Grandem planctum peccatori neceſſarium oſtendunt Ezechias, Dauid, & Paulus.*

EXpende verba pij regis Ezechiæ, quando per fletum, & planctum miſericordiam Dei flexit: vt ſententiam de ſua morte prolatam, & intimatam, reuocaret. *Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ.* Conſiderauit, quam pœnam promeruiſſet pro peccatis ſuis, & quidnam peccando egiſſet, ideoq; triſtitiam à ſe tenendã omnib. annis vitæ ſuæ dicit. Doctus quidam author cenſet, ex Hebræo ita verti poſſe: *Commouebo ea quæ omnes annos meos*, i.e. per omnes tempus annorum, quibus vixero, *in amaritudine animæ meæ.* Per motionem capitis (inquit Gregor.) admirationem grandem indicamus. Eſt ſiquidem caput (vt Plato dixit) membrum corporis diuiniſſimum, cuius motibus, omnes animi noſtri affectus explicamus. Signanter autem quando aliquid videmus inſperatum, & inſolitum, quod quia nulla ratione fieri poſſe credebamus, admirantes mouemus

¶ 10. *Eſa. 38.*

Leo Caſtrenſis.

35. Mor. c. 8.

In Timæo.

uemus caput, dicentes: Estne hoc possibile? Ita Iere nias: *Omnis qui præterierit per eã, obstupescet, & mouebit caput suum.* Similiter quando S. Iob restitutus fuit à Deo in abundantiorem, quàm prius fortunam, *Venerunt ad eum &c. & qui nouerant eum prius, mouerunt super eum caput.* Septuaginta transferunt; *mirati sunt super omnibus.* Capitis siquidem motione super eum, admirationem, qua erga ipsum tenebantur, exprimebant, quasi stupentes, quod de tantis malis, tam subitò ad tanta bona fuerit reuocatus. Omnibus annis, quibus vixero (inquit Ezechias) *mouebo caput*, grandi stupore, & admiratione erga me ipsum affectus ero, considerans quæ feci, cũ Deum offendi, dicens: Estne possibile, me hoc feciſſe? Et *hoc in amaritudine animæ meæ*, omni lætitia à corde exclusa, & cum dolore animæ; non vno die aut duobus, sed per omnes vitæ meæ annos. Ita Ezechias, cuius peccatum leuissimum fuit vt S. Augustinus prosequitur, & dicemus alibi. Quid ergo agere debet peccator, qui grauissimis peccatis Deũ offendit? *Mouebo caput in amaritudine animæ meæ*; id est, admiratione ingenti, & horrendo stupore tenebor, considerans quæ feci, dicens: Possibile ne est, quod Deum ipsum propter dæmonem deseruerim? quod regna cœlestia contẽpserim, & æternã gehennam mihi comparauerim? quod pro re vilissima Christũ eiusq; sanguinem cõculcauerim? Benè quidem potes tu de te ipso mirari, & stupere, agens ea quæ cœlos ipsos in admirationẽ horrendã inducere possunt, ad quos Deus conuersus dixit: *Obstupescite cœli super hoc, & porta eius desolamini vehementer, dicit Dominus: duo enim mala fecit populus meus, me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ non valent continere aquas.* Hacque admiratione perpetuò de se ipsis stupebunt dãnati in inferno, quod Deum pro dæmone dimiserint, & eius immensam gloriam, quam illis offerebat, propter vilem voluptatem refutarint: hicq; erit, quẽ prædixit Propheta, *vermis eorum corda corrodens, qui non morietur.* De quibus alibi. Et hæc admiratio, & recordatio debet esse in amaritudine animæ meæ, *id est*, quæ non in superficie, & in cute tantum sit; sed quæ ad ipsam animam perueniat, præcordia, & viscera transfigat. Et quidem si Ezechias sanctus iam demisso peccato, quamuis illud leuissimum fuerit, adhuc propter illud sex perpetua tristitia afflicturum profitetur; qualis debet esse peccator, cui peccatũ non solum non dimissum est; sed nunc de procuranda remissione incipit cogitare? Tale sanè peccatum est, vt sancti viri etiam eo dimisso, grandi tristitia se perpetuò exhibeant affectos. Dauid apertè audierat à Propheta: *Dominus transtulit peccatum tuum, ne moriaris*: nihilominus tam grandi tristitia perpetuò deinceps tentus fuit, vt diceret: *Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis meis stratum meum rigabo.* Singula verba expende. *Laborare*, vt doctus author ex Hebræo annotat, est affligere se, & fatigare. Quasi dicat: Suspirijs, & gemitibus corpus meum afflixi, & fatigaui; tam validè enim ex intimo cordis prodibãt, vt totum corpus commouerent. *Lauabo lectum meum lacrymis.* Tam abundantes effundam lacrymas, vt sufficientes sint ad totum lectum abluendum. Hieronymus vertit: *Natare faciam lectum præ abundantia lacrymarum*: quasi alludens ad aquas abundantes tempore diluuij, quæ *arcam leuauerunt in sublime*. Idque non solùm in die, sed in *nocte*, quando solet sopor occupare homines, quando omnes à laboribus feriantur, & ad quietem membra componunt: & non vna nocte; sed per singulas nocte. Hyperbolica quidem locutio; sed quæ verè legitimam tristitiam pœnitenti congruentissimam ostendit. Tandem Paulum considera, eo modo, quo iuxta sanctorum Patrum, Hieronymi, Anselmi, D. Thomæ sententiã, semetipsum ipsemet repræsentat. *Veritatem*, inquit, *dico in Christo Iesu*, ideſt, *per Christum Iesum*, qui est prima veritas (vt D. Thomas explicat) & per eundem iterum iuro, quod *non mentior*. Quidnam Paulus sub talibus iuramentis exponere vult? Id quod in sua sentiebat conscientia, & corde: *Testimonium perhibẽte mihi conscientia*

Ier. 18. 16. *Iob 42. 11.* 2. *De mirabilibus sacræ scripturæ c. 28* *Ier. 2. 12.* *Isa. 66.* ¶ 11. 2. *Reg. l. 2. 13.* *Psal. 6. 7.* *Genebrar. in Psal. 6.* *In ca. 9. ad Rom.* *Ad Ro. 9. 1*

sensu meo in Spiritu sancto: id vult exprimere quod sua conscientia suggerebat, non quomodocunq; sed illustrata Spiritus sancti luce, & eius impulsu excitata. Humana mens, & conscientia (inquit Gregorius) sibi sæpe mentitur, sed quando diuina luce, & Spiritus sancti affiatu excitatur, mentiri non potest. Quid igitur est, quod dicturus Paulus, tã grandia præmittit iuramenta, tamque validas supponit rationes, vt sibi credatur? *Quoniã tristitia mihi magna est. & cõtinuus dolor cordi meo; optabam enim ego ipse anathema esse à Christo, pro fratribus meis.* Singula verba expendit D. Thomas, & in primis verbum illud, *optabam*, quod quia ad præteritum tempus pertinet, de illo se loqui indicat, quo contra Christum furijs inuectus incendebat. *Anathema*, idem est, quod separatum: *optabam* esse separatus à Christo, & quidem *ego ipse pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem.* Cõsiderat Paulus, quæ à peccatore considerari debent. Quis, Quid, & propter quid egerit. Quid egit? Quid contendit? Esse separatum à Christo, offendere Christum, persequi Christum. Et Quis hoc egit? *Ego ipse*, qui tot tantaque beneficia ab eo recepi, *qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me.* Et propter quid? vt satis facerem affectui carnis, quo affectus eram cognatis meis secundum carnem. Verè quasi seipsum miratur Paulus, & sicut de rege Ezechia, dicebamus, *super seipsum mouebat caput*. Celesti iam luce illustratus erat, agnoscebat quisnam esset Christus, & quam malum, & amarum eum relinquere, & offendere, ac ab eo separari: & quam vilis, & inanis sit carnis affectus, quem sequutus fuerat, ideoque quasi admirans, & stupens de se ipso, quod talia egerit, quod à tanto bono optarit esse separatus, pro tã parui momenti hominibus, inde *tristitia*, inquit, *mihi magna est, & continuus dolor cordi meo*. Præterierat peccatum, & iam non solùm dimissum sibi illud intelligebat, sed se ipsum ad diuinæ gratiæ excellentem participationem, & admissum nouerat, & sibi certissimè coronam iustitiæ paratam credebat, multis pœnitentiæ, & mortificationis actibus pleniſſimè, & superabundanter diuina gratia comitante iam satisfecerat; & post omnia illa, adhuc tristitia, non quæuis, sed magna durabat. Peccatum præteritum erat: *Optabam*, inquit: tristitia præsens aderat, etiam post multos annos à remissione peccati. Nam epistolam ad Romanos, in qua hoc asserit, scripsit post epistolas ad Corinthios, vt D. Thomas ex eisdem epistolis demonstrat. Epistola autem secunda ad Corinthios, scripta fuit post quatuordecim annos à sua conuersione, vt idem D. Thomas ostendit. Post tot annos, tristitiam magnam tenebat, non interceptam, aut interpolatam, sed *continuus*, inquit, *dolor cordi meo*. Exaggerat (inquit D. Thomas) tristitiam suam, primò, ex eius magnitudine, *magna*; secundò ex continuitate, *continuus dolor*, siquidem etsi non grandis sit, si cõtinuus existat, vehementer torquet; tandem, ex subiecto, *cordi meo*, non enim erat superficialis, sed ad intima cordis perueniens. Si igitur Paulus post tam longum tempus, quo peccatum commissum fuit, quod dimissum, & deletum coram Deo pleniſſimè nouerat, continua, grandique tristitia tenebatur, & quasi corde sauciato, & grandi vulnere puncto, dolore plenus erat, & lacrymis; quid peccatorem agere decet, qui peccatum adhuc in manibus habet? qui nondum illud deponere incepit, nec de ipsius remissione adhuc tractauit? Sacrificium ei offerendum est sine oleo, & talem se exhibere debet (inquit Cyprianus) qualem Deus ipse, qui nouit quæ agere debeat, præscribit, dicens: *Reuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, fletu, & planctu; scindite corda vestra*. Ad Dominum toto corde redeamus. Iram & offensam eius, ieiunijs, fletibus, planctibus, sicut admonet ipse, placemus, &c. Inuehitur què statim meritò Cyprianus in multos peccatores, qui hanc diuinam vocem audientes, nihil minus curant, quam ei obtemperare; qui se potius ad voluptates, & delitias conuertunt. Lamentari ne eum putemus ex toto corde (inquit) ieiunijs, fletibus, & planctibus Dominum deprecari, qui ex primo crimi-

In prolego Epist. ad Roman. ad finem.

In c. 12. 2. Ad Corin. Lectio. 1.

Lib. de Lapsis cit.

etiminis die, lauacra quotidie celebrat? (id est, balnea adijt, quæ peccatoribus prohibita erant, vt Tertullianus docuit) qui epulis, & affluentibus passus, & sagina largiore distentus, eruditates suas postridie ructat? Qui hilaris, ac lætus incedit, quomodo mortem suam deflet? An illa ingemiscit, & plangit, cui vacat cultum pretiosæ vestis induere, nec indumentum Christi, quod perdidit cogitare: accipere pretiosa ornamenta, & monilia elaborata, nec diuini, & exlestis ornatus damna deflere? &c. Deponendæ igitur recreationes, renuntiandæ voluptates, expellenda gaudia, abijcienda lætitia, &c.

Li. de pæn.

§. 5. *Non credat peccator, statim post quasuis lacrymas, certissimè sibi dimissa peccata; qui ideo iubetur sacrificium sine thure offerre.*

¶ 13. *Ioel. 2. 14.* QVis scit si conuertatur, & ignoscat, & relinquat post se benedictionem? Sicut sacrificium periuri, & deficientis fide, *del fomentido*, sine oleo, ita & sine thure futurum erat, vt diximus. Multi credunt, id ipsum significari per remotionem thuris, quod per subtractionem olei, lætitiæ scilicet, & gaudij defectum. Aliquid tamen altius Deum exprimere voluisse credo, quod Cyprianus peccatori pœnitentiam agenti necessarium dixit. Odor thuris inter omnes odores simplices (vt thymiama pretiosissimum ex multis aromatibus confectum relinquamus) gratissimus Deo in scriptura sacra describitur. Cùm semel Sponsus (vt Gregorius annotauit) ad Sponsam dixisset: *Odor vnguentorum tuorum super omnia aromata*, quasi volens exprimere quisnam ille esset odor, qui omnium aromatum odores superaret; statim subintulit: *odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris*. Vnde illis tantum sacrificijs thus voluit Deus adiungi, quæ sibi certissimè erant grata. Hac de causa in sacrificio primitiarum iubebat oleum, & thus imponi, *quia oblatio*, inquit, *Domini est*, id est, quia est oblatio Deo grata. Additque, sacrificium primitiarum, ita offerendum, vt ex primitijs, & oleo, pars aliqua adoleretur à sacerdote, reliquum in ipsius sacerdotis vsum cederet, thus autem totum coram Deo cremaretur: *Adolebit*, inquit, *sacerdos in memoriam muneris, partem farris fracti, & olei, & totum thus*. Tam gratus enim illi erat thuris odor, vt totum thus sibi vellet offerri. Non aliter de sacrificio pacificorum statuerat, cui thus, & oleum imponi voluit; totumque thus coram Deo cremari, *in odorem suauissimum Domino*: *quod autem reliquum fuerit de sacrificio, erit Aaron, & filiorum eius*. Similiter thus iussit superponi duodecim illis panibus propositionis, quos coram se statui voluit, quos scriptura vocat, *panes faciei*, quod illos Deus perpetuò coram facie, & oculis haberet: *Pones*, inquit, *super eos thus lucidissimum*. Idcirco etiam Sanctus Oseas Propheta, exprimere volens, quam pulchra, & grata Deo futura esset Ecclesia per Christi merita, & passionem: *Erit*, inquit, *odor eius, vt Libani*. Vox Hebræa (vt Hieronymus annotat) & montem Libanum, & thus significat, quo mons Libani maximè abundat; ideoque alij transferunt: *Odor eius, vt thuris*. Thuris enim odor mundus, impollutus, & ideo gratus indicatur. Propterea illis tantum sacrificijs adiungebatur thus, de quibus certum erat, quod essent Deo grata. Ideo in sacrificio Zelotypiæ, quod offerebatur pro muliere, de cuius matrimoniali fide, & munditia dubitabatur, prohibebat Deus thus adiungi: quia incertum erat hominibus, num illius mulieris sacrificium gratum esset, cuius munditia, & fidelitas coniugalis erat incerta. *Sacerdos offeret oblationem pro illa, non fundet super eam oleum, nec imponet thus*. Hinc illa Dauidis deprecatio: *Dirigatur oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo*. Id est, grata sit tibi, sicut thuris cremati suffitus, & odor. Hincque legitimam causam intelligemus; cur ex omnibus sacrificijs, & cæremonijs veteris legis, tantummodo in noua lege oblatio thuris admittatur, omnibus alijs relega-

Lib. de Lapsis cit. *Exod. 29.* *In c. 4. Cant.* *Cant. 4. 10* *Leu. 2. 15. 16.* *Leuit. 2. 9.* *Leu 24. 7.* *Osee 14. 7.* *In c 4. Ose.* *Num. 5. 15* *Ps. 140. 2.*

relegatis, & excluſis. Omnia ſanè antiqua ſacrificia, oblationes, & ceremoniæ, quia vmbraticæ, & figuratiuæ erant, adueniente luce, & veritate euanuerunt, vt Apoſtolus docet. Vno enim ſacrificio, Chriſtus omnium ſacrificiorum, victimarum, & oblationum rationem compleuit, illudque eſt proprium nouæ legis vnicum, vt ſacrum Concilium Tridentinum ex ſacris ſcripturis, & ſanctis Patribus docuit. Cur igitur nunc thuris oblatio in iſto noſtro nouæ legis ſacrificio admittitur? Certè ad indicandum quam gratum Deo ſit hoc noſtrum ſacrificium. Antiqua ſacrificia non erant Deo grata, ex ipſomet opere operato, vt Theologi loquuntur. *Nunquid*, inquit Deus, *manducabo carnes taurorum, & ſanguinem hircorum potabo?* Illa in tantum requirebat, in quantum per illa homines ſe ipſos offerebant, vt D. Auguſtinus latè proſequitur. Ideoque quando qui offerebat non erat Deo gratus, nec eius ſacrificium gratum erat, ſicut de ſacrificio Cain ſcriptura ſacra indicat, dicens; *Ad Cain, & ad munera eius non reſpexit*; quia Cain ingratus erat, ingratum ēt eius extitit ſacrificiūſicuti, quia Abel fuit ipſi gratus, gratum eius habuit ſacrificium, qui *reſpexit* primò *ad Abel*, & deinde *ad munera eius*. Ad hoc inſtitutum expendit Chryſoſtomus, verba illa Iſaiæ, quibus ad maiores Iudæorum, quos *principes Sodomæ*, & ad populum eorum, quem populum Gomorrhæ vocat; *Quo mihi*, inquit, *multitudinem victimarum veſtrarum? dicit Dominus. Plenus ſum: Holocauſta arietum, & adipem pinguium, & ſanguinem vitulorum, & agnorum nolui, &c. Manus enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt. Lauamini, mundi eſtote, &c.* Nouæ autem legis ſacrificium, ex ſe ipſo, & opere operato tam gratum eſt Deo, vt non poſſit non illi infinitè gratum exiſtere: per illud enim offerimus ipſi filium ſuum, illum quem Apoſtolus vocat, *filium dilectionis ſuæ*, de quo ipſemet ſemel, & iterum dixit: *Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui*. Hanc doctrinam Chryſoſtomus ſingulariter probat ex Pſalmo, quem ad hoc inſtitutum Apoſtolus inducit: *Hoſtiam, & oblationem noluiſti, corpus autem aptaſti mihi, holocauſtomata pro peccato non tibi placuerunt, tunc dixi: Ecce venio.* Quia antiqua ſacrificia per ſe non erant grata Deo, venit filius Dei, cui corpus in ſanctiſſimæ Mariæ Virginis vtero Spiritus Sanctus præparauit, & aptauit; vt in eo poſſet offerri, ſemel quidem in cruce ſacrificio cruento, & quotidie in altari ſacrificio incruento, quod ex ſe infinitè gratum eſſet Deo. Quò itaque ſignificet Eccleſia, certiſſimum eſſe, hoc ſacrificium ex ſe ipſo gratiſſimum Deo exiſtere, thus in eius oblatione adiungit, peccator ergo, iniquitatem ſuā agnoſcens, in ſacrificium offerat cor, non ſolum ſine oleo lætitiæ, contritum, & humiliatum, ſed etiam ſine thure; id eſt, abſque eo quod certiſſimam iam ſibi promittat, & plenam peccatorum remiſſionem, & abſque eo quod ſine hæſitatione aliqua credat ſuæ pœnitentiæ ſacrificium gratum Deo, & acceptum exiſtere, iuxta conſilium Apoſtoli *Cum timore, & tremore ſuam ſalutem operans*. Certiſſimum quidem eſt, Deum verè pœnitentibus veniam cōcedere, & pœnitens ipſe, illa debet ſpe eſſe affectus, & munitus: eſt enim pœnitentia, dolor de peccatis propter Deum ſummè dilectū, cum ſpe veniæ. An tamen doleat ſicut dolere debet, an talis ſit pœnitentia, & eis partibus ornata, quibus oportet, cuique dubium eſt. Itaque ex Dei bonitate, & miſericordia debet peccator ſpem concipere, ſed ex ſui infirmitate, & defectibus timorem, vt infra dicemus. Et propterea (inquit Cyprianus) peccator pœnitentiam agens, magno debet timore angi: an illa tam grata Deo extiterit, vt iam ſecurè cenſere poſſit peccata ſibi dimiſſa. Hocque Propheta indicat illa interrogatione: *Quis ſcit, ſi conuertatur, & ignoſcat Deus?* Hæc enim loquēdi phraſis, incertum ſucceſſum exprimit, ſicut cùm dicebat Dauid: *Quis ſcit, ſi forte donet eum mihi dominus?* Obijcere poſſumus Prophetæ incongruum videri, in dubium reuocare, an Deus conuertatur ad eum, quem ad ſe videt conuerſum in ieiunio, fletu, & planctu. Etenim ipſe promittit, ſe conuertendum ad eum, quem ad ſe conuertere viderit; *Conuertimini*, inquit, *ad me, & ego*

Seſſ. 22. ¶ 14.

Pſal. 49. 13

10. de ciu. cap. 5. 6. 7.

Gen. 4.

Orat. 1. & 4. contra Iudæos. Eſa. 1.

Ad Col. 1. 13. Matt. 17. 5

Ora. 4. cit.

Pſal. 39. 7.

2. Cor. 7. 15.

Lib. de La pſis cit.

¶ 15.

2. Reg. 12.

Matth. 1. 3. *ego conuertar ad vos?* Quomodo ergo de ijs, quos aduocas, vt ſe conuertant ad Deum in toto corde, dubitas dicens: *Quis ſcit ſi conuertatur* ad eos *dominus?* Nunquid ignoras infinitos eſſe theſauros miſericordiæ ſuæ? Nũquid non tibi nota vox illa: *In quacunq; die ingemuerit peccator, amplius iniquitatum eius non recordabor?* Noui (reſpondent Hieronymus, & Rupertus nomine Prophetæ) Deũ ineffabiliter eſſe clementem: ſed ſcio etiam incõprehenſibilia iudicia eius, & inueſtigabiles vias eius: noui itidem cordis humani vanitatem, & quod humana mens ſibi ſæpe mentitur, & quod aliquando non vera pœnitentia coram Deo eſt illa, quæ ab hominibus vera iudicatur. Quis non crederet, vt Cyprianus annotauit, peccatum illud adorationis vituli eſſe plene dimiſsũ, poſt celeberrimã illã interceſſionem illius chari amici, q̃ facie ad faciem ad Deũ loquebatur, per quã dñ factum, & *placatus eſt Dñs, ne faceret malũ, & loquutus fuerat aduerſus populum ſuũ;* & poſt illãgrandẽ vindictam, quã Moyſes exercuit, qui poſtq̃ vitulũ omninò contriuit, & in pulueres redactum bibendum in aqua exhibuit, vt omnia impietatis aboleret veſtigia (inquit Ambroſ.) multa eorum millia gladio interire fecit, poſt quæ iteratis ſupplicationibus pro venia inſtitit? Cui tãdem dñs: *ego in die vltionis viſitabo hoc peccatum eorum.* Quæ verba expendẽs Hieronymus annotat, calamitates poſteris temporib. inflictas Iudæis, in illius peccati vltionẽ & inflictas, quod Deus nunquam ita obliuioni tradidit, quin ſæpius ad memoriã, more loquendi nro renocaret. Ex quibus illud exponit, & deſtructa Ieroſolyma dixit Ieremias: *Fecit dominus, quæ cogitauit: complenit ſermonem ſuum, quem præceperat à diebus antiquis: deſtruxit, & nõ pepercit.* Quis nõ crederet ſufficientem pœnitentiam Regis Saul, qui increpatus à Samuele, eadẽ verba, imo, & longiora, & magis explicita reſpondit, quam quæ Dauid correctus à Nathan? Hic.n.tãtum dixit: *Peccaui domino.* Ille aũt dixit: *Peccaui, quia prauaricatus sũ ſermonẽ Domini, & verba tua, timẽs populũ, & obediẽs voci eorum.* Et tñ ille audiuit à Nathan: *Dñs tranſtulit peccatum tuum*: & iſte à Samuel: *Quia proiecisti ſermonem Domini proiiciet te Dominus.* Quis non crederet lacrymis, & promiſſionib. Antiochi, quibus Dei miſericordiam implorabat, & grandem emendationẽ ac mutationem vitæ promittebat, *templum*, ſcilicet *Sanctum quod prius ſpoliauerat optimis donis ornaturum, & ſancta vaſa multiplicaturũ, & pertinentes ad ſacrificia ſumptus, de reditib. ſuis præſtiturum, ſuper hæc, & Iudæum ſo futurum, & omnem locum terræ perambulaturũ, & prædicaturum Dei poteſtatem.* Vide quæ promittebat, vt nihil amplius promittere quinis peccator poſſe videatur. Et tñ de eo dicit Spiritus S. *Orabat hic ſceleſtus dominum, à que non eſſet miſericordiam conſecuturus.* Hinc D. Cyprianus inuehitur in aliquos, qui poſt grandia peccata, ex eo quod aliquantulum fleuerant, & aliqualem egerant pœnitentiam, ita ſecuri erant de eorum remiſſione, & venia, ac ſi ex ipſo diuino ore, tãquam altera peccatrix audiſſent: *Remittũtur tibi peccata tua.* Optimè Sapiens, *De propitiatu peccati, noli eſſe ſine metu.* Hoc timore Sancti ẽt poſt longos pœnitentiæ curſus anguntur. De nobiliſſima illa Galla, Symmachi conſulis, & Patricij Romani filia, narrat B. Gregor. quod ſtatim ac maritum in adoleſcentia ſuſcepit, amiſit: & mox abiecto ſeculari habitu, ad omnipotentis Dei ſeruitiũ ſeſe apud B. Petri Apoſtoli Eccleſiã, monaſterio tradidit, ibiq; multis annis ſimplicitati cordis, atq; orationi dedita, larga indigẽtib. eleemoſynarum opera impẽdit. Cumq; omnipotẽs Deus perennem iam mercedem reddere eius laboribus decreuiſſet, cancri vlcere in mamilla percuſſa eſt. Nocturno autem tempore, ante lectum eius, duo candelabra lucere conſueuerant, quia videlicet amica lucis, non ſolum ſpirituales, ſed ẽt corporales tenebras odio habebat. Quę cũ nocte quadam ex eadem infirmitate iaceret fatigata, vidit B. Petrũ Apoſtolum inter vtraq; candelabra ante ſuum lectum conſtitiſſe: nec perterrita timuit, ſed ex amore ſumens audaciam, exultauit, eiq; dixit: *Quid eſt domine mi? Dimiſſa ne iam ſunt peccata mea?* Cui ille; benigniſſimi vt eſt vultus, inclinato capite annuit, dicens: *Dimiſſa, veni, &c.* Qua in re duo penſanda ſunt.

In c. 2. Ioel

Li. de Lapſis cit.

Exod. 32.

Li. de Elia & ieiunio.

Exo. 32. 34 in capit. 3. Thren.

Thren. 2.

2. Reg. 12. 1. Reg. 15. 24.

2. Mac. 8. 16.

Lib. cit. de Lapſis.

Luc. 7.

Eccl. 5. 5.

4. Diſt. 13 ¶ 16.

Primum, quanti fuerit illustrissima femina apud Deum meriti, quam ad cœlestem gloriam aduocandam, dominus Apostolorũ principem destinauit, cuius visu, & collocutione solatium acciperet. Secundum, quanto timore fuerit iugiter suspensa circa peccatorum suorum remissionem, quamuis leuissima illa essent, quæ ad extrema deducta, post innumera pietatis opera, quibus tam grandem promeruerat fauorem, eo ipso quod vidit Apostolorum principem, de eo quod illam solicitam tenebat, & anxiam, primò & solummodo interrogauit. Sed de ijs alibi. Hoc itaq; à peccatore nunc Deus exigit sacrificium, vocans, vt conuertatur ad se, *in ieiunio, fletu, & planctu*: & volens, vt Propheta eum anxium diminuat, dicẽs: *Quis scit si conuertatur, & ignoscat Dominus*, vt hæc anxietas illum solicitum reddat, & non leuibus pœnitentiæ actibus contentus sit. His alludere visus fuit Sanctus Micheas Propheta, qui eodem spiritu afflatus, quo sanctus Ioel, clamat ad Ierusalem, cum semel eam vidit à peccatis suis afflictam, & dolentem: postquam exposuit malorum, quæ illam affligebant, causam subdit: *Dole & satage, filia Sion quasi parturiens*. Primò quidem dolorem, quo eam confectam videt, laudat, probat, & hortatur, vt in eo perstitat: admonet tamen non propterea debere iam se iudicare securam, quin potius maxima anxietate debere esse solicitam: ideo addit: *Satage*. Pro verbo, *Satage*, Chaldæus posuit, *Contremisce*, aut *trepida*, Vulgatus eleganter, *Satage*, quod est maxima solicitudine comprimi, & distorqueri. ideo addidit; *quasi parturiens*. Grandi siquidem, acrique dolore parturiens comprimitur, sed non propterea secura redditur, quin potius valde anxia redditur, & tenetur, de sua salute, vita felicique successu solicita, nescitus qualem sint dolores exitum habituri. Dole quidem; id enim necessarium est: sed satage quasi parturiens, solicita anxietate timens, num plenè sint tibi peccata dimissa: *Quis enim scit, si conuertatur & ignoscat Dominus?* Ita egerunt, & tale fuit pœnitentiæ sacrificium, quod illi famigeratissimi pœnitentes Niniuitæ obtulerunt: fuit enim primo sine oleo, quia omne gaudiũ abiecerunt, & quicquid poterat lætitiam inducere, excluserunt, & grandi & quasi incredibili ieiunio se ipsos affligere cœperunt; sacciis induti sunt à maiori vsque ad minorem, clamores vndique tristissimi resonabant, suspirijs aerem complebant, lacrimæ fundebantur. Hoc enim totum illa verba significant; *& clamant ad Dominum in fortitudine*, vt eleganter Basilius *a*, Chrysostomus *b* Ambrosius *c* expendunt. Deinde fuit sine thure etnam etsi grandis esset, & inaudita, quam agebant, pœnitentia, grandi nihilominus timore angebantur, an sufficiens esset ad peccatorũ suorum remissionem; & ideo dicebant: *Quis scit, si conuertatur & ignoscat Deus, & reuertatur à furore ira sua, & non peribimus?* De quibus alibi in loco.

Iona 3. 8.

a *Homil. 8 in diuites.*

b *Ho. de Iona, & ho. 1 de pœnit.*

c *Serm. 44.*

Mich. 4. 10

§. 6. *In die Expiationis, imponebat Deus, simul affligi, & festum agere, & nunc similiter, simul plangere, & lætos nos exhibere.*

¶ 17.

PAtet hucusque, quomodo debeat homo initio Quadragesimæ tanquam in die Expiationis plangere, & se conuertere in ieiunio, fletu, & planctu. Quod si (vt supra cœpimus indicare) his opponas; quid sit, quod hac die Christus Dominus nobis imponit dicens: *Tu autem cum ieiunas, vnge caput tuum*, oleo procul dubio fragrantissimo, *& faciem tuam laua*: quæ duo tunc ingentis lætitiæ, & festiui gaudij erant apertissima signa; Memento (inquit Origenes) quæ de Expiationis tẽpore instituta sunt. Tunc quidem afflictio grandis, & grande ieiunium omnibus ita imponebatur, vt de *anima, quæ afflicta non fuerit*, dicatur, quod *peribit de populo suo*, & nihilominus festum agere celeberrimum omnib. præcipiebatur, vt vnusquisq; vndique afflictus esset ex vna, & ex alia totus esset festiuus. Ita nunc hoc tempore, quod per illud Expiationis præfiguratum extitit, agendum est. Afflictione, & tristitia plenũ se debet exhibere peccator, quia peccauit; sed festiuus, & lætus esse debet, quia ad illud peruenit tempus, quo de animæ suæ reparatione, ac

Hom. 23. in num.

pec-

peccari remiſſione, agendum eſt. Qui grandem incurrit infirmitatem, quæ totum corpus afficit, & tumidum reddit, triſtatur præ dolore, qui ex illa oritur; ſed lætatur vehementer, cum videt iam opportunum tempus aduenisſe, quo ad eam curandam, omnia quæ
Hom. 1. de ieiun. neceſſaria ſunt, videt præparata. Ita S. Baſilius rē hanc exponit, vt triſtes quidem ſimus, & tali triſtitia affecti, quæ nullam conſolationem ex illa parte accipiat, quia peccauimus, quia Deum offendimus: lætiſſimi tamē eſſe debemus, quia tempus adeſt, quo peccatum plene deponamus ad diuinam gratiam reuocemur, & iugum captiuitatis, qua à diabolo captiui tenemur excutiamus. Quando tempus iam aduenit, quo filij Iſrael, qui captiui à Rege Babylonis tenebantur, captiuitate liberabantur, & ad Ieruſalem reuocabāturitam grandi fuerunt affecti lætitia, qualem Dauid prophetico ſpiritu prædixit, in eorum perſona loquens: *In conuertendo dominus captiuitatem Sion, facti ſumus ſicut conſolati.* Illa forma loquendi: *In conuertendo dominus*, græciſmus eſt; ſicut & iterum: *In conueniendo populos in vnum.* & *In cōuertendo inimicum meum retrorſum*: pro eo quod Hierony. formam latini ſermonis tenens, vertit: *Cum conuerteret dominus captiuitatem*, Et, *cum conuenirent populi in vnum*: Et *cum conuerterem inimicum meum retrorſum*.

Pſal. 125. *Pſ. 101. 23* *Pſal. 9. 4.*

Cum ergo dominus reuocaret nos à captiuitate, qua ſub Babylonico Rege tenebamur captiui, *facti ſumus ſicut conſolati.* Baſilius; Reconciliatione, lætitia, & iucunditate repleti ſumus. In He-
Scholi. in Pſal. 125. braxo, *Facti ſumus ſicut ſomniantes*, id eſt, vt doctus Genebrard. annotat, adeo conſolati lætatique ſumus noſtra reſtitutione, vt videremur verius ſomniare reditum, quam re ipſa videre. Cuiuſmodi tropo Liuius vtitur, agēs de Græcis audientibus vocem præconis, iu-
Lib. 33. bentis, vt beneficio populi Romani, retinerent libertatem, & ſuis legibus viuerent: maius gaudium (inquit) fuit, quam quod vniuerſi homines caperēt. Vix ſatis credere ſe quiſque audiſſe, alij alios intueri mirabundi, velut ſom-
Actor. 12. 9 nij vanam ſpeciem. Ita & Petrus cum è carcere educebatur, *exiſtimabat ſe viſum videre.* Et quia tātum gaudium cor non plene capiebat, ad externa refundebatur: *Tunc enim repletum eſt gaudio os noſtrum, & lingua noſtra exultatione.* Ecce gaudium, quo hodierna die affici peccatores ex hac parte debent; quia de conuertenda eorum captiuitate agitur, non qua ab aliquo viſibili hoſte tenentur captiui; ſed ea, de qua Apoſtolus, quod *tenentur captiui à diabolo ad ſuam ipſius voluntatem.* Hac de cauſa, ſumma lætitia hos dies excipiendos, aſ-
2. *ad Tim. 2. 26.* ſeruit Chryſoſt. *a* Adeſt, inquit, nobis ſplendidus dies, & deſideratum tempus aduenit, &c. Et iterum *b* cum Quadrageſimæ tempus aduenisſet: Ingenti, inquit, hodie alacritate ſurrexi, vna vobiſcum lætitiæ ſpiritualis particeps futurus, volens aduentus ſanctæ Quadrageſimæ, remedij, inquam, animarum noſtrarum, vobis annunciator eſſe; cōmunis enim omnium noſtri dominus, velut pater filios indulgenter amans, cupiens ea, quæ vnquam peccauimus nos abluere, hanc nobis, quæ per ieiunium fit curationem adinuenit. Nullus igitur ſit mœſtus, &c. Auguſt. *c* dies cum omni veneratione ſuſcipiēdos vocat, & demonſtrat, Ambroſ. *b* & Baſilius *c*, tanquam ſolemniſſimam feſtiuitatem Quadrageſimam ſuſcipiēdam tradiderunt, & oſtenderunt; ideo tandem & Chriſtus hodie inducitur, nos ad lætitiæ ſigna edenda inuitans: de quibus alibi. Alia ratione poſſumus hoc ipſum explicare ex illa D. Auguſtini propoſitione celebri, quod pœnitentia ita agenda eſt, vt peccator ſimul de peccato ſumma triſtitia doleat, & de dolore, & triſtitia, grandi lætitia, & gaudio afficiatur. De qua commodius alio in loco.

a *Serm. 60 de temp.*
b *Li. de Elia c. 1.*
c *Ho. 1. de ieiunio.*

§. 7. *In feſto Expiationis ſpem veniæ dabat Deus peccatori: maiorem nunc facit, quamuis velit illum cinerem vocari.*

¶ 18.

INſtituit antiquitus Deus Expiationis feſtum celeberrimum, quo omnes peccatis expiandis intenderent, vt ſupra diximus. Inter ea autem, quæ diuino conſilio tali ſolemnitati conuenientia conſtituit, illud fuit, quod

ea die summus Pontifex ingrederetur Sancta sanctorum, vt coram ipso Deo se constitueret, & supplicationes pro peccatis funderet. Ita in lege disposuit Deus: ita & ad Hebræos Apostolus expressit. Elegerat quidem Deus cum illo populo commorari, in quo suæ maiestatis sedem constituit, quasi super alas Cherubim in propitiatorio existentium super arcam: vnde & Dauid: *Qui sedes super Cherubim:* & quando populus cõtra Philistæos erat pugnaturus, *Tulerunt*, inquit *arcam fœderis Domini, sedentis super Cherubim*. Sed ita clausus esse voluit, & ab hominum conuersatione semotus, vt nullatenus alicui cõcederet sub mortis pœna, eum locum ingredi, & coram sede sua se exhibere. Hoc tantum concedebat summo sacerdoti, & quidem semel tantummodo in anno, omnibus pontificalibus ornamentis, & vestibus induto, & sanguine tincto, cum scil. festum illud Expiationis celebratur, vt sacerdos summus, ea die, qua de peccatis expiandis agebatur, pro peccatorum remissione orationes, & supplicationes, præsentaret. Qua in re mysterium grande voluit indicare. Quia enim ostia, quæ perpetuò clausa tenebantur, aperiri solummodo volebat, & aditum ad locum, in quo maiestatis suæ sedem constitutam habebat, concedebat liberum Põtifici solummodo vt ad orandum pro peccatorum remissione ingrederetur; hoc ipso animos peccatoribus faciebat, vt peccatorum suorum remissionem sperarẽt. Sicut. n. quando Rex aut princeps, locũ non concedit, nec aditũ, vt sibi pro alicuius delicto supplicationes offerãtur, ãs de venia concedenda desperat; ita cum locum concedit, & iubet, vt sibi supplicetur pro venia, vehementer ad illam sperandam excitat. Hocque Deo in more est, vt B. Hieronymus iudicauit, quod quando non vult remittere offensam aut pœnam, non concedit locum, vt sibi supplicationes offerantur. Ita quando noluit remittere Moysi pœnam, quam comminatus fuerat, pro eo quod egit ad aquas contradictionis: eo ipso quod Moyses os aperuit ad orandum, pro illius remissione dixit ei Dominus: *Sufficit nequaquam vltra loquaris de hac re*. Et quando noluit quiescere Sauli, prohibuit Samueli pro ipso supplicationes offerre, dicens: *Vsquequo tu luges Saul, cum ego proiecerim eum, &c.* Ita vt idem Hieronymus *a* annotat, quod & annotarat Cyprianus *b* quãdo noluit parcere populo, sed captiuitatis pœnam infligere, prohibuit Ieremiam, ne coram se staret, preces fusurus. *Tu*, inquit, *noli orare pro populo hoc, ne assumas pro eis laudem, & orationem, & non obsistas mihi quia non exaudiam te*. Et iterum: *Et dixit Dominus ad me: Noli orare pro populo isto in bonum*. E contra autem, quando dimittere volebat, aperiebat portas, & aditum concedebat, vt sibi supplicationes offerrentur. Ita notat ipse Beatus Hieronymus, quod dixit ad eundem Ieremiam: *Occurrant mihi, Domino exercituum*. Similiter obseruat, quod quando remittere voluit grande illud peccatum, quod populus commisit adorando vitulum conflatilem, aperire volens ostium, vt Moyses pro venia preces, & supplicationes funderet, dixit ei: *Dimitte me, vt irascatur furor meus contra eos*. Quando dicit (ait Hieronym.) Dimitte me, ostendit se teneri posse ne faciat quod minatus fuit: & quod si Moyses preces funderet, posset Deum tenere. Id quod etiam S. Gregorius annotauit: Quid est, inquit, sermo dicens, *Dimitte me*, nisi deprecandi ausum præbere? Ac si aperte ei diceret: Pensa quantum apud me valeas, & cognosce, quia obtinere poteris, quicquid pro populo exoras. Quando ergo tempus pro peccatorũ expiatione institutum celebrabatur, volebat Deus ostia aperiri eius loci, in quo residebat, quem clausum perpetuò existere volebat; vt liberè sacerdos ingrederetur, & coram sede maiestatis suæ se cõstitueret, vt supplicationes pro peccatorum remissione funderet: hoc ipso ostendens, se velle, quantum in se erat peccata remittere, & condonare. Et mirandum, quod pro nulla alia re, aut necessitate, quantumcumque graui, siue famis, siue pestis, siue obsidionis, nec aliis festiuitatibus, quæ ad diuina beneficia recolenda erant instituta, similẽ ingressum concedebat Deus; sed solùmodo pro remissione peccatorum pertractanda: primo, vt oltẽderet, singulariter

ad

Exo. 30. 10. Leu. 16. 34. Ad Hebr. 9. 7.

Psal. 79. 2.

3. Reg. 4. 4.

In c. 28. Ieremiæ.

Deut. 3. 26.

1. Reg. 16. 1.

a In c. 13. Ezech.

b Lib. de lapsis.

Ierem. 7. 16.

Ierem. 14. 15.

Inc. 28. Ieremiæ.

Epist. ad Gauden.

Exo. 32. 10.

9. Moral. c. 11. & 12. ¶ 19.

ad Deum recurrendum, pro peccatorum remiſſione, magis quàm pro quacunque alia neceſſitate : ſecundò, vt quantum ille ex parte ſui optaret veniam peccatorum concedere, indicaret. Quoniam autem, vt diximus, feſtum Expiationis, hoc quod incipimus Quadrageſimæ præfigurabat, quod ſingulariter expiandis peccatis conſtitutum eſt, in eius exordio liberum concedit ad ſe ingreſſum, portas aperit, & oſtia pandit, vt ad eum liberè ingrediamur, & pro peccatorum remiſſione, cum ieiunio, fletu, & planctu, ſupplicationes, & preces offeramus. Hæc de cauſa, quam pronus, ac paratus ſit, quantum eſt ex ſe, ad remittenda peccata, nobis vult inſinuari, quibus proponenda ſtatuit illa verba Prophetæ, quibus Eccleſia reſonat: *Conuertimini ad Dominum Deum, quoniam benignus, & miſericors eſt, &c.* Maximo timore poterant hodie peccatores conturbari, ſi ea quæ ſcriptura ſacra docet, & in Eccleſia fieri vident, attenta conſideratione expendant. Statuit in primis Deus, vt vas fictile aut terreum, ſi immundum factum fuiſſet, contereretur, & proijceretur: quod non tam pro vaſis materialibus dictum voluit, quam pro hominibus, qui vaſa fictilia ſunt: & *vaſa figuli* ſæpe in ſcriptura vocantur. Et quid mirum? Si videres aliquem principem, cui immunditia eſſet tam inuiſa, vt vaſa pretioſa auri, & argenti, lapidibus pretioſiſſimis ornata, eo ipſo quod videt immunditiam contraxiſſe, contereret, & in ſterquilinium mitti in perpetuum iuberet: quid crederes facturum de vaſis terreis, & fictilibus, ſi immunda fieri videret? Deus ita immunditiam peccati auerſatur, vt vaſa illa aurea angelicæ naturæ, pretioſiſſimis lapidibus donorum fulgentiſſimorum ornata, qualia apud Ezechielem deſcribit, eo ipſo quod vidit immunditiam, & frugi-nem ſuperbiæ contraxiſſe, æternæ damnationis ſententia tanquam virga ferrea contriuit, & in ſterquilinium inferni in perpetuum proiecit. Quid facturum credis de homine, qui vas eſt fictile, & terreum, cum peccatorum immunditia, & ſordibus viderit inquinatum? Hæc cõſideraſſe viſus fuit S. Apoſtolus Petrus, qui poſtquam expendit, quomodo angelos peccantes Deus proiecerit: quid de hominibus fecerit cõſiderat: *Si enim Deus angelis peccantibus non pepercit, ſed rudentibus inferni detractos, in tartarum tradidit cruciandos: & originali mundo non pepercit, & ciuitates Sodomorum, & Gomorrhæorum in cinerem redigens euerſione damnauit.* Quaſi antecedentis loco ſupponere videtur, quæ cum angelis peccantibus Deus fecit, illos à ſe in perpetuũ abijciens, & æterna damnatione puniens. (Antecedentis enim vim habet conditionalis illa, *ſi Deus angelis*) vt inde inferat: non mirum quod ſimiliter mundum carnalem, & terreum, & impudicas, ac immũdas ciuitates, euertẽs proiecerit, & damnarit. Si enim vaſa aurea, quæ lapidibus pretioſis extiterant ornata, eo ipſo quod immunda fuerunt reddita, proiecit; quid mirum, quod vaſa fictilia vndique ſordibus plena abiecerit, & in ſterquilinium miſerit? Hinc cum abijciendum Iechoniam regem in ſterquilinium Babyloniæ per Ieremiã Deus prædiceret: *Nunquid*, inquit, *vas fictile atq; contritum vir iſte Iechonias? Nunquid vas abſque omni voluptate?* Id eſt, vtilitate? *Quare abiecti ſunt ipſe, & ſemen eius, & proiecti in terram?* Quaſi dicere volens: Quid agendum eſt mihi de vaſe fictili immundo, ſordibus pleno, & inutili reddito? Ita & cum duabus tribubus comminabatur, quod erat illas proiecturus, & in perditionem daturus: *Deuoratus eſt*, inquit, *Iſrael*, id eſt, cõtritus, ſicut cibus, qui deuoratur, *nunc factus eſt in nationibus quaſi vas immundum.* Septuaginta tranſtulerunt: *vas inutile*, quia vas fictile quod immundum, & contritum eſt, inutile penitus iudicatur, ideoque proijciendum. Hodie igitur magno timore poſſent peccatores affici, videntes ſe vaſa fictilia, immunditijs, & ſordibus plena, peccatorum ictibus contrita, & propterea tanquam inutilia penitus reijcienda, quorum quiuis dicere poteſt: *Obliuioni datus ſum tanquam mortuus à corde, factus ſum tanquam vas perditum.* Mortuus, deficiente anima, ad omnia redditur inutilis, ideo in ſepulchrum proijcitur, obliuioni traditus, ibi penitus abſumendus. Et vas fictile inutile redditũ, ad nihil va-

2. Pet. 2. 4.

¶ 20.

Ierem. 22. 28.

Oſea 8. 8.

Pſ. 30. 13.

Zach. 16. 12.

Eccl. 27. 6.

Iſa. 30. 14.

Ierem. 19. 11.

Ezech. 28. 13.

let, nisi vt proijciatur: ita ego iudicor, &c. Hunc autem timorem non videtur Ecclesia tollere, sed potius augere velle per cæremoniam, qua vtitur, cinerem capiti superponens, & dicens: *Memento homo quia cinis es*. Res aliqua tunc in scriptura sacra vocatur *Cinis*, quando omninò inutilis facta fuit, & ad nihilum valet vltra, nisi vt mittatur foras, & conculcetur. Vnde S. Iob, postquam omnia recensuit mala, ad quæ deductus fuerat, in sterquilinium quasi coniectus, & ad omnia quasi inutilis factus, *Iob 19.19.* concludit: *Comparatus sum luto, & assimilatus sum fauillæ & cineri.* Ad summam vtilitatem (inquit Philippus Diaconus) perductum se dixit, qui vulneribus, & sanie sicut lutum computrescere-ret, & sœteret, & omninò inutilem, nisi vt in sterquilinium proiectus iaceat, qui similis cineri est effectus. Quid si iam cinis esset, & non similem cineri, sed cinerem se vocaret? Hinc comminatio illa extrema ad ciuitatem Tyri; *Ezech. 28.* *Dabo te in cinerem.* Et de Moab Deus *Amos 2.1.* conqueritur, *eo quod incenderit ossa regis Idumeæ vsq; ad cinerem.* Expende adhuc quod res aliqua non dicitur cinis, quando talis est, vt à Deo in perditionem proijcienda iudicetur; sed quando iam totaliter proiecta est, & absumpta, ac perditioni tradita. Hoc ex locis, quæ nunc induximus, patet; signanter ex ijs, quæ Petrus de Sodomis dixit. Ciuitates enim illæ non dicuntur cinis, quando Deus decreuit illas euertere, & perpetua deiectione perdere; sed quãdo iam proiectæ, euersæ, & absumptæ fuerunt. *Ciuitates Sodomorum*, inquit Petrus, *in cinerem redigens.* Quid igitur cogitare *2. Pet. 2.* compellitur homo, cui dicitur: *Memento, quia cinis est* Videtur enim id sibi dici, quod iam sit à Deo proiectus, & totaliter perditus, & absumptus, & quod *Baru. 3.11.* S. Baruch Propheta dicebat: *Coinquinatus es cum mortuis: deputatus es cum descendentibus ad infernum.* Expẽde quod tibi dicitur: *Memento, quia cinis es.* ¶ 21. Idem tibi, quod Sodomorum ciuitatibus accidisse, videtur Ecclesia ad memoriam tuam reuocare velle. Cecidit super illas ignis ardentissimus, qui ab Apostolo Iuda *ignis inferni* vocatur: credo enim eiusdem rationis illum fuisse cum igne inferni; cuius comparatione, qui apud nos est ardentior, depictus ab Augustino reputatur. Idcirco miseras ciuitates, vt Propheta dixit, *In momento subuertit*, & absumpsit, illas *in cinerem redigens*. Ita autem hoc factum est, quod in regione illa multa ad oculum conspecta, apparent stabilia, firma, & pulchra, quæ tamen verè nihil aliud sunt, quàm cinis. Apparet, inquit Paulus Orosius, forma regionis, & inuenitur regio cineris: & (vt refert Iosephus) terra illa arbores aut arbusculas potius, quàm ducit, nostris similes; quarũ fructus externo colore vtiles ad edendum apparent, carpentium verò manibus, in fumum dissoluuntur, & cinerem. Quod longioribus verbis Solinus *a* & Tacitus *b* testati sunt: & præclarè dixit Aegesippus *c*, Ambrosio interprete: Arsere, inquit, terræ, ardent aquæ, spectes illic specie poma viridantia, formatos vuarum racemos, vt edendi generent spectantibus cupiditatem, si capias, fatiscunt, ac resoluuntur in cinerem, fumumq; excitant. Hinc quantum existimo S. Augustinus, illam traxit sententiam, qua dixit; Poma in terra Sodomorum gigni quidem, & ad maturitatis faciem peruenire; sed morsu pressuve tentata, in fumum ac fauillam cerio fatiscente vanescere. Et iterum, asserens poma illa mendaci superficie decipere; quæ enim exterius oculis conspecta, poma apparent virentia, & pulchra, interius nihil aliud sunt quàm cinis: & manibus pressa, cinis deprehenduntur esse, & in fumum dissoluuntur. Id ipsum tibi euenisse per peccatum memorare velle videtur Ecclesia. Cecidit super animæ tuæ ciuitatem, quæ sicut Sodoma, prius *erat sicut Paradisus Dei*, diuinis cœlestibusq; fruticibus abundans; ignis tamen inferni, quod peccatum est, super eam cecidit, tanto ardore absumens, & comburens, quanto de quodam peccati genere S. Iob expressit: *Ignis est, vsque ad perditionem deuorans, & omnia eradicans genimina:* & Sanctus Propheta Ioel; sub typo ignis Chaldæorum, absumentis Iudæorum ciuitates, declarauit dicens: *Ad te Domine clamabo, quia ignis comedit speciosa deserti, & flamma succendit omnia ligna regionis*. Huiusmodi

Ser. 41. de Sanctis. *Thren. 4.6*

Lib. 1. c. 5. *1. de bello Iudaic. c. 5*

a *Cap. 44. de Africa.* b *Lib. vlt.* c *Lib. 4.*

21. de ciuitat. c. 5.

Ibid. cap. 8

Gen. 13 10

Iob 31. 12. *Ioel 1 9.*

ciuis

cinis factus es, ſicut Sodoma. Apparent quidem exterius multa, quæ pulchram ſpeciem oculis referunt, ſed quæ intrinſecus nihil niſi cinerem continent, & digitis expreſſa in fumum diſſoluta exhalantur. Cogitare, loqui, ambulare, res pertractare videris, ſed quid cogitationes tuæ, quæ ſapientiſſimæ videntur? quid ſtudia, quibus ditari contendis? quid conatus, quibus loca ſuprema ambis? quid deniq; quicquid peragis, & tractas? Si digitis teratur, & intrinſecus expendatur, fumus, fauilla, & cinis inuenietur. Id quod elegãtiſſimè Deus ſub occultis metaphoris expoſuit deſcribens, quoſdam qui in mundo videntur pulchri, inſignes, & oculis ſpectabiles, quales ſunt excellentes duces, equites illuſtres, fœminæ pulcherrimæ, quæ omnium oculos ad ſe rapiunt: *Qui immolant*, inquit, *in hortis*, id eſt, qui affectibus ſuis tanquã dijs ſeruiunt, ſemper in hortis, aut voluptatibus agentes vitam, *& ſacrificãt*, aut (vt alij legunt) *ſuffiunt ſuper lateres*, id eſt, qui ad concupiſcentiæ ſuæ nutrimentum, odoriferis vnguentis, & ſuffitibus vtuntur. Quamuis nunc diuites vaſculis argenteis ad odoriferas fumigationes, & ſuffitus fragrantes vtantur, tunc ad id ſolummodo lateres, aut vaſa teſtacea erant in vſu, quæ ignis vim ſuſtinent. *Qui habitant in ſepulchris*, id eſt, ſimiles ſe ſepulchris exhibent, & tãtum curant externam ſpeciem ornatam exhibere, cum intus pleni ſint ſpurcitia, & oſſibus mortuorum. ¶ 22. *Et in delubris idolorum dormiunt*. In Hebræo habetur vox, quę ſignificat loca obſcura, tetra, & timore plena. Tales ſunt, qui viri fortes in mundo reputantur, qui quietè totam noctem agunt in aliena domo, periculis plenam, hæcque adulteris: frequentiſſima ſunt. *Qui comedunt carnem ſuillam, & ius prophanum in vaſis eorum*. Id eſt, id omne quod prohibitum eſt, magna cum voluptate comedunt, & ſumunt carnem prohibitam, & ius prophanarum ollarum: *Qui dicunt: Recede à me, & non appropinques mihi, quia immundus es*: qualis eſt homo diues, pretioſis indutus, qui nec permittit pauperem ſibi fieri propinquum, ne vel calceus eorum aliquam ab eo contrahat immunditiam; qualis eſt mulier curioſiſſimo cultu cõpta, ad quã nullus appropiquare audet, ne ſibi dicatur: Non appropinques mihi, quia immundus es. *Iſti*, inquit Deus, *fumus erunt in furore meo*. Sicut arbores Sodomæ pulchræ videntur, & ſpecioſi earum fructus, cum tamen carpentium manibus vel leuiter comprimuntur, in cineres, & fumum diſſoluuntur; tales iſti comprobabuntur: cum enim intus, & in cute examinandos aſſumam, & manuum mearum digitis comprimam, *erunt fumus* id eſt, tũc apparebit, quidnam ſunt, & quia verè nihil ſunt, niſi fumus, & cinis: vt non incongruè credere poſſimus, alluſionem per hæc verba fieri ad id, quod ſcriptum fuerat, *Abraham conſurgens, manè, intuitus eſt Sodomam, & Gomorrham, & vniuerſam terram regionis illius: viditque aſcendentem fauillam de terra quaſi fornacis fumum*. In fumum, & fauillam, & cinerẽ omnia vidit reſoluta, cum ſub matutina luce illa fuit intuitus. Non ſecundum viſionem oculorum iudicare debes; ſed ſecundùm lucem diuinam mentem illuſtrantem intuere, & videbis omnia, quæ in te ſpecioſa videntur, quaſi in fumum, & fauillam reſolui; & quod meritò dicatur tibi: *Memento, quia cinis es*. Hæc ſi conſideres, videbitur tibi deſperandum. Videns enim te vas fictile immundum, & vndique ſordibus plenum; à Deo penitus proijciendum, potes timere: imò, & qui iam te cinerem audis, ab ipſo proiectum, & perpetuæ perditioni iam traditum, poſſes ſuſpicari. Quid igitur agendum? Deſperandumne? Nequaquam. Idcirco ſancta Eccleſia, quæ ex vna, te cinerem eſſe, tibi repræſentauit, ex alia Deum tibi proponit tanquam pium patrem, paratũ ad te recipiẽdum, quin hoc Expiationis feſto omnia domus ſuæ oſtia, & portas aperit, & pandit, vt liber tibi pateat ingreſſus; imò prouocans, vt hac die ad preces, & ſupplicationes pro peccatis tuis offerendas, te conuertas. Cinerem ergo te eſſe, tibi dixit, quaſi te iam in extremo perditionis poſitum repræſentans; vt non iam amplius te contineas, nec tuæ perditionis remediũ differas, qui ad vltimum eius quodãmodo perductus fuiſti: remediumq; tibi præſens ex Dei parte offert, quẽ ad

Iſai. 63. 3.

Vide ibi Forerium.

Gen. 19. 27

veniam, & misericordiam paratissimũ in ipso statim officij Missæ exordio exhibet, illa Sapientis verba depromens: *Misereris omnium Domine, & nihil odisti eorum quæ fecisti, dissimulans peccata hominum propter pœnitentiam, & parcens illis.* In textu dicitur: *Parcis autem omnibus, quoniam tua sunt Domine, qui amas animas.* In Græco *Philanthropos*, id est, amator hominis. Expende singulare Dei epitheton. Nobilior quidem fuit angelus homine; sed singulariter est Deus *amator hominis*: quia angelos peccantes, sine remedio relinquês perpetuæ perditioni traditos, hominibus peccantibus remedium offert, ex eo solùm quod eos amat. Quibus concinunt, quæ hoc ipsum Ecclesia latius explicare volens ex Prophetа subdit: *Convertimini ad Dominum Deum vestrum, quia benignus, & misericors est, patiens, &c.*

Sap. 11. 24

§. 8. Per cinerem aptus redditur peccator ad misericordiam Dei, qui benignus dicitur, quod superabundat eius gratia, ubi abundauit delictum.

¶ 23. Ioel 2.

Convertimini ad Dominum Deum vestrum, quia benignus, & misericors est, patiens, & multæ misericordiæ, & præstabilis super malitia. Aptissimè Sancta Ecclesia, in hoc festo expiandis peccatis constituto (cùm Deus magis quàm in antiqua Expiationis solemnitate fores, & portas aperit, vt peccatores accedant, supplicaturi pro iniquitatibus suis) nos ipsos eo modo, quo Deus antiquum populum, componit, & aptat, quo magis simus dispositi ad diuinæ gratiæ dona obtinenda, attendens ea, quæ per sanctum Propheтam Ioel sibi fuerunt reuelata. Adegit sancta illa Rebecca per prophetiam instructa (vt Chaldæus apertè legit) filium suum minorem Iacob, vt ad patrem Isaac ingrederetur, & coram illo se constitueret, ipsius plenam benedictionem obtenturus, per quam ius haberet ad totam eius substantiam, domum, facultates, & bona hæreditanda. Timebat Iacob ingressum, dicens: *Si attrectauerit me Pater meus, & senserit, timeo ne putet me sibi voluisse illudere, & inducam super me maledictionem pro benedictione.* Mater cœlesti prophetia instructa, & composuit, & aptauit eũ, operuit eius manus, & collum, timoremque filij abstulit, & plena securitate eum firmauit: *In me sit, ait, ista maledictio fili mi, tantùm audi vocem meã.* Chaldæus, *Acquiesce verbo meo, quod ego præcipio tibi.* Septuaginta: *Audi me, sicut ego præcipio tibi.* Excitat nos hodie mater nostra Ecclesia, cuius expressum typum sancta tenuit Rebecca, vt communi sensu SS. Patres supponunt, vt iuxta temporis institutionem ingrediamur ad Patrem cœlestem, qui nobis benedictionem suam cœlestem, & gratiam largiatur, illam de qua Sapiens: *Benedictio Domini diuites facit:* per eam siquidem datur ius ad omnia ipsius bona, imò & regna eius hæreditanda. Timere potest peccator ingressum, qui audit: *Non habitabit iuxta te malignus, neque permanebunt iniusti ante oculos tuos.* Et iterum: *Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius, & fugiant qui oderunt eum à facie eius: sicut deficit fumus deficiant, sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei.* Est Deus ignis consumens; est peccator palea, & stipula, vt sanctus dixit Malachias: quid sperandum est paleæ, consumenti igni appropinquanti? Cæterum cœlesti prophetia instructa mater sancta nos componit, operit, atque aptat, vt benedictionem consequi possimus. Instruit enim, vt ipsi iam nos reputemus cinerem, dicens: *Cinis es,* & cinere simul caput nostrum operit, vt interius per recordationem, & considerationem, & exterius per ipsum cinerem superpositum, nihil aliud, quam cinis appareamus. Ita nos aptat, & componit sancta mater, vt ingrediamur corã patre nostro, ad benedictionem obtinendam, quia de illo per Propheтam Ioel nouit, quod *Benignus, & misericors est, &c.* Propheta Ioel tã profundus est sacramentis, vt sicut annotat Augustinus, omnia quæ dicit, compellat multis verbis exponi. Et certè omnia ista Dei epithera, tam grandem emphasim continent, vt nulla verba inueniantur, quæ plenè, & adæquatè rem explicent idcirco quoduis eorum multis verbis egetad sui explicationem.

Gen. 27.

Pro. 10. 22

Psal. 5. 6.

Psal 67.

Malac. 4. 1

18. de ciuit. cap. 30.

Beni-

Benignus. Grandem cohærentiam cum benigno cinis habet. In Hebræo *Hannun*, nomen à verbo *Hannan*, quod ſignificat merè gratioſè, & placidè, ac ſumma delectatione donare, nulla penitus habita conſideratione ad merita eius cui datur. Vnde *Hannun* is dicitur, cui nihil magis gratum, placidum, & delectabile, quam donare abſque aliquo merito. Regia transfert: *Gratioſus*, aut *gratioſè donans*, id eſt, talis, qui totus in eo poſitus eſt, vt omnia quæ habet, aut quæ poſtulantur ab eo, gratioſè det: ideoq; tam ſine meritis, vt ibi magis conferat, vbi minor meriti ratio apparuerit. Vulgatus aptè tranſtulit: *Benignus*: vt enim ex Baſilio alibi annotabamus, benignitas propriè loquendo eſt virtus, qua quis benefacit cuicumque indigenti, nullatenus conſiderans meritum aut rationem, ſed ſolam indigentiam, & neceſſitatem alterius: idcirco, quantò maior apparuerit indigentia, tantò maior voluntas dandi, quæ neceſſaria ſunt. Vnde hoc epitheto Chriſtus Dominus Deum deſcripſit, quando eum induxit benefacientem, & ſua dona largientem peccatoribus: *Quia ipſe benignus eſt, ſuper ingratos, & malos.* Non ex meritis aut iuxta merita dandum mouetur; ſed ex neceſſitate, aut egeſtate, quam videt; ideò malis, & ingratis dat, in quibus tantò maior indigentia, quantò minora, aut nulla merita. Hinc Chryſoſtomus docet, tantò aliquem melius diſponi ad diuinæ miſericordiæ dona obtinenda, quantò minus ſua merita, magis autem, & euidentius ſuam egeſtatem, & miſeriam repræſentauerit: eſt enim Deus benignus, id eſt, qui miſericordiæ ſuæ dona ex mera gratia confert: gratia autem tunc operatur potentius, quantò minus rapræſentantur merita; & miſericordia, quantò maior miſeria, & neceſſitas apparet. Et hanc doctrinam confirmat ex illo Sapientis cõſilio: *Ne iuſtificaueris te in conſpectu Domini.* Quò Phariſæus magis ſua extollebat coram Deo merita, eò ineptior ad diuinæ miſericordiæ, & gratiæ dona reddebatur; ſicut Publicanus è contra, eò ſe ad illa aptiorem exhibebat, quò magis ſe meritis vacuũ, & neceſſitate grãdi affectum oſtendebat. Hinc intelliges illam Dauidis ſupplicationem: *Propter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo, multum eſt enim.* Id eſt, magnum, & omnibus modis grande. Incongruè videtur Dauid procedere, qui ad obtinendam peccati remiſſionem, illius magnitudinem repræſentat, & illam tanquam motiuum illius ad remittendum exprimit: *Multum eſt enim.* Ille (vt Chryſoſtomus obſeruat) prudenter in forenſibus iudicijs agit, qui ad obtinendam facinoris alicuius remiſſionem, illud extenuat, & minuit. Inde cura grandis, qua qui ſe defendunt, circumſtantias omnes alleuiantes ſolent expendere, & iudicibus proponere: ſicut enim quò leuius peccatum apparet, facilius remittitur; ita quò grauius fuerit comprobatum, difficilius accipit veniam. Vnde irridendus eſſet ille qui vt iudex delictum remitteret, illud exaggeraret, & magnum prædicaret. Ita quidem in mundanis, aut forenſibus iudicijs: cæterùm apud diuinum tribunal, in quo iudex benignus eſt, potius in contrarium eſt agendum, apud quem tantò quis certiorem habet peccati ſui remiſſionem, quãto magis peccati ſui grauitatem cognouerit, & annunciauerit. Tunc enim ſe repræſentat cum minori merito, & maiori indigentia, & neceſſitate, aptum ſanè in quem is qui Benignus eſt, operetur. Hocque illud eſt, quod ſuppoſuit Dauid, *Propter nomen tuum propitiaberis peccato meo.* Id eſt, propter te ipſum, qui Benignus diceris, id eſt, merè gratioſè donans, & *vbi abundat delictum, ſuperabundat & gratia.* Hinc ſancti viri quando voluerunt à Deo aliquid obtinere, ſeipſos omni merito vacuos, & ſuprema neceſſitate, & egeſtate affectos, exprimere & repræſentare conſueuerunt. Et hinc patebit, cur cinere ſe aſpergere tũc ſoliti fuerint, & ſe induere ſacco. Vt enim paulò ante diximus, nihil inutilius eſſe, aut excogitari poteſt, ea re, quæ iam in cinerem fuit conuerſa; nec poteſt ad maiorem deduci egeſtatem, & miſeriam, quàm cum in cinerem fuerit redacta. Hinc intelligemus, cur Thamar quando ſe vidit à fratre ſuo Amnon violatam, & magno contẽptu expulſam, *aſperſit cinerẽ capiti ſuo*: ſe.n. omnimodæ perditioni traditam,

Brix. to.1. fol.249.

¶ 24. De regul. breuior. reſpon.214

Luc.6.35.

Hom.3 in illud, Vidi Dominum.

Eccl.7.5.

Luc.18.

Pſal.24.

Ead.hom. 3.cit.

ad Rom. 5. 20.

¶ 25.

2.Reg.13.19

eam, & ad vltimam miseriam redactam indicere voluit. Similiter, & Mardochæus, quando vidit prolatam Regis Assueri sententiam contra Iudæorum
Esth.4.1. populum, quam impius Aman fuerat machinatus, *cinerem capiti suo asperſit*, totalem, & extremam populi sui perditionem volens manifestare. Hinc illæ
a Ezec.28: 18. phrases superius inductæ, a *Dabo te*
b 2. Pet.2. *in cinerem*, & *b Ciuitates Sodomorum re-*
c Amos.2.1 *degit in cinerem*, & *c Incendit ossa regis Idumeæ, vsque ad cinerem*, &c. Hinc etiam illa Abrahæ sententia explicatur, quando voluit à Deo rem gran-
Gen.18.27 dem sua supplicatione obtinere: *Loquar*, inquit, *ad Dominum meum, cum sim puluis, & cinis.* In Hebræo: *Et ego sum puluis, & cinis.* Dictio, &, non tam coniunctionis, quàm causalis vim habet, vt est commune in scriptura. Videbatur quidem hæc consideratio apta ad continendum Abraham, ne coram Deo loqui auderet, aut rem grandem postularet. Quanto enim quis se viliorem agnoscit, tanto se iudicat magis ineptum, vt coram supremo rege, loquatur, & cum eo agens, grandia conficiat negotia. Rectè tamen Abraham, qui sciebat qualiter se coram eo deberet exhibere, quem Benignum agnoscebat; ideoque quo magis aliquis se cinerem, & puluerem reputauerit, & repræsentauerit, eò magis se aptum exhibet ad suæ gratiæ, & misericordiæ dona speranda. Quibus alluſisse visus fuit
Ps.102.13 Dauid, dicens: *Quomodo miseretur pa-*
14. *ter filiorum, misertus est Dominus timentibus se: ipse enim cognouit figmentum nostrum: recordatus est, quoniam puluis sumus.* Expende totius sententiæ cohærentiam. Vt Deus misericordiam præstaret, & seipsum excitaret ad eam largiendam, recordatus est, quoniam puluis sumus, & quanto magis (more nostro loquendi, quem Dauid sequitur) id ille attendit, tanto ad citius, & abundantius conferendas misericordias se conuertit. Optimè igitur, qui eas consequi voluerunt, id ipsum corã eo constituti, ad illius memoriam reuocare contenderunt, seipsos puluerem esse clamantes, & cinere aspersos, cinerem se esse ostendentes illi, qui tunc nostri misertus dicitur, quando recordatus fuit, quod puluis sumus. Ita ciues Bethuliæ semel, & iterum fecerunt, grandem miseriam ad quam deuenerant, exprimere volentes, qui semel *a* & iterum *b* a Iudith 4. *prostrauerunt se super terram, mittentes* 16.
cinerem super capita sua: orãtes, vt Deus b Iud.7.4.
Israel misericordiam suam ostenderet. S. c Iud.9.1.
Iudith *c ingressa oratorium suum, & induens se cilicio, posuit cinerem super caput suum, & prosternens se coram Domino, clamauit.* S. Mardochæus in grandi necessitate constitutus *d spargit cinerem capiti.* Et sancta Esther orare volens *e, cinere, & fœrcore impleuit caput.* d Esth 4.1.
Daniel volens rogare Dominum, sacco indutus *f, cinere aspersus fuit.* Populus Dei quando Machabæorum tempore, grandi oppressione se vidit afflictum, non semel, sed & iterum *g cinerem imposuerunt omnes capiti suo.* Vnde illa loquendi phrasis, *h In cinere, & cilicio egissent pœnitentiam* Aptè ergo Ecclesia nos quasi in cinerem iam redactos, & cinerem effectos, vult nos exhibere, vt tales nos repræsentemus Deo, qui quoniam Benignus est, ad eos conuertit oculos, qui se pauperes, & inopes, & totius meriti expertes, cognoscunt, & profitentur: dicamusque coram misericordiæ suæ throno prostrati cum Dauid: *De necessitatibus meis erue me: vide* Ps.24.19.
humilitatem meam, id est, miseriã grandem, *& laborem meum, & dimitte om-* Dan.9.5.
nia peccata mea, & cum S. Daniele: *Pec-* 18.
cauimus, iniquitatem fecimus, impiè egimus, & recessimus, & declinauimus à mandatis tuis, ac iudicijs, &c. *Non in iustificationibus nostris prosternimus preces ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis.*

§. 9. Benedicitur Deus misericors, patiens, & præstabilis super malitia, vt spem veniæ peccatores concipiant.

¶ 26. רחום

NOn solùm benignus; sed *& misericors est.* In Hebræo *Rahum* à verbo *Rhiam*, quod duas actiones iunctas exprimit, vnam tanquam alterius radicem, amare, &c. & misereri, ideoq; propriè significat, amando aliquem, aut ex amore alicuius, misereri illius: quomodo dixit Deus apud Isaiam, quod *mulier miseretur pueri vteri sui*, ex amore Brix.10.2 fol.171. Isa.49.15.

quo

quo eum proſequitur. Ideò *Rahum* propriè ſignificat eum, qui non ex meritis alterius, aut ex aliqua ratione impellente, ſed ex mero puroque amore, eius commiſeretur, quem videt in neceſſitate conſtitutum. Pagninus legit, *miſerator*, quomodo eandem vocē *Rahum* tranſtulit Vulgatus in pſalmo, *Memoriā fecit mirabiliū ſuorum, miſericors & miſerator Dominus.* In Hebræo ipſæmet duæ voces *Hannun*, *Rahum*, quas etiam ponit Propheta, hoc loco, & Vulgatus tranſtulit; *benignus & miſericors*: ibi *miſericors, & miſerator*: ſæpè namq; tanquam ſynonymæ, confunduntur à translatoribus. Eſt tamen aliqua differentia inter miſericordem, & miſeratorem. Nam miſericors dicitur quis ab affectu miſericordiæ, viſceribus eius inhærente; miſerator autem ab operibus continuis, & perpetuis miſericordiæ. Vnde qui affectum habet miſericordiæ, verè dicetur miſericors, etiam ſi nullam miſericordiam operetur; quia non ſe occaſio obtulit ad eam agendā: non tamen dicetur miſerator, aut operator miſericordiæ, niſi operibus miſericordiæ continuò vacet. Sicut ædificator non dicitur, qui in mente habet artem ædificandi, per quam ſcit ædificare; ſed qui continuò totus in actione ædificandi poſitus eſt. Deus dicitur miſericors, à natura bonitatis ſuæ; ſed miſerator, ab eo, quod perpetuo operibus miſericordiæ faciendis intendit. Itaque hoc Dei, vt ita dicam, eſt officium, eſſe miſeratorem aut operatorem miſericordiarum. Sicut ergo is, cuius domus patitur ruinam, liberè accedit ad ædificatorem, quærēs reparationem illius, quia hoc eius officium: & qui infirmitatem contraxit, ad medicum, vt ſanitatē recipiat; quia medicus totus poſitus eſt in hoc, quod omnibus medeatur; ita quia Dei officium eſt, eſſe operatorem miſericordiarum, per quas ſubleuat miſerias, qui illis ſe ſentit affectū, & afflictum, liberè & confidenter ad eum ſe debet conuertere; ideò *Conuertimini*, inquit Propheta ad peccatores loquens, *ad Dominum*, quia hoc eius officium miſerias, miſericordiarum largitione, & operatione, auferre. Deinde ſubdit: *Patiens.* In Hebræo, *Hu erech apaim*, id eſt, *ipſe longus naribus*; quomodo Regia: qua phraſi frequentiſſimè ſcriptura ſacra exprimit eum, qui non ira commouetur, vel ſuccenditur, vel alteratur, metaphora ſumpta ab eo quod Philoſophi docent, iram oriri ex eo, quod ſuccenditur ſanguis circa, cor, cuius ſpiraculum ſunt nares. *Son la chiminea, por do ſale la llama, y reſpira el coraçon.* Cum autem ignis ſuccenditur, quantumcunque ligna multiplicentur, nullatenus domum inflammat, ſi ſpiraculum habeat grande, & latiſſimum. Brixianus concedit nomen *Erech*, apud omnes eſſe adiectiuum, id eſt, *Longus*, ſed credit ipſe eſſe ſubſtantiuum, & ſignificare ipſam longitudinem, vt dicere velit Propheta: Eſt Deus ipſamet lōgitudo, aut latitudo; nihil nares eius repler, aut occupat, de quibus alibi. *Et multæ miſericordiæ.* In Hæbræo, *Multus miſericordia*, aut, *in miſericordia*; quomodo tranſtulit Regia. Grande myſterium hoc epitheton continet. In qua namque perfectione Deus eſt (vt ita dicam) paucus? Eſt ne paucus in ſapientia: *Cuius ſapientiæ non eſt numerus?* Eſtne paucus in potentia, qui *omnia quæcunque voluit, fecit in cœlo, & in terra, in mari, & in omnib. abyſſis?* Eſtne paucus in duratione cui dicitur, *A ſeculo, & in ſeculum tu es Deus?* Eſtne paucus in maieſtate, & gloria, cui canunt Seraphim: *Pleni ſunt cœli, & terra gloria tua?* Cur igitur dicitur, multæ miſericordiæ, aut multus in miſericordia? quia *miſerationes eius ſuper omnia opera eius.* Hortatur Propheta peccatores, vt ſe ad Deum conuertant. *Conuertimini*, inquit, *ad Dominum Deum*: ideò talem eum ipſis repræſentat, qualem ipſi egent, & qualis eiſdem congruit. Quid habent peccatores? In omnibus ſunt (vt ita dicam) pauci, & breues. Paucæ ſunt durationis, nam *a breues dies hominis ſunt*, paucæ lætitiæ, & gaudij, *b gaudium* enim *hypocritæ ad inſtar puncti*; paucæ prudentiæ, quos *ſtultos, & imprudentes*, ſæpè ſcriptura vocat; ci paucę potentię, qui *d nec ſufficiunt cogitare aliquid à ſe*, quod bonum ſit; paucę ſapiētię, qui *e quæ in proſpectu ſunt, inueniunt cum labore*, ſalummodo multi ſunt in miſerijs: *f Vniuerſa namque vanitas omnis homo viuens, & g repletur multis*

Pſal. 110. *miſerator*

Tom. 1. fol. 47.

Pſ. 146. 5. Pſ. 134. 6.

Pſ. 40. 14.

¶ 27.

Pſ. 144. 9

a Iob 14. 1. b Iob 20. 5 c Deut 32. 6. & Prou. 17. 22. & Pſal. 93. 8. d 2. Cor. 3. 5. e Sap 9. 16. f Pſ. 38. 6. g Iob 14.

מרוב אריך אפים

multis miserijs; multi in peccatis, *Iniquitates meæ*, dicebat vnus, *supergressæ sunt caput meum*. Illi, qui multus est in miserijs, qualiter repræsentandus est Deus, nisi multus in misericordia? Ne credas misericordiam Dei posse exhauriri, quãtumcunque sis multus in miseria. Tu enim es multus in miseria, vt homo, ille multus in misericordia vt Deus; & sicut Deus infinitè excedit hominem; ita multitudo misericordiæ eius, multitudinem miseriæ tuæ. Id circò comparatur eius misericordia aquis maris: mare namque tam multum est in aquis, vt quamuis ab initio mundi inde aquæ profluxerint ad irrigandam terram; nihilominus nullam patiatur diminutionem, sed ita aquis nunc redundat, ac si nunquam ex eo fluxissent. Dicitur igitur Deus multus in misericordia, eo modo quo apud Apostolum, *Deus autem qui dives est in misericordia*. In nulla quidem re est pauper, qui thesauros habet infinitos, sapientiæ, & scientiæ, potentiæ etiam, & gloriæ; sed dicitur dives in misericordia, quia hæc est, quam continuò, & iugiter effundit. Subdit tandem Propheta Ioel: *Et præstabilis super malitia*. Aliqui credunt dici præstabilem, à verbo præstare, vt velit dicere: præstantior est ille in bono, quàm hominum malitia in malo; superat eius bonitas omnẽ malitiam: ideoque inundat quasi diluuium omnem malitiam. Huic fauere potest, quod in Hebræo habetur verbum *Nihам*, quod vulgatus variè transfert. In versu enim sequenti accipit, pro ignoscere, & parcere. *Quis scit si conuertatur, & ignoscat?* In Hæbræo *Nihам*. Sensus itaque erit, Est ignoscens, parcens, & miserans, super omnem malitiam. Maior est misericordia eius ad ignoscendum, quam malitia ad offendendum. Excedit infinitè omnem malitiam. Sed maius mysterium hæc verba, *præstabilis super malitia*, continent, statim à nobis explicandum.

Psal.37.5.

Eph.2.4.

, חנם

Ioel.2.14. Ionæ 3.4.9.

§. 10. *Grandem spem excitat in peccatoribus, cum dicitur Deus præstabilis, aut pœnitens super malitia.*

¶ 28. SPiritu Sancto excitata Ecclesia, sicut antiquitus in festis Expiationis, apertiebatur Sancta sanctorum, eiusque referebantur ostia, ad indicandum, quod diuinæ misericordiæ fores aperiebantur, vt omnes ad illam implorandam se conuerterent: ita nobis in ipso exordio Quadragesimæ, quam Expiationis festum expressè indicauit, diuinæ misericordiæ portas exhibet patentes, & apertas, inducitq; Deum ipsum per sanctum Prophetam Ioel clamantem & dicentem: *Cõuertimini ad Dominũ Deum, quoniam benignus & misericors est, patiens, & multæ misericordiæ, & præstabilis super malitia*: quibus verbis diuinæ suæ misericordiæ magnitudinem excellenter ob oculos ponit. Illis enim, quantum existimo, Niniuitarum historiam vult ad mentem reducere, vt nos ad sperandam à Deo misericordiam, & veniam, & pœnitentiam agendam inducat. Fuerunt sancti Prophetæ Ioel, & Ionas contemporanei, & eodem tempore prophetarunt, & prædicarunt. Quamuis enim (vt sancti Patres annotant) Ioel non exprimat suæ prophetiæ tempus, ex hoc ipso intelligendum est, illum prophetasse eodem tempore, quo Propheta, qui eum præcessit, qui est Osæas. Ita Clemens Alexandrinus *a*, Hieronymus *b*, Augustinus *c*, Theodoretus *d*, & Ruffinus *e*, Osæam autem, & Ionam fuisse eodem tempore, idem sancti Patres *f* quam rem certam ex chronicis, & Hebræorum communi sententia, & traditione docuerunt, quod, & similiter affirmauit Eusebius *g*. Synchroni igitur fuerunt cum Osæa, Ionas, & Ioel: idcircò mutuò se in prædicandi, & prophetandi munere adiuuisse credendum est. Similes enim fuerunt Prophetæ ac ministri Dei, illis sanctis animalibus, qui spiritu Dei ducebantur, quæ alis mutuò se contingebant, & ad volandum excitabant, & adiuuabant, quo modo, & in nouo testamento, Paulus *h* cum Petro cæteriisque Apostolis, quæ prædicabat conferebat; & Petrus *i* ad prædicandum, epistolis, & exhortationibus Pauli vtebatur. Ita credo sanctum Prophetam Ioel, ad ea, quæ Ionæ acciderant, voluisse sua prophetica prædicatione alludere, qui propterea eadẽ penitus Ionæ verba repetijt, & expressit. Audiunt Ionas Deo ipso re-

Ioel.2.

a 1. *Strom.*
b *in cap.1. Osee & in c.1 Ioel & in c.1 Isai.*
c 18. *de ciu. cap.27.*
d *in Proœ. duodecim Prophetar*
e *in Ioel.*
f *Eisdem locis.*
g *in Chronico & 10. de prædic. c.vlt.*
h *ad Gal. 1.18. & c. 2.2.*
i 2. *Pet.3. 15.*

nun-

nunciante, grandem eſſe Niniuitarum malitiam; & quaſi ad extremum peruenifſe: *Aſcendit*, inquit, *eorum malitia coram me*, aut vt Chryſoſtomus legit, *vſque ad cœlum*. Audiuit itidem Deum iam damnationis, & mortis contra eos protuliſſe ſententiam, quam iuſſus erat eiſdē intimare, breuiſſimis diebus complendam: nihilominus adhuc credidit, illis ſupereſſe remedium, ſi pœnitentiam agerent, & dolentes de peccatis, ad eius miſericordiam implorandam ſe conuerterent. Hæcque vt ipſemet expoſuit, cauſa fuit, cur ad eam ſententiam intimandam ire recuſauerit: *Scio enim*, inquit, *quia tu Deus clemens, & miſericors patiens, & multæ miſericordiæ, & ignoſcens ſuper malitia*. Et hoc ipſum rei comprobauit euentus. Eadem penitus verba in Hebræo Ioel aſſumpſit, vt nec minima ſit diſcrepantia; quamuis Vulgatus, diuerſis aliquantulum epithetis transferat: *Benignus, & miſericors eſt, patiens, & multæ miſericordiæ, & proſtabilis ſuper malitia*. Hoc autem quod dicit, *proſtabilis ſuper malitia*, grāde continet myſterium, quod in ipſa Ionæ prophetia mirè explicatur. Habetur in Hebræo tam apud Ionā, quam apud Ioel, verbū *Niham*, frequentiſſimum in ſcriptura ſacra, cum de Deo in ordine ad peccatores agitur. Significatque proprie pœnitere, *Arrepentirſe*, & ita Regia, & Pagninus, cōmuniterque omnes ex Hebræo trāsferunt: *Pœnitens ſuper malum, aut ſuper malitiam*. Malitiæ aut mali nomine (vt annotarunt Tertullianus *a*, Hieronym. *b* & Damaſcenus *c*, & alibi oſtendimus) afflictio, labor, vel pœna intelligitur. Poſſunt autem hæc explicari ex doctrina B. Gregorij Nyſſeni *d* aſſerentis, Dei conditionem excellentiſſimè explicari exemplo ſpeculi. Eſt enim Deus ſimilis ſpeculo, quod tale eſt erga hominem, qualis homo erga illum. Si homo rideat, ſpeculum ſe ridens exhibet: ſi ad lacrymas, & triſtem vultum ſe homo ſubito conuertat, in inſtanti, & ſubitò etiam in ſpeculo lacrymas, & triſtem vultum conſpiciemus. Talem Deum cogita, *Speculū ſine macula*. Eo ipſo, quod deliberatè cogitas cōtra illū agere, & offendere: cogitat, & ipſe cōtra te agere, & te offendere. Eo autem ipſo, quod te conuertis, & dolēter te exhibes de offenſa, quam agere cogitaueras, aut commiſeras: ſe conuertit ipſe (noſtro loquendi more) & dolet de pœna, quā tibi cogitauerat, & decreuerat inferre. Dolet inquam, vt ex D. Hieronymo, & D. Thoma alibi expoſuimus, nō ſecundū affectum (Deo enim doloris, triſtitiæ, & pœnitentiæ affectus indecentes, imò impoſſibiles ſunt) ſed ſecundum effectum: quia ea agit, quæ qui dolet de re, quā cogitauerat, agit, illam ſcilicet reuocare, & retractare. Hæc non iuxta noſtram imaginationē conficta ſunt, ſed iuxta ipſius Dei expreſſa decreta. *Repentè*, inquit, per Prophetam Ieremiam, *loquar aduerſus regnum, vt eradicem, & deſtruam, & diſperdam illud: ſi pœnitētiā egerit gens illa à malo ſuo, agam, & ego pœnitentiam ſuper malo, quod cogitaui vt facerem ei*. Omnia verba expende. *Loquutio*, hoc loco ſumitur pro mentis decreto, & ſententia, quam intellectus intra ſe ipſum profert, eo modo, quo dixit Sapiens *a*: *Locutum ſum in corde meo*: & Dauid *b*: *Oorde loquuti ſunt*. Vox *Repentè* in Hebræo *c* eſt nomen maſculinum *Regagh*, à verbo *Ragagh*, quod eſt ſcindere; quia inter ea, quæ apud nos fiunt, illud fit breuiori tempore, quod ſcindendo perficimus: vt cum rumpimus fragmentum lini, vel papiri: ideoq; ſignificat idem, ac in momento, In inſtanti, In puncto: quomodo ſæpè Vulgatus *d* illud tranſtulit, vt de Sodoma, *quæ ſubuerſa eſt in momento*. Eodem penitus inſtanti, quo deliberatè cogitas aliquid contra Deum, ipſe etiam contra te deliberatè cogitat, decernens tibi grande malum pœnæ inferre; ſtatim tamen, & in eodem momento, quo tu pœnites de eo, quod contra illū cogitaſti: pœnitet ille (modo expoſito) de ijs, quæ contra te agere cogitauit. Hanc Dei conditionem, quam nouerat Ionas, expreſſit, dicens: *Scio quia tu es Deus clemens, &c. ignoſcens ſuper malitia*. In Hebræo *Niham*, id eſt, pœnitens ſuper malo. Nunc Niniuitæ contra te cogitant, tu proinde contra illos te exhibes cogitantem: ſed eo ipſo, quod illi ſe conuertent ad pœnitētiā, de eo, quod cogitantes contra te agunt,

Ion. 1. 2. *Hū. de Ion.* *Ion. 4. 2.* *Ier. 18. 7.* a *Eccl. 1. 16.* b *Pſ. 11. 5.* יגר c *Brix. to. 7. fol. 161. p. 2.* *Brix. to. 1. fol. 44. p. 7.* a *Li. 2. cōt. Marci.* b *in cap. 6. Matth. & epiſt. ad Amandum* c *Lib. 4. c. 20.* d *Orat. 9. in Cant. ¶ 29.* d *Iob 20. 5 & 21. 13. Iſa. 54. 7. Thren. 46.* *Lap. 7. 26.*

guntq; tu te conuertes, vt pœniteas de malo, quod contra illos decernis, & definis. Quod & rei comprobauit euentus. Prædicante enim Iona: *Vidit Deus opera eorum, quia conuersi sunt vnusquisque de via sua mala, & misertus est Deus super malitiam, quam locutus fuerat, vt faceret eis & non fecit.* In Hebræo verbum *Nihem*, quod ex Hebræo Regius, & Pagninus, & alij transferunt. *Et pœnituit Deum super malo quod locutus fuerat.* Quomodo pœnituit? Secundum effectum; quia *non fecit*. Hoc idem verbum assumens Ioel, Dei conditionem nobis repræsentat, quam in Niniuitarum facto, quod ad memoriam reducere velle visus est, expressam exhibet; qui pœnitentiam agentes de peccatis tam enormibus, vt ad cœlum vsque peruenire dicerētur; Deum ipsum, vt ita dicam, adegerunt, vt pœniteret, & doleret de malis, quæ contra eos cogitauerat, sententiam contra eos latam reuocans.

Ion 3. 10.

§. 11. *Quadragesima instituta ad peccatorum vindictam, in qua datur locus præuentioni: si illam de se ipso sumit peccator, diuinam effugiet.*

¶ 30. HInc Sancti Patres inferunt, peccata esse de numero eorum delictorum, in quibus datur locus præuentioni: ideoq; aptissimè institui tempus pœnitentiæ agendæ, in quo peccator vindictam de peccatis suis sumat; vt condignam sibimet ipsi pro peccatis suis vltionem inferens, iam Deus non habeat, quid in illo puniat. Sunt in iure Ciuili, & Canonico multa delictorum genera quæ à diuersis iudicibus puniri possunt: ideoque in eis datur locus præuentionis; quia videlicet si vnus eorum præuenit, processum formar, sniam fert, & exequitur, quamuis inferior sit; nullus alius iudex et si rex ipse sit, aut ipsemet pontifex, circa illius delicti punitionem se intromittit: sed sententiam ab alio iudice inflictam, habet ratam, & firmam. Peccatū hmōi est. Quamuis enim ex se tantùm ad diuinam iurisdictionem pertineat illius plena punitio, aut vera remissio, solus enim Deus potest plenè peccatum punire, aut illud remittere: tamen propter suam infinitam misericordiā, sua adiuuante gratia, nostræ etiam iurisdictioni aliquo modo subiecit, nobis facultatem exhibens, vt præscriptis à scriptura, & Ecclesia sancta legibus, peccata puniamus, castigemus, & deleamus. Itaque si tu iurisdictionem præueneris, & cōtra temetipsum processum formans, sententiam tuleris delictis conuenientem, & eam plenè Deo adiuuante fueris exequutus, non amplius Deus ad illa punienda procedet. Ex hac doctrina explicat S. Augustin. illam Dauidis sententiam, quæ etsi modum habeat petitionis, potius habet sensum prædictionis: *Et tu Domine Deus virtutum, Deus Israel, intende ad visitandum omnes gentes, non miserearis omnium, qui operantur iniquitatem.* Iudicium generale futurum prædicit, quod omnium erit generalis visitatio. *Ecce*, inquit Deus, *ego visitabo oues meas, &c.* Sed planè terruit (inquit Augustinus) dicens: *Non misereris omnium, qui operantur iniquitatem.* Et quē non terreat? Quis ad conscientiam rediens non contremisca.? Quæ etiam sibi conscia est pietatis, mirum nisi aliquid confcia sit etiam iniquitatis. *Qui eumque enim peccatum facit, & iniquitatem facit*: si non miseretur operantibus iniquitatem, quis saluus erit? *Si n. iniquitates obseruaueris Domine. Domine quis sustinebit?* Deinde, ecce misertus est Pauli, qui primò Saulus operabatur iniquitatem. Quid.n. fecit boni, vnde promereretur Deum? Nonne sanctos eius ad mortem attrahebat? Nonne epistolas à principibus sacerdotum ferebat, vt vbicūq; Christianos inueniret, ad pœnā raperet? Nonne id agens, eò tendens, & cędē spirans, & anhelans, sicut scriptura de illo testatur, de cœlo vocatus est, voce sublimi delectus erectus, exacerbatus, illuminatus, occisus, viuificatus, perditus, reditus? Quo merito? Nihil nos dicamus, ipsum potius audiamus, *Qui prius fui*, inquit, *blasphemus, & persecutor, & iniuriosus, & misericordiam consequutus sum.* Quomodo ergo dicitur: Nō miserearis omniū, qui operātur iniquitatē? Varijs modis id explicat Augustinus,

in Psal. 58. p. 1.

Psal. 58. 6.

Eze. 34. 12.

1. Ioan. 3. 4.

Psal. 129. 3.

Act 9. 1. 2. 3. 4.

1. ad Tim. 1. 13.

Sed primus, qui noſtro deſeruit inſtitutoto eſt, eos dici operari iniquitatem, qui peccant, & pœnitentiam non agunt: nam qui poſt peccatum, condignam agit pœnitentiam, hic quamuis operatus fuerit iniquitatem, non tamẽ iam eam operatur, ſed potius æquitatem: & quod iniquè fuerat operatus ad æquitatem reſtituit, ideoque æquitatem faciens, iniquitatem ſuſtulit; & iam non habet Deus, quod in eo puniat, qui tantùm punit iniquitatem. Iniquitas omnis (inquit Auguſtinus) parua, magnaue ſit, puniatur neceſſe eſt, aut ab ipſo homine pœnitente, aut à Deo vindicante. Nam & quem pœnitet, punit ſe ipſum. ¶31. *Prorſus aut punis, aut punit. Vis non puniat? Puni tu. Nam cum peccaſti, illud defeciſti, quod impunitum eſſe non poteſt. Non ille inueniat, quod puniat, quia cum tu punis iniquitatem, facis æquitatem: & ideo tui miſerebitur Deus, quia iam te operantem æquitatem inuenit Deus. Quid eſt operãtem æquitatem? Quia hoc in te odiſti, quod & odit ille, & hoc tu punis, quod puniturus erat ille, &c.* Ad hoc inſtitutum explicat Auguſtin. *a*, ſimiliterque expenderat Chryſoſtomus *b*, quod Dauid ipſe conſulit *c*: *Præueniamus faciem eius in confeſſione.* Quid eſt, præueniamus faciem eius in confeſſione? Antequam ipſe faciem conuertat, & attendat, vt puniat; tu præueni confitendo, & puni. Confeſſionis enim nomine (vt Chryſoſtomus indicat) non nudam cõfeſſionem intelligit; ſed quam condigna ſatisfactio comitatur; & veram, integramque pœnitentiam, confeſſionis nomine ex eo voluit exprimere, quia peccatorum confeſſio eſt, quæ magis ad eorum remiſſionem requiritur. Idcoque idem eſt, Præoccupemus in confeſſione, ac in vera, ac legitima pœnitentia confitendo peccata, fundendo lacrymas, &c. Si enim illæ adſint, delentur peccata, & iniquitates, & iam cum Deus faciem ſuam conuertet, non inueniet quid puniat. In cuius confirmationem egregiè obſeruat Chryſoſtom. illam Dauidis ſententiam: *Lauabo per ſingulas noctes lectum meum, lacrymis meis ſtratum meum rigabo.* Expende verbum illud *Lauabo*: non enim tantùm voluit exprimere lacrymarum vbertatẽ, nam ad hoc ſatis fuiſſet dicere: *Lacrymis ſtratum meum rigabo.* Quare ergo præpoſuit, *Lauabo*? Vt oſtendat lauacrum, & purgatorium peccatorum, lacrymas eſſe, per quas peccatum delectur, & abluitur. Spongia peccatorum tuorum (ait idem Chryſoſt.) lacryma ſunt; grandis earum virtus. Meretrix illa non effudit ſanguinem, ſed fontes lacrymarum profudit, & deleuit peccata, & iam puniendum aliquid Deus nõ inuenit, qui dixit: *Vade in pace.* Et quid dicam de meretrice, & immunda muliere? Columna Eccleſiæ, & fundamentum fidei, princeps Apoſtolorum Petrus, ad ancillæ viliſſimæ interrogationem, negauit Dominum. Numquid tunc ſanguinem fudit? Amaras fudit lacrymas; & abſterſit peccatum ſuum, & recepit priſtinam dignitatem. Hinc idem Chryſoſtom. *a*, Ambroſius, *b* & Gregorius *c* annotant, quod Deus iuxta Septuaginta lectionem per Iſaiã dixit: *d Ego ſum qui deleo peccata tua propter me, peccatorum tuorum non recordabor, tu autem memento, vt iudicemur ſimul: dic tu iniquitates tuas prius, vt iuſtificeris.* Audi, inquit, qua conditione iniquitatum tuarum ſe immemorem dicat, ait Gregor. Si tu memor fueris, ſi tu peccata tua ad memoriam reuocas, per pœnitentiam veram puniens; ego obliuioni tradam, & non recordabor. Conuenienti confeſſione fatere delictum tuum, & ſolutum erit; ſoluit enim criminum nexus, ait Ambr. verecunda confeſſio peccatorum. Si tu oculos ad cognoſcenda peccata tua cõuertas, ego oculos ab eis conſpiciendis auertam. Vnde & Dauid (vt annotat Chryſoſt.) poſtquam præmiſerat, dicens: *Iniquitatem meam ego cognoſco, & peccatum meum contra me, id eſt, coram me, eſt ſemper*, rectè ſubintulit: *Auerte faciem tuam à peccatis meis.* Hæc omnia apertè facis (vt Auguſt. *e*, Gregor *f*, Anſelmus *g*, & D. Thom. annotant) expreſſit Apoſtolus, qui poſtquam docuit Deum punire peccatores propter peccata ſua, etiam in hac vita, ſignanter eos, qui indebitè diſpoſiti ad ſacram Euchariſtiam ſuſcipiendam accedunt, ſubdidit: *Quod ſi noſmetipſos iudicaremus, non vtique dijudicaremur.* Cauſa diuinæ punitionis (inquit D. Thom.) eſt

a *In eũdem Pſal 58.*
b *Ho. 5. de pœnit. poſt medium.*
c *Pſal. 94.*

Hom. 2. in Pſ. 50. poſt medium.

Luc. 7. 50.

a *Ho. 5. de pœn. cit.*
b *2. de pœn. c. 6.*
c *in pſ. 50. qui eſt 4. pœnit.*
d *Iſai. 43. 25. 26.*

¶32.

Pſal. 50. 5. 11.

e *Li. de pœnit. medic. c. 2.*
f *Moral. c. 19.*
g *in ca. 11. ad Cor. 1. Cor. 11. 31.*

est negligentia, qua in nobismet ipsis peccata commissa punire negligimus. Vnde dicit, quod si nosmetipsos dijudicaremus, redarguendo, & puniendo peccata nostra, non vtique iudicaremur, id est, non puniremur à Domino, neque postmodum in futuro, neque etiam in præsenti. Idcircò qui diuinum iudicium, & damnationem effugere volunt, prius se ipsos iudicant, damnant, & puniunt. Ita Beat. Iob, cuius duplicem sententiam annotat D. Thom. Prima est: *Veruntamen viam meam in conspectu eius arguam*. Arguere hoc loco, est reprehendere, & punire, vt Philippus Diaconus, Gregor. & D. Thomas intelligunt. Arguit, & punit iustus vias suas, ne postea arguatur; sicut is cui dictum est: *Arguam te, & statuam contra faciem tuam*. Secunda est; *Ponam coram eo iudicium, & os meum implebo increpationibus*. In Hebræo pro verbo *Ponam*, habetur verbum *Gharac*, quod propriè significat, disponere, & præparare rem, cuius dispositio necessaria est, ne postea homo confusionē incurrat. Ita communiter ponitur in scriptura, cum de bello, aut conuiuio agitur. Ad bellum.n.agēdum, multa oportet prius præparari, ne homo miserè vincatur: & ad conuiuiū, ne confuudatur, sicut qui inuitauit multos: a prius *cœnam parauit*, & b, *Rex qui fecit nuptias filio suo*. Replere autem os aliqua re, est, animi conatu ei solummodo intendere, & abundantissimè exequi. Ita Dauid c: *Repleatur os meum laude tua*. Et d *Tunc repletum est gaudio os nostrū*. Os meum replebo increpationibus (inquit S. Iob) contra me ipsum ore pleno, non contractis labijs, apertè, clarè, abundanter, me ipsum increpabo, condemnabo, sententiam cōtra me ipsum proferam. Hoc modo, coram eo, id est, me ad iudicium coram eo disponam, & præparabo: vt videlicet iam tunc non inculpet, quem inuenerit plenè se ipsum increpasse: nec damnet, aut puniat, quem inuenerit se ipsum damnasse, & punisse. Hoc modo præparandum est iudicium, inquit D. Thom. & disponendum, ea ratione, quam D. Augustinus tradidit, cuius verba transcripsisse visus est Diuus Anselmus, aliqua eis addens, digna quæ hic inserantur, dicēs: Ascēdat itaque homo aduersum se tribunal mentis suæ, constituat se ante faciem suam; atque ita constituto in corde iudicio, adsit accusatrix cogitatio, testis conscientia, carnifex timor. Inde quidam sanguis animi confitentis profluat per lacrymas, versetur ante oculos eius, imago futuri iudicij, & quicquid in se viderit, quod à iudice venturo reprehendi possit, aut puniri, ipsemet in se ipso reprehendat, & puniat; peccata enim siue parua, siue magna, impunita esse non possunt, quia aut homine puniente, aut Deo iudicante plectuntur. Cessat autem vindicta diuina, si conuersio præcurrat humana: quia si nosmetipsos dijudicaremus, non vtique à Domino iudicaremur, id est, puniremur, vel in futuro seculo, vel in isto, &c. A nobismetipsis percipiamus sententiam (inquit Chrysostomus) nosmetipsos accusemus, iudicemus, & condemnemus; tunc Deum propitiabimus verum iudicem. Ante oculos tuos (inquit Hieronymus ad Susannam lapsam) propone, de quanta gloria lapsa fuerit, & de quo libro vitæ nomen tuum deletum fuerit, &c. Hæc tecum cogitans, & mente contractans, facti tui ipsa iudex esto crudelior, &c. Quādo Deus voluit rebellem Ægyptum punire, & gladio suæ iustitiæ ferire per manus Angeli percutientis; illos tantùm liberos dimittendos statuit, qui vtrumque superliminaris postem tenerent tinctum sanguine. *Fasciculum*, inquit, *hyssopi tingite in sanguine, & aspergite ex eo superliminare, & vtrumque postem. Transibit enim Dominus, percutiens Aegyptios, cumque viderit sanguinem in superliminari, & in vtroque poste, transibit*: quasi dicens. Hic iam sanguis ab ipsomet homine fusus est; non est cur gladius vulnerans sanguinem requirat. Ex his apparet, cur Ecclesia Sancta nunc cinere nos aspergat, & tingat. Videt namque Deum contra filios suos peccatores indignatum, timet iustitiæ, & vltionis eius gladium, qui exitium, & æternam damnationem minatur: cinere, qui pœnitentiæ est signum, nos tingit, & aspergit, vt ab huius gladij ictibus liberos reddat. Mittit, & exhibet nunc sacerdotem, qui simi-

Iob 13.15. *in c.13. Iob* *Psal.49.21.* *Iob 23.4.* עֵרֶךְ *Brix. to.2. fol.64.* a *Luc.14.12.* b *Mar.22.2.* c *Psal.70.8.* d *Psal.125.2* *Li. de pœn. medic. cit.* *in c.11. ad Corinth.* ¶33. *Hom.31 in ep. ad Heb.* *Ep.22 to 9* *Exo.12.22*

Ezech. 9. 2. 4. ſimilis ſit viro illi, quē vidit Ezechiel, *veſtitum lineis*, qui ſignum Thau imprimat *ſuper frontes virorum gemētium, & dolentium ſuper cunctis abominationibus*, vt liberos reddat ab ijs, qui diſtricto gladio, omnes tali ſigno deſtitutos occidebant. Gementes, & dolentes ſunt hodie peccatores: hoc enim eſt feſtum Expiationis, cuius ſolemnitas, afflictione, dolore, & lacrymis agebatur: ſignum autem gementium, & dolentium ſignanter erat cinis capiti impoſitus, vt ſupra dictum eſt. Hoc ſignum imponit, & frontibus imprimit, vt quos pœnitentiam veram tenentes inuenerit Deus, veniæ indulgentia dimittat liberos. Tēpus ergo illud in hoc conſtitutum eſt, vt iudicium in te diſponas, & præpares, vt dicere poſſis: Pſal. 118. 121. *Feci iudicium, & iuſtitiam: non tradas me calumniantibus me.* Sedeat mens in throno tanquam iudex, proceſſus formet, examinet omnes ſenſus, & potentias animæ: videat quid cogitaſti, quid dixiſti, feciſti, &c. Attendas, quid peccando egeris, quem offenderis, quā grande malum incurreris, quæ te pœna expectet, &c. Sententiam contra te ipſum proferto, condignam pœnam tibimet indicens: ad confeſſionem Sacramentalem legitimè perficiendam te diſpone, &c. Si enim tu pœnitentiam egeris, aget, & ille pœnitentiam de malo, quod contra te cogitauit, qui hac de cauſa dicitur *Præſtabilis ſuper malitia*.

§. 12. *Deum exhibet Propheta paratum ad recipiendos peccatores, cuius thronus miſericordiæ, & gratiæ oſtēſus fuit ſaphirinus, excedēs omnium capita, & mentē.*

QVis ſcit ſi conuertatur, & ignoſcat, & relinquat poſt ſe benedictionem? ¶ 34. Ioel. 2. 14. Vult Eccleſia ſancta docere, qualiter pœnitentiam agere debemus hoc tempore, quod ad illam agendam inſtituit, vt peccatorum remiſſionem conſequamur. Datur enim vera pœnitentia ex toto corde: & falſa, ſecundum externam duntaxat ſuperficiem aut apparentiam, vt latè B. Auguſtinus proſequitur peculiari libro, quem de vera, & falſa pœnitentia inſcripſit (quem quamuis aliqui ſuppoſititium iudicēt, quia in eo ipſe Auguſtinus citatur: quia tamen multas illius libri ſententias Gratianus in Decretum tranſcripſit, & Magiſter ſententiarum retulit, contemnendus non eſt) docuitque eleganter Diuus Chryſoſtomus conferens pœnitentiam falſam Saulis, cum pœnitētia vera Dauidis. Ambo fuerunt homines de infima plebe, ambo fuerūt ſingulariter à Deo electi ad vnum, idemque regnum, ambo ab eodem Propheta Samuele in reges vncti, ambo ſedem eiuſdem regni pacificam tenuerunt, ambo peccauerunt, ambo admoniti à Prophetis fuerunt, ambo dixerunt: Peccaui: & tamen Dauid conſequutus eſt veniam. Saul nullatenus peccati obtinuit remiſſionem. Vt ergo non quacumque pœnitentia contenti ſimus, ſed ſtudeamus veram agere, inducit Eccleſia Prophetam ſanctum, qui poſtquam nobis dixit: *Conuertimini ad Dominum, quoniam benignus, & miſericors eſt*, ſubdidit: *Quis ſcit ſi conuertatur, & ignoſcat?* Res ſine dubio eſt grādi admiratione digna, quod Propheta poſtquam tot tantiſque nominibus, & epithetis Deum expreſſit paratum ad recipiendum nos, ſi ad ipſum conuertamur, quia benignus, miſericors, patiēs, &c. immediatè in dubium reuocet, ſi recepturus eſt nos ad eū conuerſos, & veniam conceſſurus. *Quis*, inquit, *ſcit ſi conuertatur, & ignoſcat?* Nos excitas, vt ad eum conuertamur, prædicans, quod benignus eſt, & miſericors, & patiens, & dubitas de illius ad nos conuerſione, & cōceſſione veniæ? Rectè quidem. Duo namque Propheta agnouit neceſſaria ad peccatorum remiſſionem, & vt Deus conuertat faciem ſuam ad peccatorem: vnum ex parte ipſius Dei, eius ſcilicet gratia, & miſericordia, ſine qua peccatorum remiſſio nullatenus eſſe poteſt: alterum ex parte noſtri, qui vt indulgentiam conſequamur, debemus veram agere pœnitentiam, conuertentes nos ex toto corde, cum ieiunio fletu, & planctu. Ex parte miſericordiæ, & gratiæ Dei, nullam inuenit Propheta difficultatem, quemſcit, quo-

Li. de vera & falſa pœnit. to. 4. Cap. 17. Hom. 5. de pœnit.

niam benignus, & misericors est, &c. nostram tamen attendens negligentiam, & oscitantiam, & quod rarus est (vt inquit Ambrosius) qui pœnitentiam veram plenè agat, sicut agere tenetur, de venia dubitat, & in dubium reuocat si cõuertatur, & ignoscat Dominus. Apostolus ad Hebræos scribẽs, duo dicit capite quarto. Primum est in primis verbis capitis: *Timeamus ergo ne fortè relicta pollicitatione ingrediendi in requiem eius existimetur aliquis ex nobis deesse.* Secundum est, quo caput finit, & concludit: *Adeamus ergo cum fiducia ad thronũ gratiæ, vt misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno.* Expende, & confert vtramque sententiam. Primò ¶ 35. suadet, vt timeamus: deinde hortatur, vt cum fiducia accedamus. Videntur hæc inter se contraria. Confidentia aut spes, quam Apostolus requirit, hęsitationem omnem, & timorem expellit, & aufert, quam propterea ipsemet vocat; *Anchoram animæ tutam ac firmam.* Quomodo igitur, qui dixit; *Timeamus*; infert: *Adeamus ergo cum fiducia?* id est, omni timore, & hæsitatione depositа. *Timeamus*, inquit: Eos terrere voluit inquit Chrysostomus: solicitudinẽ timoris incutit, ait Diuus Thomas. Si terrere, & solicitudinem timoris incutere intendit, hocque tanquam antecedens supponit; quomodo infert, vt sine timore cum fiducia adeant thronum gratiæ Dei? *Adeamus ergo*, inquit, *cum fiducia.* Nũ ex eo antecedente, *Timeamus*, hoc consequi potest; *Adeamus cum fiducia?* Vtrumque verum est. Cum fiducia namque adire debemus, ad eũ qui sedet in throno gratiæ, paratus gratiam, & veniam omnibus quãtumcunque magnis peccatoribus concedere; cum timore aũt, si negligentiam attendamus nostram, & oscitantiam, quam tenemus, pœnitentiam agentes. Accedamus, inquit, cum fiducia ad thronum gratiæ eius. Ecce vnde fiducia. Expende verbum illud, *Ad thronum gratiæ eius*: excellenter enim magnitudinem misericordiæ Dei exprimit, si consideres, Apostolum forsitan alludere voluisse, ad thronũ illum famigeratissimum; in quo vidit Ezechiel Deum sedentem. Fuit ille inter Prophetas mirabiliũ, & magnarum visionum spectator, & speculator, vt Sanct. Gregorius Nissenus *a*, & D. Chrysostomus *b* annotarunt; cui (vt ipsemet ait) semel datum fuit, *c videre similitudinem gloriæ Domini.* *d* Vidit in primis quatuor illa multis rationibus meritò admiranda animalia, diuersis vultibus distincta bouis, leonis, hominis, & aquilæ. Super illa autem vidit firmamentum, & *e Super firmamentum quod erat imminens capiti eorum; quasi aspectus lapidis sapphiri, similitudo throni, & super similitudinem throni similitudo quasi aspectus hominis desuper.* Non est cur immoremur, explicantes, quare dicat similitudinem throni, & non thronum se vidisse: tam diuina enim erant quæ vidit, vt cuncta quæ agnoscimus, non sint nisi quædam eorum similitudines. Expendenda autem sunt aliqua circa hãc visionem. Vidit Deum sub humana effigie, & ideo dicit se vidisse *similitudinem quasi aspectus hominis*. Ille sedebat in throno, aut quasi throno, qui peculiares habebat circumstantias observatione dignas. Primò, erat thronus ille lapis quidam sapphirus, aut ex lapide sapphiro: secundo, erat super firmamentum constitutus: tertiò, erat longe eleuatus super capita animalium: nã si animalium capita non attingebant firmamẽtum, quod erat imminens capiti eorum; multo minus poterant, vel leuiter contingere thronum, qui super firmamentum ipsum erat constitutus. Tandem hæc erat visio similitudinis gloriæ Domini. Verè, quantum existimo, thronus qui hic describitur, est misericordia Dei, & gratia, quam Apostolus vocat, *Thronum gratiæ eius.* Et aptè quidẽ; quoniam in misericordia dicitur Deus sedere, qui totus in hoc est positus, vt misericordiæ operibus vacet; qui quando puniturus est', dicitur stare, & ambulare, quia non permanenter, & ex professo punitionis operibus se tradit, sed passim, & quasi per transcursum. Venit ad domum Abrahæ in trium virorũ specie, ¶ 36. sedit ibi, & commedit gaudens, totam domũ misericordijs, & bũficijs volens reple-

a De pœnitent. c. 10.

Ad Hebr. 4. 1.

Ibi. ver. 16

Ad Hebr. 6. 19.

Hemi 6. in ep. ad Heb. In ca. 4. ad Hebr.

a Ora. 3. de resurrect. Christi.

b Li. 1. aduersus vituperatores vitæ monasticæ.

c Exec. 2. 1

d Exec. 1. 10.

e Ezech. 1. 26.

Gen. 18.

replere; ſicuti de facto replcuit, promittens Abrahæ filium, in quo benedicendæ eſſent omnes nationes terræ, Sarræ ſterili fœcunditatem, &c. Cum autem poſt hæc agere vellet de punitione Sodomorum, ſurrexit. *Cum ergo ſurrexiſſent viri*, inquit ſacer textus, *direxerunt oculos contra Sodomam, & Abraham ſimul gradiebatur, deducens eos. Dixitque Dominus: Num celare poſſum Abraham, quæ geſturus ſum?* ibique ſtans de Sodomorũ punitione tractauit. Omnia verba expende. Qui primo ad agendas miſericordias ſedit, & ſedens de illis tractauit; volens de punitione tractare, ſurrexit, & ambulans de ea tractabat. Deinde, acturus miſericordias, nemo illũ duxit ad domum, cui illas largiri parabat; at ad puniendum, *Abraham*, inquit, *ſimul gradiebatur, deducens eos*. In Hebræo habetur verbum *Hilich*, quod ſæpe ſignificat aliquem ducere per viam, quam neſcit, quomodo dicitur Deus apud Iſaiam, duxiſſe Iſraelitas per deſertum: *Non ſitierunt in deſerto cũ educeret eos*: & mulieres quædam apud Zachariam dicuntur deducere amphoram: quaſi ducentes, quo illa neſciebat, imo nec Prophetа, qui propterea Angelum interrogauit, dicẽs: *Quo iſte deferunt amphoram?* Verſus Sodomam deducebat eos Abraham, quaſi ipſe, qui *nouit omnes vias filiorum Adam*, neſciret viam, quæ ad Sodomam duceret, quam puniturus erat, & oporteret ab alio duci. Thronus ergo, in quo Deus ſedet, eius miſericordia eſt. Hic erat ſimilis lapidi ſapphiro. In ſapphiro, inquit Hieronymus, abſcondita atque ſecreta, & incomprehenſibilia Dei ſacramenta mõſtrantur. Frequẽter Deus quaſi in ſapphiro reſidens ſe hominibus manifeſtauit. Prima namque vice, qua ex quo mundum condidit ſe pluribus hominibus conſpiciendum præbuit, viſus eſt habens *ſub pedibus, quaſi opus lapidis ſapphirini*, id eſt (vt Caietanus explicat) pauimẽtum ſub pedibus eius, erat tanquam ſtratum lapidibus ſapphirinis. Nunc autem apparet ſedens in lapide ſapphiro. Annotauit beatus Auguſtinus, ſcripturam ſacram res cœleſtes, & diuinas, & quas Deus vult explicare, exprimere ſolitam ſub hieroglyphico lapidum, plantarum, florum, herbarum, &c. vt ex proprietatibus rerum, quas inducit, ad res, quas exprimere vult agnoſcẽdas aſcendamus. Ex proprietatibus, inquam, quas habent, aut quas habere communiter dicuntur, vt ſanctus Gregorius indicauit. Deus enim, qui ad homines loquitur, quæ apud eos communi ſenſu circa lapides, aut plantas ſunt recepta, ac ſi vera eſſent ſupponit, ipſorum captui, & ſermoni ſe accommodans. Vnde quando Deus lapidem, aut plantam inducit, per quam aliquid explicare vult, non tam proprietates, quas reuera habet, quam quas habere communiter creditur, attendendæ ſunt. Inde infert Auguſtinus, ad ſcripturam ſacram intelligendam, neceſſariam eſſe cognitionem lapidum, plantarum, herbarum, cognitionem, inquam, naturarum & verarum proprietatũ, aut earum, quæ communi ſenſu illis homines tribuere ſolent. Sapphiri ergo proprietates, quas communiter apud omnes habere creditur, & dicitur (nã re ipſa tam in eo, quam in cæteris lapidibus pretioſis exiguas credo) expendamus, vt videamus, quam apte thronus gratiæ, & miſericordiæ, illius typo deſcribatur. Sapphirus in primis, omnibus precioſis lapidibus eminere dictus eſt, quem vocat Epiphanius a gemmam admirabilem, pulcherrimam, gratiſſimamque, qua vtuntur Reges. Crediderunt Gentiles b (vt Pierius b dixit) illi inter omnes lapides tributam cœleſtem virtutem à Ioue, & Saturno, per quam regnum, & ſacerdotium, quis impetrare poſſet, regnum à Ioue, ſacerdotium à Saturno. Itaque ſupremas hic lapis tribuebat dignitates, qui reges, & ſacerdotes faciebat. Quibus concinunt, quæ Ælianus c ſcribit, apud Ægyptios ſummum ſacerdotem, & iudicem (idem enim erat apud eos ſupremus iudex, & ſacerdos) imaginem ex ſapphiro confectam circa collum geſtaſſe, quæ dicebatur Veritas. Hinc verſus ille, quem ex lapidario noſter Bellouacenſis d refert: Sapphiri ſpecies, digitis aptiſſima regũ. Dioſcorides e eã aſſerit

¶ 37

a *Tract. de 12. gemmis*

b *Lib. 41.*

c *Lib. 14. de var. hiſto.*

d *Li. 8 Spe. cul. maioris c. 93.*

e *Lib. 1. ca. 146.*

Gen. 18.

Exixia. 10. Iſ. 137 p 2

Iſai. 48. 21

Zach. 5. 10

In cap. 1. Ezech.

Exo. 24. 10

2. de doct. Chriſt. ca. 16. 29. 39.

Phœbo gratissimam, quæ propterea homines disponeret, & aptos redderet ad sacra facienda; & vt altaribus fierent propinqui, Et verè credo cũ docto nostri tẽporis authore *f*, hæc omnia singulariter tributa sapphiro, propter colorem cœlestem, quem solus ille inter omnes gemmas, singulariter tenet & refert, vt Theodoretus, & Gregorius Nyssenus annotarunt *g*. Est. n. coloris purissimi cœli serenì, quale vernum est Plinius *h* ei colorem tribuit ceruleum, (quamuis sapphiros etiam purpureos dari asserat, sicut alij albos) Isidorus *i*, Houri & Epiphanius *k* ceruleum purpurescente, sed Gregorius Nyssenus *l* ceruleum splendentem, id est, ceruleum cœlestem, dilutum, quem nos dicimus, *Turquoſado claro*, qui recreat, inquit Gregorius oculos fatigatos. Vnde pulchritudinem Nazaræorum, quæ oculos spectantium rapiebat, ex sapphiro expressit Ieremias *m*: *Sapphiro* inquit, *pulchriores*: quod & manifestè mihi videtur scripturam factam exprimere voluisse; quæ dicens, quod quando Deus descendit ad montem, *n* *seniores viderunt Deum Israel & sub pedibus eius quasi opus lapidis sapphirini*, quali colorem illum apertius exponere vellet, subdidit: *Et quasi cœlum cum serenum est*. Iuxta Hebræum, inquit Caietanus *o*, habetur *Et sub pedibus eius sicut opus lateris sapphiri & sicut proprietatem cœlorum in munditia*. Vnde communis ille versus de specie sapphiri, apud Bellouacensem *p*: *Egregium fulgens, puroque simillima cœlo*. Hinc sapphirus aptissima est ad res, cœlestes designãdas; vnde Epiphanius *q* & Anastasius Nicenus *r*, Suidas *s*, & Hebræorum traditio, quã referunt & sequuntur Abulensis *t*, Lyranus *u*, Caietanus & alij, docẽt tabulas lapideas, in quibus Deus legem scriptam digito suo tradidit, fuisse ex lapide Sapphiro; aptus sane lapis cui cœlestia inscribantur. Et ad id credũt Gregorius Nyssenus & alij, alludere voluisse illa Sponsæ verba, iuxta Septuaginta: *Venter eius tanquam tabula eburnea, super lapidẽ sapphirum*. Inde sapphirus iudicatus est habere proprietates excellentiores omnibus alijs lapidibus preciosis. Idea communi versu dicitur: *Vilior est nullo, virtutibus, atque decore*. In primis enim à Gentilibus iudicatus est necessarius, omnibus qui cum Dijs agere nitebantur, & Deorum altaribus appropinquare volebant, quo muniebãt se, qui oracula consulebant, vt eorum responsa acciperent; de quo propterea versus; *Et plusquam reliquas amat hanc necromantiam gemmam*. Deinde, per illum ad supremas dignitates, regiam scilicet & sacerdotalem obtinendam à Ioue & Saturno se credebãt disponi. Tertio, vtilem credebant ad soluenda vincula & carceres, de quo dicebatur; *Hic lapis vt perhibent, educit carcere victos; Obstructasque fores ac vincula tacta resoluit*. Quarto, omne venenum enervat, & extinguit; vnde si araneam (inquit Bartholomæus Anglicus) intra pixidem posueris, & verũ sapphirum supra pixidis orificium aliquantulum tenueris, aranea moritur, vt dicit Dioscorides, & hoc idem vidi sæpius, &c. Quinto, habet virtutem excellentem ad confortandum cor; ideoque singulariter vim habet ad passionem cardiacam, & quamcunq; melancholicam pellendam. Tandem tot tantaque in homine operatur, qualia illi exprimunt versus: Sapphirus corpus vegetat, & integra membra conseruat. Curat dolorem frontis, sudorem restringit, &c. de quibus noster Bellouacensis *a*, & Bartholomæus Anglicus *b* late disseruerunt. His suppositis apte intelligitur, cur Dei misericordia sapphiri hieroglyphico exprimatur, cui verius hæ omnes proprietates, quam sapphiro conueniunt. Hæc est, per quam reddimur apti, vt Deo propinqui efficiamur, quos iustitia meritò longissime ab illo separabat; imo & Deum ita nobis fecit propinquum, vt verè fecerit hominem, & cum hominibus conuersantem, qui venit *propter viscera misericordia*. Per illam reddimur apti, vt ad sacra templa & altaria possimus accedere, qui cum Dauid dicere possumus: *Ego autẽ in multitudine misericordia tua introibo in domum tuam*. Hæc est, per quam supremas dignitates sumus assecuti, & facti sicut

f Pineda in Iob. 28. v. 6

g In illud Cant. 5. Venter eius, &c.

h Lib 37. cap. 9.

i Lib 16. Etym. c 9.

k Lib. de gemmis c 5

l Hom. 4. in Cant.

m Thre 4. 7.

n Exod. 24 10.

o In ca. 24 Exod.

p Lib. 8. c. 93. cit.

q Tract de 12. gem. cit. tq. 38 in sacrã script.

r Ser. Moysis.

s In ca 24. Exod. q. 16

t In ca. 31 Exo. ad fi.

u Io. 14. in Cant. cit.

Cant. 5. 14

Apud Bellouac. cit.

De propriet. rerum.

¶ 38

a Lib. 8. cit. c. 93. & 94

b Libro. de propr. rerũ.

Luc. 1. 78.

Psal. 5. 8.

a 1. *Pe. 2. 9* ſicut dixerunt Sancti Apoſtoli Petrus
b *Apo. 1. 6.* *a*, & Ioannes *b*, *Reges, & Sacerdotes*,
c *ad Rom.* & Paulus *c*, *Filij Dei hæredes regni cœ-*
8. 17. *leſtis*, & qui terra ſentibus plena, era-
Ser. de Aſ- mus indigni, ad ſuperna obtinenda ſu-
cenſ. to. 3. mus erecti, vt B. Chryſoſtomus expen
dit. Per hanc, *vectes ferrei, & porta area* *confringentur*, illæ quibus ſub diaboli
tyrannide captiui tenebamur, & quo-
tidiè tenemur, quas nulla virtus crea-
ta etiam ſupernorum ſpirituum, po-
teſt vel leuiter diſſoluere. Peccatorum
eneruat, & extinguit potentiſſima ve-
nena, & omnes animæ merentis triſti-
tias reſoluit, & corda infirma roborat.
Pſ. 166. 16 *Si dicebam; motus eſt pes meus*, inquit
Dauid, *miſericordia tua Domine adiuuabit me*. Omniaque bona in nobis o-
peratur. Hac de cauſa Dauid, rem om-
nem concludere volens, *Deus*, inquit,
Pſ. 93. 18. *meus miſericordia mea*, omnia quæ à
Deo obtinebat, eius miſericordiæ ad-
ſcribens, vt S. Auguſtinus obſeruauit.
Ecce thronum gratiæ miſericordiæque
Dei ex ſapphiro. Hic erat *ſuper firma-*
mentum. Dicebamus alibi firmamen-
tum eſſe primum mobile. Illud duo
habet: vnum eſt, eſſe primum ſubie-
ctum, in quo tempus exiſtit; eſt enim
tempus menſura primi, & regulariſſi-
mi motus, & talis eſt motus firmamen
ti, ſiue primi mobilis, vt Philoſophi
docent. Alterum eſt, quod vniuerſa
loca in ſe complectitur. Omnia quæ
ſub eo ſunt, determinatum, & certum
locum tenent, extra quem non ſe ex-
tendunt, vt cœli planetarum, elemen-
ta, animalia montes quantumcunque
excelſi, maria quantumcunque lata, &
cætera omnia mixta; quorum quodvis
ſuum peculiarem locum tenet. Firma-
mentum autem omnia tranſcendit, &
excedit. Egregiè thronus miſericor-
diæ. Deſcribitur ſuper firmamentum:
quia miſericordia Dei, in primis nullo
circumſcribitur tempore, de qua dictũ
Pſ. 102. 4. eſt: *Miſericordia autem Domini ab æter-*
no, & vſque in æternum: & de illa dici
Ad Hebr. poteſt; quod de Chriſto dixit Apoſto-
13. 8. lus *Heri, & hodie, & vſque in ſæcula*.
Tempus labitur, dies tranſeunt, mẽſes
finiuntur, & anni deficiunt; ſed nun-
quam miſericordia Dei finietur; quæ
Eccleſ. 18. *2. 22.* ita ſupra omne determinatum tempus
eſt, vt dictum ſit: *In quacunque hora in-*
gemuerit peccator, &c. Deinde nullo
coarctatur loco, quæ omnia occupat,
vbiq; inuenitur: *Miſericordia enim Do* *Pſ. 32. 118*
mini plena eſt terra. Hoc adeò verum *64.*
eſt, vt & in inferno, vbi longè abeſſe
videtur, reperiatur, puniens citra cõ-
dignũ, vt Theologi demonſtrant. Tan-
dem autem excellenter deſcribitur,
quod longo interuallo ſuperat capita
animalium bouis, leonis, hominis, &
aquilæ ex eo quod eorum capita, nec
firmamentum contingebant; quanto
minus thronum, qui ſupra illud ſitus
erat? Per capita horum animalium, om *¶ 39.*
nem ſenſum, imaginationem, mẽtem,
& intellectuum voluit deſignare. Fortè eſt caput bouis, in quo tota eius vis
poſita eſt: oculatum caput leonis, cuius
oculi nec dormiendo clauduntur: altiſ-
ſimum caput hominis, quod omnibus
membris eminet, in quo omnis vis ſen
ſitiua, & intellectiua reſidet: eleuatiſſi-
mum caput aquilæ, cuius eſt aera ipſũ
ſuo volatu tranſcẽdere. Hæc capita firmamentum non penetrant, ſed ſub illo
ſunt. Firmamentum eſt cœlum expan-
ſum, ſtellis ornatum, ſub quo omnia
naturæ opera continentur, quod ſuo
motu omnia conſeruat, & mouet. Hoc
firmamentum nullum caput poteſt pe
netrare, quod omnibus capitibus eſt
eminentius; quia nullius mens poteſt
cœleſtia corpora, & quæ ſub illis con-
tinentur comprehendere. Meritò Da- *Pſ. 18. 2.*
uid: *Cœli*, inquit, *enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annuntiat firma-*
mentum. Qualia ſint opera manuum
Dei, firmamentum indicat, tam gran-
de, tam extenſum, tam lucidum, tam
fulgidum ſtellis, cuius ſtellas nullus po
teſt numerare, cuius motum nullus po
teſt continere, cuius altitudinem ne-
mo poteſt contingere. Si hæc opera
naturæ, quæ videnda oculis noſtris
expoſuit, noſtrum captum tranſcen-
dunt: quanto magis opera, quæ ſupra
naturam ſunt, & omnem naturæ vim,
& potentiam tranſcendunt? Et ex con-
ſequenti, quanto magis eius miſeri-
cordia, cuius *miſerationes* ſunt ſuper
omnia opera eius? Ad *altitudinem diui-* *Pſ. 144. 9.*
tiarum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei, nulla *Ro. 11. 33.*
mẽs poteſt peruenire, abyſſum nullus
intellectus poteſt tranſuadere, eternitatis immenſitatẽ nulla põt mens me-

tiri: quanto minus insuperabilem misericordiam, quæ omnibus eminet, & altius thronum suum habet constitutum, quia miserationes eius super omnia opera eius? Incomprehensibilia sunt iudicia eius, inuestigabiles viæ eius, impenetrabilis abyssus iustitiæ: quanto magis misericordiæ, quæ super omnia, quæ in Deo sunt (nostro modo intelligendi) eleuata est? Omnia ergo capita thronus ille transcendebat; quia misericordia Dei omnem sensum, imaginationem, mentem, intellectumque superat: operaturque altius, & superabundantius, quam possumus petere, aut intelligere: omnem captum superat, & transcendit, & post se omne caput mentemque relinquit. Et verè ijs idem Apostolus alludere visus fuit, verba Isaiæ assumens. *Nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus ijs, qui diligunt illum:* aut vt Isaias dixit: *Quæ præparasti expectantibus te.* Loquitur ad literam de operibus misericordiæ, & gratiæ Dei, signanter de mysterijs Christi, (quem Paulus *a*, vt D. Thomas *b* exponit, ipsam *Dei gratiam* vocat) in quibus apertius Dei misericordia, gratia, & benignitas relucet: quæ antiqui patres totis præcordiorum affectibus expectarũt, & desiderarunt. Misericordiæ enim, & gratiæ opus fuit incarnationis mysterium, de quo idem Propheta eleganter prædixit: *Et præparabitur in misericordia solium eius*, id est, humanitas, & *sedebit super eum in veritate*, id est (vt exponit Procopius) non per typum, & figuram, aut vmbram, sicut in antiquo tabernaculo; sed in rei veritate. Misericordia fuit, quæ fecit, vt Pater æternus filium vnigenitum mortitraderet, vt rebellem seruum liberaret. Misericordia impulit Deum, vt se ipsum manibus impiorũ traderet crucifigendum, vt inimicos suos peccatores è manibus diaboli, & mortis eriperet. Ipse pauper effectus est, vt homines diuites efficerentur, &c. *Deus enim, qui dives est in misericordia, &c. cùm essemus mortui, vivificavit nos in Christo.* Quis hæc misericordiæ opera potuit vnquam mente concipere, aut comprehendere? Cuius caput potuit hoc cogitare? Elegit Deus ex omnibus mundi gentibus peculiarem populum, quem ad hæc mysteria capienda, per Prophetas, tropos, figuras, sacrificia, sacramenta, & cæremonias instrueret: & postquam per duo ferè millia annorum id egit, quando re ipsa misericordia eius hæc fuit operata; ita mentes hominum transcenderunt, vt nullatenus ea crederent. Qua in re Paulus adimpleram exhibuit Isaiæ Prophetiam: *Domine, quis credidit auditui nostro?* Proponebantur hæc misericordiæ opera Iudæis, erantque illis *Scandalum*: exponebantur Gentilibus, & visa sunt illis deliramenta, *& stultitia*. Stultum (inquit Diuus Gregorius) hominibus visum est, vt pro mortalibus author vitæ moreretur: Deus pro homine, creator pro creatura; & inde homo scandalum sumpsit; vnde ei amplius debitor fieri debuit. *Pro bono*, inquit Apostolus, *forsitan quis audeat mori*: sed quod moriatur iudex iustus pro reo scelerato, rex æquissimus pro seruo impio, Deus ipse pro vili vermiculo; non poterat mens humana capere. Ex quibus credo non ineptè explicari posse, quod Dauid dicebat in illo Psalmo, quo *misericordias Domini* decantandas suscepit. Quas postquam toto Psalmo egregiè prosequutus fuit, ad eius finem exponere volens, quam longè illæ essent ab humano captu; *Exprobrauerunt*, inquit, *commutationem Christi tui.* In Hebræo verbum *Hereph*, quod significat conuitiari, & irridere: quomodo de Goliath dicitur, quod *exprobrauit*, id est, conuitiatus est, irridendo *acies Dei viuentis*. Irriserunt, & conuitijs irrisorijs exceperunt commutationem Christi tui. Quænam hæc commutatio? Illa, quam misericordia Dei fecit, mala hominis in Deum, & bona Dei in homines transferens. Commutationem, qua Deus mortem hominis in filium suum, & vitam filij sui in homines transtulit, vt ille morte hominis moreretur, & hic vita Dei viueret. Admiranda sanè commutatio, quam fortè Dauid intendebat, quando post peccatum superbiæ, quod commisit numerando populum, percutiẽs cor suũ, dixit: *Peccaui valde in hoc facto, sed pretor*

Ad Ro. 10. Isai. 53.

Homil. 6. in Euang.

Rom. 5. 7.

Ps 88. 51. חרפ

1. Reg. 17. 26.

1. Reg. 24. 10.

Dom

1. Cor. 2. 9.

Isai. 64. 4.

a ad Hebr. 2. 9.

b in cap. 2. ad Hebr. q 40.

Isai. 16. 5.

In cap. 16. Isaiæ.

Ephes. 2. 4.

Brixiæ. to. 8. fol. 164. p. 2.

Domine, vt transferas iniquitatem ſerui tui. In Hebræo habetur verbum *Heghubir*, quod ſignificat aliquando rem ab vno in alterum transferre; quomodo dicitur, *Hæreditas tranſire*, de vno in alium, & *regnum tranſire à Saule in Dauid*. Nouerat Dauid, quod omnia hominum peccata transferenda eſſent in Chriſti dorſum, & ſcapulas, idque fiendum, quod poſtea dixit Iſaias: *Dominus poſuit in eo iniquitates omnium noſtrum*. Et fortè Dauid intellexit, hoc ſibi dictum fuiſſe à Prophetà Nathan, cùm primo peccauerat, & peccatum confeſſus fuerat: *Dominus tranſtulit peccatum tuum*. Sanè à te in Chriſtum, quia pro illo pœnas daturus eſt: eodem propterea verbo, cũ iterum ſe vidit peccato implicatum vſus fuit, dicens: *Transfer iniquitatem ſerui tui*. Hanc commutationem cùm homines audierunt, irriſerunt; & illos, qui talia prædicabant, conuitijs, & irriſionibus proſequebantur, & rem riſu dignam, & ſtultam cenſebant, dicere; Deum, filium ſuum tradidiſſe pro hominibus, &c. Excedebat enim omnem captum, etiam ſupremorum ſpirituum, huiuſmodi miſericordia. Non mirum, quia thronus imminebat, & ſuperabat capita omnium animalium, etiam aquilæ. Ex ijs infero, primò, non poſſe meo iudicio magis à nobis explicari magnitudinem miſericordiæ, & gratiæ Dei erga homines, quàm dicendo, quod tam grandia, & admiranda ſunt opera illius in bonum hominis, vt homines ipſi, ea nec credere, nec ſuſpicari, ſuæ mentis viribus poſſint. Nec ſolùm hominum mentes, ſed nec aquilæ velociſſimæ, Cherubim videlicet, & Seraphim, ſuorum intellectuum acie capere poſſunt. Imò nec põt aliquis intellectus creatus ea capere, niſi diuino quodam ſupernaturali, cœleſtique lumine, ab ipſomet Deo diuinitus infuſo, illuſtretur. Ita Apoſtolus poſtquam probauit huiuſmodi opera omnem captum excedere, quia poſſet aliquis eum vrgere, dicens: Quomodo ergo tu ea credis, & mentis acie attingis? reſpondet: *Nobis autem reuelauit per Spiritum ſuum*. Sæpenumero, quando hæreticos video, negãtes myſteria, quæ miſericordia Dei in commodum noſtrum operata fuit, vt ſacrum Euchariſtiæ Sacramentum, myſterium incarnationis, mortis, aut paſſionis Chriſti, quia iudicant ea impoſſibilia: & quando conſpicio multos eorum puniri in ſancto Inquiſitionis tribunali; quia nullatenus talia miſericordiæ opera credunt; conſidero, quantæ ſint altitudinis, quàm grandia, & ſtupenda, vt homo ipſe, in cuius vtilitatem facta ſunt, ſæpè nec pœnis attritus, ea credat. Nec mirandum, quod infideles ea deſpiciant, & irrideant, qui fidei lumine illuſtrati non ſunt, ſine quo percipi non poſſunt; ſed gratiæ infinitæ Deo reddendæ, quod dignos nos fecit in partem ſortis Sanctorum, qui ſicut in principio ſeculi non ſolùm opera ſtupenda creauit, ſed lucem produxit, qua conſpici poſſunt: ita *Deus, qui dixit de tenebris lumen ſplendeſcere, ipſe illuxit in cordibus noſtris, ad illuminationem ſcientiæ claritatis Dei*, &c. Infero ſecundò, aptè ſe Deum exhibere admiratum, videns opera, quæ erga illum agimus, quibus quæ ipſe erga nos operatus fuit compenſamus. Duo ſunt genera operum, quæ admirationem in ſcriptura ſacra ſingulariter incutiunt. Primum ſunt opera miſericordiæ Dei, tam ingentia, & grandia, quæ omnem captum ſuperant. Hæcque admirationem hominibus inferunt, vt dictum eſt. Secundum eſt, opera impietatis humanæ erga Deum, propter quæ Deus ipſe ſe admiratum, exhibet, noſtræ ſe accommodans conſuetudini: ſicuti ſæpè facere ſolitus eſt ad ea, quæ vult explicanda, vt rectè Hieronymus *a*, & Gregorius *b* annotarunt. Vnde clamat: *O ſtupeſcite cœli ſuper hoc, & porta eius deſolamini vehementer dicit Dominus; Duo enim mala fecit populus meus, me dereliquerunt fontem aquæ viuæ*, &c. Quod homo tam grandia miſericordiæ opera parumpendat, & conculcet, quod talem, tantumque benefactorem odio proſequatur, offendat, & relinquat, & ſe tradat obſequio crudelis tyranni diaboli, & mortis, quod talia beneficia talibus compenſet offenſis; *Obſtupeſcite cœli & admiramini*, &c. Tàdem infero, optimè Apoſtolũ, q ad huius throni

Ioan. 3. 6. 2. Reg. 3. 10. Iſa 53 6. 2. Reg 12. 13. ¶ 48. 2. Cor. 4. 6. 2. Cor. 2. 10. a In Iſaiã. b 9. Moral. c 6. Ierem. 2. 12.

altitudinem attingendam ex diuina gratia peruenerat; qui cum, persecutor fuisset, & contumeliosus, misericordiam consecutus fuit, & in vas electionis translatus, hortari, vt cum fiducia, *accedamus ad thronum gratiæ eius*, quocunq; enim tempore, quocunque loco, misericordia Dei præsentissimò adest. Qui vt peccata tua deleret, de cœlis ad terram venit, quærens te per deuia errantem, pro te passus est, sanguinem fudit in precium, & lauacrũ, mortẽ non recusauit, vt viueres; quando tu nec cogitabas, imò necdum in mundo eras constitutus: quanto magis si ad eum te conuertis, & accedis veniam petens, eam concedet, & largietur? Qua etiam consideratione Sanctus Prophera Ioel, hanc Dei misericordiam excellentissimis epithetis describens, & dicens, quod Deus *Benignus, & misericors est, patiens, multæ misericordiæ, &c.* homines hortatur, vt confidenter ad Deum se conuertãt. Cæterum considerans eorum segnitiem, de venia obtinenda dubitat, & Paulus timorem incutit, vt statim exponemus.

§. 13. *De peccatorum remissione homo sit solicitus, propter suæ pœnitentiæ infirmitatem, & grandem stultitiam.*

¶ 42. Diuina itaque misericordia infinita est, & omnem captum excedit, omnibus est parata, & ad hoc Deus se ipsum exhibet, sedens in throno gratiæ, & misericordiæ; vt inuitet homines, qui ad misericordiã, & gratiæ dona accipienda accedant. Nihilominus Paulus, qui ex vna fiduciam suadet, ex alia timorem incutit, dicens: *Timeamus*: & Propheta, qui Deum prædicauit benignum, misericordem, patientem, &c. sub dubio relinquit, an delictorum indulgentiam sit largiturus. *Quis*, inquit, *scit, si conuertatur, & ignoscat Deus?* quia quamuis Deus paratus sit, misericordiam suam omnibus liberaliter impendere; sed non oẽs diuino vtentes auxilio, se ipsos disponũt ad eam recipiendã. Mare quidem paratũ se exhibet omnibus cuiuscunque generis hominibus, vt aquas conferat abundantissimas: sed deferentibus vasa, in quibus aqua recipi possit, & contineri. Si enim laguncula fuerit confracta, plenaq; rimarum, aut in cribro aquam quis voluerit portare; nullatenus eam accipiet, nisi velit illud grande portentum fieri, quod factũ narrat Augustinus de Virgine Vestali, quæ ad suã pudicitiam comprobandam, aquã ex Tibere fluuio, cribro hausit, & portauit. Hoc excellenter Dauid ipse, qui misericordiæ Dei fuit insignis prædicator, exposuit. *Audiam*, inquit, *quid loquatur in me Dominus, Deus, quoniam loquetur pacem implebem suam, & super Sanctos suos, & in eos, qui conuertuntur ad cor.* Singula verba expende. *Audiã quid loquatur in me Dominus Deus* Loquebatur in illo Deus intus, ait Augustinus, & mundus faciebat illi strepitum foris. Auertens ergo se aliquantum à strepitu mundi, & conuertens se ad se, & à se in illum, cuius vocem audiebat interius, quasi obturans autem contra tumultuantem vitæ huius inquietudinem, *Audiam*, inquit, *quid loquatur in me Dominus Deus*. Loquitur Deus in te, & non audis, quia extra te es; Loquitur Deus intus, & tu totus exijstis foris. *Redite prauaricatores ad cor*, vt audiatis Deum in corde loquentem. Et quid loquetur? *Loquetur pacem*. Eo ipso quod loquitur, certum est, pacem loqui, *qui semper cogitationes pacis, & non afflictionis*. Pacis nomine, omnia bona diuinus sermo solet intelligere; resultat enim pax ex omnibus bonis, & vnius boni defectus pacem potest perturbare. Loqui autem Dei, est facere: *ipse enim dixit, & facta sunt*. Ideo loqui pacem, est omnia misericordiæ suæ dona profundere. Et super quos? *In plebem suam, & super Sanctos suos*. Idẽ per plebem suã, & Sanctos suos, hoc loco intelligit. Hoc ille pertractat, effundere misericordias super Sanctos, huicque operi perpetuò intendit, & semper qui eum audit, inueniet loquentem. Sed nunquid tàtummodo super Sanctos suos? Nonne, & loquetur pacem super peccatoribus, qui veniens, *annunciauit pacem, non tantum ijs, qui propè erant, sed, & ijs, qui longè?* Loquetur quidem,

De ciuit. c.

Psal. 84.

In Ps. 84.

Esai. 46. 8.

Iere. 29. 11

Psal. 148.

Ephes. 2. 17.

non

non tamen ſuper omnes; ſed *ſuper eos, qui conuertuntur ad cor*. D. Auguſtinus veteris pſalterij lectionē ex Græco ſequitur, *ſuper eos, qui conuertunt cor ad ipſum*. Vult dicere: In eos, qui cor ſuum plene ad ipſum conuertunt, aut in eos, qui corde conuertuntur ad ipſum, id facientes, quod Deus poſtea
Ioel.2. expreſſius dixit per Prophetam; *Conuertimini ad me in toto corde veſtro, in ieiunio fletu, & planctu.* Expende illud, *in toto corde veſtro*. Non enim omnes apti ſunt ſuper quos Deus loquatur, & effundat pacem, id eſt, miſericordiæ ſuæ dona; ſed qui toto corde conuertuntur ad ipſum. Sunt plures (inquit
Li. de vera & falſa pœn. c.9. Auguſtinus) quos pœnitet peccaſſe, ſed non omnino conuertuntur, reſeruantes ſibi quædam, in quibus delectentur; non animaduertentes Dominum, ſimul ſurdum, & mutum à dæ-
Matth.12. Marci 5. Luc. 8. monio liberaſſe per hoc docens, nos nunquam niſi de omnibus ſanari. Si enim vellet ex parte peccata reſeruari, habenti ſeptem dæmonia, manente vno, proficere potuerat, ſed expulſis. Expulit aũt ſeptem, vt oĩa crimina ſimul eijcienda doceret. Legionem ab alio eijciens, neminem reliquit ex omnibus, qui hominem miſerum poſſederant, oſtendens, quod ſi etiam peccata ſint mille, oportet de omnibus pœnitere. Laudatus eſt enim Dominus, quando eiecto dæmonio, locutus eſt mutus. Nunquam aliquem ſanauit, quem non omnino liberauit. Totum enim hominem ſanauit in Sabbatho; quia, & corpus ab infirmitate, & animam ab omni contagione liberauit, indicans pœnitentem oportere ſimul dolere de omni crimine orto in anima, & corpore. Ita Auguſtinus. Quis eſt, qui ita
¶ 43. ſe ad Deum toto corde conuertat, vt ab omni ſe auertat penitus peccato? Si luxuriam deponis, per auaritiam aliena retines. Si hæc reſtituis, luxuriæ vacas. Si vtramque reijcis, detractionibus te tradis. Milites, qui Dei par-
2. Macha. 12.40. tes contra idololatras agebant, & gladium arripuiſſe viſi ſunt, vt idolis bellum inferrent; inuẽti ſunt ſub tunicis, & in ſinu retinẽtes aliqua de donarijs idolorum. Qũo ergo credis, quod Deus loquetur pacẽ ſuper te, quẽ audis pacem loqui ſuper ijs, qui toto corde cõuertuntur ad ipſum? Iuxta Hæbreum eſt notanda lectio: *In eos, qui non conuertuntur ad ſtultitiam*. Quomodo legit Regia & Pagninus; & elegantiſſime expendunt pius Titelmanus *a*, & doctus Genebrardus *b*. Quis ad Deum cor ſuum conuertit? Aut quis ad illum toto ſe corde conuertit? Qui ita ſe ad illum conuertit, vt non ſtatim conuertatur ad ſtultitiam. In Hebræo vox, *Chiſlach*, à radice, *Cheſel*, quæ ſignificat inconſtantiam, & mutabilitatem, & ex conſequenti ſtultitiã. Nihil enim magis ſtultum eſt, quam ſtatim te conuertere ad id, quod reliqueras, iterum amare, quod odio proſequi cœperas. Hoc ſtultorum eſt proprium, iuxta illud: *Stultus vt luna mutatur*. Voluit itaque Dauid notandum de vera pœnitentia documentum tradere. *Pœnitentia* vera, quam Apoſtolus, *ſecundum Deum vocat, ſalutem ſtabilem operatur*. Sicut enim cum quis liberatus à febre, ſtatim eadem opprimitur, non veræ ſanitati dicitur reſtitutus: ita qui pœnitet, & peccatum excuſſit, ad quod ſtatim conuerſus eſt, dubiam pœnitentiam tenuiſſe cenſent Sancti Patres. Expendit Bernardus illud ſapientis; *Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit illum, nihil proficit lauatio eius*. Huic potius iuxta Saluatoris ſententiam verendum eſt, inquit Bernardus, *ne ei deterius aliquid contingat*. Sunt multi, qui inconſtantiam in pœnitentia tenent, ſimiles locuſtis Ægypti, quas quidam ventus ab Oriente in Ægyptum aduexit & conuertit: & alius ventus contrarius ab Occidente, inde extraxit, & vehementi impulſu in aliam partem reuocauit. Qui tales ſunt, inconſtantes & ſtulti, non ſunt apti, ſuper quos Deus pacem loquatur; & miſericordiæ ſuæ dona plenius effundat. Et vere (vt Titelmanus annotat) videtur Dauid alludere voluiſſe ad Hebræos, ſuper quos pacẽ plene Deus non fuit loquutus. Peccauerunt illi adorantes vitulum cõflatilem, & quãuis poſtea aliquam pœnitentiam agentes, ad Deum ſe conuertere viderentur; & quantumcunque Moyſes fuerit deprecatus, vt ſuper eis loqueretur pacem, dicens: *Aut dimitte eis hanc noxã, aut ſi non facis dele me de libro tuo, quẽ ſcri-*

a *In annotationibus ex Hebræo in Pſal 48.*
b *in Pſ 84.* לכ

Brixianus to.1. fo.328 Eccl.27.12 2.Cor.7.10

Serm.3. in vigil. natiuitatis. Eccl.34.30 Ioan.5.14. Exo.10.14 Exo.10.19

Exo.32.31

scripsisti. Super eis nequaquam plenam pacem locutus fuit; qui respondit:
Exo. 32. 33 *Qui peccauerit mihi, delebo eum de libro meo: tu autem vade, & duc populum istum, &c. Ego autem in die vltionis visitabo, & hoc peccatum eorum.* Cur non locutus fuit pacem super istos, qui cõuersi sunt ad eum? Quia eorum cõuersio ficta potius fuit, & pœnitentia falsa, qui statim conuersi fuerunt ad illã, quã dimiserant stultitiam: Satim namque ad alia idola adoranda se tradiderunt. Hocque ipsemet Dauid visus est
Num. 25. explicasse. Peccabant illi, sed *cum occideret eos, quærebant eum & reuertebantur, & diluculo veniebant ad eum; & memorati sunt quia Deus adiutor est eorum, & Deus excelsus redemptor eorum est.* Qui tamen ad eum reuertebantur, statim illa occasione transacta se con-
Ps. 77. 41. uertebant ad stultitiam. *Conuersi sunt, & tentauerunt Deũ, & Sanctum Israel exacerbauerunt. Nec sunt recordati manus eius, &c.* Aut verò alludere voluit Dauid ad Aegyptios, quorum illa fuit insignis grandisq; & horrẽda stultitia, quod cum Hebræos expellendos assumerẽt, qa propter eos primogenita sua mortua videbãt, & lugebãt; antequã lacrymę ex oculis fluentes exiccarẽtur, ad eos iterum retinendos, & reuocãdos, se totos cõuerterunt, quod
Sap. 19. 3. Sapiens vocat, *cogitationẽ insitia*, aut
2. De pœn. cap. 10. ¶ 44. stultitiæ, aut vesaniæ. De quibus alibi. Hinc D. Ambrosius de multis pœnitẽtibus dubitat, an veniã consecuti fuerint, quia quam certi sumus de infinita Dei misericordia, tam dubij de nostra pœnitentia esse possumus, congrua ne sit. Illam enim dubiam reddit, & minus securam, citissima ad dimissa peccata conuersio, ideoq; illam celebrem tremendamq; habet propositionẽ. *Facilius inuenies qui innocẽtiã seruauerint, quam qui congruæ pœnitentiam egerint.* Et huius rationem assignat, quoniam congrua pœnitentia est, per quam homo omnibus peccatis renuntiat, & per quam totus homo mutatur: similisque sit adolescenti, quem ferunt, post amores meretricios peregrè profectum, & abolito amore regressũ, postea veteri occurrisse dilectæ, quæ, vbi se non interpellatã mirata, putauerit nõ recognitam: rursus occurrens dixerit: Ego sum: responderit ille; Sed ego non sum ego. Ita vero pœnitenti agendum docuit is, qui dixit: *Qui vult post me venire, abnegat semetipsum, & tollat crucem suam, &c.* Deinde, quia vera pœnitentia, inquit Ambrosius, agenda est cum lacrymis, & dolore cordis, & humilitate corporis. Ita expẽdit congruã fuisse pœnitentiã, quã Ierusalem fecit, quæ *plorans plorauit*, id est, magnis fletibus, & vberrimis lacrymis plorauit: & *lacryma eius in maxillis eius*, id est, nunquam deficiunt, nec cessant. Audiant, qui agunt pœnitentiam (inquit Ambrosius) quomodo agere debeant, quo studio, quo affectu, qua mentis intentione, qua intimorũ concussione viscerum, qua cordis conuersione. *Vide* (inquit Ierusalem pœnitentiam agens) *Domine quia tribulor, venter meus turbatus est à fletu meo, conuersum est cor meum in me.* Cognouisti intentionem animi? Fidem mentis cognosce, & habitum corporis. *Sederunt*, inquit, *in terra, tacuerunt seniores filiæ Sion, & imposuerunt terram super caput suum, præcinxerunt se cilicio*, &c. Tales inquit Ambrosius debent esse, veri pœnitentis lacrymæ, vt audiat nos Dominus noster ingemiscentes, sicut audiuit Ephraim lacrymantem, quando scriptum est, dicente Deo: *Audiens audiui Ephraim lacrymantem*, &c. Ad hoc institutum similiter expendit *a*, pœnitentiã Dauidis, latius tamen Hieronymus *b*, illum psalmum pœnitentialem exponẽs, quo Dauid suã exprimit pœnitentiam: *A voce gemitus mei adhæsit os meũ carni meæ.* Discant (inquit Hieronymus) qui agunt pœnitentiam, qũo eam debeant agere; ita enim inquit Dauid; Exiccauit me ipsũ, vt sine carne essem, & pelles meæ cohærerent ossibus. *Carnem* pro pelle dixit, & præmiserat; *Et ossa mea facta tremiũ arnerunt.* Ossa dicit, ipsam fortitudinem. Si ergo qd est in me forte, hoc aruit, & infirmũ factum est; quanto magis, quæ per naturam infirma est caro? *Quia oblitus sum comedere panem meum.* Id est in tantum venit mihi memoria peccatorum meorum, & talem pœnitentiam egi; vt ẽt obliuiscerer mãducare. *Similis factus sũ pellicano solitudinis.* Pellicani esca, venenata erãt animalia; hoc est serpen-

Matth. 16. 24.

Thren. 1. 2

Thr. 2. 20

Lib. 2. cit. cap. 5.

Iere. 31. 18.

a Li. 2. cit. cap. 10.

b In Psal. 101. Ps. 101. b

ſerpentes, lacerti &c. Illi ergo ſimilis factus ſum, qui eſt in ſolitudine, qui comedit venenata animalia, hoc eſt, eſca mea quaſi venenum erat mihi. *Quia cinerem tanquam panem manducabam*: In cinere intingebam panem meum, & ſic comedebam. Si ergo propheta hoc dicit; nos quid faciemus? *Et poculum meum cũ fletu miſcebam*: nihil mihi erat ſuaue, neque panis, neque poculum. Et hæc omnia faciebam, *à facie iræ indignationis tuæ*, conſiderans, quia te offendi. Ita Hieronymus: cui concinit illud, quod Suſannam lapſam ad pœnitentiam inducens, docet, tradens, qualis eſſe debeat vera pœnitentia. Pœnitenitia (inquit) non verbo agenda eſt, ſed facto. In primis omnis vitæ cura intermittenda eſt tibi, & quaſi mortuam te exiſtima, ſicut es; quomodo poſſis reuiuiſcere, cogita. Deinde lugubris tibi accipiẽda eſt veſtis, & mens, & membra ſingula, digna caſtigatione punienda. Amputentur crines, qui luxuriæ occaſionem præſtiterunt. Defluant oculis lacrymæ, qui maſculum non ſimpliciter aſpexerunt. Palleſcat facies, quæ quondam erubuit impudice; totum denique corpus iniurijs, & ieiunijs maceretur cinere aſperſum, & cilicio perhorreſcat, quia male ſibi de pulchritudine placuit. Cor verò ſit liqueſcens tanquam cera, in ieiunijs inquietans ſe ipſum, & cogitationibus ventilans, quare ſit ab inimico ſubuerſum. Senſus etiam crucietur, quia in membra corporis cum haberet dominationem, malum geſſit imperium. Talis actio pœnitentiæ, ſi fuerit perſeuerans, audebit hic ſperare, ſi non gloriam, certe pœnę euacuationem. Dicit enim Deus: *Conuertimini ad me, in toto corde veſtro, in ieiunio, fletu & planctu; Dirumpite corda veſtra, & non veſtimenta veſtra, quia Deus pius & miſericors eſt.* Sic conuerſus magnus Dauid iuſtificatus eſt; ſic Niniue peccatrix illa ciuitas incumbentem ſibi euaſit interitum. *Grande ſcelus grandem habet neceſſariam ſatisfactionem; grandi plaga, alta & prolixa opus eſt medicina.* Ita Hieronymus.

Epi. 22. ad Suſannam lapſ. tom. 9

§. 14. *Fructus dignos pœnitentiæ agere debet peccator, & conuerti in ieiunio, fletu & planctu ſcindens cor, non veſtimenta.*

¶ 41

OBſeruanda eſt inſuper diuini præcurſoris ſententia, qua & pœnitentiæ neceſſitatem, & efficaciam mirè docuit, & qualia opera ipſa requirat, excellenter expreſſit: quam etſi Sanctus Lucas proponat tanquam dictam ad turbas, Matthæus ſingulariter directam declarat ad Phariſæos, & Saducæos, qui inter eas erant. *Exibat*, inquit, *ad eum Ieroſolyma, & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanem, & baptizabantur ab eo in Iordane, confitentes peccata ſua. Videns autem multos Phariſæorum, & Saducæorum venientes ad baptiſmum ſuum, dixit eis: Progenies viperarum, quis demonſtrauit vobis fugere à ventura ira? Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ*, aut vt Lucas ait; *Fructus dignos pœnitentiæ*. Multorum patrum, Chryſoſtomi *a*, Theophylacti *b*, Eutemij *b*, & Origenis *c*, ſententia eſt, quam & Athanaſius indicauit *d*, turbas quidem, & multos eorum, qui ad Ioannem egrediebantur, ſana mente, & recta intentione proceſſiſſe, pœnitentiam agentes: Phariſæos autem, & Saducæos ſimulatè & fictè; primo quidem ne impij, ab alijs, & ſuæ ſalutis negligentes iudicarentur: ſecundò autem, vt Ioannem poſſent calumniari circa doctrinam, aut circa actum baptizandi. Quod illis vſitatiſſimum fuit: hac enim mente poſtea ſæpe ad Chriſtum audiendum accedebant, ſimulantes ſe eius doctrinam velle placidè audire, & ab eo doceri: qui tamen tantum intendebant eum calumniari, & capere in opere, aut ſaltem in ſermone. Id quod parentibus iſtorum fuit etiam commune, qui ad Prophetas audiendos accedebant, vt eis ſubſannarent, qui magiſtros, & prædicatores à Deo miſſos, occiderunt, vt Chriſtus eis intimauit. Et hac de cauſa nũc Ioãnes eos vocat, geni-

Luc. 3. 7.

Matt. 3. 7.

Luc. 3. 8.

a Hom. 11. in Matth. & in imp. hom 3.

b In ca. 3. Matth.

c Tom. 6. in Ioan.

d qq. ad Antioch. q. 56.

Matth 24.

Lib.1.qq. Euangelicarum c.5. Locis cit.

genimina viperarum. Augustinus credit Ioannem vocare eos voluisse, filios diaboli, qui illius malitiam imitantur, quem viperam appellat, propter venenum, quo genus humanum infecit. Chrysostomus, Athanasius, & Euthymius, ideo ita vocatos credunt, quia a Prophetis, prædicatoribus, & magistris à Deo missis, qui erant parentes spirituales mortem intulerunt, & inferre nitebantur: sicut genimina viperarū, parentes à quibus genita sunt, interficiunt. Quare (inquit Athanasius) Baptista vocat Iudæos progeniē viperarum? Quia illa bestia suæ matris vētrem exedit, & sic demum egreditur; qualia etiam istis parricidæ patrauerunt, suos interficientes Doctores, & Prophetas, inuidia commoti. Lapidauerunt enim Moysem, Isaiam verò Prophetam cum serra lignea in duas partes secuerunt, &c. Hanc de genimine viperarum historiam, etsi nec Aristoteles *a*, nec Plinius *b*, admittant; est tamen apud omnes ore decantata, vt videre est non solum apud citatos patres; sed apud Epiphanium *c*, Hieronymum *d*, Augustinum *e*, Gregorium *f*, Bedam *g*, imo & Plutarchum *h*, & has mercedes, præmiaque parentibus reddunt, inquit S. Basilius *i*, ideoque aptè supponitur à Ioanne; quoniam Doctores sancti imo & Deus ipse, sæpe res inducunt supponentes de eis, non tam quod reuera sunt, quam quod communiter creduntur, vt supra ex D. Gregorio *k*, dictum fuit. Alij credunt vocatos genimina viperarum, quoniam sicut, huic bestiæ inter omnes venenatas conuenit, & est quasi proprium, contendere omnia veneno inficere, arbores, herbas, flores? ita illi omnia nitebantur calumniari, & malitiæ suæ veneno inficere, *pretendian maliciarlo todo*. Qua de causa hoc nomine à Christo appellatos alibi tradidimus. Illi igitur, vt Origenes indicat, Ioannem calumniari intendebant, contendentes, ea omnia, quæ agebat, inuentionem fuisse humanam, ad populi plausum, & vulgarem auram captandam: *Stultus enim in via ambulans, cum ipse stultus sit omnes stultos æstimat*. Quamuis non id publicè dicere audebant, quoniam timebant turbas. Vnde quando Christus eos interrogauit, an baptismus Ioannis *esset ex Deo an ex hominibus?* Id est, an Ioannes baptizauerit à Deo iussus, excitatus, & motus; an à suæ laudis affectu impulsus: nequaquam respondere ausi sunt, *quia timebant*, inquit *turbam: omnes enim sicut Prophetam habebant Ioannem*. Sed tandem congruentius ad nostrum institutum dicere possumus, id quod valde probabile credo, Pharisæos, & Saducæos; veniſſe ad baptismum, & pœnitētiam, quam S. Ioannes prædicabat, non malo animo, & mente erga Ioannem, indebita tamen dispositione ad veram pœnitentiam affectos. Etsi .n. hi vt (inquit Origenes) ad baptismū venerint, non tamen consuetudines malas nec statum peccati abijcere volebant: ideo eorum pœnitentia non vera erat, sed falsa, & tantum apparens. Vnde & Ioannes eos instituendos assumpsit: quod non feciſſet, si praua eos mēte erga se accedentes cognouisset. In primis autem eos excellenter describit, vocans, *genimina viperarum*. Singulare est huic feræ (vt annotant Basilius *a*, & Ambrosius *b*) venenum retinere inclusum, & occultatum circa viscera, cum ad aquas accedit, vt cum pisce, qui muræna vocatur coeat, quem tanquam maritum habet, ex quo cōcipit, cui ad oram maris accedens, suam sibilo indicat præsentiam. Tales illi erant. Ad aquas namque baptismi pœnitentiæ accedebant, venenū tamen peccati non deponebant; sed potius interius tenebant inclusum: & qui se exterius pœnitentes ostendebant, interius peccatorum affectus conseruabant. Illos ergo Ioannes Spiritus sancti reuelatione cognoscens, vt D. Chrysostomus annotauit, ipsorum simulatam, aut fictam pœnitentiam exprimens, *Genimina*, inquit, *viperarum*, qui ad aquas baptismi pœnitentiæ accediſtis, retinentes tanquam viperæ intra vos peccatorum vestrorum venena. Illius propterea insufficientiam eisdem demonstrauit, addens; *Quis demonstrauit vobis fugere à ventura ira?* Etsi variis modis à Sanctis Patribus hæc verba expēdantur, placet valde, quem ex Origene, nostri tēporis doctus author expēdit; & credo Ioannem dicere voluisse:

Matth.25. 26.

Homil. 22. cit.

a *Homi.7. hexaemer. post mediū*

b *5.hexae. cap.7.*

Hom.11.in Matth.

Ho.22. cit. Toletus in cap.3.Luca anno.24.

a *Li.5.hist. animaliū cap.34.*
b *Lib.10. cap.26.*
c *Hæres 26*
d *In ca.30. Esaiæ & Epist.ad Præsidiū.*
e *Ser.83.de temp.*
f *15.Mora. c.9.& ho. 20.in Eua.*
g *In Lucā.*
h *Opusc. de garrulitate.cit.*
i *Hom.9.in hexaem.*
k *9.Mor.c. 6.tom.6. in Ioan.*
¶ *46 Eccl.10.3.*

Quis

Quis vobis demonſtrauit per huiuſmodi pœnitentiam, tantum ſecundum externam ſpeciem, & ad faciem factã. vos fugere poſſe à ventura ira iudicij futuri? hanc enim, *iram venturam*, vocat; quomodo poſtea Chriſtus eiſdem dixit: *Quomodo fugietis à iudicio gehennæ?* Inſufficiens hæc eſt. & minus apta pœnitentia, vt per eam remiſſionem peccatorum obtineatis, & euadere poſſitis æternæ damnationis ſententiam, quam in futuro iudicio Deus cõtra peccatores pronuntiabit. Illos tandem inſtruere volens, ſubdidit: *Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ*. Quibus verbis; pœnitentiæ vim admirandam indicauit, quæ potens eſt genimina viperarum in filios Dei conuertere: & eos, qui æternis, pœnis ſecundum præſentem iuſtitiam erant adiudicati, dignos cœlo reddere. Non tamen omnem pœnitentiam, id perficere poſſe aſſeuerauit; ſed illam, quæ vera eſt, & fructus ſibi facit condignos. Expendit eleganter Gregorius illud, *fructus dignos pœnitentiæ*. Nec enim omnis fructus pœnitentiæ, eſt illi condignus; quiuis enim dolor de peccatis, quæcumque triſtitia, aut deteſtatio peccatorum fructus eſt pœnitentiæ: ſed non condignus. Ab arbore non quemcunque fructum expoſcis, ſed illum, qui ſit ipſi condignus. A pyro non tantum folia exigis; ſed mala pyra. A malo nõ ſolum flores, ſed mala poma; ab aranceo, non ſolam viriditatem; ſed mala arancea expetis. Eſt vera pœnitentia, arbor quædam in intimis, & penetralibus cordis, & animæ, diuino fauore plantata. Fructus eius requiruntur. In hoc enim omnis arbor plantatur: *omnis namque arbor, quæ fructum non facit, excidetur, & in ignem mittetur.* Si pœnitentia viua eſt in corde, operatur quidem; nam quæ operari renuit (vt Gregorius de amore dixit) pœnitentia non eſt. Et non quicumque fructus, ſed qui ſint digni, & congruentes veræ pœnitentiæ. Eſt pœnitentia vera, dolor grandis, & ſupremus de peccatis propter Deum ſummè dilectum. Eſt quaſi gladius, cor transfigẽs, pugio viſcera penetrãs, clauus intima pœcordia transfodiens, ſerpens cor corrodens, & mordens. Qui cor haberet gladio transfixũ, pugione confoſſum, clauo punctum, ſerpente corrodente attritum; poſſetne lætari? Poſſetne lacrymas, imò & ſanguinis fluxum continere? Poſſetne quietus manere? Securè dormire? Iucunder comedere? Ecce fructus dignos pœnitentiæ. Credis ne fructum dignum pœnitentiæ eſſe lacrymulam, quàm continuò ſequitur riſus? triſtitiam, quam è veſtigio conſequitur voluptas: Dolor, qui nullatenus ſomnum impedit, aut intercipit? Talis pœnitentiæ fructus (inquit Ambroſius) requiruntur, per quos perpetuas homo profundat lacrymas, ſomnum ab oculis excutiat, &c. O miſeri nos (inquit Baſilius expendens veram Dauidis pœnitentiam) qui cum vel vna orauerimus die, vel hora vna, breuem aliquam ſuper peccatis noſtris triſtitiam paſſi, ſecuritatem nobis promittimus, perinde ac quidpiam confeciſſemus, quod ex æquo reſponderet diluendæ omni noſtræ malitiæ. Dauid, confeſſionem ſe omni vitæ ſuæ tempori commenſuratam oſtenſurum dicit; *In omnibus*, inquit, *diebus meis inuocabo.* Et ſi vis videre dignos pœnitentiæ fructus, attende quales fuerint eius dolores, & pœnæ, in eo quod ſubdit: *Circumdederunt me dolores mortis, & pericula inferni inuenerunt me.* Dolores (inquit Baſilius) propriè de parturientibus dicuntur. Supremos igitur dolores voluit exprimere, & mortificationis opera, quibus, quaſi ad ſepulchrum iam ſe ipſum præparabat; & hæc illæ quæſiuit & operatus fuit, qui ſubdidit; *Tribulationem & dolorem inueni.* Inquirerat certè, qui dicit ſe inueniſſe tribulationem, & dolorem. Digni fructus pœnitentiæ ſunt (inquit Gregorius) non quæcumque opera bona, ſed quæ quandam habent proportionem, & paritatem cũ malo perpetrato. Grandis enim culpa, & grandis ſqualor (inquit Ambroſius) non leui mundatur dolore, vt alibi dictum eſt. Sunt peccata tua multitudine innumera, qui dicere potes cũ quodam peccatore: *Multiplicata ſunt ſuper capillos capitis mei.* Adam ad vnicum lignum vetitum extendit manũ, tu verò ad oſa tibi prohibita, te ipſũ extendiſti, cui meritò dicitur; *Vide vbi non pro-*

Matth. 23.

Hom. 20. in Euang.

¶ 47. *Matt. 3. 10*

Homil. 30. in Euang.

2. De pœnitent. c. 10.

In Pſal. 118.

Pſal. 115.

In Pſal. 50

Pſ. 39. 13.

Ierem. 3. 2.

proſtrata ſis. Sunt itidem magnitudine ingentia: Deum enim ipſum, eiuſque mandata contempſiſti, ſicut Saul; ipſi ac illius vocibus fuiſti rebellis, ſicut Pharao; fratrem tuum gladio odij occidiſti, ſicut Cain; animam tuam, vas Deo ſacratum, prophanaſti, ſicut Balthaſar; in ſuperbiam elatus, de ijs, quæ tibi à Deo donata ſunt gloriatus fuiſti ſicut Nabuchodonoſor; immundus extitiſti, carnem maculans, ſicut, qui iram Dei ante diluuium irritauerunt; corpus tradidiſti luxuriæ, animam cupiditati honoris, & bonorum temporalium. Tot tantaque peccata credis leui pectoris tunſione deleri, triſtitia quadam ridicula abſtergi, dolore ferè inſenſibili abſolui? Inde ergo Paulj timor, qui clamat: *Timeamus*. Inde Prophetæ hæſitatio, & dubietas, qui dicit: *Quis ſcit, ſi conuertatur Deus, & ignoſcat?* Deus ipſe (inquit Bernardus) non obſcurè qualem à nobis exigat pœnitentiam, & conuerſionem expreſſit dicens: *Conuertimini ad me in toto corde veſtro, in ieiunio, fletu, & planctu*. Expendit primò Bernardus illud, *in toto veſtro*. Corporis namque (inquit) conuerſio, ſi ſola fuerit, nulla erit. Indeque noſtram miſeriam deplorandam aſſumit, qui hodie iam ad Deum conuerſi videmur; ſed ferè omnes ſolo corpore conuerſi ſunt, qui cor adhuc in reb. mundi retinent conſtitutum. Miſer homo, qui totus pergens in ea, quæ foris ſunt, & ignarus interiorum ſuorū, putans aliquid ſe eſſe, cum nihil ſit, ipſe ſe ſeducit. *Sicut aqua effuſus ſum*, ait Pſalmiſta in perſona hominis huiuſmodi, & *diſperſa ſunt omnia oſſa mea*: & alius Propheta: *Comederunt alieni robur eius, & ignorauit*. Exteriorem quippe ſuperficiem intuens, ſalua ſibi omnia ſuſpicatur, non ſentiens vermem occultum, qui interiora corrodit. Manet ſuper caput cinis, ieiuniorum regula cuſtoditur, ad ſtatuta Eccleſiæ officia confluitur: *Sed cor longè eſt à me dicit Dominus*. Expendit ſecundò illud, *In toto*. Nec enim, vt ſecundum partem cordis te conuertas, contentus eſt, qui clamat: *Conuertimini ad me in toto corde veſtro*. Totum cor, inquit Bernardus, in ijs quatuor affectionibus eſt, quæ ſunt amor, odium vel timor, gaudium, & triſtitia. Et de ijs, inquit, accipiendum puto, quod dicitur, *In toto corde*. Attende ſolerter, quid diligas, quid metuas, vnde gaudeas, aut contriſteris. Conuertatur proinde amor tuus, vt nihil omninò diligas niſi Deum ipſum, aut certè propter ipſum. Conuertatur etiam ad ipſum timor tuus, quia peruerſus eſt timor, quo metuis aliquid præter eum, aut non propter eum. Sic, & gaudium tuum, & triſtitia æquè conuertatur ad ipſum: ſic non, niſi ſecundum eum aut doleas, aut lætaris. Quid enim peruerſum magis, quam lætari cum malè feceris, & in rebus peſſimis exultare? Expendit tertiò, ita quidem ſecundum animam, aut cor eſſe agendum, non tamen ſufficere. Sicut enim non ſola anima peccauit, & à Deo fuit auerſa; ſed & corpus peccata commiſit: ita etiam corporalis conuerſio neceſſaria eſt, quæ adminiculum præbeat cordi, vt plenè ſe conuertat in Deum, ſociumque animæ habeat in pœna, quem comitem habuit in culpa. Inde eſt, quod hoc loco Dominus, cum dixiſſet: *In toto corde*, adiunxit protinus, *In ieiunio*, quod vtique corporis eſt, quo nomine docet abſtinendum ab omnibus corporis voluptatibus, & à vitijs potius, quàm à cibis. Sed eſt panis à quo vos ieiunare nolo; panem dico lacrymarum; vnde ſequitur, *in ieiunio fletu, & planctu*. Exigit enim à nobis planctum, pœnitentia præteritæ conuerſationis: exigit fletum, deſiderium beatitudinis. *Facta ſunt enim lacryma mea panes die, ac nocte, dum dicitur mihi quotidie: vbi eſt Deus tuus?* Parum mihi placet huius vitæ nouitas, quæ necdum veterа plangit admiſſa peccata, necdum plangit tempus amiſſum. Si non plangis, planè non ſentis animæ vulnera, conſcientiæ læſionem. Obſeruat quartò rectè Prophetam addidiſſe: *Exſcindite corda veſtra*. Quibus verbis, primò quidem arguitur duritia populi Iudæorum. Crebra ſiquidem apud eos ſciſſio veſtium, non cordium eſſe ſolebat: ſed nobis etiam imponitur, vt ſcindatur cor, & in multas partes, & minutias partiatur. Primò, quia non circa vnam rem ſolam Deum offendit, ſed in mul-

Ser. 2. in capite ieiunij.

¶ 48.

Pſal. 21. 15.

Oſee 7. 9.

Eſa. 58. 13

Pſ. 6. 7.

tas ſe profundens, & diuidens: deinde, quia *Spiritus Domini multiplex* (ait
Sap. 7. Sapiens) nec potes ſequi multiplicem, ſine multiplici ſciſſione. Audi ſhominem ſecundum cor Dei dicentem:
Pſ. 56. 8. *Paratum cor meum Deus; paratum cor meum.* Paratum ad aduerſa paratum ad proſpera: paratum ad humilia, paratum ad ſublimia. Vis paſtorem omnũ facere? Vis conſtituere regem populorum? Paratum cor meum Deus, paratum cor meum. De peccatoribus di-
Pſ. 118. 70. cebat: *Coagulatum eſt ſicut lac cor eorum; ego verò legem tuam meditatus ſum.* Inde cordis duritia, inde mentis obſtinatio; quia meditatur quis non legem Domini, ſed ſuam voluntatem. Poteſt tandem (inquit Bernardus) hæc ſciſſio intelligi, vt ſcindatur cor prauum, ad confeſſionem. *Quidni ſcindatur vlcus, vt ſanies effluat* Vtilis prorſus hæc ſciſſio, vt non clauſum lateat peccati virus in corde.

§. 15. *Inſtituitur Quadrageſima quaſi annus Iubilæi, in qua peccator, qui ſe ſuaque peccando vendidit, recuperet omnia.*

¶ 49. APtam, & conuenientem huius ſacri temporis inſtitutionem ex feſto Expiationis antiquitus inſtituto, oſtendimus: eandem poſſumus iterum ex inſtitutione anni Iubilæi ſimiliter comprobare. Inter eas namque leges, quas Deus ad ſui antiqui populi conſeruationem ſapientiſſimè conſtituit, illa fuit ſingularis, qua tempus quoddam indixit, in quo vnuſquiſque, quæ vendiderat, impignorauerat, locauerat, accommodauerat, aut alio quouis
Leu. 25. modo diſtraxerat, recuperaret. Voluit Deus ad totius populi conſeruationem, omnes particulares familias conſeruari. Et quoniam difficile poteſt familia aliqua, aut domus conſeruari, quæ non habeat bona aliqua immobilia, facultateſque ſibi proprias, conſtituit Sancto Ioſue, cum ingreſſus eſt populus terram repromiſſam; vt cuique familiæ, peculiarem terræ portionem deſignaret, quæ vniuſcuiuſque conſeruationi poſſet ſufficere; quod tanquam ſingulare beneficium illi populo exhibitum cecinit Dauid:
Pſ. 77. 54. *Eiecit à facie eorum gentes, & ſorte diuiſit eis terram in funiculo diſtributionis.* Quoniam autem per contractus matrimonij, ſolent facultates, & poſſeſſiones ab vna familia in aliam tranſferri, vt in vnaquaque familia conſeruarentur poſſeſſiones, & bona, ſtatuit, quod nemo matrimonium, niſi
Nu. 36. 7. 8. cum ſuæ tribus perſona, contraheret. Quoniam itidem non poteſt domus aliqua, vel familia conſeruari, ſine facultatibus, & bonis, & poterat aliquis poſſeſſiones, & bona domus ſuæ vendere, locare impignorare, aut alio titulo diſtrahere; vt familia illa perpetuò conſeruaretur, conſtituit peculiare tempus, in quo vnuſquiſque omnes facultates, ac bona mobilia, & immobilia, quæ à familia ſua ſuperauerat, & diſtraxerat, vendendo, locando, impignorando; gratis, liberè, & nullo penitus pretio dato, recuperaret. Quoniam verò vſitatum fuit apud Iudæos, ſicut, & multas alias gentes, vnumquemque, neceſſitate, aut debitis compulſum ſe ipſum, aut filios ſuos vendere, & ſeruos emptitios facere creditorum, vt ex ſcriptura patet, &
Exo. 21. 7. parum prodeſſet, poſſeſſiones, & bo-
Leu. 25. 39. na in priſtinam domum, & libertatem reuocare, manente homine in ſeruitute; id primò ſtatutum erat, vt qui ſe ipſos vendiderant in ſeruos, vel ancillas, remiſſionem liberam obtinerent. *Sanctificabis*, inquit, *annum Quinqua-*
Leu. 25. 10 *geſimum, & vocabis remiſſionem cunctis habitatoribus terra: ipſe eſt enim Iubilæus. Reuertatur homo ad poſſeſſionem ſuam, & vnuſquiſque rediet ad familiam ſuam priſtinam, quia Iubilæus eſt.* Huic tempori, & ſolemnitati initium dabat grandis quidam, ac longè productus tubæ concrepantis ſonitus, a quo nomen Iubilæi accepit: In He-
יובל bræo, *Iobel.* Dubiũ eſt apud Hebræos, In cap. 25. quidnam hoc nomẽ ſignificaret. Oleaſter credit, vocem eſſe deductam à verLeuit. bo, quod ſignificaret reducere; tunc autem omnia ad priſtinam reducebantur libertatem, & antiquum ſtatum. Tom. 1. fol. Conuenientius Brixianus credit, Io- 276. p. 2. bel ſignificare tubam, aut buccinã, langore longo reſonantem: Cuius vſus ſingularis erat, ad hoc tepus remiſſio-

nis

nis prænuntiandum. Iusserat Deus fieri duas tubas argenteas ductiles, quibus clangerent, & ferè omnia quæ agenda erant prænuntiarent. Sed ad annum, & tempus remissionis indicendum, & incipiendum, peculiares tubas fieri voluit, septē, quibus cū tēpus remissionis aderat, lōgè & fortiter concreparent; quibus propterea iussit, vt
Ios.6.4.5. vterētur in expugnatione Iericho, qa longo clangore, & forti erat resonandum. Huiusmodi tubæ vocabātur *Iobel* à quibus Iubilæi nomē processit, quod tempus remissionis significat, quia clāgore tubarū, adesse tale tempus omnibus renuntiabatur. Et hoc est quod dicit: *Et vocabis remissionem cunctis habitatoribus terra.* In Hebræo nomē *Dertur*, quod libertatem significat. Pagninus, & Regia: *Et prædicabitis libertatem in terra cunctis habitatoribus eius.* Illa enim vox tubæ, inquit Oleaster, erat proclamatio libertatis, non solùm hominum, sed & possessionum: quoniam homines quasi captiui seruitute, libertati donabātur, & vnusquisq; pos-
¶ 50. sessiones distractas recuperabat. Tanta autem firmitate hanc remissionis legē voluit Deus seruari, vt vna ex præcipuis causis, propter quam posteris temporibus populus Dei traditus ab eo fuit in captiuitatem miseram regis Nabuchodonosor, extiterit; quia diuites, & potentes adueniente hoc remissionis tempore, nolebant plenè liberos dimittere, quos captiuos seruos emēdo acceperant; & eos, qui se illis vendiderant in seruos, & ancillas, vt pa-
Iere.34.9. tet ex Ieremiæ prædicatione; qui iuxta aliquorum mentem id dicere voluit, cum primam causam captiuitatis ciuiū
Thren.1.3 Ierusalem exprimere volens: *Migrauit*, inquit, *Iudas propter afflictionem, & multitudinem seruitutis.* Valde affligebant eos, qui se illis in seruos, & ancillas vendiderant, & multiplicabāt aut augebant seruitutis tempus: quia cum eos deberent adueniente remissionis tempore liberos remittere, non remittebant. Apta sanè temporis institutio, congruentissima ad illius populi conseruationem, vt nulla ipsius familia deficeret. Sed omnia in figura facta
2.Cor.10. *11.* sunt nostri, vt Apostolus explicuit. Deus namque, qui temporalem illius populi conseruationem curabat, vt nullus ex illo periret, hoc ipso significabat, qua cura nostram spiritualem conseruationem procuret: qui pro nostra salute sanguinem dedit, & vitam: hocque desiderat, vt vnusquisque in perpetuum viuat, & seruetur. Ad hoc autem voluit tempus remissionis constitui. Mirum est, & tristibus lacrymis deplorandum, considerare, quidnam homo toto anni tempore faciat. Nihil enim aliud agere videtur, nisi seipsum vendere, & omnia sua prodigere, & distrahere. Vendidisti tāquam *prophanus Esau primogenita tua*, qui ius habebas per Dei gratiam ad hæreditatem incontaminatam, & immarcessibilem, conseruatam in cœlis: & vendidisti, *propter vnam escam* vilem, propter vilissimā voluptatem, & delectationem. Te ipsum diabolo exhibuisti venalem, & verè vendidisti in seruum emptitium. Quod Deus ipse elegantissimis verbis declarare voluit, quæ egregiè S. Ambrosius expendit. *Hæc dicit Dominus:* miseros peccatores alloquivult, & eos ad iudicium vocat; vt se perditionis eorum non esse causa ostendat. *Quis est*, inquit, *creditor meus, cui vendidi vos?* Numquid habeo ego creditores, quorum pecunijs egeam, quibus cum non sim soluendo, oporteat pignus dare, aut filios meos in seruos tradere? Septuaginta: *Cui creditori exactorum meorum vendidi vos?* Loquitur (vt D. Ambrosius indicat) metaphora sumpta ab eo, quod apud Iudæos erat commune. Quando pater aliquis alicui creditori erat debitis obligatus, mittebat creditor exactorem rigidum, qui pro recuperanda debita quantitate executionem faceret. Si Pater non habebat pecunias aut bona, quibus debitum persolueret; filios tradebat exactori in emptitios seruos ad debiti solutionem. Hoc patet ex sacra Regum historia, & ex parabola
4.Reg.4.1. *Mat.18.25* regis, cui seruus debebat decem millia talenta. Num ego, inquit Dominus, aliquos habeo creditores, quibus ita sim obligatus, vt exigant à me debita; & non habens, vnde soluam, vos vendiderim, & tradiderim in seruos? *Ecce in iniquitatibus vestris venditi estis.* Diaboli serui fiunt peccatores

Gen.25.33 & ad Heb. 12.16.

Lib. de Tobia. c.8 & lib. de Elia cap.20.

Esa.50.1.

Hom. 16. in Exod.

tores (inquit Origenes hunc locum expendens) & vide; qua pecunia eos emat: homicidio, adulterio, furto ſimilibuſque. Hæc enim eſt diaboli pecunia. Feciſti adulterium: Diaboli pecuniam ſuſcepiſti; in eo enim eſt diaboli imago, & ſuperſcriptio, & ſic de ſimilibus, &c. Hinc intelliges, quid Deus faciat, tradens peccatores in peccato morientes, plenæ dæmonis poteſtati. Ipſe nequaquam illos facit ſeruos diaboli, neq; hoc poteſt eius infinitæ bonitati congruere. Peccator cùm peccat, ſe diabolo vendit, & in ſeruum tradit. Nihilominus Deus miſericorditer agens, durãte præſentis vitæ curſu, non concedit diabolo in eum plenè ſui dominij poteſtatem exercere: illo autem conſummato, ad ipſius diaboli requiſitionem, & iuſtam petitionem poſtulantis ſeruum ſuum, quem emerat, ſibi plenè tradi, tradit illum manibus, & poteſtati illius, vt tanquam de ſeruo emptitio faciat, quod voluerit, & quantũ voluerit, torqueat. Nullus eorum, quibus diabolus in inferno plena poteſtate dominatur, quos in ſeruos emptitios poſſideat; verè poteſt dicere, ſe à Deo venditum fuiſſe. *Ecce*, ait, *in iniquitatibus veſtris venditi eſtis.* Iniquitatum aũt author Deus nullo modo eſt, qui potius omnem iniquitatem auerſatur. Et nõ dicit, in iniquitate, ſed in iniquitatibus. Nõ enim venditur (inquit Ambroſius) vno pretio, ſed quotidiano, nouis ſemper ſe implicans vſuris; nouo ſe fœnore illaqueans. Vendidit ſe prior Adam (inquit Ambroſius) nam vili pretio, quale omnibus eſt notum: nos eorum filij (inquit S. Bernardus) ei grauiter indignamur ſtultum vocantes, & mirãtes, qui fieri potuit, vt homo ſani capitis, pro tam vili pretio ſe ipſum vendiderit, & ſeruum tradiderit diabolo ipſi: qui potius ſtultitiam tuam deberes admirari, qui quod ille ſemel effecit, tu quotidie facis. Crudeliſſimo Domino te ipſum vẽdidiſti, vt Auguſtinus hoc idem obſeruans latè proſequitur, illi, qui te tantummodo ad interitum, & animam mortem emit. Nullus nam durus eſt, qui ſeruum emat tantummodo, vt morti eum tradat, ſed vt ex eius obſequio aliquod commodũ reportet: Diabolus tam crudelis eſt, vt ad hoc ſolummodo te contendat emere, vt perpetuis ignibus, & tormentis tradat. Vide cui Domino te vẽdis. Et poſſibile ne eſt, quod tam crudeli, duro & immiti tyranno, tã vili paruoque pretio, te ipſum vendas? Te igitur ipſum vendidiſti. Miſer, tu iam non es tuus, ſed illius, cui te ſeruum emptitium cõſtituiſti. Prodegiſti inſuper bona, quæ habebas: merita, quæ magno cum labore conquiſieras, cùm in gratia Dei eſſes, quaſi impignoraſti. Nam eo ipſo, quod peccaſti, iam tibi proficere non poſſunt, eo ſtatu durante, ſicuti aureum vas, aut iocalia, quæ alteri tradis in pignus, toto tempore, quo tenentur in pignore, nullatenus tibi poſſunt inſeruire. Omnia quæ tua erant diſtraxiſti, oculos per impudicum aſpectum pulchritudini mulieris tradidiſti, per quos oſtia inimico aperuiſti, vt ingreſſus *deprædaretur animam ſuam*: linguam tradidiſti detractioni, auditum locaſti vanitatibus audiendis, pedes iniquitati commodaſti, & manus iniquis operibus. Cor ipſum tuũ, in pignus rebus terrenis tradidiſti, qui propterea meritò iudicaris ſine corde, aptus ad quem Dominus dicat: *Audi populе ſtulte, qui non habes cor*: & qui à Sapiente *Excors* voceris. Quid igitur agendum ei, qui omnimoda ſui ſuorumq́ue bonorum diſtractione, ſe ipſum inuenit ad extremam miſeriam, & paupertatem deductum, qui tanquam alter prodigus in regione longinqua conſtitutus eſt, crudeli domino traditus? Hæc Dei miſericordia, qui conſtitui voluit tempus remiſſionis, & Iubilæi, in quo tam peccator ipſe, quàm quæ prodegerat bona, in libertatem reuocentur. Quod idem Iſaias, qui miſeros homines venditos in peccatis expoſuerat, voce læta, & iucunda nobis videtur intimare. *Conſurge, conſurge, excutere de pulue. conſurge: ſede Ieruſalem, ſolue vincula colli tui captiua filia Sion. Quia hæc dicit Dominus: Gratis venundati eſtis, & ſine argento redimemini.* Libertatem prædixit filiorũ Dei, & Eccleſiæ à peccato, & ijs, quæ peccata cõſequuntur, inquit Forerius, & indicauerant Hieronymus, & Cyrillus. Con-

¶ 52.

Ierem. 5. 21.

Eccl. 6. 21.

Serm. 1. in feſt. omniũ SS.

¶ 52.

Eſa. 52. 1. 2

Ser. 206. de tempor.

in c. 52. Eſ.

surge, consurge. Hac repetitione Propheta grandem animi affectum, & exultationem declarat, & quàm graui casu peccator teneatur, indicat; cui iterum, atque iterum inclamãdum est, consurge, consurge. *Excutere de pulueres*, loquitur metaphora sumpta à captiuis, & seruis emptitijs. Considera captiuum vinculis ferreis detentum, humi cubantem, squalore, ac pedore confectum. Talem considerat Propheta peccatorem, qui terræ adhæret, & ad terram deiectus iacet, terram comedens, terrena tantum sapiens, id est, sapida reputans, peccati vinculis inclusum. Excutere de puluere. *Sede Ierusalem*. Qui iacebat pronus, humi deiectus, vinculis ligatus, non statim se in rectum erigit iter; sed primò eleuans caput, & dimidiam corporis partem, sedet, vt vincula soluere possit. Consurge Ierusalem, & erigens caput, & mentem, ad soluenda vincula tua sedens te conuerte. Hæc autem à te requiro, *quia hæc dicit Dominus*, hæc ille constituit, & ordinauit, vt tempus sit remissionis, & libertatis. *Gratis venundati estis, & sine argento redimemini*. Inquirit Augustinus, quomodo dicat: Gratis venundati estis: quod enim gratis confertur, non venditur, sed datur. Respondetque, iuxta scripturæ phrasim etiam dici vendi id quod donatur, sicut cum dictum fuit: *Vendidisti populum tuum sine precio*. Sed addere possumus, hac locutione exprimi venditionem viliſſimo precio factam: quando enim aliquid, quod multum valet, viliſſimo eius precio, dicis, te illud gratis, & sine precio accepisse. Est anima tua valoris penè infiniti, cuius non est æquale pretium, nec digna commutatio, totus ipse orbis, nec cœli cœlorum. Vnde filius Dei volens iusto pretio eam comparare, & acquirere, non *corruptibilibus auro, & argento* vsus fuit, sed *pretioſum*, id est, infiniti pretij *sanguinem* dedit, vt Apostolus Petrus dixit. Tu autem diabolo eam vendis non pro toto orbe, aut pro aliqua eius grandi parte, vel saltem pro magna summa auri, & argenti; sed pro viliſſima, & momentanea voluptate meritò propterea dicitur. Gratis venũdati estis: *Et sine argento redimemini*. Scio quod Hieronymus *a*, Cyrillus *b*, Augustinus *c*, & Ambrosius *d*, indicant, hoc in Christo completum fuisse, qui nos redemit sine argento, & auro, per sanguinem suum. Septuaginta optimè; *Non cum argento redimemini*. Venditi estis, redimendi estis: non tamen cum argento, & auro redimemini: *Sed pretioso sanguine agni immaculati*, vt ex Apostolo Petro dictum est. Cæterùm aliqualem possumus accipere allusionem ad tempus illud Iubilæi, vel remissionis: multa enim Deus vnico verbo voluit præsignare. Tempore illo aduenien-te, remissio omnis debiti, & cuiusque rei venditæ fiebat gratis, nullo pretio aut commutatione auri, vel argenti. Ita sanè remissio peccatorum fit gratis, ex mera Dei gratia: nulla namque opera sunt, quæ illam possint promereri. Ecce igitur tunc tempus remissionis, Deo disponente cõstitutum est, tempus scilicet Quadragesimæ: in quo homo captiuitatis, & seruitutis iugum excutiat: tyranni dominium, cui se vendiderat, euadat: recuperet omnia, quæ distraxerat bona, gratiam Dei: eiusque amicitiam, & ius ad æternam hæreditatem, ac cœlestia dona: recuperet itidem merita, quæ quasi impignorauerat, recuperet insuper cor, quod in terrena effuderat, mentem, quam distraxerat, oculos, aures, manus, pedes: vt iam hæc non vlterius in seruitute dæmonis permaneant, sed ad Dei obsequium se omnia cõuertant. Quoniam autem tempus illud remissionis initium sumebat à grandi, longoque tubæ clangore, qui remissionem instantem annuntiabat, nunc similiter Ecclesia huic sacro tempori initium facit, grandi clamoroſoque sonitu buccinæ perstrepens, per sanctum Prophetam Ioel dicentem: *Canite tubain Sion, sanctificate ieiunium*. Hæc ieiunij, & pœnitentiæ indictio, remissionẽ annuntiat, prædicat, & clamat. Si enim huius tubæ clangorem audientes, verã pœnitentiam arripuerimus, omnia quæ vendidimus, & distraximus, nobis restituta gaudebimus. Idque est, quod per eundem Prophetam Deus ipse paulò inferius subijcit: *Et restituam*, inquit, *vobis annos, quos comedit locusta*.

Lib. 7. qq. in lib. Iud. c. 17.

Psal. 43. 13.

1. Pet. 1. 18.

a Luc. 12. Isa.
b Li. 7. cis. & tract. 40. in Ioa.
c Lib. de instit. Virg. c. 3.
d

3 p. q. 89 art. 5.

cuſta. Quem locum D. Thom. eiuſque diſcipuli cum gloſſa annotare ſolent, vt explicent, quomodo pœnitentiæ tempus, ſit tempus remiſſionis, in quo omnia, quæ peccando diſtraxerat, & vendiderat, recuperet, & accipiat. Vtiturque elegantiſſima metaphora à locuſta deſumpta. Quis explicare valeat mala, quæ locuſta dum in virentê campum, aut agrum ſegete abundanti refertum, aut hortum floribus & fructibus vberem ſe effundit, exequatur. Id manifeſtum facit locuſta illa, quam ad puniendum Pharaonem, & Aegyptiorum populum Deus miſit. Ad flatum venti vrentis (Septuaginta *Notũ aut Auſtralem* exprimunt, ſicut & Philon) inductæ ſunt locuſtæ in Aegyptum].

¶ 53.

Exo. 10. 15 *Deuorata eſt igitur herba terræ, & quic quid pomorum in arboribus fuit, nihilque omninò virens relictum eſt, in lignis, & herbis, in cuncta Ægypto.* Expende primò notam illam conſecutionis *Igitur*. Quid namq; aliud ex eo quod locuſtæ ſe effuderunt in terram Ægypti, conſequi poterat, niſi quod deuorata eſt herba terræ, &c. Expende ſecundò, quædam penitus eſſe abſumpta, vt flores, fructus, viridia germina; quædam autem remanſiſſe, vtpotè truncos arborum, ſed omni viriditate, & vitali virtute ſpoliatos. Egregiè propterea quàm grande malum illa fuerit, expreſſit ipſe Pharao, qui tali plaga punctus, *Peccaui*, inquit, *in Dominum Deum veſtrum, & vos; ſed nunc rogate Dominum Deum veſtrum, vt auferat à me mortem iſtam.* Verè inquit Cyrillus Alexandrinus, erat locuſta mors vegetabilium, & nomine mortis vocata fuit, quæ omnia virentia conſumebat. Et verè non tantum vegetabilia, ſed & homines ipſos ſuo morſu occidebat, vt dixit Sapiens: *Locuſtarum morſus occiderunt eos*. Per huiuſmodi locuſtas, peculiaria quædam peccata ſignificari tradunt Patres, Origenes *a*, & Auguſtinus *b* detractionis, aut diſcordiæ vitium: idem Auguſtinus *c*, & Rupertus *d*, falſi teſtimonij malum, ſignanter autem hæreticam falſitatem: Proſper Aquitanicus *e* falſam, & mendacem detractionem: Gregorius *f* linguâ adulatricem. Poſſumus tamen quodcũque mortiferum peccatũ intelligere.

Exo. 10. 17 in cap. 10. Exod.

Sap. 6.

a Hom. in Exod.

b Ser. 97. de tempor.

c Eod. ſer. 97.

d 1. in Exo. c. 38.

e 1. p. c. 36.

f 31. Mor. c. 45.

Erat anima per lacrymabilem confeſſionem, deuotam, ac religioſam ſacræ Euchariſtiæ ſumptionem, ieiunia, lacrymas, orationes, eleemoſynas, cæteraque opera ſancta, facta quaſi hortus diuini Spõſi, cœleſtibus floribus, & fructibus excellentiſſimis meritorum abũdans: vẽtus vrens, id eſt, appetitus cõcupiſcentiæ malè inflammantis, & ſuccendentis, locuſtam peccati induxit. Quid conſequutum credis? *Deuorata eſt igitur herba terræ*, &c. Abſumpta eſt Dei gratia, & amicitia; expulſus Spiritus ſanctus inhabitans, & donis ſuis animam fœcundans merita, quæ cœleſti virtute produxerat, &c. Quædã ſunt extincta penitus, & abſumpta; alia manent, ſed omni viriditate, & ſpiritu vitali conſumpto, ſicut fides, ſpes, & aliquæ virtutes morales, quæ in peccatore mortuæ ſunt, vt Theologi explicant, & oſtendunt. Hocque non obſcurè prædixit Deus per Ezechielem: *Si auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua, & fecerit iniquitatem, omnes iuſtitiæ eius, quas fecerat, non recordabuntur*. Deo autem gratias, qui tempus remiſſionis, & recuperationis conſtituit, illud, quo vera pœnitentia agitur; ſignanter hoc ſanctæ Quadrageſimæ, ad agendam pœnitentiam inſtitutum, in quo pœnitentibus omnia reſtituit, quæ locuſta comederat. *Reddam annos, quos comedit locuſta.* Bona multis annis variſque virtutum actibus comparata, breui momento locuſta comedit: omnia illa reſtituam: gratiam, charitatem, Spiritum ſanctũ, & eius dona, animæ pulchritudinem, ius ad regnum cœlorũ, merita, quæ peccatum præceſſerant, &c. Hinc intelligendum eſt, qua animi exultatione, qua cordis lætitia, tubæ inſonantis ſonitus auſcultãdus eſt, dicentis: *Sanctificate ieiunium.* Quando annus remiſſionis inſtabat, & perſonabat clãgor buccinæ, ineffabili, & inexplicabili lætitia geſtiebant omnes, qui temporalem libertatem, aut bona erãt recuperaturi. Et verè nõ dubito, quod nec apud nos poſſet explicari lætitia, qua tenerentur pauperes, & qui bona ſua diſtraxerunt, & grandibus debitis ſunt obligati, ſi ſimilẽ tubam audirent concrepantem, quæ omnium temporalium bonorum, quæ quis amiſerat, recu-

Ezech. 18. 20.

recuperationem intimaret. Et hoc ipsum ostendit, quàm simus temporalibus dediti, & quàm si lõgè à spiritualibus bonis constituti, qui audientes buccinam resonantem, & intimantem remissionem debitorum spiritualium, & recuperationem bonorum spiritualium, parum aut nihil commouemur, aut gestimus. Vt igitur tempus remissionis feliciter incipiamus, audiamus tubam insonantem: *Sanctificate ieiunium*, A ieiunio initium sumendum est, non quouis, sed sancto. Quoniam autem videtur Ecclesia te audire inquirentem: Quale ieiunium sanctum est hoc, quod petitur? lectionem Euangelicam inducit, qua Christus nos docet, quomodo sanctum ieiunium, cæteraque opera sancta efficere debeamus, dicens: *cum ieiunatis*, &c.

§. 16. *Indicitur meritò Quadragesima, vt quiuis intelligat adesse iam tempus animæ reædificandæ.*

¶ 34. DVo initio sacræ Quadragesimæ, Ecclesia sãcta agit, caput cinere aspergit, illam antiquam in homines latam sententiam ad memoriam reuocans; *Pulvis es & in pulverem reuerteris*, ipsum terram esse memorãs: & ieiunium indicit, Euangelicam lectionẽ inducens, qua Christus de illo loquitur. Hæc duo (vt S. Leo Papa indicat) mirè inter se cohærent. Ex eo enim, quod homini exponitur, ipsum terram esse, necessariò infertur, ipsum arandum, colendumq; aratro ieiunij, mortificationis, & pœnitentiæ. Terra namque (inquit Leo Papa) nisi assiduis fuerit subacta culturis, citò de segni otio spinas, tribulosque producet, partuq; degeneri fructum non horreis inferẽdum, sed ignibus concremandum. Et hanc expendit rationem Ambrosius, propterquam Quadragesima hyemis tempore est indicta: in eo namq; terra gelu constricta tenetur, eam agricola aratro proscindit, ferro sarmenta ex vitibus amputat, & discindit, aquarũ fluenta, quibus irrigatur, in glaciem concrescunt, rosa tenetur in spinis, lilium in arenti calamo, flores in radicibus compressi tenentur; & ipse quasi aridæ apparent: hæc enim necessariò præcedunt, vt adueniente primovere, surculus arboris conetur in fruticem, palmes vineæ pubescat in gemmam, spina profetat rosam, calamus fragret in lilium, & cuncta floribus adornentur. Huius typo intellige, ita tibi agendum, qui terra es; qui idcirco Quadragesimæ tempore, cuius hyems speciẽ habet, terram carnis tuæ rigido ieiunio proscindendam intelligas, & abscindendos palmites carnalium affectuum, & voluptatum, & intra pœnitentiæ spinas te constrictum tenendũ, vt cùm aduenerit ver Resurrectionis Dominicæ, virtutum floribus vndique fragres, tuneque vt Ecclesia optat, possis cum Domino gloriosum ducere diẽ. Ex eo ergo antecedente, *Terra es*, vult Ecclesia tibi inferẽdum; Ergo ieiunij, & pœnitẽtiæ aratro proscindendus. Nec rãtum hoc intendit, sed duas virtutes, humilitatem. s. & abstinentiã commendans, singulariter contendit necessariò supponendas, ad id, quod hoc tempore agendum constituit. Est siquidem illud aptissimè statutum ad reædificandum, quod fuerat dirutum, & solo æquatum. Destructum penitus quondam fuit à Chaldæis illud famigeratissimum Dei templum, & ardentibus flammis exustum: totusque populus Dei in Babylonem captiuus ductus fuit. Postquã inde reuocatus est, quamuis primò curare deberet de tẽpli reædificatione: nihil tamen minus cogitabat; sed omnes suis proprijs domibus reparandis erant intenti, & tãtummodo vnusquisque ad ea, quæ suæ voluntati congruebant, se conuertebat. Quãuis n. scirent, & dicerent omnes, necessariam fuisse penitus templi reparationem, sed eam in aliud tempus, iudicio suo opportunius, de die in diem differebant, asserẽtes, quod commodius futuris temporibus, Deo benè fauente fieri posset, quando ipsi res suas ad sui votum compositas haberent. Omnem propterea excusationem, ac dilationem volens Deus excludere, misit Aggæum Prophetam, qui primò illius populi segnitiem efficaciter argueret. *Hæc ait Dominus exercituum,*

Gen. 3.

Serm. 4. de ieiunio. Decimosex.

Serm. 36.

Agg. 1. 2.

cituum dicens: Populus iſte dicit. Nondum venit tempus domus Domini ædificandæ. Iamdiu venerat, & ſemper præſens aderat, *ypara luego era tarde*: ſed illi de die in diem differebant opus, in commodius (vt dicebant) tempus reſeruantes. Quos euidenter grādis negligentiæ arguit, vt S. Hieronymus in-
in 2.1. Ag. dicat. *Nunquid vobis tēpus eſt, vt habitetis in domibus veſtris laquearis, & domus iſta deſerta?* Laqueatas domos vocat, quæ laquearibus erant tornatæ.
¶ 55. Eſt autem laquear aut laquearium, tectum, aut pars ſuperior cubiculi aut aulæ, varijs laqueorum colligationibus ornata. Quare Poetæ, laquearis nomine non vtuntur, niſi loquentes de ædibus magnificis, & palatijs regalibus. Quomodo latinus poeta; Pendent lychni laquearibus. Dicuntur
Hom. 4. in Cant. (inquit D. Gregor. Nyſſenus) *Laquearia*, concinna quædam ſculpendo tornata tabulatorum efficio, quæ variè tecti venuſtatem ornent. Eſt ergo laquear, quod Hiſpanica lingua ex Arabica mutuans, vocat, *ſaquiçami del apoſento, ocubierta labrada con lazos, o razimos, o pinturas, &c.* Expende vim, & efficaciam argumenti. Tempus eſt aptum non ſolùm veſtris domibus ædificandis, ſed ornandis pretioſis laquearibus, & extruendis non tam ad neceſſitatem, quam ad voluptatem, & faſtum; & non erit aptum ad domum Domini ædificandam? Venit adeſtque tempus opportunum, veſtro iudicio, vt quæ veſtris congruunt voluptatibus, ſeriò perficiatis, & nondum vobis adeſſe videtur tempus aptum ad ea agenda, quæ Dei obſequium concernunt? Ne ergo opus differrent, intimauit illis, iam tempus illud à Deo tanquam aptiſſimum deſignatum, vt omnes tunc ſe conuerterent ad domū Domini reſtaurandam, & reædifican-
Agg. 1. 7 8. dam. *Ponite corda veſtra ſuper vias veſtras.* Id eſt diligenti, attenta, ac ſapienti attentione, & meditatione, quæ à vobis agenda ſunt, & quæ vobis ſunt conuenientia, conſiderate. *Aſcendite in montem, parate ligna, & ædificate domum.* De monte Libano loqui videtur, ex quo ligna cedrina erant aſportanda ad templi reædificationē, vt ex libro Eſdræ patet. Manum iam ad opus applicate, *ædificate domum: & acceptabilis mihi erit.* Nunc accepta mihi erit domus conſtructio, & reædificatio, nec eſt quod in aliud tempus differatur; cùm hoc quod præſēs adeſt, mihi exponam acceptum. Vt autem Deus ad id animoſiores illos redderet, & quantum ex parte ſui erat, eos excitaret, voluit vt Prophera ipſis diuitiarum ſuarum theſauros exponeret, & aperiret, ac potentiæ ſuæ vires coram oculis proponeret. *Et nunc confortare omnis populus terræ, dicit Dominus exercituum, & facite, quoniam ego vobiſcum ſum, &c. Meum eſt aurum, & meū eſt argētum, dicit Dominus exercituum.* Quaſi dicere volens, vt S. Auguſtinus indicat: Ecce vobis offero ingentem auri, & argenti copiam, qui totius auri, & argenti dominium habeo. Contendit, & ex profeſſo demonſtrat. D. Auguſtinus, hæc non tam propter illud templum dicta, quam propterea, quæ in eo ſignificari Deus volebat, & idcirco de quouis noſtrū intelligi aptè poſſe, quibus dixit Apoſtolus *a*, *Templum ſanctum Dei quod eſtis vos*, & iterum *b*, *vos eſtis templum Dei viui, ſicut dicit Deus c. Quoniam inhabitabo in illis, & ambulabo inter eos.* Deſtructum fuit hoc templum dęmonibus excitātibus, & ſuccendentibus flammas proprij amoris, & concupiſcentiæ. Stabat erectum, cū pars inferior ſubdita, prout expedit, tenebatur rationi, & ratio Deo ipſi continebatur ſubiecta: ſed euerſū eſt templum, tranſpoſiti lapides, & magna euerſione tranſmutati; concupiſcentia, quæ ſubter eſſe debebat, facta fuit ſuper, & mēs quæ Deo, & illius legi debebat eſſe ſubiecta, ſe in altum voluit extollere, & diuinā legem ſub pedibus continere. Domus igitur deſtructa eſt. Et quidē oēs fatentur neceſſarium, eā reædificare, & extruere, & vnumquemq; lapidem ad ſuum locum reducere, ſed communis omnium peccatorum vox eſt: *Nondum venit tempus domus domini ædificandæ.* Opus pœnitentiæ, per q̄ huiſmodi reædificatio facienda eſt, de die in diem differūr, & præſenti tępe ſe ad voluptates cōuertentes, ſemper futurū aptius ad ipſū perficiēdum iudicant. Si auarū alloquaris, dicit, exploratum ſibi eſſe,

1. Eſd. 5. 4

Lib. 50 hom. 30.

a 1. Cor. 3. 17.
b 2. Cor. 6. 16.
c Leu. 26. 12.

¶ 56.

quod per vſuram acquiſiuit reſtituendum; ſed nondum venit tempus domus Domini ædificandæ, &c. ſi luxurioſum dicet, ſibi notum, oportere vitam in melius commutare; ſed nondũ venit tempus domus Domini ædificandæ. Quodcumque tempus (inquit Hieronymus) illi qui decreuit templum Dei inſtaurare, aptum eſt ad ædificandum: nec rex diabolus poteſt impedire, nec hoſtes per circuitum, nec pietas ſimulata parentum: ſtatim vt inclamaueris nomen Domini, dicet: *Ecce adſum, &c.* qui dicit: *In quacunque hora ingemuerit peccator*, &c. Et validè peccatores redarguit Deus: *Nunquid tempus vobis eſt, vt habitetis in domibus laqueatis, & domus iſta deſerta?* Tempuſne tibi videtur aptum ad ſectandas voluptates carnis, quam breui vermes comeſturi ſunt; & non ad animæ delicias, quæ in perpetuum durẽt, acquirendas? Tempus ne eſt aptum, ad corpus iſtud putridum reficiendum; & nõ ad animam, vel minima refectione foueẽdam? Tempus ne eſt aptum, ad quærendas diuitias, & temporalia bona, quæ in mundo relicturus es; & non ad ea, quę tecum poſſis aſportare? Tempus ne congruum, vt ſatisfacias mundo, carni, amicis, filijs, facultatibus, & huiuſmodi cæteris omnibus; & ſolummodo ineptum eſt tempus, vt quæ erga Deum agere debes, exequaris: Vt omnem excludat excuſationem, peculiare tempus tibi indictum oſtendit, vt huius templi reædificationi intendas, quam & ſi perpetuò debes procurare, peculiariter tamen tempore iſto, in quo ſingulariter illam acceptabilem exprimit. *Ponite*, inquit, *corda veſtra ſuper vias veſtras.* Vide quid agas, quò tendas, quam teneas viam, quæ te ducit ad perditionem. Quò tendere te credis per luxuriam? Quò per auaritiam? Quò per vanum mundani honoris affectum? Vide, quam ſit tibi expediens ab omnibus alijs negotijs feriarum, animæ tuæ ſaluti conſulere, & eius reædificationi intendere. *Aſcendite in montem, portate ligna, & ædificate domum*, manum ad opus conuertite: hoc nunc mihi erit peculiariter acceptabile: *Et acceptabilis erit mihi.* Videtur Apoſtolus ad hæc Prophetæ verba alludere voluiſſe dicens: *Ecce nunc tempus acceptabile*, quod ſingulariter de Quadrageſimæ tempore, Ambroſium, *a* & Leonem *b* Papam diximus intelleXiſſe. Ecce tempus ad hoc tantum ſingulariter inſtitutum. Ne iam dicas: *Nondum venit tempus.* Ecce tẽpus acceptabile, nulli alteri rei, niſi huic reædificationi deſignatum. Et vt Deus animos tibi faciat, qui diues eſt in miſericordia, diuitiarum theſauros tibi vult oſtendi, & coram oculis tuis exponi: inducit propterea Prophetã clamantem, & dicentem: *Conuertimini ad Dominũ Deum veſtrum, quia benignus, & miſericors eſt patiens, & multæ miſericordiæ, & præſtabilis ſuper malitia*, &c. Nunc nuntios ſuos, & legatos ad te mittit, pacem tibi offerens, qui dormientem excitent, tepidum accendãt, inſipientem inſtruant, cœcum illuminent, erantem reducant. Nunc confeſſarios ſingulariter offert, qui iacentem erigant, ſpoliatum induant, plagatum curent, fœdatum mundent, tunica prima veſtiant, & ligatum ſoluant; quibus poteſtatem conterendi portas æreas, & confringendi vectes ferreos contulit. Nunc indulgentiarum theſaurum peculiariter exhiberi apertum diſpoſuit, &c.

In c. 1. Ag.

Iſa. 58. 9.

Ioel. 2.

a *Ser. 27.*
b *Ser. 2. & 4. de Quadrag.*

§. 17. *Ad firmiter reædificandam animam, duo ſupponenda docet Eccleſia, ieiunium per lectionem Euangelicam, & humilitatem per cærimoniam cineris.*

¶ 57.

AD huius igitur templi aptam, & conuenientem reædificationem, duo ſupponenda ſunt neceſſariò, abſtinentia, aut ieiunij, & humilitas. Quod ex D. Tho. doctrina egregiè poſſumus explicare. Qui firmum ædificium conſtruere parat, prius debet terram, ſuper quam ædificium extructurus eſt, diſponere excauando, & abſtrahendo, quod in illa mobile, & parum firmum eſt: alioqui omnis lapis ſuperpoſitus, & fundatus ruet, & paries deſuper erectus cadet. *Es neceſſario abrit las ca-*

2. 2. q. 161. art. 5. ad 1.

nias, ſacanda la tierra mouediza, para cargar ſobre firme y aſſentar los ſillares, que eſten ſeguros. Ædificium ſpirituale extruendum eſt, non ex materialibus, ſed ſpiritualibus lapidibus virtutum, & operib. earum, vt B.Petrus indicat: 2 Pet. 1. 5. & 7. qui primò ſupponẽdam aſſerit fidem, quæ eſt fundamẽtum primum, cui ſuperponitur ſpes, & cæterarum virtutũ actus, & vltimum in perfectione locũ tribuit charitati, ſicut tribuerat etiam Paulus. Primò igitur diſponenda eſt, & excauanda terra, vt ſuper illam firmiter tales lapides poſſint conſtitui: & id quidem tam ex parte corporis, quã animæ. Corpus namque noſtrum nullã habet firmitatem, vt virtutum lapides poſſint in eo fundari, niſi excauetur; inordinati enim motus concupiſcẽtiæ nutare faciũt omne bonum, quod fundatum, & ſuperpoſitum fuerit. Quod ad Rom. 7. 18. Apoſtolus non ſemel, ſed frequenter docuit, dicens: *Non eſt in carne mea bonum:* ad Rom. 7. 23. *&, ſentio aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, &c.* ad Gal. 5. 17. Qui manifeſtè etiam expoſuit, tam ineptam eſſe carnem noſtram, ſi ſibi relinquatur, ad opera ſpiritus ſuſtinenda; vt potius eis ſit penitus contraria. Oportet igitur primò, excauare illã, & extrahere ea, quæ faciunt bonum ſuperædificatum nutare. Hoc fit per ieiunium, de quo Eccleſia dicit, quod *vitia comprimit, mentem eleuat, virtutem largitur, & præmia.* Vitiorum nomine, non ſolùm peccata intelligit, ſed etiam concupiſcentiæ, & carnis affectus, motus, & concupiſcentias, vt ſequenti tractatu dicemus. Per ieiunium illæ excauantur, & reijciuntur, & quaſi firmatur caro, vt ſuperædificari poſſit, & extrui lapides firmi orationis, contemplationis, eleuationis mentis, & virtutum opera, & quæ Deus in nobis operatur, largiens virtutes, & præmia. Deinde, anima noſtra magna infirmitate laborat, nec firmitudinem habet, ſi ſibi relinquatur. Nã ſicut ex carnis vigore inſurgunt motus concupiſcentiæ, qui nutare faciunt omne opus virtutis, quod ſuperædificatum fuerit; ita in anima ex propriæ æſtimationis affectu excitatur, & inſurgit motus, & terræ motus ſuperbiæ, qui omnes lapides extructos, & fũdatos, violento impetu diſpergit: ſicut in primo Angelo videre licet. Ideò excauanda anima, extrahendaſque hic affectus per humilitatem. Hinc D.Tho. illã explicat quæſtionem, an abſtinentia, & humilitas ſint maximæ virtutum. Nã ex vna videmus ſanctos Patres tot tantiſq; encomijs has virtutes commendantes: vt eas dicat primas tenere inter virtutes. Ex alia aũt, notum eſt ex Apoſtolo, excellentiorem eſſe charitatem. In huius expoſitionem duo aſſerit D. Tho. primum eſt, abſtinentiam, & humilitatem ſecundum ſuam ſpeciem, & conſiderata natura virtutis, non eſſe excellẽtiores omnib. virtutibus. Hac. n. ratione, illæ virtutes excellentiores ſunt, quæ in excellentius obiectum feruntur; ideoque non ſolum charitas, ſed & aliæ duæ virtutes Theologicæ, fides ſcil. & ſpes, præſtantiores ſunt illis: imò & q̃dam aliæ virtutes morales. Secundum eſt, abſtinentiam, & humilitatem eſſe aliquo modo omnibus alijs virtutibus ſuperiores, in ratione. ſ. diſponentis, & remouentis impedimenta virtutũ. Illæ enim ad omnem, & quamcumque virtutem ſunt ſupponendæ, quæ tollunt omnium vitiorum radicem. Abſtinentia ſiquidem tollit gulam, quàm omniũ peccatorum fontem D.Th. egregiè demonſtrat, & ex ſanctis Patribus apertè inferius oſtendemus: humilitas autem excludit ſuperbiam, quæ omnium peccatorum eſt initium, vt idem D.Th. ex Scriptura ſacra demonſtrat, dicente: *Initium omnis peccati ſuperbia.* Deinde, quia abſtinentia infrænat concupiſcentiam carnis, quæ niſi infrænata fuerit, nõ poteſt virtus aliqua ſtare: & humilitas comprimit primum æſtimationis affectum in animo: quo ſtante, nulla poteſt virtus conſiſtere. In primis igitur ad ædificium, quod extruendum aggredimur, neceſſaria eſt abſtinentia grandeque ieiunium, quod ad quamcumque virtutem ſtabiliendam, & locandam ſupponendum eſt. Hinc Hieronymus hortans Demetriadẽ ad virginitatis munditiam tenendam, primò admoneat, oportere ad illam ſupponere ieiunij fundamentum, eandem tradens doctrinam, quam poſtea Diuus Thomas docuit, ieiunium quidem in ſe non eſſe perfectam vndique

2 2. q. 128. ar. 3. & q. 161. art. 5. cit.

¶ 18.

2 2. q. 149. ar. 3 cit.

2 2. q. 162 art. 7. Eccl. 10.

Epiſt 8. ad Demetr.

virtutem (ideſt perfectiorem omnibus virtutibus) ſed cæterarum inquit, eſt fundamentum, & ſanctificatio atque pudicitia, ſine qua nemo videbit Deum. Quibus verbis viſus eſt Hieronymus de abſtinentia, & ieiunio illa verba Apoſtoli intellexiſſe: *Pacem ſequimini cum omnibus, & ſanctimoniã, ſine qua nemo videbit Deum*, qui *ſanctimoniam* vocat abſtinentiam, ſine qua nulla ſanctitas conſiſtit. Et quidem omnibus virtutibus abſtinentiam eſſe ſupponendam, dixit eleganter idem Hieronymus, Cellantiam matronam nobiliſſimam, ad illam tenendam excitans. Vas (inquit) electionis Paulus, dum caſtigat corpus ſuum, & in ſeruitutem redigit, ne alij prædicans ipſe reprobus inueniatur, non ob ſolam (vt quidam imperiti putant) hoc facit caſtitatem: *non enim hoc tantummodo, ſed omnibus omninò virtutibus abſtinentia opitulatur*: Neque magna aut tota Apoſtoli gloria eſt, non fornicari; ſed hoc agit, vt caſtigatione corporis erudiatur animus; quantoque nihil ex voluptatibus concupiſcit, tantò magis poſſit de virtutibus gloriari. Ita Hieronymus: cuius illa ſingulariter verba annotanda ſunt: *Omnibus omnino virtutibus abſtinentia opitulatur*. D. Chryſoſt. id ipſum exemplo artis medicinæ explicauit. Hæc ſummè neceſſariã inter omnia remedia diætam indicat, non quòd diæta ex ſe excellentius quid ſit, illa enim non eſt niſi priuatio cibi, ideoque ex ſe nihil operatur; ſed quia ad omnia medicamenta, quæ ſtatuenda ſunt, neceſſariò eſt ſupponenda. Sine diæta enim, nec potio, nec minutio, nec aliquod medicinæ remedium poteſt ſtare. Ita de ieiunio philoſophandum credit. Quod ideò vocat Matrem, & cauſam omnium bonorum, & virtutum omnium Magiſtrum, & cardinem: ſicut etiam crapulam vocat omnium malorum fontem, & originem. Idcircò illud meritò ſuppoſitum fuiſſe ab ijs, qui veras virtutes, & perfectas in animis ſuis extruere parabant, docet D. Ambroſius, id in Elia, Moyſe, Ioanne Baptiſta, & alijs Sanctis comprobans; qui quantò firmius volebant virtutum lapides, & parietes conſtruere: tantò validius procurabant firmum fundamentum per grandia ieiunia ſtabilire, ne caro, aut eius concupiſcentia poſſent motibus ſuis facere, vt quæ ſtatuebãt, nutarent, aut corruerent. Supponendã autem ſimul eſſe ad ipſum ædificium conſtruẽdum, humiliratem, ſatis illud commune prouerbium Auguſtini probat, quod D. Th. expendit, dicentis: Cogitas magnam fabricam cõſtruere celſitudinis? De fundamento prius cogita humilitatis. Illudq; quod ſæpè D. Gregor. repetit: Qui ſine humilitate virtutes congregat, quaſi in vento puluerẽ portat. In cuius confirmationẽ, expende illam doctrinam Anguſtini ad Diſcorum ſcribentis, quem ad humilitatem hortans, vt per eam aptus redderetur ad ſapientiam, illam ſupponendam ſtatuit. Eſt (inquit) prima humilitas, ſecunda humilitas, tertia humilitas, & quoties interrogaret hoc dicerem, nõ quod alia non ſint præcepta, quæ dicantur, ſed niſi humilitas, omnia quæ bene facimus, & præceſſerit, & comitetur, & conſecuta fuerit; & propoſita, quam intueamur, & appoſita, cui adhæreamur: & impoſita, qua reprimamur, iã nobis de aliquo benefacto gaudentibus, totum extorquet de manu ſuperbia. Vitia quippe cætera, in peccatis, ſuperbia verò etiam in rectè factis timenda eſt, ne illa, quæ laudabiliter facta ſunt, ipſius laudis cupiditate amittantur. Itaque ſicut Rhetor ille nobiliſſimus (Demoſthenes) cum interrogatus eſſet, quid ei primum videretur in eloquentiæ præceptis obſeruari oportere, pronuntiationem legitur reſpondiſſe: cùm quæreretur, quid ſecundò? eandem pronuntiationem: quid tertiò? nihil aliud, quã pronuntiationem dixiſſe: ſic ſi interrogares, & quotidiè interrogares, de præceptis Chriſtianæ religionis, nihil me aliud reſpondere, niſi humilitatẽ liberet. Ita Auguſt. Cui cõgruit illa Chryſoſtomi ſententia, ſi decies millena lurſum extruas, vt eleemoſynam, vt precationem, vt ieiuniũ, vt omnem virtutem, niſi hanc prius fundamenti vice ieceris, omnia abs te fruſtraque ſuperſtruẽtur: nihil eſt enim in noſtris rectè factis, quod ſine ea ſtare poſſit: ſed ſine temperantiam dicas, ſiue virginitatẽ,

ſine

ad Hebr. 12. 14.

Epiſt. 84 ad Cellãtiam poſt mediũ.

Homil. de Iona, & hom. 1. de pœn. & ho. 2. in Gen.

Hom. 1. in Geneſ. & Serm. 2. de ieiun.

Lib. de Elia.

§ 57.

2. 2. q. 161 art. 5.

Hom. 7. in Euang. ad fin. & in Pſ. 3. pœn. in illud nõ eſt pax oſſibus meis, Epiſt. 56.

Orat. de humilitate animi, to. 5.

siue pecuniarum contemptum, siue quicquid aliud: omnia sunt impura, detestanda, abominabilia, si absit humilitas animi. Ita ille, qui alijs in locis *a* sine humilitate virtutes in vitia transire, ex Pharisæo *b*, cum humilitate autem, vitia materiam fieri virtutum, ex Publicano comprobat, & demonstrat. Vnde, sicut elatio ab eodem Chrysostomo *c* probatur fons, & origo omnium vitiorum; ita humilitas vocatur, & comprobatur à D. Gregorio *d*, origo, mater, & magistra omnium virtutum: qui illud singulariter expendit *e* quod D. Thomas *f* considerauit, totius perditionis occasionem fuisse superbiã diaboli & hominis: & totius redẽptionis argumentum, humilitatem Dei extitisse, qui *humiliauit semetipsum factus obediens*, &c. Nec ex hoc solum quam necessaria sit humilitatis virtus Gregorius cõfirmat, sed ex eo, quod Christus totam Euangelicam doctrinam ad hoc destinasse visus est, vt humilitatem doceret, qui dixit: *Discite à me, quia mitis sum & humilis corde*: Quod alio in loco egregiè idem Gregorius annotauit, dicens: Audiamus quid contra huius languoris pestem magistra veritas docet, dicens: Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Ad hoc namque vnigenitus Dei filius formam infirmitatis nostræ suscepit: ad hoc inuisibilis non solum visibilis, sed etiam despectus apparuit: ad hoc contumeliarum ludibria, irrisionum opprobria, passionumque tormenta toleranit; vt superbum non esse hominem doceret humilis Deus. Quanta ergo humilitatis virtus est, propter quam solam veraciter edocendam, is qui sine æstimatione magnus est, vsque ad passionem factus est paruus? Quia enim originem perditioni nostræ superbia præbuit diaboli, instrumentum redemptionis nostræ inuenta est humilitas Dei. Ita Gregorius. Hanc ergo ad redemptionis opus tanquam primum suppositi Deus fundamentum. Id ipsum prosequitur Augustinus. Sed elegantissime Hieronymus dixit, qui Abigaum presbyterum Hispanum de cæcitatis malo, quod ei superuenerat, cõsolari volens, ex hoc illud hilariter ferendum admoner, quod humilitatis inducendæ, & superbiæ pellendæ esset occasio. Quamuis mihi (inquit) multorum sim conscius peccatorum, & quotidie in orationibus, flexis genibus loquar: *Delicta iuuentutis meæ & ignorãtias meas ne memineris*: tamen sciens scriptum esse ab Apostolo: *Ne inflatus superbia, incidam in iudicium diaboli*: & in alio scriptum est: *Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam suam*: nihil ita à pueritia conatus sum vitare quam tumentem animum, & ceruicem erectam, Dei cõtra se odium prouocantem. Noui enim Dominum & magistrum meum, & Deum meũ, in carnis humilitate dixisse: *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde*, &c.

Hæc igitur duo, ieiunium scilicet, & humilitatem, Ecclesia sancta in nobis (ques ad templi reædificationem inuitat, exponens tempus adesse domus Domini ædificandæ) fundamenti, & principij loco constituere vult. Idcirco ad statuendum ieiunium, Christum ipsum cœlestis vitæ magistrum inducit loquentem, qui ieiunium nobis volens commendare, nõ tam verbis præcipientis, quam supponentis, vtitur, dicens: *Cum autem ieiunatis*. Quasi dicere volens: Non ieiunium præcipio, quod tanquam necessarium ad spirituale ædificium suppono, tantummodo doceo, qua ratione illud agendum sit, vt firmum & ratum existat; & tale fundet ædificium, quod ad cœlum vsque ad æternum patrem pertingat: *Nõ eritis sicut hypocritæ tristes, &c. Tu autem cum ieiunas, &c.* Ad humilitatem autem in mente nostra stabiliendam, caput cinere aspergit, quid menti repræsentare velit, subijciens: *Memento, quia puluis es, & in pulverem reuerteris*. Quasi dicere volens: *quid superbis terra, & cinis?* Non potuit melius demonstrari (inquit Augustinus) quid sit superbia, quam in eo, quod dictum est; *Quid superbis terra & cinis?* Alludere videtur Augustinus ad doctrinam Origenis *a*, quam postea egregiè explicat B. Gregorius *b*, nihil magis conducere ad humiliandum aliquem quantumcunque superbum, quam ad ipsius memoriam reducere vtilitatem suam, & originis suæ deiectionem, & factũ aliquod

Psal. 24.

1. ad Timoth. 3.

Iacob. 4.

¶ 60.

Libr. 6. de musica.

Eccl. 20.

a Hom. 10. in Ezech.

b Ho. 7. in Euang.

2 Hom. 31. in Gen. & Hom. de Pharis. & Publ. tom. 1. ad finem

b Luc. 18. 14.

c Homil. 1. de Ozia.

d 23. Mor. c. 13. & li. 27. c. vlt.

e 3 p. Pastor. admoniti. 18.

f 2. 2. q. 162 ci. 2. Ad Phil. 2. 8. Matth 11 34. Moral. c. 20. & 21

Epi. 56. ad Dioscorũ. Epi. 32. ad Abigaum.

quod ignominiosum, quod commisit, eidem in facie exponere. Idcirco, inquit Origenes, grande remediū illud fuit ad expellendam superbiam, & tenendam humilitatem, quod Deus statuit ad Ierusalem, quando eam ad pœnitentiam, & virtutum opera inducere voluit dicens: *Ergo & tu confundere, & porta ignominiam tuam, qua vicisti sorores tuas peccatis tuis, scelerosius agens ab eis, &c.* Ignominiosa peccata, quæ commisisti, in mente sunt stabilienda: & miseria, quam incurristi, ante oculos constituenda, vt horum consideratio, humilitatem inducat, & aditum cunctis superbiæ motibus præcludat. Idcirco inquit Hieronymus, qui pœnitentiam agere parabant, cinere se prius aspergebant, vt humilitatem supponerent, & statuerent, se cinerem considerantes. Et ita explicat illud: *Ponet in pulvere os suum, si forte sit spes.* Ille, inquit, ponit in pulvere os suum, qui humiliter sentiens, fragilem se cognoscit, & de pulvere se factum, iterum in pulverem reuersurum fatetur, dicens cum Abraham: *Loquar ad Dominum meum, cum sim pulvis & cinis;* cui & spes erit futuræ resurrectionis. Ita etiam expendit illa verba sancti Iob: *Ipse me reprehendo, & ago pœnitentiam in fauilla & cinere.* In fauilla, & cinere pœnitentiam agere (ait Hieronymus) est contemplata summa essentia, nihil aliud, quam fauillam & cinerem se cognoscere. Ac si apertè dicat: de nullo authoris dono superbio, quia sumptus ex pulvere, per illatæ mortis sententiam ad pulverem me redire cognosco, &c. Ad humilitatem itaque te cogit Ecclesia, tuam vilem originem tibimet exponēs, quod ex pulvere ortus es: & quod pulvis es, & quod non pulverem excedes, & superabis, qui in pulverem reverteris. Memento quid fis, qui te iactas dignitatis, & excellentiæ: pulvis es: & qui ex pulvere formatus, immortalis per iustitiam originalem factus à Deo fuisti, per iniquum facinus, immortalitate spoliari meruisti, vt in pulvuerem conuertaris, &c.

Ezech. 16. 52.

Li. 2. in ca. 3. Threno.

Threnor. 3 28.

Gen. 18. 27

Iob 42. 6.

(..)

§. 18. *Abstinentia & humilitate militem Christianum munit Ecclesia, per quas gulam, & superbiam duos generales dæmonis duces deijciat.*

¶ 61.

HÆc eadem quę diximus, possumus non incongruè alio modo prosequi quo intelligatur, quam aptè initio Quadragesimæ ieiunio, & cinere Ecclesia muniat fideles. Certum est, quod sæpe ex Basilio *a*, & Ambrosio *b* retulimus, Ecclesiam sanctam nos hodierna die ad bellum conuocare. Sapientissime dixit diuinus concionator *c*, non semper esse debere tempus pacis, sed constituendum etiam tempus belli. *Tempus*, inquit, *belli, & tempus pacis*. Quod quamuis secundum literam dictum sit, quia non decens est, nec cōgruum, semper belligerare, & inimicari: sed iuxta variarum occasionum successus, aut verò quia non omnia tempora sunt apta bellis agendis: vnde reges in hyeme ab illis cessant, in vere autem ad illa procedunt, vt dixit Spiritus sanctus *d*: tamē sanctus Gregorius Nyssenus *e*, ad allegoriam declinat, explicans sapientem concionatorem nos admonere, non esse iustum, vt semper pacem cum inimicis spiritualibus teneamus, cum quibus præsenti tempore pugnandum est, vt in futuro, pace perpetua fruamur. Grandem pacem tenēt peccatores cum inimicis suis, dæmone, mundo & carne, quam videns Dauid, zelo viuacissimo se consumebat, dicens *f*: *Zelaui super iniquos, pacem peccatorum videns*. Pacem tenent inter se iniqui, dæmones, caro, & mundus: pacificè dæmon in peccatoris corde tanquam in atrio suo quiescit, & cuncta illius intima in pace possidet, vt dixit Christus Dominus *g*. Constituendum est tempus belli, vt quod cedentes inimico, & pacem cum illo tenentes amiseramus, recuperemus, bellum fortè agentes. Ad hoc autem singulariter Ecclesia Quadragesimā instituit, quæ ideo (vt ipsimet sancti Patres annotant) ad arma sumēda excitās, quasi tuba & tympano, bellico more personans, Prophetā inducit dicen-

a *Homil 1. de ieiunio.*
b *Lib. 1. de Elia. ca. 1.*
c *Eccl. 3. 8.*
d *2. Reg 11*
e *Ho 8. in lib. Eccle.*
f *Psa. 72. 3*
g *Luc. 11.*

dicentem. *Canite tubain Sion*, &c. Dixerat die quadam ſanctus Ambroſius: iter, quod tempore Quadrageſimæ arripimus quadraginta diebus ieiunantes, figuratum fuiſſe, quadraginta illis duabus manſionibus, quas in caſtris egerunt filij Iſrael, ad terram repromiſſam procedentes. Quoniam autem id non plenè tunc expoſuit, alia die ad id ipſum explicandum ſe cõuertit. Intelexiſſe vos credo, fratres, inquit, cur hæc noſtra ieiunia illis manſionib. cõparauerim, in quibus populus Iſrael tanquam in procinctu quodam poſitus fuit, vt ab inimicis ſuis, quaſi quibuſdam caſtris manſionum ſe ſtatione defenderet. Voces iſtæ *caſtra*, & *manſiones* aut *ſtationes*, militares ſunt, militibuſq; propriæ. Et ideo filij Iſrael quadraginta duas ſtationes, aut manſiones in caſtris egiſſe dicti ſunt, qui toto eo tempore militiam exercere ſunt coacti. *Egreſſi ſunt illi armati de Aegypto*, quibus innumeri hoſtes ſe offerre debebant, contendentes eorum iter impedire, cum quibus congredi oportebat. Et idcirco aptè tempus Quadrageſimæ hoc ipſo expreſſerunt, indicãtes, ita hoc iter arripiẽdum, vt pugnaces milites nos exhibeamus, & armati incedamus, vt cum inimicis, iter noſtrũ impedire contendentibus, congrediamur. Quinam autem ſint iſti inimici noſtri, notum fecit is, qui dixit: *Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem, & ſanguinem, ſed aduerſus mundi rectores, & principes tenebrarum harum*: ſimiliter, & ille, qui clamauit: *Aduerſarius veſter diabolus, tanquam leo rugiens*, &c. Pugnaturos contra hos inimicos, excellenter Eccleſia ſancta ieiunio, & cinere munit. Congrua ſanè arma, quibus ſi vt decet, vſi fuerimus, certiſſime reportabimus victoriã. Diabolus nãque multos, ac penè innumeros habet ſui exercitus milites, quibus nos expugnare contendit. Illi ſunt vitia, & peccata, quæ tot ſunt, ac tãta, vt numerum arenæ maris dicantur excedere. Ex his duplicem ille conſtruit aciem, vt vndiq; & ex omni parte hominem impetat. Duo enim ſunt peccatorum genera, vt ex ſanctis Patribus, & vera Theologia docuit D. Thom. Quædam ſunt carnalia, ex quibus aciem cõſtruit, qua hominem ex parte corporis impugnet: quædam ſpiritualia, ex quibus exercitum cõflat, quo eundem ex parte animę quatiat. Vnicuiq; autem exercitui, ducem ſupremum, & quaſi generalem conſtituit ipſi proportionatum. Exercitui peccatorum carnalium dat in ducem ſupremum, gulam, & crapulam: peccatorum autem ſpiritualium aciei præficit ſuperbiã. Hinc intelliges, cur quamuis dẽtur multa peccata quæ dicuntur capitalia, quæ cõmuni ſenſu, ſeptenario numero comprehendere ſolemus: hæc tamen duo (vt D. Thomas annotat) dicuntur à ſanctis Patribus maximè capitalia, & ſuprema: nam etſi dentur alia peccata, quæ quoniam aliorũ ſunt capita, capitalia dici merẽtur: gula tamẽ, & ſuperbia ſunt generaliſſima capita, & ſuprema, gula carnalium, & ſuperbia ſpiritualium. Imo tam generalis dux peccatorum eſt ſuperbia, vt annotet. D. Thom. conſulto à B. Gregor. numerante peccata capitalia, non numeratam inter illa. Quãuis n. communiter inter ea, & primum eorum recenſeri à nobis ſit ſolitum, recenſeaturq; à ſancto Hiſpaniæ doctore S. Iſidoro, & Caſſiano, qm̃ aliorum peccatorũ eſt caput: cæterũ propriè loquẽdo, nõ inter capitalia numerari debet, nec cõtra ea diuidi, quæ omnium ipſorum capitalium eſt etiam primum caput. Vnde D. Thom. expendendam cenſet ſententiam Gregorij, dicentis: *Ipſa vitiorum regina ſuperbia cor ſeptem principalibus vitijs, quaſi quibuſdã ſuis ducib. deuaſtãdum tradit, ex quibus viterũ multitudines oriuntur*. Hinc illius quæſtionis ſolutio patebit, qua diſputant ſancti Patres, cur Deus homini, quem creauit, & in Paradiſum tulit, & conſtituit dominum omnũ animalium, & beſtiarum præceptum impoſuit, & præceptum de non comedendo frũctum arboris interdictæ. Si enim Deus creauit hominem liberum: cur cum præcepti vinculo alligauit? Deinde dato, quod præceptum imponere voluit, cur de non comedẽdo fuit? Nam cõuenientius videbatur ſibi fuiſſe præceptum actum excellentiſſimæ, virtutis, vt charitatis feruentiſſimæ, aut fidei, aut certe religionis, pertinentem ad diuinum cultum. Hæc congrua vide

Serm. 23.

Serm. 25.

Exod. 14 8

Eph 6. 12.

1. Pet. 5 8.

1. 2. q. 72. art. 2.

2. 2. q. 184. art. 3. & q. 162. art. 6. & 7.

2. 2. q. 162 art. 8.

Apud D. Tho. ibidẽ.

31. Moral. cap. 31.

¶ 62.

videbantur: sed præcipere abstinentiam, quæ inter virtutes imperfectior est, vt ex B. Hieronymo & D. Thoma paulo ante ostendimus: admiratione est dignũ. Deinde, quia vt S. Augustinus sæpè objicit, aut arboris fructus bonus erat, aut malus. Si malus cur à Deo in paradiso positus? Et certe non necesse esset homini sapienti interdicere fructũ malum. Si bonus: cur prohibitus? Grande mysterium hæc continent. Quod ex ijs, quæ diximus patere potest. Posuit Deus hominem in paradiso, imo & in mundo, vt cum diabolo pugnaret, & eius vires, & machinas superaret pugnando, vt alibi latè prosecuti sumus. Decebat propterea Deum, qui hunc militem in acie constituebat, non inermem relinquere; sed conuenientissimis armis munire. Nouerat illius iniqui callidas machinas, cogitationes astutas, & mentem peruersam: qui ad expugnandũ hominem duos exercitus suorum militum erat inducturus, vt illum omni ex parte impeteret: sciebatque duos præcipuos duces ab ipso cõstituendos, quos cæteri milites sequerentur, superbiam scilicet & gulam. Idcirco hominẽ congruenter munire volens, alijs duobus illis oppositis, humilitate sc. & ieiunio armauit. Humilitate quidem, ipsi præceptum explicitè, & manifestè imponens. Ad quid n. (inquit Augustinus) præceptum homini Deus imposuit: nisi vt sciret explicitè, & clarè sibi sub Domino esse viuendum, & sub illius subiectione, & lege continendum? Ad quid autem peculiariter præceptũ ieiunij? Vt abstinentiam singulariter induceret. Vnde inferunt sancti Patres, Hieronymus *a*, Ambrosius *b*, & Basilius *c* primam legem, primumque præceptum homini à mundi creatione explicitè impositum, & intimatum, vnicum fuisse & solum, de ieiunio. Obseruat Augustinus illam celebrem Spiritus sancti sniam, qua diuinam cõmendauit prouidentiam, quam vt attenta meditatione expenderemus, semel & iterum repetijt: *Contra malum bonum est, & contra mortem vita, sic & contra virum iustum peccator, & sic intuere in omnia opera altissimi, vnum cõtra vnũ, & duo contra duo. Omnia duplicia, vnũ contra vnum, & non fecit quicquã deesse.* In cuius explicationem considerat S. Augustinus miram Dei prouidẽtiam, qua totum vniuersum regit, & conseruat, vnicuiq; suum constituens contrarium, quod illi possit obsistere. Quod & naturæ opera considerans Aristoteles necessarium iudicauit. Si enim tantummodo esset in mundo calor, aut ignis, ille omnia combureret, & cõsumeret: oportuit poni frigus & aquã, vt ei resisterent. Vt tñ alcius mentem eleuemus, nõ tam in rebus corporalibus, q̃ in spiritualibus hęc constituta debemus videre; & intelligere, de illis singulariter fuisse Spiritũ S. locutũ, quorum ipsi præcipua est cura, vt dixit Apostolus Ipsius hæc est magna, sũmaq; prouidentia, quod vnicuique suũ contrarium statuit; contra malũ, bonum, contra peccatorem iustum, contra vitia virtutes, ordine congruo, vt vnum sit contra vnum, & duo contra duo; *Et non passus fuit quicquam deesse.* Posuit in mundo dæmonem malum, & peccatorem, quem cœlo propter suam iniquitatem exulit, & *in terram cũ Angelis suis apostaticis misit*: statim illi bonum, & iustum opposuit contrarium, hominem scil. quem fecit rectũ, quem singulariter statuit, vt diabolo opponeret, sicut alibi demõstratũ est. Quoniam .a. dæmon in milites elegerat vitia vniuersa, vniuersis virtutibus hominẽ ornauit, vnicuiq; vitio suum cõtrarium constituens. Horque illud est: *Deus creauit de terra hominẽ &c. & secũdum se vestiuit illum virtute*: i.e. virtutum omniũ choro ornauit. Quia verò dæmon duos suorum militũ præcipuos duces malos in malum extructurus erat, superbiam scil. & gulã, duos Deus constituere voluit, & specialiter tanq̃ supremos duces bonos omnium virtutũ, illis contrarios designare, humilitatem & abstinẽtiam, aut ieiuniũ, sub quorum custodia cæteræ virtutes consisterent, seruarẽtur, & operarentur, vt Paulo ante diximus. Ecce in operibus Domini vnum contra vnũ, duo contra duo, nec voluit aliqd deesse. Infelix homo, qui tã validè, & cõgruẽter munitus miserè succubuit, Aggressus est nãq; dæmon, bello illũ impetere, & si accuratè primũ illũ congressum, quo

nostræ

Libr. 2. de ciui. cap. 20. & lib. 14. c. 13.

Libr. 2. de ciuit.

1. Cor. 9. 9. 10.

Apoca. 12 10.

Eccl. 17 1.

a Ep. 2. cõtra Iouin. b Libr. de Elia c. 4. c Homil. 1. de ieiun.

Eccl. 33. 15

Eccl. 42. 25.

noſtræ perditioni initium diabolus fecit, expendas, videbis iam tunc illos ſuos ſupremos duces ſingulariter induxiſſe, per vnum impetens corpus, & per alterum animam. Contra corpus namq; direxit gulam, oſtendens fructum arboris, & illum repræſentans pulcherrimum, dulciſſimum, & ſuauiſſimum, qui appetitum ipſum excitaret. Ideoq; ſingulariter dictum eſt; *Vidit mulier lignum, quod pulchrum eſſet viſu, & ſuaue ad veſcendum.* Contra animam autem, ſuperbiam ordinauit, repræſentans, quod poterat homo diuina ſcientia præſtare, & humilis eſſe Deo. Vnde egregiè D. Th. *a* ex B. Ambroſij *b* & Sanctorum Patrum doctrina conſiderat, à duobus ſingulariter peccatis hominem fuiſſe victum, à ſuperbia ſcilicet, & gula.

Genes. 3.

a 2.2. qua. 163. art. 1. in corp. & ad 2.

b Libr. in cap 4. Luc. de prima tentat. Chriſti.

§. 19. *Inſigniores victorias diabolus per gulam, & ſuperbiam compauit: ideo Eccleſia ſingulariter ieiunium, & humilitatem commendat.*

¶ 63. QVoniam autem fœliciter, & ad votum, res dæmoni in illo primo congreſſu ſucceſſit, & tam excellenter illi duo ſupremi duces ſuo muneri functi fuerunt, eoſdem perpetuò in grauioribus bellis, quæ contra homines inſtruit, vtitur: & eos præmittit, quos cætera vitia, tanquam ſupremos duces ſequantur. Per ipſos illas duas inſignes victorias conquiſiuit, quæ poſt illam primam, quam de toto humano genere cum Adam congrediens reportauit, famoſiores extiterũt: prima, quam de toto orbe, & vniuerſis hominibus tempore Noe comparauit, quando omnis exercitus vitiorum, per quem contra homines occupauit; vt Dei iuſtitia compulſa fuerit eos diſperdere; *Corrupta enim eſt terra coram Deo, & repleta eſt iniquitate*, adeò vt noſtro loquendi more, *videns Deus, quod multa malitia hominum eſſet in terra, pœnituit eum, quod hominem feciſſet in terra.* Si quæras, quiſnam tam immenſum vitiorũ agmen introduxerit: Scriptura ſacra apertè reſpondet, fuiſſe duos eorum duces, quos diabolus conſtituit, gulam, & ſuperbiam. Gulam expreſſit Chriſtus Dominus, qui docere volens, quid homines agerent tempore Noe: inquit, *Erant*, inquit, *homines comedentes, & bibentes*, inſeruientes gulæ, crapulis, & comeſſationibus vacantes. Inde tanta vitiorum multitudo numeroſa proceſſit, quod terra repleta eſt iniquitate, quod alibi latè expoſitum eſt. Superbiã a exprimere voluit Spiritus ſanctus, dicẽs: *Gigantes erant ſuper terram in diebus illis*. Quinam fuerint Gigãtes illi, authores inquirũt. Gigantium nomine (inquit Philippus Diaconus) appellat ſcriptura diuina homines improbos, rebelles, & contumaces, qualis fuit ille. *Nembrod. Gigas robuſtus venator coram Domino*. Gigantes (inquit Macrobius agens de Hercule) quid aliud fuiſſe credendum eſt, quam hominum quandam impiam gentem, Deos negantẽ, & ideo exiſtimatã Deos pellere de cœleſti ſede voluiſſe? Idcirco eos typum habuiſſe ſuperborũ hæreticorũ, qui contra Deum ipſum ceruicẽ erigunt, docent Ireneus *a*, Origenes *b*, & Hieronym. *c*. De quibus multa doctus Pineda *d*. Ideo ſingulare nomẽ, quo Antichriſtũ ſcriptura vocat, eſt *Gigas*, ad eius contra Deum ſuperbiam exprimendã; qui *e extolletur ſupra id omne, quod dicitur Deus, aut colitur*, vt Apoſtolus dixit. Hoc ergo ipſo, quod ſcriptura ſacra vocat eos Gigantes, indicare voluit ſuperbia repletos, contra Deũ ipſum ſe erigentes: ſed nec ſolùm indicauit, quin potius clariſſimè Sapiens expreſſit. *Ab initio, cum perirent ſuperbi Gigantes.* Loquitur de ijs qui tempore Noe erant, qui in diluuio perierunt, quos ſuperbiæ vitio ſingulariter corruptos deſcribit. Quàm autem ſuperbi fuerint, intelliges, ſi duo ſacræ ſcripturæ loca coniungas: primus eſt apud beatũ Iob, qui volens Dei omnipotentiam demonſtrare, *Gigantes*, inquit, *gemunt ſub aquis*. D. Thomas, Lyranus, Titelmanus, & cõmuniter Latini interpretes, de ijs, quos Deus diluuio abſumpſit, intelligũt, qui gemebãt ſub aquis. In Hebræo, *Hhulalu*, à verbo *Hhul*, quod eſt, doloribus, & anxietatibus angi, ad modũ parturientis conantis, periculo, quod à partu imminet, euadere, quæ quaſi cũ doloribus luctatur, aut ad modum vlulantis, quoniam nõ poteſt aſſe-

Luc. 17. 27

Geneſ. 6.

Catena Græca in ca. 26. Iob. Gen. 10. 9. Lib. 1. Satur. c. 20.

a 2. Contra hæreſ. c. 53.
b Homil. 7. in Numer.
c In c. 24. Iſaiæ.
d In c. 36. Iob. verſ. 5. num. 10.
e 2. Theſſalon. 2. Sap. 14. 6.

Gen. 6. 11. Gen. 6. 6.

Iob 26. 5. In cap. 26. Iob.

qui, quod desiderat. Ita illi Gigantes doloribus angebantur, & vrgebantur, procurantes aquarum vim, & impetum superare, sed in vanum. Secundus
Eccl 16.8. est, apud Ecclesiasticum. *Non exoraverunt pro peccatis suis antiqui Gigantes, qui destructi sunt confidentes fua virtuti.* Vide quanta fuerit eorum superbia, quod crederent, se Deo nullatenus indigere: ideoq; nec necessarium illis,
¶ 46. diuinum auxilium interpellare. Si has duas sententias coniungas, aptè intelliges, tam grandem, & elatam fuisse eorum superbiam, & tantam de suis proprijs viribus habuisse cõfidentiam: vt cum actu aquis obruerentur, & torquerentur, & ad modum parturientis gemerent, & anxij essent; neq; tunc ad Dei fauorẽ inuocandum, neque ad veniam ab eo petendam, se conuerterint, impossibile sibi ad assequendum Dei fauore iudicantes, quod sua propria ipsorum virtute consequi non possent. Similes istis fuerunt ij, de quibus Da-
Ps. 34. 16. uid: *Dissipati sunt, nec compuncti sub sannauerunt me, &c.* Fuerunt igitur gula, & superbia tunc in summo. Hi duces, omnem militũ multitudinem, qui sua sequebantur vexilla, introduxerunt, & terram penitus iniquitate, & corruptione repleuerunt. Ingressa enim gula, carnem roborans, & lasciuientem reddens, suscitauit innumeros milites, opera scilicet illa carnis, quæ illius vexillum sequuntur: *Fornicatio, immun-*
Ad Gal. 5. 19. *ditia, impudicitia, luxuria, ebrietas, &c.* Ingressa autem superbia ingentes militum copias excitauit, obliuionẽ Dei, contemptum proximi, violentiam in pauperes, appetitum vindictæ, affectum honoris, iniurioſas contẽtiones: hincque tam grandis vitiorum exercitus sub ijs duobus ducibus prodijt; vt potuerit diabolus per eos de toto orbe triumphare. Secũda victoria est, quam de Sodomorũ ciuitatibus diabolus reportauit, quas tanta vitiorum multitudine repleuit; vt quasi compulerint, Deum descendere, & eas igne inferni absumere. Noluit Deus, vt occultus remaneret modus, quo diabolus tam potenter eas expugnauit, vt nobismet ipsis consulamus: id enim curauit aper-
Ezech. 16. 49. tè per Prophetam Ezechielem exprimere, dicens: *Ecce, hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ, superbia, saturitas panis, & abundantia.* Attende, oculos aperi: *Ecce hæc iniquitas*, id est, inde iniquitatis vniuersitas Sodomam occupauit, inde omnia vitia plenè eam fuerũt ingressa, quia præcesserunt duo vitiorum duces supremi. *Superbia, saturitas panis ac abundantia.* Hi ergo duces sũt supremi, quos diabolus singulariter præmittit; hi sunt prima, & præcipua perditionis nostræ origo, & causa: per hos in omne vitiorum genus ducimur & tenemur captiui. Quid mirum, quod peccatis totus plenus sis, qui gulæ indulges, & superbiam tenes? Non nisi cõmessationibus vacas, ventrem tuum tanquam Deum habes, quem audis, auscultas, cui obsequeris; nescis vel ex nomine ieiunium. Superbia itidem tumes, tuis diuitijs, nobilitate, viribus, pulchritudine te extollẽs, Deum spernens, & obliuioni tradens, proximum contẽnens, sublimia cogitans, in ventum omnes cogitationes tuas: quid mirum, quod plenus sis immunditia, libidine, concupiscentia, ira, vindictæ appetitu, &c? Quid igitur agendum? Ecclesia à Deo instituta, id exequitur, quod Deus disponit, vt contra vnum ponatur vnum, & contra duo ponantur duo, vt nihil desit. Contra dæmonem ponatur homo, qui Dei gratia, & fauore adiutus validè, & potenter illi resistat: contra gulam, & superbiam ponantur ieiunium, & humilitas; hæc duo sunt, quæ Ecclesia hodie tibi arripienda commendat: ieiunium quidem per Euangelicam lectionem, humilitatem per aspersionem cineris, &c.

§. 20. *Potentissimus dæmonis dux est gula, quam Nabuzardan expressit, contra quam ieiunio munimur.*

¶ 47. HÆc tamen, quæ diximus, latius sunt explicanda, & videndum, quomodo supremi duces, quos diabolus militibus suis, vitijs scilicet, & peccatis præponit, sint gula, & superbia. Gulam imprimis grandis exercitus sequitur vitiorum. Omnia siquidẽ peccata carnalia eam cõsequuntur, immunditia, impudicitia, luxuria, ira, scur-

ſcurrilitas, multiloquium, inepta lætitia, ſegnities, otium, &c. De quibus B. Gregorius; cuius doctrinam ſingulariter D. Thomas explicandam aſſumpſit, exponens, quàm multi ſint huius ducis milites, quàm grandis vitiorũ exercitus, ipſius vexillum conſequens. Similem propterea intelligere poſſumus hunc ducem Principi Nabuzardan ſupremo duci Nabuchodonoſor Regis Chaldæorum, imò & ſingulariter per illum expreſſum, & figuratum credo, quem Scriptura Sacra iuxta Septuaginta vocat Principem coquorum, vt D. Gregorius non ſemel obſeruauit. Voluit tyrannus Rex Ieruſalẽ deſtruere, templum diruere, muros euertere, ciues captiuos ducere, & omnia bona diripere. Ad id ſingulariter deſtinauit Nabuzardan, qui rem totam conficeret; de quo ita ſcriptura ſacra ſcribit: *Venit Nabuzardan, Princeps exercitus, ſeruus Regis Babylonis in Ieruſalem; & ſuccendit domum Domini, & domum Regis, & domos Ieruſalem, omnemq; domum combuſſit igni: & muros Ieruſalem in circuitu deſtruxit exercitus Chaldæorum, qui erat cum Principe militum.* Principem exercitus, & militum vocat eum. Vulgarus, eo modo, quo vocauit Naaman, *Principem militiæ exercitus Regis Syriæ*, quaſi dicat: *Capitan general del exercito.* Septuaginta perpetuò transferunt: *Princeps coquorum.* Qui nimis Hebraizant, & cortici ſolummodo literæ adhærent, hanc lectionem reijciunt tanquã Hebræo incongruam; & verè videtur nullam habere conuenientiam. Quid enim Principi coquorum cùm bello? Quæ conuentio militũ ad coquos, coquinæ ad aciem? Credunt propterea, in Hebræo ſignificari, Principem carnificum, eorũ videlicet qui ad exequendos actus iuſtitiæ conſtituti ſunt, quaſi dicas: Magiſter aut Princeps executionis iuſtitiæ, aut iudex ſupremus, cuius opere, actus iuſtitiæ executioni mandantur. Nam in Hebræo habetur nomen plurale *Tabbahim*, à verbo *Tabah*, quod ſignificat mactare, occidere, iugulare. Voluit Nabuchodonoſor crudelem ducem eligere contra Ieruſalem; illum propterea deſignauit, qui perpetuò crudelibus iuſtitiæ executionibus præcipiendis erat intentus. Translationem tamẽ Septuaginta Interpretũ non facilè repudiandam, ſed grandi cum reuerentia obſeruandam docuit Chryſoſtomus [a], qui eam dicit factam fuiſſe, Deo prouidente, ad totius orbis vtilitatem, & diuina diſpenſatione perfectam. Et S. Auguſtinus [b] ſumma aſſerit commendatione dignam, tum quia ab Apoſtolis, inquit, fuit approbata [c], tum quia ſingulari miraculo confectam, Eccleſiarum conſenſus probat, tũ quia Spiritu ſancto inſpiratos, & ſpiritu prophetico præditos Septuaginta Interpretes credendum contendit [d]. Imò & Diuus Hieronymus [e], qui frequenter miraculum negat, & non ſemper bene videtur translationi Septuaginta affectus, liberè fatetur, eos Spiritu ſancto afflatos, interpretatos fuiſſe, vitiatam tamen eorum translationem ab innumeris authoribus; de quibus Andreas Maſius [f] latè, & alij. Et verè, hoc in loco, rectè etiam ſecundum Hebraici ſermonis vim, tranſtulerunt, *Principem coquorum*, quia vox *Tabah*, in rigore non tam milites, quam coquos ſignificat; qui iugulandis, & mactandis animalibus, & auibus ad cibum, ſunt intenti. Qua propterea voce vtitur ſæpe ſcriptura ſacra ad veros coquos exprimendos. Ita Samuel volens exprimere, quid Rex facturus eſſet, *Filias*, inquit, *veſtras faciet ſibi vnguentarias, & focarias.* In Hebræo *Tabahoth*, Pagninus & Regius *Coquinarias.* Et iterum, *Dixit Samuel coquo*, In Hebræo, *Tabah*: Et *leuauit coquus*; (in Hebræo *Tabah*) *armum.* Magni Principes, & Reges, præfectos coquorum conſtituebant, qui non tantum coquinæ, ſed & omnibus menſæ miniſtris eſſent præfecti. Vnde ille, ſub cuius præfectura tenebatur pincerna Pharaonis, qui à calice ei erat, vocatur in Vulgato, *Princeps militũ*, in Hebræo, *Princeps coquorũ*, qui verè præpoſitus erat omnibus miniſtris, qui calicibus præparandis, & cibis coquendis, condiendis, aptandis, & inferendis, erant præfecti, quos Græci Sympoſiarchas, id eſt, conuiuiorum præfectos vocabant, Hebræi Architriclinos, nos *Maſtreſalas*, communi voce appellamus. Potuit igitur contingere, quod Nabuzardan in pala-

31. *Moral. cap. 31. s. 2. q. 148. art. 6.*

30 *Moral. ca. 26. & 3 p. paſtoral. admonit. 20.*

4 *Reg. 25. & 9. 10.*

4 *Reg. 5. 1.*

Brixian. tom 1. fol. 207 p. 2. ad fin.

1. *Reg. 9 23*

Gen. 41. 12

¶ 66.

a *Hom. 4. in hexaemer.*
b *Epiſt. 19. ad Hieron.*
c *2. de doctrina Chriſtiana cap. 15.*
d *15. de ciuit. ca. 14. & 23. & lib. 1. qq. in Gen. q. 169.*
e *In præmio traditionum Hebraic. in ca. 5. Ezech. & in c. 2 Mich.*
f *Præfatione in Gracam editionẽ Ioſue 1. Reg. 8. 13*

palatio Nabuchodonosor esset Princeps coquorum, aut Sympositarcha Regius; qui tamen aptus iudicatus est à Rege ad muros Ierusalem, & totam ciuitatem, & templum destruenda. Quem propterea Septuaginta vocarunt; *Principem coquorum*, ab eo, quod primò fuit, & Vulgatus, *Principem militiæ*, ꝙ tunc erant. Grande nihilominus mysteriũ Septuaginta voluisse demonstrare, credit D. Gregorius *a*, & meritò. De illis n. annotat S. Augustinus *b*, non tantum officio interpretis nudam, & meram literam transferentis functos; sed etiã Spiritu sancto afflatos, aliqñ non tam secundum corticem literæ, quæ transferebant, considerasse, quam secundum eiusdem Spiritus sancti mentem: ideoque non tam verba, quæ cortici Hebræi sermonis, quam, quæ mentem Spiritus sancti exprimerent, in sua translatione reponebant. Intellexisse autem visi sunt, quid Spiritus sanctus per hanc historiã voluisset indicare, & exponere, bellum scilicet, quod diabolus, quem Rex Chaldæorũ expressè præsignabat, iustis, suos ipsa Ierusalem referebat, inferret: vt hinc omnes intelligerent, qua rõne contra illum se munire deberẽt. Principem coquorũ militib. suis præfecisse dictus est Nabuchodonosor, illũ, qui aptissimus fuit iudicatus ad muros Ierusalem destruendos, & totam Dei ciuitatem euertendam, & succendendam. Quamuis enim incongruus videatur Princeps coquorum ad expugnandam terrenam Ierusalem: sed validissimus est, ad expugnandam iusti animam. Quis namq; coquorum Princeps, nisi gula, & crapula? Certè nullo aptiori nomine, aut vocabulo ab omnibus Romanæ, aut Græcanicæ eloquẽtiæ patentibus posset illa exprimi. Hæc est coquis perfecta, & Princeps, & omnibus mensæ ministris. Illa est, quæ præcipit, disponit, ordinat, cogitat, agitat, impellit circa ea, quæ ad comestionem pertinent: illa est, quæ præcipit cibos exquisitos quæri, exquisitè præparari, & cõdiri, noua fercula quotidie confici, vina pretiosa inuestigari, condimenta sapida excogitari. Considerant egregiè Sãcti Basilius *a*, & Ambrosius *b* grandem solicitudinem, & anxietatem, qua in domo Principis, multi ministri satagunt, & soliciti sunt circa plurima: Quidam ad macellum, vbi venduntur carnes, alij ad forum, vbi altilia expositа sunt, alij in coquina aues occidunt, alij deplumant, quidam hic diuidunt, alij ibi lauant; quidam in cellario circa vina tenentur occupati, alij vasis præparandis sunt intenti, &c. Quisnam ijs omnibus præfectus est? Quis horum Princeps? Gula sine dubio. Huic iugulantur animalia, occiduntur aues, conquiruntur sylux, profundantur maria, &c. Hic Princeps aptus iudicatur à dæmone, qui mittatur contra Ierusalem, de quo (inquit Gregorius) optimè dicitur: *Nabuzardan Princeps coquorum destruxit muros Ierusalem* Murorum nomine, S. Gregorius virtutes omnes intelligit, quibus anima vndiq; ac omni ex parte circundatur, defunditur, ac roboratur: & propterea Principem coquorum aptum iudicari ad muros Ierusalem destruendos; quia gula omnem virtutem euertit, & deijcit, & animã omni virtute reliquit destitutam; vt videre est in Adam, qui cum omnium virtutum muro circumdatus esset, quem Deus, vt dixit Sapiens, omni *Vestiuit secundum se virtute*, *A su honra del que lo vestia*, illis omnibus destitutum, gula reliquit; vt Chrysostomus sæpe considerat. Sanctus tamen Ambrosius, & ipsemet Chrysostomus, muri nomine, abstinentiam, & ieiunium intelligunt; quia sicut murus fortis, & validus totam cingit ciuitatem, & cinctam tenet, quo stante, non habet exercitus inimicus, quà ingredi possit, eo autem diruto, facilis patet omnibus militibus aditus: ita dum quis abstinentia, & forti ieiunio vndique circundatus existit, & per illud carnem tenet cinctam, & compressam, nullus carnalibus vitijs, & peccatis patet aditus, imò nec ipsi diabolo: per ieiunium namque homo inexpugnabilis diabolo, & intrà grefsibilis efficitur inimico, inquit Ambrosius. Diabolus vbi ieiunium videt (inquit Chrysostomus) non habet, quà ingrediatur: est enim murus vndique circumiens Ierusalem, Illo autem destructo, planus patet inimicis ingressus abiecto namque ieiunio, & gula intro-

a Libr. 30. Moral. & 3 p. pastoral. cit.
b Li. 1. qq. in Gen. q. 169. & 15 de ciuitat. cap. 23.

Eccl. 17. 2.
Serm. 25.
Serm. 2. de ieiunio.
Ibidem.

a Hom. 1. de ieiun.
b Lib. de Elia c. 8.

introductâ, omnia carnalia vitia, & cõcupiscentiæ motus inordinati turmatim ingrediuntur. Quandiu Adam hoc fuit muro succinctus nullus inimicus potuit vel sagittam intra eum iacere: sed eo destructo, potuit dicere illud, quod postea S. Iob: *Insidiati sunt mihi, &c. Quasi rupto muro, & aperta ianua irruerunt super me, & ad meas miserias deuoluti sunt. Redactus sum in nihilum, & abstulit sicut ventus desiderium meum*: de quibus inferius latior erit disputatio. Gula igitur aptè supremus dux à diabolo præficitur, cuius vexillũ omnia peccata carnalia consequantur.

Iob 30.13. 14.15.

§. 21. *Supremus dæmonis dux est superbia, contra quam Ecclesia cinerem fronti, tanquam lapidem contra Goliam imprimit.*

¶ 67. SVperbia autẽ est alter dux, & princeps supremus, quem omnium vitiorum caput, & antesignanum statuit: grandis sine dubio, potens atque validus dux, per quem maiora, grandioraque bella diabolus aggressus est, & confecit. *Delictum maximum* vocatur à Dauid, vt sancti Patres exponunt, signanter Augustinus, *a* & Bernardus *b*. Delictum, inquit Augustinus, maximum, arbitror esse superbiam. Huius rei varias sæpè ipsemet Augustinus cæterique patres rationes assignant, quas egregiè D. Thomas expendit, vt demonstret, superbiam meritò maximum, & primum peccatum dicendum. Primum, quia ipsimet Deo directè bellum indicere audet. Vnde excellenter annotat D. Thomas Boetij sententiam dicentis: cum omnia vitia fugiant à Deo, sola superbia se Deo ipsi opponit. Optimè namque superbũ describens Eliphaz Themanites dixit: *Tetendit aduersus Deum manum suam*: cum Deo ipso voluit manus conferre, & potentiam suam diuinæ potentiæ opponere, & contraire; *Et contra omnipotentem roboratus est*, totum iuũ robur colligens, contra Deum agere destinauit: *Cucurrit aduersus eum erecto collo*, grandique arrogantia: *& fingui ceruice armatus est*. Hoc modo ille primus superbus, ex cuius corde, & visceribus superbia originem duxit: *In cælum*, inquit, *conscendam*, cum Deo ipso rem, & congressum sum habiturus: *Super astra exaltabo solium meum, & similis ero altissimo*. Ita & illi, qui turrim Babylonicam ædificare contendebant vt Deum ipsum de cœlesti sua exturbarent sede, vt alibi dictum est. Propter hoc etiam specialiter (inquit D. Thomas) dictum est, ab Apostolo Iacobo: *Deus superbis resistit* Cæteros peccatores dicitur Deus odisse, deserere, relinquere, &c. superbis tamen peculiariter dicitur resistere. Non dixit (inquit Chrysost.) Deus superbos dimittit, & in peccatis deserit, suoque nudat auxilio: *Sed aduersatur*, inquit, quia cæteri peccatores non directè contra ipsum tendunt, superbus autem contra ipsum Deum erecta ceruice procedit; & vnusquisque ad resistendum ei se exponit, quem directè contra se venientem conspicit. Secunda ratio, quia præ omnibus vitijs superbia damnum infert: Alia quippe quæcumque iniquitas in malis operibus exercetur, vt fiant (inquit Augustinus) superbia verò etiam bonis operibus insidiatur, vt pereant. Quod ex Publicani facto B. Chrysost. demonstrat, de quo alibi dictum est. Tertia, quia *omnis peccati initium, superbia est*, vt dixit Sapiens, & explicarunt, ac ostenderunt B. Augustinus *c*, & D. Thomas *d*. Tandem, quia omnia peccata sub suo continet vexillo, vt ex B. Gregorio *e* D. Thomas *f* egregiè ostẽdit. Quia ergo duo sunt supremi duces exercituum dæmonis, gula, & superbia, & cuicunque rei suum est statuendum, contrarium, *Vnum contra vnum, & duo contra duo*, contra istos duos duces, qui omnia vitiorum agmina secum ducunt, duos duces illis directè contrarios, Ecclesia sancta constituere voluit; qui ad virtutũ agmina tenenda disponant, ieiunium, & humilitatem. Potentes sine dubio duces ad omnes inimicorum vires retundendas. Ieiunium gulam cohibet, & deijcit, ficque omnibus peccatis carnalibus præcludit ingressum; quod propterea dicitur, vitia oĩa comprimere; & quod (vt S. Petrus Chrysologus

Pſ. 18. 14. a In Pſ. 18. b Serm. de Dauid, & Golia.

2.2. quæſt. 84. art. 2. & 2.2. qu. 162. art. 6. & 7.

Iob 15.25.

Isai. 14.13

Iacob. 4. 6.

Hom. 3 in illud Vidi Dominum, post medium.

In regula, & epi. 56. ad Diosco.

Eccleſiaſt. 10.15. c 14. De ciui. Dei. c. 13 d 2.2 qu. 162. art 7. e Art. 8 §. 6 ſi.

logus dicit) Christianæ militiæ tenet principiatum. Multa circa historiã sanctæ Iudith. Beat. Ambrosius expendit, quæ huic intituto satisfaciunt. Illius inquam magnæ ieiunatricis, quæ quia *ieiunabat omnibus diebus vitæ suæ præter festorum dierum solemnitates*, congruêter ipsius sancti ieiunij typum tenuit, & figuram. Vt omnẽ terram Rex superbus Nabuchodonosor suo subiugaret imperio, tam grandem præparauit exercitum, vt milites eius, & munitiones *cooperirent faciem terræ sicut locusta*. Illis omnibus præfecit ducẽ Holophernem, illum temulentum, & potatorẽ vini, qui propterea gulæ ipsius excellentem tenuit effigiem. Omnis ille exercitus tam grandis, validus, potens, & extẽsus, penitus fuit deiectus, ex eo solummodo, quod sancta Iudith illius ducem iugulauit. *Cum enim omnis exercitus decollatum Holophernem audisset fugit mens, & consilium ab eis, & fuga præsidium sumpserunt, suadere festinantes Hebræos, quos armatos super se venire audiebant*. Expende illud *fugit mens, & consilium ab eis*. Ille erat, qui eos ducebat, dirigebat, gubernabat: eo extincto, neq; mens, neque cõsilium in eis mãsit. Tuncque ita timuerunt Hebræorum vires, vt nec eos expectare ausi fuerint. Omnium peccatorum caput, & dux est gula, vt dictũ est: Hanc iugulat, & occidit sancta Iudith, id est, valida, fortis, conci nuaque abstinentia, & ieiunium. Ea extincta, remanent omnia vitia, quasi sine mente, & cõsilio. Tota namque eorum vis supponit gulæ ductũ, & actionem, per quã caro impinguata, motibus concupiscentiæ incipit agere, & vitijs omnibus portas pandere: Nec solũ vitia remanent absque aliqua agendi vi; sed ita roborantur virtutes, & tam potentes sunt, vt facilè vitia opposita in fugã conuertant. Potentes ac validi erant milites Nabuchodonosor, eorum duce Holopherne stante, & cõsistente; expugnabant. n. omnia castella, & obtinebant omnem munitionem, & quocumque volebant, eo modo, quo volebant, ingrediebantur: eo tamen extincto, omne consilium, & mens fugit ab eis, omnis potentia eorum deuorata fuit, vt nihil nisi de fuga cogitarent.

¶ 68. Ex. de Vita & li. 9. & li. de viduis. Iudith. 8. 6.

Iudith. 2. 11

Iudith. 15. §. 2.

Iudith. 2. 14

Hanc vincendi disciplinam sequuti sũt sancti, qui contra exercitum dæmonis se opponere volentes, hoc primũ constituebant, gulam sapienter, ac potẽter deijcere per ieiunium, per quod lasciuientis carnis motus cõfringerent, & eneruarent. Temulentum aggreditur diabolus (ait Ambr.) vbi autem ieiuniũ viderit: fugit, metuit, pertimescit, terretur pallore eius, debilitatur inedia, infirmitate prosternitur inquã infirmitate, quia Christiana infirmitas, fortitudo est: vnde ait Apostolus: *Cum infirmor, tũc fortior sum*. Ita ille, qui latè prosequitur, qũo homo infirmitate roboratur, & fortior fit. De quibus alibi. Nec tantummodo ieiunium proponit Ecclesia: sed humilitatem ẽt inducere per aspersionem cineris conatur, tanq; ducẽ strenuum, qui superbiæ se opponat: Grandis namque eius virtutum dux Humilitas, cum qua illę oẽs potenti robore stant, sine qua non solum cadũt, sed in vitia, & vitiorum materiã, & nutrimentum conuertuntur. Tam potens siquidem est humilitas (quod sæpè B. annotauit Chrys.) vt ipsamet vitia in virtutum materiam trãsferat, & quæ sunt diaboli opera, contra ipsummet diabolũ conuertat, quasi eius proprios milites contra ipsum intorquẽs. Cõsiderauit D. Bern. quod ad nostrã eruditionem sacra narrat historia: Philistinorũ populus, & exercitus timidus erat, & non audebat contra Israelem inire conflictum. Insurrexit tamen quidam Gigas, & dux magnus Golias, enormis magnitudinis vir, Philisthæos roborans, à quo tota eorum potentia, & fiducia pendebat: sicque Dei populum magna confusione tenebant trementem, & afflictum. Quomodo Philistæi vincentur? Quia tota eorum vis pendet à duce maximo, mittatur Deo disponente manus fortis, ab ipsomet Deo docta, & instructa ad bellum, illius scilicet, qui dicebat: *Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum*. Hæc quinque lapides de torrente eligat, & in pera pastorali reponat, & repositos seruet: ex quibus vnum tantummodo extrahat, durissimum, per quẽ forti ictu caput gigantis obtundat, & percutiat, & sit-

¶ 69. Ser. de David & Golia.

Serm. 25.

1. Cor. 12.

Psal. 143

& firmiter, fronti infixũ relinquat: hic .n. omnes gigantis vires abſumet, vt ſtare non poſſit, nec conſiſtere: ſicque omnes Philiſthæi conuertentur in fugam: ſicuti re ipſa euenit. Poſtquam enim egreſſus Dauid, lapide iacto, & fronti gigantis infixo, eum deiecit, *Videntes Philiſthæi, quod mortuus eſſet fortiſſimus eorum fugerunt, & conſurgentes viri Iſrael & Iuda vociferati ſunt, & perſecuti ſũt Philiſthæos &c.* Grande ſine dubio Sacramentum hæc hiſtoria continet. Credo. (inquit Bernardus) non incongruè, in ſuperbo illo homine, ſuperbiæ vitium deſignari. Erat ille maximus Philiſthinorum: & eſt ſuperbia maximũ delictorum. Vitia quidem ſecundum ſe infirmiſſima ſunt, & timidiſſima: *Semper enim ſua præſumit perturbata conſcientia*: Superbiæ tamen robore, & audacia, ſe erigunt, & ſtabiliunt, & ad bellum ſumunt audaciam. Quid igitur agendum? Prima cura habenda eſt de deijciendo Golia, de ſuperanda, & deijciẽda ſuperbia: vt omnia vitia in fugam ſe conuertant. Hoc Eccleſia eodẽ ſpiritu, quo Dauid acta contendit. Ex rapido illo torrente diuinæ iuſtitiæ, quo Deus iram ſuam contra hominem peccantem, tanquam aquam grandi impetu decurrentem effudit, ſingulariter quinque lapides (duros quidem illos omnes) elegit, & in paſtorali pera diuinæ ſcripturæ, in qua, quæ repoſita ſunt, debet manus paſtoris Eccleſiæ extra here, condidit, ſeruandaque conſtituit. Ex illis omnibus, ad quæ Deus hominem damnauit, ſi attentè rem conſideres, quinq; ſolummodo videbis lapides electos, & in ſcriptura repoſitos. *Quia audiſti* (inquit Deus) *vocem vxoris tuæ & comediſti de ligno, ex quo præceperam tibi, ne comederes, maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ.* Ecce primum lapidem, Terra ita erat, Deo agẽte, diſpoſita, vt omnia neceſſaria homini ſponte, & ſine alicuius laboris opere, produceret: *Sed in opere tuo*, id eſt, propter opus tuum, aut propter peccatũ, quod commiſiſti, vt Hieronymus *a*, Chryſoſtomus *b* & cæteri patres exponunt, nihil tibi ſine labore, & defatigatione tua producet: *Spinas, & tribulos germinabit tibi*. Hic ſecundus lapis. Expende pronomen *tibi*, id eſt, ad tui dolorem, & punctionem. Si peccatum non fuiſſet, produxiſſet quidem terra ſpinas, & tribulos propter animalium cibum, quorũ quędã ſpinis, & tribulis ſuſtentantur, vt adnotant Rabanus *a*, Ionas Aurelianenſis Epiſcopus *b*, & S. Auguſtinus *c*, nullatenus tamen hominẽ læderent, aut vulnerarent. Hoc per peccatum effectum fuit. *Comedes herbas terræ*: in Hebræo: *herbas agri*, Enter tium. Obtulit Deus homini, & animãtibus, ligna, fructus, & herbas, hac proportione ſeruata, quod fructus ad hominum cibos, herbæ in beſtiarũ eſſent paſtũ. Vnde quãuis, quando de hominibus, & beſtijs locutus fuit, Deus dixit: *Ecce dedi vobis omnem herbam, & vniuerſa ligna, vt ſint vobis in eſtam, & cunctis animantibus terræ*: quando tamen ad ſolum hominem locutus fuit, dixit: *ex omni ligno paradiſi comede*: & mulier ad ſerpentem: *De fructu*, inquit, *lignorum paradiſi veſcimur*. Per peccatum, hoc factum eſt, quod communis ſit homini cum beſtijs cibus. Comedes herbas terræ, aut verò fœnum agri, ſic etenim interpres Chryſoſtomi tranſtulit, de quibus videndus eſt noſter Iſtella. *In ſudore vultus tui veſceris pane tuo, donec reuertaris in terrã, de qua ſumptus es*. Hic lapis quartus. Panis nomine, quicquid ad victum, & vitam agendã, neceſſarium eſt intelligit, voluitque dicere: ſine ſudore, & anxietate, non vitam ages, nec quæ ad eam ſunt neceſſaria, obtinebis. Nec Rex, nec princeps nec diues, ſine ſudore, & curis, quæ tenent, acquiſierunt, & conſeruant, &c. *Puluis es, & in puluerem reuerteris*. Ecce quintum lapidem, quem tanquam duriorem, & terribiliorem ad vltimum reſeruauit locum: omnium .n. terribilium terribilius eſt mors: hoc namque extremum ac ſummum malum, ex ijs, quæ ſenſu in hac vita percipiuntur. Ex puluere ſanè creatus fuit homo, ſed diuinæ gratiæ temperamento, ita fuit conditus, vt immortalis eſſet: quod contra Manichæos, Pelagianos, alioſque hæreticos, tãquam dogma fidei Auguſtinus *a* conatur læpè oſtendere, & definitũ fuit in Cõcilio Africano *b*, at per peccatũ,

1. Reg. 17. 51. 52.

Sap. 17. 10.

Genes. 3.

a Li de qq. Hebraic.
b Hom. 17. & 27 in Genes.

¶ 76.

a In Geneſ.
b Lib. 1. de cultura imaginum, c. 3. Super. Genes. 18.

Gen. 1 29.

In cap 3. Geneſ.

a 13. de Ciuit. c. 15
b ca p 7.

damnatus fuit homo ad mortem, idque factum est, quod Apostolus dixit: *Per vnum hominẽ peccatũ introiuit in mundum, & per peccatum mors*. Ex his quinque duris, asperisque lapidibus, illum tanquam duriorem Ecclesia ex pera pastorali scripturæ sacræ extrahit, & quasi forti manu iacit, caput gigantis impetens, & frõti infigere contendens, dicens: *Memento, quia pulvis es, & in pulverem reuerteris*. Caput, actionem, & potentiam superbiæ, in capite tuo Ecclesia considerat: ideoque volens caput superbiæ ferire, caput tuum impetit, & manum ad illud conuertit, vt contra illud lapidẽ iaciat: *Pulvis es, & in pulverem reuerteris*. Quidnam durius? Quid magis anxietate plenum? Cum Samuel hunc lapidem iecit contra Regem fortissimum Saul, qui eminebat omnibus ab humero, & sursum: *Statim Saul cecidit prorsus in terram, extimuerat enim verba Samuelis*. Hoc lapide caput tuum petit, nec attingere solummodo est cõtenta: sed firmiter infigere fronti conatur, & vt fixum retineas, procurat grauissimis verbis: *Memento quia pulvis es, & in pulverem reuerteris*. *Memento*, memoria retine, hoc perpetuò in mente fixum tene. Et vt fronti hoc firmiter maneat infixum, cinere appositò tanquam clauo configit, quẽ fronti imprimit, impressumque relinquit. Si lapis iste fronti infigatur: quomodo poterit Golias, quantumcunque grandis, & potens ac violentus stare? Quę superbia cõsistere? Quis fastus, aut arrogantia persistare, si consideres, quia pulvis es, & quia in pulverem reuerteris? De quibus in sequentibus.

Genes. 3.

1. Reg. 28.

§. 22. *Ieiunio, & cinere muniendos, docuit singulariter Sancti Iob historia.*

¶ 77. QVÆ diximus, fient perspicua, si ad excellentem quendam athletam oculos conuertamus: quem singulariter ad nos instituendos Dominus constituit, Sanctum Iob: qui quamuis in Austitide regione extiterit (inquit Chrysostomus) virtutis tamen suæ magnitudine, vniuersum terrarum orbem collustrauit: quem ita omni laude superiorem Augustinus iudicat, vt nullum sibi videatur inuenire nomen, quo illius inuictam fortitudinem, & prœliandi dexteritatem pro dignitate declaret: in cuius victoria visus est Deus honorem suum constituisse, vt beatus Hieronymus annotauit. Quidnam ille fecit? Cum intellexit boues, & armenta à Sabæis rapta, camelos à Chaldæis exportatos, & ouium greges igne cœlo descendente combustos, filios domus ruina oppressos, & extinctos: *Tunc surrexit Iob, & cernens in terram adorauit*. Verbum, *surrexit*, multa indicat: primò vt Philippus Diaconus annotat, animi constantiam, & inuictum robur. Non fuit consternatus, nec obrutus tam grãdi calamitatũ pelago: sed *surrexit*, infracto stetit animo, nec fuit de eorum numero, de quibus Dauid: *In miseriis non substiterunt*. Secundò, significat animum constanter, & animosè ad bellum se præparantem. In scriptura enim sæpè *Surgere* significat, se robore erigere, & paratum exhibere ad infringendas inimici vires. Ita Dauid: *Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius*. Et *exurge Domine iudica causam tuam, memor esto improperiorum tuorum*. Et de ijs, qui præliaturi erant, dictum est: *Surgant pueri, & ludant coram nobis*. Dum ergo prouocatum se vidit Iob ad pugnam *surrexit*, se accinxit, & exposuit ad resistendũ, & opponendum se inimicis. Vidit se prouocatum, surrexit, & duellum acceptauit, non refugit congressum, nõ terga inimico dedit. *Et cernens in terram adorauit*. Multa itidem hoc verbũ significat: singulariter tñ credo indicari voluisse, quid primò hic fortis athleta fecit, qui coram Deo prostratus, illius supremam maiestatẽ adorans, numen, ac fauorẽ illius implorauit. Habuit se, vt B. Chrysost. considerare videtur, sicuti nobilis eques, qui cum ab inimico sui regis se videt prouocari ad bellum, primò ad pedes regis se submittit, eius licentiã postulãs, & gratiam interpellans, vt possit ad certamen descendere. Diabolus, qui hucusque quasi è lõginquo bellũ fuerat aggressus, & sagittas suas

Epist. 3. ad Olymp. to. 5. ad fin. Serm. 225. de temp.

Epist 34. ad Iulianum.

Iob 1. 20.

Catena græca Iob.

Ps. 139. 17

Ps. 67 2. Ps. 73. 22.

2. Reg 2. 14.

Epist ad Olymp.

tuas nondum ad ipſummet Iob perduxerat, propinquior factus, illum grauiſſimè percuſſit. *Percuſſit namque Iob vlcere peſſimo à planta pedis vſque ad verticem eius:* putredine fuit cooperatus, & vermibus vndique ſcatens. Iam circa ſeipſum, & contra ſeipſum (inquit Origenes) omnia inferni agmina vidit expoſita, & ſe prouocatum, non ad ſingulare certamen vnius cum vno; ſed vnius cum innumeris dæmonum legionibus. Quid faciet miles ſtrenuus, qui pugnandi arte, & militari diſciplina eſt diuinitus inſtructus? *Teſta ſaniem radebat, ſedens in ſterquilinio.* Diligenter attende, & vide illum duo egiſſe. Egreſſus à ciuitate ſedit in ſterquilinio, aut (vt Origenes perpetuò legit) ſuper aceruum ſtercoris; & ibi teſta ſaniem radebat. Ad quidnam diſceſſus iſte in ſterquilinium? Ad quid in eo ſedere voluit? Annotant Chryſoſtomus *a*, D. Thomas *b*, Lyranus *b*, imò, & Septuaginta in ſua tranſlatione, quam Græci patres ſequūtur, diabolū omnia bona beati Iob ita conſumpſiſſe; vt non relictum ei fuerit, vbi caput ſuum reclinaret. Præterea tam grandis fœtor, horrenda putredo, & vermium ſcaturigines prodibant ex eo; vt ſicut Polychronius annotat, ciues, & cognati eius, nec aſpectum illius ferre poſſent: lepra enim horrorem cunctis inſpicientibus incutiebat. Idcirco ciuitate egreſſus, ſterquilinū adijt, in quo ſe deijceret. Tam horrēdus eſt leproſi aſpectus, & nocuus, vt ideo Deus in lege leproſos infferit extra ciuitatem agere debere; adeò vt Ozias rex lepra percuſſus, coactus fuerit regno cedere, & vrbe excedere. Iob autem, non quouis lepræ genere, ſed fœdiſſimo, & horribiliori affectus fuit, quale D. Gregorius ſcribit. Quid, inquit, in humana carne abiectius carne leproſi, quæ tumeſcentibus vulneribus ſcinditur, & exhalantibus fœtoribus impletur? Hanc rationem expendit Origenes. His (inquit) qui in ciuitate erant, moleſtiam ingenere non eſt paſſus. Sedebat ſuper aceruum ſtercoris extra ciuitatem, me ſolum (inquiens) circundent mala; mihi ſoli moleſta ſint vulnera mea. Dic igitur, ò B. Iob (inquit Origenes) dic ò ſācte Dei præeliator, dic ò admirabilis vir Domini conſtātiſſime, qui terribilibus ac fortibus maligni plagis in nullo ſuccubuiſti; qui amara ſupplicia, atque fortes dolores abſque murmuratione ſupportaſti: cur extra ciuitatem egreſſus, & ſuper aceruum ſtercoris, atque muranam ſedens, ſpectaculum temetipſum cunctis trāſeuntibus præbuiſti? Omnes enim, qui ingrediuntur, & egrediuntur, omnes qui tranſeunt vias, & diriguntur in itineribus ſuis; omnes, qui in te contemplantur iſthic ſuper aceruum ſtercoris, atque muranam ſedentem, abſentibus enarrant, atque iſs qui longè ſunt annuntiant: ita vt penetret hic rumor tuus in longinquum, de regione in regionem. Nam qui te viderint, non videntibus enarrabunt; qui verò audierint, iſs qui longè ſunt poſiti, iſtam recognitionem tuam inſinuabunt. Hæc, & alia Origenes. Ad ſterquilinium itaque ſe recepit: ibi autem poſitus, *teſta ſaniē radebat.* In Hebræo vox *Kheres*, quæ opus terreum, vt tegulam, aut laterem ſignificat. Ad quidnam rem tam aſperam elegit ad vlcera, & ſanioſam carnem mundandam? Vide, ait doctus autor, cum ſummo cruciatu extremam quoque inopiam, nam *vulnus, & liuor, & plaga tumens non eſt circumligata, nec curata medicamine; nec ſota oleo.* Qui vlceribus affliguntur, ſolent mollioribus panniculis abſtergere humorem fluentem, aut ſaltem blanda manuum applicatione, cùm omnia deficiunt, emundare. Quis vnquam ad vulnus, aſperam tegulam applicauit? Multi ſancti Patres dicunt, illum voluiſſe ad dolores, & plagas, quas diabolus intulit, addere, & acriores dolores in carne ſua excitare. Ita D. Gregorius *a* annotauit, & dixerat Apollinaris *b*, excellentiſſimèq; Origenes *c*. Non accepit, inquit, molle aliquid, vt abſtergeret molliter, leuiter, leniter, artificiosè moderando, atque releuando: ſed accepit teſtam duram, aſperam, vt raderet cum dolore ſaniem ſuam, & non extergeret blandè aut modeſtè mitigans, atque releuans vehementem illum, atque inenarrabilem dolorem. Dic, ò beate, atq; Deo dilecte, ob quam rem hoc facis? Cur hūc

Iob 2. 7.

Lib. 2. in Iob.

a In catena græca.
b In Iob. 2.

In catena græca.

Pineda in Iob. 2.
Iſai. 1. 6.

Hom. 39. in Euang.

a 3. Moral. cap. 3.
b In catena græca.
c Lib. 2. in Iob.

Lib. 2. in Iob.

¶ 92.

dolorem exasperas? Cur augmentas? Cur exaggeras, testa radendo lamentabile hoc vulnus, atque sæuissimam hanc plagam? cùm potius debueras obseruare, leuare, fouere, vngere, defricare; vt per hæc vniuersa mitiorem atque blandiorem redderes hunc sæuissimum dolorem, plagamq; terribilem? Sed respondens iustus, dicit: Ego vici, non succumbo his doloribus, neque istis pœnis deficio, neque debilitor, neque delassor; non enim sunt dolores isti fortiores animæ meæ firmitate: non hæc tormenta duriora cordis mei duritia. Exaggero atq; commoueo ipsos dolores, &c. Quidnam igitur sanctus ille vir, ad hæc duo agenda se conuertens, intendit? Respondet ipsemet Origenes, sæpè repetens, quod cœpimus annotare, beatum Iob voluisse se strenuum militem; & in spiritualis militiæ disciplina plenè instructum exhibere. Agnouit (inquit Origenes) se spectaculum factum Deo, angelis, & hominibus: vidit omnia inferni agmina iam sibi opposita, & ad congressum applicata, ideoque necessarium sibi, se illis omnibus, inuocato iam antea Dei fauore, exponere. Intellexit Sapiens ac doctus athleta, diaboli acies in duas partes distributas, vt vndique impetant: vnam impugnantem ex parte corporis, per inordinatos motus concupiscentiæ, & carnis, qui potenter militant aduersus animam; alteram ex parte animæ excitantem motus superbiæ, quæ omnium peccatorum est radix, fons, & origo. Singulariter propterea contra duas istas acies se voluit communire. Ne per carnem suam diabolus posset præualere, aut motus excitare, quibus impeteretur animus; contra carnem suam suas ipsas manus conuertit, & quam diabolus afflixerat, ipse grauius affligendam assumpsit; & ad dolores, quos ille intulerat, alios adijcit graniores, vt carnē vndique compressam teneat: ideo non solum eam non fouet: sed acrius nunc vulnerat, & affligit, testa dura, & aspera scalpens vulnera. Quos motus ex tali carne posset iam diabolus excitare? Quomodo talis caro contra spiritum posset iam insurgere? Quemnam carnalem motum eructare? Ecce grande munimentum militis spiritualis, castigatio carnis, & eius afflictio: per quam infirma illa redditur: Hæc namque (inquit Ambrosius) non infirma, sed *fortis est infirmitas*. Qua loquendi phrasi, sæpè elegantissimè vti solet: vt cùm spiritualem ebrietatem, quam Spiritus sanctus operatur, vocat *sobriam ebrietatem*. Læti (inquit) bibamus sobriam ebrietatem spiritus. Talis enim ebrietas non mentem capit, non ebrios facit: sed intellectum acuit, & sobrios reddit. Qua etiam dicendi phrasi vsus Augustinus *doctam ignorantiam* dixit. Ita fortis est infirmitas hæc carnis, inquit Ambrosius, quia non infirmum, sed fortem reddit spiritum, dicente Apostolo: *Cùm infirmor, tunc fortior sum & potens*. Per hâc infirmitatem Iob se fortem voluit reddere: sicut postea idem Apostolus, qui dicebat; *Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, &c.* Ne autem per superbiam posset superari, ad sterquilinium, cinerem, & puluerem confugit: & sedit super acernum stercoris, aut in medio cineris, vel pulueris: vt omnes superbiæ motus extinguere posset. Sedit in medio cineris, vt omni ex parte cinere se circumdatum exhiberet, & ad nihil posset conuertere manus, imò nec oculos, quod non videret esse cinerem, aut puluerem. Tali enim cogitatione se muniuit, vt se omni ex parte cinerem cogitaret, & puluerem. Ortum aut originem suam attendens, non quod à regibus fuit progenitus: sed quod de puluere esset formatus considerabat. Ad finem oculos conuertens, non quod grandis posset consequi, aspexit: sed quod in cinerem esset conuertendus, obseruabat. Quicquid in mundo est, ad quod posset manus extendere: non nisi vilem puluerem agnoscebat. His armis munitus tam strenuè athleta ille fortissimus dimicauit, vt planè diabolus ipse, etsi inuitus se victum fuerit confessus, omnesque suas machinas deiectas, & acies profligatas. Ecclesia ergo sancta videns filios suos vndique inimicis circundatos, & prouocatos ad bellum: volens eos huius grandis fortisque ducis exemplo, militari disciplina instruere: duplici ex parte

¶ 71.

Serm. 81.

In hymno.

Epist. 121. ad Probā. cap. 15.

2. Cor. 12. 10.

2. Cor. 9. 7.

Li. 2. & 3. in Iob.

eos muniendos declarat, corpori ſcilicet, & animæ. Ex parte quidem corporis, per ieiunium, & pœnitentiæ, ac mortificationis opera; quibus carnem comprimat, & compreſſam ac ſubiectam teneat: ex parte autem animæ, per cineris impoſitionem, quo frontem, & ſupremam capitis partem aſpergit; vt omnes ſenſus ſedeant in medio cineris, & nihil niſi cinerem ſentiant. Eſt prima pars capitis ſupra frontem, quaſi omnium ſenſuum ſedes in qua philoſophi dicunt reſidere ſenſum, quem vocant communem, à quo ſinguli ſenſus facultatem habent ſentiendi, ideoque ab ipſo ad alios nerui quidam oriuntur, ad viſum ſcilicet, auditum, guſtum, odoratum, & tactum. Ideoque communis ille, quaſi omnium particularium ſenſuum eſt ſedes. Ibi ergo cinis ponitur, vt omnes ſenſus in medio cineris reſideant; & nihil niſi cinere aſperſum ſentiant. Grandis philoſophia! Quando aliquis color ponitur ſupra oculos, nihil aſpiciunt, niſi ſub illo colore: & quando aliquis peculiaris ſapor ſupponitur linguæ, omnes cibos talem ſaporem referentes, percipit guſtus, &c. In ſede, & radice omnium ſenſuum, ponitur cinis, & pulvis, vt ad nihil ſenſus noſtri ferātur, quod non ſentiant cinere affectum. Ita videant oculi pulchritudinem, & venuſtatem, vt cinere aſperſam contemplentur: non audiant aures quid, ad famam, & mundi gloriam, niſi cineris, & pulueris aſperſione affectum; tactus, & manus non ad aurum, & diuitias, & cætera extendantur, niſi pulueræ, & cinere conſperſa: omnia n. ſunt puluis, & cinis, &c. Quomodo autem ieiunium, cæteraque pœnitentiæ opera agenda ſint; quomodo non noſtra, ſed Dei gloria intendenda: in hac lectione Euangelica docet Chriſtus Dominus, de quibus in ſequenti tractatu.

§. 23. *Inſtituta eſt Quadrageſima, vt diſcamus benefacere, quod niſi diſcamus, neſcimus, &c.*

¶ 74. PRouocatus Deus innumeris, & execrandis ſceleribus populi ſui, miſit illum excellentem Prophetam Iſaiam, quem D. Gregorius Nazianzenus vocat gloriæ Dei ſpectatorem: qui nomine ſuo illa oculis eorum exponeret, argueret, reprehenderet, & extrema in eorum ſupplicium mala imminentia prænuntiaret: ſignanter quod de terra illa eſſent expellendi, & conſumendi. Vocauit proinde S. Prophetam in ipſo ſuæ concionis exordio cœlum, & terram. *Audite cœli, & auribus percipe terra.* Et meritò (inquit Chryſoſtomus) vt iuſtiſſimam damnationis ſententiam, quam proferre parabat, oſtenderet. Moyſes namque volens eos introducere in terram illam repromiſſam, apertè eis prædixit, pellendos eos ex illa, ſi non ſeruaſſent legem, quam à Deo receperant. In cuius confirmationem vocauit cœlum, & terram, tanquam teſtes, dicens: *Audite cœli, quæ loquor, audiat terra verba oris mei.* Nunc quia legem Dei fuerant tranſgreſſi, volens contra eos ſententiam expulſionis ab illa proferre, eoſdem cœlos, & terram aduocat teſtes. Primò igitur inducit Propheta Deum euidenter oſtendentem ſcelera grandia populi ſui, propter quæ ſententiam profert, horrendis comminationibus plenam. *Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, filiis ſceleratis: dereliquerunt Dominum, &c. Derelinquetur filia Sion ſicut umbraculum in vinea, &c.* Cùm tamen iam nihil niſi comminata mala expectari poſſe viderentur: Deus, qui cum *iraſcitur, miſericordiæ recordatur*, vt dixit Habacuc: ſe totum conuertit ad oſtendendum populo, quomodo poſſet omnia mala comminata effugere, imò, & grandibus bonis cumulari. Inter alia, quæ ad hoc inſtitutum proponit, ſunt illa verba, grandi expenſione digna: *Quieſcite agere peruerſè, diſcite benefacere.* Ecce, quæ à vobis requiro, duo, quibus tota iuſtitia completur: cuius duplex eſt pars, *declinare à malo, & facere bonum.*

Libro de Theolog.

Iſai. 1. 2.

Hom. 3. de pœnitent.

Deut. 32.

Habac. 3.

Iſa. 1. 17.

Si hæc duo plenè perfeceritis, peccata
Ibid.n.18. vrã penitus remittũtur: *Si fuerint peccata vestra vt coccinũ, quasi nix dealbabuntur: & si fuerint rubra quasi vermiculus quasi lana alba erunt.* Peccata in scriptura, sanguines vocantur: ideo anima peccatrix assimilatur duabus rebus, quæ magis sanguineum colorem inamissibiliter tenent, coccino, & vermiculo. *Coccinum*, in Hebræo est
supra *Tholaghath*, quę vox vermiculũ quendam significat, ortum ex grano cuiusdam fruticis, quem Græci, & Latini *Coccum* vocant, quo tinguntur vestes, quas vocamus *scarlata*, Nomine autem *vermiculi*, fortè intelligit eos vermiculos rubros, quos communiter ex India asportari videmus, quos *cochinilla* vocamus, quibus tinguntur vestes rubro colore inamissibili, & perfectissimo, quem vocamus *carmesi*. Quantumcunque sanguineo rubroque colore anima sit affecta per peccata, vt similis sit coccino, & vermicula, *a la escarlata y carmesi*, si verè, & perfectè duas illas iustitiæ partes perfecerit, rubedinem omnem amittet, & alba, munda, splendens, sicut nix, & lana munda efficietur. Sicut summum ruborem per coccinum, & vermiculum expressit; ita summam albedinem, & splendorem solet scriptura per niuem, & lanam mundam declarare. Nec solum hoc consequimini, sed *si velueritis, & audieritis me, bona terra comedetis.* Nõ solùm ab ea non expellemini, sed potius in ea grandi bonorum copia fruemini. Ita illis dictum fuit. Isaias tamẽ, qui singulariter Euangelistæ nomen promernit, quod Euangelicæ gratiæ fuerit prænuntiator apertior: vt S. Augustinus *a* ex Hieronymo *b*, & Ambrosio dicere consueuit, non tã illos, qui sub lege, quã nos qui sub Euãgelio sumus constituti, alloqui voluit, ad quos illa verba destinauit. Grandibus peccatis Deum prouocatum habemus, qui iram suam contra nos, tanquam contra inimicos effundere parat: duo autem à nobis peculiariter exposcit, per quæ nobis remittantur peccata, & cœlestibus bonis compleat. *Quiescite*, inquit, *agere perperam, discite bene facere.* Primũ *Quiescite*: septuaginta *Cessate à malitijs vestris.* Hoc in primis supponendũ.

a *Confes. c. 3. & 18. de ciuit. c. 29.*
b *Epist. 103. ad Paulinum, & 117. ad Paulam, & Euſtoc. 75.*

Cesset nequitia, consumetur prævaricatio; & finem accipiat peccatum. Videtur loqui Deus allusione facta ad id, quod dixerat ad Cain, quam egregiè expendunt Chrysostomus *a*, & Ambrosius *b*. Videras illum iam cõtra fratrem inuidiæ, & odij malitia inquinatum, *Peccasti* inquit, *Quiesce*. Adam primò admonuit (inquit Ambros.) ne peccaret, sed ad eius filium, quem subditum peccato videt, hoc primò intimat: Peccasti? Quiesce. Quasi dicat (inquit Chrisostomus) non pœnam delicti repeto, sed ostendo delictum, & cõsilium offero: quod si accipere volueris, & peccatum emundabis, & te ipsum grauioribus malis non inuolues. Peccasti, & grauiter peccasti, sed non punio propter delictum, misericors sum, & nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat. Igitur quia peccasti, hoc primum statuo; *Quiesce*, tranquillitatem facito tuarũ cogitationum, & libera mentem à procellis fluctuum inundantium, &c. Qui à peccato secundum legem erat emundandus, in sacrificium tenebatur offerre vitulum, aut hircum, vel capram, aut ouem, hoc modo; quod quando animal mactandum erat, primò accedebat peccator; & *ponebat manus super caput illius.* *Leuitic. 4.* Grandia mysteria hæc cæremonia continebat, peculiariter tamen indicabat, quid ad remissionẽ peccati primò supponendum sit. Manuum enim nomine, quia instrumenta sunt, quibus operamur, opera ipsa præsignantur. Et manus peccatoris, typum tenent peccatorum suorum, quas propterea idem Isaias, plenas sanguine dixit: hæ imponebantur super animal mactandum, quasi simul, & ipsa mactanda, & extinguenda, & tradenda morti. Moriantur peccata, finem accipiant. Hoc supponẽdum est, si irã Dei effugere vis; Quiesce à peccato, cesset nequitia. Finiatur familiaritas lasciua, finem imponito vsurarijs contractibus, extinguatur appetitus vindictæ, &c. Hoc est, quod sæpè Paulus exposcit, vt *moriamur peccato, & vltra non seruiamus peccato.* *Rom. 6. 2. 6* Non tamen hoc sufficit, sed necessarium est bona opera facere, quibus pro peccatis satisfaciamus, & seruiamus Deo, quem offenderamus peccando:

a *Hom. 18. in Geneſ.*
b *Lib. 2. de Cain & Abel. c. 7.*
c *Gen. 4. 7.*

vt *sicut*

vt ſicut exhibuimus membra ſeruire iniquitati ad iniquitatem: ita exhibeamus ea ſeruire iuſtitiæ ad ſanctificationem. 4. Dist. c. 18.

Inter effectus peccati, hic ſingularis eſt, quem S. Patres cõmuniter tradunt, vt D. Tho. explicat, quod peccator circa bonum incurrit ignorantiam, & tenebras in intellectu ad bonum cognoſcendum: & debilitatem, ac infirmitatem in voluntate ad illud exequẽdum. Circa malum autem, fuit intellectus exactus, & limatus, vt illud machinetur: & voluntas fortis ac potens reddita, vt ad illud tendat. Vnde homo ad mala agenda, nullo indiget magiſtro, aut Doctore, non opus habet frequentare Academias, aut ſcholas, *Senſus, & cogitatio humani cordis*, inquit, Deus, *in malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua*. In Hebræo nomen *Iecer*, quod ſignificat, figmentum aut opus à figulo, vel alio artifice compoſitum, & fabricatum, à verbo *iacar*, quod eſt fabricare, aut formare. Oleaſter legit: *Figmentum cordis humani, malum à pueritia*: hoc eſt, ab ipſamet pueritia, in qua ſenſus vigere incipiũt: ante alicuius præceptoris, aut doctoris inſtitutionem, habet homo mala confingere, componere, fabricari, & machinari: in ſemetipſo habet homo totius iniquitatis, percipiendæ encyclopædiam: ideò vnuſquiſque ab adoleſcentia, & à pueritia, nullo docẽte, aut demonſtrante, nouit operari, & perficere malum. Non eguit præceptore Cain, vt iniquã proditionem contra fratrem ſuum machinaretur, nec fuit neceſſarius magiſter, vt tempore Noe peccata omnib. modis completa homines committerent, & innumeris fraudibus, & horrendis iniquitatibus eſſent implicati. *Vidit Dnus, quod multa malitia hominum eſſet in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad malum omni tempore.* Multa erat, & ſine termino malitia, quam vnuſquiſque operabatur à cordis ſui cogitationibus, & machinis inſtructus, non ab alio præceptore edoctus. Nullus præceptor fuit, qui doceret Abſalom contra patrem ſuum proditiones ſtupendas, & admirandas extruere; totius populi corda fictis, & blandis verbis ad ſe allicere, & contra patrem ſuum excitare. Non ſcholas

2.2.qu.85. art.3.

Gen.8. 21.

חצר Brix. to.1. fol.299.

Gen.6.5.

¶ 76.

2. Reg. 15.

frequentauit puer ille, quem D. Gregorius refert, qui quinquennis, ita cõtra Deum blaſphemias proferebat, vt inter patris brachia à dæmonibus fuerit occiſus: & experientia ipſa oſtendit infantulos nullo docente, mendacia, fraudes, & deceptiones tales cogitare, quæ nos in admirationem rapiũt: vnde acutè B. Chryſoſt. inter alias hominis definitiones. hanc aſſignauit, *improbitas, quæ per ſe docetur: id quod arte inſtructum eſt ad malum*: quod rectè Hiſpanè dices: *Es el hombre malicia, que por ſi es maeſtra, y coſa que de ſuyo tiene attificio y traça para lo malo*. Quoniam autem ad bonum habet homo tenebris ignorantiæ obſcuratum intellectum, & grandi debilitatione infirmatam voluntatem; non poteſt illud plenè per voluntatem perficere, nec per intellectum cognoſcere; niſi habeat præceptorem docentem intellectum, & auxiliatorem fauentem voluntati. Quomodo in profunda nocte per deſertum inuium, præcipitijs plenum incedet ſine ductore, & auxiliatore ille, qui oculos habet lippitudine offuſcatos, & tibias noxio humore turgentes, qui non poteſt in firmo ſecurè pedes collocare? Nec naturæ tantùm ſufficit bonum (inquit Hieronym.) ad iuſtitiam, niſi quis eruditur congruis diſcipliuis. Ideò & in ſequentibus idẽ Iſaias commemorat, dicens: *Omnis qui non didicerit iuſtitiam ſuper terram, veritatem non faciet*. Diſcenda eſt ergo iuſtitia, & magiſtrorum ſapientiæ terenda ſunt limina. Ita Hieronym. qui locum citatum inducit iuxta translationem Septuaginta. In huius confirmationem ipſemet longo eloquentique diſcurſu demõſtrat neminem poſſe ſcientiam aliquam tenere, quam nõ prius diligenti cura didicerit: id quod ex Philoſophis comprobat, ſignanter Pythagora, Platone, Apollonio, qui varias prouincias luſtrarunt, nouos populos adierunt, maria traiecerunt, vt præceptores inuenirent, à quibus naturales ſcientias addiſcerent. Certè nullus latinè loqui ſcit, qui non prius grammaticam didicerit. Taceo (inquit Hieron.) de Grammaticis Rhetoribus, Philoſophis, Geometris, Dialecticis, Muſicis, Aſtronomis, Aſtrologis,

4. Dist. c. 18.

Hom. in illud Pſ. 48. vanè conturbatur, to. 1. ad fin.

In c. 1. Iſa.

Iſa. 26 9.

Ep. 103. ad Paulin. c. 6

gis, Medicis: ad minores artes veniã, quæ non tam lingua, quàm manu administrantur. Agricolæ, cæmentarij, fabri, metallorum lignorumque cæsores, lanarij quoque, & fullones, & cæteri, qui variam supellectilem, & vilia opuscula fabricantur, absque doctore esse non possunt, quod cupiunt, &c. Omnis quidem homo natura scire desiderat: sed quia intellectus tenebris est plenus, difficultatem sentit, & molestiam in quauis scientia acquirenda, quam (vt B. Augustinus annotat) demonstrant plagæ, & flagella, quibus pueros ad quoduis disciplinæ studiũ compellimus; & gentiles ostenderunt, qui Mineruam scientiarum deam, armatam depingebant: quia qui scientiã aliquam consequi vult, grandi labore, & quasi per pugnam debet eam extorquere. Necessarium ergo cùm sit, bonis operibus intendere; necessarium etiam erit addiscere bene operari. *Discite bene facere*, præceptores quærite, scholas frequentate; huic studio intendite. Ad hoc singulariter Ecclesia sancta præsens tempus instituit; vt quinis addiscat bene facere. Ideò magistros prouidet, præceptores multos statuit, lectiones selectas euangelicas variasq; proponit; vt circa omne bonum fideles instructi euadant. Vna die docet, quo modo viua fides tenenda, cum Cẽturione; alia quomodo charitas cũ inimicis exercenda, imitantes Patrem cẽlestem; alia quomodo cum dæmone pugnandum in Christi tẽtationibus: alia quomodo vita componenda, qui ad iudicium terribile sumus conuocati, &c. Nunc quo pœnitentiæ initium dandũ, per grande ieiunium, Deoq; gratũ, & per humilem cineris susceptionem.

21. *de ciu. l. 4.*

§. 24. Sicut Salomon constituit latomos, lapidib. dolandis ad templũ: ita Ecclesia in Quadragesima prædicatores, quibus tanquam cœlum nubibus operitur.

§. 77. *Liber de fabrica templi.* 3. *Reg. 5.*

SAlomonis sapientiam, & industriã commendandam censet venerabilis Beda, qui volens templum magnificum extruere, *latomos* non minus quam *octoginta mille designauit*, qui lapides ex lapicidina exscinderent, ibique polirent, & aptarent malleorum, securium, & ferramentorum tunsionibus: vt cùm in templi fabrica reponendi essent, nihil agendum relinqueretur; de qua propterea dictum est, quod *cum ædificaretur, de lapidibus dolatis atque perfectis ædificata est, & malleus, & securis, & ferramentum non sunt audita in domo, cum ædificaretur.* Qua in re diuinæ prouidentiæ dispositionem circa nostram salurem præsignandam contemplatur Beda; ex lapicidina namque Adæ voluit Deus templum gloriæ suæ ædificare, de quo Dauid dixit: quod *in templo eius omnes dicent gloriam.* Lapides isti ex tali lapicidina procedentes, impoliti sunt, & inæquales, multis imperfectionibus redundantes: oportet propterea primum hic eos exscindere, polire, & dolare securi diuinæ doctrinæ, malleo diuini verbi, de quo Deus ipse dixit: *Nonne verba mea sicut malleus conterens petras?* Ad hoc elegit prædicatores, & doctores. Hoc eorum opus, lapides dolare. *Corripientes*, inquit Paulus, *omnem hominem vt perfectum exhibeamus omnem hominem in Christo Iesu.* Ecce quid intendunt; perfectum exhibere omnem hominem, omni ex parte dolatum reddere. Ad hoc elegit Salomon octoginta millia latomorum, ad hoc Deus per Ecclesiam hoc tempore innumeros designat spirituales latomos: qui huic operi intendant, & vna die ex hac, altera ex illa, lapidem dolent, & aptẽt. Hodie gulam præscindunt, crastina die crudelitatem erga proximos, & seruos: alia die vltionis appetitum circa inimicos, sequenti, hæsitationem, & timorem in laboribus, &c. Grande sine dubio beneficiũ, ingenti gratiarum actione dignum: propter quod visus fuit Dauid nos ad reddendas Deo gratias vehemẽti exultatione pronocare. *Præcinite Domino in confessione.* Augustinus legit: *Incipite Domino in confessione.* Confessionis nomẽ, sæpè gratiarum actionem significat. Incipite magnas Deo gratias reddere, non tantùm ore decantatas, sed & instrumento musico adornatas: *Psallite Deo nostro in cythara.* Et quare? *Qui operit cælum nubibus, & parat terræ pluuiã.*

& 2. Paral. 1. 18.

3. *Reg. 6. 7.*

Psal. 28. 9.

Ier. 23. 29.

ad Coloss. 1. 28.

Ps. 146. 7. in Ps. 146.

Per nubes, inquit B. Gregorius, certum eſt, ſanctos Apoſtolos, & diuini verbi præcones deſignari, qui per mũdi partes circumquaque tranſmiſſi, & verbis nouerant pluere, & miraculis coruſcare: quos Iſaias Propheta longè antea intuens dixit: *Qui ſunt iſti, qui vt nubes volant.* Egregiè Auguſtinus: Vnde, inquit, fulgura? De nubibus. Qui ſunt nubes Dei? Prædicatores veritatis. Vides nubem in cœlo nebuloſam, obſcuram, & habet intus neſcio quid latẽs: ſi coruſcet de nube, emicat ſplendor ex ipſo, quod contemnebas, inde exiliuit quod expaueſcas. Miſit Dominus noſter Ieſus Chriſtus Apoſtolos ſuos, prædicatores ſuos ſanctos, velut nubes: videbantur homines, & cõtemnebantur, quomodo videntur nubes, & contemnuntur, antequam de illis exiliat, quod mireris. Erant enim illi primum homines carnem portantes, infirmi; deinde idiotæ, indocti, ignobiles: ſed erat in illis, quod fulguraret, erat in illis, quod coruſcaret. Accedebat Petrus homo piſcator, & orabat, & ſurgebat mortuus, &c. Homines erant Apoſtoli, tenues tanquam nubes; ſed qui fulgura mittebant, & tonitruis reſonabant, quibus omnes terrebant. Quanto terrore perculſi ſunt, qui viderunt Petrum fulgurantem contra Ananiam & Sapphiram? &c. Prædicatores ergo nubes ſunt, in illis Deus aquas doctrinæ cœleſtis recondit, ad irrigandam terram; ideo, inquit Gregorius, dictum fuit: *Tenebroſa aqua in nubibus*, id eſt, occulta ſcientia in Prophetis, quæ clarior, & manifeſtior in Euangelicis prædicatoribus erat repõnenda, qua totum orbem illuminarent. Pluuiarum autem nomine, certum eſt doctrinam diuinam, & Dei verbum exprimi, dicente Deo; *Quomodo deſcendit imber, & nix de cœlo, & inebriat terram, & germinare eã facit, &c. ita erit verbum meum.* Quando Deus peccatores punire vult, & ſe oſtendere iratum, huiuſmodi nubes reuocat, & tollit, & continet ne pluant: quomodo Gregorius illud obſeruat: *Qui ligat aquas in nubibus, vt non erumpant pariter decorſum.* Et iterũ: *Qui auferet ſtillas pluuiæ.* Et tanquam terribilem comminationem inducere volens contra Iudæam: *Mandabo*, inquit *nubibus meis, vt non pluant ſuper eam.* E contra verò vnum ex maioribus beneficijs, quo eos, quos ſaluare intendit, cumulat, eſt huiuſmodi nubes mittere, quæ pluuiam efficiant. Quantum fuit beneficium Niniuitis exhibitum, cùm Ionam tanquam nubem miſit, qui diuinas comminationes plueret? Quale præſtitum Dauidi, cùm ad eum miſſus fuit Nathan? Quale ad Eunuchum, cùm ad eum miſſus fuit Philippus? Vnde Dauid nos excitat; incipite Deo confeſſionis laudibus perſonare: *Qui operit cœlum nubibus.* Cœli nomine, Eccleſiam ſanctam voluit indicare. Hæc operta eſt nubibus: nam vbique prædicatores, vbique verbi Dei præcones, qui pluant pluuiam Euangelicæ doctrinæ, quam *pluuiam voluntariam, ſegregatam hereditati ſuæ*, dixit Dauid *a*. Legimus primum in veteri teſtamento, inquit Ambroſius *b*, quod & Auſtuginus *c* obſeruauit, Noe temporibus, cum omne genus humanum ſcelerata iniquitas occupaſſet, quadraginta dierum numero, patefactis cataractis cœli, aquarum pluuias defluxiſſe. Iratus tunc Deus hominibus, volens illos omnes delere, cœlum repleuit nubibus, quæ aquas extinguentes, ſuffocantes, & interficientes pluerent. Voluit tunc de terra peccata delere, quibus erat offenſus; ideoq; peccatores de medio tulit: aqua enim illa non poterat diuidere peccata à peccatoribus, nec peccata abſumere, peccatoribus relictis, & ſeruatis. Nunc autem vult Deus aquam cœleſtem effundere, quam promiſerat dicens: *Effundam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris; & dabo vobis ſpiritum nouum*: aquam, quæ peccata extinguat, peccatores viuificet, & nouo ſpiritu viuentes conſtituat. Cœlum replet nubibus innumeris, vt pluant abundanter, non vna die, aut duobus; ſed quadraginta. Vnicum Dei verbum ore Ionæ prolatum, potuit totius orbis maiorem ciuitatem ad mortem diuina ſententia damnatam reparare; vt Chryſoſtomus annotauit: imò vnica Dei vox ab ore Ezechielis, potuit oſſa nimis arida viuificare, & ſa-

Iſa. 60. 8. In illud Pſal. 96. apparuerunt fulgura eius.

¶ 78.

Lib 17. cit. Pſal. 17. 12

Iſa. 55. 10.

Lib. 17. cit. Ioh. 26. 8. Ioel. 36. 27.

a Pſ 67. 10
b ſerm. 34.
c Serm. 69. de tẽpore.

Iſa. 5. 6.

Ezech. 36. 25.

Hom. de Iona. & hom 1. de pœni. Ezech. 37.

& facere vt ſpiritum vitamq; reciperent, & in robuſtiſſimos homines reſurgerent: nonne ſufficiet tam grandis verborum Dei copia, quæ per quadraginta dies effundenda eſt, mortuos viuificare, ſi vitam recipere voluit, & diuino fauore, & gratia adiuuantur? Operi igitur noſtro intendamus, incipientes dolare lapides, pluuias emittere. *Cùm ieiunatis, &c.*

§. 25. *Quadrageſima conſtituitur, vt prædicatores deſcribant in cordibus peccatorum ciuitatem Ieruſalem, ſtylo Euangelicæ prædicationis, ſicut Ezechiel in latere luteo.*

¶ 79. *Hom. 12. in Ezech.* MAgna obſeruatione dignum cenſet S. Gregorius, quod Deus Prophetæ Ezechieli agendum impoſuit. *Et tu*, inquit, *fili hominis ſume tibi laterem, & pones coràm te, & deſcribes in eo ciuitatem Ieruſalem.* Multa cõtinet hoc mandatum admiratione digna. Et quidem quid ſecundum literam voluerit Deus mandare (inquit Gregorius) iam completum fuit in illo veteri populo; nobis autem relinquitur, quod per allegoriam, & tropum voluit deſignare. In Hebræo habetur nomen *Lebenach*, quod laterem coctum ſignificat, ſic dictum à nomine *Laban*, quod ſignificat albedinem; quoniam lateres cùm in fornace concoquuntur, albeſiunt. Laterem itaque concoctum, & in modum lapidis duriſſimi obduratũ, accipere iubet, quem propterea Chaldæus *lapidem* trãſfert. Præcipitur autem primò illud ponere coram ſe. In Scriptura ſacra aliquis dicitur id coram ſe ponere, quod maxima æſtimatione dignum ducit: quæ enim in precio habemus, coram nobis repoſita tenemus; quæ contemnimus, à noſtra abijcimus præſentia. Ita Regina Saba dixit, *Beati ſeruí tui, qui ſunt coram te ſemper*, i. quos tua præſentia iudicas dignos. Et Sponſa indicans quanti vineam ſuam æſtimaret: *Vinea*, inquit, *mea coram me eſt ſemper*: imò & Deus ipſe, vt oſtenderet quanti faceret ſeruos ſuos, dixit, quod eos erat conſtituturus coram ſe, illis verbis, quæ expendit S. Auguſtinus: *Sicut cœli noui, & terra, quæ facio ſtare coram me, ſic erit ſemen veſtrum*, &c. Mãdat Deus Prophetæ, vt laterem coram ſe conſtituat, id eſt; magno in pretio, & æſtimatione habeat, magni faciat: nec aliqua ratione contemnat. Vnde Regia iuxta Hebræum: *Dabis eum ad facies tuas*. Facies in plurali ponit, phraſi Hebræa, id eſt omne, quod eſt in facie, oculos, frontem, ora, ad eum conuertes. Quando later eſſet ex adamante, aut ſapphiro confectus, quales lateres illi, qui ſub pedibus Dei viſi ſunt à Moyſe, & ſenioribus; aut verò laterculus eſſet aureus, grandi æſtimatione apud homines habitus; non mirum, quod Deus iuberet illud æſtimare: verum quod laterem terreum, qui nihilo à lapide, quem in vijs conculcamus, differt, æſtimet, & magnificiat Deus, æſtimationeq; ſumma proſequi iubeat; admirandum eſt. Sed maiorem inducit admirationem, quod in eo iubeat deſcribi ciuitatẽ Ieruſalem. Erat ciuitas illa, omnibus alijs totius orbis pulchrior, ornatior, & magis decoratemunientes eius muri, magna arte extructi, multis altiſſimiſque turribus intertexti; palatia, plateæ, fontes, vici, tanta pulchritudine, vt Sponſus Sponſæ venuſtatem exprimere volens, dixerit: *Pulchra es amica mea, ſuauis, & decora, ſicut Ieruſalem.* Nihil igitur pulchrius ciuitate Ieruſalem, ciuſque ſpecie, & figura. Nihil autem abiectius latere terreo. Quid Ieruſalem ad terreum laterem? Et certè quamuis in lamina aurea vel argentea eam deſcribendam imponeret, opus grande eſſet; quod quando Propheta fuiſſet Apelles ipſe, difficilè extitiſſet. Quomodo enim in tam vili, tam breui contractaq; materia, rem tam pretioſam, ſpatioſam, & grãdem poterat Propheta deſcribere? Et non quocumque modo deſcribere iuſſit; nam in Hebræo habetur verbum *haKotha*, quod ſignificat ſculpere ſtylo ferreo, aut aliquo inſtrumento æreo vel forti. Regia trãſfert: *Et exarabis ſuper eum ciuitatem Ieruſalem.* Intelligendum eſt in primis (inquit Gregor.) Ezechielem Prophetam typum prædicãtium, & doctorum tenuiſſe,

Ezech 4.1

Exo. 24. 16

Cant. 6.

Brix. to. 1. fol 341. p. 2

3. Reg. 10. 8

Cant. 8. 12

2. de Inu. Dei, c. 21. Iſa. 66. 22.

חלה

חקה

tenuiſſe, quem ad prædicandum peccatoribus Deus miſit, cui propterea magna Sacramenta oſtendit, & videndæ exhibuit. Prædicationis officium, & munus duo habet: primò, honorificũ eſt, & nimis glorioſum, tanta enim excellentiæ dignitate fulgent diuini verbi præcones, & miniſtri, quibus Deus verba ſua committit cæteris intimanda; vt dicantur dij. *Ego dixi*, ait Dauid, *Dij eſtis. Illos dixit Deos*, ſubintulit Chriſtus dominus, *ad quos ſermo Dei factus eſt*. Vnde mittens Moyſen ad Pharaonem, *Conſtituite*, inquit, *Deum Pharaonis*. Si magna æſtimatione dignum iudicatur munus legati regij, quod nõ niſi viris excellentibus committitur; quanti faciendum eſt munus legatorum Dei? Si qui regum ſunt legati, inquit Chryſo. quales quales in ſe ipſis fuerint, in magno ſunt conſtituti honore; quantò magis prædicatores ſupremo honore reputãdi ſunt digni, quos tanquam ex ipſomet cœlo legatos venientes contemplari debemus? Habet nihilominus hoc munus, ſi pro dignitate agendum eſt, plurimum laboris, & tædij. Oportet enim prædicatorem arguere, corripere, reprehendere, & increpare, non ſolùm communes peccatores; ſed principes, magnates, & ipſos reges, qui grauiter ferunt reprehenſiones, & ſe totis viribus contra arguentes conuertunt: vnde omnes ferè prædicatores, qui hoc nomine fuerunt digni, grandibus perſecutionibus afflicti, vitam finierunt. Iſaias lignea ferra diſſectus iterijt, Michæas colapho fuit percuſſus, Ioannes Baptiſta decollatus, Ieremias puteo demerſus: qui videns tribulationes, & perſecutiones, quas prædicationis opus excitabat, ceſſare ab eo voluit, ſortem ſuam lamentis proſequens, & dicens: *Heu mater mea vt quid me genuiſti virum rixæ? omnes conradicunt mihi, &c. Non loquar amplius in nomine domini.* His ergo duobus volens occurrere Deus, primò prædicatorem, quẽ mittebat, vocauit filium hominis. *Fili*, iniquit, *hominis*. Quid eſt (inquit Gregor. Prophetæ ad ſpirituale munus ſublenato, *Fili hominis*, dicere, niſi ei infirmitatis propriæ memoriã facere, vt conſcius conditionis infirmæ, eleuari in cogitatione non debeat, de magnitudine dignitatis ſuæ? Deinde eidem dicit: *Sume tibi lateremi*. Non ignoro, commune eſſe Hebræis, pronomina, *mihi, tibi, nobis, vobis*, ſæpè ornatus tãtum cauſa poni, nihilque amplius per ea ſignificari, quã ſi poſita non fuiſſent. Ideoq; idem eſt, *ſume tibi*, ac ſi abſolutè diceret, *Sume*. Quomodo Deus frequenter loqui ſolitus eſt ad Iſaiam *a: Sume tibi librum grandem*: Et *b, Sume tibi cytharã*. Et ad Ieremiam *c, Sume tibi lapides grandes*. Et ad Ezechielem, *d, Sume tibi ſartaginem*: Et *e, Sume tibi frumentũ*, Et *f, Sume tibi gladiũ acutum* Et *g, Sume tibi lignum vnum*. Et ad Zachariã *h, Adhuc ſume tibi vaſa paſtoris ſtulti*. Et iuxta latinã phraſim aliquando ſimiliter dicendum, oſtendit doctus Ribera ex Ciceronẽ *k*. Cenſeo nihilominus hæc pronomina ſingulariter expendenda, quando congruè iuxta rectum ſententiæ ſenſum expendi poſſũt, vt S. Auguſtinus *l* indicauit. Quidam exponunt; ſume tibi, id eſt, ad te. Alij, ſume tibi, id eſt, ad tuã inſtructionem, & exemplum, quo facilius rem totam coram oculis poſitam videas, alijſq; videndam tradas. Sed hoc in loco non ineptè rem grãdem à Deo expreſſam poſſumus intelligere, *Sume tibi*, id eſt, ad tuam vtilitatem, & profectum. Opus quidem laborioſum tibi impono, rem grandem, quæ laſſitudinem inducat, emollire lateris duriſſimi fortitudinem: ſed expende id in tuam magnam vtilitatem ceſſurum. Quis enim dicere poſſit in quantam vtilitatem prædicatoris, munus prædicatoris cedat? Benè hoc intelligebat, qui eos, ad quos prædicauerat, gloriæ ſuæ coronam, ſpem, & gaudium vocabat. *Quæ eſt* inquit Paulus, *noſtra ſpes, aut gaudium, aut corona gloriæ? Nonne vos ante Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum eſtis in aduẽtu eius? Vos enim eſtis gloria noſtra, & gaudium.* Et verè non videtur aliquid excellentius dici poſſe, quam quod Chriſtus ad illos, quos Euangelij ſui primos prædicatores conſtituit, dixit: *Qui fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorũ*. Quod Deus prædicatori imponit, eſt, vt laterem fumat, & ponat corã ſe, & in eo deſcribat ciuitatẽ Ieruſalẽ. Quis lateris typo aptius,

¶ 80.

Pſal 81.6. Ioan. 10. 35. Exod 7. 1.

Hom. 2. in 1. ad Theſſ

Ier. 15. 10.

Ead ho. 12

a Eſai. 8. 1.
b Eſai. 23. 16.
c Ier 43. 9.
d Eze 4. 3.
e Eze. 4. 9.
f Ezec. 5. 1
g Ezec. 37 17.
h Zach. 11 15.
i In cap. 1. Mich. nu. 36. 37.
k Contra Piſonem.
l 3. de doctr. Chriſt. c. 5.

1. ad Theſſ. 2. 19.

Matth. 5.

¶ 81.

apcius, quàm obduratus peccator deſignari poteſt? later eſt ex luto terreno cõpoſitus, & conditus, ardoribus ignis concupiſcentiæ cõcoctus, & obduratus. Qualis later, quamque induratus Pharao, ardore cupiditatis retinendi in ſua ſeruitute Iſraelitas, quo ſuccẽſus erat? Quam durus later Herodes, luxuriæ flammis concoctus, vxorem fratris ſui cum publico ſcandalo retinere cõtendẽs? Quam induratus adulter, qui nullatenus, nec poſt multa magnaque damna adulterium deſerere vult? Auarus, qui concupiſcentiæ ardore induratus, nunquam quæ per vſuram acquiſiuit, reſtituere cogitat? De multis peccatoribus dici poteſt, quod de eorum capite dæmone, iuxta ſanctorum Patrum ſententiã, dixit Deus ad Iob: *Mittet contra eum fulmina, & ad locum alium non ferentur: cor eius indurabitur quaſi lapis, & stringetur quaſi malleatoris incus.* Vide grandem illius obdurationem, quem nec fulmina contra eum miſſa, à loco, in quo, eſt mutant, *ad locum alium non ferentur*: alij explicatius legunt, *locum, in quo ſtabat, non mutabit*. Quid appellatione fulminum, inquit Gregorius, niſi tremendæ illæ æterni iudicij ſententiæ deſignantur? Videbis Deum per nubes ſuas, id eſt, prædicatores, fulmina mittere contra peccatorem aliquem, contra quem æternæ damnationis vibrat ſententiã, qui tamẽ nullatenus dimouetur à peccato, in quo poſitus erat. Non mirum: cor namque eius induratum eſt quaſi lapis, & quaſi malleatoris incus, quod crebri ictus nullatenus emolliunt. Nihilominus vult Deus huiuſmodi laterem non contemni, ſed potius magno in pretio haberi. *Ponet*, inquit, *eum coram te*, aut, *Dabis eum ad faciem tuas*. Omnem oculorum aciem, in eum tanquam in rem ſummè deſiderabilẽ conuerte, & fige. Non à prædicatore quærendus honor, popularis aura, temporale ſtipendium, aut lucrum: cui hoc imponitur, omnes oculi conſpectus in laterem ipſum figere, qui verè cum Apoſtolo dicere poſſit; *Non quæro veſtra, ſed vos.* Et ſcetum: *Vos fratres ſcitis introitum noſtrum ad vos, quia non inanis fuit*, id eſt (iuxta D. Thomã, & Anſelmum) Non vacuus, & ſine fructu, qualis multorum prædicatorum eſſe ſolet, qui nihil minus, quam vtilitatem, & fructum auditorum intendunt. Id quod excellenter Apoſtolus demõſtrat, paulò poſt ſubdens: *Exhortatio enim noſtra, non de errore, neque de immunditia, neque in dolo.* Quorundam prædicatio ſine fructu imò, & nociua eſt; quia *de errore* mentis procedẽs, errorem ſuadet, vt hæreticorum. Aliorum eſt inutilis prædicatio, quia *de immunditia*, id eſt, de immunda vita, & immundis operibus procedit, illius ſcilicet, qui quæ verbis docet, moribus impugnat, vt latè D. Gregorius proſequitur. Aliorũ tandem exhortatio inanis redditur, quia *in dolo*, qui cum Dei gloriam, & animarum profectum quærere deberent, & ex verbis Dei ad ipſius Dei laudem negotiari, ſuam gloriam, & commodum tantummodo intendunt: qui nõ profectum auditorum (inquit D. Thom.) neque Dei honorem, ſed ſuum honorem quærunt. Non ita exhortatio noſtra, inquit Paulus; *Sed ſicut probati ſumus Deo, vt crederetur nobis Euangelium, ita loquimur.* Id eſt (vt explicat D. Thom.) eo modo, & ea intentione, qua Deus nos elegit, & approbauit ad prædicandum Euangelium, loquimur; vt omnem oculorum intuitum ad animarum veſtrarum profectum conuertamus, & ad ipſius gloriam. *Vnde neque aliquando fuimus in ſermone adulationis, ſicut ſcitis, nec in occaſione auaritiæ*, ſicut mos eſt ijs, qui ſuam gloriam, & propria commoda quærunt: *Sed facti ſumus paruuli in medio veſtrum, tanquam ſi nutrix foueat filios ſuos.* Expende cum Anſelmo *Filios ſuos*. Sunt namque nutrices, fouentes quidẽ, & lactantes, non filios ſuos, ſed alienos; & hæ ſua intendunt commoda, & lucra: nutrix tamen, aut mater, quæ filios ſuos nutrit, non ſuam, ſed illorum ſolummodo vtilitatem intendit: nõ adulatur, inquit Chryſoſtomus, vt gloriam ſibi acquirat. Non pecunias à paruulis exigit filiolis, &c. Ita deſiderantes vos cupidè, id eſt, tam grandi amore veſtri inflãmati, ſic propẽſo, & cupido in vos animo, quod *volebamus vobis tradere non ſolum Euangelium Dei: ſed etiã animas noſtras, quoniam chariſſimi nobis facti eſtis*. Rem

Iob 41. 14. 15.

34. Moral. 68.

2. Cor. 12. 14.

1. ad Theſſ. 2. 1.

1. ad Theſſ. 2. 3.

¶ 82.

Hom. 2. in 1. ad Theſſ. citat.

diffi-

difficiliorē, (inquit Chryſoſtomus) expreſſit, tradere animā pro amicis, qua nihil habebat precioſius, & eā tradere volebat, non ad ſui ipſius commodum: ſed ex mero eorum amore ad ipſorum vtilitatem. *Quoniam chariſſimi,* inquit, *nobis facti eſtis.* Conſiderabat Apoſtolus id, quod ſæpiſſimè repetit; charitatem Chriſti in peccatores, & amorem, quo eos dilexit, & quanta æſtimatione illos proſecutus fuit: *a Qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me.* Et *b pro omnibus mortuus eſt Chriſtus.* Intelligis quanto in precio habeatur lapis à lapidario, ſi vides, quod ad illum inquirendū, ad remotiſſimas, barbaraſque nationes procedit. Si inſuper vides, quod pro eo liberaliter quin quaginta mille aureos dat. Quid ſi videres totam ſuam ſubſtantiam (ſi grādis eſſet) tradentem? Quid ſi ſanguinem cordis? Ex his Paulus conſiderabat, quanti Deus vnumquemq; peccatorum æſtimaret. Quo amore præcones, & miniſtri Dei, tenerentur peccatores proſequi, voluit exprimere Deus ipſe, ſtatuēs, vt ſummus Sacerdos omnia filiorum Iſrael nomina deſcripta in lapidibus ſupra pectus ſuum, (quod amoris, & lectionis dicitur ſedes) reponeret. Etſi enim multi eorum duriores ſint lapide, ſed grandi amore proſequendi, quo eorum ſalus procuratur. Benè igitur ad prædicatorem dicit Deus: *Sume tibi lateremi, & pones eum coram te.* Et quid agendum? *Deſcribes in eo ciuitatem Ieruſalem.* Ciuitas Ieruſalem, illa cęleſtis patria eſt, inquit Gregorius. Hæc deſcribitur, quando ad illius normam mens peccatoris componitur. Deſcripſerat Diabolus in te ciuitatem Babylonis (in qua omnia vitia ſedem habent, & regnant) varias ſuperbiæ figuras in mente, innumeras immunditiæ effigies in imaginatione, grandes appetitus honoris, vindictæ, voluptatum, & diuitiarum ſpecies in voluntate, & appetitu. Hæc Babylonis deſcriptio ex mente tua penitus delenda eſt, vt deſcribatur ciuitas Sancta Ieruſalem. Superbia eſt obliteranda, vt deſcribatur humilitas, auaritia vt liberalitas, fornicatio vt caſtitas, inuidia vt charitas, deſideria terrena vt cœleſtia, opera carnis vt ſpiritus opera exarentur. Deſcribenda ciuitas Ieruſalem, quam (vt dixit Dauid) Dominus ad ſuæ maieſtatis ſedem ædificauit; quia ita tecum agendum eſt, vt expulſo dæmone, qui animam tuam vndique occupabat, excæcans intellectum, & deprauans affectum; te in perditionis æternæ barathrum ferens: refideat Deus, qui mentem illuminet, voluntatem accendat; & te ad ſuperna dirigat. Hoc nobis agendum, & perficiendum ſtylo ferreo, ac prævalido diuini verbi, variæ lineæ ducendæ, excellentes figuræ inſculpendæ, humilitas, modeſtia, continentia, caſtitas, iuſtitia, &c. Primam lineam ſtylo ferreo ducamus. *Cum ieiunatis.* Per hāc enim in primis incipimus omnem Babylonis effigiem delere, & primas Ieroſolymæ lineas inſculpere: nam per ieiunium in primis comprimuntur vitia, & mens ad cœleſtis Ieroſolymæ ciuitatem contemplandam diſponitur, & præparatur, vt virtutes ac dona cęleſtia poſſint deſcribi, dicente Eccleſia: *Corporali ieiunio vitia comprimis, mentem eleuas, virtutem largiris, & præmia.*

a ad Gal. 2. 20.

b 2. Cor. 5. 15.

Exod. 28.

Hom. 12. in Ezech.

Pſal. 47.

§. 26. *Prædicatores initio Quadrageſimæ ſe diſponant, vt illis Deus verba opportuna ſubminiſtret, & pro illis oret populus.*

¶ 83. EX his patet grāde eſſe opus, quod aggredimur, tanquam nubes terram infundere, & fœcundare; vt quæ ariditate ſterilis erat, abundantem fructuum copiam, pluuiarum frequenti rigatione fœcundata reportet. Ex quibus infert Beat. Gregorius, neceſſarium eſſe, vt tam prædicator, quām auditores ſe quantum poſſunt debita præparatione diſponant. Sæpè enim propter auditorum demeritum Deus prædicatoribus verba opportuna aufert. Ita expendit illud, quod ad eundem Ezechielem dictum eſt: *Linguam tuam adhærere faciam palato tuo, & eris mutus, nec quaſi vir obiurgans: quia domus exaſperans eſt.* Expendit D. Gregorius.

Hom. 12. in Ezech.

Ezech. 3. 26

gorius illud, *Nec quasi vir obiurgans*. Magna enim omnipotentis Dei est gratia, quando iniquè agentibus durus à Doctoribus sermo grandis increpationis profertur. Hanc sæpè Deus aufert, cùm prædicatores dimittit, qui verbis blandis aures demulcentibus loquuntur; qui loquaciores sint psittacis, & picis, qui verius muti iudicandi sunt, qui non vrgentibus, acrioribusve increpationibus agunt. *Eris*, inquit, *mutus, nec quasi vir obiurgans*. Quantumcunque prædicator eloquentior Cicerone videatur, si tantùm auribus peccatorum dulciter insonare contendit, & propterea eos non arguit, mutus iudicandus est. Hoc autem ideo, *quia domus exasperans est* in Hebræo, *Amaricans*, id est, quæ me affecit amaritudine, peccatorum suorum felle. Propterea faciam linguam tuam adhærere palato tuo, &c. quia propter auditorum peccata, auferuntur congrua verba à Doctorum ore. Obseruat ad idem institutũ ipsemet Gregorius illud, quod volẽtes Paulus Apostolus, & Sylas prædicare in Asia, ad eam procedentes, translactis iam Phrygiæ, & Galatiæ regionibus, *Vetati sunt à spiritu sancto loqui verbum in Asia. Cùm venissent autem Mysiam, tentabant ire in Bythiniã, & non permisit eos spiritus Iesu.* Quem primò vocat *Spiritum sanctum*, deinde vocat, *Spiritum* Iesu, non solùm huiusmodi locutione offendere volens id, quod ipsa indicat, Spiritum sanctum nõ tantum à Patre procedere; sed & à Iesu eius naturali filio, vt S. Augustinus annotauit: sed rem maxima expensione dignam. Prohibuit & vetauit Spiritus S. loqui verbũ Dei in Asia, & Spiritus Iesu prædicari in Bythinia. Quomodo hoc intelligi potest? Nonne Spiritus S. super Apostolos descendit in specie *Spiritus*, aut vt Cyprianus legit, *Flatus vehementis*: vt eos tanquam nubes in vniuersum orbẽ portaret, quem vndique Euangelij fluentis irrigarent? Et quis Spiritus Iesu? Nonne amoris & dilectionis, per quem se ipsum obtulit pro peccatorum salute, & postquam ab eis fuit occisus, imposuit Apostolis, vt irent in vniuersum mundum prædicare Euangelium. *incipientes*, inquit, *à Hierusalem*, à cuius ciuibus paulò ante fuerat crucifixus? Quid est. Non permisit Spiritus IESV? Quod spiritus satanę impedire procuraret Euangelij prædicationem, non mirum: erat enim in Regni illius destructionem, & ruinam, idecq; nihil magis curabat, quam Apostolorum itinera impedire. Ita de eo intelligunt Basilius *a* & Origenes *b*, quod Apostolus ait *c*, *Voluimus venire ad vos, ego quidẽ Paulus semel & iterũ, sed impeditus me Satanas.* Quod *spiritus*, quem Paulus, huius mundi, vocat *d*, impedire procuraret Euangelij prædicationem, non mirum: quia per eam leges mundi, & decreta, voluptates, ac bona contemnere, statuitur: & qui amicus est Dei, mũdi inimicus constituitur. Sed quod Spiritus sanctus, qui amor est, ipseq; Spiritus Iesu, impeditas vehementem excitat admirationem. Illam tamen tollit (inquit D. Gregorius) si intelligas, Deũ propter peccatorũ demerita sæpè prohibere huiusmodi volũtariam pluuiã. Antiquitus populum carnalem puniebat, prohibendo nubium cursum, & distillationem, vt patet ex S. Propheta Amos, & signanter ex S. Propheta Aggæo. *Propterea prohibiti sunt cœli, ne darent rorem.* Sed nunc acriori supplicio punit, prohibens nubes, ne aquas spirituales infundant: ideò suprema Iudæis pœna explicatur: *Mandabo nubibus meis ne pluant super eam.* Debent itaque (inquit Gregorius) tam prædicator, quam auditores, se debita dispositione præparare. Idcirco Ioannes de illis Angelis, quos Deus mittebat, vt insonarent tubis dixit: *Præparauerunt se, vt tuba canerent.* Prædicator quidem præparare se debet orationibus, ieiunijs, vitæ munditia, frequenti contemplatione; & peculiariter (vt S. Augustinus prosequitur,) sacrarum literarum studio. Considera illum prædicatorem excellentem, imò & prædicatorum omnium magistrum Paulum, qui quodnam sit prædicatoris officium primò supposuit. *Pro Christo ergo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos.* Multa dici possent in commendationem muneris huius: sed omnia breui conclusione comprehenduntur, his verbis: ideò concludendi notam, *Ergo*, posuit. Pro Christo, lega-

¶ 84.

a *De reg. breuior. resp. 275.*
b *Ho 9. in Leu & in 1 ad Thess. c 1. Ad Thes 2. 18*
d 1. *Cor. 2. 12.*

Act. 16. 6. 7

Amos 4. 7.
Agg. 1. 2.
Isa. 5. 6.
Hom. 12. citat.

Tract. 99. in Ioan.

Apoc. 8. 6.

Lib. 3. post. 6. 2 ad.

Lib. 2. de doct. Chri. c. 7.

Mar. 16. 15
Luc. 24. 47

2. *Cor. 5.*

legatione fungimur, id eſt, vt rectè Sanctus Chryſoſtomus explicat, loco ipſius ſumus, Chriſti gerimus vices, & perſonam. Qui ad nos conuertit oculos, non tam nos, quam Chriſtũ in nobis contemplatur. Dixit ille: *Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos.* Ille legatus fuit Patris: nos ipſius legati ſumus: *Tanquam Deo exhortante per nos.* Nos elegit Deus, in quibus loqueretur ipſe. Ille in nobis, & per nos exhortatur, & loquitur. *Adiuuantes autem*, inquit idem ipſe Paulus, *exhortamur.* Vide excellentiam muneris, in rerum creatione, cœlorum extenſione, ſtellarum formatione, animalium, & auium productione, nullum ſibi Deus adiutorẽ voluit adiungere. *Quis*, inquit Propheta, *adiuuit ſpiritum Domini? aut quis conſiliarius eius fuit?* Ad animarum autem ſalutem procurandam, nos ſuos adiutores conſtituit. *Dei enim adiutores ſumus.* Ideo adiuuantes per noſtræ prædicationis opus, hortamur, &c. Quid igitur agendum? Qualiter ad hoc munus exequendum te præparas? *In omnibus exhibeamus noſmetipſos, ſicut Dei miniſtros in multa patientia, in tribulationibus, in neceſſitatibus, in anguſtijs, in plagis, in carceribus, in laboribus, in vigilijs, in ieiunijs, in caſtitate, in ſcientia, in longanimitate, in ſuauitate, in Spiritu ſancto, in charitate non ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei.* Tales nos exhibeamus, quales decet ſe exhibere, qui talis Domini miniſtros ſe profitentur: qui non noſtram, ſed Domini gloriã intendamus. *In multa patientia, &c.* Vide cathalogum eorum, quibus prædicator Euangelicus ſe debet præparare, & diſponere, quæ ne in immenſum opus creſcant, nõ vacat ſingillatim expendere. Tantum annotato, viſum fuiſſe Apoſtolum alludere ad illa verba Dauidis, qui de fontibus, & aquis locutus, quas Deus ex occultis montiũ venis extrahit, ſubdit: *Super ea volucres cœli habitabunt, de medio petrarum dabunt voces*: Illud *ſuper ea*, ad aquas refertur, quæ à Græcis dicuntur in neutro genere, *ideta*, vt Ianſonius annotat. Idem eſt autem ſuper ea, ac iuxta ea, aut circa ea. Iuxta aquarum ex mõtibus decurrentium fluenta, aues nidificant, ibique inter medios motes, cantus ſuauiſſimos emittũt. Sed altius quid Dauid dicere voluit, vt S. Auguſtinus obſeruat: nec enim credendum eſt Dauidem præcipuè de materialibus auibus locutũ, qui potius per aues, aut volucres cœli intelligit viros ſpirituales, de ſpiritualibus loquẽtes operibus ſpiritualibus attendentes, quæ terrena ſunt volatu mentis ſuæ relinquentes, & tranſcendentes. Abraham, inquit Auguſtinus, in illo ſacrificio ſatis myſtico, aues & animalia accepit, animalia diuiſit, aues autem non diuiſit. Spirituales enim viri non habent diuiſiones, nec erga plurima tui bantur, quibus hoc vnum conſtitutum eſt, operibus ſpiritus intendere. Idcirco auium nomine, conuenienter ſancti prædicatores exprimuntur, quos Iſaias ſicut per nubes, ita per columbas indicat. *Qui ſunt iſti, qui vt nubes volant: & quaſi columbæ ad feneſtras ſuas?* Hi vnico operi prædicationis Euãgelicæ traditi ſunt, & nullam diuiſionem admittunt: adeò vt primi illi prædicatores, non alteri rei ſe dicerent occupandos; nec baptizandi actui, nec miniſterio ſacræ menſæ incumbendum. *Non me miſit Chriſtus baptizare*, dicebat Paulus, *ſed euangelizare.* Huic vnico operi me ſegregauit, ex vtero matris meæ. Sed quomodo officium hoc poterunt congruè exercere? *De medio*, inquit, *petrarum dabunt voces.* Petrarum nomine ſcriptores ſacros intelligendos innuit Auguſtinus, quorum doctrina ſolida, firma, ſecura, non vaſa teſtea, quæ facilè conterentur, & non ſubſiſtunt. Non de medio Philoſophorum, Poetarum, aut ſecularium magiſtrorum voces eruendæ, ſed de penetralibus ſcripturæ ſacræ. *De medio petrarum.* Non in auda ſuperficie, quæ ſcriptores ſacri tradiderunt, ſunt conſideranda: ſed myſteria, quæ in ſui medio continent, iunt inueſtiganda: inde ſancti prædicatores voces omnibus congruas trahunt: *Omnis enim ſcriptura diuinitus inſpirata, vtilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iuſtitia.* Non tamen incongruè petrarum nomine aſpera, & difficilia mortificationis, & pœnitentiæ opera poſſumus intelligere. Minus efficaces ſunt voces, quas quis dat de molli

Ioã 20.21.

2. Cor. 6.1.

Iſa 40.13.

2. Cor. 3.9.

2. Cor. 6.3.

Pſ 103 12

¶ 85.

In Pſ 103.

In Pſ. 101.

In Pſ. citat. & ſerm. 14 de tempor. Geneſ. 15.

Iſa 60.8.

1. Cor. 1.17

2. ad Tim. 3.16.

molli lecto, opipara, opulentaq; mensa, voluptatum abundantia: illæ efficaces, quæ de medio petrarum, quando prædicator circundatus est patientia, vigilijs, ieiunijs, castitate, pœnitentiæ operibus: quando hatum petrarum cumulum colligit, super quem se constituit, & *suns munimenta excelsa sublimitas eius*, vt dixit Isaias. Non sublimis est, ex eo quòd materiale suggestum ascendit: sed ex eo quod super cumulum earum virtutum, quas exposuit Paulus, se collocat, & constitutum exhibet. Quando tales sunt prædicatores, sperari potest, eosdem futuros nubes vtilissimas, qui pluuiam fructiferam emittant. Vnde statim subdidit Dauid: *Rigans montes de superioribus suis, de fructu operum tuorum satiabi*
Isa.33.16. *tur terra*. Fœlix vertit: *Rigans montes de excelsis, vel de nubibus suis*. Isaias prædicatores sanctos considerans, eos vidit similes nubibus, & auibus, vt dictum est: cui aues fuerint, de medio petrarum dantes voces, ijdem ipsi nubes erunt, per quas terra fœcundetur. Hinc magnus timor, quo sancti prædicatores tenentur, ne propter eorum defectum, & indebitam dispositionem, prædicationis opus reddatur inutile, ac infructuosum. Audi verba Apostoli, quæ omnem expensionem superant: qui ad Ephesios scribēs, postquam eos instruxit, & docuit, quomodo se deberent munire, & armare contra nequitias diaboli, sibimet ipsi timens, orationum illorum petit suffra-
Ad Eph.6. gia. *Per omnem*, inquit, *orationem, & obsecrationem, orantes omni tempore in spiritu, & in ipso vigilantes, in omni instantia, & obsecratione, pro omnibus sanctis, & pro me: vt detur mihi sermo in apertione oris mei, cum fiducia notum facere mysterium Euangelij, pro quo legatione fungor in catena, vt in ipso audeam, prout oportet me loqui.* Vide qualem orationem ab eis expoſcit. Septem, inquit D. Thomas, conditiones requirit in oratione, quam petit, prima, vt sit perfecta, *per omnē orationem*, id est, secundum omnes eius partes, &
In ca.6. ad Eph. lect.5. modos: secunda, vt sit humilis, nō præsumptuosa: *& obsecrationem*: Obsecratio enim est, quando aliquid petitur nō expositis meritis petentis: sed per alicuius rei sacræ repræsentationem, vt cum dicimus: Per tuam crucem, Per tuam passionem. *Per omnem obsecrationem*, id est, per omnium sacrorum adiurationem, inquit Anselmus. Tertia, vt sit cōtinua, *omni tempore*. Quarta, quod *In ca 6 ad* sit deuota, *In spiritu*. Quinta, quod sit *Ephes.* vigilans, *Vigilantes*. Sexta, quod sit constans. *In omne instantia*. Septima, quod sit charitatiua, *Pro omnibus Sanctis*. Et pro quibus talem orationē expoſcis? *Pro omnibus sanctis, & pro me*. Pro omnibus prædicatoribus, diuini verbi ministris, orari vult, quos Sanctos vocat, quia tales illi esse debent, & tales debet eos reputare: non tātum pro illis, *sed pro me*. Quid dicis, ò B. Paule? ait Chrysostomus, discipulis opus habes? Nō tu electus fuisti à Chri- *Ho 23 in* sto, qui de re ipso perhibes: *Paulus Apostolus Iesu Christi, non ab hominibus neque per homines, sed per Iesum Chri-* *Ad Gal.1.1* *stum, & Deum Patrem?* Nonne constitutus ab illo fuisti, qui *Vas electionis* *Act.9.15.* esses, vt eius Euāgelium per orbem portares? Nonne tu dixisti, Deum te, exteroſque Apostolos, *Idoneos fecisse mi-* *2.Cor.3.9.* nistros noui testamenti? Nonne tuo, & ipsorum nomine asseris: *Nos ipsi primitias spiritus habentes?* *Rom.8.23.* Quid igitur te sollicitum reddit? Quid times? Ad quidnam tot tantorumque verborum expressione talia suffragia expoſcis? *Vt detur*, inquit *mihi sermo, in apertione oris*.

§. 27. *Hoc prædicatoribus cum Paulo optandum, & à Deo postulandum, vt detur illis sermo in apertione oris.*

¶ 86.

DVobus modis hæc Apostoli verba explicari possunt: primo, Orate, vt cū aperuero os, det mihi Deus verba, quæ per illud emittere possim, & proferre. Prædicator enim tantum debet os aperire: Deus est, qui ponit verba in ore: vt verius dicatur Deus loqui, quam prædicator, sicut idem Paulus di- *1.Cor.13.3* cebat: *An me loquitur Christus* Videtur Paulus alludere voluisse ad illa Dauidis verba, paulo ante ad aliud institutū inducta, præsenti maximè congrua, si secundum Augustini mentem expendantur. Dei prouidentiam Dauid lau- *In Ps 103. conc.3.*

dat-

dandam aſſumpſit peculiari longoque Pſalmo, in quo id ſingulariter annotat, quod ex montibus aquæ profluunt ad
Pſ 103.13. irrigandos conuallesꝰ. *Qui emittis*, inquit *fontes in conuallibus inter medium montium pertranſibunt aquæ*, id eſt, ex montibus fontes facis ſcaturire, fluentes ad loca humiliora: vnde aquæ collectę inter mõtes ipſos fluunt. Quoniã autem poterat quis interrogare Dauidem: Et vnde montes habent aquas, quas per fontes tanquam per ora profundant? An à ſe ipſis? Reſpondet: *Rigans montes de ſuperioribus tuis de fructu operum tuorum ſatiabitur terra*. Nõ a ſe ipſis montes habent aquas, quas profundant: ſed eas accipiunt *de ſuperioribus tuis*. Chaldęus: *De domo theſauri excelſi*. In Hebræo habetur nomẽ *Gelioth*, à verbo *Ghalah*, quod ſignificat aſcendere: ideoque communiter in ſcriptura ſignificat cubiculum ſecretũ ad quieſcendum, aut cœnaculum, ab aſcẽſione, vel elevatione: hoc n. in ſuperioribus domus conſtituere ſolebant Iudæi, non vt cœnarẽt, ſed vbi quietè requieſcerent, vt videre eſt in hiſtoria Sãctæ Iudith: quo nomine vocatur cœnaculum, in quo filium Sareptanæ mortuum Elias ſuſcitauit: qui *depoſuit eum de cœnaculo, in inferiorẽ domum*: Locus etiam, in quo voluptuoſus Rex Eglon manebat, & *ſedebat in æſtiuo cœnaculo ſolus*. Regia: *In cœnaculo refrigerij*. Brixianus: *In cœnaculo refrigerationis*, Ideo verba Dauidis tranſtulit Hieronimus: *Rigans montes de cœnaculis tuis*, i.e. de cœleſti cubiculo, aut cœnaculo, in quo reſides. Hæc quidem ſecundum corticem: ſpiritualem tamen ſenſum, ex his, quæ eleganter D. Auguſtinus tradit, poſſumus inueſtigare. Quinam n. montes ſunt, niſi prædicatores Sancti? Excelſi quidem propter officij dignitatem, & virtutum eminentiam, quos Chriſtus lucernas ſuper candelabrum poſitas vocauit. Ex iſtorum ore tãquam ex limpidiſſimis, & clariſſimis fontibus aquæ, abundantes doctrinæ fluunt: ab ipſorum enim ore prædicationis verba ſcaturire videmus. Sed nunquid hi montes à ſe ipſis aquam, quã eructant, habent? Nequaquam: ſed à ſuperioribus Dei. Si videas Iſaiam
Iſai 51.16. prædicantem, audi Deum dicẽtem: *Dedi verba mea in ore tuo*. Si Ezechielem concionantem conſpicis, auſculta Deũ, dicentem: *Annuntiabis eis ex me*. Apoſtolos euangelizantes attende, ſed audi Chriſtum, dicentem: *Non eſtis vos, qui loquimini: ſed ſpiritus patris veſtri, qui loquitur in vobis*. Similes ſunt ſancti prædicatores leonibus lapideis, aut æreis, quos in aquarum ſcaturigine, aut fontibus conſtitutos videmus, qui videntur quidem aquam emittere: ſed ſolummodo illi ora aperta exhibent, per quæ aqua à virtute abſcondita emiſſa, profluit. Deus eſt, qui dat prædicatori ſapientiam, ſcientiam, mentem, intellectum, & verba. Obſeruat in huius confirmationem Diuus Thomas illud, quod impius Balaam Propheta, ſpiritu auaritiæ ſuccenſus dixit: *Non potero loqui, niſi quod dederit mihi Dominus*. Quanto minus poterit ſanctus prædicator, qui ſpiritu Dei agitur & excitatur? De ſuperioribus ergo Deus rigat montes: *De cubiculo aut cœnaculo ſuo*, id eſt, donis deſurſum deſcendentibus ex beatitudinis ſuæ ſede. Hæc enim eſt, quæ vocatur cœnaculum, in quo *Deus cœnam magnam fecit*, & præparauit, vt Beatus Gregorius explicat. Dicitur etiam cubiculum, imo, & cubile à Chriſto, dicente in parabola: *Pueri mei mecum ſunt in cubili*. Itaque *omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt, deſcendens à patre luminum*. Merito igitur Paulus pro ſe orandum petit, vt detur ſermo, in apertione oris, id eſt, qui ipſo aperiente os, effluat. Secundò, poteſt explicari, ſi annotemus, in ſcriptura ſacra idem eſſe loqui aperto ore, quod expeditè, clarè, apertè: & quod Hiſpanè dicimus, *Sin pelos en la lengua*. Aliquando enim loquitur quis, labijs ex parte cõpreſſis, quod dicimus, *Entre dientes*, quando non audet clare ſermonem proferre. Quomodo illi, de quibus Ioannes: *Murmur multum erat in turba de eo: nemo tamen palam loquebatur propter metum Iudæorũ*. Ita ſerui Dauidis loquebantur, mortuo puero, non audentes clarè loqui: ſed *Muſſitãtes*. Ita elegantiſſimè Iſaias prę dixit Iudęis futurã eorũ grãdẽ calamitatẽ, *Humiliaberis, de terra loqueris, de*

¶ 87

In ca 6. ad Eph loct. 5.

Numer. 22

Brixian. tom 2 fol. 43 p. 2.

Iudith 8. 3

4 Reg. 17. 19. 21.

Iudic. 3. 20

In Pſ 103. concio. 2. & 3. eit.

Luc. 14. 16

Luc. 11. 7.

Iacob. 1. 17

Ioa. 7. 12. 13

2. Reg. 12. 19

Iſai. 29. 4.

humo eloquium tuum muſſitabit. Septua ginta. *Vox tua infirma erit.* Loquitur metaphora ſumpta ab eo, quem validus inimicus in terram dejecit, & conculcauit, ac contriuit, vt ſurgere non poſſit, qui non audet contra eum claro ſermone loqui: ſed exili voce, labijſque compreſſis: quod eleganter Latinus vocat *Muſſitare*, ex eo, quod hoc verbum pronuntiamus, comprimendo labia, & inter dentes ſolummodo reſonando, quod idem Iſaias vocauit, *Tribulationem murmuris*, id eſt, tribulationem, in qua quis murmurando, & inter dentes muſſitando loquitur. Et vere hoc completum fuiſſe apertè patet ex ijs, quæ Ioſephus refert, in Iudæorum vaſtatione multos pene exanimes inuentos, per vias iacentes, exanimes ferè, gracilique voce, & tenui lacrymantes, & muſſitando conquerentes, &c. Hinc, quod eſt muſſitando loqui, opponitur aperto ore ſermonem proferre. Ita Samuel, aut Salomon, qui iudex erat conſtitutus, ſe à matre ſua ſapienti conſilio perhibet inſtructum: *Aperi os tuum muto, & cauſis omnium filiorum, qui pertranſeunt. Aperi os tuum, & decerne, quod iuſtum eſt, & iudica inopem, & pauperem.* Hoc iudicem integrum ecet: *Aperire os muto*, id eſt, pro eo, qui pro ſe non loquitur in iudicio, aut quia neſcit, ex imperitia: aut quia non audet, propter verecundiam, & inopiam: palam loqui, & eius iuſtitiam aperto ore, id eſt, clarè, & perſpicuè pronũtiare. *Et cauſis omnium filiorum, qui pertranſeunt*, id eſt, peregrinorum, qui pro ſe ipſis loqui non audent, aperta ſententia finem imponere. Apertè inſuper & non muſſitando, pronuntiare, & decernere, quod iuſtum eſt, in fauorem pauperum, & inopum, quantumcumque ſit contra diuites, & potẽtes. Ita explicat Philippus Diaconus illud, quod Sophar Naamathites dixit ad Iob. *Atque vtinam Deus loqueretur tecum, & aperiret labia ſua tibi.* Id eſt, vtinam ita loqueretur, vt clarè & apertè rem totam, de qua agimus, tibi exponeret. Iuxta hanc loquẽdi phraſim intelligimus aptè dictum ab Euangeliſta de Chriſto, quod promulgaturus euangelicam legem, & reformaturus antiqua præcepta, quæ Phariſæi malitiæ ſuæ vitio corruperant, ſedens in mõte, *Aperuit os ſuum.* Inaudita erat expoſitorus, & contra ſententiam omnium ſapientium ſeculi, imo & contra totius mundi mentem, dicturus beatos paupe res, & eos, qui lugent, ac perſecutionẽ patiuntur: diligendos inimicos: bene faciendum perſecutoribus, &c. Hæc non muſſitando pronuntiare volens: ſed aperto claroque intonare ſermone, *aperuit os ſuum.* Ita Euangelicum prædicatorem loqui decet, non muſſitando, aut inter dentes comprimendo vocem, cui impoſitum eſt, vt quaſi *tuba exaltet vocem ſuam.* Ita Euangelicus Propheta Iſaias locutus fuit ad impios principes, iudices, & ciues Ieruſalem, vocans eos, *Principes Sodomorum, & Populum Gomorrha.* Ita perſpicuè, & ſine fuco Ioannes primus Euangelicæ gratiæ annuntiator ad Herodem: *Non licet tibi habere vxorem fratris tui.* Ita Petrus ad principes ſacerdotum, &c. Hoc modo prædicare difficile eſt; perſecutiones enim, & odia pariti: ideoque multi recuſant aperire os prædicando. Petit propterea Paulus pro ſe orationes fundi: *Vt detur*, inquit, *mihi ſermo in apertione oris mei*, vt clarè, aperte, dilucidè loquar. *Cum fiducia*, id eſt, audacter, inquit Diuus Thomas, ſine timore, aut metu: *Notum facere myſterium Euangelij, pro quo legatione fungor.* Hoc contendendum prædicatori, notum facere Euangelij myſterium, & ſecundum Euangelicam legem populum inſtituere. *Ita vt audeam, prout oportet me loqui*, id eſt, prout expedit ad Dei gloriam & auditorum vtilitatem. Nec tantum ab Epheſijs id poſtulauit Apoſtolus: ſed ſimul etiam à Theſſalonicẽſibus, & à Coloſſenſibus, cuius verba expendens Auguſtinus, illius exemplo ſe totum conuertit ad petendas ſuorũ auditorum orationes. Si enim Paulus, tam grandi affectu eas petebat: quanto magis alij prædicatores? Audiſtis fratres (inquit Auguſtinus) admonitionem & petitionem noſtrã ex ore Apoſtoli, cum eius modò epiſtola legeretur. Ait enim orationi inſtantes, vigilantes in illa, *Orantes ſimul, & pro nobis, vt Deus aperiat nobis oſtium verbi, ad loquendum myſterium eius, vt manifeſtem illud, ſicut oportet me loqui.*

Iſai. 26. 1.

1. De bello. c. 27. & 32 & lib. 6. c. 28.

Prou. 31. 8. 9.

In Car. Iob. 11.

Iob. 11. 5.

Matth. 5. 8

¶ 88.

Iſa. 57. 1.

Iſa. 1. 10.

Mat. 14. 4. Act. 4. 8.

In ca. 6. ad Epheſ. lect. cit.

Ad Eph. 6. 20.

2. ad Theſſ. 3. 1.

Præfation. in Pſ. 140.

Ad Col. 4.

Hæc

Nec verba etiam mea deputare dignemini. Sunt enim in scripturis sanctis profunda mysteria, quæ ad hoc abscõduntur, ne vilescant; ad hoc quæruntur, vt exerceant; ad hoc aperiuntur, vt pascant, &c. Hac de causa commune est pijs auditoribus, feruentes orationes pro prædicatoribus fundere, illud agẽtes, quod Apostolus à Thessalonicẽnsibus requirebat: *Fratres orate pro nobis, vt sermo Dei currat, & glorificetur.* Currat (inquit Anselmus) id est, sine obitaculo, festinanter ad omnes perueniat; & clarificetur, id est, clarus, & intelligibilis fiat audientibus, aut clarificetur, id est, claritas eius ostẽdatur per opera audientiũ. Ita S. Epiphanius ad Ioannem Ierosolymitanum Episcopum scribens: Quando complemus (inquit) orationem secundum ritum mysteriorum, & pro omnibus, & pro te quoq; dicimus: Custodi illum, qui prædicat veritatem: vel certè ita: Tu præsta Domine, & custodi, vt ille verbum prædicet veritatis, sicut occasio sermonis se tulerit. Diuus Thomas pro prædicatoribus illud consulit orandum, quod plebs sancta feruenter pro Apostolis orabat: *Da seruis tuis cum omni fiducia loqui verbum tuum.* Sanctè propterea in Ecclesia institutum est, vt in concionis principio, se omnes conuertant ad diuinam opem per medium, & interceßionem Beatißimæ Mariæ Virginis, implorandam, Quod in more cœpit constituere ille Apostolicus prædicator, noster S. Vincentius Ferrarius.

2. ad Thes. 3. In illum locum.

Epi. ad Ioannem Episc. Ieroso.

in 2. ad Thessal. 3. lect 1. Act 19.

§. 28. *Instituitur Quadragesima, vt sit tempus messis, & vindemiæ Christianæ: in qua fideles colligant, quæ in horreo mentis, & cellario cordis retineant.*

¶ 89. Hom. 12. in Ezech. circ.

QVoniam propter auditorum defectum, sæpe auferrur sermo à Doctoribus, vt ex B. Gregorio demonstratum est, debent auditores se ipsos disponere, vt Deus prædicatoribus talia suggerat verba, quibus loquantur, sicut oportet, cum fiducia, & vt verba ad ipsorum corda perueniant: & in ipsis fructificent. Nota est eiusdem Gregorij celebris doctrina, aperire cor, emollire, aut efficaciter mouere, solius Dei opus esse, interius per gratiam operantis: ideoque posse quidem prædicatorem auribus verba dare, & personare, ita vt ad aures corporis perueniant: sed quod cor penetrent, & afficiant, sine Dei speciali fauore præstari non posse. In cuius confirmationem eadem Apostoli verba, quæ paulò ante induximus, citat, & explicat: *Orantes simul, & pro nobis, vt Deus aperiat nobis ostium verbi ad loquendum mysterium Christi.* Loquebatur ille mysteria, sed in corde audientium ostium eisdẽ mysterijs aperiri a Domino precabatur: quia loqui illi poterat; sed cordibus inferre non poterat, nisi Dominus ostium aperiret. Ad idem institutum obseruat S. Prosper Aquitanicus illud, quod S. Euangelista Lucas narrat, prædicãte Paulo in ciuitate Thyatirenorum, aperuisse Dominum cor mulieris cuiusdam nomine Lydiæ purpurariæ, vt intenderet ijs, quæ dicebantur à Paulo, id est, vt mentem attentam, & apertum cor exhiberet. Ideo primum omnium, diuinæ gratiæ auxilium feruentissima oratione implorandum est, & dicendum: *Emitte spiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ.* Deinde, quali se debeant dispositione auditores præparare, inquit Chrysostomus, ostendit ille, qui verbum Dei simile dixit esse semini. Nullus namque agricola tam stultus est, qui nisi velit semen perdere, illud mandet terræ, spinis, & sentibus redundantißimò cum seminaturus est, prius terram aratro proscindit, & excauat, & sentes ac spinas quãtum potest, radicitus euellit, tantò aptiorem, & magis ad semen recipiendum dispositam iudicans terrã, quantò magis fuerit exciſa, excauata, contrita, ac sentibus purgata. Hinc ex professo assumpsit Chrysostomus suadere, eos qui diuini verbi cõciones essent audituri, vt prius attendant se ipsos præparare, per ieiunia, & mortificationis opera, terram suæ carnis excauantes, & eradicantes noxias vitiorum sentes: si enim in agro spinis pleno seminetur, triticum, spinæ virtutẽ

29. Moral. cap. 16.

Ad Col. 4.

3. Contr. Collat. ca. 30. & libr. 1. de vocatione, & libero arbitr. Act. 16. 14

Ps. 103. 30

Hom. in ps. 48. ad fin. tom. 1.

Hom 3. de Saul. & Dauid.

illius ſuffocant, & perducunt vt Chriſtus Dominus dixit. Quis precioſum vnguentum (inquit Chriſoſtomus) in vas aliquod infundi parat, non prius ipſo emundato, & à ſordibus purgato? Quis aquam odoriferã in vaſe immũditijs pleno infundit? Vinum precioſum non emittis in vas terreũ, ligneũ, aut coriaceum, niſi prius emundandũ curaueris; quomodo diuini verbi vinum precioſum, in te effundẽdum credis, omnium iniquitatum immunditia, repleto? Annotat præterea Auguſtinus, neceſſarium eſſe, nõ ſolùm verbum diuinum audire, ſed quod illud retineas in anima, menteq; conſerues. Ita Chriſtus Dominus eos dixit beatos *Qui audiunt, & cuſtodiant Dei verbum* & eos, qui *verbum retinent, fructum afferre*, dixit. In cuius explicationem, & confirmationem annotant Auguſtinus *a* & Gregorius *b* illam egregiam Spiritus ſancti ſententiam *c Theſaurus deſiderabilis requieſcit in ore ſapientis, vir autem ſtultus glutit illum*. Diuinum verbũ aptè vocatur theſaurus, in quo omnia bona, omneſque diuitiæ continentur. *Deſiderabilia*, dicebat Dauid, *ſuper aurum, & lapidem precioſum multum*. Hic theſaurus requieſcit in ore ſapientis. Quid nomine oris intelligendum? Cor ipſum, de quo Dauid dicebat: *Tunc repletum eſt gaudio os noſtrum*. Os fratres mei, inquit Auguſtinus, quod habemus in corpore, quomodo repletur gaudio? Non ſolet impleri niſi aqua, aut cibo, aut potu, aut aliqua re tali, miſſa in os. Impletur aliquando os noſtrũ, & quando plenũ os habemus loqui non poſſumus. Habemus aũt intus os, id eſt in corde. Vnde admonemus charitatẽ veſtram, vt ea, quæ audiendo, tanquã in ventre memoriæ cõditis; rurſus reuoluẽdo, & cogitando, quodammodo ruminetis: Hoc eſt enim theſaurus deſiderabilis requieſcit in ore ſapientis: vir autem ſtultus glutit illum. Breuiter dixit: Sapiens ruminat, ſtultus nõ ruminat. Hoc autem apertè, & Latinè quid eſt? Sapiens cogitat ea, quæ audierit: ſtultus autẽ audita oblitioni tradit. Neq; enim propter aliud in lege, munda ea dicta ſunt animalia, quæ ruminant, immũda, quæ nõ ruminant: nã creatura Dei omnis munda eſt: & artifici Deo tã mũdus eſt porcus, quam agnus: Creauit enim omnia *valdè bona*; & *omnis creatura bona eſt*, dicit Apoſtolus, & *omnia munda mundis*. Cum ergo in natura vtrumq; ſit mundũ, ſignificatione tamen agnus ſignificat aliquid mundũ, porcus ſignificat aliquid immundum. Agnus ſignificat innocentiam ſapientiæ ruminantis, porcus ſignificat immũditiam ſtulticiæ obliuiſcentis, &c. Ita Auguſtinus. Et verè loqui videtur Spiritus ſanctus metaphora ſumpta ab aromaticis maſſulis, quas communiter, *Paſtillas de bitca* appellamus. Conficiuntur quædam maſſulæ, ex rebus cordialiſſimis ſuaue olentibus, ſapidis, & aromaticis: vir cordatus dum aliquam earũ in ore recipit, retinet in illo, vt paulatim humiditate linguæ liquefiat, ſicque virtus eius roboret cor, emolliat pectus, corrigat oris fœtoreẽ, & anhelitum. Qui ſtultus eſt, glutit eã, nullum inde profectum capiens: ſed ita permanens poſtquã deglutiuit, qualis antea erat, eundem oris fœtorem, eandem cordis cõpreſſionem retinẽs. Verbum Dei eſt quaſi maſſula confecta ex omnibus diuinæ apothecæ cordialibus medicamentis, ac aromatibus. *Virtus Dei eſt*, inquit Paulus, *in ſalutem omni credenti*. Firmat, & roborat cœlos; *verbo enim Dei cœli firmati ſunt*: ſalutem præſtat deſperatis infirmitatibus; *Nõ enim herba aut malagma ſanauit eos: ſed ſermo tuus qui ſanat omnia*. Roborat animã, nam *ſuſtinuit anima mea in verbo eius*, &c. Ideo ſapiens, ore cordis capit eam, & verſat, quæ guſtum recreat, cor reficit, mentẽ purgat, voluntatem inflãmat: Stultus glutit eam, ſubitò atque audit, ab ore cordis tranſire facit, nũq; ampliùs eius recordatur: ideoque talis remanet poſt multas conciones auditas, qualis antea erat. Imò ſimiles ſũt multi hederaceo vaſculo, ex hederæ ligno cõfecto, de quo tãquam rem experiẽtia comprobatam refert Pierius, quod vinum defæcatum, & purũ nullatenus retinet, & ſi infundatur vinum aqua mixtum, aquam firmiter cõſeruat, vinũ per poros transfluere ſinit. Multi ſunt, qui ſi prædicator vinũ purũ infundat, Euangelica euangelicè prædicãs; *Non in humanæ ſapientiæ verbis, ſed*

Luc. 8. 7. 15.

In Pſ. 141.

Luc. 11. 28
Luc. 8. 15.

a Ibidẽ, & lib. 50. homil. 45.
b 4. Libr. moral. cap. 55.
c Prouerb. 21. 20.
Pſ. 18. 11.
Pſ. 125. 2.
In Pſ. 125.

¶ 90.

Eccleſ. 11.

Gene. 1. ad Tim. 4.

Ad Rõ. 16.
Pſal. 32. 6.
Sap. 16. 12.
Pſal. 129

Lib. 51.

1. Cor. 2. 4.

Cor. 2. 4. bis, sed in ostensione Spiritus, & virtutis, nihil penitus retinent. Ita prædicante Paulo Athenis, vbi curiositati tantum studebatur; dicebant quidã: *Quid vult seminiverbius hic dicere?* Augustinus legit: *Quid vult hic seminator verborum?* Hic, qui tantum verba profert, nihil ingenio dignum promit: quasi dicas: *Este charlatan, este gridator.* Oecumenius notat vocem Græcam *Spermologus*, quam credit significare auiculam exiguam, & vilem, inutilem ad esum, quia carnes non habet, & ineptam ad oblectationem, quia voce canora caret: quæ quia femina in vijs sparsa legere consueuit, hoc nomine vocatur, cuius meminerunt Basilius *a*, & Aristoteles *b*. Voluerunt hoc nomine indicare, indignum Paulum, qui auditi mererentur; quod ipsorum iudicio, nec solidam doctrinam, nec gratam eloquentiam ostentaret, de quibus consule, quæ diligenter annotauit Lorinus. Vide quale iudicium Athenienses de tali prædicatore tulerint. Ductus similiter Areopagum, vbi antiquiores, & sapientiores totius Græciæ residebant Senatores, tanta prudentia, & sapientia iuxta omnium iudicium excellentes, quod & Proconsules ipsi Romani in Asia existentes grauiores causas definiendas eis committerent, vt Gellius *a*, & Lucianus *b* referunt: de quibus idem Lorinus. Quando grauiora mysteria cepit Paulus proponere, cœperunt, & ipsi simul *eum irridere*, & minus æstimare, quæ maiori, ac suprema æstimatione erant digna. Si verò prædicator vino aquam admisceat, solidæ doctrinæ aliqua noua vocabula à se ipso composita ingerens, aut facetum dictum grauitati doctrinæ incongruum adijciens, aut gentilium fabulas nimia curiositate, & magis ex professo, quam deceat expendens (sæpè enim ita agere, deprauatus gustus, & languens, quem circa diuina in fidelibus videt, impellit) vinũ omninò præterfluere sinunt, solam, & nudam aquam reseruantes, & memoria retinentes: tantum annotant, & obseruant voculas, facetias, fabulas: hæc memoria retinent, commendant, celebrant, extollunt, nihilque penitus seruant eorum, quæ vtilia sunt, & necessaria. Ex his D. Augustinus docet, quid Quadragesimæ dieb. agere oporteat, quos messis, & vindemiæ Christianæ appellat. Sicut tempore, inquit, messium, vel vindemiarum, vnde caro nostra possit sustentari, colligitur: ita in diebus Quadragesimæ, vnde anima nostra in æternum possit viuere, congregetur: quia sicut negligens quisque si tempore messis, & vindemię nihil collegerit, per totum anni spatium fame torquebitur: ita qui hoc tempore spirituale triticũ, & cęleste mustũ ieiunando, legendo, orando, in horreis animæ suæ prouidere, & cõgregare neglexerit, in æternũ diuissimam sitim, & crudelem inopiam sustinebit. Formicæ sapientem prouidentiam scripsit Plin. *a*, quam tanquam experientia cognitam supponit Basilius *b*, & ex illius solerti diligentia Ambrosius *c* cum Salomone nos arguendos assumit. Exigua est, inquit, formica, quæ maiora suis audet viribus, neque seruitio ad operandum cogitur: sed spontaneæ propositо prospicientiæ, futura alimentorum subsidia sibi præstituit; cuius vt imiteris industriam scriptura commonet te: *Vade ad formicam ò piger, & considera vias eius, & disce sapientiam, quæ cum nõ habeat ducem, nec præceptorem, nec principem, parat in æstate cibum sibi, & congregat in messe, quod comedat.* Hoc, quod de formica dictum est (inquit Augustinus) non nimiam solicitudinem erga terrenam sustentationem statuit, vt impij Manichæi credebant: sed positum est, vt quemadmodum formica in æstate colligit, vnde in hyeme pascatur; sic vnusquisque Christianus in rerum tranquillitate, & abundantia, quã æstas, & messis significat, colligat verbum Dei; vt in aduersitate, & tribulationibus, quæ hyemis nomine exprimuntur, habeat vnde spiritualiter viuat; *non enim in solo pane viuit homo, sed in omne verbo &c.* Ecce rationem huius sacri temporis instituendi, vt scilicet tempus sit æstatis, & messis Christianæ. Quid agerent homines, si non quolibet anno tẽpus messis aut mensis Augusti aduenirent? quãta opprimerentur necessitate, & fame? Eo aduenięte, vnusquisque in horrea fructus congregat, qui toto anni tempore durent,

a Homil. 5. Hexaem. *b 8. Deb. ist. animal. In c. 17. act.*

¶ 31.

a Libr. 17. ca. 7. *b In Hermotimo.* *Act. 17. 32*

Ser. 65. tempore.

a Libr. 30. cap. 11. *b Hom 9. hexaemer.* *c 6. Hexaemer. c. 4.*

Prou. 6. 6.

Lib. contra Adimant. c. 23. tom. 6

Matth. 4.

indeq; paulatim extrahit, vt se sustentet. Ita hoc tempore agere necesse est; & vt dixit Apostolus, *oportet obseruare ea, quæ audiuimus, ne forte pereffluamus.* Ideo fratres charissimi, inquit Augustinus, in istis quadraginta diebus quasi totius anni cibaria animæ nostræ, ieiunando, legendo, vel orando prouidere debemus. Nam licèt per totũ annum Deo propitio, lectiones diuinas frequenter, & fideliter audiatis: in istis tamen diebus de pelago, & fluctibus mundi huius, quasi ad portum Quadragesimæ cõfugientes, debemus requiescere, & lectiones diuinas in exceptorio cordis nostri cum silentio, & pace suscipere; vt Deo propitio, pro amore vitæ æternæ vacãtes, quicquid in nauicula animæ nostræ per totum annum multis tempestatibus, id est, peccatorum fluctibus, aut fractum, aut dissolutum aliquid, aut corruptũ, aut perditum est, omni solicitudine in istis diebus reparare studeamus, atque componere. Ita Augustinus. Loquitur ad hoc instituendum egregiè Chrysostomus, congruo vtens exemplo. Aquantes, inquit, non tantum apud fontem habẽt vasa repleta, domum autem redeuntes euacuant: sed illuc ipsa maxima cum cautela reponunt, ne subuertantur, & labor fiat inanis. nũquid aliquis ad fontem cribrum defert, vt aquam asportet? Num vasa rimis plena, quæ retineant? Doctrinam, quam hoc tempore audis, recondere debes, seruare quæ tibi de eleemosyna dicitur, vt videns pauperem, quid agendum sit scias; quæ de charitate, & remissione iniuriæ, vt lacessitus opprobrio, continere te possis à vindicta, &c. Timet nihilominus D. Augustinus, ne hac causa, dies isti potius sint ad iudicium, & condemnationem, quàm ad profectũ. Et verè timendum, ne id multis, quod quibusdam Israelitis, accidat, quibus omnia abundantia cœlestis alimoniæ manna, fuit vermiũ materia; qui quanto maiorem illius quantitatem asportarunt, maiorem vermium copiam in domibus suis repererunt. Abundantia namque diuini verbi, quod per illud cœleste manna fuisse præsignatum, docent Sancti, Patres, multis occasio erit, & materia vermium corrodentiũ animam, & corrupti quò plures habẽt, & audiunt conciones, abundantioremque habent copiam doctrinæ in hac vita; acriores sentient vermes in futura, ex eo quod nullum inde retulerint fructum, vnde poterant grandem sibi salutem præparare. Quot prædicatores audis, quot verba auscultas, quot conciones tibi exhibentur; tot habebis contra te tuæ iustissimæ condemnationis testes, tot serpentes corrodentes cor, & viscera; quòd non curaueris, quæ tibi exponebantur, audire, & obseruare. Hinc D. Gregorius illam habuit cœlestem sententiam, magna expensione dignam, Deum misericorditer agere cum impijs, quos damnandos ipsorum culpa præscitit, subtrahens diuini verbi sui adiutoria, vt grauius iudicium euadant. Considerans id, quod Christus discipulis mandauit: *In viam gentium ne abieritis; & ciuitates Samaritanorum ne intraueritis:* quæstionem proponit: cur Christus Dominus, qui in mundũ pro gentium redemptione venit, discipulos ad prædicandum mittens præcipit eis, ne adirent ciuitates Samaritanorum. Cuius occasione illud expendit, quod supra ex actibus Apostolorum induximus, quod Apostoli volentes prædicare in Asia, *vetati sunt à Spiritu sancto loqui verbum Dei in Asia, & cum tentarent ire in Bithyniam, non permisit eos spiritus Iesu.* Qui fieri potuit, vt Spiritus sanctus vetaret loqui eos, quos vt loquerentur, sapientes, & eloquentissimos fecit, & in igneis linguis super eos descendit, vt in eorum ore omnia genera nascerentur linguarum? Cur non permisit ire in Bithyniam Spiritus Iesu illos, quibus vt in mundum voluersum ad prædicandum euangelium irent, cœlum ascensurus imposuit? Multas huius rei tradunt sancti Patres rationes. Primam generalem, & communem assignant, dicentes, id à Deo fieri, inscrutabilium iudiciorum suorum dispositione, quã infirmitas humana humiliter adorare, non curiosè debet discutere, ne sibi dicatur: O *homo tu quis es, qui respondeas Deo? Nunquid non habet potestatẽ figulus luti, &c.* Id quod credit B. Gregorius Deum ad Beatum Iob dicere voluisse:

Ad Hebr. 2.1.

Ser. 55. de tempore. ¶ 29.

Hom. 37. ad popul.

Ser. 55. de tempore.

Hom. 4. in Euang.

Matt. 10. 5

Act. 16. 6. 7

Ad Rom. 9. 21. ¶ 31.

29. Mor. 6. 32.

Iob 38. 33.

voluiſſe: *Nunquid noſti ordinem cœli, & pones rationem eius in terra?* Ordinem cœli noſſe (inquit Gregorius) eſt, ſupernatum diſpoſitionum occultas prædeſtinationes videre. Rationem verò eius in terra ponere, eſt, ſupernorum iudiciorum myſteria, vel conſiderando diſcutere, vel loquendo manifeſtare. Quod vtique nullus facere poteſt in hac vita poſitus. Diuini verbi prædicationem ſingulariter idem Gregorius intelligit vocatam à Dauide, *Pluuiam voluntariam*: quia non eam nobis pro noſtris meritis, ſed pro ſuæ munere benignitatis, & gratiæ præſtat: in ijs autem, quæ gratiæ ſunt, poteſt vnuſquiſque dicere: *An non poſſum de meo facere, quod volo?* Videndus eſt ipſe Gregorius explicans illud, quod Deus ad ipſummet Iob dixit: *Quis dedit vehementiſſimo imbri curſum? Quis eſt pluuiæ pater, vel quis genuit ſtillas roris?* Ipſe namque Deus curſum imbri diuinæ prædicationis dat, qui quo vult deſtinat, qui pluuiam effundit in eos campos, quos vult, &c. Alias nihilominus rationes huius diuini inſtituti doctores tradunt. Beda credit vetitos Apoſtolos loqui in Aſia, & Bithynia, quoniam ſciebat Deus illarum partiũ homines tunc male diſpoſitos, qui potius contempturi eſſent verbũ Dei, quam recepturi. Sanctus Proſper Aquitanicus, non illis ait, negatam fuiſſe gratiam, ſed dilatam in commodius tempus propter cauſam, quam ignoramus. Qui enim nunc vetuit loqui in Aſia, & Bithynia, poſtea in Aſiam miſit Ioannem, & in Bithyniam Lucam Scholaſticæ hiſtoriæ magiſter refert ex Origene, Apoſtolos ire prohibitos, vbi futuram famem Deus præuidebat, à qua ſuos voluit liberare. Beatus Gregorius quodam in loco, quem ſupra explicuimus, propter peccata Aſianorum, & Bithynianorum credit illis denegatum tunc tam excellẽs beneficium. Sed alio in loco exiſtimat, id à Deo factum miſericorditer cum peccatoribus agere volente, quibus prædicationem nihil profuturã agnoſcit, *ne grauius* inquit, *de contempta prædicatione iudicentur*. Tanto namq; grauior erit alicuius impij damnatio; quanto plura diuinæ miſericordiæ ſubſidia ſuſcepit, quibus vti noluit ad ſalutem. Diuinæ namque gratiæ beneficia, ſicut irrefragabiles ſunt miſericordiæ, & charitatis Dei erga nos teſtes: ita efficaciſſimi ſunt noſtræ malitiæ probatores, quod ſcilicet diuitias bonitatis eius contemnimus. Ideoque quanto magis diuina beneficia erga impios multiplicantur, tanto magis teſtes nequitiæ illorum augentur. Ita iuxta eiuſdem Gregorij mentem non incongruè poſſumus illam ſententiam Sancti Iob expendere: *Inſtauras teſtes tuos contra me, & multiplicas iram tuam aduerſum me: & pœna militant in me.* In Hebræo verbum *Hadas*, quod renouare, & nouum aliquid conſtruere ſignificat, vt vertere poſſis: *Nouos teſtes, validos, inducis contra me.* Sæpè namque quando Deus beneficia erga aliquem multiplicat, nouos teſtes condemnationis nequitiæ ipſius parat, inſtituitque: ideoq; erga huiuſmodi peccatores, non tam miſericordiæ, quam iræ opus eſt, talia beneficia miniſtrare, quæ Deus, vt Auguſtinus dixit, ſicut ſæpè miſericors negat, ita iratus concedit. Inde, *pœna*, inquit, *militant contra me*. Non poteſt magis infœlicitas talium peccatorum exprimi, quam dicendo, ſicut dixit, Petrus: *Melius erat illis nõ cognoſcere viam iuſtitiæ*, & commodius, non audire verbum Euãgelij, quam poſt auditum cõtemnere, aũt vitam nullatenus in melius commutare. Præparate ergo corda veſtra, vt non vobis diuinæ prædicationis verba ſint in iudicium, & condemnationem, ſed in ſalutem, & dum ad concionem acceditis, dicite cum Dauid: *Audiã quid loquatur in me Dominus Deus, quoniam loquetur pacem in plebem ſuam, &c.*

29. Mor. c. 20. Pſ. 67. 10. Mat. 20. 15 29. Moral. cit. c. 15 & 20. Iob 38. 25. 28.

Li. 2. de vocatione gẽtiũ c. 3. & li. de libero arbit. ad Ruffinum. cap. 84.

Hom. 4. in Euan. circ.

1. Pet. 2. 21

Pſal. 84. 9.

§. 29. *Inſtituitur Quadrageſima, vt fideles ad Paſcha ſe diſponant, & quadraginta dierum tempore peccator formetur ad vitam, ſicut fœtus in vtero.*

¶ 94.

ANnotauit S. Thomas rationi congruũ eſſe, quod inſtituatur tempus, quo ſingulari præparatione nos diſponamus ad Paſcha. Quod ex eo probat, quia Iudæi ad antiquum ſuum vmbra-

In c. 1. Ioan. lect. 8. ad finem.

vmbratile Paſchæ, ſoliti fuerunt præcedenti diſpoſitione, per aliquot dies ſe præparare. Inde explicat illud, quod Ioannis. 55. Ioannes dixit: *Proximum erat Paſcha Iudæorum, & aſcenderunt multi de regione ante Paſcha, vt ſanctificarent ſe ipſos.* Nullus inquit D. Thomas, audebat agnum Paſchalem edere, niſi mundus: ideo præueniebant tempus Paſchæ, vt interim purificantes ſe ipſos, poſſent adueniente Paſchate, agnum comedere: & quibuſdam purificationibus ſe ſanctificabant, eo modo quo poterant, quas per oblationes legales perficiebant: aut, vt quidam intelligunt, ieiunijs, vigilijs, orationibus, alijſque ſanctitatis operibus vacabant: vt his ſanctificationibus Paſcha purius, & deuotius peragerent. Si ad illud Paſcha celebrandum, quod tantum erat vmbra quædam, in quo tantũ edebatur agnus carnalis, decens erat per aliquot dies, præcedentibus diſpoſitionibus ſe ſanctificare: quanto magis ad Paſcha noſtrum, quod verum & proprium eſt, ac in illo antiquo præfiguratum, oportebit ſe prius diſponere, & ſanctificare? Omnibus itaque modis congruum eſt, ad illud nos præparare, multis antea diebus vacantes operibus, quibus nos ſanctificemus, & purificemus. Inter omnia autem mortificationis opera, quibus ad ſanctitatem diſponimur, eſt ieiunium: ideo dixit Deus per Prophetam, vt Hieronymus annotat, *Sanctificate ieiunium*, id eſt, per ieiunium vos ſanctificate, & præparate: quoniam ieiunium, grandis eſt ad ſanctitatem diſpoſitio. Sanctorum feſta præcipua, inquit B. Bernardus, Pacrum ſanxit authoritas votiuis præuenienda ieiunijs. Multa ſiquidem peccata quotidie contrahimus, & in multis offendimus omnes, nec tutum omninò eſt celebrandas ſuſcipere feſtiuitates ſacras, maximeque eas, quę maximę ſunt: niſi prius abſtinẽtiæ purificatione præmiſſa, quo & digniores, & capaciores inueniamur ſpiritualium gaudiorum. Hæc & alia Bernardus, annotans ſecundum excellentiam feſtiuitatis celebrandæ, futuram eſſe debere vigiliam. Qualia feſta ſunt nobis celebranda? Certè illud ſolẽne, in quo Chriſtus vetus Paſcha terminauit, & nouum condidit, cum ad communicationem corporis, & ſanguinis ſumus admittendi. Vera itidem feſta Paſchalia peragenda ſunt in Chriſti paſſione, & reſurrectione. Dies igitur ſtatuendi ſunt multi, vt ad tam grandem ſolemnitatem nos præparemus, & ſanctificemus. Hanc rationem proſequuntur Auguſtinus *a*, & Leo Papa, *b* hortantes fideles ad multa pœnitentiæ, & ſanctitatis opera, quæ quamuis toto vitæ tempore ſint congruentia ſingulariter tamen iſto, quod pro Paſchate dignè celebrando conſtitutum eſt, cuiuis Chriſtiano ſunt neceſſaria. Meritò igitur iuxta Ambroſij, Hieronymi, Leonis Papæ, & D. Thomæ ſententiam, tempus inſtitutum eſt, quod ſupremæ ſolemnitatis ſit vigilia. Illud autem ad quadraginta dies ieiunij meritò redactum oſtẽdit S. Cyrillus Alexandrinus, qui expendens legem illam antiquis patribus traditam de percutiente prægnantem, explicat excellenter: cur Moyſes ter quadraginta dierum, & noctium ſpatio ieiunauerit, non magis, neque minus, vt ipſe dixit: ſimiliter, & redemptor noſter; ſicut ſacri Euangeliſtæ referunt. Huius rationem tradit, ſupponens doctrinam, quam Philoſophi tanquam certam ſtatuunt, quod ſcilicet fœtus in vtero muliebri, iuſto quadraginta dierum ſpatio ad humanam ſpeciem, & figuram efformatus cõſiſtit. Per dies enim quadraginta efformatur, & organizatur corpus, & die Quadrageſimo expleto creatur ſimulque infunditur à Deo anima, & fit homo in animã viuentem. Ita quidem accidit ſi efformetur vir: nam ad fœminæ conſtitutionem plures, imo & duplicati dies requiruntur, vt idẽ Cyrillus *c* aſſeruit, proſequiturque Abulenſis *d*, nec omnino diſſentit Ariſtoteles *e*, qui cenſent mares quidẽ efformari ad Quadrageſimũ diem, fœminas ad nonageſimum. Hinc ipſe Cyrillus credit, quem multi Moderni ſequuntur, à Deo conſtitutum, vt mulier ſi maſculum peperiſſet, immunda extitiſſet Quadraginta diebus, ſi fœminam octoginta. Quãuis alij credant hanc differentiã ſtatutam, aut in odium fœminæ, quæ caput fuit peccati in mundo, cuius propterea ingreſſus in eodẽ immundior reputatur: aut

In c.2. Ioel. & in ca.7. Zacharia.

Ser. in vigilia S. Andreæ.

a Ser.71 ex diuerſis.
b Ser.4 de Quadr.
2.2 q.147. art.5.
Li.8. de ador. in ſpirit.
Exod.24.
Deut.9 9. 18.25. Matt. 4.2. & Mar.1. 13.
¶ 95.
c Lib.8 cit. & lib.15. ad finem.
d In ca.12. Leuit.q.21 & 22.
e Lib.7. hiſt. animal.

aut quoniam mulier pariens fœminã, patitur maiorem humorum fluxum, & ſanguinis eruptionem, de quibus noſter Oleaſter. Moyſes erat quaſi mater, & nutrix illius populi, cui illum tanquam matri Deus commendauit, & tradidit dicens: *Porta eos in ſinu tuo, ſicut portare ſolet nutrix infantulũ: & defer in terram, pro qua iurauí patribus eorum.* In vtero ſuæ curæ illos ſuſcepit, & quaſi primo concepit ſemine verbi Dei ex rubo loquentis, eum conſtituentis ducem populi, quem de Pharaonis tyrannide liberaret. Eoſdem enixus fuit multis doloribus & anxietatibus, educens de Ægypto, quaſi in lucem proferens. Sed quia populus per peccatum adorationis vituli, vitam miſit, non tantum animæ, ſed & corporis: in hoc ſenſu, quod Deus decreuerat è vita omnes illos delere, vt iam de illis actum videretur, in ventre ſuæ curæ & ſolicitudinis iterum reſumens, Quadraginta dierum & noctium ieiunio, quaſi de nouo efformauit, & reparauit ad vitam: id quod ipſe aperte exprefſit dicens: *Et ait Dominus ad me: Cerno quod iſte populus dura ceruicis ſit, dimitte me vt conteram eum, & deleam nomen eius de ſub cœlo, &c. Et procidi ante Dominum, Quadraginta diebus & noctibus panem non comedens & aquam non bibens, propter omnia peccata veſtra, &c. timui enim iram illius, qua aduerſum vos concitatus, delere vos voluit, & exaudiuit me Dominus*, ideſt, vitam veſtram conceſſit, vt dicamini vos quaſi de nouo vitam accepiſſe. Ad vitam, inquit Cyrillus, quodammodo parturiuit & efformauit Quadraginta dierum ieiunio. Chriſtus itidem, qui eſt diuini patris ſapientia, (qui ſe vocat matrem pulchræ dilectionis, & timoris, &c. & matrem honorificatam) humanum genus Adæ peccato extinctum, ad vitam ſpiritualem voluit efformare, & parturire: idirco ſuæ curæ, & ſolicitudinis vtero hominem aſſumẽs, Quadraginta dierum, & noctium ſpatio ieiunans, eundem in vitam efformauit, quem intemperantia extinxerat. Idcirco non pluribus quam Quadraginta diebus ieiunium protraxit, quia viros voluit efformare, qui virtute præſtarent, nõ fœminas, quę effeminata debilitate torperent, vt idem Cyrillus demonſtrat. Id ipſum Sancta Eccleſia nobiſcum agere conſtituit. Nati ſumus per baptiſmum filij Dei, diuinam quandam vitam per illius gratiam ſortiti, eam perdidimus per peccatum. Quid igitur agendum? Nos iterum quaſi in ventrem reuocare intendit, ibi de nouo ad vitam formandos. Dicens? *Quomodo poſſunt hæc fieri? Nunquid poteſt homo in ventrem matris iterato introire, & renaſci?* Poteſt ſane, imo hoc contendit Eccleſia, te intra vterum ſuæ peculiaris ſolicitudinis & curæ iterum aſſumere, quem Quadraginta dierum ſpatio foueat per ieiunia & pœnitentiæ opera, Sacramentorum vſum, doctrinæ cœleſtis paſtum: vt hoc tempore completo, te vita formatum, & vere viuentem exhibeat. Ita peccatores, prædicator ille diuinus, qui ſe nutricem, eorum factum clamauerat, efformandos ad vitam ſpiritualem ſuſcipiebat, vt ſanctus Gregorius annotat, qui dicebat: *Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis*, donec in vitam Chriſti efformemini, illam in vobiſme ipſis exprimentes, *vt & vita Ieſu manifeſtetur in carne noſtra mortali.* Hæc Eccleſiæ eſt intentio, his Quadraginta diebus, ita nos ad vitam efformare, vt poſt eos apparente Chriſto per reſurrectionem in noua vita immortali, nos, ſicut ipſemet Apoſtolus dixit, *exhibeamus tanquam ex mortuis viuentes*, virilem fortitudinem tenentes, vt vltra iam non ſubijciamur à dæmone, aut à noſtræ carnis affectibus. Ex ijs procedere iam poſſumus ad explicandum, cur eccleſia ſancta ſingulariter numerum Quadragenarium dierum, ad noſtræ ſalutis, vitæque ſpiritualis remedium ſtatuendum duxerit.

Int. 11. Leuitici. Nu. 11. 12. Deut. 9. 13. 18. Eccl. 24. 24. Ioan. 3. 4. 3 b. Mor. c. 21. Ad Gal. 4. 19. 2 Cor. 4. 10. ad Ro. 6. 13

§. 30. Nu-

§. 30. *Numerus Quadragenarius dicitur Sacratus, quem singulariter Moyses seruauit tres Quadrageſimas integrè ieiunans, & Elias ſubcinericio pane roboratus.*

¶ 95. MVlta ad hoc inſtitutum ſancti Patres pertractant, docentes, numerum Quadragenarium aliquid magni continere, ratione cuius aptiſſimè myſterijs ſignificandis perpetuò fuit à Deo electus S. Baſilius *a* vocat numerum *pretioſum*; Ambroſius *b myſticum*, *aut myſterijs plenum*: Petrus Chryſologus *c Sacratum à ſeculis, myſticum, aptum cœleſtibus ſecretis, & ſemper in officiendis rebus diuinis et maximis Dei negotijs, explicandis lege inuiolabili adhibitum*; Auguſtinus *d Sacratum, in quadam perfectione conſiſtentem*; & iterum *e, ſalutarem, & myſticũ*, Hieronymus *f pœnitentiæ congruum*, Hilarius *g, diabolo metuendum*: Hocque numero dierum, ſacramenta contineri obſeruatione digna, tradiderunt Gregorius *h*, Iſidorus *i*, & Concilium octauum Toletanum *K*. Illam frequenter S. Auguſtinus *l* huius rei expendit rationem, quam ex Arithmetica, & philoſophia declarat, hunc numerum aptè induci ad totum huius vitæ laborioſæ tempus ſignificandum. Ideoque annotat à quibuſdam acute fuiſſe obſeruatum, Matthæum, qui regiam inſtituerat in Chriſto inſinuare perſonam, excepto ipſo Chriſto, Quadraginta tantummodo homines in generationũ ſerie nominaſſe, quo indicaret, nos in præſenti ſeculo ſecundum diſciplinam laborioſam oportere regi à Chriſto. Qui etiam, id quod promiſit, ſe cum hominibus permanſurum vſque ad finem ſeculi, ex eo voluit confirmare, quod Quadraginta diebus poſt reſurrectionem, cum illis permanſerit. Hæc latè ille proſequitur *m*. Sed id ſæpiſſimè repetit *n*, hunc numerum perfectæ integræque pœnitentiæ agendæ eſſe accommodatiſſimum: quod & B. Hieronymus *o* diuerat, & excellenti claraque ratione S. Petrus Chryſologus *p* explicare videtur, ex eo quod inter omnes figuras, quadrata eſt ſtabilior, firmior ac ſecurius conſiſtens; cui rotunda oppoſita eſt, quæ rem non permittit ſtabilem, & quietam conſiſtere. Vnde veteres, fortunam rotundo lapidi infidẽtem pingere inſtituerunt, ſapientiam in quadrato ſtatuebant, volubilem illam, iſtam verò firmam, & inconcuſſam iudicantes. Deorum item ſimulachra, quadrantalia fiebant, vt Pauſanias author eſt, vt eorũ ſtabilitas inde ſignificaretur. Iupiter enim ipſe manens ſtabilis, dat cuncta moueri, vt veteres poetæ canunt. Ideo ciuitas illa Ieruſalem ſuperna in æternũ à Deo conſtituta & firmata, in qua qui habitabit, *non commouebitur in æternum, in quadro poſita*, offenſa eſt Ioanni. Hinc translatum eſt nomen, vt ad rem ſtabilem, æqualem vndiq. & bene aptatam ſignificandam, dicamus, eam eſſe quadratam. Hinc Ariſtoteles, quadratum ſimpliciter virum per translationem dictum aurumat, ad virum ſtabili virtute perfectũ: quo nomine vſus eſt Ambroſius: & ideo Origenes putat ſapientes viros, & doctrina perfectos, expreſſos per ligna leuigata, aut quadrata, ex quibus Deus arcam Noe fieri iuſſit. Quo etiam nomine virtutes perfectas, ſibi inuicem aptiſſimè conuenientes ſignificatas credit. Quadrageſima itaque, inquit S. Petrus Chryſologus, in quatuor decades, quadratam fidei continet diſciplinam: quia ſemper eſt quadrata perfectio. Idcirco numerus iſte aptus eſt ad pœnitentiam, quæ quadrata eſſe debet, id eſt, firma & ſecura, quam Apoſtolus *ſtabilem* vocat, & perfectam, omnibus vndique ſuis partibus conſtituta, per quam homo quouis ex latere dolatus maneat, aptus qui in cœleſti ædificio reponatur, quod non niſi ex lapidibus quadratis, & fectis extruitur, melius quam ciuitas Ecbatanis, quam vt perpetuo firma conſiſteret, ex talibus lapidibus Arphaxad rex Medorum ædificauit: nec lapides, qui tales non fuerint, admittuntur ad ædificandos muros Ieruſalem ſuperæ, minus quam ad reædificationem murorum terrenæ Ieruſalem, & montis Sion, tantum *lapides quadratos*, Ionathas admittẽdos decreuit. Hinc ſancti Patres procedunt ad ex-

Apud Pierium. l. 39.

Pſal. 124. Apo. 21. 16

1. Ethicor. et ad Thaodectem. 3.

2. Cor. 7. 10.

Iudi. 1. 1. 2

1. Mach. 11. 12.

a Homil. in 4. Mart.
b Lib. 4. in Lucam.
c Ser. 11. ex 166
d Tract. 17 in Ioan.
e Serm. 63 de temp.
f In cap. 3. Ioue.
g Can. 3. in Matth.
h Ho. 16. in Euãgelia.
i Libr. 1. de Eccl. officiis. c. 36.
k Canon. 9.
l 2. De conſenſu Euang. c. 4.
m Lib. 83. qq q. 81. & Epi. 119. ad Ianuar.
n Li. 5. qq. in Deuter. q. 45. & tract. 17. in Ioan. & li. 1. qq. in Gen q. 69
o in c 3. Ionæ cit.
p Ser. 118. cit.

ca expendenda, quæ in ſcriptura facta exprimuntur, quibus oſtenditur, ſingulariter hunc numerum à Deo perfectæ pœnitentiæ conſecratum. Quadraginta dierũ pluuia, vt Petrus Chryſologus *a*, Ambroſius *b*, Auguſtinus *c*, & Hilarius *d* annotant, mundi peccata Deus delenit, terramq; horrenda corruptione purgauit. Salutaris, & myſticus eſt quadragenarius iſte numerus; innuit Auguſtinus, & iam illo tempore, myſterium in figura erat diſpoſitũ: nam ſicut tunc quadraginta dieb. pluit Deus aquas ad purgandum mundum; ita & nũc quadraginta diebus miſeretur, & miſericordias profundit ad hominem purificandum. Quadraginta dies ſepulturæ, quos exprimit ſcriptura, inquit Auguſtinus *e*, hoc ipſum ſignificant. Quadraginta namque diebus condiebantur corpora vitorũ inſignium apud Aegyptios, vt à corruptione ſeruata, ſepulturæ traderentur. Apud quos primò viguiſſe conſuetudinem condiendi corpora aromatibus, tradunt Herodotus *f*, & Diodorus *g*: quem morem Ioſeph Aegypti præfectus, & princeps erga patrem ſuum ſequutus fuit: illo enim mortuo *h*, *præcepit Ioſeph ſeruis ſuis medicis, vt aromatibus condirent patrem ſuum*. Pro nomine *Medicis*, Septuaginta poſuerunt, *Entaphiaſtas*: & obſeruat Auguſtinus *i*, non inueniſſe linguam Latinam, quomodo illud nomen transferret, quòd ſignificat illos, qui id agunt, quod exhibetur corporibus humãdis, vel condiendo, vel ficcando, vel inuoluendo, & alligando, in quo opere maximè Aegyptiorum cura præcelluit. Interpres Chryſoſtomi *k*, transfert *Pollinctores*, qui ita vocantur, à polliẽdis cadaueribus, quod nomen latis eſt apud Latinos commune, quo vſus Poeta dixit: *l Iam ſcrobe, iam lecto, iam pollinctore parato*. Alij vocant, *Libitinarios*, à Libitina Dea, in cuius ęde ſeruabantur, & vendebantur, quę ad inſtructionem pompæ funebris erant neceſſaria, quorum meminerũt Liuius *m*, & Seneca *n*: Quamuis autẽ neminem alium inuenniamus, ſimiliter conditum in populo Dei, nec âte Iacob, nec poſt, vſque ad Aſa regem Iuda *o*, cuius corpus *poſuerũt ſuper lectum ſuum plenum aromatibus, & unguentis meretricij, quæ erant pigmentariorum arte cõfecta, & combuſſerunt ſuper eum ambitione nimia*: id tamen licitũ eſſe, docet D. Th. & ex Chriſti ſepultura ipſe Auguſt. demonſtrat. *Quibus iuſta explentibus, trãſierunt quadraginta dies*: id eſt, huic operi per quadraginta dierũ ſpatium intenderunt: *iſte quippe mos*, inquit facer textus *r*, *erat cadauerum conditorum*. Pœnitentia eſt, inquit Auguſtinus, per quam ſepeliuntur peccata, illaque vera eſt, in qua omnia peccata ſepulta relinquuntur, imò, & per eam homo peccator mortuus, ſepelitur cũ Chriſto; eo modo, quo Apoſtolus *ſ* dixit de baptiſmo, in nouitatẽ vitæ, aut in nouam vitam per Dei gratiã reſurrecturus. Oportet propterea, aromatibus myrrhæ amariſſimæ præſeruantis à corruptione, id eſt pœnitentiæ operibus condiri. Ad hoc inducuntur medici ſpirituales, confeſſarij, doctores, prædicatores, qui artem condiendi calleant, quò omnem corruptionem, & vermes expurgent. Id ipſum Ambroſius *t*, Hilarius *u*, Auguſtinus *x*, ex ieiunio Moyſi oſtendẽt, quod quadraginta diebus perfectum fuit. Obſeruandum eſt cum Oleaſtro *y* (quod alibi indicauimus) Moyſem non ſemel neque iterum, ſed ter, grande ieiunij̃ arripuiſſe, quando grauiſſima voluit perficere negotia: & ſemper vt perfectum eſſet, ac omnibus numeris abſolutum, ad quadraginta dierum, & nocti̇um numerum protraxit, treſque quadragenas excellentiſſimas egit.

Primò, quando legem primitus accepit in tabulis, quas ipſemet Deus ei tradidit, tunc *perſeueraui*, inquit, *in monte quadraginta diebus, ac noctibus, panem non comedens, & aquam non bibens, deditque mihi Dominus duas tabulas lapideas ſcriptas digito Dei, &c.* Secundò, quando poſt illas priores tabulas propter idololatriã populi cõfractas, iterum aſcendit in montem, veniam peccatoribus impetraturus, & legem iteratò ſuſcepturus. Tunc enim *procidi*, inquit, *ſicut prius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus panem non comedens, & aquam non bibens propter peccata omnia veſtra, &c.* Tandem cùm populus propter diffidentiæ peccatum

¶ 97.

a *Ser. 166. cit.*

b *Ser. 34. & lib. 4. in Lucam.*

c *Serm. 69. de tempore.*

d *Can 3. in Matth.*

e *Lib. 1. qq. in Geneſ. q. 169. & lib. locutio. nũ in Gen. ad finem.*

f *Lib. 2.*

g *Li. 2. c. 5.*

h *Ge. 50. 2.*

i *Li. locut. in Gen.*

k *Hom. 67. in Gen.*

l *Martial. lib. 10.*

m *Lib. 40.*

n *Lib. de benefic.*

o *2. Paral. 16. 14.*

p *3 ſ. 9 51 2. 2. ad 2.*

q *Tract. 120. in Ioann. & 3. de doctrin. Chriſt. & li. de cura pro mortuis agenda.*

r *Ge. 50. 3.*

ſ *ad Ro. 6.*

t *Lib. 4. in Lucam.*

u *Can. 3. in Matth.*

x *Ser. 65. de tẽpore.*

y *In cap. 9. Deutr.*

¶ 98.

Deut. 9. 9.

Deut. 9. 18 & 10. 10.

catum circa ingreſſum in terram repromiſſam, ita Deum prouocauit, vt voluerit Deus illum penitus delere. *Deut. 9 25* *Et in cui*, inquit, *coram Deo quadraginta diebus, & noctibus, quibus cum ſuppliciter deprecabar, ne deleret vos, vt fuerat comminatus.* Qui vitam Moyſi diligenter attendunt, conſiderant, eũ vixiſſe per tres quadragenas annorũ, cuius integræ, iuſtaque ætas fuit centũ viginti annorum. Primam annorum quadragenam (vt exiſtimo) egit in palatio Pharaonis, in quo poſtquam mirabiliter ſeruatus, & à filia regis adoptatus, omni ſapientia Aegyptiorum fuit eruditus, inſtructuſque, quousque, vt inquit Apoſtolus, *grandis factus, negauit ſe eſſe filium filiæ Pharaonis, & magis eligens affligi cum populo Dei, quàm temporalis peccati habere iucunditatem.* patium reliquit, tũcque ſecundam annorum quadragenam incœpit: cùm enim impleretur ei quadraginta annorum tempus, inquit B. Stephanus, mentem applicauit, vt de liberandis fratribus ſuis cogitaret, & *Act. 7. 23.* *aſcendit in cor eius viſitare fratres ſuos filios Iſrael.* Expende illud, *aſcendit in cor eius, viſitare:* credo enim voluiſſe Stephanum his verbis ſignificare, tunc Moyſen iam de liberando populo cogitaſſe, & ad id mentem appoſuiſſe, qui, vt idem Stephanus paulò inferius annotat, iam nouerat ſe electũ *Act. 7. 25.* à Deo, *vt per manum eius daret ſalutem illis*, id certè ex diuino impulſu agnouit. Rẽ propterea aggredi conſtituens, interfecit Aegyptium, opprimẽtem quendã ex fratribus ſuis: quod tãdem cauſa fuit, vt in Madian fugeret, vbi illam ſecundam annorum quadragenã egit, paſtorali implicatus officio. Cùm iam autem octoginta annorum eſſet, apparuit ei Dominus in rubo, & tertiam annorũ quadragenam liberando populo Iſraelitico inſumpſit. Tribus quadragenis annorũ, tres quadragenæ ieiuniorum reſpondent, vt cuiuis anno vitæ, dies ieiunij validi reſpõdeat, nec annus beati viri ſine die ieiunij agnoſcatur. Perfectum ſanè ieiunium, per quod primò ad diuinę colloquutionis familiaritatem fuit admiſſus, & legislator conſtitutus: ſecundo, Deũ bene ad ſe cum videre meruit, & iteratò legem accipere, & veniam populo impetrare: tertiò, diuinam iram ſedauit, Deumque reddidit placatum, ac populo vitam acquiſiuit. Aptus ſanè numerus dierum ieiunij, qui ſi vt decet, percurritur, congruus eſt ad obtinendam gratiam, impetrandam veniam, & nos diſponendos ad myſteria diuina conſpicienda. Præterea S. Auguſt. id ſimiliter annotat ex quadragena veberum, qua delicta puniri Deus ſtatuebat. Peccatores multos morte puniendos Deus ſtatuit: quos tamen in vita volebat ſeruari, ſtatuit quadraginta flagellorum verbere punire, qui nullum penitus peccatum inultum relinquit, vt ipſe Auguſtinus probat, & peccatorem in vita vult ſeruari. Id autem aptè fieri decreuit, perducendo plagas verberum vſque ad numerum quadragenarium, & prohibendo illum excedere: vt hinc vita ſeruetur, inde peccatum puniatur. Quo ſupplicij genere Paulus perhibet *à Iudæis ſe quinquies* affectum. Nota eſt Dei vox dicentis: *Nolo mortem peccatoris ſed vt conuertatur, & viuat.* Qui peccatorem viuere vult, peccata puniri, & occidi intendit. Vltio ergo talis adhibenda, per quam peccator ſupplicio quidem afficiatur; ſed non eius vita abſumatur. Protrahatur hoc ieiunium, & pœnitentiæ, ac mortificationis opera ſingularia ad dies quadraginta: ſed non amplius ieiunij quadrageſimalis præceptum ſe extendat. De quibus optimè Diuus Auguſtinus loquitur, oſtendens, Quadrageſimæ tempus non tam longum, quod ſit faſtidiendum; non tam breue, vt agendæ pœnitentiæ, & vindicandis peccatis non ſit ſufficiens. In huius confirmationem annota numerum illum quadragenarium, ſufficientem, & non prolixum, aut excedentem comprobari, ex morte, & reſurrectione Chriſti: Chriſtus enim per 40. horarum ſpatium in ſepulchro manſit, vt alibi oſtendemus. Non quidem minori, ne non mortuus, ſed mortificatus crederetur: non maiori, ne de eius reſurrectione deſperari poſſet. Si enim nondum tribus diebus expletis iam cœperũt deſperare, qui in Emaus ibãt: quid fieret ſi longius reſurrectionis

Lib. 5. qq. in Deut. q. 45. ¶ 99.

In Pſal. 58

2. Cor 11. 24. *Ezec. 33. 11*

Ser 69. de tempore.

suæ opus differret? Aptus numerus 40. horarum, sufficiens ad probandum verè illum extitisse mortuum; & nõ prolixius, sed breui termino conclusus, vt infidelitati aditus præcluderetur. Similiter post passionem suam suscitatus, permansit in terra per dies 40. resurrectionem suam multis argumentis demonstrans. Qui 40. horis mortuus permansit, 40. diebus se viuum demõstrauit, vt cuiuis horæ mortis, dies vitę responderet. Congruus numerus. Oportebat siquidem Christum suam resurrectionem comprobare: & necessarium erat, vt ad patrem ascenderet. Vtrumque autem factum est 40. dierum spatio, per quod abũdè nimis fuit resurrectio cõprobata, & ascensio nõ prolixè, aut fastidiosè dilata. His addit Ambrosius 40. annos, quibus Israelitæ in deserto, pane cœlesti sustentati egerunt. Quadraginta, inquit, annos in eremo constituti patres panem angelorum, & cœlestis almoniæ gratiam consecuti sunt; nec antequam mystici numeri tempus explerent, terram repromissionis intrare meruerunt. Quadraginta diebus, ait Petrus Chrysologus, terram promissionis exploratio missa diuinitus circuit, vt hic sacratus numerus Israelitas ad terras promissas reuocaret; q. nos quadragenarijs curribus euocae, & perducit ad cę ũ. Quadraginta na nque diebus, nostri corporis terrã exp'orat, nunc cœlestis inspe& o, vt expugnatis vitiorum gentibus, regionem nostri cord s possideat turba virtutum. Quadraginta dies affi&ionis, quibus populus Dei fuit affectus, quibus Goliath stetit exprobrans contra eum. Quadraginta dies, inquit idem D. Petrus Chrysologus, Ezechiel iacens latere vno, captiuitatem futuram dum prafigurat, absoluit; quia sacratus numerus ille suscipit iniquitates, vt deleat iniquitates, vt absoluat ingreditur, vincula patitur vt relaxet. Quad aginta itidem annis, quibus apud eũdem Ezechielẽ, Aegyptus deserta cogitur quodammodo agere pœnitentiam. Et vt finem imponamus, expende cũ sanctis Patribus ieiunium Eliæ, quo dispositus fuit ascendere montem Dei Horeb, & Dei familiari colloquio frui; fuit enim ieiunij quadraginta dierũ, & noctium. Persequebatur illum crudelissima fœminarum Iezabel, & ad mortem toto pectore quærebat. Fugit ille longaq; via ei erat agenda 40. dierum, & noctium, vt suæ libertati esset cõsultũ. Vt animosè fortiq; animo illam cõficeret, angelus dormientem excitanit, manu *tangens, & dicens: Grandis tibi restat via*: cui statim in exordio panẽ subcinericium ministrauit tantæ virtutis; ac roboris, quod *surgens, & comedens ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus vsq; ad montem Dei Horeb.* Magnus celebrisq; mons, meritò Mons Dei vocatus, in quo prima apparitio ad Moysen in rubo facta fuit, omni admiratione digna? in eodẽ Moyses petram virga percutiens, largissimã aquarũ copiam exhibuit fluentem: Ibi Moyses orans, victoriam contra Amalecitas insignem reportauit: in eum Deus magna cũ maiestate descendit daturus legem: ibi Moyses primò legem accepit ieiunans quadraginta diebus, & noctibus; & ibidem legem iteratò suscepit, iteratò etiam ieiunio, quo veniam populo impetrauit, &c. Agenda nobis est via, qua fugiamus, & liberemur à carnis nostræ crudelibus insidijs, quæ mortem nostram perpetuò intendit, meritò hinc Paulus dixerit; *Ergo fratres debitores sumus non carni, vt secundum carnem viuamus. Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini*, quã propterea, vt optimè annotauit Origenes, impia Iezabel Eliam persequens a lumbra uit. Vt autem nostræ saluti consulamus, non minor via, quam quadraginta dierum agenda imponitur, per quã ad montem diuinæ gratiæ, & amicitiæ, suaues cum Deo collocutiones habituri perueniamus, & in die resurrectionis cum Domino gloriemur. Excitat nos in primis Ecclesia manum extendens, & tangens caput, & quos excordatos, ac quasi somno oppressos videt, ad nosmetipsos reuocare procurat dicens: *Memento homo*: panemque porrigit subcinericium, ieiunium scilicet subcinere. Si quæras, quis sit panis nutriendæ animæ aptus? respondet Chrysostomus: Ieiunij animæ nostræ alimentum est: & sicut corporalis cibus

Lib. 4. in Lucam. *Exod. 16. 35.* *Serm. 166.* *Num. 13. 26* *1. Reg. 17. §. 17.* *Serm. 166.* *Ezech. 4.6* *Ezech. 26. 1 12.* ¶ 100. 3 *Reg.* 19. 3 *Reg* 19. 8. *Exod* 3. *Num* 11. *Exod.* 17. *Exod* 19. & 20 *Exod.* 24. & 31 32. 33. & *Deut* 9 & 10. *Ad Rom.* 8. 12. *in Psal.* 36 *Hom* 1. *Hom.* 1. *in Genes.*

cibus impinguãt corpus; ita, & ieiunia animam. Pingueſcit anima ſpirituali adipe ieiunij, inquit Ambroſius *a*. Hoc cibo illam roborari, ex pueris Babyloniæ oſtendunt idem Ambroſius *b*, & Baſilius *c*, & ſingulariter Athanaſius, *d* qui etiam ad roborandum corpus, vtile ex eiſdem demonſtrat: qui quò magis ieiunabant, robuſtiores, & corpulentiores reddebantur. Hic panis, quẽ ex doctrina Euangelica cõfectum exhibet Eccleſia, ſub cinere offertur; vt ieiunium grande, & forte cum humilitate, & cordis contritione, quam cinis indicat, arripiamus, ſimileſque ſimus Dauidi, qui de ſe dicit, quòd *cinerem tanquam panem mãducabat*, quod ideo Genebrardus dictum credit, quia panem cinere ſuffundebat, & cineris puluere aſpergebat, quem manducandum volebat aſſimere. Comede, *grandis enim tibi reſtat via*, longum iter agendum, à regione longinqua, ad quã peccando peruenimus; ad paternam domum, à peccato ad gratiam, ab inferis ad cœlos, à morte ad vitam, &c. Alias rationes, cur ſub quadraginta dierum numero ieiunium ſit indictum proſequitur D. Thomas, ille videndus eſt.

a Epiſt. 82. ad Eccleſiam Vercell.
b Lib. de Elia.
c Hom. 1. de ieiunio.
d Lib. de virginit.
Pſ. 101. 10
2. 2. q 147. art. 5.

§. 31. *Quadrageſimam Apoſtoli conſtituerunt ex Chriſti Domini præſcripto; potius illius promulgatores quàm inſtitutores vocandi.*

NOn ſolùm per ea, quę dicta ſunt, huius ſacræ obſeruationis Quadrageſimæ ſanctiſſima, & neceſſaria inſtitutio demonſtratur, ſed tam concordi omnium ſãctorum Patrum ſententia, & vnanimi comprobatur doctrina; vt mirum ſit, quomodo hæretici illam audeant reijcere. Docent enim hanc inter eas cæremonias ſacras recenſendam, quas ipſemet Chriſtus Dominus conſtituit, quamuis in ſacro Euangelio expreſſa non fuerit. Quædam in Eccleſia ſua Chriſtus mediatè ſtatuit per prælatos illius, quibus dixit: *Qui vos ſpernit, me ſpernit: & qui vos audit, me audit*, alia ipſemet verbo ſuo expreſſo conſtituit, & ordinauit, & Apoſtolis promulgãda, & exequenda commiſit: ſicuti de ſanctæ extremæ vnctionis Sacramento fides Catholica docet, ab ipſomet Chriſto inſtituta, & eius iuſſu ab Apoſtolis promulgato, ſignanter à Beato Apoſtolo Iacobo in ſua canonica Epiſtola. Chriſtus enim *poſt reſurrectionem ſuam, præbuit ſe ipſum viuum diſcipulis ſuis, per dies quadraginta apparens eis, & loquẽs de regno Dei*. Nomine Regni Dei; Eccleſiam Chriſtus Dominus voluit intelligere, quæ ad illam pertinent explicans, per illas parabolas, quas propoſuit dicens? Simile eſt regnum cœlorum decem virginibus, grano ſynapis, reti miſſo in mari, &c. Eſt ille legitimus Eccleſiæ rex, & caput, qui in cœlum cõſcendere volens, grandẽ, quã de ſuo regno habebat curam, voluit demonſtrare, per dies quadraginta loquens, inſtituens; & docens eos, quos principes, & paſtores, ſui loco ad eiuſdem regni gubernationem reliquebat, quomodo regere deberent, quæ agere, quæ conſtituere, &c. Idcirco intelligendum eſt, illis diebus docuiſſe Apoſtolos eis, quæ ad Eccleſiæ monarchiam pertinent, & eius Hierarchiam diſpoſuiſſe, declaraſſeque Summi Pontificis primariam authoritatem, Epiſcoporum inſtitutionem, Sacramentorum vſum, & ritum, quomodo regendi fideles per legum ſanctarum conſtitutiones: quomodo inſtituendæ ſolemnitates, ſignanter quomodo ſanctum Miſſæ ſacrificium offerendum, &c. Inter cætera autem exiſtimo, à ipſo ordinatum, vt quadrageſimalis ieunij obſeruantia quolibet anno inſtitueretur. Id quod aperte à Sanctis Patribus obſeruatum inuenio. Hieronymus dicit, ſolemnes ieiuniorum dies à Chriſto Domino nobis relictos. *Videtis fratres*, inquit S. Petrus Chryſologus, *quia quod quadrageſimam ieiunamus, non eſt humana inuentio, authoritas eſt diuina, & eſt myſticum, non præſumptum, nec eſt de terreno vſu, ſed de cœleſtibus eſt ſecretis. Communis noſtri omnium Dominus*, inquit Chryſoſtomus de Quadrageſima agens, *veluti filios diligenter amans, cupiens ea qua vnquã peccauimus, nobis abluere, hanc qua per ieiuniũ fit, curationẽ adinuenit*. Ex quo infert, nũ a nobis ſingulariter glorifican-

¶ 101.
Iacob 5. 14. Act. 1. 3.
in c 58. Iſ.
Serm. 11.
Hom. 1. in Geneſ. in princip.
Luc. 10. 16

ficandum, *qui hanc nobis optimam aperuit constituitq; viam.* Deuotionē Sanctæ Quadragesimæ prędicātes, inquit Ambrosius, sacrarum literarum exemplа protulimus, quibus approbaremus, *hunc quadragenarium numerum nō esse ab hominibus constitutum, sed diuinitus consecratum, nec terrena cogitatione inuentum, sed cœlesti maiestate præceptum.* Et infrà. *Hæc non tam sacerdotum præcepta, quam Dei sunt: atque ideo qui spernit, nō sacerdotem spernit, sed Christum.* Et iterum: *Hanc obseruantiam nobis indixit Dominus, & hanc Quadragesimam largius est nobis Dominus.* Et iterum a vocat Quadragesimam *indictum à Domino ieiunium.* Et alio in loco b docet, Christum ieiunasse quadraginta diebus, & noctibus, vt quod imperaturus erat verbo, prius suo demonstraret exēplo. Bonus medicus potiùm, quod ægro daturus erat, prior ipse voluit gustare, &c. Hinc intulit, cum qui Quadragesimæ ieiunia transgreditur, *contra præceptum Domini* agere. *Nos*, inquit Hieronymus, *vnam Quadragesimam secundum traditionem Apostolorum, toto anno, tempore nobis congruo ieiunamus.* Expende illud, *secundum traditionem Apostolorum.* Non ait secundum constitutionem Apostolorum; multa enim tradiderunt Apostoli non constituentes: sed quæ à Christo constituta erant intimantes, sicut cum dicit Paulus: *Ego enim accepi à Domino, quod & tradidi vobis.* S. Augustinus censet, præceptum Quadragesimalis ieiunij Euangelicum esse, qui postquam retulit ieiunium quadraginta dierum Moysi, & Eliæ, & ipsius Christi, subdit: *Præcipitur enim nobis & ex lege, & Prophetis, & ipso Euangelio, quod testimonium habet à lege, & Prophetis (vnde etiam in monte, & inter vtramque personam medius saluator effulsit) vt ab omnibus mundi illecebris, quibus captiui homines, obliuiscuntur Deum, auiditatem nostram, tamquam ieiunio temperantia refrænemus, quandiu perfectio decalogi legis, tanquam psalterium decem chordarum per quatuor eiusdem mundi partes, id est, toto orbe prædicatur: vt decem quater ducta quadragenarium numerum signent.* Et iterum: *Quadragesima sanè ieiuniorum habet authoritatē & in veteribus libris ex ieiunio Moysi & Eliæ, & ex Euangelio: quia toties diebus Dominus ieiunauit, demonstrans Euangelium non dissentire à lege & Prophetis. In persona quippe Moysi, lex: in persona Eliæ, Prophetæ accipiūtur, inter quos et in monte gloriosus apparuit, vt euidentius emineret, quod de illo dixit Apost. testimonium habens à lege & Prophetis. Siue ergo in lege, siue in Prophetis, siue in Euangelio, quadragenarius numerus nobis in ieiunio commendatur.* Hæc & alia B. Isidorus a, eisdem verbis latissimè prosequitur. Huius sacri ieiunij institutionem credit Origenes b, & indicat Hieronymus c iam à Christo fuisse prædictam, dum in mundo viueret. Indignati sunt enim aliquando Pharisæi Domino, cur non ieiunarent discipuli eius; quibus ille respondit: Quia non possunt filij sponsi ieiunare, quam diu cum illis fuerit spōsus. *Venient dies, quibus auferetur sponsus, & tunc ieiunabunt.* Montanus, Prisca, & Maximilla, inquit Hieronymus, ex huius occasione testimonij, etiam post Pentecosten faciunt quadragesimam, quod ablato sponso, filij sponsi debent ieiunare, nos vnam quadragesimam secundum traditionem Apostolorum ieiunamus, non quod per totum annum excepta Pentecoste ieiunare nō liceat; sed quod aliud sit necessitate aliud voluntate munus offerre. Habemus nos, inquit Orig. Quadragesimæ dies ieiunijs consecratos, in quibus illud completur, quod dixerat Dominus, ieiunaturos discipulos post sui discessum, &c. Ex his interpretandi sunt sancti Patres, qui dicunt, Quadragesimam ab Apostolis constitutam. Constituerunt enim, non tanquam rem à se excogitatam, sed ab ipso Christo Domine dispositam, & Spiritus sancti peculiari illustratione impulsi. Ita S. Leo Papa d vocat. Quadragesimam. *Apostolicam institutionem, & dies e, in quibus meritò à Sanctis Apostolis per doctrinam Spiritus sancti maiora sunt ordinata ieiunia.* Inde huius, obseruantiæ vim San. Bern. f colligit, quæ ad omnes cuiuscūque generis, & conditionis personas se extēdit. Hodie dilectissimi sacrum Quadragesimæ tempus ingredimur, tempus militiæ Christianæ: *non nobis singularis est obseruatio, vna omnium est, quicunque in eandem fidei conueniunt*

Serm. 36.
2. Serm. 25 ad finem
b Ser. 37.
¶ 102.
Serm. 34. Epist. 54. ad Marcellam.
1. Cor. 11. 23.
In Ps. 110.
Epist. 119. ad Ianuar. c. 15 &
tract. 17. in Ioan.
ad Rom. 3. 21.
a Lib. 1. de Eccles. officijs c. 6.
b Ho. 10. in Leuit.
c in cap. 9. Matth.
Matth. 9.
In cap. 9. Matth. & epist. 54. ad Marcell.
d Ser. 6. de Quadrag.
e Ser. 9. de Quadrag.
f Ser. 1. de Quadrag.
¶ 103.

Serm. 3. de Quadrag.

veniunt vnitatem. Quid ni commune sit Christi ieiuniũ omnibus Christianis? Quid ni caput sua membra sequãtur? Hactenus inquit, vsque ad nonam ieiunauimus soli, nunc vsque ad vesperam ieiunabunt nobiscum vniuersi, reges, & principes, clerus, & populus, nobiles, & ignobiles, simul in vnum diues, & pauper. Hoc ipsum elegantissimis verbis S. Basilius intimauerat: Ieiunium, inquit, per omne quidem tempus vtile est ijs, qui illud sponte suscipiunt: sed multò magis hoc tempore, quo per vniuersum terrarum orbem vndique denuntiatur ieiunij præconiũ. Nec vlla est insula, nec vlla terra continens, non ciuitas, non gens vlla, non extremus mundi angulus, vbi non sit auditum ieiunij edictum. Sed, & exercitus, & viatores, & nauigatores, & mercatores; omnes æqualiter, & præceptum audiunt, & cum gaudio suscipiunt. Ita ille. Et expende illud: *Omnes æqualiter præceptum audiũt*, vt videas, quàm stolidi sint hæretici, ad quorum aures nondum præceptum peruenit, quod ab initio Ecclesiæ omnibus fidelibus fuit indictum, & intimatũ. Itaque quadragesimalis obseruantia tam coniuncta est Euangelio, vt tam latè pateat eius, sicut Euãgelij prædicatio, & quocunque Euangelium peruenit, peruenit statim, & ipsa. His adiũge canonem Apostolorum, quem de Quadragesima statuerunt, in quo non tam præcipere visi sunt, quàm à Christo

Hom. 2. de ieiunio.

Canon. 68.

præceptam supponũt. *Si quis* inquiunt, *Episcopus, vel presbyter, vel diaconus, vel lector vel cantor, sacram Quadragesimam non ieiunat, præterquam si propter imbecillitatem corporalem impediatur, deponatur: si sit autem laicus, segregetur.*

li. 5. const. Apostolicarum, c. 13.

Similiter, & D. Clemens Papa, non tam præcipit Quadragesimam seruare, quam præceptum supponit. Post Epiphaniam, inquit, seruandum est vobis ieiunium Quadragesimæ, continens memoriam conuersationis, & legislationis Domini, &c. Simili modo

2. 2. q. 147. art. 3.

intelligendus est D. Thomas, qui ieiunia ab Ecclesia interdicta dicit iure positiuo ipsius Ecclesiæ constituta: loquitur enim absolutè de ieiunijs, Ecclesiæ præcepto constitutis, inter quæ etiam videtur quadragesimalẽ obseruantiam complecti, illam siquidem non in scriptura sacra videmus expressam; sed quam Ecclesiastica sanctio nobis intimauit. Sed siue hac, siue illa ratione dicamus, certum est omnes fideles, quos Ecclesia non excipit, aut excipiendos decernit, ad integræ Quadragesimæ ieiunium sub peccato mortali teneri. Quod adeò verum est, vt inde profectæ sint illæ hyperbolicæ locutiones Sanctorum Patrum, asserentium, eum, qui per vnicam huius sacri quadragenarij diem, ieiunium soluerit, ita peccare, ac si totam violaret quadragesimam. Sic frequenter D. Ambros. Hunc numerũ, inquit, dierum ita integrum ieiunare debemus, vt si quisquã vnam diem abstinendo prætermiserit, totam Quadragesimã violarit; & propter modici temporis cibum, magni fructum laboris amiserit. Et iterum: Non fratres, leue peccatum fidelibus, indictam à Domino Quadragesimam non ieiunare, & ieiunia consecrata ventris voracitate dissoluere. Et rursus: Reliquo anno ieiunare, præmium est, in Quadragesima non ieiunare, peccatum est. Illa enim voluntaria sunt ieiunia, ista necessaria: illa de arbitrio veniunt, ista de lege: ad illa inuitamur, ad ista compellimur. Et alibi: Hoc ieiunium in totum non obseruare sacrilegum est; ex parte violare peccatum est. Similiter S. Augustin. Rogo vos fratres charissimi, & admoneo, vt in isto legitimo, ac sacratissimo tempore, exceptis Dominicis diebus, nullus prandere præsumat, nisi fortè ille, quem ieiunare infirmitas non permittit, quia alijs diebus ieiunare remedium est, aut præmium; Quadragesima non ieiunare, peccatum est: alio tempore, qui non ieiunat, accipiet indulgentiam; in Quadragesima, qui non ieiunat, sentiet pœnam.

Serm. 22. & 36.

Ser. 25. & 34.

Serm. 34.

Serm. 37.

Ser. 26. de tempore.

§. 32. *Saltem ex Ecclesiæ præcepto ad Quadragesimale ieiunium tenemur: quod qui dubitat, an possit perficere, sacerdotis iudicium requirat.*

¶ 104. ET ne aliqua possit dubitatio hac in parte oriri, si nolis fateri Quadragesimã ab ipsomet Christo constitutã, Eccle-

2.2.q.147. art.3. & 4. Serm.3. in vigil. natiuit.

Eccleſia Sancta, vt D. Thom. tradit, multis ſanctionibus hoc præceptum intimat (de qua excellenter dixit Bernardus, quod *ſecum habet conſilium, & ſpiritum Sponſi ſui, & Dei ſui*) vt videre eſt

a Canon.5. b Canon.9 c Cano.63. d Cano.35. e Cano.12. f Cano.19. g Cano.35 h Canon.8

in Concilijs, Laodiceno *a*, Bracarenſi ſecundo *b* Carthaginenſi quarto *c*, Turiburienſi *d*, Agathenſi *e*, Gangrenſi *f*, Moguntino *g*, Toletano octauo *h*, alijſque in locis. Illius vocem omnes fideles audire tenemur, cui Chriſtus multa intimanda, & promulgãda reliquit, quæ expreſſo Dei verbo non ſunt ſcripta. Imò, & ei facultatem conceſſit inſtituẽdi, ordinandi, ac præcipiendi, quæ nobis conducunt. Hinc patet hæreticorum ſtultitia, qui Quadrageſimam impugnant, ex eo quod in Euãgelio Chriſtus non præcepit ieiunare; ſed tantùm expoſuit, quomodo ieiunare deberet, qui ieiunare vellet: qui enim in Euangelio non dixit, in Quadrageſima ieiunandum, in eo apertè conſtituit audiendam eſſe à nobis Eccleſiæ

Gen.21.9. ſuæ vocem. Nota eſt hiſtoria Abrahæ. Neceſſarium fuit ancillam ſuperbam, & arrogantem Agar cum filio ſuo Iſmael domo expellere, quoniam *ludebat*

ad Gal.4.9. ille, vt Apoſtolus explicat, *perſequebatur Iſaac* filium Saræ, quæ domina erat, cuius filio tota hæreditas reſeruata extabat: ideoque clamabat Sara ad Abraham: *Eijce ancillam hanc, & filium eius, non enim erit hæres filius ancillæ cum filio meo Iſaac*, id eſt, non hæreditas diuidenda eſt inter eos; nullam portionem obtinere debet filius ancillæ. Durè accepit hoc Abraham; ſed dixit ei Deus: *Non tibi videatur aſperum*, neceſſarium eſt enim filium eijcere, & ancillæ petulantiam cohibere: *Omnia*

Gen.21.12 *quæ dixerit tibi Sara; audi vocem eius, quia in Iſaac vocabitur tibi ſemen.* Id eſt, quia illa rem iuſtã poſtulat, & id quod à me decretum eſt, promulgat, ſolum Iſaac futurum hæredem. Surrexit itaque Abraham manè, & tollens panem, & vtrem aquæ, impoſuit ſcapulæ eius, tradiditque puerum, & dimiſit eam.

Certum eſt apud Sanctos Patres, quod & Apoſtolus hanc hiſtoriam expen-

ad Gal.4. dens indicauit, hæc *eſſe per allegoriam dicta*, & indicauit ancillam illam, eiuſque filium expreſſam carnis, & operum eius tenuiſſe figuram. Filius ancillæ, vt Origenes latè proſequitur, perſequebatur filium liberæ, & dominæ; quia caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, & opera carnis impugnant, & contraria ſunt operibus ſpiritus. Certum eſt filium ancillæ nullatenus admittendum ad hæreditatem, *quoniam nec maledici, nec ebrioſi, nec fornicatores, &c. habebunt partẽ in hæreditate regni Dei.* Eijcienda ancilla cum filio, in pane, & aqua, id eſt, per validum, forteque ieiunium, per quod vitia eijciuntur, & caro comprimitur. Sed quando & quomodo id agendum? Ad vocem Saræ: eo modo, & ordine, quem Saræ ſtæuerit, & decreuerit, quę Eccleſiam ſanctam, expreſſo typo præſignauit. *Audi vocem eius.* Certum eſt, eijciendum filiũ ancillæ per ieiunium; ideoque illud certiſſimè ſupponendum eſt, quod propterea Chriſtus manifeſtè ſupponit dicens: *Cùm ieiunatis.* Sed quando & quomodo? Audi vocem Saræ ſponſæ Dei, Eccleſiæ ſcilicet ſanctæ, ipſa ſponſi mentem nouit, cui quædam expreſſo verbo ſcripto; alia expreſſo verbo, nõ tamen ſcripto; alia interna Spiritus ſancti inſpiratione in prælatis, promulganda, ſtatuenda & manifeſtãda nobis tradidit. Si n. Samſon, quæ in corde habebat, manifeſta fecit Dalilæ deceptrici, & quæ vera vxor non erat, in ſui ipſius detrimentum, & exitum quoniam diligebat eam; quantò magis Chriſtus, qui dilexit Eccleſiam, & tradidit ſemetipſum pro ea, quam ſuam legitimam ſponſam prædicat, & profitetur, ſibi per veram fidem deſponſatam, illa nota faciet, quę ad ipſius Chriſti cultum, & honorem, & ad eiuſdem Eccleſiæ conſeruationem, & augmentum conducunt, & ſunt neceſſaria? Eius igitur vocẽ audi. Hoc aũt tã arctè, & ſtrictè in huius quadrageſimalis ieiunij ſacra obſeruatione ſingulariter agere oportet, vt nõ liceat cuicunq; ſemetipſum liberum, & expeditum ab illa declarare, & proprię authoritatis decreto ieiunia ſoluere: ſed prælati iudicio res decernenda eſt, quãdo non euidẽter eſt cõperta, vt D. Tho. egregiè more ſuo explicat. Illi, inquit Cõcil. Toletan. VIII. *quos aut ætas incuruat, aut lãguor extenuat, aut neceſſitas arctat, nõ ante prohibita violare præſumãt, q̃ à ſacerdote p̃miſſũ percipiãt.*

Hom.7. in Geneſ.

1.Cor.6.10.

2.2.q.147. art.4. Canon 9.

¶ 105. Hic, quibus videbitur expediens concedere ſoluere ieiunia, expenſa prius cuiuſque neceſſitate, alia pietatis opera imponat, quæ B. Leo Papa in ſimili occaſione expoſcit ab ijs, ſupra quorum vires ieiunium fuerit. Erant antiquitus multi, qui ſe ipſos per votum Domino offerebant, & dicebant; quibus conceſſit Deus, vt poſſent votum redimere, & ab obligatione, qua ex voto tenebãtur, liberare; hac lege, quod is qui pluribus viribus valebat, maius prẽtiũ pro ſui liberatione perſolueret: magis ſolueret vir quam fœmina, magis iuuenis, quam adoleſcens, magis qui robuſta ætate, quam qui in ſenectute erat; quod pretium deſignauit Dominus dicens: *Si fuerit maſculus à vigeſimo anno vſque ad ſexageſimum annum, dabit quinquaginta ſiclos ſi mulier triginta. A quinto vſque ad vigeſimum annum, maſculus dabit viginti ſiclos, fœmina decem. Ab vno menſe vſque ad annum quintum, pro maſculo dabuntur quinque ſicli, pro fœmina tres. Sexagenarius, & vltra maſculus dabit quindecim ſiclos fœmina decem.* Quid agendum erit ſi aliquis ſit pauper? *Si pauper,* inquit, *fuerit, & æſtimationem reddere non valebit, ſtabit coram ſacerdote; & quantum ille æſtimauerit, & viderit eum poſſe reddere, tantum dabit.* Tria circa hanc legem obſeruat B. Cyrillus; primò nõ Deum ab omnibus idem poſtulare, ſed ab vnoquoque iuxta ſuæ ætatis, & roboris facultatem. Non eadem à fœmina, quæ à viro, à ſene quæ à iuuene, ab adoleſcẽte quæ à formato, & conſiſtente homine: nec enim nos eoſdem ab omnibus arboribus fructus requirimus, nec eoſdem poteſt arbor ſeneſcens, & effeta radice ferre, quæ cum conſtanti erat virtute, tulerat, &c. Ita Deus, qui ipſemet dixit: *Apud quem multum depoſuerunt, multum petẽs ab eo:* quibus illa D. Chryſoſt. egregia concinit ſnia; Dominum habemus manſuetũ, & miſericordem, nihil ſupra vires noſtras exigentem. Secundò, non cuiq; iudicio relinquendum, poſſetne homo ſoluere, quæ lex ſtatuebat, nec ne: facilè namq; quiuis in ſui cõmodum, iudicium feret, & ſe ad perſoluẽda ſtatuta pretia pauperẽ iudicaret: idcirco id examinandũ ſacerdoti conſtituit, qui vires ſubſtantiæ cuiuſq; expenderet. Perpende ſtupendam hiſtoriam, qua videmus Dei Prophetam miſſum ad Ieroboam occiſum à leone. Acceperat ille expreſſum à Deo mandatum de non comedendo in ciuitate illa, ad quam mittebatur. Venit ad eum Pſeudopropheta, adigens eum ad comedendum, dicens ſe habuiſſe reuelationem à Deo, quod comedere poterat: comedit, & à Leone fuit occiſus. Huius rei varias rationes tradunt doctores: eã tamẽ legitimam credo, quod contra expreſſum Dei præceptum non debebat credere ei, qui oppoſitum ſuadebat, quamuis verum dicere videretur, cuius dictũ eo ipſo debebat habere ſuſpectum, quod videbat ſibi ſuaderi id quod appetitui ſuo erat conforme: examinare propterea diligentius, ac ſeuerius tenebatur, verumne an falſum eſſet illius dictum. nec enim quod appetitui noſtro eſt conforme, debet ſtatim à nobis rectum iudicari. Tandem quoniã non iuſtum erat, vt qui totum ſtatutum pretium non poterat ſoluere, ab omni ſolutione remaneret liber; eidem ferè ſacerdoti cõmittebat Deus, vt iuxta illius vires, & ferre poſſet, ſoluendũ conſtitueret. Non Deus ab omnibus eadem circa obſeruantiam quadrageſimalẽ expoſcit, nec vltra vires agere mãdat, qui nihil impoſſibile alicui vnquam præcepit, vt B. Hieron. demonſtrauit. Non ille, qui ieiunare non poteſt, præcipit, vt ab omnibus diebus ieiunet: cæterũ non vult vt huius potentiæ, vel impotentiæ quiuis ſui ipſius ſit iudex; facillimè. n. in cauſa propria vnuſquiſque iniquũ feret iudicium. Sacerdoti rẽ hanc demandat, qui examinet vires; & ſi verè inuenerit eas deficientes, iuxta illas præſcribat agenda, vt iuxta Apoſt. decretum, *Omnia in nobis ſecundum ordinem fiant.* Qui non poteſt totã Quadrageſimã, ieiunet dimidiã; qui nec dimidiã, tertiã ſaltem partem: & vt verbis Chryſoſt. rẽ finiamus, qui cibum accipit, & ieiunare non valet, largiorẽ det eleemoſynã, feruẽtior ſit in precibus, maiorẽ habeat alacritatem in audiẽdis diuinis eloquijs, in quibus corporis infirmitas nihil obſtare poteſt; inimicis reconcilietur, omne odiũ, & vindictæ cupiditatẽ ex animo effuget. Qui hæc fecerit, verè ieiunabit ieiunium, & expoſcit Dominus, &c.

Serm. 2. de ieiunio ſeptimi mẽſis.

Leuit. 27.

Leuit. 27. 3.

Lib. 16. de adorat. in ſpiritu.

Luc. 12. 48

Hom. 10. in Geneſ.

3. Reg. 13.

In cap. 5. Matth. & in expoſit. Symbo. ad Damaſ.

1. Cor. 14. 40.

Hom. 10. in Geneſ.

§. 33. *Conuenienter Quadragesima à die Mercurij incipit, qui faustus iudicari debet, antiquitusque solemni ieiunio erat toto anno sacratus.*

¶ 166. HAnc sacram obseruationem Ecclesia sancta meritò à quarta feria, quæ Mercurij dies est, inchoandum constituit; primò; quia talis dies primus esse debet, si iusti quadraginta dies ieiunij continui, exceptis diebus dominicis, ante pascha, numerandi sunt, à quo vsque ad ipsũ pascha quadraginta dies, exceptis Dominicis, iusto numero intercedunt. Secundò, quia incipiendo ieiunio, & pœnitentiæ, dies Mercurij aptissimus est, faustissimusque, ac fœlicis hominis iudicatus. Annotauit Ambrosius, apud antiquos gentiles, diem quartum, qui Mercurij est, inter dies magis infaustos, infeliciisque hominis æstimatum; ideoque nihil consideratione dignum eo die auspicandum, si faustum quis exitum optaret. Notum est apud antiquos, dies quosdam faustos, & agendis rebus fœlices, alios atros, & tristi omine infames habitos, quibus aliquid moliri, aut nouæ rei incœptare, euentus exitialis credebatur: in his exercitum cõscribere, peregrè proficisci, aut quicquam publicæ vel priuatæ rei moliri, incœptu fœdum, & exitiale existimarunt: obseruatumque fuit, vt qui hostes bello tentare, vel acies eo tempore committere curarent, in nõ mediocre periculum, discrimenque adducerent, magno postea exitio consecuto. Hæc longo tractatu prosequitur Alexander ab Alexandro *a* qui doctrinam hausit ex Liuio *b*, Gellio *c*, Macrobio *d*, Plutarcho *e*, traditque Poeta dicens *f*, Ipsa dies alios, alio dedit ordine luna Fœlices operum, &c. De quibus Tiraquellus *g*, Cælius Rhodiginus *h*, & Pierius *i*. Signanter autem, inquit Ambrosius *k* diem quartum, (quem Mercurium vocamus) consueuerunt gentiles cauere, & inutilem, infastuosum, ac mali ominis in eo aliquid ordiri censebant: quod fortè ortum habuit ex eo, quod quartum diem lunæ, infastuosum æstimabant, propter quendam aspectum ad Solem, quem quadratum dicunt, & inauspicatum vnde illa prodijt vetus paræmia, *Quarta luna nati*, in eos dicta, qui parum fœliciter nati apparent, quorum vita omnium voluptatum expers, & cunctorum laborum esset plena, quod antiqui de Hercule iactarunt, de quibus Erasmus *l*. Et quidem hanc dierum obseruationem ostendit Augustinus *m* irrationabilem penitus, Basilius *n*, occupatissimam dicit vanitatẽ, Chrysostom. *o*, extremæ inquit, hoc est amentiæ: propter vnum diem si auspicatus fuerit, per vniuersum hoc expectare annum, nec amentis solum, sed diabolicæ cuiusdam efficientiæ indicium est. Fortunatus tibi in vniuersum omnis annus erit, si singulo quoque die quæ probata sint Deo, feceris: dies enim bonus, & malus est, non sua quadam, & propria natura, sed nostra vel diligentia, vel ignauia. Si iustitiam feceris, bonus tibi dies erit, si peccatum designaueris, malus, & supplicij plenus. Et infra ostendit, huiusmodi dies obseruare ad res inchoandas, puerilis esse amentiæ, imo, & credit hoc ab Apostolo illis verbis interdictum: *Dies obseruatis, & tempora, & menses, & annos; timeo vobis, ne frustra laborauerim in vobis*. Quod similiter D. Thomas annotauit, dicens, Apostolum condemnasse hanc dierum fastorum, & infastorum obseruationem. Sed Diuus Ambrosius, quamuis id ipsum censeat, annotat, si cum gentilibus velimus augurijs, fabulis, & ominibus aures concedere, diem quartum, qui Mercurij est, potius inter faustissimos, & qui fœliciorem exitum promittunt, computandum: quem diem credit Ambrosius vehementi odio à diabolo habitum, qui propterea curauit hunc diem cultoribus suis inuisum reddere: primò quidem, quia dies Mercurij dicitur dies lucis, principi tenebrarum, eiusque satellitibus penitus ingratæ. Hoc si quidem die, qui quartus extitit à creatione mundi, ¶ 167. *fecit Deus duo luminaria magna luminare maius, quod præesset diei, & luminare minus, quod præesset nocti, & stellas*, quas posuit in firmamẽto cœli. Quãuis

4. Hexaë. c. 9.

a Lib. 4 de genialibus diebus.
b 1. Decad. lib. 6.
c Li. 4. c. 9. & l. 5. c. 17
d 1. Satur. c. 16.
e in Lucul.
f 1. Georg. ver. 276.
g in Lib. 4. Alex. c. 29.
h Lib. 14. c. 19.
i Lib. 13.
k 4. Hexae.

l Chiliad. 1. Centu. 1. Prou. 8.
m s. de ciu. c. 7.
n in Hexæ.
o Orat. in Kalend. habita.

ad Gal. 4.
in Cap. 4. ad Gal. lect. 4.
Lib. 4. cit.

Gen. 1.

enim prima iam die, ſol fuerit productus ſecundum ſubſtantiam, cùm Deus lucem fecit, quæ ab illo procedebat, cæterum tam ipſe, quam luna, & ſtellæ, die quarto fuerunt perfecti, quando datum illis fuit, vt clariori luce fulgerent, & ſingulares haberent influxus, tam in ordine ad ſe, quam ad hæc inferiora, vt D. Thom. *a* explicauit, inducens illam Dionyſij *b* ſententiam dicentis, lumen ſolis primo die fuiſſe informe, quarto autem die fuiſſe formatum: qua de cauſa ſcriptura ſacra abſolutè pronuntiat ſolem, lunam, & ſtellas hoc die formatas, quod, & Eccleſia Sancta pleno ore Deum alloquès dicit: Quarto die, qui flammeam ſolis rotam conſtituens lunæ miniſtraos ordinem, vagoſque curſus ſyderum. Et B. Anaſtaſius Sinaita tres dies præcedentes vocat mancos, & imperfectos; & primum diem vndique perfectum, extitiſſe quartumquem propterea Lippomanus vocat primum diem ſolarem: propterea fauſtiſſimus bonique ominis iudicari debet dies, in quo Sol, luna, & ſtellæ producta dicuntur, quæ totius gaudij, lætitiæ, fructuum, lapidum, fontium, arborum, ſunt exordia. Nec quartum diem lunæ infauſtum, ſed fœlicem potius iudicandum probat Ambroſius ex ipſomet Poeta, qui quamuis dies fauſtos, & infauſtos ſuppoſuit, quartam tamen diem lunæ fauſtiſſimam omnium iudicio expreſſit, ſi pura fuerit, neque obtuſis cornibus: dare namque reliquis diebus vſque ad exactum menſem indicium ſerenitatis abſque pluuia, & ventis exiſtimat. His addit Ambroſius, id quod Iunilius proſequitur, annotans, hoc die quarto, in mundi creatione lunam extitiſſe plenam, quæ vt plena luce ſplenderet, eam tunc habuiſſe diſpoſitionem, quam nunc habet luna quartadecima. Vnde dies ille Mercurij, aut quartus fuit primus à mundi exordio plenæ lunæ, qui dies fauſtiſſimus ac fœlicitſſimus iudicari debet: in illius ſiquidem veſpere, à quo dies incipiebat, primum illud myſterijſque plenum paſcha celebratum fuit, quando immolato agno per illius ſanguinem liberati ſunt ab angelo percutiente Hebræi, cùm ab eodem occidebantur Aegyptij. In eiuſdem diei mane populus Iſrael duræ ſeruitutis Pharaonicæ excuſſe iugum, ſignum certè, & figura totius noſtræ ſalutis, redemptionis, ac libertatis à diaboli tyrannide. Hoc die Iſraelitæ Pharaone relicto, ad terram repromiſſam iter arripuerunt, ad quam exactis illis quadraginta duabus manſionibus, quas ſingillatim B. Hieronymus expendit, tandem peruenerunt. Et vt multa relinquamus, quibus diem Mercurij boni ominis oſtendamus, deſumpta ex Mercurio cœcæ gentilitatis Deo, cui hic dies erat ſacratus, vim ſermocinandi rectèque loquendi tribuebant, vt S. Auguſtinus tradidit: ideoque Lyſtrenſes Paulum, quem ſapientiſſimis verbis, magiſtralique authoritate loquentem audierunt, *vocabant Mercurium*, vnde Mercurij dies ab oratoribus, & declamatoribus expetitus erat: eidem etiam tribuebant præeſſe emptionibus, venditionibus, cæteriſque contractibus omnibus, quæ medio ſermone celebrantur, vt idem Auguſtinus tradit: vnde diem Mercurij fauſtum reputabant omnes, qui ad nundinas, & negotiationes ac contractus ſe conuertebant: ex ijs tamen, quæ Chriſtianis ſunt propria, id ipſum poſſumus coniectare. Dies enim Mercurij fuit decimus ante paraſceuen, in quo, vt B. Auguſtinus ex Euangelica rimatur hiſtoria, Pontifices, & ſacerdotes coacto Concilio, cui præerat ſummus Pontifex Caiphas, mortis definitiuam ſententiam contra Chriſtum protulerunt, ex illaque die decreuerunt occidere illum, vt Ioannes referti ex quorum delicto ſicut Iudæis omnia mala iuſtiſſimè euenerunt, ita ſalus gentibus, vt dixit Paulus, imò, & toti mundo fuit miſericorditer parata. Mercurij itidem fuit dies triduo ante paraſceuen, vt ex Sancti Apoſtoli doctrina tradidit S. Iuo Carnotenſis, cùm Iudas de tradendo Domino eiuſque ſanguine vendendo, pactum contractumque fecit: cui fine dubio contractui præfuit Mercurius, aut potius Diabolus, qui ſub nomine Mercurij à Gentilibus colebatur, qui *miſit in cor, vt traderet eum Iudas*, in ſui quidem exitium, ac totius regni ſui perditionem: verius tamen verus Deus præfuit, non agendo, ſed ſingulari

a 1 p. q. 67 ar. 4 ad 2. & q. 70. a. 1 ad 2. *b* Li. de diuin. nomin. c. 4.

Hymno feriali ad veſperas. lib. 4. hex. Caten. in Gen. c. 1.

Virg. 4. Georgic. verſu. 432.

Apud Lippom. in Cat. Gen. 1.

Ep. 127 ad Fabiolam.

4. de ciu. c. 11. & l. 7 c. 14. Actuũ. 4.

4. & 7. de ciu. cit.

Ep. 86. ad Caſulam.

Ioan. 11. 53.

ad Rom. 11. 11-12. q. 108. 4 p. decr. c. 32.

Ioan. 13.

gu'ari ſapientiæ, & prouidentiæ ſuæ diſpoſitione permittendo illum venditionis contractum, ex quo totius mundi libertatem erueret, animaſque omnes Chriſtus ſuo ſanguine emeret, dicique nobis poſſet: *Non eſtis veſtri, empti enim eſtis pretio magno.* Et iterum; *Non corruptibilibus auro, & argento redempti eſtis, ſed ſanguine agni immaculati, &c.* In huius memoriam ab Eccleſiæ Sanctæ exordijs, dies Mercurij ſolemnis, deuotionique congruentiſſimus eſt habitus, omniumque totius hebdomadæ poſt diem Veneris ſacratior: Vnde & Apoſtoli in illo perpetuum ieiunium indixerunt, quorum conſtitutionem refert S. Clemens Papa Petri diſcipulus, & ſucceſſor, ita dicentes: *In omni quarta feria, & paraſceue præcipimus vobis, vt ieiunetis, ideoque quod à ieiunio ſupereſt, pauperibus præbeatis.*

Huius conſtitutionis meminit S. Epiphanius *a*, quam dicit totius orbis terrarum conſenſu approbatam: & executioni mandatam. Cui concinit illa Origenis *b* ſententia: Habemus, inquit, Quadrageſimæ dies conſecratos, *habemus quartam, & ſextam ſeptimanæ diem, quibus ſolemniter ieiunamus.* Expende vim illius aduerbij *Solemniter*. Non enim commune reputabatur ieiunium feriæ quartæ, ſed ſolemne, & ſignaque obſeruationis dignum. Hinc illa S. Apollonij ſententia, quam refert S. Iuo Carnotenſis: Ieiunia, inquit, legitima quartæ, & ſextæ feriæ, non ſunt ſoluenda, niſi grandis aliqua neceſſitas fuerit: quia quarta feria Iudas de traditione domini cogitauit, & feria ſexta crucifixus eſt ſaluator: *videlicet ergo qui in ijs diebus ſine aliqua neceſſitate ſoluerit ſtatuta ieiunia, vel cũ tradente tradere Saluatorem, vel cum crucifigentibus crucifigere.* Ita S. Apollonius. Ita quidem conſtitutum fuit antiquitus, quod poſtea conſuetudo immutauit, vt iam pauci ſint, qui die Mercurij ieiunent, & omnes intelligant illum diem non eſſe ſub præcepto ieiunandum. Hæc in re præualeat conſuetudo, vt oſtendit Auguſtinus, quorundam errorem reuincens, qui dicebant neceſſarium ad ſalutem ieiunare die Sabbathi. Aptè itaque à die Mercurij, tempus ieiunij, & pœnitentiæ initium ſumi, in quo Sol, luna, & ſtellæ plena luce fulſerunt, illuminantes vndique mundum, ſuiſque influxibus fœcundantes terram. Qua in re Eucherius præſignatũ illum exiſtimat diem, cum emicarent luminaria in firmamento cæli, id eſt, legis doctores, Scripturæ ſanctæ coſiærentes, & omnibus inferioribus, lumen ſapientiæ demonſtrantes, prodituraque erat ſiderum turba, id eſt, magiſtrorum numeroſitas, qui in huius vitæ nocte, diuerſis virtutibus refulgentes, diuidant in hoc firmamento ſcripturæ, ſenſibilia, & intelligibilia, &c. Hoc die ſingulariter Pharaonis infernalis iugum excutere debemus, & viam quadraginta manſionum incipere: vt ad reſurrectionis gratiam, tanquam ad repromiſſam perueniamus terram. Ab hoc die aptè incipimus nos aptare ad Chriſti paſſionem, & mortem, quam pontifices, & ſacerdotes die mercurij decreuerunt, & Iudas per ſceleſtiſſimam mercaturam inchoauit. Adſit Chriſtus, non falſus eloquendi, & ſermocinandi author, ſicut Mercurius: ſed totius ſapientiæ, & bonorum ſermonum principium, *in cuius manu ſumus nos, & ſermones noſtri.* Adſit ille, de quo dicitur, quod *dat verbum euangelizantibus virtute multa:*

ſub

cuius auſpicijs ſacrum Quadrageſimæ tempus incipiamus.

Atque hæc de prima parte.

1. *Cor.* 6. 20. — 1. *Pet.* 18. — 5. *Conſtit. Apoſt. c.* 25 — a *Hæreſ* 75 *contra Arium & in epitome.* — b *Hom.* 10. *in Leuit.* — *Epiſt.* 117. & 119 *ad Ianuar.* — *In Cate. Lipomani Gen.* 1. — *Sap.* 7. 16. — *Pſ* 67. 12. — *P.* 4. *cit.*

SECVNDA PARS

TRACTATVS DE

CÆREMONIA CINERIS.

§. 1. *Ecclesia tanquam altera Rebecca, cinere aspersos, quasi senioris fratris vestibus indutos, coram Deo introducit, misericordiæ benedictionem obtenturos.*

Ritus. CElebris cæremonia, qua Ecclesia sancta, initio sacri temporis Quadragesimæ vtitur, eidem tempori congruentissima est, & ei, quod intendit aptissima, qua puluerem, & cinerem fronti, capitique fidelium imponens, dicit vnicuique eorum: *Memento homo, quia puluis aut cinis es, & in puluerem, aut cinerem reuerteris.* Et quidem si prima fronte rem expendas, videbitur Ecclesia non se piam nobis matrem exhibere, sed sauam nouercam. Hæc namque verba tremendam illam continent sententiam, qua Deus hominis inobedientiam mulctauit, & in sceleris illius vindictam protulit, qñ illum è paradiso expellens, dixit: *Puluis es, & in puluerem reuerteris.* Vnde vel solo auditu, hominem possunt terrere, nõ minus quam tremefaciunt damnatum ad mortem, præconis verba, quæ sententiam mortis a iudice latam eiusdem auribus clara fonantique voce inducunt. Certè quando Deus grandes in legis suæ transgressores voluit promulgare pœnas, vt omnes terreret, illam singulariſſimè fuit cõminatus, quod immissurus esset super eos puluerem, & cinerem ad ipsorum interitum, & contritionem. *Det Dominus imbrem terræ tuæ puluerem*, id est, loco imbris, puluerem emittat, *& de cœlo descendat super te cinis, donec conteraris.* Itaque spargere cinerem, & puluerem super aliquos, signum erat diuinæ iræ, quo tãquam vltimo supplicio puniendos assumebat illos, super quos cinerem mittebat. Hac pœna singulariter se puniturũ superbos, quos extremo odio auersatur, dixit ad B. Iob: quos absconsurus erat in puluere, & demersurus eorum facies in foueam, aut sepulturã, id est, redditurus eas, tanquam facies illorum, qui sepulchro iam cõditi sunt, quæ puluere, & cinere sunt coopertæ: *Si habes*, inquit, *brachium sicut Deus, &c. contere impios de loco suo, absconde eos in puluere simul, & facies eorũ demerge in foueam.* Deus enim in hoc suam ostendit potentiam, quod sub puluere, & cinere impios absconditi, sicque conterit, & absumit. Ita superbos illos impiosque Sodomitas, & Gomorrhæos in suo ipsorum loco absumpsit, *ciuitates eorum*, ipsosque *in cinerem redigens*, vt dixit Petrus: Ita, & superbam Tyrum, quæ cor suum eleuauerat, & ad cælũ vsque superbia eius se extulerat: *Dabo*, inquit, *te in cinerem*: Ita etiam superbum illum Menelaum contriuit Deus, & puniuit, propter illius impia contra sacrum altare, & aram sacram facinora, absconsens eum in cinere, & puluere. Nam *Rex Regum suscitauit animos Antiochi* regis potentissimi *in peccatorem. Erat in eodem loco turris quinquaginta cubitorum, aggestum vndique habens cineris, inde in cinerem deijci iussit sacrilegum: & ipse in cineris morte damnatus est.* Inuoluit eum cinere, & abscondit viuum in puluere, illius superbiam puniens, illumque misere interimens. Præterea notum est, cinerem, & puluerem esse cibum serpentis infernalis; cui dictum fuit à Deo: *Terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ*; & ita-

Gen. 3. 19.

Deut. 28. 24

Iob 40. 4. 7. 8.

2. Pet. 2. 6.

Ezc. 28. 18

2. Mach. 13. 4.

Gen. 3. 14.

Gen. 3. 14. Isa. 65. 25. Mich. 7. 17 & Isaias : *Serpenti pulvis panis eius*, & Michæas: *lingent pulverem sicut serpentes*. Eo igitur ipso quod Ecclesia nos cinere, ac pulvere aspergit, & pulverem, ac cinerem nos esse intimat, videtur iam desperatos exhibere, & exponere serpentis faucibus devorandos, ac deglutiendos, & pluens cinerē super nos, & abscondens in pulvere timere possumus, quod velit diuinam vindictam, qua nos absumat, intimare. Cæterùm pia mater, non sententiam contra nos latam nobis intimat, vt à viuentib. vitam auferat: sed vt interemptis vitam restituat: non pluit cinerem, vt sanos concerat, sed vt contritos sanet: non abscondit in pulvere, vt demergat in foueam perditionis, & in cineris morte damnet: sed vt ab ea extrahat: non nos cinereos reddit, vt à serpēte devoremur: sed vt ab eius faucibus eruamur: nō nos mortis, aut mortalitatis, vestibus induit, vt in Paradiso existentes è paradiso expellat: sed vt è paradiso expulsos, in paradisum reducat. Similem se ergo, vt supra annotabamus, Sanctæ Rebeccæ exhibet, nos cōgruis vestibus volens aptare ad cœlestis patris benedictionem obtinendam. Diximus ex Ambrosij *a*, Basilijque *b* sententia, aptissimè Ecclesiam Sanctam hoc Quadragesimæ tempus instituisse, quod correspōderet antiquo illi festo Expiationis, vt semel in anno omnes conueniant, acturi quæ conducunt ad peccatorum expiationem, & remissionem, vtque ad eam impetrandam, & obtinendam, omnes se coram Deo cōstituant exoraturos pro peccatis suis, accepturos benedictionem remissionis, & gratiæ. Vt autem nos aptet Ecclesia, talesque exhibeat, quales oportet, vt coram Deo nos cōstituamus, hanc petituros benedictionem, id facit quod Sancta Rebecca, quæ vol'ēs, vt iunior filius benedictionem patris, & cum ea ius ad paternā hæreditatem acquireret, illis eum ingressurum, coram patre vestiuit indumentis odoratissimis, & fragantissimis, quibus filius senior indui solitus fuit, quibus vehementer pater ipse nō minus delectabatur, quam si sentiret odorem agri pleni. Seniores antiquioresque fratres nostri, quos priori tempore Ecclesia sancta peperit, cū à Deo aliquid obtinere nitebantur, duobus vestimentis se aptabant, ieiunio .s. & cinere. Et meritò: nam, vt D. Thomas annotauit, nihil magis conducit ad aliquid à Deo obtinendum, quam humilitas de qua dictum est: *Respexit in orationem humilium, & non sprevit preces eorum*. Humilitatem autem singulariter præfert homo per ieiunium, & cinerem. Per ieiunium namque humiliat corpus, sicut ille, qui dicebat: *Humiliaui in ieiunio animam meam*, id est, vitam corporis: per cinerem autem humiliatum exhibet cor, & mentem: nihil enim, vt D. Thomas demonstrat, ad hominis mentem, & cor humiliandum potentius induci potest, quam eū cinerem ostendere, & cineris, & pulueris operimento opertum exhibere. Est siquidem pulvis, cibus serpentis infernalis, vt dictum est: est insuper cinis extremæ perditionis typus: quia nunquam potest res aliqua ita consumi, quin saltem cinis eius remaneat; hicque solus est, qui cum summa consumptione finitus, manet. Ita de Moab conqueritur Deus, quod *ossa regis Idumæa incenderit vsque ad cinerem*, id est, vsque ad vltimam, quam potuit consumptionem deduxit. Ita & Deus omnimodam altarium idolorum consumptionem tunc prædixit futuram, *cum posuerit omnes lapides altaris, sicut lapides cineris allisos*. Lapidum fortitudo grandis est: vnde Iob, *nec fortitudo*, inquit, *lapidum fortitudo mea*. Hæc nullatenus potest magis absumi, quam cū per vim ignis in pulueres, & cineres rediguntur: de quibus satis supra dictum est. Qui ergo à Deo aliquid obtinere cupiebant, humiliato corpore per ieiunium, & capite in cinere, & pulvere demisso se exhibebant, humiliantes se coram Deo, & confitentes primo, se ad tam miserum perductos statum, vt meritò dari possent in cibū serpentis infernalis, & tam ad nihilum valere, nisi vt ab illo absumerentur, & in infernum tanquam in illius ventrē trajicerentur: confitentes item, & exponentes se, vt B. Gregorius considerat, summam consumptionem incurrisse per peccatum, dicentes cum Dauid: *Ad nihilum redactus sum*. His vestibus

Opuscu'o de Erudit. princip. li. 3. c. 7. 8. 9.

Psal. 101.

Isa 34. 18.

Amos 2. 1.

Isai. 27. 9.

Iob. 6. 11.

Sup. 2. n. 20

35. Moral. c. 2. ad finē.

Psal. 72. 22.

Supr. n. 23.

¶ 110.

a *Serm. 27. & libr. de Elia c. 1.*

b *Homil. 1. de laudib. ieiunij.*

Gen. 27. 15

bus illi seniores fratres nostri se indue bant, quãdo diuinam benedictionem, & gratiam volebant consequi. Daniel indutus fuit, coram Deo ingredi vo-
Dan.9.3. lens, exoraturus pro sua suique popu-li liberatione. *Posui*, inquit, *faciem meã ad Dominum meum rogare, & deprecari*, id est, decreui ad Deum rogandum ingredi. Et quibus te vestibus induisti?
Esth 4 2. Coram regibus Persarum non licebat ingredi indutum facco, sed preciosis vestibus, congruis regiæ maiestatis oculis: quænam te coram summo rege ingressurus accipis indumenta? *In ieiunij*, inquit, *facco, & cinere.* Ecce ve-stes, quibus me præparaui, & aptaui.
¶ III. Et quidnam his indutus vestibus egi-sti? *Et erasti Dominum Deum meum, & confessus sum.* Confessus fuit prius ope-re, quod postea ore: nam his vestibus confitebatur, se & populum suum, pul uerem, & cinerem; ideoque iustè ex-positum, quem deuorarent serpentes, & summa abiectione tenerentur ab-sumpti. Ita quando Sanctus Iosue, & seniores Israel, videntes exercitum suum ab inimicis superatum, volentes
Iosue 7.6. Dei misericordiam flectere, *Iosue pro-nus in terram coram arca Domini vs-que ad vesperam, tam ipse quam omnes seniores Israel, miseruntque puluerem su-per capita sua.* Qui vsque ad vesperam coram arca manserunt, ieiunarunt v-tique ieiunio, & cinere se aptantes: quorum orationem Deus exaudiuit. Ciues Bethuliæ intelligẽtes Holo-her
Iudit.4.13 nis aduentum, similiter *permanebant 77.* *in conspectu Domini, & erat cinis super*
Iudit 7. 4. *capita eorum.* Et quando viderunt exer citus immensam multitudinem, *pro-strauerunt se super terram, mittentes cinerem super capita sua, vnanimiter orantes, vt Deus Israel misericordiam suam ostenderet super populum suum.* Sed & ipsa sancta Iudith, quæ omnib. diebus vitæ suæ ieiunabat, volens, cũ in summo discrimine versabatur po-pulus, Dei flectere misericordiam, ie-iunio addidit cinerem, cunctis enim
Iudit. 9.1. obsecrantibus, ipsa sola *ingressa ora-torium suum posuit cinerem super caput*
Esth. 14 2. *suum, & prostrauit se Domino &c.* Id ipsum sancta Esther, videns populum suum capitali sententia damnatum, *cũ ipso misit vestes regias, fletibus, & lu-ctui apta indumenta suscepit; cinere, & stercore impleuit caput, & corpus suum humiliauit ieiunijs.* Expende illud: *Fle-tibus, & luctui apta indumenta suscepit.* Neque enim omnia sunt apta in-dumenta pœnitentiæ. Ecce apta indu-menta, quæ depositis regalibus indu-mentis suscepit, cinis, & stercus, qui-bus pulcherrimos capillos operiebat, & delicatum corpus amictebat. Hæc eadem vestimenta fideles assumpserũt Machabæorum tempore, quando se ab inimicis vehementer oppressos vide-runt: disrumpentes enim vestes, qui-bus erant induti, *ieiunauerũt in die illa,* 1 *Mach 3.*
& cinerem imposuerunt capiti suo. Et vt 47 *& cap.*
rem totam concludamus, dimittentes 4 39.
multa, quæ ad hoc instituũ possumus adducere, & supra expendere cœpi-mus: considera huiusmodi vestes fuis-se, quas arripuerunt Niniuitæ, diuino namque decreto damnati, damnatio-nisque sententia iam eis intimata, & constituto quadraginta dierum termi-no ad eius executionem, vt misericordiam Dei inclinarent, exuens rex regalia indumenta, similiterque om-nes principes eius, grande ieiunium arripuerunt, & in cinere sederunt sũ-mæ humilitatis vestibus se amictẽtes: & Deo horum vestimentorum odor *Ionæ 3.6.*
tam gratus extitit: vt sicut antiquitus tempore Noe, odoratus odorem sua-uitatis ex sacrificio ascendentẽ, dixe-rit: *Nequaquam vltra maledicam ter-* *Gen.8. 21.*
ra, &c. ita misertus est Deus super ma- *Ion.3.10.*
litiam, quam locutus fuerat, vt faceret eis, & non fecit. Volens itaque Ecclesia Sancta, vt qui Deum propter peccata offendimus, eiusque iram prouocaui-mus, misericordiam obtineamus, & remissionem vestibus eisdem, quibus seniores antiquioresque fratres nostri induti fuerunt, nos indui statuit, vt corpore, & animo humiliatos coram Deo nos constituamus, protẽtes nos puluerem, & cinerem, quippe qui per peccatum facti sumus cibus dæmonis: & igne concupiscentiæ succensi, nihil relictum fuit boni, quod coram eo præ sentare possimus, vtque dicamus cum illis Sanctis iuuenibus: *In animo con-* *Dan. 3. 39*
trito, & spiritu humilitatis suscipia-mur.

§. 1. Ha-

§. 2. *Habitus immutatio, necessaria ad veniam iudicatur ab Ambrosio, quam Deus Israelitis supponendam constituit, ostenduntque Iob, Iudith, & Ester.*

¶ 112 *De pœnit. cap 6. & 9.*

ANnotauit Ambrosius cinerem, & saccum esse decentem eorum, qui pœnitentiam aggrediuntur, habitum: & irrisione dignum iudicat, veram pœnitentiam velle agere, non depositis pretiosis vestibus, & curiosis indumentis. Huius pœnitentiam, periculosam, id est, fictam vocat Chrysostomus, & valde dubiam, cuius rei rationem tradidit, obseruans corpus. & animam tanto inter se fœdere coniungi: vt dum corpus exterius conteritur & affligitur, non possit animus interius non angi, & torqueri: similiterque nec possit animus i nternè torqueri & vexari, quin corpus externè tristitiæ signa demonstret & exhibeat. Vnde fere ea, quæ exterius apparent, communiter loquendo, & vt rerum natura postulat, indicia sunt internæ dispositionis cordis. Certe risum in facie non exhibet qui corde est vehementer afflicto: & si quempiam audiremus dicentem, se internis doloribus vehementissimè torqueri, dubitaremus, an verum diceret, si eum videremus exterius gaudentem, ridentem, & omnia lætitiæ signa exhibentem. Si acutus pungensque clauus cor arboris penetret, statim arbor omnem deponit externam pulchritudinem, viriditatem, & ornatum florum, & tristem quandam induit speciem, folia palleſcunt, cadunt flores; languent rami. Quidnam vera pœnitentia, & quid vera contritio, nisi clauus acutissimus, cor pungens, & transfigens? Est enim dolor, non quicumque sed summus, pro peccatis, propter Deũ summe dilectũ. Ita Apostolus, agens iuxta Hieronymi mẽtem, de peccato antiquitus

Serm de lapsu primi hominis, qui incipit; Nemo qui, etc.

Roman 9.

à se commisso, & iam plenè dimisso, *Testis*, inquit, *mihi est Deus, quia tristitia mihi magna est, & continuus dolor cordi meo: optabam enim esse anathema à Christo, &c.* Quasi dicat. Continuo, iugique dolore, & magna tristitia cor meum pungitur, propter peccatum commissum, cũ Christũ persequebar. Si ergo verus pœnitens cor habet clauo acutissimo punctũ; quomodo fieri potest, vt retineat eundem vestium ornatum, eũdem indumentorum cultum? *Anima, quæ tristis est super magnitudine mali*, inquit Sanctus Propheta Baruch, *& incedit curua, & infirma: & oculi deficientes*, sunt præ lacrymarum abundantia. Hunc veri pœnitentes deponebant, vt in ijs, quos scriptura commemorat videmus, & singulariter S. Ambrosius cõsiderat in Ierusalem, quam Hieremias inducit, pœnitentiam agentem. Audiant, inquit ille, qui agunt pœnitentiam, quomodo agere debeant, quo studio, quo affectu, qua mentis intentione qua intimorum concussione, qua cordis conuersione. *Vide*, inquit, *Domine, quoniam tribulor; conturbatus est venter meus, subuersum est cor meum in memetipsa, quoniam amaritudine plena sum.* Vnde verè pœnitentis affectum conturbationem, mœrorem, contritionem cordis, plenitudinem doloris. Vidisti internum animi affectum? cognosce & habitum corporis. *Sederunt in terra, conticuerunt senes filiæ Sion, conspersêruut cinere capita sua.* Tristis lugubrisque vestis cordi lugubri tristique conuenit. Hinc Ambrosius infert multos esse, qui veram pœnitentiam non agunt, *qui non tam se soluere cupiũt quam sacerdotem ligare: suam enim conscientiam non exuunt, sacerdotis induunt.* Et si queras ab Ambrosio, quos iudicet tales, respondet illos, qui quam tenere cœperant pœnitentiæ formam & habitum, statim mutant, nec lugubri veste incedunt, quos lugere & gemere est oportunius, quia vestem illam gratiæ sordidarunt: & fœminas similiter illas, quas videas margaritis ornare aures, curuare ceruices, quas bene Christo, non auro inclinarent, quæ se ipsas flere deberent, quod margaritam, quæ de cœlo est, perdiderunt. Ita Ambrosius. Cuius doctrina intelligenda est iuxta id, quod rectus rerum ordo postulat, estque sacris scripturis conformis. Vide, vt Beatus Chrysostomus expendit, illos primos totius orbis peccatores pœnitentes, parentes nostros, qui ad peccati sui remissionem obti-

Baru. 2. 18

Lib 2. de pœnit. c. 6.

Tren. 1. 20

Tren. 2. 10.

Libr. 2. de pœn. c 9.

¶ 113 *Hom. de lapsu primi hominis etc.*

nendam,

tinendam, primò verecundè peccatum ſuum confeſſi fuerunt. Deinde volens Deus illos paradiſo in hanc lacrymarum vallem expellere, vt pœnitentiam agerent, accipiunt indumenta pellicea: vt qui confeſſi iam delictum fuerant, veniam, cultus humilitate perciperent. Oſtendit ſanè Dominus, quibus officijs poſſint delicta purgari, oſtendit confeſſione, & deformitate cultus, veniam poſſe facillimè impetrari. Animi vitia, corporis mœrore monſtrentur: ſi vexatus eſt animus, lugeat corpus: quoniam quoties corpus in cauſa eſt, animus mœſtitia condoleſcit. Hæc, & alia Chryſoſtomus. Intelligit itaque Eccleſia ſancta ad miſericordiam Dei flectendā eiuſque gratiam, & peccati remiſſionem obtinendam, ſupponendam eſſe depoſitionem ornatus, & cultus veſtium; lugubremque ſaccum, & cinerem aſſumendum. Id quod illa ſacra hiſtoria, quam ſcriptura refert, explicat, & confirmat. Commiſerūt Iſraelitæ peccatum illud, quod Moyſes ipſe ſæpè vocauit *Maximum*, adorando vitulum conflatilem: propter quod Deus ira cōmotus, voluit eos delere: ad humilem tamen Moyſi ſupplicationem placatus, promiſit non conſumpturū populum, & daturum quidem Angelum comitem, qui illum induceret in terram repromiſſam, quo adimpleret promiſſionem patribus factam; ſe tamen non iturum cum illis, ne eorum malitia, & peccatis excitatus, cogeretur aliquando eos perdere. Loquitur enim more noſtro: vnde dixit ad Moyſen: *Vade, aſcende de loco iſto, tu & populus tuus (quem eduxiſti de terra Ægypti) in terram, quam iuraui Abraham, Iſaac, & Iacob, & mittam præcurſorem tui, Angelum, vt eijciam Chananæum, & Amorrhæum, &c. & intres in terram fluentem lacte, & melle: non enim aſcendam tecum, quia populus dura ceruicis es, ne forte diſperdam te in via.* Oſtēdit Deus, inquit Caietanus, ſe placatum quidē propter interceſſionem, & ſupplicationē Moyſi: non tamen plenè. Placatum enim ſe demonſtrat in eo quòd populū, quem antea delere volebat, iam non delere vult, ſed in terrā repromiſſam angelo comitante inducere. Tamen non plenè ſe placatum oſtendit, in eo, quod cum illis ire non vult. *Non*, inquit, *aſcendam tecum*, Iuxta Hebræum habetur, *Non aſcendam intra te*. Hoc autem illud eſt, quod Latinè ab interpretibus dicitur, *In medio tui*. Lege prudens lector, inquit, Caietanus, calcem capituli vigeſimiquinti, & inuenies, nō ſemel Deum dixiſſe, & promiſiſſe ſe habitaturum in medio filiorum Iſrael. Promittit enim ibi quod ratione tabernaculi extruēdi, habitaturus eſſet in medio filiorum Iſrael, & quod erit eis in Deum: & dicit, quod ideo eos eduxit de terra Ægypti, vt habitaret in medio eorum. Ex eis enim intellectus huius literæ pendet. Reuocat ſiquidem Deus propter eorū peccatū, quod antea eis promiſerat, videlicet, quod habitaret intra populum Iſrael, intercedentibus officijs tabernaculi, quod in medio eorum locandum erat. Intelligo itaq; quod Deus placatus eſt, quoad beneficium columnę nubis, & ignis, in qua Angelus præibat, & quoad beneficium eiectionis hoſtium, & terræ promiſſionis introductionem: non placatus autem, quoad beneficium decreti tabernaculi, & ſacerdotij in medio eorum. *Non*, inquit, *aſcendam ego tecum*, inter vos exiſtens, eo modo, quo promiſeram, paratus ſcilicet in tabernaculo ad audiendum, & reſpondendum. Et rationem reddit: *Quia populus dura ceruicis es*. Ecce primam rationē, propter tuam rebellem malitiam, qua contra me inſurgis. *Ne forte diſperdam te in via*. Loquitur more noſtro, eo modo, quo ad indicandam peſſimam alicuius conditionem, qui tibi vbique grandes occaſiones iraſcēdi perhibet, dicis: Nolo ire cum illo, ne aliquando in aliqua occaſione conſtitutus, qua non potero me continere, compellar illum perdere. Vide, inquit Caietanus, clementiam Dei. Ideo negat ſe iturum inter eos, ne eis noceat. Negatio ergo iſta, quamuis iuſta, ad beneuolentiam tamen erga populum ſpectat. *Audiens tamen populus ſermonem hunc peſſimum, luxit: & nullus ex more indutus eſt cultu ſuo.* Id quod Deus dixerat, vocat, *Sermonem peſſimum*: Rabanus exponit mœſtiſſimū: Caietanus, Sermonem continentem ſupremū malum,

Exo. 32. 21
30. 31.
Exod. 33. 1
In cap. 33. Exod.
Exod. 33. 9.
¶ 114.

lum, vt potè negantem supremum bonum, diuinam scilicet præsentiam inter eos. Sicut enim supremum alicuius bonum est, Deum habere secum præsentem: ita supremum malum habere Deum à se discedentem, & elongatum.

1. Reg. 18. 16. *Quid*, inquit Samuel ad Saulem, *interrogas me, cum Dominus recesserit à te?* Id est, Quodnam bonũ intendis, & inquiris, si ille, in quo omnia bona consistunt, longè factus est à te? Hinc, vt S. Ambrosius annotauit, Ierusalem, quãdo summã incurrit miseriam propter peccata sua, hoc deplorabat tanquam omnium malorum radicem: *Idcirco, & ego plorans, & oculus meus deducens aquas, quia longe factus est à me consolator.* Meritò ergo populus luxit. In Hebræo non habetur verbum *Abal*, quod significat quomodocunq; & absolutè lugere, sed verbum, *Hithabel*, quod significat maximo, supremoque planctu lugere, sicut fit in luctu eorum mortuorum, quos maximè diligimus: eo modo, quo de Iacob dicitur, quod lugebat filium suum Ioseph, quem à bestia deuoratum credebat. *Et nullus ex more indutus est cultu suo.* Hæc verba, vt noster Oleaster sentit, posita sunt per anticipationem, qua scriptura sæpè vtitur, vt statim exponemus. Videns autem Deus lacrymas populi, dixit ad Moysen: *Loquere filijs Israel: Populus es dura ceruicis semel ascendam in medio tui, & delebo te. Iam nunc depone ornatum tuum, vt sciam quid faciam tibi.* Quid est hoc, inquit Rupertus, quod contraria vel repugnantia loqui videtur Dominus? Supra enim dixerat; *Non ascendam tecum*: nunc autem, *Semel ascendam in medio tui.* Hæc Rupertus explicat, ad allegoriam se conuertens: existimo nihilominus, hoc ipso, quod Deus lacrymas abundantes populi vidit, rigorem prænuntiatæ sententiæ temperasse; cogitur enim Deus, inquit Ambrosius, quodammodo nostra pœnitentia, & lacrymis, suam mutare sententiam. Intimarat Deus primò decretum statutamq; sententiam dicens: *Non ascendam tecum*, & huius rationem reddiderat, *quia populus*, inquit, *dura ceruicis es, & ne fortè disperdam te in via*: nunc ad populi lacrymas, & fletum, decretum illud statutum, reuocare videtur, & dimissa illa priori ratione, desumpta ex dura ceruice, tãtummodo inducit secũdam quam prædixerat, beneuolentiam suam erga populum exprimens, & dicens: *Semel ascendam, & delebo te.* Loquitur more nostro: videbis hominem, qui definito decreto dicit, se nolle ire in domũ alicuius, quia timet ne sibi aliqua ibi detur occasio rixæ. Accedit amicus, & eum rogat, vt in illam domum se conferat; flexus ipse precibus illius, dicit: decreueram absolutè non ire: ibo tamen; sed qũo hoc fiet, qui rixãdi occasionem timeo? Videamus quomodo hoc poterit disponi. Ita Deus proposuerat se non iturum cum populo, ne excitatus aliquo ipsius peccato, cõpelleretur eum perdere: nunc illis lacrymis flexus, dixit ad Moysen: *Loquere filijs Israel*: Ibo quidem vobiscum; sed quomodo hoc fiet, vt inter vos ambulans, aliquando excitatus aliquo peccato non vos deleam? Hoc pertractemus, & videamus: *Iam nunc depone ornatum tuum, vt sciam quid faciam tibi.* Locus difficilis est: dixit enim paulò ante scriptura, quod nullus ex more indutus est cultu suo, iam ergo deposuerant ornatum. Quid ergo nunc petit, dicens: *Iam nunc depone ornatum tuum*? Hugo de Sancto Victore credit, *ornatus* nomine, intellexisse primũ illud paruum tabernaculum, quod factum fuerat, cùm egressi sunt Israelitæ de Aegypto, antequam magnum, & solemne, sicut Deus descripsit, Moyses constituereret. Deponere autem intelligit, idem, quod extra castra deferre, & statuere. Nonnulli Rabbini credunt, per ornatum istum intelligi quasdam coronas, quas sibi maiores Israel imposuerant ad instar Sponsæ, quando legem à Deo acceperant quamuis enim pretiosas vestes iam antea deposuissent, has coronas non deposuerant, quasi offendere volentes, se adhuc legibus Dei subiectos, & veluti fidam Sponsam, ornatum desponsationis deferre. Alij pro ornatu, intelligunt arma bellica, quæ iubebantur deponere. Caietanus credit, eos deposuisse antea ornatum personalem; sed non eum, qui erat in tabernaculis suis; quem etiam Deus nunc deponere iubet. Oleastri tamen sen-

Thren. 1. 16.

2. De pan. cap. 6.

Gen. 37. 33 In cap. 33. Exod.

Apud Lippom. Exod. 33.

¶ 115.

Libr. 4. in Exod. c. 32.

Ser. 15. & 2. de pœni. cap. 6.

ſententia magis arridet, vt quod antea dictũ eſt; *Nullus ex more indutus eſt cultu ſuo*, dictum ſit, per anticipationẽ, factum poſt hæc Dei verba. Ornatus ſiquidem nomen, manifeſtè ſignificat in Hebræo veſtes precioſas, & indumentorũ cultũ. Septuaginta: *Nunc igitur deponite veſtes gloriarit veſtrarũ, & ornatum*: Chaldæus: *Nunc auſer ornatum cultus tui à te*. Ad quidnam? *Vt ſciam, quid faciam tibi*. Humano more loquitur, inquit Hugo de S. Victore. Loquitur, inquit Caietanus, mores hominis nouiter cognoſcentis ex nouis factis, quid faciendum ſit. Vult igitur decernere, an miſericordiam, quam populus optabat, vt ſcilicet Deus iret cum eis, conceſſurus eſſet, necne. Et vt quid agendum ſit decernat Deus, hoc primum ſtatuit, & imponit populo, quod omnem ornatum deponat; vt ſcilicet non tantum lætitiæ veſtes deponat, inquit Lippomanus, ſed vnuſquiſq; lugubrem induat, & externo habitu publicè declaret dolorem animi ſui; cuiuſmodi veſtes ſunt ſaccus, & cinis. *Hoc iuxta hiſtoriam*, inquit Rupertus, *lectorem ædificat, quia videlicet niſi ambulet peccator demiſſo capite, nondum ſe ſcire fatetur Deus, quid ei faciat. Nullã enim habet materiam ſtruendæ miſericordiæ, niſi ambitio, vel habitus pœnitẽtiæ præcedat*. Rogat quis iudicem, & ſupplex orat, vt remittat pœnam contra aliquem per ſententiã promulgatam, conſtitutam, & decretam. Reſpondet iudex. Primùm ille ſe in carcere tanquam reus repræſentet, ſine quo nihil in eius beneficium agi poteſt: quo ſuppoſito, quid pro eo fieri poſſit videbo. Poſtulauit Moyſes, vt Deus populo dimitteret pœnam conſtitutam, & etiam populi lacrymæ depoſcebant. Reſpondet Deus: Primò, veſtium ornatũ eſſe deponendum, vt ſciam, inquit, quid in tui beneficium agã. Hoc primum omnium eſt ſtatuendum, ſine quo non datur locus agendi de remiſſione conſtitutæ pœnę. *Depoſuerunt ergo filij Iſrael ornatum ſuum, à monte Horeb*. His ſubiunge quod antea per participationem dictum fuit: *Et nullus ex more indutus eſt cultu ſuo*. In Hebræo, *Non poſuerunt vnuſquiſq; ornamentum ſuper ſe*. Depoſuerũt autem ornatum *à monte Horeb*, id eſt, incipientes ab eo tempore, quo erant circa montem Horeb: & fortè, inquit Oleaſter, vſque ad ingreſſum terrę promiſſionis, nullus amplius veſtibus feſtiuis vſus eſt. Volebat enim Dominus, vt Iſrael nudus, & ſpoliatus veſtibus ſuis precioſis incederet, vt videns eum ſic humiliter incedentem, miſericordia motus, condonaret illius peccatum: vehementer enim mouet illius ſummæ, diuinæque maieſtatis oculos, videre peccatorem omni precioſo cultu nudatum, indutum veſtibus triſtitiæ, & luctus, capite cinere aſperſo, corpore cilicio induto, ceruice demiſſa, adeò vt quamuis impius Achab, cõtra quem Deus ſententiam mortis propter illius grãdia peccata protulerat, non integro corde de peccatis doleret, videns tamen eum, quod regalibus veſtibus depoſitis, indutus fuit cilicio, & cinere aſperſus, temperauit latæ ſententiæ rigorem. Huiuſmodi veſtes, decentes ſunt pœnitentibus, quæ internum animi dolorem exprimant, & miſericordiam Dei flectant; quæ tunc vehementius commouetur, quando maiori miſeria peccator ſe exhibet implicatum, & affectum. Vnde S. Iob, quando poſt longas, quas Deus cum illo habuit cõcertationes, per quas ſe minus ſapienter locutum agnouit; *Inſipienter*, inquit, *locutus ſum, &c. Idcirco ipſe me reprehendo, & ago pœnitentiam in fauilla, & cinere*. Pro fauilla, in Hebræo habetur nomen *Ghaphar*, quod ſignificat, tenuiſſimũ, minutiſſimumque puluerem, quo nomine ſcriptura vti ſolet ad rem omnium minimam abiectiſſimamq; exprimendam, quam quæuis aura leuis propellit, & circumducit. In puluere, & cinere agit pœnitentiam S. Iob, ſe ipſũ, vt Gregorius conſiderat, viliorẽ, & abiectiorẽ cinere, & puluere repræſentans, vt Dei miſericordiã flecteret. Pauper namq; qui alicuius diuitis miſericordiam interpellat, ſuam quantum poteſt exprimit miſeriam, tantò ſecurius illam expectans, quãtò potentius, & manifeſtius hanc repræſentat. Idcirco, inquit Chryſoſtomus, pauperes multi ſibimetipſis plagas inferunt, & putredine obtegunt, quas exhibeat eorum oculis, quos ad miſericordiam

Libro 4. in Exod. c. 33.

3. Reg. 21. 27. 28. 29.

¶ 116.

Iob. 42.

35. Moral. cap. 2.

Hom. 21. in 1. ad Cor.

Tract. 2.

diam agendam excitare volunt, vt alibi diximus. Pœnitens ad fores misericordiæ Dei pulsat, misericordiam illius implorans: miseriam ergò suã omni, qua potest, ratione ostendat, exhibeat animum dolore confectum, corpus cinere, & cilicio opertum, repræsentans miseriam extremam, ad quam peccando peruenit. *Ago*, inquit, *pœnitentiam in fauilla, & cinere.* Indecentissima est pœnitentia in sericis, mollibus, preciosisque ornamentis, quæ ad actus lætitiæ, non tristitiæ inducenda sunt. Imprudenter ergo agis, qui pœnitentiam aggredions, eundem in vestibus tuis, & lectis retines ornatum. *Depone ornatum tuum*, inquit Deus, *vt sciam quid faciam tibi.* Insipienter pœnitentiam arripis, ô femina, grandem curam de cultu, & monilibus tuis conseruans, faciem curiosissimè ornãs, capillos curans pulchriores exhibere, &c. Tu princeps, nobilis, & eques, sacro Quadragesimæ tempore cùm pœnitentiam agere vis, depone preciosum vestium cultum, & aliquando intra cubiculum tuum clausus, & tanquam Rex Niniuæ, depositis nobilitatis tuę vestibus, vilissimo cilicio indue corpus, cinerem capiti impone, & coram Deo prostratus dicito cum Ecclesia: *Oro supplex, & acclinis, cor contritum quasi cinis, curam gere mei finis.* Tu mulier nobilis, quæ pœnitentiam agis, tanquam altera Iudith, & Esther, ingredere sola oratorium tuum, & depositis preciosis monilibus, indue te tristi quodam, lugubrique vestimẽto, super caput tuum cinerem sparge. Sicque induta coram Deo prostrata, clama cum Sancta Iudith; *Deus cœlorum creator aquarum, & Dominus totius creaturæ, exaudi me miseram deprecantem, & de tua misericordia præsumentem:* & cum S. Esther: *Domine mi, qui rex noster es solus, ostende te nobis in tempore tribulationis, & da mihi fiduciam: adiuua me, nullum auxilium habentem nisi te, &c.* Ne timeas, quod si ita agas, pulchritudinem tuam, quã tanti facis, perdas, vt in simili occasione Sanct. Athanasius ad sororem suam dicebat. Iudith enim, quando post cilicium, & cinerem egressa fuit, omnes ciues, *Stupentes mirati sunt nimiã eius pulchritudinem.* & quando ad Assyriorum castra peruenit, *Considerabant eius faciem, & erat in oculis eorum stupor, qui pulchritudinem eius mirabantur.* Esther similiter ex cinere, & cilicio tantam traxit pulchritudinem; vt omnes in sui raperet admirationem, & cor regis, ad quod volebat flecteret. Vt hoc aliqua ratione agamus, Ecclesia Sancta ornatum tuum deponere volens, cinere caput aspergit, vt dum cinis adiungitur ieiunio, corpore, & animo humiliatum te corã Deo exhibeas, eius misericordiam interpellaturus.

Iudith 9. 17

Esther 14. 3. 12. 14.

Lib. de virginit.

Iudi. 10. 7.

Iudith 10. 14.

§. 3. *Vt arguat Ecclesia obdurato, iuxta consilium Iob, ducit ad congeriem mortuorũ, ex qua sciniphes pungentes oriri experti fuerunt Dauid, & Saul.*

¶ 117.

MEmẽto homo, quia puluis es, &c. Tempus sacrum Quadragesimę singulariter institutum est, vt peccatores à peccatis suis se auertant, & ad Deum conuertant, quem inducit Ecclesia clamantem per Prophetam Ioel: *Et nunc conuertimini ad me in toto corde vestro.* Vt autem id agant, apponit Ecclesia remediũ potentius, & efficacius, cinere caput aspergens, & clamans: *Memento homo, quia cinis es:* nihil enim potentius est ad peccatorem rebellem reuocandum à peccatis, quam illum iã quasi inter mortuos computare, mortisque memoriam menti eius imprimere. Agit S. Iob, & describit principem, potentem, aut diuitem, peccatis obstinatum, de numero eorum, qui ducunt in bonis dies suos, qui Deum non reuerentur, nec homines timent; sed tanquam alter Pharao dicunt: *Quis est omnipotens, vt seruiamus ei? Qui tenent tympanum, & cytharam, & gaudent ad sonitum organi; qui dicunt Deo: Recede à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus, &c.* Huius perditionem, & damnationem quasi certã exponit, de quo tandem dicit. *Quia in diem perditionis seruatur, & ad diem furoris ducetur.* Sed quia posset aliquis dicere: Nũquid non superest remedium aliquod, vt huiusmodi

Ioel 2. 12.

Iob 21.

Ibid. v. 15.

Ibid. v. 30.

modi peccator ad se ipsum reuersus, auertatur à peccato, & cõuertatur ad Deum? Illud subdit, tradit, & designat.

Iob 21. 31. *Quis*, inquit, *arguet coram eo viam eius?*

31. Moral. cap. 28. *Et quæ fecit, quis reddet illi?* Obseruat B. Gregorius scripturam sacram, quando per huiusmodi interrogationem loquitur; *Quis faciet hoc?* indicare rem difficillimam quasi soli Deo possibilẽ:

Gen. 49. 9. vt cum dixit Iacob: *Quis suscitabit eum?* de Leone dormiẽte, aut verius de Christo mortuo: & Dauid: *Quis est homo, qui*

Ps. 88. 49. *viuet, & non videbit mortem?* & Malachias: *Quis stabit ad videndum eum?* Verbum autem *Arguere*, est, Increpare, reprehendere, obiurgare, quod Paulus

2. ad Tim. 4. 2. faciendum commendauit. Timotheo, dicens: *Argue.* Quis, inquit Iob, coram potenti peccatore obstinato constitutus, audebit eius iniquam viam arguere, & reprehendere? Res sane difficilis.

Marc. 6. Arguebat Ioannes Herodem, sed missus fuit in carcerem, & gladio interẽptus. Arguit Prophetam missus à Deo,

3. Reg. 13. Ieroboam, sed iussus fuit statim comprehendi. Arguit Ieremias regem, &

Ierem. 38. principes impios, & proiectus fuit in lacum, sustentandus pane doloris, &

Sap. 2. 12. aqua angustiæ. *Circumueniamus iustum* inquiunt illi, *factus est nobis in traditionem* (in Græco, *in redargutionem*) *cogitationum nostrarum; improperat nobis peccata legis.* Ecce rationem, cur iustum circumueniendum statuunt, quia eos redarguit, & improperat illorum peccata. Vt similes peccatores posset arguere Ezechiel, dixit ei Deus, se dedisse faciem eius, vt adamantem, & silicẽ. Daniel expositurus regi Nabuchodonosor somnium, quod superbiam eius arguebat, & diuinam contra eum sententiam demonstrabat, audito somnio

Dan. 4. 16. à Rege, antequam explicationem eius proferret; *Cœpit intra semetipsum tacitus cogitare, quasi vna hora, & cogitationes eius conturbabant eum*: quod ideo intelligo factum, quia toto eo tempore, quo tacitus cogitabat, se ipsum Deo commendabat, vires ab eo postulans, vt posset liberè in facie Regis, ipsius peccata exponere, & eum suæ superbiæ impietatis redarguere. Quis in-

Pineda in Iob 21. quit quidam author, Regi Balthassar inter pocula sacrilega, ausus erit eius scelus arguere? Quisquis ille fuit, caput, & faciem obtexit, ne cognoscere-

Dan. 5. 5. tur; manum tantum protulit: & quid inquam manum? Tantùm *apparuerunt digiti quasi manus hominis.* Quanti sit periculi, arguere huiusmodi homines, expositum Spiritus sanctus, di-

Eccl. 10. 20 cens: *In cogitatione tua regi ne detrahas, & in secreto cubiculi tui, ne maledixeris diuiti, quia aues cœli portabunt vocem tuam*, id est, filij diaboli, corui, adulatores, qui non solum non audent in faciem verum dicere; sed eorum officium est, falsis adulationibus mentiri. Qui in secreto cubiculi ¶ 118.

18. *De ciu. cap. 5.* sui timet regi detrahere, & maledicere diuiti, quomodo in facie eius id audeat? Obseruat Augustinus ex Varrone, Serapim maximum Deum fuisse Aegyptiorum, & in templo, vbi colebatur tam ipse, quam Isis, fuisse simulachrum, quod digito labijs impresso silentium indicebat, ne quis auderet illis principibus detrahere, eos redarguere, aut negare eos Deos, vel asserere illos homines fuisse mortales, & impios: volunt enim impij, mentio mendacia tua regere, & in iniquitatibus suis permanere. Quis igitur arguet viam eius coram eo? Pauci certè sunt, qui id agant. Vnde tãquam rem singulariſſimam semel, & iterũ annotat Spiritus sanctus de Azaria illo sacerdote magno, imo sacerdotum gloria, qui Oziæ regi sacrificanti cõtra Dei ordinationem, in faciem restitit, illumque ar-

1. *Paralip. 6. 10. & 2. Paral. 26.* guit: *Ipse est, qui sacerdotio sanctus est.* Alij quidem multi fuerũt sacerdotes; sed hic ore pleno sacerdos meruit appellari, qui completè boni sacerdotis partes egit, in faciem arguendo superbi regis temerariam audaciam. Aut verò *Arguere* significat conuincere: quomodo fides dicitur *Argumentum*, id est conuictio (vt D. Thomas annotauit) *non apparentium*: & Sanctus Iudas dixit, quod *veniet Dominus arguere impios.* id est, conuincere. Quis huiusmodi peccatorem conuincet rationibus? Quis admonitionibus a malo reuocabit? Nihil per hoc mediũ aliquis proficiet. Quid igitur agẽdum? *Ipse*, inquit, *ad sepulchra ducetur, & in congerie mortuorum euigilabit.* Non cum huiusmodi peccatoribus agendum rationibus acutis, disertis, subtili mente fabri-

Ad Hebr. 11. 1. *2. 2. quæst. 4. ar. 1.* *Iud. v. 15.* *Iob 21. 31.*

catis

catis, admonitionibus blandis, sententijs profundam sapientiam cõtinentibus: sed ducendi sunt ad sepulchra, & ostendenda congeries mortuorũ. Hoc enim erit, quod eorum oculos aperiet, & vigilantes faciet. Hoc ecclesia agit, ad sepulchrum te ducit, cinerem, & puluerem oculis tuis exponit, sepulchrum tuum apertum tibi ostendit, mortuorum congeriem ad memoriam reuocat: vide, inquit, quia cinis es, & crastina die in cinerem eris totaliter conuersus, corpus tuum comedunt vermes, putredine scatebunt oculi, & faciem, quam ornas, terra consumet; animam arripient dæmones, hæredes diuitias tuas diuident, & æternis ignibus traditus, in æternum dum Deus durabit, cruciaberis. *In cõgerie*, inquit, *mortuorum euigilauit*. In Hebræo verbum *Sakad*, quod significat vigilantiã grandem, ex aliqua anxiosa cura ortam, qualis illa erat, quam Rex Darius tenuit, quando misso Daniele in lacum leonum, *Abijt in domum suam, & dormiuit incœnatus, & somnus receßit ab eo*, curis vndique agitatus, & vexatus circa Danielis personam. Vnde hoc verbo vtuntur scriptores sacri, ad similem vigiliam exprimendã. Paulus: *Euigilate iuste, & nolite peccare*: Petrus: *Sobrij estote, & vigilate*: & Angelus ad Episcopum Sardensem, *Esto vigilans*: & Christus Dominus: *Vigilate itaq; quia nescitis diem neque horam*. Sepulchra, & mortui oculis eius ostensi, omnem somnum abijcient, oscitantiam pellent, & reddent eum vigilantissimum, anxiosis curis stimulacum, & pũctum. Voluit Deus rebellem illum omnibusque modis impium Pharaonem, illiusque principes superbos ad attendenda sua, quæ contemnebant præcepta, conuertere: *Dixitq; ad Moysen Loquere ad Aaron; Extende virgam tuam, & percute puluerem terræ, & sint sciniphes in vniuersa terra Aegypti. Et extendit Aaron manum, virgamq; tenens, percussit puluerẽ terræ, & facti sunt sciniphes*. Mirum sanè opus; ex eo quod virga percussit puluerem, sciniphes sunt innumeri. Quinã illi sciniphes fuerint, dubium est, nam vt Caietanus annotat it, omnesque fatentur, vox est Hebræa, q. Septuaginta, & Latini Interpretes intactam retinuerunt. Iosephus cẽset esse pediculos: quod omnes Rabbini sequuti sunt, & hebraizantes, & & Caietanus adeò certum censet, vt dicat, etiam mulierculis Hebræis notam esse vocem scinim, aut sciniph, pediculos significare. Pediculorum magna ingensque copia ex corporibus Ægyptiorum scatebat, à quibus malè & miserè perdebantur, & neq; lauacris, neque medicamentorum vnctionibus extinguere eos valebant. Cæterum communior sententia magisque naturæ rerum congruens est, vt sciniphes sint musculæ quædam, ex puluere aut luto exortæ. Id quod in primis Philo *a* tradidit, dicẽs sciniphes fuisse animalia molestissima, minutissima, circa oculos volantia: deinde Origenes *b*, dicens; hoc animal minutum per aera volitare, & in aere teneri suspensum, corpus tamen cum insederit, acutissimo terebrare stimulo; ita vt quem volitantẽ quis videre non valeat, sentiat stimulantem. Hanc sententiam se cutus S. Augustinus, ita definiuit: sciniphes natæ in terra Ægypti de limo, muscæ minutissimæ, inquietissimæ, & inordinatè volantes, in oculos irruentes, non permittentes homines quiescere; dum abiguntur iterum irruunt, dum expulsæ fuerint, iterum redeunt. Albertus Magnus scribit huiusmodi animalia corpore, quidẽ esse vermes, capite autem, & alis esse muscas, habentes in ore aculeum, quo pungãt, & sugant sanguinem. Alij credunt fuisse quædam animalia noua, nostris sciniphibus similia, sed quæ vrgẽtius multò torquerent: nam Philo asserit talia extitisse, quod non solùm superficiem cutis lædebant pruritu noxio, verum etiam ad interiora, per aures, & nares penetrabant. Horum tanta fuit multitudo ex puluere virga percussio, vt velut extensa nubes, inquit Philo, totam obumbraret Aegyptum. Vbique eorum examina insurgebãt, quæ nullatenus, vel leuem concedebant quietem sedentibus, comedentibus, aut dormientibus. Cum quis penetralibus se includebat, vt quietè dormiret, ibi ex puluere excitati penetrantes, intercipiebant somnũ, &c. Qua de causa S. Augustinus recte obseruat sciniphes ty-

a Lib. de vita Mosis.
b Hom. 4. in Exod.

2. Antiq. cap. 13.

Dan. 6. 18.

1. Cor. 15. 34.
1. Pet. 5.
Apoc. 3. 2.
Matth 25.

Exod. 8. 16 17.

¶ 119. In cap. 8. Exod.

Lib. de conuenientia decẽ præc. c 3. Et 3. de Trinit. c. 7. & ser. 87. de tempor. Lib. 26. de animalib.

pũ tenuiſſe inquietudinis, aut inquietorum, qui nullam requiem in ſe tenent, nec concedunt alijs. Vide quid operetur manum extendere, & virga percutere puluerem terræ. Quęnam animæ manus niſi mens, & intellectus? per quem, vt S. Auguſtinus dixit, res capit, & apprehendit: vnde à Diuo Thoma vocatur potentia apprehenſiua. Virga, q̃ huiuſmodi manus apprehendit, eſt conſideratio, & meditatio, per quam res excutit, & diſcutit. Noſtra miſeria eſt, quod non percutimus puluerem terræ. Vnus pecunias virga conſiderationis excutit, attendens iuxta communem ſenſum, qui habet pecuniam, omnia poſſidere: alius voluptates, & diuitias: alius honorem, &c. Si puluerem terræ percuteres, eumque excuteres, ſine dubio ſciniphes orirentur, qui te vigilãtem redderent, & tenerent. Si ingreſſus cęmiterium videres puluereſ illos, & terram ſiccam, caluarias aridas, vacuas, oſſa conſumpta puluери cõmixta, conſiderationis virga iterum, atque iterũ percuteres, hęc excuteres, perpendes, & cogitans, quod quæ vides, homines fuerunt tui ſimiles, potentes, diuites, qui hanc quam agis vitam vixerunt, hanc quam calcas terram calcauerunt, hac qua frueris luce delectati fuerunt, has quas tenes diuitias tenuerunt, Vbi nunc eorum faſtus? Vbi diuitiæ? Vbi voluptates? Vbi generis eorum nobilitas? Vbi iactantia? Vbi ſerui, qui obſequebantur? Lecti in quibus quieſcebant, menſæ vbi voluptuosè comedebant? Vbi pulchritudo mulieris? Vbi venuſtas corporis? Vbi color genarum viuidus? Vbi capilli magna anxietate compti? Et ſi attendas, & conſideres te illis craſtina die ſimilem futurum, quot quamque anxiæ curæ orirẽtur, quæ te inquietum redderent, & tenerent. Percute puluerem: egredientur ſciniphes, anxiæ ſcilicet cogitationes, grandes timores, vehementes curæ, vt tibimet ipſi proſpicias. Sciniphes ſanguinem ſugunt, & extrahunt. Eſt autem ſanguis, cuius vigore caro nutritur, & roboratur, vireſque accipit, vt contra ſpiritum inſurgat, cuius ardore concupiſcentia inflammatur, & ſuccenditur, qui grandem incutit ſomnum, & obliuionem. Huiuſmodi ſciniphes ex puluere orientes, ſanguinem minuunt, & carnis laſciuiã languidam reddunt, concupiſcentiæ ardores extinguunt, & ſomnum fugant. Hinc factum eſt, vt quoniam ſancti viri perpetuò puluerem percutiebant virga attentæ conſiderationis, ea quæ ad mortuos ſpectant cogitantes, hac ſola conſideratione excitati, carnem mortificarunt, concupiſcentiæ ardentes flammas mitigarunt, ac vigilantiſſimi fuerunt redditi: & quando deſeſſis membris aliquam concedebant requiem, ſtatim ac oculis ſomnum dabant, inſurgebant tanquam punctuoſiſſimi ſciniphes, timores, & anxietates mortis, quibus puncti ſuſpiria emittere cogebantur, dicentes: Heu, moriendum eſt mihi, & forſitan hodie. Quid ago? quid cogito? Talem ſe exhibebat Dauid, grandi vigilantia anxium: *Anticipauerunt*, inquit, *vigilias oculi mei.* Vigilias vocat milites illos, qui excubias agunt, quibus vigilandi cura eſt impoſita, vt alibi dictum fuit. Vigilãtior fui ipſis, quibus ex officio vigilare erat impoſitum. Et quiſnam ſomnum ab oculis tuis fugauit? Timor, turbatio tam grandis, quæ adhærere faciebat linguam palato meo. *Turbatus*, inquit, *ſum, & non ſum locutus.* Et vnde ille proueniebat? *Cogitaui dies antiquos, & annos æternos in mente habui.* In medio me conſtitui præteritorum, & futurorum temporum, & quidem quæ præterierunt, fuerunt dies, quæ reſtant ſunt anni. Illi *antiqui*, aut antiquati, & conſumpti dies: iſti *æterni* anni nulla duratione finiendi. Cogitaui dies antiquos, non tam tempus, quod præterijt, quam quod in illo factum fuit. Conſideraui, & mentem applicaui cogitans antiquos patres, mecum expendens, & apud me inquirens, quid de antiquis præcedentibus me, factum fuerit. Vbi principes nobiles? Vbi diuites abundantes? Vbi voluptuoſi delicati? Vbi fortitudo gigantium? Vbi potenti regum? Vbi pulchritudo fęminarum? Tranſierunt omnia illa. Et qui in ordine ad tempus præſens finiti ſunt, ingreſſi fuerũt annos ęternitatis. *Turbatus ſũ, & non ſum locutus*, id ipſũ mihi certiſſi-

¶ 120.

certissimè futurum, & forsitan hodie, quod in illis video. Benè ergo dicit Iob: *Ad sepulchrum ducetur, & in congerie mortuorum euigilabit.* Expende illud. *In congerie mortuorum.* Hæc enim potentissima est, ad somnum etiam illius, qui lethargo opprimitur, effugandum. E. cito congeriem mortuorum, & aceruum, non fictum, sed verum; & tanquam alter Ezechiel, vide & considera campum plenum ossibus mortuorum illorum, quos tu nosti viuentes, quos oculis tuis vidisti, familiariq; colloquio es vsus. In primis congeriem facito consanguineorum, & affinium tuorum. Tuam prosapiam tanquam arborem extensis ramis dilatatā considera, patrem, matrē, fratres, sorores, consobrinos, cognatos. Vide omnes ferè huius arboris ramos excisos, te solummodo remanere iam quasi siccum, statim morte exscindendum, mille infirmitatibus affectum. Vbi parentes quite genuerūt? Vbi fratres, cum quibus nutritus es? Vbi sorores? &c. Huic consanguineorum aceruo adde condiscipulos, quos primum in infantia sortitus fuisti. Cum enim primò oculos corporis antequam rationis aperuisti, ad primas scholas missus, prima elementa cognosciturus quot quantosq; habuisti pueros socios, quorum maiorem partem vides morti cessisse? Deinde maioribus studijs, traditus, innumeros habuisti condiscipulos, viuidos, sanos agiles, qui iuuenili ardore multa agebant, quæ sæpè refers; qui per varios casus, & innumera discrimina rerum, loca varia in Republica obtinuerūt; ex quibus quam plurimi vitæ cursum perfecerunt, & iam Deo eiusdem suæ vitæ reddiderunt rationem. His adiunge homines famigeratissimos, quos nosti mulieres, quæ totius ciuitatis oculos ad se conuertebant: quot quantique comites, barones, diuites: quot quantæque fœminæ illustres, pulcherrimæ, quas vidisti, ia in motuorum congerie quiescūt? Omnes hi vita excesserunt, omnia quæ habebant reliquerunt: nec secum tulerūt diuitias, facultates, fortitudinis robur, pulchritudinem: coram Deo iudicio rigidissimo iudicandi comparuerunt, ingressi sunt domum æternitatis. Quid de te speras? Quis te decipit suadens longam te vitam manere? Quis mentem tuam subuertit, persuadēs meliorem tuam sortem futuram? Nōne fieri potest, vt illis hac ipsa die adiungaris? Si hanc congeriem faceres mortuorum; ad eam, aut iuxta eam mētem reponens, euigilares vtique. Videbis Saulem principem rebellem, & impiū, circa quem nullatenus profecerat Samuelis redargutio, sacerdotum admonitio, Ionathæ deprecatio, Dauidis humillima subiectio: propterea Deus noluit vlterius ad eum mittere hominē, qui illum argueret, admoneret, obsecraret, intruere. Quid igitur fiet? Quis huius rebellis, ac perfidi colla humiliabit? Ducatur ad sepulchra mortuorum, egrediatur Samuel mortuus, & coram eo statuatur, & qui dum viueret nullatenus cor ipsius durum potuit emollire, mortuus, & coram eo constitutus, intimans illi mortem, & dicens: *Cras tu, & filij tui mecum eritis*, tanto timore conturbatur, quod *Saul cecidit porrectus in terrā: extimuerat enim verba Samuelis, & robur non erat in eo.* Expende illud: *Extimuerat enim verba Samuelis.* Vnus solummodo mortuus, dicens: *Cras morieris*, illius potentissimi regis vires penitus contriuit, quamuis robustissimæ, fortissimæque essent quippe cum Saul *eminebat omnibus ab humero & sursum.* Dives ille delicios⁹ certissimè credidit, quod si vnus solummodo mortuus coram quinque suis fratribus se præsentem daret, quamuis innumeris scelerib⁹ implicatos sciret, sufficeret ab eisdem illos reuocare. Quid si coram te congeriem, & aceruum mortuorū constitueres, quos omnes audires clamantes: *Memor esto iudicij mei, sic enim eris, & tuum, mihi heri, tibi hodie.* Non dico, *Cras* sicut Samuel, sed *Hodie*: verè enim timere potes, hodie vitam tuā finiendam. Si vnus mortuus sufficiens iudicatur, vt multos impios viuentes oblitos Dei, dormientes in peccatis excitet, & à vitijs omnibus abducat: nonne innumeri mortui potentes erunt, te vnum viuentem euigilantem facere, & trementem; Num validiori salute præstas, quam ij, quos in congerie mortuorum vides, ex quibus quidam

¶ 121.

1. Reg. 28. 19.

1. Reg. 9. 2.

Eccl. 38. 23.

dam fortiores rupibus apparebant? Num maiora tibi, quam illis ſuperſunt remedia, vt mortem vites? Huiuſmodi mortuorum congeriem vnumquemque facere debere, hortatus fuit Chryſoſtomus, vt ad pœnitentiam agendâ quiuis peccator ſe conuertat, conſiderans quid de ijs, quos viuentes nouit, factum fuerit. Vbi, inquit ille, nunc ſunt, qui pridem per forum tumida ſuperbia, cum multis aſſectatoribus ſe mouebant? qui ſericis induti veſtimentis, vnguentum olentes, arridentes parasito, & ſemper affixi ſcenæ? Vbi nũc illorum phantaſia? Sublata eſt. Cœnarum ſumptus, immodicus riſus, quies animi, cogitationis diffuſio, vita mollis, otioſa, luxu perdita, vbi nunc? Euolarunt omnia. Quid ex corpore factum eſt, quod pridem tanto famulitio, tam exquiſita munditia abundabat? Abijt nimirum ad ſepulchrum. Contemplare puluerem, cineres, vermes, eius formæ ſpeciem, & amarè ſuſpires. Atque vtinam ad puluerem tantùm, eiuſmodi damnum pertingeret. Verùm interim à ſepulchro, & vermibus deduc oculos mentis ad vermem illum immortalem, ad ignem illum inextinguibilem, ad fremitum dentium, ad extremas tenebras, ad afflictionem, & angustiam, &c. Quoniam hãc mortuorum congeriem non facimus, nec ad ſepulchra imus, dormimus, oſcitamus, nullaque anxietate ſolliciti ſumus. Quia igitur tu manum mentis nõ extendis, nec virga conſiderationis puluerem percutis; Eccleſia ſancta manum ſuam extendit, & puluerem capiti tuo imponit; & quia virgam conſiderationis tu non applicas ad puluerem, applicat illæ puluerem ad virgam tuæ mentis: vt vel inuitus habens tam proximum ad virgam puluerem, illum excutias: & quoniam tu non vis ad ſepulchra adduci, adducit ſepulchra ad te, cinerem ſcilicet, qui ſepulturæ vicem tenet; & quia non applicas aures ad mortuorum clamores, illa in auribus tuis voce ſua inſonat, clamans: *Memento homo, quia pulvis es*, vt vel inuitus, audire, & vigilare cogaris.

Hom. de reparatione lapſi.

§. 4. *Procurat Eccleſia, vt mors veniat ſuper peccatores, & in eis operetur, quod deſiderabant Dauid, & Paulus.*

EXpendit Sanctus Bernardus, Dauidem quandam inſignem medicinam, & efficaciſſimum remedium, aſſignare voluiſſe quibuſdam peccatoribus deſperatis. Talis enim illa eſt, vt quantumcunque grandi, & inſanabili (quantum apparet) infirmitate teneantur, poſſit eis remedium afferre. Illa eſt, quam deſignat illis verbis: *Veniat mors ſuper illos, & deſcendant in infernum viuentes.* Communior ſenſus magiſque literalis eſt, vt loquatur de Iuda proditore, eiuſque ſimilibus; de quo præmiſerat: *Si inimicus meus maledixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem vtiq; &c. tu vero homo vnanimis, &c.* Et ſi hoc pacto intelligatur, non ſunt accipienda Dauidis verba, dicta imprecantis, aut optantis affectu; ſed prædicentis, & prophetantis conſilio; quaſi dicat: *Veniet mors ſuper illos, &c.* quomodo S. Auguſtinus ſimiles ſententias docuit explicandas. Tamen Bernardus in bonum cenſet huiuſmodi verba accipi poſſe, eo modo, quo D. Auguſtinus ſimiles imprecationes explicandas exiſtimat; vt illam, *Deficiant peccatores à terra, & iniquitas vt non ſint*; per quas non malum, ſed bonum peccatoribus optat, vt ſcilicet deſiſtant eſſe peccatores. De quibus alibi. Vidit igitur Dauid, quoſdam peccatores inſignes, rebelles, obſtinatos, *Quoniam nequitia*, inquit, *in tabernaculis eorum, in medio eorum*, id eſt, tales, qui repleti ſunt omnino, ac vndiq; iniquitatib. corde, mẽte, animo, tabernaculis, cellarijs, horreis, &c. Curari ne iſti deſperati infirmi poterunt? poterunt ſanè. Quomodo? *Veniat mors ſuper illos: & deſcendant in infernũ viuentes.* Difficilia verba, nec apparet quomodo in bonum accipi poſſint. In primis enim contraria videntur continere. Si enim, inquit Auguſt. mors venit ſuper illos: quomodo poterunt permanere viuentes, vt deſcendant in infernum viuentes? Tanquam enim vltimum, ſupremumque ſupplicium

¶ 122. *Li. de vita ſolitaria ad fratres de Monte Dei.*

Pſ. 54. 16.

Li. 1. de ſer. Do. in mon. c. 1.

Pſ. 103. 20

In Pſa. 54.

cium illi rebelles, Core, Dathan, & Abiron incurrerunt, quando *diſrupta eſt terra ſub pedibus eorum, & aperiens os ſuum deuorauit illos, deſcenderunt q; viui in infernum*. Cæterum grandia Sacramenta huiuſmodi verba continent. *Veniat*, inquit, *mors ſuper illos*. Non dicit, in illis, ſed *ſuper illos*. Conſtituitur aliquis ſuper aliquem, & venit ſuper aliquem, quando illum regit, gubernat, ordinat: quomodo conſtitutus eſt Ioſeph ſuper terram Ægypti. Veniat mors ſuper illos, occupet eorum mentem, intellectum cor, animum, illaque ſuper illos ſit regens, gubernans, & mouens. Quaſi alludere viſus fuit Dauid, ad illud, quod ipſemet optabat peccatoribus, ad eorum remedium: *Conſtitue legislatorem ſuper eos, vt ſciãt gentes, quoniam homines ſunt*; quod infra latius exponetur: nunc tamen fiet manifeſtum ex illis Sancti Apoſtoli verbis, quæ elegantiſſimè B. Ambroſius annotauit: *Mors in nobis operatur, vita autem in vobis*. Quærit Ambroſius, lateque pro vtraq; parte diſputat, ſitne mors in bonis noſtris computanda, an potius in malis: quam rem, vt diffiniret, peculiarem edidit librum, quem de bono mortis inſcripſit. Et poſtquam pro vtraque parte argumẽta propoſuit, rem definit, probãs mortem in bonis eſſe computandam; quoniam innumera nobis bona confert, quæ latè ille proſequitur, & nos alibi trademus, ſingulariter hoc, quod ait Apoſtolus mortem operari in iuſtis; *Mors*, inquit, *in nobis operatur*. Quid eſt mors in nobis operatur? id eſt, dominium exercet in nobis, inquit S. Anſelmus. Ponit Apoſtolus differentiam inter iuſtos, & impios, inter ciues Ieruſalem cœleſtis, & ciues Babylonis terrenæ; quod mors in illis, vita in iſtis operatur, & dominatur. Si iuſtos conſideres, & peccatores, videbis eos diuerſiſſima penitus operari: illi abijciunt bona terrena, quæ habent, contemnunt temporalia, mortificant carnẽ, ieiunijs macerant, diſciplinis affligunt, ſomnum intercipiunt, lacrymas fundunt, ſolitudines quærunt, voluptates fugiunt; iſti autem, bona quæ non habent quærunt, tẽporalia concupiſcunt, carnem oblectant, delicatis voluptatibus fouent, ſomno quantum corpus vult, indulgent, ſolitudines fugiunt, multitudines vbi oblectari poſſint quærunt, &c. Quænam tam diuerſorum, imò cõtrariorum operum cauſa? *Quia mors*, inquit Paulus, *in nobis operatur, vita in vobis*. Videbis mundanum hominẽ toto pectore inſectãtem, & quærentem diuitias, ædificantem domum, quærentem voluptates, fugientem ea, quæ poſſunt infirmitatem inducere, vtpotè vigilias, diſciplinas, ieiunia. Si quæras: Quiſnam hoc operatur? reſpondebo; Vita: appetitus enim vitæ ei dominatur, qui illum adigit, & mouet, & operatur omnia hæc, quæ ad vitam agendam conducunt. Et verè id apertè mundani fatentur, à quibus ſi quæras cur laborent, negotientur, ſolliciti ſint; reſpondent: vt viuamus. Videbimus autem iuſtum, & ſanctum, profundentem bona ſua in pauperes, ieiunantem, vigilantem, ſacris actionibus inſiſtentẽ. Si quæras: Quiſnam hoc operetur; reſpondet Paulus: *Mors in nobis operatur*. Conſiderat enim mortem propinquam, & quod oportet ad eam ſe diſponere, & præparare, in qua omnia quæ habuerint, relinquent: & ſoli nudique ſunt coram Deo præſentandi; ingredientes domum æternitatis. Mors ſine dubio in Hieronymo operabatur indefeſſas vigilias, & acerbas pectoris tunſiones, ſuſpiriaque; & lacrymas, quas indefinenter fundebat. Mors in Paulo Eremita operata fuit fugam, qua relinquens mundum in ſecreta ſolitudine ſe abdidit, hominibus ignotus, ſoli cœlo manifeſtus. Mors operabatur in illis sãctis, quos B. Ioannes Climacus refert, & repræſentat, quaſi carceribus incluſos, iungentes orando noctibus dies, incredibilibus ieiunijs ſe macerantes, horribilibus clamoribus ſuſpirantes, ſe ad mortem diſponentes. Fœlices illi, in quibus mors operatur, & dominium ſuper eos exercet, in quibus illa clauum tenet, animam regit, mentem inſtruit, deſideria componit. Hi ſunt viri illi, quos liberandos à percutientibus viris vidit Ezechiel, qui ſcil. ſignum Thau gerebãt frõtibus impreſſum. Eſt Thau vltima, et extrema litera alphabeti Hebræi, ideoq; communiter typum mor-

Num. 16. 31.32.33.

Pſal. 21.9.

2. Cor. 4. 12.

Lib. de bono mortis. c. 1. 2. 3. & 4.

¶ 123.

In c. 4. 2. ad Cor.

Ezec. 9. 4.

tis tenet, quæ omnium rerum est finis, & quid vltimum huius mũdani alphabeti. Omnia elementa Hebræa terminantur in Thau, omnia mundi elementa, & quicquid in eo reperitur, terminatur in morte. Fœlix qui habet Thau impressum, & quasi sedentem in fronte, aut in capitis præcipua parte: ille qui habet mortem quasi infixam, aut verius quasi dominantem capiti, menti, intellectui suo, quæ regit, dirigit, gubernat; in quo mors operatur. Hoc tibi curandum, vt non solùm vita operetur in te: operetur aliquando etiam in te mors; surgis mane, & operatur in te vita, te excitans ad ea quærenda, disponenda, pertractanda, quæ ad vitam conseruandam, & placidè agendã conducunt: operetur tunc etiam in te mors, excitans te ad prouidendum tibi, & disponendum te ad bonam mortem tenendam. Non enim est, cur magis dominetur tibi, & operetur in te vita quàm mors: cum non magis certus sis ét hodie de vita seruanda, quàm de morte incurrẽda. Miseri illi, in quibus dumtaxat vita dominatur, & operatur. *Nequitiæ in tabernaculis eorum in medio eorum*, inquit Dauid; hoc huiusmodi hominibus opto, quod *veniat mors super illos*, & eis dominetur, illam fronti habeant impressam. Et quid vltra? *Et descendant in infernum viuentes.* 124.

Sicut non potest esse dubium, meo iudicio, infernum sæpè significare locum, in quo sepultus fuit ille infelicissimus, de quo dictum est: *Sepultus est in inferno*: sic mihi certissimum est, sæpè in scriptura sepulchrum nuncupari infernum. Quomodo multi illud accipiunt, quod S. Iacob dixit: *Descendam lugens in infernum*, id est, sepulchrum. De quibus alibi. Vtroq; modo potest hoc loco accipi infernus: sed primam significationẽ, quam D. Bernardus sequitur, in aliam occasionem reijcientes, nunc accipiamus infernum pro sepulchro. Descendant, inquit Dauid, *in infernum viuentes*. Quæres: Quomodo fiet istud? In sepulchro namque nullus est viuens reponendus. *Sine*, inquit Christus, *mortuos sepelire mortuos suos*: neque enim nisi, qui mortuus est, sepelitur, aut sepulchro conditur. Notimus equidem aliquos descendisse viuentes in sepulchrum, vt de Ioannẽ Euangelista refertur *a*, quod ad Ecclesiam deportatus, descendit in sepulchrum sibi paratum, & cœlesti lumine circumfusus, nunquam amplius corpus eius apparuit. Similiter, & S. Seuerus Episcopus Rauennas, de quo refertur *b*, quod è vita discessurus, ad Ecclesiam veniens, sacro Missæ sacrificio peracto, sermoneque ad populum habito, pace ac benedictione eidem impertita, viuus in sepulchrum, quo eius vxor, & filia conditæ erant, descendit, & inter vtramq; se locans, vale cunctis dicens, & marmorem monumento imponi iubens, obdormiuit in Domino. Nunquid id ipsum pro peccatoribus Dauid postulat, vt descendant viuentes in sepulchrum? Descensum sanè illum exoptat, quo homo per viuam considerationem in sepulchrum descendit: sicut enim animus, inquit S. Bernardus, è cella in cœlum ascendere dicitur, & eleuari, quando viua quadam contemplatione, quæ in cœlo sunt, meditatur, & oculis mentis lustrat illam cœlestem regionem, quæ in ea electis reposita sunt, considerans: ita descendit in sepulchrum viuens, qui viuaci quadam acutaque consideratione ad sepulchrũ se demittit, omnia, quæ in eo sunt, attentissima consideratione perpendens, qualiter homo, quem mundus non capiebat, in breui fouea septem pedum deponitur; in ea concluditur, nonne inde effugiat, sed ne eius horror, & fœtor aerem viuentesque inficiat: quomodo solus relinquitur, qui perpetuò innumeris seruis, & familiaribus erat stipatus, quos omnes ad sui obsequium paucos reputabat: quomodo nullum habet comitantem se etiam ex charissimis suis, neque vxorem, neque filios, neque amicos: quomodo omni gloria nudatus exi tit, sine d uitijs, sine splendore; imò cuius oculos vermes corrodunt, absque eo quod ab aliquo eijciantur: serpentes renes liberè deuorant, nec aliquid impedit: lumbrici viscera absumunt, nec aliquis prohibet, vermium agmina ventrem discindunt, liberè egredientes, & ingredientes, nec possunt expelli. Tale vidit Sanctus Augustinus *c*, cuiusdam Romani im-

a *Apud Metaphr. & Oceu. men. post. Apoc. & Surii. 27. Decembr.*

b *Apud Surium. 5. Februar.*

Luc. 16. 22

Gen. 37. 53

Loco citat.

Luc. 9. 6.

c *Serm. 48. ad fratres in eremo.*

peratoris corpus in ſepulchro conditum, quod ipſe deſcribit, colore liuido, putredine circundatum, ventrem eius diſruptum, & vermium cateruas per illum tranſeuntes; quorum duo famelici in oculorum foueis paſcebantur; crines eius non adhærebant capiti, dentes eius apparebãt labijs conſũptis, & reuelatum erat narium fundamentum. De quibus alibi. Cuius occaſione exclamat Auguſtinus: Euntes vos, ô iuuenes, & potentes, ad ſepulchra patrum veſtrorum, conſiderate qui fuerunt, & qui ſunt: monumenta eorum aperiamus, & Videamus, quis dominus, quis ſeruus, quis pulcher, quis turpis, quis rectus, quis curuus inter eos fuerit. Aperiamus oculos mentis, & corporis, & noſtram grandem miſeriam frequenter non pigeat conſiderare. Intremus ſepulchra, & quid inueniemus diſcamus. Quid fratres inueniemus, vel quæ? Nam ſi reſpexerimus, inueniemus mortuorum capita, renes, ventrem. Verùm, & indubitanter verum mihi experto credite, quod in capitibus inuenietis bufones ſaltantes generatos ex cerebro, in renibus ſerpentes ex illis generatos in lumbis ambulantes: in ventre vermes ſcaturientes generatos ex viſceribus. Ecce quid ſimus, & quid iam erimus; ecce in quod reſoluimur. Quid ergo inflaris, ô diues? Cur non attendis, quæ audis? Cur turbaris cùm proſpicis? Cur non conuerteris, cùm hæc quotidiè experiris? Ita Auguſtin. Deſcende ergo viuens in ſepulchrum, & hæc quæ vides conſiderans, quære apud temetipſum; Quonam abijt pulchritudo faciei, ſplendor oculorum, labiorum gratia, genarum pulchritudo? Vbi magnitudo virium, multitudo diuitiarum? vbi apparatus deliciarum? vbi thalamus pictus, lectus eburneus? vbi capilli ſolares? &c. Et hæc in illo quem in ſepulchro conſideras, ad te ipſum transfer, & attende, quod certiſſimè breui tempore talis futurus tu es, & forſitan hodie. Si ita deſcenderes in ſepulchrum; fierine poſſet, quod tuis voluptatibus non imponeres modum? Nõ tibimetipſi proſpiceres? Non videres ſeculi omnimodam vanitatem? Videns ergo Eccleſia te omnimodè peccatis implicatum, remedium, quod Dauid deſignauit, tibi applicans, vt mors ſuper te veniat, in te operetur, & capiti tuo dominetur, mortis inſignia eidem capiti ſuperponit, & tamquam in ſuprema corporis ſede locat: & quia tu non deſcendis in ſepulchrum, ipſa ſepulchrum eleuat vſque ad caput tuum, vt cogaris vel inuitus, quæ in illo ſunt, attẽdere, & oculis mentis colluſtrare.

§. 5. *Sulphureum puluerem applicat Eccleſia ad euertendum peccatorem, cui mortis ſententiam exhibet ſcriptam, quaſi irreuocabilem.*

¶ 125 COnſideranS ex vna ſacerdotem, extenta manu capiti cinerem imponentem, & ex alia, diuina illa verba ſimul applicantem, quæ Deus contra hominem definita ſententia protulit, Puluis es, & in puluerem reuerteris; videtur mihi Eccleſiam ſanctam velle efficaciter peccatorem à ſtatu peccati à fundamentis penitus euertere, vt ad Deum ſe conuertat. Notum eſt, nihil eſſe potentius ad turrim lapideam euertendam, & auolandam, quàm ignis, qui turres munitiſſimas facillimè euertit, mœnia firmiſſima auolare facit. Vt tamen ille efficacius operetur, inuenit humana induſtria puluerem ſulphureum, qui ex ſe quidem nihilo magis eſt efficax, quam tenuis debiliſque puluis, quem proijcit ventus; ſi tamen ei applicatur ignis, qui in illo apprehendat, ſubito potens flamma ſuccenditur, quæ montes ipſos firmiſſimos tranſuertit, abſque eo quod aliquid poſſit obſiſtere, aut illius vires continere. Procurauit Deus peccatores, in peccatis ſuis tanquam turres firmiſſimas obfirmatos, quos *deſixos in facibus ſuis*, vocauit Propheta ab illo ſtatu perditionis euertere. Ad id autem vſus fuit virtute ignis. Quiſnam igitur, niſi verbum ipſius, de quo ipſe dicit: *Nonne verba mea ſicut ignis?* Potentiſſimus ignis, & inter omnia, quæ operantur actiuior. Potentiſſimũ eſt enim verbum Dei, quod potuit ex nihilo extrahere Mundũ, Cœlos, Stel- *Soph. 1. 12.* *Ier. 23. 29.*

las, terram, & omnia quæ facta sunt.
Psal. 149. *ipse namque dixit, & facta sunt, &c.* vn-
Sap. 18. 15. de vocatur, *Omnipotens sermo*. Huiusmodi ignem cõsueuit Deus applicare, cùm admiranda vult opera perficere. Quis videret Saulum furijs inuectum, diro pectore virus effiantem, equo insidentem, currentem, festinantem, vt Christianos perderet? Voluit Deus turrim istam transuertere: id perfecit im-
Act. 9. 4. mittendo ignem verbi sui: *Saule, Saule, quid me persequeris?* Ad hanc namq; vocem subito cecidit in terram; tanquam turris transuersa: & in totũ à summis ad ima mutatus, *Domine*, iquit, *quid me vis facere?* Erat quidem ciuitas illa Niniue magna mole, itinere trium dierũ; sed maior multo malitia, quæ ad cœlũ vsque pertingebat: altior iam erat, quã Babylonica turris, quam non sustinuit Deus, vt ad cœlum vsque pertingeret.
Iona 1. 2. De Niniue autem dixit: *Peruenit vsque ad cœlum malitia eius*. Voluit eam ab illo statu euertere, & auolare facere: misit Ionam, qui ignem suæ diuinæ sen-
Iona 3. 4. tentiæ, & comminationis apponeret: *Vade*, inquit, *ad Niniue ciuitatem magnam, & loquere ad eam prædicationẽ, quam ego loquor ad te.* Et quænam illa? *Adhuc quadraginta dies, & Ninive subuertetur.* Abijt Ionas, ignem applicuit; & subitò tota ciuitas, vt S. Augustinus cõsiderat, quasi in altum iactata, euersa fuit, non secundum materialia ædificia, sed secundum peccati statum. Omnes videbis transuersos, & euersos, mutantes musicas in fletus, risum in lacrymas, cultum vestium in cilicium, comessationes, & ebrietates in validum asperumque ieiunium; & omnia quæ erant, penitus apparuerunt euersa. *Reuersus est enim vnusquisque à via sua mala*. Peruenit vis ignis ad regale palatium, & regem ipsum penitus euertit; surrexit enim de solio suo, & in terram se demisit, regales vestes in horridum saccum commutauit, è splendida mensa in cinerem se transtulit, epulas abundantissimas in incredibile ieiunium vertit. Ita namque operatur vis diuini verbi, aut diuinæ comminationis sententiæ, hominibus intimatæ. Videns nos Ecclesia in peccati statu firmatos, volens ab illo euertere, hunc ignem applicare vult. Quia tamen nos agnoscit duriores, non nudum ignem diuini verbi, & comminatæ applicat sententiæ, scit enim nos tales esse, qui iam diuina verba cõtemnimus; qui facti sumus, tanquam aspides surdæ obturantes aures suas; aut verò tanquam vas confractum, quod nihil retinet: sulphureos propterea pulueres inducit, & submittit, cinerem, scilicet quem capiti superponit, qui ex se nihil operari potest; & quæ vna manu eos spargit, quasi alia ignem admouet diuini verbi, clamans: *Puluis es, & in pulue-*
rem reuerteris, vt grandis flamma consurgat, quæ mentem tuam illuminet, teque à terrenis euertat, & auolare à peccatis faciat. Meritò propterea capiti cineres admouet: sicut qui turrim euertere vult, pulueres sulphureos in fundamentis ponit. Fundamentum hominis caput dicitur à Propheta, vt alibi expendimus; *Denudasti fun-* *Habac. 3.*
damentum eius vsque ad collum. In fun- 13.
damento igitur pulueres ponit. Possibilene est, quòd obduratior iis illa perfida ciuitate Niniue? Illi nudus ignis diuinæ sententiæ applicatus, sufficiens fuit, eam penitus auolare facere: tibi non nudus ignis, sed & sulphurei applicantur pulueres. Illi constitutum est tempus quadraginta dierũ, post quod subuertenda prædicebatur; tibi nec vnius diei, nec verò horæ, vel momenti spacium constituitur, qui iam cinis vocaris, & puluis: quia fieri potest, vt antequam hinc egrediaris, vitam finias. Illi credere potuerunt sententiam reuocari posse, tibi certum est sententiã, quam audis, esse irreuocabilẽ. Et hanc ¶ 126.
credo aliam esse causam, cur Ecclesia sancta non contenta fuit sententiam ore proferre; sed manu cinerem capiti imponere, quasi sententiam ore prolatam, atramento cineris in temetipso scribere volens. Hoc namque vsitatum satis inuenies in scriptura sacra, sententiam Dei contra aliquem solo verbo latam, reuocabilem fuisse, & comminatoriam tantùm: quam tamẽ Deus non solum verbo, sed scripto ferre voluit, hoc ipso indicasse irreuocabilem, & definitam: accommodans se Deus morib. regũ terræ, qui hoc ipso, quod sententiam scribebant, irreuocabilem omninò declarabant. Ita Satrapæ, volentes,

lentes, vt quoddam decretum regium
Dan.6.8. irreuocabile fieret, dixerunt ad Regē: *Rex confirma sententiam, & scribe decretum, vt non immutetur, quod statutum est.* Vnde volens Deus exprimere, non comminatoriam sentētiam se cōtra Iudæos proferre, sed irreuocabilem
Isa.65.6. & absolutam; *Ecce*, inquit ad Isaiam, *scriptum est coram me non tacebo, sed reddam & retribuam in sinum eorum, iniquitates vestras, & iniquitates patrum vestrorum simul, &c.* Similiter & contra Iechoniam sententiam irreuocabilem pronuntians, dixit ad Ieremiam:
Ier.22.31. *Scribe virum istum sterilem, virum qui in diebus suis non prosperabitur: nec enim erit de semine eius vir, qui sedeat super solium Dauid, & potestatem habeat vltra in Iuda*: & huiusmodi sunt innumera loca. Ex quibus intelliges differentiam, quam Deus tenuit proferendo sententiam contra Nabuchodonosor Regem, supremumque monarchā, & contra filium eius Baltassarem. Sanè contra vtrumque de cœlo sententia diuina processit: sed contra Nabu-
Dan.4.10. chodonosor, solo verbo fuit prolata, quam ipsemet audiuit, illamque eidem exposuit Daniel: contra Baltassarē autem non verbo, sed scripto fuit eius oculis intimata: vidit enim manum scri-
Dan.5.5. bentem in pariete, *Mane Tekel Phares*. Et fortè hinc Daniel intellexit sententiam contra Nabuchodonosor reuocabilem fuisse; vnde postquam illam eidē explicauit, hortatus fuit, vt vitam emendaret, & peccata sua eleemosynis
Dan.4.24. redimeret, *Forsitan*, inquit, *ignoscet delictis tuis Deus*: sententiam autem cōtra Baltassarem irreuocabilem & determinatam intellexit; ideoque postquam eam eidem exposuit, nullatenus eum admonuit, vt aliquid ageret, quo sententiam contra se scriptam euaderet. Et fortè hinc Ionas suspicatus fuit, sententiam, quam Deus contra Niniuen protulerat, comminatoriam tantummodo fuisse, quā Deus solo verbo proferebat, non autem scripto voluit firmari: reuocandam propterea ad Niniuitarum pœnitentiam. Vt ergo intelligas irreuocabilem sententiam, quam tibi Ecclesia intimat; non nudo verbo illam profert, sed, & scripto, quasi in pariete capitis tui, tribus digitis eam scribens, sicut quæ contra Baltassarem lata est. Si à Rege contra te mortis sententia esset lata, quam irreuocabilem scires, & videres te iam ad supplēdium duci, nescies in qua ciuitatis via, per quam duceris, esse suspendendus; quonā gustu comederes? qua quiete dormires? quomodo voluptatibus intenderes? Quo pacto de ædificanda domo tractares? Irreuocabilem audi sententiam; *Puluis es, & in puluerem reuerteris*. Iam ad mortem duceris, nihil enim aliud quolibet momento agis, quàm ad mortem properare; nescis si hac die, quam tamquam viam hodie peragendam ingressus es, eris suspendendus, an sequenti. Qui igitur fieri potest, vt tam quietè in peccato persistas? tam grandi Dei obliuione obsurdescas? tam profundo lethargo dormias?

§. 6. *Ad reuincendos inimicos, consuluit Sapiens recurrendum ad proprium locum, quem esse sepulchrum, ostenderunt Dauid, & Abraham.*

Dictum fuit, & expositum iuxta doctrinam Ambrosij *a*, & Basilij *b*, Ecclesiam Sanctam nobis sacro Quadragesimæ tempore, bellum indicere contra omnes aduersarias dæmonum, & peccatorum potentias. Ad bellum autem benè, & gnauiter gerendum, & victoriam obtinendam, non solùm requiruntur arma offensiua, & defensiua; sed maximè curandus est locus, in quo exercitus locatur. Hoc enim magnoperè considerant sapientes duces, & procurant illū eligere, in quo & muniti ab aduersariorum telis existant, & ex quo fortiter iacula sua contra eosdē emittant. Victus succubuit exercitus Ioab, eo quod locum elegit, muro in quo inimici stabant, propinquum: vnde ab inimicis offensi nullatenus offendere eosdem potentes. victi euaserunt. Id similiter euenit fortissimo duci Abimelech, qui cum potentes milites vincere consueuisset, à fœmina victus succubuit, quia locū minus tutum elegit, in

quo

q 122.
a Lib. de Elia, c. 1. & ser. 33.
b Hom. 1. de ieiun.
2. Reg. 11.
Iudic. 9.

quo percuti potius, quàm percutere posset. Ecce ista pugnatores contra inimicos nostros armis aptissimis munuit, ieiunio, pœnitentia, lacrymis, pio in Deum affectu, misericordi in pauperes voluntate, vt sequẽti tractatu exponemus. Quò tamen validius, securiusque victoriam cõsequi possimus, locum aptum nobis offert & exponit, ad quẽ nos recipiamus; in quo omnia tela nequissimi possimus extinguere, & ex quo potentissimis sagittis, & ictibus eũ perfodiamus. Locus ille, cinis, puluis & terra est. Annotauit S. Gregor. illam Spiritus sancti sententiam, quam iuxta aliorum Patrum mentem alibi sæpè exposuimus: *Si Spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris*: Nomine, *Spiritus*, dæmonem intelligunt Ambrosius *a*, Hieronym. *b*, Gregorius *c*, Cyrillus Ierosolymit. *d*, & Bernard. *e* Dicitur autem Spiritus potestatem habentis, id est, potenter, & validè impugnantis, vt Symmachi translatio indicat, aut propter alias rationes alibi expositas. Si hic Spiritus ascenderit super te, aut, vt Symmachus transfert, irruat super te, aut superueniat impetens te, *Locum tuum ne dimiseris*. Consulit, inquit Hieron. *f* Spiritus Sanctus quid agendum sit, quando diabolus violenter contra te insurgit, & bello potentium diuersarumque te exagitat tentationum: *Locum tuum ne dimiseris*: quod alibi Spiritus S. clarioribus verbis expressit; *Mane in loco tuo*: ad locum tuum te recipe, vt potenter resistas, eiusq; iacula enerues. Quis locus tuus? B. Greg. cẽset esse pœnitentiã humilẽ: quis enim locus proprior peccatoris, quàm pœnitentia? Sed possumus intelligere, locum tuum esse terram, cinerem, puluerem, sepulchrum: nihil enim magis tuum est, quam terra & puluis, quem Nostrũ, pleno ore Dauid pronuntiat: *In puluerem*, inquit, *tuũ reuertetur*. Nullus locus proprior, quàm sepulchrum, *Vbi constituta est domus cunctis viuentibus*, vt dixit S. Iob. Expẽde in primis vocẽ *Domus*. In scriptura n. maximè differunt domus, & tabernaculũ. Nã tabernaculum, est mansio constituta ad habitandum non permanenter; sed ad breue tempus, illudque extruitur leuissimo, aut nullo fundamento supposito, fixis tantùm in terra baculis, superponẽdo illis pelles, aut cortinas cilicinas, quomodo dicuntur, *pelles terræ Madiam*; cuiusmodi habitationibus vtebantur filij Israel, per desertum ambulantes, figentes tabernacula in locis, ad quę noctu perueniebant, inde statim discessuri. Vnde & dicitur: *Tabernaculum vnius noctis*. Domus autẽ dicitur, habitatio constructa ad habitandum permanenter, cui solidum firmũque fundamentũ, vt stare possit, substernitur, super quod firmi eriguntur parietes. Vnde Ionadab hoc filijs suis imposuit: *Domum non ædificabitis, sed in tabernaculis habitabitis*: vbi tabernacula domibus opponit. Hinc locus ille, in quo arca Dei primò habitabat, quia mutabilis erat, & minimè permanens; vocabatur *Tabernaculum, vt tabernaculum Silo*: sed templum, quod à Salomone constructum fuit, vt permaneret in illo perpetuò, vocatum fuit *Domus Domini*. In hac vita nõ habet homo locum, in quo habiter tanquam in domo, sed tanquam in tabernaculo: quia nullus est in hac vita locus, in quo sit permansurus. In sepulchro autem constituta est tibi domus, ibi permanebis toto tẽpore, quo mundus perdurauerit. Cui concinuisse visus fuit Dauid, vt S. Augustin. elegantissimè annotauit, loquens de diuitibus, & potentibus, qui ampla extruunt palatia, domos laqueatas ædificant, tanquam si in eis perpetuò essent permansuri: dicens, huiusmodi ædificia, non domos, sed tabernacula esse: *Sepulchra*, inquit, *eorum, domus eorũ in æternum: Tabernacula eorum à progenie in progeniem, vocauerunt nomina sua in terris suis*. Diligenter annotat, populus dicere, hominum sepulchra esse *domos illorum*, & domos quidem *in æternum*, aut in seculum, id est, dum mundus duraverit. Deinde habitacula, quę in terra posteris suis relinquunt, ad nominis sui celebritatem instructa, non domos, sed *Tabernacula* vocat. Rectè quidem, quoniam in habitaculis super terram extructis, minimo tempore manere finũcur, nec vlla in eis firma, aut fixa statio est. Frequenter contingit, vt mox ædificato palatio, morte absorbeatur dues, imò & nonnunquam priusquam structura ad perfectũ fuerit perducta, cogun-

Eccl. 10. 4.
a in Ps. 1. & 41.
b Lib. 6. in c. 58. Isai. & lib. 3. in cap. 6. ad Eph. & lib. 1. in c. 5. Zach. & epist. 22. ad Eustoch. & 3. Moral. c. 17. & 14. Mor. c. 28.
d Malec. 2.
e Serm. de quadruplici debito.
f Ep. 22. ci. Eccl. 13. 22.
Ps. 103. 29. Iob. 30. 23.
Habac. 3. 7.
Isa. 24. 20.
Ier. 35. 7.
Ps. 77. 60.
3. Reg. 8. ¶ 128.
in Psal. 48.
Ps. 48. 11.

cogũturque, velint nolint, erecta multis laboribus, & sumptibus palatia posteris relinquere, nec eis permanendi ibi facultas conceditur: & si cõceditur, certè breue nimium est, quod conceditur. Et certè quiuis homo, velit nolit, confiteri tenetur, se peregrinum super terram, ideoque neque habere in ea ciuitatem manentem, aut fixam domum; non .n. quis, vbi aduena est, domum habet fixam. Deinde notum est, militiam esse vitam hominis super terram: milites non fixas habent domos, sed in *tabernaculis* agunt. Sepulchra autem illorum, rectè domus illorũ vocantur, propter stabilem, & longissimam mansionem, in qua in æternum manebũt, dum mundus perdurauerit. Rectè ergo, inquit Augustinus, tabernacula vocantur, in quibus temporaliter manserunt; sepulchra autem domus, in quibus quasi in æternum manebunt. Tabernacula suis dimittent, vbi manebunt breui tempore vitæ; & transibunt, quasi ad domos æternas ad sepulchra. Quid illis prosunt tabernacula, *in generatione, & generationem*, in filios, nepotes, pronepotes? Quid? Audi. *Vocauerunt nomina sua in terris suis.* Ibi in parietibus extructis procurat nomina sua vocari, &c. In sepulchro ergo constituta est tibi domus morienti, cui viuenti tantummodo locus conceditur, in quo breuissimè tamquam in tabernaculo debili, & infirmo possis habitare. Aptè autem dicitur *domus constituta.* In Hebræo est vox *Moghed*, quæ propriè significat locum statutum, vt in eo plures congregentur, aut in vnum conueniãt; quomodo dantur in ciuitatibus domus communes, ad quas omnes conueniunt, vbi omnes indiscriminatim cõgregantur, qualis erat Synagoga apud Iudæos, & Templa apud nos. Pagninus: *Ad domum congregationis omnis viuentis.* Regia, *Ad domum cõuentus omnis viuentis.* In mundo vnusquisque locum suum habet ab alio separatum, diues à paupere, nobilis ab ignobili, dominus à seruo: sed in sepulchro constituta est domus, in qua omnes congregentur, simul in vnum diues, & pauper. *Paruus, & magnus ibi sunt*, inquit Iob, *& seruus liber à domino suo.* Quamuis princeps Isbosteth, & dux Abner dum viuerent, grandi dissidio fuissent ab inuicem separati, morientes tamen *tulerunt caput Isbosteth, & sepelierunt in sepulchro Abner.* In scachorum ludo, quamdiù calculi super tabulum stant erecti, vnusquisque locum suum tenet, iuxta sui qualitatem; dum tamen à tabula extrahuntur, oẽs turmatim vno eodemque includuntur sacculo. Aperi sepulchra, inquit Augustin. & vide, an discernere possis, quis dominus, quis seruus, quis pulcher, quis deformis, quis diues, quis pauper. Et propterea funera vocamus *Exequias*: quia mors omnes exæquat, vt alibi dicemus. Aliqui dicunt vocem *Moghed*, significare *testamentum*: vt vertere possis: *Ibi constituta est domus testamenti cunctis viuentibus.* Id est, domus iure testamenti omnibus conueniens. Hæc domus testamentario iure tibi conuenit, à primo omnium parente, qui iure hæreditario hoc solummodo tibi reliquit: *Per illum enim ingressa est mors, & ita in omnes homines mors pertransiit.* In huius explicatione obseruat D. Thom. primum locum, quem in mundo, quis suum emendo fecit, fuisse emptum ad sepulturam. Primus, qui inuenitur in mundo locum in terra emisse, fuit Abraham, qui agrum quendam emit ab Ephron filio Seor in Hebron. Mortua fuit Sara in Arbee, quæ est Hebron, locutusque est Abraham ad filios Heth, habitatores terræ illius, dicens: *Aduena ego sum, & peregrinus apud vos: date mihi ius sepulchri vobiscum, vt sepeliam mortuum meum.* Tunc vnusquisque eorum suum ei offerebat sepulchrum, dicentes: *Audi Domine, princeps Dei es apud nos, in electis sepulchris nostris sepeli mortuum tuum, nullus te prohibere poterit.* Vide quam antiqua est extruendorum sepulchrorum cura. Iam tunc vnusquisque suum sepulchrum habebat extructum, pro cuiusque qualitate. Vnde dabantur, iam tunc sepulchra quædam magnis sumptibus constituta, quæ vocabant *Electa*. Quoniam omnes cognoscebant Abraham esse virum inclytum, qui multa dignus esset æstimatione, quem propterea *Principem* Dei, id est, magnum, nuncupant, omnes sua libentissimè offerebant sepulcra. Abraham, quoniam vrbanis præstabat moribus (nunquam .n. vrbanitas

con

מועד

Iob 3.19.

4. Reg. 4. 1§. ¶ 129.

Ser. 48. ad fratres in Eremo.

Pineda in c. 30. Iob.

ad Ro. §. 12

in Cap. 2. G

Gen. 23. 4.

contraria fuit veræ ac legitimæ fidei, & sanctitati) *surrexit, & adorauit populum terræ filios videlicet Heth.* Adorare hoc in loco, vt Augustinus *a*, & Ionas Aurelianensis Episcopus *b* intelligunt, est gratias agere, quadam externa reuerentia illis exhibita. *Dixitque ad eos: Si placet animæ vestræ, intercedite pro me apud Ephron filium Seor, vt det mihi speluncam duplicem, quam habet in extrema parte agri sui.* Speluncam duplicem, quidam intelligunt, quod vna esset intra aliam: alij, quod in agro esset duplex spelunca non longè vna ab alia sita. *Pecunia digna tradat eam mihi:* id est, vendat mihi eam iusto pretio. Quis esset Ephron, explicat scriptura subdens: *Habitabat autem Ephron in medio filiorum Heth.* Quidam credunt significari his verbis, Ephron fuisse illius terræ principem, cuius est habitare in medio, vt omnium commodis consulat, omnesq; possit sua manu continere, regere, & gubernare. Alij melius credunt significari, fuisse virũ nobilem, in pretio habitum, omnibus notum. Ita dixit mulier illa ad Eliseum: *Mulier sum, quę in medio populi mei habito*, id est, quæ omnibus meis ciuibus sum nota, & in pretio habita. Et hinc Amos vocat, *Vitulos de medio armenti*, excellentiores, & pinguiores. Talis erat Ephron, & verè comes, & nobilis, qui cunctis audiẽtibus, gratis agrum, & speluncam duplicem obtulit Abrahæ dicens: *Nequaquam ita fiat Domine mi*, vt pretio recepto agrum tradam; sed tu magis ausculta, quod loquor: *Agrum tradam, & speluncam, quæ in eo est, præsentibus filijs populi mei.* Quasi dicat: Firmissima est donatio, quam sub tot testibus facio. *Adorauit Abraham coram populo terræ.* In antiquis codicibus habetur: *Adorauit Abraham coram Domino, & populo terræ.* Credunt aliqui significari grandem submissionem, quam Abraham fecit ad Ephron. Alij illud *coram Domino* intelligunt, id est, *Verè & ex animo, Agradeciòselo muy de veras, y muydo coraçon.* Locutus est tamen ad Ephron, *circunstante plebe*, quasi omnes circunstantes volens exhibere testes: *Quæso vt audias me: Dabo pecuniam pro agro, suscipe eam: & sic sepeliam mortuum meum. Respondit Ephron: Domine mi audi me: Terra, quam postulas, quadringentis siclis argenti valet* (valor cuiusque sicli illius terræ, erat circiter, quod apud nos vncia argenti, aut decem, & septem solidi.) *Istud est pretium sed quantum est hoc? Sepeli mortuum tuum.* Erant ambo diuites, apud quos quadringenti sicli pro minimo æstimabantur, voluitq; dicere: *La heredad esto vale, pero es cosa tan poca, que no ay que reparar en ella: dexate de precios, y tomala graciosamente para sepultar tu defuncta.* Nequaquam acquieuit Abraham; sed *appendit pecuniã, quam Ephron postulauerat, audientibus filijs Heth, quadringentos siclos argenti probatæ monetæ publicæ. Confirmatusque est ager quondam Ephronis, in quo erat spelunca duplex, tam ipse, quàm spelunca, & omnes arbores eius, in cunctis terminis eius per circuitum Abrahæ in possessionem, videntibus filijs Heth, & cunctis, qui intrabant portam ciuitatis illius.* Voluit emptionem facere, & emere agrum, qui de toto rigore iustitiæ suus esset, quem suum pleno ore vocaret: idcirco appendit totam iustam quantitatem, qua æstimatus fuit, *No en fil, y tachas*, quod dicimus; sed siclis argenti probatæ monetæ publicæ, vt nulla posset calumnia pretium inici. *Et confirmatus est ager*, id est, facti sunt actus, & contractus, qui tunc fieri soliti erant ad plenum dominium acquirendum; non in angulo, aut occulto, sed videntibus omnibus habitatoribus ciuitatis. Et tam suum voluit Abraham locum illum habere, vt totus ille, & arbores, & herbæ illius suæ essent. Nec contentus fuit vnico, vt ita dicam, notarij, aut tabellionis actu: sed alium postea fieri voluit: subditur enim iterum: *Et confirmatus est ager, & antrum, quod erat in eo, Abrahæ in possessionem monumẽti à filijs Heth.* Quod intelligo ideo dictum, quia primò quidem Ephron, qui dominus erat agri, fecit, & concessit actum scripturæ publicæ, aut id quo emptionis, & venditionis actus celebrari solebant, transferens, & confirmans dominium agri, quod habebat, in Abraham. Abraham tñ nõ hoc actu contẽtus fuit, sed voluit vt omnes ciues, & habitatores similiter venditionem, q̃ Ephron fecerat, confirmarent: fieri .n. poterat, vt q̃is tunc Ephron agrum possideret, esset

Gen. 23.7

a Lib. 1. qq. in Gen.

b Lib. 1. de cultu imaginum.

4. Reg. 4. 13

Amos 6. 4.

¶ 130. Iſtella in c. 3. Geneſ.

Gen. 23. 17

Gen. 23. 20

esset aliquis, qui ius aliquod ad agrum futuris temporibus prætendere posset. Hæc quidem historia, circa quam multa obseruanda sunt. Primum est, hanc fuisse primam emptionem, vt D. Tho. dicit, quam in mundo factam nouimus, per quam pleno iure Abraham aliquam terræ portionem possideret, Possidebant tunc multi ea, quæ hæreditario iure acquisierunt, & frequentius, quæ per vim, & potentiam poterant occupare: prima tamen possessio, qua quis emendo rem, fecit de rigore iustitiæ suam, hæc fuit. Secundum est, id quod S. Stephanus annotat, & recessit. Promisit quidem Deus Abrahæ illam omnem terram amplam, & latã, deliciosissimamque, non tamen quam ipse, sed filij eius, qui futuri erant possiderent. Meritò illi viro insigni, voluit *Abram* nomen imponi, vt excellẽti discursu prosequitur Chrysostomus, quod significat *transitorem*, non solum, quia transiturus erat fluuium Euphratem, veniens de patria sua Chaldæa, in terram Chanaam; sed quia toto vitæ tempore, transitor & peregrinus futurus erat, nullibi locum proprium constituens. Ideoque (inquit Chrysostomus) perpetuò confessus & professus fuit, se peregrinum super terram, vt Apostolus dixit. Vnde quamuis illam terram ei promiserit, *Non dedit illi*, inquit S. Stephanus, *hæreditatem in ea, nec passum pedis, & semini eius post ipsum*. Rem admirandam voluit Stephanus indicare. Promisit Deus Abrahæ, non solùm semini eius daturum terram illam, sed & ipsimet Abrahę dicens: *Omnem terram, quam conspicis, tibi dabo, & semini tuo*: & quamuis id ei *repromiserit*, id est, iterum atq; iterum promiserit, nunquam ei in sua persona concessit possidere, tanquam suum, *nec passum pedis*. Quod enim ei promisit, non quasi in seipso complẽdũ intelligere voluit, sed in filijs suis, vt notat Caietanus, idque vsitatum Chrysostomus refert, Deum sæpè, quæ parẽtibus promittit, non in ipsis complere, sed in filijs: vt patet in benedictionib. Patriarcharum, quę in eorum filijs cõpletæ fuerunt. Tertium est; hunc qui nullum locum tanquam propriam sortẽ possidere voluit, nec passum pedis agrum illum pleno iure voluisse suum facere, quem ad sepulturam emebat: hũcque ita voluit esse suum, vt omnibus modis, omnimoda firmitate, possideret, idque omnibus esset notum. Vade omnem pecuniam ab ipso venditore designatam, sine contradictione, aut hęsitatione aliqua subitò obtulit, & in *probata moneta publica*, ne aliqua exceptio sibi posset opponi. Neq; solum contentus fuit emptionem in publico fieri coram innumeris, qui adstabant testibus, sed quam confirmarent actus consueti, non solum venditoris, sed totius populi: vt vir plenus fide, qui verè peregrinus fuit in terra, indicaret sepulturam esse proprium hominis locũ in mundo, qui pleno iure ei competit, & nullum alium locum esse in terra, nec passum pedis, quem suum, pleno ore, posset nuncupare. Ex qua doctrina explicauit S. Augustinus grande mysterium reconditum in eo, quod Christus Dominus non solum non habuit viuens locum suum, in quo caput reclinaret; sed nec moriens proprium habuit sepulchrum, ideoque in alieno monumento fuit conditus. Meritò sanè, nam ei mors, & sepultura fuerunt aliena, qui pro alijs moriebatur, & sepeliebatur: & qui bona, quæ sibi sunt propria, homini communicabat, ab homine accipere voluit, quæ homini propria erant, pœnas, mortem, & sepulturam. De quibus alibi. Hic ergo locus tibi proprius. Eme possessiones amplas, posside agros extensos, construe palatia firma; imò acquire villas, ciuitates, & regna, cum plena, quam dicunt iurisdictione, cùm mero, & mixto imperio; nunquam aliquid horum tam pleno iure obtinebis, quin illud cogaris statim amittere. Locus, quem nullus auferet, in quo tanquam in propria domo manebis, locus est mortis, sepulchrum scilicet vbi constituta est domus testamenti, id est, testamentario iure ab illo primo omnium parente ad omnes viuentes spectans. Vt igitur, vnde digressi sumus regrediamur, quando spiritus potenter & magna cum vi homines impugnans contra te insurrexerit. *Locum tuum ne dimiseris*: ad hunc locum te recipito, illic eũdẽ superaturus, id est, ad sepul-

¶ 131. *Ho. de cura salutis proximi, & nomine Abraham, & hom. 33. in Gen.*

Serm. 130. de temp.

ad Heb. 11. 8. 9. 13. Act. 7. 5.

Gen. 13. 15

in Cap. 13. Gen. Hom. 8. in Matth. Gen. 49.

sepulturã, cinerẽ & puluerẽ re conferto, & te iam quasi mortuũ cogita, & in sepulchro repositum. Sic enim omnia eius tela eludes, vires eneruabis, victũque, ac confusum in fugam conuertes.

§. 7. *Inuictã athletam se exhibuit Iob, qui spiritum potestatem habentis suspiraturus, ad locum suum se recepit.*

¶ 132. ALludere mihi videtur Sapiens, ad insigne, memorabileque factum illius fortissimi militis S. Iob, quem Chrysostom. *a* fortem illum, & *magnum pugilem*, Prosper Aquitanicus *b* *Fortissimum Dei athletam* vocant, quẽ Suidas *c* considerat primum fuisse, qui aperuit gymnicum illud, omnibusque patens stadium. Hic, inquit, primus diabolum deuicit, hic de improbo illo triumphauit, non victor in Olympijs, aut Nemeis, aut Isthmijs, aut Pythijs, aut certaminibus cæteris, quæ arrogãtibus græcorum sermonibus celebrantur. Non hominem infirmum sibi similem, habuit aduersariũ, nec pugnauit cum carne & sanguine: sed agonistico certamine, inquit Sanct. Prosper, principem totius infernalis militiæ superauit. Meritò illũ ore pleno Spiritus sanctus *Virum appellat. Vir*, inquit, *erat in terra Hus*: scriptura .n. sacra, inquit Gregorius, *Vires* vocare cõsueuit, qui vias Domini, fortibus, & non dissolutis gressibus sequuntur: vnde per Psalmistam dicitur: *Viriliter agite, & confortetur cor vestrum.* Vnde & Sapientia in Prouerbijs dicit: *O viri ad vos clamito.* Quasi dicat: Ego non fœminis, sed viris loquor, &c. Qui igitur hic grandis athleta, agonotheraque celebris fecit? Ex professo enim sunt nunc expendenda, quæ supra leuiter attigimus. Cùm audisset nuntiorum verba narrantium, quomodo venissent Chaldæi, & Sabæi, & ignis descendisset de cœlo, & ventus venisset è regione deserti, quibus omnis eius substantia, domus, & filij absumpti fuerunt: intellexit hic excellẽtissimus miles, spiritum potestatẽ habentis contra se insurrexisse, diabolum inquam potenti virtute impugnãtem, aut verò habentem licentiam ab eo, qui omnium rerum habet potestatem Deo. *Tunc surrexit Iob, & scidit vestimenta sua: & tonso capite corruit in terram.* Non omnia exponere vacat. Id tamen primò annota, quod surrexit: in Hebræo verbum, *Kum*, quod propriè significat stare, aut super pedes se firmare, quod Hispanè dicimus, *rehazerse, o reafirmarse*, quod propterea aptissimè accommodatur illi, qui se cõstituit expectans eum, quem contra se videt venientem ad pugnam. Ita dicitur de Goliath, quod cum videret Dauidem venientem contra se, *Surrexit Philistheus*. Ita ad dicendum, quod iuuenes contra se inuicem se exponerent pugnãtes dicitur: *Surgant pueri, & ludãt*, id est, contra se decertent. Sẽtiens itaque Iob irruentem contra se Spiritum potentem; non refugit, aut detrectauit pugnam: non manus dedit, non impugnaturo cessit; sicut illi, qui potentem Holophernem contra se venientẽ senserunt, eius potentia exanimati, vltro se ei humiles obtulerunt; protestantes se nullatenus velle illi obsistere aut repugnare: cui libenter manus dabãt: sed surrexit Iob, certamen acceptans, se ad resistendum, imò ad reuincendum exponens. Et quid primum omnium fecit? *Corruit in terram*, ad locum suum se contulit. Locus hominis terra est: ad illam se demisit. Mirum est, quod surgens, & se stantem exhibens, & ostendens diabolo: in terram se statim demisit. Sed sapiens pugnator intellexit se contra talem inimicum stare non posse, si locum suum desereret, & non teneret: ideo p'enè apprehensurus locum, in terrã corruit: vnde oẽs diaboli sagittas elusit, & vires confregit, dicens: *Nudus egressus sum de vtero matris meæ, nudus reuertar illuc*, quod statim latius exponemus. Videns diabolus se in hoc primo congressu superatũ, alium inferendũ contẽdit, & data à Deo sibi licẽtia, validiori agmine cõtra militem Dei strenuum processit, eũ percutiens *à planta pedis, vsque ad verticẽ*: vt nihil in eo sanum reliquerit, nullum relinquens morbi, aut doloris genus, quo illum non impeteret, & vrgeret. Non tot spinis ericius est plenus, quantum ille sagittis acutissimis transfixus, dolorum, infirmitatũ, &c. Quid hic sapientissimus miles fecit? quamuis primò ad locum suũ se recepisset,

non

a Ho. 3. de Spiritu S. t. 3. et ep. 3. ad Olympiad. t. 5. ad finem.
b De prædictionib. p. 1. c. 22.
c Verb. Iob.
p. 1. cit.
Iob 1. 1. 18. Moral. c. 7.
Psal. 26.
Prou. 8.
Iob 1. 20.
1. Reg. 17. 48.
2. Reg. 2. 14.
Iudith 3.
Iob 2. 7.
¶ 132

non tamen erat ille locus plenè suus, erat. n. cõmunis terra arboribus, plantis, segetibus, animalibusq; cæteris cõmunis, quam viuentes inhabitabant. Ideò ad propriũ locum suũ se recepit, non ad terram qualemcunque, vt D. Gregor. annotauit *a*, sed ad sterquilinium. *Testa*, inquit *b*, *faniem radebat sedens in sterquilinio*. Origenes, Chrysostom. Gregorius cæterique patres locum intelligunt fœtidum, horridum, squalidum, quasi dicat, *fimetum*. In Hebræo habetur vox *Epher*, quam Vulgatus nunc sterquilinium, nunc cinerem, nunc puluerem vertit: vnde quidam legunt: *Sedit in medio cineris*, quomodo quædam Græca, quæ sequuntur Apollinaris, & Polychronius. alij *Sedit in puluere*. Vulgatus *in sterquilinio*. Et verè credo locum illum, in quo S. Iob sedit, ex his omnibus simul fuisse constitutum, stercore, puluere & cinere. Vt enim censent Polychronius *c*, Philippus Diacon. *c*, Beda *d*, & D. Thom. Sterquiliniũ hoc, extra portas ciuitatis erat constitutum: consuetum est autem extra oppidorum portas, fimeta eiusmodi conspici, redundantia varijs immunditijs, quæ à ciuitate extrahuntur, quæ à domo sua quisque eijcit, cinere, puluere, stercore. Vnde Caietan. annotauit, cinerem ibi existentem fuisse illum, qui extracto lixiuio, tãquam inutilis in fimetum proijcitur. Ad eum locum cõfugit S. Iob, quando se vlcere pessimo vidit percussum, vbiq; saniem, & vermes profundentem: & ibi sedit, non vna die, aut duobus, sed toto tempore, quo illius tribulatio, & tentatio perduravit, quod non breue fuit. Suidas *e* cẽset duravisse septem annis, quam sententiam tenet Catena Græcorum patrum in Iob *f*. Quidam, quos Origenes *g* refert, credunt duravisse tribus annis cum dimidio, in typum Dominicæ prædicationis. Seder Olam *h* tradit duravisse per annum. Origenes ipse *i* existimat duravisse tantum per breues menses, ad summum per tres cum dimidio. Quod probat ex eo, quod S. Iob, dixit *k* *Menses vacuos enumeraui mihi*: dicturus certè annos, si per annos eius tribulatio perstitisset. Deinde, quia sufferre non possent multis annis membra, & carnes Iob à vermibus, & putredine comedi, & corrodi: nec multis annis amici, qui cum eo agebant, ibidem perstitissent, à terris suis elongati, præsertim cum reges fuissent, qui diù à regno suo nequaquam abfuissent. Nihilominus annotat Origenes, quod etsi tantum per breues menses duraverit afflictio, dicendum est duravisse longissimo tempore, non quidem habita ratione temporis, sed dolorum. Breue namque tempus, reputatur longissimum, ab illo qui in doloribus, & pœnis agit. Hoc confirmat ex illo, quod in textu Græco, cuius lectionem ille cum Græcis patribus sequitur, habetur: in quo postquam dicitur, quod Iob sedit in sterquilinio, subditur: *Cùm autem multum tempus processisset, dixit ad eum vxor sua, Quousque sustinebis, &c.* Certè non multi dies transierant, & dicitur; *Multum tempus*, propter plurimã passionem, propter acerrimum dolorem, vehementissimũ vulnus, amarissimam pœnam, plagarum nimietatem. Frequenter proximo aliquo quemlibet mittentes, si tardi gradus fuerit is, qui missus est, murmurantes soliti sunt dicere; Quid fecisti tanto tempore? Si vna hora dicitur tempus prolixum, multò magis mensium tempus, prolixum, atque plurimum dici potest. Ita Origenes. Egregiè tamen rem incertam Chrysostomus expressit, vno in loco dicens, Iob per multos menses, in altero non duodecim, non viginti, non centum dies; sed multos menses in his malis fuisse. Multa circa huiusmodi factum sancti Patres inquirunt. Primò Cur Sanct. Iob tam graui infirmitate affectus, ciuitatem fuerit egressus, qui potius videbatur, si extra illam in talem morbum incidisset, in eam inducendus, vt commodius acutissimæ omnigenæq; infirmitati posset mederi. Secundò, Iam quod ciuitate egredi voluit; cur sub dio se constituit, & non ad aliquam domum aut villam extra ciuitatem sitam se contulit; sicut Ozias fecit, quando lepra se vidit infectum; non enim credendum est defuisse domum, illi præsertim viro, qui rex erat, & tanquam rex ab omnibus colebatur. Tertiò, Iam quod sub dio voluit se locare; cur plenus putredine, & vermibus

a 3. *Moral. c.* 4.
b *Iob* 2. *In catena Græca.*
c *in Catena Græca.*
d *in Cap.* 2.
e *Apud Genebr. li.* 1. *chrono.*
f *Cap.* 33.
g *Tract.* 2. *in Iob, ad medium.*
h *Apud Genebr.* 1. *chronoleg.*
i *Tract.* 2. *cit.*
k *Iob* 7. 3.
Hom. 1. *in* 1. *ad Cori.* & 25. *ad populum. in Catena.*
4. *Reg.* 15. & 2. *Par.* 26. 21.

mibus ſcatens, non locū quæſiuit mundum, inter flores aut herbas virides, aūt ſaltem lapides mundos; vbi immūditiam ſuam poſſet leuius ferre, & aliquantulum emundare. Nam ſimetum adiens, potius viſus fuit voluiſſe immunditiam augere, & immunditiam immunditiæ copulare. Quartò, Iam quod ad ſterquilinium ſe contulit; cur illud elegit, quod omni immunditiæ genere abundabat, cinere ſcilicet inutili, puluere, & ſtercore fœtido? Quintò, Iam quod talem elegit locum; cur ibi ſedit? Si enim, vt diximus, conſtituit in ſtadium deſcendere cum diabolo, quem ad ſe expugnandum venientem conſiderabat, pugnaturus cum illo, potius ſi ſederet, deberet ſurgere: nam ſicuti pugnantibus ſeſſio eſt penitus incongrua: ita illis ſtatio eſt accommodata, adeò vt Dauid, Deum ipſum aduocans, qui contra inimicos ſuos pugnaret, conſiderans eum ſedentem in ſolio maieſtatis ſuę, dixerit: *Exurge Domine, & effunde frameam: & cōclude aduerſus eos, qui perſequuntur me.* Quaſi ſupponens neminem poſſe ſe congruè inimico opponere, niſi qui ſurrexerit, & firmus ſteterit. Sextò; Cur ibi ſe conſtituens nihil aliud ad ſaniem, & vermes ab vlceribus ſuis profluentes emundandos voluit accipere, niſi *testam.* Notum eſt enim rem mollem eſſe congruam vlceribus emundandis: dura ſiquidem, & aſpera non emundabunt ſaniem, ſed augebunt dolorem. Tandem: Cur tam longo tempore ibi manſit? quamuis .n. nulla laboraſſet infirmitate, aut nullo torqueretur dolore, intolerabile hoc ſolum videbatur, multis menſibus, & toto tempore, quo tentatio durauit, ibi permanſiſſe. In horum explicationē multa Sancti Patres tradunt. Quidam cenſent ciuitate egreſſum, quoniam tantus tamque horrendus erat fœtor; quem vlcera eius ſpirabant: vt nec ciues, nec cognati vllatenus ferre poſſent; imò verò nec ipſemet ſanctus vir ſeipſum poſſet ſuſtinere, ſi aliquo cubiculo, aut intra aliquam domum maneret incluſus: ideò extra ciuitatem, & extra domum ad communem vētorum flatum ſe expoſuit; vt leuior fieret fœtor. Ita Polychronius. His adde cōmune fuiſſe Perſis, vt ex Herodoto dixit Cœlius, quibus proxima erat regio Hus, in qua Iob habitabat, leproſos ingenti proſequi abominatione, & ciuitatibus pellere tanquam apertos deorum inimicos. Cenſebant enim lepræ morbum, non tam ex naturæ vitio, quam ex deorum vindicta procedere, contra eum, qui grandi aliquo crimine contra Solē deliquiſſet. Imò & S. Iſaias, eò ipſo quod ſpiritu prophetico præuidit Chriſtum quaſi leproſum, expoſuit iudicandum ab omnibus, *tanquam à Deo percuſſum, & humiliatum,* quaſi lepræ infectio nō infligeretur niſi ei, quem Deus tanquam grandem ſibi inimicū vellet percutere, & humiliare. Et verè credendum eſt, diabolum totam ciuitatem contra S. Iob concitaſſe, & commouiſſe, vt eum omnes auerſarentur, tanquam hominem Deo maximè inimicum, ab eo percuſſum, quem omnes à ſe pellerent, & eijcerent, quantumcunque rex eſſet. Narrant Plinius, & Solinus, ex totius populi decreto in Taprobana inſula conſtitutum fuiſſe, vt ſi rex delinqueret, cuncti eum auerſarentur, & communem congreſſum, & conuictum denegantes, à ſe pellerent mœrore, & tabe conficiendum. Quantò magis cenſere poſſumus, diabolū Huſſitas induxiſſe, vt crederent, Iob ingēti ſcelere contra Deum deliquiſſe, quem iudicabant à Deo ſingulariter percuſſum; ideoque ex ciuitate pellerent. Cur autem ciuitate egreſſus, ſederit in ſterquilinio, variè explicant Patres. Quidam credunt ideo factum, vt ſanctus vir extremam, ad quam deuenerat miſeriam, & contemptum indicaret, ſicuti quando in ſua erat felicitate, ad gloriam ſuam explicandam, & honorem, quo ab omnibus proſequebatur, exprimendum, dixit, ſe ſediſſe in cathedra, & throno regali. *Quando procedebam,* inquit, *ad portas ciuitatis, in platea parabant cathedram mihi, &c. Cumque ſederem quaſi rex circumſtante exercitu, &c.* Alij cenſent locum illum elegiſſe ad nimiam ſuā triſtitiam, & luctum exprimendum. Peoprium enim erat eorum, quos grandis calamitas opprimebat, ad luctum, & mœrorem agendum, terram eligere, & in ea ſedere. Ita Eſdras: *Sedi & fleui, & luxi*

Pſ. 34. 4.

¶ 134.

In Catena.

Lib. 5.

Hæc proſequitur Pineda.

Iſai. 53. 4.

Li. 6. c. 22.

Cap. 66.

Iob 29. 7 25.

2. Eſd. 1. 4.

Libr. 2. de pœn. cap. 6. Thre. 2. 10

& luxi. Ita Ieremias, vt B. Ambrosius considerat, inducit Ierusalem plorantem, & ad id aptum locum eligentem: *Sederunt*, inquit, *in terra.* Ita Deus volens prædicere Babyloni grandia mala, quæ super illam erat inducturus,

Esa. 47. 1.

quibus ad grandem luctum, & lamentum erat peruentura, *Descende*, inquit, *sede in pulvere virgo filia Babylon; non est solium filiæ Chaldæorum*, &c. Alij existimant ad pœnitentiam agendam beatum virum se voluisse conuertere: & ciuis, ac puluis proprius erat pœnitentium locus, vt §. Ambrosius ostendit: quem propterea Niniuitæ elegerunt, signanter eorum rex, de quo dicitur, quod, *Sedit in cinere.*

2. De pœn. cap. 6. cit. Iona 3. 6.

§. 8. *Quæ Iob fecit sedēs in sterquilinio stratagemata fuerunt miranda, & quasi validus equus cinerem excauans, vires è terra extraxit.*

¶ 335.

ET quidem nullatenus negare possum, hæc quæ SS. Patres annotāt, vera esse: neque enim adeo vnquam fui temerarius, vt illis vel leuiter me opponere audeam. Eorum tamen sententiæ addo id, quod idem Ambrosius

2. De pœn. c. 1. & li. 7. in Lucam, in c. 13. de siculnea.

indicat, aliquid etiam aliud sanctum virum singulariter intendisse: & quem Spiritus sanctus, omnesque Sancti Patres de eo singulariter laudant, quod fuit strenuus athleta, qui cum diabolo ipso congressus, eius omnes sagittas elusit, & grandi triumpho superauit: hæc quæ agit, quæque singulari studio Scriptura sacra expressit, stratagemata sine dubio sapientissimi militis fuisse. In primis enim, quoniam supremis se diaboli spiculis, & telis impetitum vidit, & agnouit spiritum potentissimum vehementissimo congressu, & impetu contra se venientem, id statim curauit, ad eum locum se recipere: vbi omnes inimici eluderet ictus, & vnde ipse plenè posset eundem ferire. Quis locus ad id aptior, quam sepultura, putredo, puluis, & cinis? Hic locus tibi proprius est, de quo dictum fuit: *Locum tuum ne deseras*, vt paulo ante annotabamus. In illo, & ab illo homo fortissimas resumit vires ad resistendum diaboli congressionibus, & dissoluendas omnes illius machinas. Notum est, vnamquamque rem fortiorem esse, dū loco sibi connaturali consistit. Piscis *Tobiæ 6. 2.* Tobiæ in aqua se ferocissimè agebat, *3. 4.* qua extractus cœpit palpitare. Ignis inter ligna ardentissimus extitit: sed in *2. Machab.* puteum mersus, versus fuit in aquam *1. 20.* craſſam. Ex qua doctrina Caius Princeps, cuiusdam difficultatis solutione inuenit, quam Plinius refert. Cū enim *Li. 32. c. 1.* prospero vento lile nauigaret, subito nauis in maris medio immobilis perstitit, ac si plantata quædam esset arbor. Exilientes protinus, qui illius rei causam quærebant, inuenerunt pisciculum, quem Remoram vocant, adhærentem gubernaculo, quo sublato, statim pristina velocitate nauigium duci cœpit. Erat pisciculus paruus, limaci similis, de quo ex eodem Plinio, & Sāctis Patribus alibi latius dicendum est. Mirabatur Caius, cur pisciculus ille extra nauim, tam grandi virtute ageret, & nauem introductus, nihil penitus obsistere, aut agere posset. Huius rei causam inquirenti, dictum est illi, ex eo id prouenire, quod in mari positus piscis, est in loco suo naturali: ab illo propterea vires agendi, & operandi recipit, à quo tractus, easdem remittit, imò, & amittit, illisque caret. Intellexit ergo sāctus vir locum homini proprium, magisque naturalem mortali, & morti traditum esse sepulchrum: ad illud propterea confugere voluit. Sepulchra autem tunc extra ciuitatem, ad portas ciuitatis extructa erant, vt Chrysostomus ostendit, & alibi ex- *Hom. 2. de Spiritu S. tom. 3.* pendemus. Illa verò omnia, vnum ex tribus continebant; quædam continebant cinerem, qualia erant sepulchra regum, & potentum, quorum corpora dum moriebantur, cremabant, & in cinerem redacta, sepulchro includebant. Quædam puluerem tenebant, vt sepulchra hominum vulgariū, quorū corpora iam à terra erant consumpta, & in pulueres redacta. Quæda tandem continebant putredinem, & fœtorem, & immunditias omni stercore fœdiores; qualia erant illa, in quibus recēter corpora erant sepulta. Hæc omnia sanctus vir in vnū colligere volens, ad locum illum extra ciuitatem

confugit, in quo eſſet cinis, puluis, & fœtidum ſtercus, vt omnis generis ſepulchrum referret. Ibi autem *ſedit*. In ſcriptura ſacra, vt annotarunt Chryſoſtomus *a*, Auguſtinus *b*, & Gregor. *c*, Sedere ſignificat manere quietè, perſeueranter, non trāſcurſim aut raptim. Ita B. Auguſtinus cēſet explicandum, quod de Dauide dictum fuit, qui innumeris magnificentiſſimiſque promiſſionibus à Deo per Prophetam ſe cumulatum videns, volens ex profeſſo Deo gratias referre, *Ingreſſus eſt Dauid* ad locum, vbi arca Dei manebat, *& ſedit coram Domino, & dixit: Quis ego ſum Domine Deus* &c. Vnde, & Pythagoras, qui ex ſcripturæ ſacræ phraſibus ſua communia prouerbia ſuffuratus fuit, vt S. Clemens Alexandrinus oſtēdit, inter ea illud ſtatuit celeberrimū; *Adoraturi ſedeant*, id eſt, qui ad Deum adorandum, & orandum, procedunt, id faciant quietè, permanenter, & magna cum mentis attentione. Ideoque de famigeratiſſimo Numa Pompilio (de quo, Auguſtinus ait, & quod ſecundus fuit poſt Romulum Romanorum rex, & quod Deorum apud eoſdem Romanos cultum inuexit, regnāte apud Hebræos Manaſſe rege) cenſet Plutarchus, quod ſedens adorabat. Sedit ergo Sanctus Iob in cinere, puluere, & ſtercore, aut in ſepulchro, omnis generis mortuos cotinente: & quaſi in quadam omnigena mortuorum congerie ſedens: quia non tranſcurſim, aut per tranſennam in ſepulchro voluit conſiſtere, & ſe reponere. Non fuit ſicuti communes homines, qui dum iuxta ſterquilinium fœtidum tranſeunt, greſſum accelerant, nares operiunt, oculos auertunt, faciem diuertunt: ſed ibi integris ſenſibus corporis, & animæ potentijs agentibus, omnia quæ in ſepulchris ſunt, animi acuta viuacique conſideratione luſtrabat, conſiderans quales eſſent antiqui principes, quos nouerat iam mortuos, in cinerem, puluerem, & putredinem redactos, in breuiſſima fouea concluſos, derelictos ab amicis, expulſos ab hæredibus, nudatos omnibus diuitijs, vermibus plenos: conſiderans itidē, ſe ſtatim ad ſimilem locum deducendum, & tanquam in propria domo, & loco cōcludendum. Hic omnia inimici ardentiſſima tela extinguebat, & inde acutiſſimas ſagittas viuæ conſiderationis, & plenæ ſapientiæ extrahebat, quibus illum confoderet. Hinc enim eruebat humilitatem, quæ ſcutū eſt, omnes ictus inimici eludens, & eneruans, per quam ſuperbo inimico grandem inferebat vim: nec indignabatur, ſe omnibus ſpoliatum bonis contuens, qui ſe putredinem, & cinerem, & iam mortuū, ac in ſepulchro poſitum reputabat. Hinc contemptus mundi, honorum eius, & gloriæ: cuius nihil in ſepulchro manet. Hinc aſpernatio diuitiarum, & facultatum, quæ mortuum non comitātur. Hinc patientia inuicta, conſiderans putredinem nō indecentem ei, qui iam ſe in ſepulchro poſitum cenſebat. Et idcirco ibi conſtitutus *teſta ſaniem radebat*. Vnde teſta, inquit Gregorius, niſi ex luto conficitur? Quid vero eſt ſanies corporis, niſi lutum? Saniem ergo radere teſta perhibetur, ac ſi apertè diceretur: Luto tergebat lutum. Penſabat quippe vir ſanctus, vnde ſumptum fuerat, quod geſtabat: & fragmento vaſis fictilis, confractum vas fictile radebat. Teſta radebat ſaniem, vt ſemetipſum, & in fragmento conſiderans, etiam de exterſione vulneris ſumeret curam mentis. Ita Gregorius. Non ergo ex putredine loci, putredinem ſuorum vulnerum augebat, ſed potius minuebat. Nihil eſt enim, quod magis putredinem vulnerum peccatorum, & tumentes animæ plagas emundet: quam putredinis ſepulturæ conſideratio. Et teſtam fictilem, ac luteam applicabat vulneribus, non vt maiora faceret, & diſrūperet magis, ſed ad eorum potius curationem: nihil enim magis vulnera mentis ſanat, quam dum luto, & ſtercore ſepulchri exterguntur, & excutiūtur. Se ipſum igitur S. Iob exhibuit, quaſi expreſſum typo illo generoſi equi, quem Deus poſtea cum eodem loquens deſcripſit, ſtrenuos milites: viroſque ſpiritu potentes, vt Rupertus annotauit, & forſitan etiam ipſum Sanctum Iob depingere, oculiſque noſtris exponere volens. *Nunquid*, inquit Deus, *prabebis equo fortitudinem? &c.* De quo inter ſingularia ipſius opera:

Terram,

¶ 136.
a Hom. 1 in Symbo. Apoſt. tom. 5.
b Li. 2. qq. ad Simplicianū. q. 4.
c Homil. 2. in Ezech.
2. Reg 7. 18
Lib. 5. ſtromat.
8. de ciui. cap. 24.
Ep. 49. q. 2.
In eius vita.
3. Mor. c. 3.
¶ 137.
De victoria verbi Dei. Iob 39. 19. 21.

Terram, ait, *vngula fodit, in occurſum pergit armatis*. Alibi ex profeſſo locum iſtum expendimus, oſtẽdentes, aptè ſtrenuum militem, huius generoſi equi typo deſcribi, quippe cum certum ſit, quod *equus paratur in diem belli*. Hic in occurſum pergere volens inimicis armatis, prius terram vngula fodit: quaſi ex terra trahens virtutem, robur, & fortitudinem, ad armatorum venientium arma eneruanda, & eorum impetus ſuperandos. Terram excauat, aperit, percutit, de quibus alibi. Miles ſiquidem ſpiritualis ſtrenuus, qui eſt de eorum numero, quos Chriſtus, *Violentos* vocet, inimicos ſuos non carnem, & ſanguinem, ſed principes, & poteſtates contra ſe armatos venientes agnoſcens: in occurſum illorum egredi volens, ad terram prius ſe conuertit, vngulaque conſiderationis, & meditationis eam excauat, aperiens ſepulchra, diſcooperiens mortuorum monumenta, diligenter attendens, & luſtrans, quæ ibi reperiuntur, & conſpiciuntur. Non oſcitanter, aut trãſcurſim hæc intuetur, ſed interna ſepulchri penetrat, ibi oculos figit conſiderat attentè, quid ibi reperiatur: quidnam factum ſit de gloria mundi, qua mundus mortales proſequebatur principes: quid de faſtu potentis: quid de diuitijs diuitis, quem ſepultum cõſiderat ab omnibus derelictum, & omnibus nudatum: quid de pulchritudine mulieris, quam in ſepulchro poſitam omnes horrent, & nares operiunt, & manibus occludunt, ne fœtore, quẽ ſentiunt, corrumpantur. Excaua terram, & mentis conſideratione eam aperi. Rectè dicere poſſum, quod Deus ad Ezechielem, qui externam ſuperficiem templi conſiderans, omnia credebat pulchra: *Fili hominis, fode parietem*, & inuenit ſerpentes, reptilia, bufones &c. Non contentus ſit externam ſepulchri ſpeciem contueri, fode parietem, excaua terram, intus inuenies, quod plenũ eſt *ſpurcitia, oſſibus mortuorum*, & vermibus. *Ingredere in petram*, inquit, Deus ad Iſaiam, & *abſcondere foſſa humo*, quem locum Gregorius optimè proſequitur, quamuis ad aliquantulum diuerſum inſtitutum, quæ de generoſo equo Deus dixit, explicans. Ita athleta ille fortiſſimus Iob, tãquam generoſus equus, in occurſum volens pergere armatis, quos contra ſe veniẽtes ſentiebat: terram excauans, terram, inquam ſuimet corporis teſta radens, & quaſi fodiens, in ſua carne futurum ita ſim conſiderabat, quod in ſepulchris mortuorum aſpiciebat. Ideo ſterquilinium illud adijt, in illo ſedit &c. ad locum ſuum ſe recepit: quid tu agere debeas, te docens. Vis inimicum contra te armatum vincere? eius ictus, & ſagittas eneruare, & eludere? Sede in ſterquilinio, attenta mentis conſideratione excaua terram: conſidera quidnam in ſepulchris videas, & attende de te ſtatim ibi reponendum. Ideo Eccleſia Sancta cinerem capiti tuo imponit: vt caput cineri applices, & mentem. Conſidera te iam mortuum; ideo enim non ſolum tibi dicitur, in puluerem reuerteris, ſed *puluiſ es*. Terram excaua, & ingredere in foſſa humo. Attende, quomodo omnibus dimiſſis, ad ſepulchrum deportaberis, nihil penitus tecum ducens, niſi quæ in Dei obſequium expenderis. Quomodo relinqueris ſolus in arcta illa domo, ligatis manibus, & pedibus, liberum paſtum vermibus ex corpore tuo relinquens. Confidera, quam vanas tunc iudicabis tuas curas, & ſolicitudines, quæ nihil tibi conferent.

Prou. 21. 31.

Matth. 11. 12.

Ezech. 8. 8.

Eſai. 2. 10. 31. Mor. c. 22.

§. 9. *Etſi ex fabula Antæi, Gentiles doceant, terram matrem eſſe cunctorum, vires præſtantem contingentibus eam, verius id docent ſcripturæ ſacræ.*

¶ 138. 18. *de ciui. cap.* 18.

COnſiderat Sanctus Auguſtinus, Gentiles Philoſophos multas fabulas confinxiſſe, quibus maiora ſapientiæ ſuæ documenta occulta traderent, quæ communes homines non intelligerent, ſapientes verò delectabili diſcurſu apprehenderent. Eſt enim fabula, vt idem Auguſtinus definit, *Compoſitum ad vtilitatem delectationemve mendacium*. Supponit tamen Auguſtinus id factum eſſe poſt tempora Moyſi, imo, & poſt mortem Sancti Iosue, ne credãt gẽtiles, priores fuiſſe

2. *Soliloq. cap.* 11.

poetas, scriptores, & sapientes suos: imo vt ex Clemente Alexandrino *a*, & Ambrosio *b* colligo illi omnes ex ijs, quæ Moyses scripsit, suam acceperunt sapientiam, & dogmata: qui videntes Moysen in lege, quam tradidit statuisse multa, quæ prima fronte videbantur puerilia, vt quod ab istis cibis abstinerent, ab illis minimè: has epulas reputarent mundas, illas immundas, &c. in illis aliqua magnæ sapientiæ documenta inclusa crediderunt: sicuti reuera includebantur: & quæ Moyses statuit, tanquam quadam profundæ sapientiæ hieroglyphica considerandæ, suspicati fuerũt. Inde illi cęperunt sub quibusdã hieroglyphicis indicare, quę essent sequenda, quæ fugienda, vt Pythagoras sub illis symbolis de esu fabæ vitando, de vino non bibendo, de vitibus non amputandis, de turturibus domo ejiciendis, &c. & sub quibusdam fabulis multa sapientiæ documenta proponere. Ita asseruit Philo *a*, quem S. Augustinus *b*, virum liberaliter eruditissimum vocat, de quo Eusebius *c* testatur, quod inter literatos etiam gentiles, facile obtinuit principatum. Vnde statim post Moysi tempora (inquit Augustinus *d*) fabulæ fictæ sunt de Triptolemo, quod iubente Cerere, anguibus portatus alitibus indigentibus terris, frumenta volando contulerit: de Minotauro, quod bestia inclusa fuerit labirintho, quo cum intrassent homines, inextricabili errore inde exire non poterant: de Cerbero, quod sit triceps inferorum canis: de Phrixo, & Helle eius sorore, qui vecti ariete, volauerint &c. De ijs Scholastes Augustini videndus est, qui multa annotat. Inter has fabulas, illam singulariter refert Augustinus, quam de Antæo commenti sunt, quem finxerunt filium terræ, de eius vtero natum, qui omnes secum luctantes, & pugnantes vincebat, ex eo quod se demittés in terram, aut in eam proiectus, vires à matre sua resumebat, quibus roboratus, deijciebat inimicum quantumcunque validum. Vnde Hercules cum illo in arenam descendens hoc primo procurauit, vt non posset ille terram tangere: ideoq; brachijs exceptum, in aera eleuauit, tenensque illum separatum, & elongatum à matre, cui non poterat mater fauere, ipsum fortissimè constringens inter brachia contriuit, & disrupit. Multa voluerunt illi per istã fabulam docere: magna tamen coniectura ducor id ipsum, quod nos intendimus voluisse principaliter declarare, apud quos commune prouerbium fuit, propriam genuinamq; hominis matrẽ terram esse. Id quod Romanis omnibus fuit exploratum ex quodam Oraculi responso. Quærentibus enim Tarquinijs, vt Liuius refert, qui finam futurus esset Romanorum rex, ex intimo quodã antro prodijt Pythica vox, dicens: *Imperium summum Roma habebit, qui vestrum primus, o iuuenes, osculum matri tulerit.* Hæsitantibus ad responsum cęteris, Brutus in terram corruẽs, terram osculo contigit, quam communem omnium intelligebat matrem, & Romanorum rex iuxta oraculum euasit. Hinc, vt doctus Pineda annotat, id apud gentiles consuetũ fuit, cum puer nascebatur, vt non tam ex puerpera, quæ illum fuerat enixa, quam ex terra natum indicarent, in terram emittebant, quem obstetrix inde leuabat, quasi ex terra nascentem colligens, & suscipiens: vnde aliqui credunt, obstetricibus nomen relictum, quo apud Italos vocantur, *Leuatrices*: cuius consuetudinis meminerunt Marcus Varro *a* (quem Augustinus *b* vocat, Romanorum doctissimum, & sapiẽtissimum) Suetonius *c*, Seruius *d*, & ipsemet D. Augustinus *e*. Hinc illa sententia Senecæ *f*: Omnes infantes terra nudos excipit; illaque Plinij *g*. Terra nos nudos nascentes excipit. Imo vt prædicti omnes authores indicarunt; traditque expressius Macrobius *h* ex Labeonis sententia, plures Deas in ipsamet terra constituebant, vt puerum è terra nascentem adiuuarent. Erat enim Dea Ops, & Leuana, & Fatua, & Fauna, & Bona, & Statina, quam Augustinus *i* non Deam, sed Deum Statilinum, Marcus Varro *k* Statanum vocant. Dea *Ops* opem præstabat, & ferebat nascentibus, primum eos excipiens sinu terræ. *Leuana* è terra leuabat infantem. *Fatua* vim fandi concedebat, vnde credebãt quod infantes nõ prius vocẽ edere poterant, quã terram attingerent.

a *Li. 5. strom.*
b *Epi. 6. ad Irenæum Pythag. & lib. de bono mort.*
a *Lib. 1. de vita Moys. in princip.*
b *Libr. 12. cõt. Faust. cap. 11.*
c *Li. 2. histor. Eccles.*
d *Libr. 38. ciu.*
Ludou. Viues 18. de ciu. c. 13.
Libr. 1. annalium.
Pineda in cap. 1. Iob. ¶ 139.
a *Lib. 1. de lingua Latina, & apud Martia. li. 2. de vita Patrum.*
b *3. de ciu. c. 4. & lib. 6. cap. 2.*
c *in Augusto ca. 5. & in Nerone cap. 6.*
d *In 10. Aeneid.*
e *4. de ciu. cap. 11.*
f *Libello de morib.*
g *Lib. 2. c. 65. & li. 7.*
h *Lib. 1. c. 12.*
i *4. De ciu. cap. 21.*
k *Libr. de liberorum educatione.*

gerent. *Fauna* fauebat, & vitales ſpiritus ſubminiſtrabat. *Bona*, omnia quæ ad victum erant congrua, puero è terra prodeunti præparabat. *Statina* iuuabat, vt ſtare poſſet, qui è terra prodibat. Hæc hiſq; ſimilia egregiè proſequitur Auguſtinus, oſtendens inaniter illos tot Deorũ cateruas multiplicaſſe, cũ vnus ſolus ſit, qui fert opẽ naſcẽtibus, & leuat de terra, & fandi vim & fauorẽ cõcedit, *qui præſtat nobis vitam, inſpirationem, & omnia*. Hæc dicta ſint, vt manifeſtũ fiat, gẽtiles ipſos vi rationis ductos, firma ſententia aſſeruiſſe, terram eſſe genuinam hominis matrem. Ita quidem Gentiles. Noſtris tñ (vt Ambroſius in ſimili occaſione, dũ quædam ex gentilium libris induxiſſet, dixit) magis quam alienis, vtamur. Eſt in primis ille, qui omnes, quos gentilitas proferre ſolet ſapientes, longo tempore præceſſit, S. Iob, qui pleno ore, terrã matrem hominis expreſſit, quando in eam ſe dimittens, *Nudus*, inquit, *egreſſus ſum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc*. Dubium eſt, quã vocet matrem, de cuius vtero fuit egreſſus. Nec enim è terra Iob natus videtur. Erat ille rex, vt Chryſoſtomus probat, *& magnus inter omnes Orientales*, vt ſcriptura ſacra aſſerit; ideoq; nequaquã dicendum videtur, quod filius fuerit terræ; nec enim id cõcedimus de hominibus, quos nobiles in noſtra republica agnoſcimus. Matrem ſine dubio habuit illuſtrem. Vnde quidam ita legunt: *Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ, & nudus reuertar in terram*. Ita Cyprianus *a*, Hieronymus *b*, Proſper *c*, Gaudentius Brixianus *d*, Gregorius Nyſſenus *e*, ita legit: *Nudus introiui in mundum, nudus ad eum, qui me introduxit, abibo*. Cæterum communis ſententia eſt, per matrem, de cuius vtero ſe nudũ egreſſum aſſerit Iob, intellexiſſe terram: quod oſtendit illud, *Nudus reuertar illuc*. Reuerſurum enim ſe confitetur ad illum matris vterũ, vnde egreſſus fuit. Certum eſt autem reuerſurum in ſepulturam, quæ vterus terræ dicitur, vt ſtatim oſtendemus. Ita Chryſoſtomus *a*, Gregorius *b*, D. Thomas *c*, & cæteri, qui ex profeſſo rem pertractarunt. Loquiturq; S. Iob in perſona hominis abſolutè ſumpti, de quo hæc vera propoſitio genuinaque, quòd nudus egreſſus eſt de terra tanquam ex matre, & iterum in eam eſt reuerſurus. Vt enim doctus quidam author *d* acutè conſiderat, homo formatus eſt à Deo de terræ gremio, quæ formando corpori materiam ſubminiſtrauit, indeq; in lucem prodijt: ſimilique ratione videtur à Moyſe dictũ; *Formauit Deus hominem de limo terræ*, ſicut cum à Matthæo pater materque Phares, & Zaram exprimuntur, dicente: *Iuaas genuit Phares, & Zarã de Thamar*. Vnde cũ ſuæ mortis, & reuerſionis in terram admonetur homo, ſimul etiã ſuæ originis, ſuæque natiuitatis ex terra admonetur à Deo dicẽte: *Donec reuertaris in terram, de qua ſumptus es: quia puluis es, & in puluerem reuerteris*. Id ipſum tradidit ille, qui non ſolũ a ſeipſo *a*, ſed à Spiritu ſancto *b* tanquam omnium ſapiẽtiſſimus commẽdatus fuit Salomon. *Ego*, inquit *c*, *natus accepi communem aerem, & in ſimiliter factam decidi terram*, &c. *Nemo enim ex regibus aliud habuit natiuitatis initium*. Quid eſt, *in ſimiliter factam decidi terram?* Noſter Holkot benè explicare videtur. Idem enim eſt, inquit, ac ſi diceret: Ecce quod carui omnium virium poteſtate; quia nec veni in mũdum volans, nec ambulans, nec mobiliter nauigans, vel equitans: ſed omni ſpoliatus fortitudine de vtero matris meæ, decidi, & receptus, per manus aliorum reclinatus ſum ad terram, licet non immediatè, tamen mediatè terra me ſuſtentauit. Quem ſenſum etiam amplecti viſus eſt S. Bonauentura. Non tamen incongruum credo, ſi intelligamus Salomonem, ad illum, quem dicimus, cõmunem vſum, alludere voluiſſe, quo infans decidebat, aut demittebatur in terram, indeque cũ plorare incipiebat, eleuabatur, & pannis inuoluebatur. Ideoq; ſtatim ſubdit; quod decidens in terram, *primam vocem ſimilem omnibus emiſit plorans, inuolumentis nutritus ſum*. Ad huiuſmodi conſuetudinem alludere viſus fuit Deus ipſe, quando agens de Synagoga ſub typo puellæ recẽter natæ dixit: *Quando nata es, ſpecta es ſuper faciẽ terræ*. Quod etſi Hierony. explicet dictũ, qa Synagoga à ſui exordio in prac-

4. *De ciui. c.* 10. 11.

Act. 17. 25

Lib. 2. *de pœn. cap.* 5.

Iob. 1. 21.

Hom. 4. *de patiẽt. Iob.*

a *Lib. de mortalit.*

b *Epiſt.* 20 *ad Taraſi.*

c *Part.* 1. *de traditiõn.*

d *Tract. in ſacrã ſcripturam.*

e *Orat. de quadragin ta martyrib.*

a *Epiſt. ad Olympi. & hom.* 2. *in Gen. circa finem.*

b 2. *Mora. cap.* 17.

c *In* 1. *cap. Iob.*

d *Pineda in c.* 1. *Iob.*

Gen. 2. 7.

Matth. 1.

Gen. 3. 19. ¶ 140.

a *Eccl.* 12. 9.

b 3. *Reg.* 3. 11.

c *Sap.* 7. 3. 5.

In cap. 7. *Sap.*

In cap. 7. *Sapient.*

Ezech. 16. 4. 5.

Lib. 4. *in c.* 16. *Ezech.*

uitates, & idolatrias se proiecit, & effudit: alij, quia Synagoga in sui principio, quod in Aegypto habuit, cum viribus careret, proiecta fuit extra vrbes ad lateres cõficiendos in agro: vnde Septuaginta legunt: *Proiecta es super faciem campi*: hoc tamen hæc loquẽdi phrasis supponit, quod infantibus dum nascũtur, erat cõmune, quod in terram proijciebantur, vnde eleuabantur, ad explicandũ, terram esse eorum matrem, ex qua oriri viderentur. Ad hunc igitur vsum alludere visus fuit Salomon dicens: *In similitudinem fabam decidi terram*. Quasi dicat: Non terra aliqua mihi præparata est præciosa, in quam me proijcerent natũ, à qua me tanquã à matre prodeuntem, & egredientem exciperent, & leuarent; sed in communem terrã, quippe qui ex simili materia, omnibusq; communi secundum corpus formatus sum. Nec enim ex alia terra procedunt ipsi reges, neque diuersum est principium ortus illorum. Hoc tandẽ docuit Sapiens. *Iugum*, inquit, *graue super filios Adam, à die exitus de vẽtre matris eorum, vsque in diem sepulturæ in matrem omniũ*. Vocat terrã, *matrẽ omnium*, à qua omnes processerunt, & in eius vterum reuersuri sunt, in sepulchrũ videlicet, quod vterus, aut venter terræ dicitur. Ideoque Christus Dominus dicitur, exceptus in vẽtre terræ, quem Ionas exceptus ventre ceti expressit, vt alibi dictũ fuit. Qua in re grande mysterium considera, ad Sacramentum resurrectionis explicandum. Homo si quidem duplicem vitam habiturus est, primam temporalem in hoc mundo, secundam æternam in futuro, aut fœlicem in cœlo, aut infœlicem in inferno. Quoniam autem vitam homo acquirit per generationem, & natiuitatem, duplex ei conuenit natiuitas, qua ex vtero terræ nascitur. Prima temporalis est, qua nascendo, in hunc mundum, & hanc lucem profertur; secunda, qua nascetur in vitam immortalẽ resurgendo in nouissimo die. Illa enim resurrectio, qua ex terra omnes prodibimus, natiuitas quædam dicitur, & à Christo vocatur *Regeneratio*. Et ipsamet Christi resurrectio, qua ex terra prodiens resurrexit, generatio vocatur à Dauide *a*, vt Paulus *b* interpretari visus fuit, de quibus alibi. Ad vtramq; vitam homo ex terra nasci dicitur; primò quidem homo ad hãc vitam mortalem ex terra procedit; quia de terra corpus eius formatum est. Idcirco vt secundã natiuitatem consequatur, iterum vtero reconditur, vita mortali absumpta, vnde immortalis procedat; quando in die iudicij, terra dabit mortuos suos: & sicut initio mundi de terra hominẽ Deus extraxit ad hanc vitam, qui propterea pater hominis dicitur, & terra eius mater, ita in nouissimo die, Christus vocis suæ virtute omnes mortuos de sepulchris terræ tanquam ex vtero matris educet; vnde vocatur, *Pater futuri seculi*; cuius virtute, vitam æternã & immortalem homines in futuro seculo accipient: & terra dicitur omniũ mater, quæ omnes morientes recipit in vtero; non vt eos perpetuò retineat, sed vt in nouissimo die enitatur, & pariat. Et hunc credo legitimum sensum illorum verborum, *vsque in diem sepulturæ, in matrem omnium*: non dicit, matrem omnium, sed *in matrem omnium*, id est, vt sit omnium mater, omnes in nouissimo die pariens: ideoq; cùm sepelitur homo, quasi semen vtero matris reconditur; vt illum in supremo die pariat. Sed de ijs satis. Optimè ergo homo filius terræ dicitur. Hæc mater tua legitima, propria, ac genuina, quã nec reges nec principes negare possunt, ex cuius substãtia omnes mortales producti, generatiq; sunt. Antæus tunc fortissimus reddebatur, omnesq; inimici cuiusuis vires, ictusq; eludebat, quando ad matrem suam se demittebat, & confugiebat, illamque contingebat. Hocq; sciens Hercules, illũ expugnaturus, totus in eo fuit, vt miserum Antæum à matre separatum, longeq; quantum posset constitutum, teneret. Hoc sapientiori doctrina, quã omnes gentiles, possumus fidei luce illustrati explicare. Aduersarius enim noster diabolus longe potentior Hercule (*nec enim est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem; sed aduersus principes, & potestates*) non minus hoc procurat, q; Hercules, nos ipsos à terra elõgare, & in sublime erigere. Hoc præcipuè cõtendit, cùm parentes nostros

Eccl. 40. 1.

Esai. 9. 6.

¶ 141. Eccl. 40. 1

Ad Eph. 6. 12.

Mat. 19. 28 a Psal. 2. 7. b Act. 13. 33.

ſtros expugnaturus accepit: primò namque procurauit à terra eos elongare, & in ſublime erigere, in exordio repræſentans eorum excellentiſſimam naturam, ſecundum quam apti erant, vt dij fierent: *Eritis*, inquit, *ſicut dij, ſcientes bonum, & malum*: deinde à terra eoſdem elongans, ſuadens tam longè ab ea cõſtitutos, vt nullatenus mortem incurrerent, nec in terram eſſent conuertendi. *Nequaquam moriemini.* Eorum ergo naturam excellentem, vires, vitam, ſapientiam, quam habebãt, & habere poterãt, repræſentauit, quo longè eos à terra eleuaret, & traheret. Quod cum perfecit, tentationis brachijs conſtringens, & incitans ad eſum ligni vetiti, extinxit, & penitus contriuit, vt poſſit quiuis eorum dicere: *Quaſi Leo ſic contriuit omnia oſſa mea.* Ita Nabuchodonoſorem in ſuperius eleuauit, repræſentans illi ſuam nobilẽ proſapiam, potentiam, diuitias; brachijſque ſuperbæ tentationis ita conſtrinxit, vt ſe Deum crederet, & pro Deo ſtatuam ipſam ſuã exponeret adorandam, & gloriaretur, quaſi ipſe eſſet author totius ciuitatis, & boni, quod in Babylone reperiebatur. Et ne exempla in immenſum multiplicemus, ita tecum agit, te expurgaturus, te conatur à terra in tui imaginatione eleuare, primò ſecundum naturam tibi repræſentans proſapiæ tuæ claram nobilitatem, quòd es princeps, nobilis, diues; quòd es fortis validuſque; quòd es tu mulier pulchra, cuius venuſtas omnium oculos trahit: deinde, per longioris vitæ fallacem promiſſionem, te à terra, & ſepultura elongat, ſuadens quod qui vinacem te ſentis, non ſis moriturus præſenti, vel ſequenti anno. Inde te conſtringit duris brachijs tentationum, ſuperbiæ, & faſtus, quo de alta ſentias, contemnas alios, arrogans ſis, cupiditates ſequaris, & voluptates: ita te inter hæc brachia conſtringit, vt contritus remaneas; inde enim te trahit ad ſuperbiam, auaritiam, luxuriã, obliuionem Dei, amorem ſæculi. Quid facturus es? Locum tuum ne dimiſeris. Ad terram te demitte, matrem tuam mente continge, conſiderans te cinerem, & puluerem, dicens: Quid ſuperbis terra, & cinis? & quod vanè contur baris pro ijs, quæ craſtina die relicturus es, & quod vana eſt ſalus hominis, quem quando minus times, leuis aura abſumit.

Gen. 3. 5.

Eſa. 38. 13.

§. 10. *Sub aqua conduntur baptizati, & in terra tãquam in loco apto ad vincendum conſtituuntur, quem Iob vt vinceret elegit.*

¶ 142. HInc intelligere poſſumus, cur Chriſtus Dominus Sacramentũ Baptiſmi in aqua inſtituerit. Dubium enim eſſe poteſt, cur id elegerit. Videbatur ſanè aptius inſtituẽdum in igne, propter viuificam virtutem Spiritus ſancti: & congruum id appareret illi, quod Ioannes dixerat de Chriſto: *Ipſe vos baptizabit in Spiritu ſancto, & igne.* Quæ verba perperã intelligentes Hæretici Seleuciani, & Hermiani, ſic dicti ab hæreſiarchis Seleuco, & Hermia, ſenſerunt, baptiſmum in igne conferendum, vt tradit Philaſter *a*, & Auguſtinus *b*. Aut verò videbatur congruum inſtituere illud in aere, quoniã in Baptiſmo datur Spiritus ſanctus, quem Chriſtus inſufflando dedit Apoſtolis. Multas rationes Sancti Patres huius inſtituti tradunt, quas omnes elegãter D. Thomas complectitur: quibus aliam ad noſtrum inſtitutũ addere poſſumus. In Baptiſmo namque, homo efficitur, & cõſtituitur miles Chriſtianus, & Chriſtianæ militiæ nomen dat, acturus bellum contra Principes tenebrarum, eorum impugnationem eneruaturus. Vnde arma opportuna tunc ei conceduntur, & armatur virtutibus, ac donis Spiritus ſancti, vt alibi tradidimus. Quoniam autẽ vt vincere poſſet miles iſte, in loco opportuno conſtituendus erat (vt enim diximus, bona pars victoriæ in hoc conſiſtit) ideo voluit Chriſtus, in loco aptiſſimo ad ſe defendendum, & inimicos offendẽdos, illum conſtituere, ſub aqua ſcilicet. Quidnam enim eſt ſub aqua? Terra. Sicut namque ſub igne eſt aer, & ſub aere aqua, ita etiam ſub aqua eſt terra. Idcirco cum Baptizatur homo, ſub aqua mergi voluit, quaſi illum in

Matt. 3 & Luc. 3.

a In Catal. hæreticor.

b Libr. de hæreſibus, cap. 59.

3. p. qu. 66. ar. 3. 4. 7. 8.

terra locans, & conſtituens, & terram tanquam locum, quem tenere debet, ſi vincere vult, ei deſignãs: vt ex illa tanquam ex matre vires trahat humilitatis, ſubiectionis, & timoris, per quas, omnes impetus inimicorum repellat, & contendentes vanè illum extollere, aut altiùs de ſe, quam oportet, ſentire, aut ad peccata ſe demittere, conſiderans ſe terram vilem, & puluerem, humiliet ſe ipſum atque deijciat. Hunc ergo locum tuum ne deſeras. Ex quibus iam patet apertè, quod ſupra dicere cœpimus de Sancto Iob, qui agnoſcens in illis calamitatibus, quas ſerui renuntiarant, Herculem infernalem venienetem contra ſe, vt ipſe vires à matre ſua reciperet, ſe in terram demiſit. Surrexit enim, & corruit in terram dicens: *Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ.* Quæ omnia nouo modo libet expendere. *Surrexit*, obuiam inimico venienti ſe exponens, cum illo luctaturus, & concertaturus, vt dicebamus ſupra. Cur igitur corruit in terram, ideſt, in terram ſe ipſum toto corpore proiecit? Incongruum enim id videtur. Quis namque vnquam vidit, ſtrenuum militem in ſtadio ſe conſtituentem, vt inimicum venientem ad congrediendum ſecum expectet, quod ad eius primum conſpectum, cum aduentantẽ contra ſe videt, ſe ipſum toto corpore proſtratum in terram demittat? Hoc namque eſſet apertè illius manibus ſe tradere, & non ſuperare, ſed ſuperari velle. Rectè tamen ſapientiſſimus ſpiritualis militiæ athleta, dum vidit potentem inimicum vehementi impetu contra ſe venientem, ſe geſſit, dum *corruens in terram adorauit*. Intellexit enim imminens periculum, & quod ex ſe ad reſiſtendum, & ſuperandum vires habere non poterat, idcirco ad quærendum auxilium ſe conuertit, ad patrem ſuum, & matrem: ad patrẽ ſcilicet Deum, ideo *adorauit* humiliãs ſe ſub potenti manu Dei, ipſius implorans fauorem, ſine quo nihil boni ſe perficere poſſe ſciebat; ad matrem autem, id eſt, ad terram, ad quam ſe dimiſit, eam contingens, & quaſi complectens, ſicut puer, qui ad matrem cõfugit, periculum quod imminere conſpicit euaſurus, ex terra (modo ſupra expoſito) recepturus vires, ideoque terram contigens, *nudus*, inquit, *egreſſus ſum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc.* Se ipſum conſiderauit filium terræ, ab ea procedentem, & in eam ſtatim reuerſurus, & vt B. Gregorius annotat, hæc conſiderans intellexit, nihil eorum, quæ amiſerat, ſuum plenè fuiſſe, quippe qui nec illud ex vtero matris traxerat, nec in illum poſſet ſecum deportare; intellexit omnia vana, quæ veniunt, & abeunt, & quæ ſi vno vento flante ad nos pertingunt, alio exuffiante, elongantur, & quod hæc nihil penitus proficient vterum matris ingreſſuro. Vlterius procedit inimicus, vt aptè S. Auguſtinus obſeruauit, & qui in primo congreſſu ſuperatum ſe vidit, tanquam qui è longinquo ictus ieciſſet, quippe qui ad ipſummet Beatum Iob non pertigerant, fortiorem alium congreſſum Deo permittente aggreditur, & qui eminus pugnauerat, cominus pugnam reaſſumit. Videns enim Beatum virum cõſolantem ſe ipſum, quod nihil ſibi proprium fuiſſet ſublatum, ſed tantùm quæ externa erant à ſua perſona aggreditur quæ illi erant propria, & ad ſuam ipſam perſonam ſpectabant deſtruere, ſalutem, pulchritudinem, corporis robur, nihil in ipſius perſona relinquens, quod non peſſimo vlcere, & intolerabili dolore afficeret. Strenuus tamen miles, qui ſciebat, vires à matre reſumendas, iterum ad eã ſe demiſit, & quaſi ad eius brachia cõfugit, *ſedit in ſterquilinio*, aut vt alij legunt, *in medio cineris*. Et rectè quidem, vt ad quamcunque partem oculos conuerteret; non niſi cinerem videret ſe circumdantem, & nihil niſi per intermedios, ac interpoſitos cineres aſpiceret, diuitias, honores, ſalutẽ, cunctaque tẽporalia bona. Ecce qũo vires recipies à matre tua terra, ſi ſederis in medio eius in corde eius, in ſepulchro, in medio cineris, nihil aſpiciens niſi ſub cinere, quo intermedio conſpicias pulchritudinem mulieris, quam ſtatim cinis, ac putredo operiet; ſalutẽ, quã breui amittes; diuitias, quas tecum non feres. Cõſidera nunc vtiliter, quæ poſtea (ſi id agere nunc noluerit) inutiliter in interno profiteberis. Quid proderit

¶ 143. 2. *Moral. cap.* 17.

Epiſt. 120. *ad Honoratũ. c.* 13.

tibi

tibi superbia vitæ, quem in angustissima fouea demittent conclusum? quid diuitiarum iactantia tibi cõferet, quas dimissurus ex alienis, qui nullam tui habebunt memoriam? quid comessationes & ebrietates, ad nihilum aptæ, nisi vt maiorem fœtorem corpus tuũ spiret; si cras te mori contingat (quod satis possibile est) quid actum erit de tuo fastu, quem terra immundissima operiet? quid de tua pulchritudine, cuius faciem rusticus effossor calcabit, & conculcabunt omnes? quid de vniuersis, quæ reposita tenes, ad quæ liberè manus mittent hæredes, absque eo quod impedire possis? & hæc euenient non post multos annos, & fortè nec post multas horas. Videt igitur Ecclesia Sancta diabolum te impetentem, & tanquam alterum Herculem, te à matre tua terra elongantem, & subtrahentem, quem propterea brachijs tentationum conteri, & constringi videt, tui miserta, quia tu matrem tuam fugis, matrem tuam ad te applicat, & propinquam tibi facit: & quia non vis eam contingere, facit vt illa contingat te, cinerem, & puluerem super caput tuum erhittens, & dicens: *Memento homo*, vt ex tali contactu vires resumas; humilitatem acquiras, per quam fastum, & superbiam deijcias; contemptum rerum temporalium trahas, per quem auaritiam prosternas: considerationem fragilis vitæ teneas, per quam voluptatibus renunties, & ab omni iniquitate liberatus, ad Deum de toto corde conuertas.

§. 11. *Vt Germanici cor ab igne penetraretur, theriaca fuit aspersum, ita cor nostrum cinere, qui sanguisugæ auiditatem eneruat.*

¶ 144. MEmento homo, quia cinis es. Sacrum Quadragesimæ tẽpus peculiariter institutum est, vt discamus benefacere, idcirco Ecclesia Sancta in illius exordio nobis proponit Christum, quem æternus pater Magistrum & doctorem audiendum designauit, qui nos docet in Euangelica lectione, omnem modum rectè operandi, tam erga nos ipsos, quam erga Deum, quam erga proximum, sicut sequenti tractatu dicemus. Vt scriptura hæc, quam cœlestis magister in mentibus nostris scripsit, & delineauit non deleatur, aut obliteretur, aspergit Ecclesia Sancta cineres, aut pulueres. Quod enim recenter scriptum est, facillimè deletur, si non puluere aspergatur. Et verè cor nostrum vult Ecclesia sancta disponere, vt cœlestẽ doctrinam diuinam, quam toto Quadragesimæ tempore traditura est, capiat, & recipiat, & discamus benefacere. Grandi admiratione dignum est, quod cum tam efficax sit diuinum verbum, tam parum in corde nostro operetur. Insurrexerunt multi Pseudoprophetæ tempore Ieremiæ, qui quæ ipsi cõfingebant, tãquam Dei verba proponebant, populum decipientes: voluit propterea Deus dare regulam ad discernenda verba sua à verbis mendacibus Pseudoprophetarum. *Quid paleis ad triticũ, dicit dominus? Nũquid nõ verba mea sũt quasi ignis, dicit dominus, & quasi malleus cõterens petras?* Verba illorum sunt quasi paleæ, mea sicut triticum, ideoque illorum inefficacia, mea autem efficacissima, sicut ignis, & malleus. Inter omnia elementa resque naturales, ignis est potentior, & efficacior: & inter omnia artificialia, malleus, qui duriores petras comminuit. Vult Deus verbum suum agnosci, ex illius efficacia, validaque potentia. Et verè illa nobis est explorata: solius enim diuini verbi virtute, cœli firmati, Ier. 24. 28. 29.

mati sunt, terra constituta, illi ornati splendissimis luminaribus, & astris, hęc herbis, plantis, fontibus, animalibusque repleta. Nec tantum quando Deus ipse verbum suum profert, hanc habet efficaciam, sed etiam quando hominis ore pronuntiatur, adeo vt prolatum ore vnius hominis ignoti, & alieni, paulo ante abore ceti euomiti, totam illam ampliſſimam ciuitatē Niniue succenderit & inflammarit: consumpserit nequitiam, absumpserit malitiam. Qui igitur fieri potest, vt cum diuini verbi tanta sit efficacia, in nobis nihil penitus operetur? Quot quantaque Dei verba audisti? & tamen nihil de malitia deposuisti: non dimisisti adulterium, non restituisti, quæ furto per vsuram sublata tenes, &c. Sunt ne Dei verba, quæ vobis proponimus, an à nobis conficta? Annuntiamus ne doctrinam cœlestem, an quam quiuis nostrum apud se confinxit? Videtur namque non Dei verbum esse, quod nullum effectum producit, neque ignē à nobis applicari, qui nullatenus corda hominum calefacit. Cæterum non dubium esse potest, verba Dei à nobis proponi: talia enim sunt, quæ Catholica Ecclesia Romana, quę spōsi sui vocem agnoscit, proponenda exponit. Rē tamen admirabilem expende, quæ hāc difficultatem absoluit. Referunt Plinius *a*, & Suetonius *b*, rem stupendā, quæ in defunctione Germanici accidit. Fuit Germanicus vir illustrissimus, Pater Imperatoris Caij Caligulæ, quem Romani omnes summo prosequebantur amore: vnde cum occubuisset per venenum clam & occultè propinatum à Tiberio, totus populus ingenti luctu mortem illius prosecutus fuit, & funus nobile exequi volentes, corpus eius comburere statuerūt, vt in cineres redactum, aurea vrna includerent, sicuti in Principum funere agere consueuerunt. Grandi propterea igni super tabulam alabastrinam superpositum corpus, combustum fuit: cinerem tamen colligere volentes inuenerunt cor penitus intactum, quod nec flammarum, nec prunarum ardore potuerat comburi, nec poterat quantumcunque prunis ardentissimis circumdaretur, succendi aut calefieri. Intellexerunt veneni malitiam illud occupasse, & obdurasse, & ita constrinxisse poros: vt nullum ingrediendi locum calori concederet. Probatissima theriaca illud vnxerunt, cuius vi venenum eneruatum fuit, potuitque tunc facilè ignis illud penetrare, succendere, & inflammare. Certum est potentius esse Dei verbum, quouis igne, nihilominus tamen cor tuum non penetrat, nec inflammat, quamuis iterum, atque iterum applicetur: quia veneno obduratum constrictumque teneturi veneno inquam cōcupiscentiæ, quod antiquus serpens in nostram naturam inuexit: hoc totum cor tuum occupat, quod concupiscentia plenum est. Concupiscentia pecuniæ cor auari constrictum, & obduratum est, qua perpetuò æstuat: concupiscentia delectationis, cor carnalis, qua ardet, & concupiscentia honoris, & humanæ glorię cor superbi, qua obduratum est. Hæcque causa fuit, cur Dei verba ab ipsomet Deo in mundo prolata nihil operata fuerint in corde eorum, ad quos fuit locutus: venit, & semel, atque iterum ad homines prædicauit, & sæpè clamando, vociferandoque sua ad eos verba direxit, adeo vt dicere potuerit Dauid in eius persona, sicut considerat B. Augustinus: *Laborauit clamans, rauca facta sunt fauces meæ*. Quod & eleganter per Esaiā ipsemet Christus prædixit in illo capite, quod de ipso ad literam intelligendum demonstrant Sancti Patres Epiphanius *c*, Hieronymus *d*, Chrysostomus *e*, Ambrosius *f* Augustinus *g*, Hilarius *h*, & cæteri quos refert Leo Castrensis *i*. *Audite, inquit, insulæ, & attendite populi de longe: Dominus ab vtero vocauit me, de ventre matris meæ recordatus est nominis mei*. Hoc completum docent Sancti Patres, in eo quod nouimus, Angelum exposuisse virgini, & Sancto Ioseph nomen, quo Christus vocandus erat, *Et posuit os meum quasi gladium acutum, & in vmbra manus suæ protexit me, & posuit me quasi sagittam electam*. Indicat id, quod Christus sæpè protestatus fuit, patrem posuisse verba in ore eius,

¶ 145.

a *Lib. 11. c. 37.*
b *in Calig. c. 1. & 5.*

In Psa. 68. Psal 68. 4. Esai 49.
c *Cōtra hæres. c. cōtra Colliridianos.*
d *In ca 49. Esaiæ.*
e *Hom. de virtute l. de turture to. 5. & homil. 1. in Matth.*
f *in Ps. 33.*
g *18. de ciuit. c. 35.*
h *In Ps. 119 & 126.*
i *In ca. 49. Esaiæ.*

eius; quæ prædicaret, & diceret, quæ essent tanquam gladius acutus, & sagitta electa, i.e. ad omnes homines pertingentia: gladio .n. eos propè, sagitta illos, qui longè sunt, impetimus. *Et dixit mihi: Seruus meus es tu Israel, quia in te glorificabor.* Expendit S. Ambrosius [a] Christum meritò vocatū Israel, nam censet *Israel* idem esse, ac *Videns Deum*, quod & B. Augustinus [b] perpetuò asseruit, quamuis B. Hieronym. [c] aliter nomen credat interpretandum, de quibus alibi. Et benè Christus dictus fuit Israel, ideſt, vir videns Deum, nam non solum ratione diuinitatis ab æterno eum vidit, & comprehendit: sed ratione humanitatis, ab instāti suæ conceptionis anima sua euidenter, & clarè Deum conspexit, vt sacra docet Theologia, & hac de causa Christus eorum quæ dicebat, se exhibuit irrefragabilem testem, dicens: *Quia quod vidimus testamur.* Et his alludere visus est dicens: *Omnis qui audiuit à Patre, & didicit, venit ad me, non quia patrem vidit quisquam, nisi is qui est à Deo, hic vidit patrem.* Indicat his verbis grandem differentiā inter se, & cæteros prophetas aut iustos, qui à Deo verba audierunt, aut acceperunt: cæteri namq; audientes Deum, eum non videbant, nec clarè viderunt: ipse tamen, qui singulariter *est à Deo* per æternam generationem procedens, & per temporalem in mundum missus, hic vidit patrem, cui propterea pater dixit: *Seruus meus es tu Israel*, ratione humanitatis, secundum quam fuit missus: *Quia in te glorificabor*, videtur sine dubio id Propheta prædixisse, quod Christus manifestè posteà expositi, insigni parabola patrisfamilias, qui plantauit vineam, quam omnibus necessarijs muniuit, & tradidit quibusdam agricolis, reddituris fructum temporibus suis. Mittens autem sæpè fructuum tempore seruos, qui fructus debitos exposcerent, eos occiderunt, vulnerauerunt, lapidauerunt: tandem *dixit dominus vineæ: Quid faciam? mittam filium meum dilectum, forsitan cum hunc viderint, verebuntur.* Vnde, *nouissimè misit ad eos filium suum, dicens: Verebuntur filium meū.* Miserat Deus iterum, ac iterum seruos suos Prophetas, ponens verba sua in ore eorū, qui fructum à Iudæis exposcerēt, ex quibus quosdam lapidarunt, alios vulnerarūt, alios occiderunt: decreuit filiū mittere, dicens: *Seruus meus es tu Israel, in te glorificabor:* te mitto in forma serui, qui es filius meus, me videns, & comprehendens: in te glorificabor, verebuntur .n. filium meum, qui Prophetas reuereti non fuerunt. Et quid factum est? *Et dixi: In vanum laborani & sine causa, & vanè fortitudinem meam consumpsi*, nam minus eum audierunt, & crudelius illum, quam cæteros omnes Prophetas necauerunt: qui propterea ad extrema deductus dicit, *Laborauī clamans rauca facta sunt fauces meæ.* Tempore mortis suæ, in concilio eum iteratis vicibus interrogabant, & requirebant vt si erat Christus id clarè exponeret; IESVS *vero tacebat.* Non mirum, inquit Augustinus: laborauerat clamans, raucæ factæ fuerant fauces eius, qui sciebat nihil verba sua tunc quando vinctus tenebatur profutura, quibus præcedentia, quæ dixit, dum viueret, & miraculis confirmaret, nullatenus profecerant. In vanum ergo dictus est consumpsisse fortitudinem suam, & in vanum locutus: quia quamuis multi crediderint ex Iudæis, tuncque facta fuerit seminatio, quæ postea abundantissimos fructus in Ecclesia redderet; sed maior Iudæorum pars ex verbis eius nullatenus profecit; *audiebant namque eū Pharisæi, qui erant auari, & irridebant eum:* tantus, tamque ardens ignis, illorum corda nullatenus inflamauit: quia veneno mortifero erāt obdurata, constricta, ac penitus repleta. Hoc ipsemet expressit dicens: *In tus pleni estis hypocrisi, & iniquitate,* & ideo *sermo meus non capit in vobis.* Malitia, & venenata cupiditate, terrenorum bonorum, cor illorum ita plenum erat, vt ingrediendi, aut penetrandi nō relinqueretur locus Dei verbo: ita à veneni malitia cor tenebatur constrictum, vt nullus calor ardentissimi ignis verbi diuini, illud penetrare posset. Si igitur verba Dei, ipsiusmet Dei ore prolata, nihil profecerunt, in cordibus veneno cupiditatis repletis, & obduratis: quid mirum, quod eadem verba, puri hominis peccatoris ore prolata, nihil operentur in corde tuo, quod non minori cupiditate, & malitia reple-

[a] *Epist. 47. ad Irenæū.*
[b] *Li. 1. qua. in Gen. q. 114 & 16 de nou. c. 39 et in Ps. 83*
[c] *Lib qq. hebraic. in Gen. c. 32.*
Ioan. 3 11. Ioan. 6. 46.
Matth. 21. Luc. 20.
Luc. 20. 13
Mat. 21. 37
Matt. 26. 63. & Marci 14. 60. 61.
Luc. 16. 44
Mat. 23 28.
Ioan. 8. 37.
¶ *146.*

repletum eſt, & obduratum? Vt igitur Eccleſia huiuſmodi veneni vires redũdet, & eneruet, theriacam applicare decreuit, & applicat, cinerem aſpergendo, & dicendo: *Memento homo, &c.* hæc namque potentiſſimè omne venenum concupiſcentiæ infringit, & debilitat. Quid enim concupiſcentia appetet, ſi conſideres, te craſtina die omnia dimiſſurum ijs, qui nullas gratias tibi referent; qui pro peccatis in diuitiarum acquiſitione commiſſis, ignibus æternis traderis? Quomodo voluptates concupiſces, ſi attendas quod ſtatim eas penitus experieris vanas, ex quibus nihil niſi laborem, dolorem, cõfuſionem, & lacrymas tibi retinebis? Quid de rebus ſeculi appetes, ſi conſideres omnia, quæ in mũdo ſunt, in eo relinquenda, & te nudum præſentãdum ante Dei tribunal, cui tunc nullam opem ferent? Excellenter naturam concupiſcentiæ, cor noſtrum afficientis, expreſſit Sapiens ſub typo ſanguiſugæ. *Sanguiſugæ*, inquit, *duæ ſunt filiæ, dicentes: Affer, Affer.* Loquitur de concupiſcentia, cuius duas filias intelligit, quantum exiſtimo, duas eius portiones, quas philoſophi ſtatuerunt, iraſcibilem, & concupiſcibilem, cuius affectus inſaturabiles ſunt penitus, ſemper dicentes: *Affer, Affer*, aut vt in Hebræo, *Da, Da.* Eſt ſanguiſuga vermis aqueus, inquit Ianſenius, qui & hirudo dicitur ab hærendo, cuius conditionem expreſſit Poeta dicens: *Non miſſura cutem, niſi plena cruoris hirudo.* De ea refert S. Iſidor. quod tam auida eſt ſanguinis (quem quia fugit, ſanguiſuga dicitur) vt nunquam eo ſatietur. Cum enim eo plena fuerit, euomit quod hauſit, vt recentiorem auidius denuo fugat. Talis ſine dubio eſt cõcupiſcentia, quæ nunquam ſatiatur, ſed perpetuò clamat; *Affer, Affer.* Vide auarum affectum concupiſcentia diuitiarũ, qui quanto plus hauſerit, plus ſitit, vt B. Ambr. *a* ex profeſſo oſtendit, eleganterque tradidit Auguſtinus *b*, rabiem eam vocans. O rabies, inquit, omni fine carẽs. Terra ſuis limitibus terminatur, aqua ſuis finibus limitatur, aer ſuo fine concluditur, cœlum ſuis terminis arctatur, ſola auaritia terminum neſcit. O auare, ſi terra cuncta tibi datur, mare quæris; ſi terra, & mare, aerem petis; ſi terram, mare, & aerem poſſederis, adhuc cœlum ambis, & ipſum penetrare affectas; & ſi cœlum penetraueris adhuc non quieſces. Ita Auguſtinus. Conſidera luxurioſum, nunquam dicẽtem: Sufficit, & tanquam alterum prodigum, quãdo omnia conſumpta ſunt, diuitiæ, ſalus, & honor; validiori affectu famem ſentientem. Perpende auidum honoris, & gloriæ, cui maior dignitas collata, magis affectum ſuccendit: vt ad altiorem conquirendam inhiet. Semper clamat affectus cõcupiſcentiæ: *Affer, Affer.* Quodnam remedium ad huiuſmodi venenum infirmandum, & eneruandum? ad huiuſmodi ſitim ſanguiſugæ extinguẽdam? Parum cineris aſſume (inquit Belloua- *Li. 20. ſpe-*
cenſis, ex philoſophorum doctrina) & *cul. maio.*
pulueriza ſuper os eius; ſtatim enim ſe *citato.*
contrahit, & ab appetendo ceſſat. Magna ſine dubio vis cineris. Hoc Eccleſia Sancta nunc facit, puluere concupiſcentiam afficit, cinere caput aſpergẽs, & clamans: *Memento homo, quia cinis es.* Hoc validum remedium: ſi enim conſideres te eſſe cinerem, ceſſabit ſitis ſuperbiæ, & affectus honoris, & gloriæ. Quidnam diuitias ſities, attendens te omnes illas ſtatim relicturum? Quid voluptates; ſi conſideres eas tranſeuntes tanquam vmbram, nullum aliud ſui veſtigium relinquentes, niſi dolores, anxietates, curas, timores? Applicat itaq; congruè Eccleſia huiuſmodi theriacam, vt eneruata vi veneni concupiſcẽtiæ, ignis diuini verbi, quod quotidie in Quadrageſima applicare contendit, cor tuum penetret, & inflammet.

Prou. 30. 15

In c. 30. Prou.

Horatius.

Li. 12. Etymol. cap. 3.

Apud Bellonacẽſ. li. 20 ſpeculi maior cap. 155.

a *Li. de Nabuthe.*

b *Ser. 40. ad fr. in Eremo.*

§. 12. *Spiritum hominis auferre procurat Eccleſia per cinerem, vt introducatur Spiritus Dei.*

¶ 147.

HOc ipſum egregio diſcurſu, ex S. Auguſt. petito, poſſumus explicare, qui elegantiſſimè illa Dauidis verba explicat: *Auferes ſpiritum eorum, & deficient, & in puluerem ſuum reuertentur, emitte ſpiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ.* Duos ſpiritus expreſſit Dauid, ſpiritum hominis, & ſpiritum Dei. Hi inter ſe cõtrarij ſunt.

In Pſ. 103. Pſal. 103. 29. 30.

Vnde

Vnde vt spiritus Dei ingrediatur, oportet primum auferre spiritum hominis. Quis hominum spiritus, inquit Augustinus, nisi superbia? Hunc superbiæ parens diabolus in nostram naturam inuexit, & omnes homines affectant ascendere in sublime, & similes esse altissimo, & esse tanquam Deos, scientes bonum & malum. Hic spiritus est, quē

1. Cor. 2. 12 Apostolus vocat, *Spiritum huius mūdi*, contrarium spiritui, qui ex Deo est. Spiritus autē Dei est Spiritus sanctus, qui facit homines diuinos, dat eis vitā diuinam, in nouam transfert creaturam, & ex filijs hominum facit filios Dei: per hunc iusti viuunt, & animantur, de quibus Apostolus ait, quod *Spi-*

Rom. 8. 14. *ritu Dei aguntur*. Vult Ecclesia Sancta, vt in omnes filios suos Deus spiritum suum emittat, qui eos impleat, viuificet, in nouas transferat creaturas, propterea primò procurat auferre spiritum superbiæ, & quod eo sublato, homines in puluerem suum reuertantur: idcirco singulari consilio cinere, & puluere caput impetit, dicens: *Me-*

Epist. 89. ad Augustinum. *mento homo, quia puluis es*. Obseruauit Hieronymus, excellenter Dauidem, cum voluit spiritum superbissimi Philisthæi auferre, & vita priuare, lapide frontem eius, & caput percussisse, ibique fixum reliquisse lapidem: deijcere enim voluit superbum, vires suas iactantem, populum Dei contemnentē, imò & supra Dei potentiam se extollere volentem: superbia autem in concauo capitis efformatur, sedet, & regnat; ibi videtur spiritus superbiæ sedem habere constitutam: illam propterea oportebat partem impetere, vt spiritum eius auferret. Qua de causa, inquit Hieronymus, superbus Rex Ozias, qui elationis spiritu plenus fuit, singulariter in fronte fuit lepra percussus, quæ ibi perpetuò fixa manfit, omnibus conspicuas ibi enim percutiendus erat superbus, vbi spiritus superbiæ singulariter insidebat. Idcirco Ecclesia in fronte, & capite, cinere tanquam potenti lapide te percutit, & fixum ibidem relinquit; vt spiritum tuum auferat, & superbiam, dicens: *Memento homo, quia cinis es*: quasi dicat: Quid superbis, qui cinis & puluis es? Qui ad maiora, & suprema te eleuas, & extollis, qui omnibus rebus inferiorem tenes locum; Quid excellentiam tuam iactas, & super astra mētē te euehis, quo nihil in omnibus rebus creatis vilius, abiectius, aut demissius es: enim cinis & puluis. Cecidit vno ictu manu forti Dauidis percussus Philisthæus: eade tu, ac te dimitte, ac prosterne coram Deo, percussus ictu manus sacerdotis. Cùm Ozias fœdatā suam frontem intellexit, omnem deposuit fastum, & ad priuatam se recepit domum. Depone superbiam, & fastum, qui te vides cinere, & puluere in fronte fœdatum, & aspersum. Spiritu tuo ablato aptè dispositus eris, vt Deus emittat in te spiritum suum, quo quasi nouam efficiat te creaturam, & totius animæ tuæ faciem renouet. Nūquam homo melius dispositus est ad spiritū Dei recipiendum, quàm quando magis istum spiritum suum habuerit extinctum. Notanda est celebris famigeratissimaque visio, quam Deus ostendit Prophetæ suo Ezechieli, quā

1. Reg. 17. 49.

4. Reg. 15. 5. & 2. Paral. 26. 21.

Ezech. 37. ad probandam resurrectionem in nouitate spiritus & vitæ, explicant Irenæus *a*, Clemens Romanus *b*, Tertullianus *c*, & Ambrosius *d*. Tenebatur populus Dei captiuus in Babylone propter sua peccata. Tam longa autem, arcta, & dura fuit captiuitas, vt plures in ea occubuerint: & omnes se ita cōsumptos putabant, vt crederent, iam non amplius se habituros virtutē, qua possent liberi ad patriam suam, & Ierusalem regredi: vnde flentes dicebant *e*: *Aruerunt ossa nostra, & periit spes nostra, & abscissi sumus*. Ita illi cēsebant. Deus autem è contrario iudicandum esse voluit, tunc verè illos fuisse magis dispositos, vt virtutem spiritus Dei reciperēt, quādo virtutē spiritus sui sentiebant extinctam: ideoque Propheram Ezechielem in spiritu assumpsit, & duxit, ac dimisit in medio cuiusdam campi, & qui erat plenus ossibus, & circumduxit eum in gyro per ea, vt omnia bene, plenè, attentèque considerare: viditque, quod illa omnia *erant ficca vehementer*, nullum penitus vitalem habebant humorem, nullum vestigium spiritus, qui omninò defecerat: dixitque Dominus ad eum: *Fili hominis, putasne viuent ossa ista?*

a 5. contra haref. c. 5.
b 5. Constitutionum c. 8.
c Lib. de resurrect. carnis.
d Lib. de Spiritu S.
e Ezec. 37. 11.

Ezec. 37. ¶ 1.

Du-

Dubitauit Propheta, concederet ne, videns illi à ſpiritu vitæ penitus elongata, an verò negaret, attendens Dei infinitam potentiam: & reſpondit: *Domine Deus, tu noſti.* Et dixit ad me: *Vaticinare de oſſibus iſtis, & dices: Oſſa arida audite verbum Domini? Hæc Dominus Deus oſſibus his: Ecce ego introducam in vos ſpiritum, & viuetis.* Vide, quibus oſſibus iubeat vaticinari, & promittere ſpiritum Dei, non omnibus, ſed *oſſibus iſtis*; quod vt notum fieret, ſemel & iterum repetijs dicens: *Vaticinare oſſibus iſtis: & hæc dicit Deus oſſibus iſtis.* Non omnia oſſa apta ſunt, in quæ ſpiritus Dei introducatur, ſed hęc, à quibus ſpiritus eorũ penitus ablatus fuit, quaſi dicat: Quando talia ſunt oſſa, quæ ſpiritum ſuum plenè, ac omnino depoſuerint; eis vaticinare, & dic eis, ac promitte, quod introducet Deus in eis ſpiritum ſuum, & viuent. Vaticinari cœpit illis oſſibus Propheta, prout Deus ipſi conſtituerat, & ſubitò factus eſt ſonitus, & commotio, & acceſſerunt oſſa ad oſſa, vnumquodque ad iunctũram ſuam: ſed *ſpiritum non habebant.* Et dixit ad me: *Vaticinare ad ſpiritum, fili hominis, & dices ad ſpiritum: Hæc dicit Dominus Deus: A quatuor ventis veni ſpiritus, & inſuffla ſuper interfectos iſtos, & reuiuiſcant.* Spiritus nomine, ſpiritum Dei, aut Spiritum ſanctum intelligunt ſãcti Patres, Irenęus (quem vocat Demiurgum, id eſt, mundi factorem, & artificem) & Ambroſius. Prophetauit Propheta, ſicut præceperat Dominus, *& ingreſſus eſt in eos ſpiritus, & vixerunt, & ſteterunt ſuper pedes ſuos exercitus grandis nimis valde.* Oſſa prius erant ſicca, omni ſpiritu priuata; poſtea vaticinante Propheta, ſibi inuicem adhæſerunt: voluit tamen Deus, vt Propheta adhuc iterum ea conſideraret, & videret, quod *ſpiritum non habebant:* penitus erat ab eis ablatus ſpiritus, & conſumptus: tunc aptè erant diſpoſita, ad Dei ſpiritum recipiendum, idcirco iuſſus eſt tunc, Dei voce, ſpiritum Dei inuocare, & dicere: *Veni ſpiritus, & inſuffla ſuper interfectos iſtos*, quaſi dicat: Iam diſpoſita ſunt oſſa illa; nunc cùm eorum ſpiritus defecit, apta ſunt, quæ ſpiritũ Dei accipiãt. *Veni ſpiritus, &c.* Et verè venit, & vixerunt, & ita roborata fuerunt, quod *ſteterunt ſuper pedes ſuos, exercitus grãdis nimis valdè.* Hæc quidem Prophetę oſtendit Deus, vt renunciaret populo, quod non ſolum cùm ſpiritum ſuum, & vires deficientes ſentiebãt, nõ debebãt deſperare de virtute ſpiritus Dei qn potius tũc ſibi ꝓmittere poſſe, ſpiritu Dei fore viuificãdos, roborãdos, & animandos, quando ſpiritũ ſuũ quaſi extinctum iudicabant. Ad noſtrum tamen inſtitutum hoc idem accommodãtes, dicendum eſt, nos egere ſpiritu Dei, ſine quo non valemus veram vitã obtinere. *Spiritus enim eſt, qui viuificat:* nec ad vitam peruenire poſſumus, ille eſt namque ſpiritus bonus, qui ducit nos in terram rectam: hoc autem ſpiritu caremus, quia pleni ſumus ſpiritu noſtro, & ſpiritu mundi. Vt enim dicebamus, contrarij ſunt ij ſpiritus. Videt te Eccleſia ſpiritu tuo viuificatum, ſuperbè de te ſentientem, qui tãtùm cogitas quę ſunt mundi, & ſolummodo appetis terrena, circa quæ ſola videris habere vitam, motum & ſenſum: propterea primò intendit huiuſmodi ſpiritum auferre, & quod à vita tua carnali ſuperbaque deficias; idcirco cinerem apponit in capite, vt dictũ eſt. Videns autem nos cinere aſperſos, demiſſo capite, oculis in terra defixis, quaſi iam extinctum ſpiritum noſtrum conſiderat, & quaſi in puluerem noſtrum redactos attendit: Deo propterea hac diſpoſitione affectos exhibet, orans, & dicens, *Veni ſpiritus, & inſuffla ſuper interfectos iſtos, & reuiuiſcãt*, hoc ſupplex à Deo poſtulat: *Emitte ſpiritũ tuum, & creabuntur.* Conſidera Domine iſtos filios meos, iam mortuos peccato, ſpiritu ſuperbiæ extincto, humilitate deiectos, timore proſtratos, pœnitentia contritos, veni ſpiritus, & inſuffla intellectum, pellẽdo tenebras, emittendo lucem tuam, & veritatem tuam; ex voluntate pellendo malitiã, & infundendo tuam charitatem, concupiſcentiam excutiendo, eiuſque affectus terrenos, & immittendo cœleſtes, vt viuant in perpetuum.

Lib. 5. cit. Lib. 3. de Spiritu S.

Ioan. 6. 63.

Pſ. 103. 30.

§. 13. *Magister de cœlo Christus, de cœlo loquitur, Magister de terra homo, de terra loquitur: quod David iudicauit necessarium.*

¶ 143. In serm. S. Martini.

MEmento homo, quia pulvis es. Cùm aliquando S. Bernardus in quadam festiua solemnitate, coram frequẽti illustrissimoq; conuentu virorum excellentium, qui illuc conuenerant, concionaturus esset, dubitauit, ac perstitit hæsitans, de qua re esset loquendum, & vnde sui sermonis initiũ sumendum foret; tandemque re probè considerata, definiuit, sibi qui de terra erat, de terra loquendum. Duos sanè Magistros designauit ille, quo nullus maior inter natos mulierum, vnum de terra, alterum de cœlo, qui quid vnicuique loquendum esset, præfiniuit dicens: *Qui* Ioan. 3. 31. *de terra est, terra est, & de terra loquitur:* Tract. 14. *qui de cœlo venit, super omnes est, & quod vidit, & audiuit, hoc testatur.* Augustinus legit: *Qui de terra est, terra est, & de terra loquitur.* De illis vnusquisque loqui debet, quæ suæ naturæ sunt congrua, & quæ in patria sua geruntur: nec enim quærendum est ab Vngaro, vt de Hispanis rebus loquatur, nec ab Hispano, vt de Vngaris sermonem instituat. Qui de cælo est, de cœlestibus loquatur; qui de terra, quæ terrena sunt, exponat. Hinc q; sibi de terra loquendum infert Bernardus, qui se terram, & de terra agnoscebat, indeque sermonem orditur, terrenarum rerum qualitates viles, contemnendasq; exponens. Duos initio Quadragesimę sortiti sumus Doctores, & Magistros, diuersos planè: vnum quidem de cœlo, Christum Dominum, de quo idem Ioannes ibidem dixit *a*: *Qui de sursum venit, super omnes est*: & Nicodemus *b*, *Scimus quia à Deo venisti magister*: & æternus Pater cùm nobis designauit magistrum è cœlis demissum, dicès *c*: *Hic est filius meus dilectus, &c. ipsum audite*: & sæpè ipsemet se de cœlo venisse exposuit *d*, *De scendi de cœlo*: &, *e Ego de supernis sum*, &, *f Ego ex Deo processi, & veni.* alterum de terra, Sacerdotẽ scilicet ministrum Ecclesiæ, quem tanquam Doctorem audiendum statuit Deus dicens *g*, *Lex*

a Ioan. 3. 31
b Ioan. 3. 2
c Matth. 17. 5.
d Ioan. 6. 42.
e Ioã. 8. 23
f Ioa. 8 42.
g Mal. 2. 7.

gem de ore eius requirendam: hic doctor de terra est, de terra formatus, de terra natus, & ortus; in terra, & de terra nutritus; qui nunquam terram transcendit. Vterque Magister nos instruit, & docet; ideoque qui de cœlo venit, de cœlestibus loquitur, cœlestia exponit, & proponit: quod facit Christus Dominus in Euangelio, mentem nostram ad cœlos, & cœlestem Patrem erigere docens, nobis regna cœlorum exponens, & suadens, nõ in terra, sed in cœlo thesaurizandum, nosque filios æterni patris debere contendere regna eiusdem patris assequi, omnia nostra in cœlum transferre, & ibi cor plenè collocare. De cœlo planè loquitur qui de cœlo est. Additur tamen alius Magister de terra, qui de terra loquatur, & exponat tibi, te esse terram, puluerem, & cinerem, illudque ore proferat: *Memento homo, quia pulvis es.* Necessarius quidem est Magister de cœlo, qui viam cœli noscès, eam ostendat, & eos, qui in cœlum tendere debent, cœlestia doceat; qui illuc corda nostra dirigat, & reponenda demonstret; Patrem cœlestem exhibeat, qui paratam nobis hæreditatem cœlestem seruat, quam assequamur: sed necessarius est etiam Magister de terra, qui terrenam nostram conditionem exhibeat, & de nobismetipsis terrenis, inquit Bernardus, nobis loquatur, nostramque matrem, de qua o ti sumus ostendat, quæ nobis nõ nisi puluerem, vermes, & putredinem habet præparatam. De terra inquit Bernardus, loquatur, qui de terra subsistit, & omni homini, velit, nolit, quantumcunque recalcitret illam intimet, quam in parente suo excepit sententiam, *Terra es, & in terram ibis*. Huiusmodi Genes. 3. Magister, & doctor de terra, qui de terra loquatur, omninò necessarius est, & congruens, & concinens instituto Magistri cœlestis, ex quorum vtraque locutione bonum nostrum resultat. Conatur hic ad cœlestia cor nostrum, & mentem transferre, vtque ea solùm nobis reputemus bona, quæ in cœlo fuerint recondita: exponit, & ostendit cœlestem Patrem, nobis hæreditatem æternæ beatitudinis parantem. Terrenus tamen homo, sua terrena felicitate contentus, nihil aliud quærit, & nulla- ¶ 405.

nullatenus aures illi accommodat, nihil sibi felicius, aut beatius appetens, quàm bona terrena, quæ in terra sua conspicit. Superbiam suam diabolus in nostram naturam inuexit: ille fuit ita sua, quam à Deo obtinuerat sorte contentus, vt nihil amplius appetendum duceret, sed ibi eius mens appetitusque quieuerunt, quasi iudicans, nihil aliud intendendum: & idcirco dicitur, Ezec.28.6. *posuisse cor suum quasi cor Dei*, quia in bonis suis, quibus se vidit ornatum, ita sibi complacuit, ac si nullum amplius ad Deum respectum haberet, nec aliud sibi restaret appetendum. Hanc superbiam in homines euomuit, vnde hæc miseranda hominis conditio, quòd ita sua terrena bona æstimat, vt nil amplius quærendum contendat: habetque se infelix, ac si bestia esset, cui terrena tantùm pabula parata sunt, quæ illis ita est contenta, vt quantumcunque ei ostendas aurum, argentum, lapides pretiosos, imò & edulia delicatissima, & mensam suauissimis dapibus repletam, nullatenus vel ad eam conspiciendam se conuertat: sed ægnum solummodo concupiscit. Hoc, vt acutissimè obseruant Sancti Patres, Basilius *a*, & Ambrosius *b*, excellentissimè docuit Christus Dominus cœlestis Magister, referens illum diuitem, cuius ager ingentes tulerat fructus: qui videns se terrenorum bonorum abundãtia plenum, Luc.12.19 dixit animæ suæ: *Anima mea, habes multa bona reposita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, epulare.* Expende verbum, *Requiesce*, quasi diceret. Nihil tibi amplius optandum, nihil requirendum, non cor aliò diuertendum, ac si haberet, inquiunt Basilius, & Ambrosius, animam porcinam aut pecudinam. Hinc factum est, quod cùm cœlestis magister, cœlestia regna proponit, & diuitias, quæ in cœlo sunt, exponit; epulas illas super mensam cœlestem repositas ostendit, nullatenus homo moueatur, aut ad ea conspicienda conuertat oculos, & multò minus cor ad ea appetenda. Cœpit cœlestis doctor aliquando ad cœlestia appetenda contemptis terrenis excitare, & inducere, & vt se conuerterent homines ad seruiendum Deo, qui regna æterna præparata sibi seruientibus habebat:

Audiebant autem omnia hæc Pharisæi, qui erant auari, & deridebant illum. Luc.16.14
Auaritiæ nomen, etsi propriè pro concupiscentia pecuniarum sumatur; aliquando in scriptura omnium terrenorum bonorum, & voluptatum appetitum exprimit, vt S. Hieronymus obseruauit, annotans, ab Apostolo auaritiam inter vitia carnalia poni, cùm dicit: *Fornicatio autem, aut immunditia omnis, aut auaritia*, id est, quiuis voluptatum affectus, *nec nominetur in vobis.* In cap.5. ad Ephes. Ephes.5.
Erant Pharisæi auari, id est, pleni affectu terrenorum bonorum, & voluptatum, ideoque *audiebant*, inquit *omnia hæc*, id est, omnia, quæ Christus exponebat de cœlestibus bonis, de regno bonis repositò. & gehenna malis præparata; *& irridebant eum*, adeò contenti erant bonorum terrenorum possessione, vt irriderent eum, qui aliquid altius appetendum suadebant. Quid igitur agendum? Magister, & doctor aliquis de terra supponatur, qui terrena expertus, in terra natus, in terra nutritus, terrena vel ex ipso experimento cognoscens, de terra loquatur, & exponat homini, qui de terra est, quæ terrena sunt; & suam miseram infelicemque sortem, quam ex eo quod de terra est, sortitur: est enim puluis, & in puluerem statim conuertendus. Ex his nunc optimè intelligimus illam Dauidis petitionem, omnium ore decantatam. *Constitue Domine legislatorem super eos, vt sciant gentes, quoniã homines sunt.* Gentes erant illi, qui in mundo opera manuum suarum tanquam Deos habebant, qui superbè, & tumidè de se ipsis sentiebant, & nihil aliud felicius, quam quod in mundo obtinebant, credebant appetendum. *Constitue*, inquit, *eis legislatorem.* In Hebræo vox *Moreh*, quã Hieronymus censet deriuari à verbo *Iara*, per aleph in fine, quod timere significat: & ita transfert; *Pone eis Domine timorem.* Consentit Chaldæa, *Incute eis terrorem*; alijque, qui intelligunt, voluisse dicere; Constituè eis aliquam grandem calamitatem, infirmitatem aut miseriam, quæ tanquam crudelis tyrannus, illos torqueat, & terreat, vt cognoscant se homines esse, qui sensus placuit Basilio *a*, & Augustino *b*. Et fine dubio, superbo, qui se su-

¶ 151. Psal.9.21. In Psalter. 9.

a Homil.6. in diteſcēt. b Serm.81

a Schol.in Psalm.9. b In Psal.9

se super astra exaltarat, excellentissimè demonstrat, quod homo sit, grandis aliqua infirmitas, aut calamitas adueniens, quæ sicut corpus deijcit, & demittit: ita & animum. Id quod elegantissimè Deus fecit illum superbum Antiochum regem demittere volens, cuius superbiam Spiritus S. elegātius, quam possent Cicero, aut Demosthenes depinxit. *Sibi*, inquit, *videbatur, etiam fluctibus maris imperare, supra humanum modum superbia repletus, & montium altitudines in statera appendens, &c.* Huic incussit Deus grandem infirmitatem, nam percussit eum insanabili plaga, & apprehendit eum dolor dirus viscerum, & amara internorum tormenta: ita vt de corpore impij, vermes scaturirent, ac viuentis in doloribus carnes eius effluerent: odore etiam illius, & fœtore exercitus grauaretur: vnde factum est, vt *qui paulo ante sidera cœli contingere se arbitrabatur, eum nemo posset propter intolerantiam fœtoris portare.* Hinc sine dubio cognouit se hominem esse. Cum enim nec ipse iam fœtorem suum sustinere posset, ita ait: *Iustum est subditum esse, & mortalem nō paria Deo sentire.* Id ipsum videmus in Alexandro Magno, qui vt Seneca *a*, Gellius *b*, & Ælianus *c* referunt, summoperè diuinitatis opinionem affectabat: cuius insanam superbiam, & elationem ipsa etiam scriptura sacra indicat, dicens *d*, quod *Constituit prælia multa, & obtinuit omnium munitiones, & interfecit reges terræ, & pertransijt fines terræ, & exaltatum est, & eleuatum cor eius, &c.* Quoniam autem vulgus id perpetuò agit, quod principibus placitum agnoscit, talibus adulatorijs acclamationibus, quibus illum Dei filiū vocat, prosequutus fuit, quod facilè ille se Dei filium crederet. Accepto tamen aliquādo diro cuiusdam sagittæ vulnere, videns sanguinem fluētem, doloremque sentiens, Omnes, inquit, iurabant, me filium Iouis: hoc tamen vulnus, hæcque sagitta, hominem me esse ostendunt. Ita Seneca *e*, Plutarchus *f*, & Diuus Chrysostomus *g*. Hoc quotidie experimento cōperimus. Videbis hominem superbum, altè de se sentientem, omnes contemnentem, sperantē in fortitudine sua, & diuitijs: mittit Deus infirmitatem aliquam grauem, qua corpus eius scatet putredine fœtida, & nauseam prouocante: conspicies demissum, & humanas miserias agnoscentem, & prædicantem, quem cum alij intuentur, communi sermone de humanæ infirmitatis vanitate, vt Chrysostomus dixit, philosophantur. Est mulier, sua pulchritudine se extollens, similis illis, quibus Deus comminatur apud Esaiam: quod *eleuatæ erant, & ambulabant extento collo, & nutibus oculorum ibant, & plaudebant, & ambulabant pedibus suis, & composito gradu incedebant, &c.* cui Deus febrem ardētē, absumentem eius pulchritudinem immittit, ad portas mortis eam deducentem: qua calamitate oppressa, miseriam suam agnoscere incipit, & intelligere, quod fallax gratia, & vana est pulchritudo. Cæterum Septuaginta vocem *Moreh*, derivatam crediderunt à verbo *Iarah*, per he in fine, quod significat docere, ideoque hæc vox significat Doctorem, aut Magistrum, instituentem, & docentem efficaciter: hunc constitui à Deo hominibus postulabat Dauid, quo instruēte, & docente, *sciant gentes, quoniam homines sunt*. In Hebræo] additur illa vox Dauidi familiaris, *Selah*. Dices: Nunquid homines non cognoscunt se homines esse? Imo omnes hoc de seipsis omnibus notum esse cupiunt, & procurant: ideoque dicere solent, se hoc procuraturos, vt omnes agnoscāt, illos vere esse homines. Expende tamen in Hebræo haberi nomen Enos, *vt sciant*, inquit, *gentes, quoniam Enos sunt*. Duobus nominibus Moyses] hominem vocauit, Adam scilicet, & Enos. Adam propriè loquendo, vt Sancti Patres, Gregorius Nyssenus *a*, Augustinus *b*, & Hieronymus *c*, annotant, non est nomen proprium, sed appellatiuū, dictum à voce *Adama*, quæ terram significat, aut humum, quasi dicas: De terra, aut Terrenum: quod propterea Latini transtulerunt, *Hominem*, ab humo. Hoc itaque nomen non proprium est, sed omnibus hominibus commune, quamuis primo parenti fuerit singulariter appropriatum: quoniam Deus illum de terra condidit, & formauit. Nomen autem *Enos*, gran-

2. Mac. 9. 8

Homi. 3. de Spiritu S. & 60. ad popul.

Esai. 3. 16.

הוה

1. De benefic. c. 13.
b Li. 13. c. 4
c 2. Varia histor. c. 19 & li 5. c. 2.
d 1. Mach. 1. 2. 3. 4.

e Epist. 60.
f In Apophth.
g Orat. 60. q 152.

a Lib. de creatio. homi. c. 23.
b 15. De ciuit. Dei.
c Li. de nomin. Hebr.

dia continet myſteria. Quidam deriuatum cenſent à verbo *Naſſi*, quod ſignificat *Eleuare*, quaſi dicas. Eleuatus, aut qui eleuato eſt corpore, manibus, facie, & capite: hoc enim inter omnia animalia homini conceſſum eſt, manus à terra habere eleuatas, quaſi nihil à terra tanquam proprium bonum capiendum: & faciem in cœlum habere eleuatam qui cœlum cogitet mente, reſpiciat oculis in illudque, ſit iam directus corpore, in quod tendere debet animo. Quibus fortè alluſit Plato, in Cratylo obſeruans, nomen hominis in Græco eſſe *Anthropos*, ita dictum à ſurſum inſpectione, quaſi dicas: ſurſum aſpiciens, *el carialcado*: hoc quoque nomine apud Sapientes homo cõmendari ſolet, vt illi vulgatiſſimi Poetæ verſus habent: Pronaque cum ſpectẽt animalia cætera terram, Os homini ſublime dedit, cœlumque videre. Iuſſit, & erectos ad ſidera tollere vultus. Alij tradunt à verbo *Naſchah*, quod eſt obliuioſum eſſe, aut obliuiſcentem omnia, quæ ad ſuum munus, & officiũ pertinent: quaſi dicas: Obliuioſus fui, & eorum quæ recordari deberet: quomodo nomen *Enos* interpretatur Euſebius Cæſarienſis, annotans, quod quamuis Plato mirabilis videatur, multa tradens de hominis nomine in Cratylo: ſed multò prius, ſapientius, profundiuſque omnia Moyſen fuiſſe complexum, vocando hominem Adam, & Enos, à quo quicquid boni Pilato dixit, hauſit, & traxit.

Brixi. to. 1. fol. 478. p. 2.

Ouid. 1. Metam.

l. 1. de præparat. Euangel. c. 4.

§. 14. *Aptè conſtituitur magiſter, qui doceat homines, quod homines ſunt, id eſt, aceruus omnium miſeriarum.*

¶ 153. EXplicemus nihilominus magis ad noſtrum inſtitutum, quomodo nunc Deus conſtituat nobis legislatorem, aut magiſtrum, qui homines ſcire faciat, quod homines, aut Enos ſunt. Communior namque expoſitio eſt, vt Enos dicatur à verbo *Anus*, quod ſignificat, maximis ærumnis, ac doloribus affici, vt idem ſit Enos, ac quoddã omnium dolorum, ærumnarum, calamitatum, ac miſeriarum ſubiectum: quomodo Felix transferre viſus fuit: *Infinitis modis miſerabilis*, quomodo Genebrardus. Cõſtitue, inquit Dauid, eis legislatorem, qui eos inſtruat, vt ſciant, quoniam Enos ſunt, id eſt, aceruus quidam ac ſaccus infinitatum miſeriarum, & dolorum. Vnde S. Baſilius annotauit, addidit Dauid dictionem *Selah*, qua vt alibi ex profeſſo oſtendimus, ſignificare volebat, mentis ſuæ eleuationem, qua remanebat quaſi eleuatus, & ſuſpenſus, retinens intellectum in conſideratione illius, quod dicebat. Vnde quaſi ſuſpenſus mãſit Dauid, conſiderans, quam verè omnes gentes ſint *Enos*, id eſt, omnium miſeriarum aceruus, & quoddam infinitarum calamitatum ſubiectum. Nec eſt cur ad huius vocis explicationem, extraneos quæramus authores, quam ipſemet Dauid voluit explicare. Conſtitue, inquit, doctorem, qui eos inſtruat, & cognoſcere faciat, *Quoniam homines ſunt*. Quoniam videbat Dauid, nos interrogantes: Quid eſt homo? *Verumtamen*, inquit, alio in loco, eandem rem exprimens, *Vniuerſa vanitas omnis homo viuens*. Singula verba ſunt expendenda, primo, aduerbium illud, *Veruntamen*, in Hebræo *Ach*, quo doctores vtuntur in Scholis, aut in Concilijs, quando recitatis, aut auditis aliorum ſententijs, ſuam poſt grandem cõſiderationem, & ſtudium ſubjciunt, quid tenendum ſit exponentes, quaſi dicentes: Hoc dixit talis author, hoc alius author: veruntamen quod tenendum eſt audite. Voluit Dauid mentem ſuam applicare ad cognoſcendum, & explicandum, quid ſit homo: ad cuius quæſtionis expoſitionem omnia ingenia ſe conuerterunt, & quaſi cuncta quæ mundi ſapientes dixerunt, dicturique erant, mente reuoluens, & referens: ſuam voluit tandem exprimere ſententiam ab omnibus tenendam. Quidam dixerũt, hominem rem eſſe cœleſtem, alij diuinam. Pythagoras poſt longam conſiderationem dixit, hominem eſſe omnium rerum creatarum menſuram: quia tanto rem aliquam præſtantiorem cenſemus, quanto hominis naturæ iudicamus propinquiorem: quomodo dixit Ariſtote-

Brixi. to. 1. fol. 38. p. 1.

Pſal. 38. 9.

les,

les, præcipuum in vnoquoque genere esse mensuram cæterorum. Mercurius Trismegistus dixit, esse alterum Deũ: Plato miraculum insigne, Sapientes græci, esse Microcosmon, id est, mundum minorem, aut abbreuiatum: quia in se vnico omnes perfectiones, quę in vniuerso sunt dispersæ. vnitas continet: nam habet esse cum corporibus, viuere cum plantis, sentire cum animalibus: intelligere cum angelis. Quid tamen tu, ò sapiens doctor definis,
Psa.70.17. quem *Deus docuit à iuuentute tua*, cuius mentem illustrauit, *sicut aurora*
2.Reg.23.4. *cum sine nubibus rutilat?* Quid tenendum decernis? Veruntamen, inquit, ergo dic, quod *Vniuersa vanitas omnis homo viuens*. Expende illud *Vanitas*: Non dixit, hominem esse vanũ, sed ipsam vanitatem. Obseruauit sæpè D. Thom. ex optima metaphysica, grandem differentiam inter nomina abstracta, & concreta: hæc enim etsi formam dicant, sed non secundum omnem rationem ipsius: at illa dicunt, & exprimunt, quicquid ad formam illam pertinere põt. Cum dicimus aliquem esse album, non explicamus illum omnem rationem, & gradum possibilem albedinis habere: cum tũ dicimus illum esse eandem ipsam albedinem, significamus nihil ei de albedinis forma, aut gradu deesse. Et hac de causa, vt idem D. Thomas annotauit, non solum dicimus Deum esse sapientem, bonum, potentem: sed ad exprimendum nihil penitus ei deesse, quod ad rationem sapientiæ, bonitatis, aut potentiæ pertineat, dicimus illum esse ipsam sapiẽtiam, bonitatem, & potentiam: qua loquendi phrasi Apostolus vsus fuit de
1.Cor.1.30 Christo loquens, dicens: *Factus est nobis sapientia, iustitia, sanctificatio, & redemptio*. Non ergo solummodo dicit Dauid, hominem esse vanum; sed esse ipsammet vanitatem, inanitatem, & miseriam, id est, cui nihil omninò de ratione vanitatis deficiat, quique omnem penitus vanitatis, & miseriæ rationem teneat, & includat. Nec contentus fuit Dauid dicere, hominem
In Psal.38 esse vanitatem, sed *Vniuersam*. Genebrardus exponit, dicere voluisse: Est
¶ 154. mera, sũma, perfecta, & plena vanitas: nõ est particula vanitatis, sed tota, integra, & omnimoda vanitas. Intellexit Dauid, Philosophos dicturos, hominem esse vniuersam perfectionem, & microcosmum, id est, mundum quendam minorem, in se omnem omnium perfectionem includentẽ: omnes namque gradus perfectionis vniuersi sunt esse, viuere, sentire, & intelligere, qui per varias naturas dispersi sunt (inanimata enim sunt, plantæ viuunt, animalia sentiunt, angeli intelligunt) quos omnes vnus homo complectitur, qui cum inanimatis habet esse, viuit cum plantis, sentit cum animalibus, intelligit cum angelis. Ita Philosophi? Veruntamen, inquit Dauid, ego dico, hominem potius esse vniuersam vanitatem, qui vnus in se omnes vanitates, quæ per vniuersum dispersæ sunt continet; cum inanimatis corruptelæ casibus, iniurijs cœli, elementorum, locorum, temporum, & accidẽtium corporalium est obnoxius: cum viuentibus instabilitati, atque necessitati, motibusq; accretionis, decretionis, nutritionis, corruptionis mortis, & interitus, est subiectus: cum sentientibus, vniuersæ sensuum, & sensibilium affectionum, perpessionũ, patibilium qualitatum, mutationi, atque infœlicitati subditur: cum Angelis alterationi, volubilitati, & mutabilitati cogitationum, voluntatum, studiorum, rationum, consiliorum implicatur; qui, & superat eorum omnium vanitates, & inconstantias; nam præter curas vitæ varias, & ancipites, hoc habet proprium, vt non vni peccatorum generi, sed varijs, multiplicibus, atque adeo innumeris, quorum pleraque sunt nefanda, naturæque contraria, subiaceat. *Itaque est quoddam cunctorum, fatuum, vanitatum, & miseriarum omnium epitome*. Multas miserias habere possunt Angeli secundum suam naturam, tam ex mutabilitate cogitationum, quam ex eo quod peccare possunt, sicut multi eorũ peccarũt; nam *in angelis suis reperit Deus prauitatem*, *Iob.4.18.*
quas animalia habere non possunt, has omnes habet homo. Multas miserias habent animalia, quarum Angeli capaces non sunt, quarum omnium homo capacissimus est. Inter animalia, quædam vno genere infirmitatum la-

borant, quo nó alia; quibus tamen omnibus homo afficitur. Nulla itaque eſt rei creatæ miſeria, quam non capiat homo, nullum infirmitatis genus, quod non poſſit incurrere, nulla mortis cauſa, quæ non poſſit illi conuenire. Ex his explicant aliqui, illum aptè definitum a Philoſophis, *Animal rationale mortale*. Quidam dicunt, vocatum *mortale*, ad differentiam angelorum; alij verò ex eo quod nullum eſt genus infirmitatis, & mortis, quod non poſſit illi conuenire, imò multo plura infirmitatum, & mortium genera illi ſoli, quàm omnibus ſimul cæteris animantibus conueniunt: non.n. ſolum ex corporali intẽperie infirmitatẽ incurrit: ſed ex affectibus animi, & ex ijs quæ mente conſiderat. Meritò poſuit Dauid etiam hoc in loco, poſtquam dixit, *Vniuerſa vanitas omnis homo viuens*, dictionem *Selah*, quaſi ſuſpenſus manens, mente attendens, & luſtrans innumeras hominũ miſerias. Iſte moritur prætriſtitia, ille pranimia lætitia: iſte fame, ille abundantia: iſte fugiens pericula, ille inſequens dignitates: iſte in domo ſua, ille in hoſpitio: iſte in ciuitate, ille in agro: iſte quod antea amabat, odio nunc proſequitur: ille quod odiebat, nunc amat: ille laborat lippitudine in oculis, ille dolore in auribus: alter dolore renum, alius iliũ. Et non vnus aut alter homo eſt vniuerſa vanitas, ſed *omnis homo viuens*, aut vt Pagninus ex Hebræo: *omnis homo ſtans*, de quo alibi. Vanitas es, & puluis, ò princeps, & nobilis, qui credis te firmiter conſtitutum, quem nullus poſſit labor deijcere: vanitas es tu dives, qui diuitiarum fulcimento ſtabilitus, te ſtantem indicas: vanitas tu mulier formoſa, quam leuis aura diſſoluet, Si autem omnis homo ſtans, & viuens, eſt vniuerſa vanitas, quid, inquit Hieronymus, homo cadens, moriens, & mortuus? Talem vult Eccleſia te reputare, cui Spiritu ſancto inſpirata, & excitata ponit doctorem, & magiſtrum, qui tuis oculis exponat, quiſnam es, & quod homo es, & quod vniuerſa vanitas es, puluis, & cinis.

§. 15. *Inſenſati Moabitæ, & extructores turris Babel, terreo nixi fundamento: quos conſumendos, ſtatua Nabuchodonoſor indicauit.*

¶ 155. TAm neceſſarium eſt, conſtituere doctorem, aut magiſtrum, qui impoſito cinere faciat homines cognoſcere, quod homines ſunt: vt nihil ſit magis homini neceſſarium. Vnde, & idipſum Sãctus Iſaias, vel potius Deus per Iſaiam conſuluit. Vaticinabantur aliquando S. Prophetæ, quæ euentura erant gentilibus, qui finitimi Iudæis erant, vt rerum euentus certiſſimus, inquit Theodoretus, oſtenderet Iudæis, veros illos fuiſſe Prophetas. Inter hos excellentiſſimus fuit Iſaias, qui quæ illis gentium populis, qui Iudæis proximi erant, eſſent euentura, peculiaribus capitibus profecutus fuit: & poſtquam contra Babylonios, qui longè erant, & qui ſæuiores fuerunt in Iudæos, prophetarat, initium ſumpſit à Moabitis, ex quibus filium Dei carnem aſſumpturum per Ruth Moabitidem, quæ nupſit Booz, tam clare vaticinatur, vt Iudæi caput ſextumdecimum (vt ex Iuſtino, & Origene tradit Leo Caſtrenſis *a*) ex codice Septuaginta Interpretum diſpunxerint, in quo non legitur, nec habetur. Primo ergo eos grauiſſime puniendos prophetat dicens; *Onus Moab. Quia nocte vaſtata eſt Ar.* Fuit Ar metropolis Moabitarum, quæ nocte vaſtata dicitur, quia repente, & ſubitò, quando illa ſibi ſecuritatem promittebat, eſt euerſa, vt dicemus. Deinde ſubdit, vaticinium: quod quamuis ciuitas Moab eſſet euertenda, Chriſtus ex Moabitarum genere eſſet oriturus, dicens: *Emitte agnum Domine dominatorem terræ, de petra deſerti, ad montem filiæ Sion*. Ex illa vrbe Moab profecerat Ruth, de cuius ſtirpe naſciturus erat Chriſtus: ideo prædicit, mittendum agnum ex illa, quam vocat petram deſerti: quoniam Deus ita illam punire inſtituerat, vt remanſura eſſet deſerta, & ſolitaria. Quoniã autẽ quæri

In cap. 16. Iſaiæ.

a *In cap. 16 Iſaiæ.*

Iſa. 15. 1.

Iſa. 16. 1.

quæri posset, cur populũ ex quo filius Dei carnem erat assumpturus destrueret; peccatum Moabitarum expressit, quod vehementer Deum offendit, superbia scilicet. *Audiuimus*, inquit, *superbiam Moab: superb. est valde, superbia eius, & arrogãtia eius, & indignatio eius, plusquam fortitudo eius.* Hæc verba accipienda credo, quasi trium personarum diuinarum Sanctissimæ Trinitatis: vt enim nobis fiat manifestum, omnes illas tres, mundum gubernare, & regere; nostro modo se attemperant, & inducuntur sæpè, quasi in consilio iunctæ, de rerum humanarum dispositione pertractantes, colloquentes, & quid agendum sit decernentes. Sic cùm peccauit Adam, audies diuinas personas, dicentes: *Ecce Adã quasi vnus ex nobis factus est, sciens bonum, & malum: nunc ergo ne fortè mittat manũ suam*, &c. & cũ superbi homines turrim Babyloniæ ædificandam assumerent, quasi consilio diuino iunctæ, dixerunt inter se, *Ecce cœperunt hoc facere, & non desistent. Venite igitur descẽdamus, & confundamus linguas eorũ:* & cum Sodomitarũ increscerẽt peccata, tres diuinæ personæ in typo trium Angelorum, aut peregrinorum apparuerũt Abrahæ; & quamuis tres essent; ad insinuandam vnitatem essentiæ, in singulari locutæ sunt: *Clamor Sodomorum, & Gomorrha multiplicatus est, &c. descendam, & videbo, &c.* Hinc cum sententia prolata fuit contra Nabuchodonosor, quod tanquam arbor excindendus esset de regno, additum fuit: *In sententia vigilum, decretum est.* Vocat Vigiles, personas Sanctissimæ Trinitatis, quæ non dormitant, nec dormiunt custodientes Israel, vt alibi dictum est. Et hoc tandem explicare voluit sanctus Propheta Malachias, qui inducit impios loquentes contra dominum: sed *tunc locuti sunt*, inquit, *timentes Dominum, vnusquisque cum proximo suo: & attendit dominus, & audiuit, & scriptus est liber monumenti coram eo.* Non est Deus cæcus, neque surdus, nec iuxta cardines cœli perambulans, nostrorum consideratione exuit: sed videt, attendit auscultat, & nostro loquendi more, tres diuinæ personæ, quasi consilio diuino iunctæ, quid agendum sit, decernunt: quando conculcas pauperes, opprimis pupillum, spoliãs innocentem: quando ad luxum procedis, & honestatem virginis corrumpere moliris: quando decipis simplicem, & fraudes machinaris contra proximum, aspicit Deus, & nostro more inducitur consultans, & rem pertractans. Ita repræsentat sanctus Isaias diuinas personas de Moab agentes. Erant Moabitæ superbissimi, insolentes, contemnẽtes cæteros, grandia de se præsumentes, Deum ipsum aspernantes, & cœlum se contingere posse existimantes: videt Propheta nostro loquendi more, diuinas personas hanc superbiam considerantes, & dicentes: Audiuimus superbiam Moab, superbus est enim valde. Diximus alibi quomodo peccata ipsa cœlum conscendere videntur, & grandibus clamoribus coram Deo insistere, petentes iustitiam contra peccatorem: diximus itidem, quomodo sancti, qui à superbis opprimuntur, clamant ad Deum, illorum superbam tyrannidem repræsentantes, & coram Deo exponentes, quos Deus exaudiuit, eo modo, quo dictum fuit, sententiam contra superbum Nabuchodonosor datam ad petitionem sanctorum. Superbia Moab talis fuit, quæ coram Deo clamabat, vindictam exposcens: erat itidem talis, quod sanctos, & fideles conculcare contendebãt Moabitæ, quorum voces ad Deum ascenderunt. Erat itaque grandis superbia: *Superbia eius, & arrogantia eius, & indignatio eius, plusquam fortitudo eius.* Non tanta eorum fortitudo, in qua confidunt, quanta superbia, & arrogantia. Erat eorum superbia tanta, vt omnes inimicos irriderent, & crederent, se ab illis omnibus securos: fortitudo autem eorum erat exigua; nam tantùm roborati erant muro quodam terreo, ex lateribus coctis constructo, quem propterea inexpugnabilem reputabant. Miseri Moabitæ, & insipientes, qui ex tam debili firmamento tantam superbiam, & arrogantiam conceperunt. Volens Deus eos ad meliorem frugem reducere: *His*, inquit, *qui lætãtur super muros cocti lateris, loquimini plagas suas.* Ecce cui nitebantur, & super quo læti,

Ibi num. 6.

Gen. 3. 22.

Gen. 11. 6.

Gen. 18. 20

Dan. 4. 14.

Mal. 3. 16.

¶ 116.

& ſecuri viuebant. Videres Moabitas in ciuitate Ar, quæ metropolis erat, & regia, ludentes, comedentes, bibentes, dormientes, nihil penitus timentes; quamuis multa eſſent, quę timere poſſent. Et ſi quæras: Quid talem ſecuritatem illis dabat, qui ſe multos inimicos habere cognoſcebant? Certè muri cocti lateris. Conſiderabant ciuitatem ſuam cinctam muris; etſi terreis, ſed ex lateribus coctis, inter ſe rectè ordinatis, calce, vel gypſo reuinctis. Dicite, inquit Deus, illis plagas ſuas, ne lætentur, & ſecuri ſint: exponite murum eſſe terreum, quem ſubitò inimici diruent, & diſrumpent, ſicuti de facto euenit. Oppreſſa enim, & euerſa fuit ciuitas Ar, quæ metropolis erat Moabitarum, quando minus illi id credebant, aut timebant; & murus ab inimicis ſubitò dirutus eſt; quando maiori firmitate eum credebant ſecurum: id quod ipſemet Iſaias prædixerat, exponens mala, quæ Moabitis erant ſuperuentura, more prophetico, præteritum pro futuro ponens. *Onus Moab. Quia nocte vaſtata eſt Ar, ciuitas* Iſai. 15. 1. *Moab, conticuit: quia nocte vaſtatus eſt murus Moab, conticuit.* In Hebræo pro *Vaſtata eſt*, habetur verbum, *Suddad*, quod ſignificat totalem ſubitamque ruinam incurrere. Dicite, inquit, ijs qui lætantur ſuper muros coctilateris, plagas eorum; exponite quomodo muri iſti paruæ ſint firmitatis, quippe qui terrei ſunt, quos quando minus ſperabunt, inimici ſubitò euertent, & totam ciuitatem repentè oppriment, & vaſtabunt: dicite plagas ſuas: oſtendite inanem eorum ſpem, infirmum ſuæ ſecuritatis fundamentum. Ita ad Moabitas locutus eſt Dominus: præcipuè tamen nos alloquitur, quorum arrogantiam, & ſuperbiam conſiderat, maiorem fortitudine noſtra. Multi ſunt ſibi ſecuritatem promittentes, & cenſentes nullatenus à morte ſuperandos; lætantur, comedunt, bibunt, luxuriantur: & ſi quæras: cuinam rei innitantur, & quid ſit, quod eos lætos teneat, & ſecuros, inuenies eſſe murum cocti lateris. Intelligunt quidem corpus ſuum terreum; ſed conſiderant, quod eſt ex lateribus coctis, quod grandem teneant ſalutem, fortitudinem, virilitatem, quod habeant delitias, voluptates, diuitias, quibus omne malum propulſandum credunt. Quam ſuperbè progreditur princeps, aut nobilis, non iudicans alios ſuo dignos conſpectu, quos grandi fauore afficere cenſet, ſi oculos conuertat ad eos, aut minimum verbum loquatur? Quàm arroganter incedit diues, qui iudicat ſe ab omnibus adorari, & poſſe impunè quemcunque voluerit conculcare? Quantus eſt faſtus mulieris, quæ ornatu quaſi regio induta, ſe ab omnibus adorandam imaginatur? Non timent mortem iſti, nec illi aliqua circa eam vrgentur cura; ſed ſecuros ſe eſſe credunt. Quis ijs ſecuritatem dat? Lætantur ſuper muros cocti lateris. Videntur ſe ſanos, robuſtos, diuites, &c. Dicite ijs, qui lætantur ſuper huiuſmodi muros, plagas ſuas: exponite eis, quam exigua firmitate hic murus conſtiſtat, quem leuis aura, potus aquæ, comeſtio alicuius rei crudæ, lapis è tecto inſperatè cadens, apoplexia opprimens, ſubito euertit, & diruit. Non potuit eſſe inſipientior ſtultitia, quam eorum, qui cœlo ipſi bellum indicere ſtatuerunt, vt ex Auguſtino alibi annotauimus, turrim erigentes vaniſſimam, quam vſque ad cœlum eleuare intenderunt, vt in illa liberi à Dei potentia, & manu conſiſterent, ſi vellet illos perdere. Stultiſſima ſine dubio cogitatio, primo, quia quamuis totam terram in lateres conuerterent, ex illiſque omnibus turrim extruerent; non ſufficerent ad cœlum, ſicut intendebant, attingendum, vt Aſtrologi demonſtrant. Secundò, quia exiſtimarunt ſecuros ſe fieri poſſe ab omni aduerſitate, innitentes teriæ, & fundantes ſuper eam, & ex lateribus terreis ædificium conſtruentes: eſt namque terra omnibus elementis debilior, & infirmior, quam aquæ penetrant, aer terræmotibus quatit, ignis auolare facit, Deus autem ſolo nutu euertit, & trementem facit; *Reſpicit enim terram, & facit eam tremere*. Hæc peccatorum ſtultitia intolerabilis, quod cœlo, imò, & Deo ipſi cœlorum Domino bellum indicunt, & contra Deum agere ſtatuunt. Quid enim agit peccator, nili

¶ 157.

16. de ciui. cap. 4. 5. 6.

Pſal. 103. 32.

nisi cõtra Deum pugnare? de quo Eliphaz Themanites; *Iob 15.25. 26.* *Tetendit aduersus Deum manum suam, & contra omnipotentem roboratus est: cucurrit aduersus Deũ erecto collo, & pingui cernice armatus est.* Contra Deum pugnas, cùm iuxum sequeris, dum fraudes moliris, dũ illius nomen sanctum contemnis. Et si quæras: In quo confidunt hi, qui bellũ Deo inducunt, qui securos omninò se esse credunt? Quãta securitate dormit adulter? Quàm quietè comedit auarus, qui viduam spoliauit? Quam sine timore iacet, qui pupillum oppressit? Quis tantam securitatẽ perhibet? Innituntur solummodo terræ lateribus coctis, saluti scilicet corporis: vident se validos, fortes, sanos, robustos. O insani hoies, & terreno fundamẽto innixi. Securum te ex illo credis quod ad vnam Dei vocem, ad vnũ illius flatum cadet, & peribit? sicut accidit illi diuiti, qui dicebat: Anima mea habes multa bona, &c. cui dictum est: *Stulte, hac nocte repetent animam tuam, &c.* Terræ inniteris? *Iob 4.19.* *Qui terrenũ habent fundamẽtum*, dixit enim Eliphaz, *consumentur veluti à tinea, de mane, vsque ad vesperã succidentur.* Consumi velut a tinea, est, consumi quacumque re leuissima: nihil enim mollius, aut debilius tinea, aut teredine. Non necessarij sunt grãdes exercitus, aut Angeli fortes, aut venti irruentes, aut fulmina ardentia: quæuis res debilissima sufficiet consumere, et euertere, leuis aura, calor quidam immodicus, timor subitus. Quod autem additur: *De mane vsque ad vesperam*, indicat breuissimum tempus: *Isai. 38.12.* quomodo Ezechias ad vitæ suæ breuitatem indicandam, *de mane*, inquit, *vsque ad vesperam finies me.* Vnde, idẽ est, de mane, vsque ad vesperam succidentur, ac si dicat: subitò succidẽtur de vita, euertentur, vastabuntur. Et quid aliud de te, tam debili fundamento fundata sperandum erat? Nota est omnib. *Dan. 2.31.* statua illa. *Statura sublimis, aspectu terribilis*, quam vidit Rex Nabuchodonosor, qua Deus oẽs mundi Monarchias voluit eidem ostẽdere: huius caput ex auro optimo erat, pectus, & brachia de argento, venter, & femora ex ære, tibiæ ferreæ, sed pedibus fictilibus nitebatur; & percussit statuam in pedib.

Tunc contrita sunt pariter testa, æs, argentum, aurum, & redacta quasi in fauillam æstiuæ aræ, quæ rapta sunt vẽto, nullusque locus inuentus est eis. Quidnã sperari poterat de reb. quantumcunq; prætiosis, quæ tam debili fundamento nitebantur, nisi quod tactum lapilli, in pulueres, & fauillam omnia redigerentur? Mors lapis est paruus, abscissus de monte sine manibus; primò, quia ex Adam, tanquam ex monte processit; nam *per vnum hominem, peccatum introiuit in mundum, & per peccatum mors & ita in omnes homines mors pertranfit.* Et *sine manibus* illis, quæ omnia operata fuerant, sine quib. factũ est nihil: *Deus mortem non fecit.* Secũdò, quia vt mors adueniat, nõ necessariæ sunt multę manus, non multi exercitus militum, non multi gladij, aut lanceę, non ignes, &c. etiam si nullus tibi mortem inferat, illa veniet. Quot, quantosque videmus, in quos mors sine manib. decidit? Nec enim inuenies, quis abscideri, aut miserit huiusmodi lapidem. Videbis hominem parcum, temperatum, sobrium, secundum medicinæ regulas viuentẽ, cui nihil deest eorum, quæ ad vitam necessaria iudicantur: & quando id minus cogitabat, audis eum mortuum, & si causam quæras; nullus est, qui aliquã possit assignare. Vnde huiusmodi mors? Fuit lapis sine manib. abscissus. Ingressi sunt tres articuli manus in aulam, vbi Balthasar cœnabat, qui mortẽ secũ adferre videbantur: si quæras, per quam portam, per quam fenestrã, per quam rupturam ingressi sunt, nullatenus id deprehendes: tantum intelliges, regi mortẽ renuntiari, quando minus eam sperabat, aut timebat, credens nullam esse manum, quæ mortem posset in eum mittere, qui se suo iudicio videbat firmis præsidijs munitum. Et expende illud; *Testa, æs, argentum, aurum, contrita sunt pariter*: eadem penitus ratione, eodem penitus modo: ita contriuit lapis testam, sicut æs, ita æs sicut argentum, & aurum, eodem namque penitus modo, mors conterit reges, & principes, sicut colonus, ita diuites sicuti pauperes: quia omnes eodem penitus fundamento nituntur; & quamuis aurum ab argento argentum ab ære, æs à testa differant; sed quando

¶ 158.

percuſſa fuerunt à lapide, in eiuſdem rationis pulueres, & fauillas penitus omnia conuerſa ſunt; neque alij pulueres ex auro relicti, alij ex teſta: venien te enim morte, in eoſdem pulueres om nes redigit, in eãdem fauillam regem, & infimum de plebe, Imperatorem, & Paſtorem, Papam, & oſtiarium. Aperi ſepulchra, & indica mihi, quinam pulueres ſint diuitis, quinam pauperis, quinam vermes proceſſerint ex muliere pulchra, quinam ex deformi, quinam ex nobili, quinam ex plebeio: pariter omnia contrita ſunt. *Et nullus locus relictus eſt eis*, non palatia affabrè extructa, non ciuitas aliqua munita, non lectus aliquis eburneus, nõ ager, non vinea, &c. & tam abiectum remãſit aurum, ſicut teſta. Non mirum, eodem namque fundamento omnia nitebantur, & ex eadem maſſa ſubiectum primum, in quo conſiſtebant, erat; ex luto ſcilicet vili, & abiecto: vnus lapillus ſufficiens fuit omnia ſubitò, & in momento euertere. Erat terreum fundamentum, conſumptum fuit velut à tinea, vnus tineæ vermiculus ſufficiens fuit illud euertere, ſicut hederam Ionæ. Benè ergo Deus hortatur: *His qui extantur ſuper muros cocti lateris, dicite plagas eius*. Hoc Eccleſia facit, initio Quadrageſimæ, ſubſtituens ſacerdotem, qui plagas tuas ad te loquatur, tibique repræſentet, quod ſuper muros lateritios, & terreos inaiteris, dicens: Memento homo, quia cinis es: quaſi dicat, tanquam alter Iſaias ad Moab, plagas illius aperiens: *Onus Moab, vaſtabitur Ar, ciuitas Moab, eiuſque murus cocti lateris nocte*. attende tibi, ò homo, onus, quod tibi impoſitum eſt, tuxque naturæ conſtitutum: cades, quando minus timebis: deficiet ſalus tua, quando te ſecuriorem iudicabis, nihil in te firmius eſt cinere, & puluere: tibi conſule.

§. 16. *Hominem diuino genere ortũ de terra produxit Deus, ventis pondus inijciens, & inter medios cleros cõſtituẽs.*

DVo nobis initio Quadrageſimæ proponuntur, quæ ſibi maximè contraria videntur. Chriſtus enim Dominus ſuadet, oculos, mentem, & cor à terra penitus eleuare, & in cœlum attollere, & ibi fixa tenere: qui hortatur, vt ieiunantes non ad homines cõuertamus oculos, ſed ad partem cœleſtem, in cœloque theſauros recondamus, vt ibi reponamus cor noſtrum: Eccleſia autem nos excitat, vt oculos, cor, & mentem ad terram conuertamus; quod vt vel inuiti faciamus, terram, & puluerem oculis noſtris exhibet, & ad mentem noſtram, & cor loquitur, vt in eam tota attentione tendamus, dicens: *Memento homo, quia cinis es, &c.* Hæc ſine dubio maximè videntur aduerſa. In Scriptura ſacra ad indicandam ſupremam contrarietatẽ, cœlum, & terra induci ſolent. *Sicut exaltantur cœli à terra*, inquit Deus, *ita exaltatæ ſunt viæ meæ à vijs veſtris, &c.* Si igitur Chriſtus hortatur, vt oculos, & mentem ad cœlum dimiſſa terra conuertamus: quomodo Eccleſia compellit, oculos ad ſolam terram, & cinerem demittere? Deinde, Chriſtus nos excitat, vt nos ipſos iudicemus, æſtimemuſque nobiliſſimos, quaſi de genere Deorum, & diuino ſemine ortos: oſtendit enim nobis, quiſnam ſit Pater noſter, ille ſcilicet, qui in cœlis eſt: Eccleſia autem nos compellit, vt nos omnibus rebus viliores, & miſeriores reputemus, quæ oſtendit originem noſtram eſſe ex puluere, & terra. Chriſtus Patrem oſtendit de cœlo Deum; Eccleſia matrem oſtendit de terra, puluerem, cinerem, & terram. Nunquid homo monſtrum eſt, ortus ex tali patre, quo nihil ſuperius: ex tali matre, qua nihil penitus inferius? Et quid ex tali patre, & matre oriri poteſt? Difficilis eſt ſententia illa Spiritus ſancti, qua dixit, ex filijs Dei, & filiabus hominum, ortos gigan-

¶ 159.

Iſai. 55. 2.

gigantes illos superbissimos, qui iram Dei prouocarunt, & quasi compulerunt diluuiũ mittere, quo vniuersa caro absumeretur. Credunt multi Sancti patres, filios Dei nuncupatos Angelos, qui ex mulieribus terrenis filios genuerunt. Clemens Alexandrinus *a*, Iustinus martyr *b*, Methodius martyr. *c*, Chrysostomus *d*, & alij, quos noster Istella refert *e*. Ex tali patre & matre tãta diuersitate distantibus, orti sunt homines monstruosi: nam ex parentibus qui nobilissimi erant, vtpote Angeli, acceperunt vires & nobilitatem, quibus cæteris hominibus essent superiores, & potentiores, quibus omnibus violentiam inferrent: ex matribus acceperũt affectiones terrenas, per quas cœlestibus essent contrarij: & ita cœlo ipsi, & terræ fuerunt infesti. Quid de hac sententia sentiendum sit, alibi dicemus: interim videantur B. Augustinus *f*, & D. Thomas *g*, quorum, & aliorum Patrum doctrinam Istella præ dictus optimè tradit: quam tantum induxi, vt indicem, rem difficilem videri, nos filios Dei, & terræ profiteri: timendumque esse, ex talibus parentibus, abominanda monstra oriturа.

a 3, & 4. *Stromat.*
b Apolog. ad Senatũ Romanũ, & apolog. ad Antoninum Pium
c Serm. de resurrect.
d Hom. in decol. Ioan. Baptist.
e in cap. 6. Gen.
f 7. de Trinitat. ca. 8. & 9.
g 1. p. q. 51 art. 3. & de potentia. q. 6. art. 8. ad 7.

Hæc tamen si rectè expendantur, aptissimè inter se conueniunt: in musica siquidem nulla melior, suauiorque proportio, nec auribus gratior consonantia, quam quæ ex suprema, infimaque voce oritur, & resultat. Inter Dei opera, quibus suam sapiẽtiam, potentiãque manifestat, illud singulariter obseruauit beatus Iob: *Qui fecit ventis põdus*. Inter ea, quæ difficile philosophia nostra assequitur, est cognitio naturæ ventorum, in qua explicanda valde se philosophorum princeps Aristoteles torquet, & post omnia eius documenta, & discursus, id verissimum est, quod Christus dixit, quod *nescis vnde veniat, aut quo vadat*, id est, ignoras, vnde processerit, & quo tendat: ideoque illum penitus ignoras, cuius principium, & finem non cognoscis. Leuissimè fertur ventus, extollitur, & volat, facillimèque dissipatur, de quo si quæras, quid remanserit, nihil penitus inuenies.

¶ 160.

Iob 28. 25.

Ioan. 3. 28.

Hæc tamen Dei potentia, quæ posuit ventis pondus, quod ideo dictum credo, quia verè qui omnia disposuit in numero, pondere, & mensura, ita temperauit ventorum flatus: vt nõ nisi secundum diuini ordinis dispositionem discurrerent, prout conseruationi vniuersi expedit: iuxta illud, quod sanctus Dauid postea dixit: *Spiritus procellarũ, quæ faciunt verbum eius*: id est, mandatum eius. Nec enim ventus oritur ad sui libitum, aut sine libramento, & põdere: sed tali impetu, quali Deus concedit. Ita *a* misit ventum, qui exicaret aquas maris, vt viam Israelitis faceret, ita etiam *b* vt mare perturbaret, & grandem tempestatem excitaret, quo Ionam fugientem reuocaret: ita etiam *c* vt ortygometra, aut coturnices, quasi in alis suis ferret, & alibi *d* vt locustas Ægypto expelleret, &c. Qua in re Dei potentia manifestè cõspicitur, qui rem, quæ tam aliena videtur à mensura, & pondere, non esse aut fluere permittit, nisi sub determinato pondere, & mensura, quam ille statuit. Cæterum B. Gregorius aliquid altius in his verbis contemplatur. Velocitate, inquit, & subtilitate vẽtorũ in scriptura sacra solent animę designari, sicut per Psalmistam de Deo dicitur: *Qui ambulat super pẽnas ventorum*, id est, qui transgreditur virtutem animarum: de quibus, & illud intelligi potest: *Qui producit ventos de thesauris suis*, animas namque hominum ipsemet de suę omnipotẽtiæ thesauris creãdo producit: & quasi alludere videtur ad illud, quod animã hominis producturus Deus, dicitur, quod *inspiranit in faciem eius spiraculum vitæ*, quasi ex intimis, reconditioribus, & ditioribus pectoris, & cordis sui thesauris illam educens. Quoniam igitur anima, quasi ventus, & spiraculum quoddam est, periculum habet imminẽtissimum, ne subito se extollens dissipetur, & pereat; nihil enim facilius dissipatur, & absumitur, quam ventus: eo videlicet ipso, quod è terræ cauernis ortus, supra terram eleuatus discurrit, & fluit. Nihil facilius est, quam animam nostrã per elationem, & superbiam absumi, & dissipari omnem illius virtutem; considerans enim naturam suam excellẽtẽ, nobilemque, se supra se ipsam extollit: idcirco | ad sui conseruationem fecit Deus ventis pondus, hac de causa illi

a Exod. 14. 21.
b Ion. 1. 4.
c Num. 11. 31. & Psa. 77. 26.
d Exod 12.

Psal. 149.

19. Moral. cap. 4.

Psal. 17 & Psal. 104. Ps. 134 7.

Genes. 2. 7.

adiun-

adiunxit terrenum corpus, cuius grauitatis pōdere, cōtineatur, ne defluat: *Sapi. 9. 15.* *Corpus enim, quod corrumpitur, aggrauat animam.* Obseruat Chrysostomus, *Homil. 12. in Gen.* illa verba: *Et formauit Deus hominem puluerem de terra.* Ita legit iuxta Se- *Canos. 2. 7.* ptuaginta, quod noster vulgatus, *Formauit Dominus Deus hominem de limo terræ.* Deus, inquit Chrysostomus, cui tanta est salutis nostræ cura, ad nostri eruditionem, Prophetæ linguā sic direxit: nam cum superius scriptura dixerat: *Et fecit Deus hominem, secundum imaginem Dei fecit illum, & dedit illi omnium visibilium potestatem*, ne ignorādo, quomodo constitutus sit, magnus sibi videatur, & præscriptos sibi limites transeat, repetendo docet formationis eius originem, & quomodo productus sit. Pondus itaque ei subiecit, vt in humilitate se homo contineret, neque limites suos transgredi auderet. Nec contentus fuit, vt eleganter idem Chrysostomus prosequitur, homini ipsi huiusmodi pondus injicere: sed iniecit etiam pondus illis omnibus, quæ in ipso erant, ratione quorum poterat extolli. Dedit namque ei linguā, ¶ 161. *Homi. 3. de Spiritu S. fide & lege naturæ tom. 3. Iacob. 3. 5.* quæ *modicum membrum est, & magna exaltat*, quæ loqueretur, laudaret Deū, diuina caneret, pulchritudinem naturę interpretaretur: differit de cœlo, & de terra parua linguæ caruncula, neque duorum digitorum habens latitudinē: & quid inquam digitorum? neque vnguis, & summum illud paruum & vile de cœlo, & terra loquitur: & vt ne putet se magnum aliquid esse, & extollat se supra naturam, sæpè tumores, & vlcera in ea fiunt: vt discat, quod mortalis existit, quamuis de immortalibus loquatur, & sciat quę virtus eius, quod prædicatur, & infirmitas eius qui prædicat. Dedit illi oculum, paruum illud milium, vt milium, est enim hoc quod videt, & ipsissimum pupillæ medium: at tum per medium illud milium, videt omnem creaturam: & vt neque visu suo omnem creaturam accipiat, & extollatur: sæpè innascuntur in oculis lemæ, & lacrymæ, & alia quæ dolere faciunt, & turbant oculos, vt ab infirmitate se ipsum agnoscat, à formatione autem opificē. Dedit ei cor rationale, fontem cogitationum, radicem cupiditatum, sed in eisdem locis fecit viscera, quæ stercoribus, alijsque sordibus opplentur, per quæ homo, & comedit: vt si quando cor extollatur, humilient ipsum venter, atque ita venter, & ster cus nostræ eruditioni seruiunt. Ita igitur hominē formauit de puluere, pondus submittens, quo in humilitate cōtineretur. Neque hoc solummodo pōdus iniecit, sed aliud ēt grauissimum. Cum .n. illos primos ventos parentes nostros in paradiso constituit, curans ne in altum superbiendo se erigerent, sed sub humili obedientia se continerent, pondus fecit, dicens: *De omni ligno comedes, de ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas: in quacumque enim die comederis ex eo, morte morieris.* *Gen. 2. 17.* Non poterat grauius pondus imponi, quam mortis periculum: est .n. mors, malorum extremum. Cæterū, vt Chrysostomus considerare videtur, quamuis tam grande pondus huiusmodi ventis fuerit impositum, illud excusserunt, & à se proiecerunt: impellēte namque dæmone, obliti sunt, se de terra conditos, & mortis metum omninò deposuerunt, sicque perierunt, & dissipati sunt. Verè, inquit Chrysostomus, nullo modo poterat homo conuenientius constitui, quam ex rebus inter se tam longè distantibus. Propterea, inquit, ex duabus substantijs Deus nos condidit, vt cum superbia elatus fueris, reprimat te carnis vilitas: cum autem degener quid, & indignum, dato tibi diuinitus honore cogitaueris, animi nobilitas te ad cœlestium virtutum æmulationem subleuet. Hæc sæpè repetit idem Chrysostomus. Nota, facilque decantata est illa Dauidis sententia: *Si dormiatis inter medios cleros, penna columbæ deargentatæ, &c.* Non dubium, *Cleros*, quæ vox Græca est, *sortes* significare: quasi dicat: Si dormiatis cōstituti in medio duarum extremarum sortium. Alij *Terminos* legunt: si dormiatis positi inter duos extremos terminos: & varie hæc vox à Sanctis Patribus explicatur, de quibus alibi: nunc non incongruè per hos extremos terminos intelligo Deum, & terram: Deus est omnium supremus, terra omnium infima: filium Dei, & filium terræ: si dormiatis, id est, quieta

Homil. 12. citat.

Oratione de humilitate animi, quæ incipit, Cum peccatum tom. 5.

Hom. 3. de Spiritu S. de fide, & lege naturæ tom. 3. Ps. 67. 14. ¶ 162.

conside-

consideratione, & attenta meditatione, intra hos duos terminos vos contineatis, erunt pennæ columbæ, id est, effectus animæ, deargentatæ, pulcherrimæ, ornatissimæ. Si ex vna consideres te filium Dei, ad ipsius imaginem productum, ad eius regna obtinenda creatum, demittesne mentem ad hæc vana? num hæc condignam operibus tuis, tuæque dignitati reputabis mercedem? num hanc tibi credes congruam sortē? num cor tuum in terra cum terrenis thesauris recondes? Intellige, inquit
Serm. 67. & 72. D. Petrus Chrysologus, tibi esse genus è cœlo, cuius pater habetur in cœlo: age igitur, vt viuendo sanctè, sancto respondeas patri. Si autem ex alia attendas, te filium terræ: num contra cœlum pugnare, aut cogitare audebis? num contemnere aliquem? num super sidera sedem tuā extollere? Inter duas sortes, & terminos, Deus hominē constituit: si intra illos se medius continuisset, pulcherrima perstitisset columba animæ, & refulgentia gratiæ resplenderet, & pennas potentiarum suarum seruaret ordinatissimas: sed ad vnam partem, sortem, & terminum, diabolo instigante, deflexerunt parentes nostri, & solummodo suam excellentiam, & perfectionem considerantes, & attendentes, se authori suo similes, atque credentes se Deos veros fieri posse, obliuiscētes se filios esse terræ, & quasi pondus à Deo eis constitutum proijcientes: tanquam ventus dissipati sunt, & absumpti, vt egregio, longoque discursu
Serm. 101. S. Petrus Chrysologus prosequitur. Voluit tamen Deus eosdem reparare, quos in mūdum è paradiso tanquam ventos eijciebat, vt per terram discurrerentes ne iterum elati per superbiam dissiparentur, graue pondus eis de nouo iniecit, mortis scilicet subiectionem, dicens: *Puluis es, & in puluerem reuerteris*: & ne illud facile possent excutere, fecit eis tunicas ex pellibus animalium mortuorum, vt vestes ipsæ, quas corā oculis semper haberēt, mortem ad memoriam reducerent. Graue pondus sine dubio huiusmodi ventis Deus fecit, quod Sapiens, *Iugum graue*
Eccl. 40. 1. *super filios Adam*, vocauit, quod cerui ces quantumcunque superbas edomare potest: aptissimum certè pondus, ad continendos ventorum impetus, ne eleuentur, & dissipentur.

§. 17. *Adæ dedit Deus virtutem continendi omnia, per pulueres, & vestes ex animalibus mortuis: & hæc apta cineris definitio: Virtus continendi omnia.*

IVxta hanc doctrinam, nō incongruè imò eleganter credo explicari posse illud, quod Sapiens excellentissimè tradidit, initia hominis describens, volens ostendere, Dei sapientiam, quæ Christus est, iam ex meritis præuisis, operatam fuisse salutem eorum, qui à mundi exordio iustificati fuerunt: id quod primo in Adam ipso demonstrat. *Hic*, inquit, *illum, qui primò formatus est à Deo, pater orbis terrarum, cū solus esset creatus, custodiuit*. Formatus est Adam à Deo, vt pater esset orbis terrarum, id est, omnium hominum, quos omnes, etiam Heuam, ab illo vno oriri voluit, vt vnitatem, & amorem inter omnes homines commendaret sicuti S. Augustinus obseruauit. Illum autem custodiuit per manus gratiæ suæ, *Cum solus fuit creatus*. Nunquam ille dum solus extitit, defecit, aut peccauit, quem diuina sapientia custodiuit, quousq; mulier, quæ insipientiæ fons extitit, & origo, decepta per dæmonis astutiam, illum ad deficiēdum excitauit. Cæterum non in peccato illum, sicut dæmonem dimisit: sed *eduxit illum à delicto suo*. Tatiani antiqui hæretici sententiā, quod Adæ nunquam fuerit remissum peccatū, sed quod pro illo fuerit damnatus, tanquam hæreticam explodunt sancti Patres, Iræneus *a*, Epiphanius *b*, Augustinus *c*, Philaster *d*, & multi alij, quos referunt, qui nostro tempore disputant contra Caluinum, qui Tatiani errorem ab orco reuocans, dixit, decretum fuisse absolutè à Deo, vt Adam periret. Verè peccatum illud primis parentibus fuit dimissum, quos statim ac nudos se viderunt, facti pœnituit, & induerunt se perizomatis ex foliis ficul-

¶ 161.

Sapi. 10. 1.

Libr. 22. de ciu. c. 17.

Sap. 10. 2.

a 1. Contra hæres. c. 30 & 31.
b Hæres. 46
c Contra hæreses, hæresi 25.
d In Catalog. hæres.

ficulneæ, quasi sacco, & cinere, vt dixit Tertullianus *e*, qui eos vocat *f*, Restitutionis candidatos, confessione reuelatos. Vnde autem constet, peccatum illis fuisse dimissum, disputât sancti Patres. Quidam id colligunt, ex eo quod peccatum suum confessi sunt, vt S. Augustinus *g*, post quorum confessionem statim Deus vocauit mulierem inimicam serpentis, id est, diaboli, ac proinde iam amicam Dei, vt Hugo. de Sancto Victore *h* S. Bonauentura *i* hunc locum ex libro Sapientiæ expressiorem credit ad probãdam remissionem peccati Adę, quem ad idem institutum obseruant Hilarius *k*, Hieronymus *l*, Basilius *m*, Athanasius *n*, Gregorius Nazianzenus *o*, Augustinus *p*, & Diuus Thomas *q*, qui rem omnem prosequitur. *Sapientia*, inquit, *eduxit illum à delicto suo*: nam *per sapientiam*, inquit, *sanati sunt omnes qui tibi placuerunt*, & nullius peccatum dimissum est, nisi per Christi merita. Obseruant autem aliqui, dictum esse in singulari, *à delicto suo*, quia credunt, Adam toto vitæ suæ tempore, quod ad nongentos, & triginta annos fuit extensum; nullum aliud peccatum mortale commisisse, & id verè ego credo de homine, qui quã grande malum peccatum sit, tam apertè fuerat expertus. Eduxit ergo illum à delicto suo, remittens culpam per pœnitentiam habentem virtutem ex meritis Christi præuisis: sed eiecit eum, inquit Ambrosius, è paradisi delitijs, indutum tunicis pelliceis ex animalibus mortuis: nam verus pœnitens, à delitijs debet esse alienus, & à fericis. *Et dedit illi virtutem continendi omnia*. Hæc verba varijs modis explicari possunt. Primo, vt loquatur Sapiens de eo, quod Deus homini ante peccatum concessit: quidam enim censent, hoc dictum fuisse, propter gratiam, & iustitiam originalem, quam homo conseruaret, non tantum pro se, sed & pro omnibus suis successoribus; si namque in obedientia perstitisset, gratiã quam accepit, in omnes deriuasset. Alij propter virtutem, quam ei conferebat illud iustitiæ originalis donum, à Deo tributum: tale enim fuit, per quod se potuit continere in gratia, & Dei amicitia, & in vita, & in omnibus susceptis bonis in perpetuum. Nam, vt sæpè S. Augustinus docet, secundum fidem, talis homo fuit conditus, vt si vellet, nunquam mortem, nec aliud malum corporis, vel animæ incurrisset. Vnde patet, quam stulta sit multorum hæreticorum sententia, asserentium etiam necessitate in peccatum, & mortem inductum, absque eo quod resistere posset. Alij tandem hoc intelligunt de dominio, quod homini Deus contulit, per quod omnibus rebus creatis plenè dominari posset: illũ enim Deus creare voluit: *Vt præsit*, inquit, *piscibus maris, & volatilibus cœli, & bestijs vniuersæ terræ, omnique reptili, quod mouetur super terram*: idcirco cum eum creasset, ei dixit: *Replete terram, & subijcite eam, & dominamini*, &c. Hocque est, quod dixit Dauid: *Omnia subiecisti sub pedibus eius*. Ecce virtutem continendi omnia, subiectio omnium ad pedes eius. Hac de causa Deus illi commisit, vt omnibus animalibus, & volatilibus nomen imponeret, sicut solent principes, & domini, qui omnibus domus suæ famulis nomina propria imponunt, designantes cuiuis, qua in re sit obsecuturus. Obseruandaque est ad hoc institutum B. Moysis Barcephæ doctrina, quam ex antiquorum sententia se referre asserit, videlicet impositionem illam nominum factam fuisse ab Adam, non quomodocunque, sed magna cum authoritate, se ipsum tanquam Dominum repræsentantem, & exponentem. Loco namque insidens altiore, vultum gerens splendidum, ac fulgore radiantem, sicut postea Moyses, quando legem ad populum ferebat, intelligibili voce pronuntiabat suum cuique bestiæ nomen: singulæ autem submissis pronè capitibus, tantam lucem ferre non valentes, præteribant singillatim, & equus verbi gratia nominatim appellatus, vbi suum nomen audisset coram Adamo transibat, demittens ceruicem, &c. Hoc quod Barcephas dicit de vultu hominis splendido, ad instar claritatis, quam habuit postea Moyses, asserit etiam Chrysostomus *a*, quam lucem, & splendorem singulariter inuidisse dæmonem censet. Hæc expositio eidem placuisse videtur Chrysostomo

e *Li. de pœnit. in fin.*
f *Contra Marcionē.*
g *Ser. 164. de temp.*
h *In cap. 3. Genes.*
i *In ca. 10. Sapien.*
k *Canon 8. in Matth.*
l *in Psa. 119*
m *In ca. 20. Matth. & in Psal. 68.*
n *Orat. de exhort. ad baptisma.*
o *Serm. de Cruce.*
p *Orati. in Cyprian.*
q *Epist. 99.*
4. Cõtra gent ca. 52. & 53. & in c. 5. ad Ro. lect. 3.
2. De pœn. cap. 11. Sapi. 10. 2.

Gen. 1. 26.
Gen. 1. 28.
Psal 8.
Lib. de Paradiso.
Exod 34. 29. 31.
a *Homil. 1. de Spiritu. sancto.*

Chryso-
stomo

Hom. 12. in Genes. homo *b*. Vt tamen iuxta Augustini *c* phrasim loquamur, alium sensum textus ipse nos quærere admonet, illo quē citati patres tradunt saluo, nec reprobato: nec enim incongruē explicari possunt hęc verba de ijs, quæ homini Deus tribuit post peccatum commissum, & demissum, suæ infinitæ sapientiæ ordinatione cuncta disponens, vt seriē textus nullo modo inuertamus; sed eius verba eo ordine, quo proponuntur intelligamus. Cùm enim dictū fuisset, quid diuina sapientia homini contulerit ante peccatum, quod scilicet eum custodiuit, cū solus esset creatus; quid etiam cùm peccauit, quod scilicet eum pœnitentem, & confitentē misericorditer eduxit à delicto suo, remittēdo culpam, subdit exprimens, quid post remissum delictum, aut cùm eduxit eum à delicto, fecit. *Dedit*, enim tunc *ei virtutē continendi omnia*. Quod intelligi potest, fuisse factum, quando Deus sapientissimè cum homine agēs, apertè illi suam vilitatem, & mortalitatem, aut mortem, quam incurrerat, coram oculis expossuit, dicēs: *Puluis es, & in puluerem reuerteris*, & quando indutos parentes nostros pellibus ex animalibus mortuis, in mundum, sicut *2. De pœn. cap. 11.* ex Ambrosio dictum est, misit ad pœnitentiam agendam. Hoc quidem supremæ diuinæ sapientiæ ordinatione perfectum est. Quando namque illos Deus condidit omnibus malis expertes, vt gratiam, iustitiam, & bona recepta continerent; timorem mortis eis incussit, & imposuit, dicens: *In quacunque die comederitis ex eo, moriemini*, fecit tunc ventis pondus. Hæc illi diabolo suggerente excusserunt, vt dictū est, facileque diabolus vt excuterent, & proijcerent, suasit, quibus tantum intimata fuerat comminatoria sententia, nullumque mortis vestigium ostēsum: idcirco quando eis delicti remissionem concessit, vt in iustitia, & gratia, quam pœnitendo misericorditer receperant, se continerent; non tantùm comminatoriam protulit sententiam, sed absolutam & determinatam; *Puluis*, inquit *es*, *& in puluerem reuerteris*, & vestigium mortis eisdem iam impressit, in pellibus ex animalibus mortuis. Hujusmodi pulueris intimatio, explicatio, & ostēsio, & hę vestes, vocari possunt, *Virtus continendi omnia*, iuxta scripturę sacræ phrasim. Describens siquidem Sapiens vestes illas pretiosissimas, & gloriosas ab ipsomet Deo ordinatas, & constitutas, ab artifice Beseleel singulari sapientia diuinitus ad id repleto, confectas, quibus summum sacerdotem indueret: *Coronauit*, inquit, *eum in vasis virtutis*, id est, imposuit ei instrumenta omnis virtutis: pretiosæ siquidem vestes illæ, in quibus omne pretiosum refulgebat, erant omnium virtutum quædam instrumenta; obligabant enim sacerdotem, cùm se illis secundum corpus aspiciebat indutum; vt omnium virtutum amictu, secundum animam se indueret, & quicquid fœdum, turpeque est, omninò vitaret. Non igitur aliter vestimenta mortalitatis, corruptionis, & mortis, quibus Deus parentes nostros induit, instrumenta quædam erāt virtutis, per quæ poterant omnes inordinatos animæ motus, Deo benè fauente, continere, & reprimere. Qui se à sancto Inquisitionis Tribunali definita, promulgataque sententia, audiret brachio seculari traditum, videretque iam indutum sacculo, depicto rubentibus flammis quasi igneis, testibus sanè, & indicibus mortis statim inducendæ; sine dubio sola sententiæ auditio, & illius vestis conspectio, contineret illū, ne se conuerteret ad ludum, vel risum, vel negocia secularia: ne contenderet, imò nec cogitaret se conferre ad domum mulieris luxuriosæ, aut conuiuij: illa vestis eum ab omnibus contineret, & solummodo teneret intentum ijs, quæ ad benè moriendum conducunt. Protulit Deus definitam mortis sententiam contra homines; *Puluis*, inquit, *es*, *& in puluerem reuerteris*, & pelliceis vestibus ex mortuis animalibus, tanquam sacculo induit, in quo indicia aperta mortis viderent. Virtutem igitur ex hoc illis indidit, continendi omnia, id est, omnes inordinatos affectus; & quod tantùm attenderent, ad bonam mortem agendam. Fecit ventis pondus, quo ventos ipsos continuit. Erant illi tanquam vētus, qui dicere poterant, quod postea sanctus Iob: *Memento mei Deus*, *Iob 7. 7.* quia

Ecc. 45. 9.

¶ 163.

quia ventus est vita mea: vt eos contineret, grandi pondere oppressit, aut compressit, quod esset quasi virtus cõtinendi omnia. Hoc Ecclesia sancta facit, ne superbias, & tanquam ventus dissiperis & pereas, audiens te filiũ Dei vocatum à Christo, virtutem tibi tribuit continendi omnia, illam absolutam, & determinatam proferens sentẽtiam: *Pulvis es, & in pulverem reverteris,* & imponens capiti tuo cineres, & pulveres mortuorum, quasi indumenta ex animalibus mortuis, infigens tibi mortis vestigia, sentiasque iam mortem aduenientem, & pedibus suis iam te calcantem. Ecce virtutem continendi omnia. Vide optimã huius sacri cineris definitionem: *Virtus quædam continendi omnia*: per hanc continebis affectum superbiæ: quomodo enim audebis superbire, aut altè de te sentire, aut supra cornua lunæ te erigere, qui vides verè te cinerem, & pulverem vocari? Per hanc continebis appetitum, & cupiditatem terrenorum bonorum, & voluptatum seculi: si enim attendas mortis pedes iam in te positos, eiusque vestigia sentias capiti tuo imprimi, & quod quam sentis aduenientem, statim senties ingredientem, & dimittes omnia penitus, quæ acquisisti, & nudus abibis, & peribit memoria tui cum sonitu, & quod quę vides, temporalia sunt, quæ autem manent, & sequentur æterna: quomodo vim poterunt habere affectus inordinati erga huiusmodi bona? Ne tãquam ventus te eleues, fluas, aut diffluas, pondus tibi injicit Ecclesia, dicens: *Memento homo, &c.* Quando sententia mortis alicui intimatur, quæ nullam admittit supplicationem, nullatenus conuertitur homo ad res seculi acquirendas, aut procurandas, ad ludos, ad voluptates, sed totũ se ad Deũ conuertit, id tantum curans, quod animæ saluti expedit. Quãdo Ezechias audiuit Isaiam dicentem ex Dei nomine: *Morieris, & non viues,* se conuertit ad parietem, plorans, gemens, & Deo se omino subijciens, vitæ emendationem proponens. Quid minus tu audis? Quid minus tibi dicitur? Certè non minus, sed maius: non comminatoriè sicut illi, sed absolutè, & definitè: non solum dicit: morieris, & in pulverem reverteris: sed iam *pulvis es*: ad Deum igitur te conuerte, plorãs peccata tua, & misericordiam eius interpellans. *Isai. 38. 1.*

§. 18. *Meditatio est animæ necessaria, à qua robur, & pulchritudo illius procedit, sicut ex capillis robur Sãsonis, et pulchritudo Spõsæ.*

¶ 166. *Memento homo, quia pulvis es, & in pulverem reverteris.* Finem huic tractatui imponamus, singula ista verba aliquantulum expendendo. *Memento.* Quæstionem proposuit. Ambrosius, de capillis Samsonis, qui fieri potuerit, vt tantam haberent fortitudinem. Considerat eum, cum capillos habuit, tanta fortitudine prædituṁ, vt Philisthæos tanquam culices occideret, portas ciuitatis euelleret, ab eius conspectu omnes fugerent: cùm autem attonsus fuit, tã debilis fuit redditus, vt ludibrio, toti populo inimicorum fuerit expositus. Tantũ ne ergo momẽti, inquit Ambrosius, crines habuere capitis, vt manentibus his, virtus inuicta duraret, tonso autẽ capite, fortitudo omnis viro solueretur? Re autem accuratè perpensa, definit tandẽ, non tam de capillis corporalibus, quam de spiritualibus intelligendum, quos Deus præcipuè curat: sicut illud, quod dictum est: *Capilli capitis vestri omnes numerati sunt.* Quãuis enim non absurdum sit existimare, de capillis visibilibus Christum locutum, significantem diuinæ cognitionis profunditatẽ, & curæ erga nos solicitudinem, non tamẽ de capillis corporalibus præcipua Deo est cura, sed de spiritualibus virtutum factis. Denique & ipse Samson, inquit Ambrosius, non corporales, sed intelligibiles hos capillos esse declarãsait: *Si tonsus fuero, discedet à me virtus mea.* Si deficere capillos, est deficere virtutem: certè capillorum nomine, virtutem exprimere voluit. Capillorum itaque nomine intelligimus meditationes, & cogitationes, quæ ex mente & intellectu tanquam capite oriuntur; ex quibus virtus animæ procedit, quæ illis attonsis perstare non potest: nullatenus enim potest anima *Libro 2. de Spiritu S. in prologo ad fin.* *Mat. 10. 30.*

nisi sanctæ medicationis, & considerationis auxilio fulta, stare, aut in bono consistere. In cuius confirmationem id expendere possumus, quod S. Ambrosius indicat, ad Sponsam cœlestem dictum, quam totam pulchram dicturus
Cant.4.1. Sponsus diuinus, præmisit; *Capilli tui sicut greges caprarum, quæ ascenderunt de monte Galaad.* Inter ea, quæ ad mulieris pulchritudinem faciũt, excellentem locum tenent capilli, vt tradidit
Lib.2. Metamorph. Apuleius, qui postquam hoc latè prosecutus fuit, illud commune dictũ subintulit, quod licèt Venus ipsa fuerit, & omni gratiarum choro stipata, cinnama fragrans, & balsama rorans, si calua, proceſſerit, placere non poterit, nec Vulcano suo, &c. Vnde, & Homerus frequẽter pulcherrimas fœminas, *KalliploKamus*, i. e. pulchricomas appellare solitus fuit, de quib. noster Sotomaior:
In cap.4. Cant. Capillos autem Sponsæ, Sponsus cœlestis, qui pastoris sæpius induebat personam: pastorali, bucolicaq; phrasi commendat; similes dicens gregibus caprarum, quæ apparebant in monte Galaad.
Serm.16. in Ps.118. Gen.27.25 & c.43.11. Galaad, mons est in Arabia, iuxta Iordanem, ad orientalem plagam, pascuis abundantissimis exundans, arborum,
In cap.4. Can. & plantarum odoriferarum feracissimus, quo, inquit Ambrosius, nascitur thymiama, resina, & cæteri odores, quos negotiatores illi Ismaelitæ, vt habes in libro Geneſis, deferebant: signanter autem laudatur in scriptura sacra, vt Theodoretus annotauit, quod eius arbores abundãtissimam illam resinam ferrẽt, quæ medicinalissima erat,
a *Iere.8.22 & c.46.11. & c.51.8.* cuius sæpè meminit Ieremias *a*. Nec vnicus erat mons Galaad, sed plures sibi ad inuicem cohærentes; ex quibus
b *Lib.sua Hierogra.* famigeratiores erant duo, quos Strabo *b*, *Trachonos* appellat; vnde regio illis
c *Luca 3.1* adiacens, vocatur Trachonitidis, cuius
d *1. Antiq. c.14 & 3. de bell c.12.* meminit Lucas *c*, & Iosephus, *d* quæ etiam, vt Hieronymo *e* placet, alio nomine, *Iturea* vocata fuit; quomodo ab
e *Lib de locis Hebrai.* eodem Luca vocatur: hæcq; olim dicta
f *in descripti on.terræ sanctæ.* fuit Hus, in qua B. Iob principatus fuit, vt scribit Brochardus *f*, indicatque Iosephus *g*, sic nũcupata ab Vs filio Aran,
g *Lib.1.antiq c.14.* nepote Sem filij Noè, cuius scriptura
h *Gen.10.* sacra meminit *h*. Quoniam ergo hic mons propter abundantissima pascua, fertilis erat, redũdabat innumeris gregum copijs, non tam ouium, quam caprarum, quibus montuosa loca congruentissima sunt: & capræ, quæ illic pascebantur, de illis erant, quas Aristoteles *i* refert in Palæstina fuisse; tam delicatis capillis, aut pilis, vt non minori cura, quam oues tonderentur, ex quibus, sicut latè prosequitur Petrus Bellonius *k*, telæ illç vndulatæ delicatissimæ conficiuntur, quas *Chameloros* vocamus, excellentiores multò illis, quæ ex camelorum pilis confici solent: vnde & B. Ambrosius *l*, qui vno loco cum vulgato legit, *Capilli tui sicut greges caprarum*, in alio *m* legit: *sicut greges tonsarum*, quia capræ illæ tondebantur, & earum pili non minus, quam excellentissima ouium lana æstimabantur. Ille ergo mons, capris aut gregibus caprarum plenus, densissimis, abundantissimisque capillis videbatur opertus; ideoque iuxta literæ corticem, id vult Sponsus dicere, vt optima paraphrasi exposuit Vatablus: *Capilli tui sunt densi, abundantes, exornantes caput tuum, sicut greges caprarum exornãt montem Galaad*, a quo si discederent, videretur mons quasi glaber, & decaluatus, de quibus videndus est idem Sotomaior. Cæterum, vt idem Ambrosius obseruauit, parua de capillis corporis cura est Deo, qui non corporalem, sed spiritualem æstimat pulchritudinem: non corporis, sed animæ requirit venustatem. Spirituales ergo, & intelligibiles animæ capillos vult describere, qui ad animæ pulchritudinẽ necessarij sunt. Capillorum namque nomine, indicantur meditationes sanctæ, & cogitationes rectæ, considerationes spirituales, quæ ab animæ mente, tanquam à capite procedunt. Sicuti autem nullatenus confistit mulieris pulchritudo corporalis sine capillis: ita nec anima potest pulchra permanere, si meditationibus sanctis sit destituta, si sit mens eius, quasi calua: de quo argumento multa tradunt S. Bernardus, qui peculiares libros de consideratione scripsit, & Diuus Thomas, qui meditationis necessitatem optimè comprobauit, & eius insignis discipulus nostrerque Magister Caietanus, & illi omnes authores, qui de spirituali instituenda vita documenta tradunt; inter

i *8.de natura animalium.c. 28.*
k *2. Obser. cap.112. & 167.*
l *In prolog. li.2.de Spiritu sancto.*
m *Ser.16. in Ps.118.*
In cap.4. Cant.
In c.4.cit. 2.de Spiritu sancto citato.
2.2.q.82. art.3.

ter quos non infimum locum tenet ille noſtris temporibus excellentiſſimè ab ipſamet Sede Apoſtolica pro dignitate laudatus, noſter Ludouicus Granatenſis, cuius libri etſi Hiſpano ſermone conſcripti, in omnes ferè linguas ab omnibus nationibus conuerſi, toti mũdo ſunt celeberrimi. Dicuntur autem optimè hi capilli, ſimiles gregibus caprarum, in monte Galaad depaſcentium: mõs ſiquidem ille aptiſſimus erat capris, propter arborum, & plantarum abundantiam, ad quas capræ auidiſſimè accedunt, & ſe elenantes, carpunt teneriora folia, & arbuſta. Talis eſt anima, quæ meditationes, & conſiderationes ſuas paſcit in montibus cęleſtium myſteriorum, & tanquam capræ ſe eleuant ad altas plantas, & arbores, id eſt, ad altiora ſacramenta cõſideranda, bonitatis Dei, iuſtitiæ illius, cęleſtis gloriæ, charitatis Chriſti, beatiſſimæque paſſionis eius, &c. ibi carpunt, quod placidè edunt, quo impinguatur anima, roboratur, & nutritur. Huiuſmodi capilli pulchram reddunt animam: quaſi enim impoſſibile videtur moraliter eloquendo, frequenti, viua, attenta, deuotaque conſideratione diuina myſteria contemplari; & non tenere animam pulchram, coram Deo, pulchritudine gratiæ eius ornatam, rectèque compoſitam, & ordinatam. Obſeruat autem obiter noſter Sotomaior, ſupponens illud cõſonum Hebræorum interpretationi (quãuis ego, quod verum fatear, nullatenus neq; iuxta Hebræum, neque iuxta Septuaginta, neque iuxta Vulgatã deprehendi) id quod dicit Sponſus, laudans capillos Sponſæ, eſſe quaſi ſermonem cauſalem, reddentem rationem, & cauſam eius, quod præmiſerat. Sponſæ namque pulchritudinem oſtendere volẽs, primum omnium oculos eius commendauit, dicẽs: *Oculi tui columbarum*: & huius pulchritudinis oculorum cauſam tradere volens, ſubdidit, quia *capilli tui ſicut greges caprarum, &c.* Si literæ tantum corticem conſideres, nulla videtur cohærentia inter oculos, & capillos, vt ex pulchritudine capillorum inferat pulchritudinem oculorum. Quid enim capillis ad oculos? Innumeras videbis mulieres, capillorum multitudine præſtantes, quæ oculos habent torũos, aũt lippos. Spiritualis tamen Sponſus de ſpiritualibus loquitur, carnalia carnalibus relinquens. Notum eſt autem id, quod ſupra ex profeſſo tradidimus, ſub oculorũ metaphora exprimere voluiſſe ſimpliciſſimam intentionem, & rectum cordis effectũ: hic ſine dubio oritur ex ſanctis meditationibus, & ſpiritualibus conſiderationibus; ex quibus anima ſuos rectificat affectus, & appetitus. Inter ea ergo, quæ ad animæ pulchritudinem neceſſaria ſunt, excellentem locum habent capilli pulchri, & abundantes ſanctarũ meditationum, & conſiderationum.

§. 19. *Vtiliorem omnium eſſe mortis meditationem docuit Dauid, cuius defectu in peccatis pacificè perſeuerant iniqui.*

¶ 168. INter omnes autem meditationes, & conſiderationes, efficacior eſt ad animi affectus componendos, & rectificandos, mortis memoria: conſider illam tanquam præſentem, & quod reuera fieri poteſt, vt hodie eam incurras. Quod illa famigeratiſſima omniũque ore decantata Sapientis ſententia explicuit, qui poſt longos diſcurſus, variaque conſilia exhibita, vt homo à peccatis ſe contineat, tanquam vltimũ, ſupremumque remedium tandem in fine capitis ſubiecit: *Memorare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis.* Illud *in æternum*, idem eſt, ac *nunquam*, ſicuti Dauid de impio crudeli damnato, dicit: *In æternum non videbit lumen.* Edidit Dauid Pſalmum, in quo exponit impiorum fælicitatẽ, & voluptuoſam vitam, quam omnibus peccatis implicatam, ſine timore ducunt. *Zelaui*, inquit, *ſuper iniquos, pacem peccatorũ videns.* Zelus eſt quidã feruor, & ardor animi comedens cor, & tenens illud quaſi inter ardẽtiſſimas flammas: quomodo affectus erat Dauid, qui, vt ait B. Gregorius Nazianzenus, hunc locũ expendẽs, æſtuabat, mœroreq; cõfectus erat, *pacẽ, peccatorũ videns.* Non dicit peccata peccatorũ vidẽs: ſed *pacẽ peccatorũ vidẽs.* In Hebræo vox, *Selõ*, quę ſe pius

Eccl. 7. 40

Pſ. 48. 20.

Pſ. 72. 4.

Epi. 66. ad Philagriũ.

pius ſignificat quietam tranquillitatẽ omnimodam, quæ perturbationi, aut inquietudini ex timore ortæ opponitur. Malum eſt, quod peccatores tot tãque grandia peccata contra Deum cõmittant: hoc videntes iuſti ſe affligũt, & zelo feruent, tanquam optimi filij, quando vident patrem ſuum cõtumelijs affici: quomodo Dauid ſe ipsũ conſumebat, quando videbat peccata, quæ contra Deum cõmittebant impij homines; *Defectio*, inquit, *tenuit me, pro peccatoribus derelinquentibus legem tuã.* Hoc tamen eſt intolerabile penitus: quod cum peccant, grandem pacem, & animi quietem tenent, abſque eo, quod aliqua perturbatione, aut timore exciten tur: quos Sapiens eleganter deſcripſit dicẽs: *Sunt impij, qui ita ſecuri ſunt, quaſi iuſtorum facta habeant: ſed & hoc vaniſſimum eſt.* Vanitatis nomine ſolitus fuit ſapiens Concionator, malum intelligere: vultque dicere, hoc eſſe in peccatoribus peſſimum, quod non ſolum peccent, & Deum offendant: ſed quod peccantes, ita quieti pacificique abſq; aliquo timore ſunt, ac ſi excellentiſſima Deo exhibuiſſent obſequia. Videbis adulterum longo tempore adulterio implicatum, tam pacificè viuentẽ, tam quietè dormientem, ac ſi nihil haberet, quod timere poſſit. Conſpicies auarum, qui ſpoliauit per iniquam negotiationem viduam, & pupillum: & tam quieto, pacificoque eſt corde, ac ſi omnia bona ſua in viduarum, & pupillorum ſubſidium impendiſſet. Torquetur Dauid, corque eius comeditur zelo ardentiſſimo: ſi namque offendis homuncionem, vilem vermem, times, tibique proſpicis: ſi agnoſcis regem, aut principem tibi iratum, quieſcere non potes, & videns te Deum offendiſſe, grauiſſimaq; iniuria affeciſſe, & quod tibi vehementer eſt iratus, & magna ira eſt contra te commotus: non ſolum non times, nec terrore afficeris: ſed quietiſſimè, & maxima cum pace vitam agis, ac ſi Deum quendam lapideũ offendiſſes, qui nec habeat oculos ad videndum, quæ contra eum commiſiſti: nec manus ad vindictam de tua inuerecunda offenſa ſumendã. Conſumebatur Dauid, & tabeſcebat, hæc conſiderans. Cauſam tamen huius tam ſtupendæ rei è veſtigio, ſubijcit: *Non eſt*, inquit, *reſpectus morti eorum.* Profundũ myſterium hæc verba continent, quæ in cortice, non incongruum ſenſum ad noſtrum inſtitutum reddunt: vult enim dicere: *Non eſt reſpectus morti eorum*, i. e. non reſpiciunt, nec habent præ oculis mortẽ ſuam: quem ſenſum ſecutus fuit Hieronymus, qui legit; *Non recogitant de morte ſua*: & Chaldæus, *Non terrentur, neque conturbãtur propter diẽ mortis ſuæ*: quaſi dicat; Ecce tam ſupremi mali totalem cauſam, ecce cur peccatores non ſolum peccant; ſed & in peccatis atrocib. quietè, & pacificè perſeuerant; quia mortis nõ recordantur, nec eam præ oculis habent, quaſi imminẽtem, & venientem. Vt tñ profundius explicemus, obſerua, in Hebræo haberi nomen, *Hartſubboth*, quod bis tñ in Scriptura ſacra ponitur, i hoc videlicet loco, & apud Iſaiã. Quid aũt illud ſignificet dubium eſt. Communius tamen intelligitur, ſignificare colligationes, aut ligamenta, vel vincula; quomodo vulgatus locum Iſaiæ tranſtulit; *Diſſolue colligationes impietatis*, id eſt, chirographa, aut obligationes, quibus inique tenes pauperem obligatum, vt Hieronymus exponit; & hoc in loco ſimiliter alij, qui transferunt; *Non ligamenta, aut vincula in morte eorum*, quomodo Pagninus, & Regia; quam lectionem Aquila tenuiſſe videtur, qui vt B. Baſilius refert, trãſtulit; *Non ſunt anxij diſcruciatus morti eorum*: ex quibus omnibus hunc poſſumus eruere ſenſum, vt velit dicere Dauid: Non recogitant, nec attendunt, nec reſpiciunt ligamẽta cruciatus, torſiones, dolores, anxietates, quæ in eorum morte interuenient. Hoc vt exponamus, obſerua doctrinam excellentem Chryſoſtomi: nihil hominibus ſecularibus in ore communius, quam mortis nomen: nihil ab eorum mente, & conſideratione magis alienum, quam mortem ipſam, & quæ in ea ſunt euentura. Videbis mortis nomen in ore principum, diuitum, ac nobilium frequentiſſimum, qui, vt Chryſoſtomus obſeruat, quando matrimonia contrahunt: tempuſque eſt maioris illorum lætitiæ, nihil frequentius morte nominari audies.

Pſal. 72. 5. 6.

Hieron. Chal'd.

Pſ. 118. 53.

Eccl. 8. 14.

Pagninus, Regia, Aquila. Schol. in Pſal. 72.

Hom. 3. de Spiritu S. fide, & lege naturæ, poſt medium.

Cum enim matrimonialia inſtrumenta, quæ capitula vocamus, conduntur, ſtatim exprimitur mors vtriuſque contrahentis, & quid in cuiuſuis eorum morte agendum ſit, ſtatuitur: ſcribitur enim, inquit Chryſoſtomus, in hunc modum: Si vir mortuus fuerit ante mulierem, ſi mulier ante virum, hoc & hoc diſponatur. Deinde, filij adhuc geniti non ſunt, & iam ibi eorum mors explicatur, & diſponitur, quid ſit faciendum moriente primogenito, quid cum ſecundo genitus interierit, quidque omnibus illis defunctis. Deinde, multi ſepulchra ſibi parant, & eligunt loca vbi corpora ſua ſepeliantur: & ſæpè apud quos ſint ſepeliendi, memorant, & prædicunt. Qui tamen mortem in ore habent frequentem, nullatenus in mente retinêt, nec attenta conſideratione reſpiciunt, quæ in ea futura ſunt: ſuperficialiter mortem aſpiciũt, quaſi nihil aliud in ea futurum ſit, quam expirare, & ſe in cęlum transferre: credunt facillimum fore tunc, res vniuerſas diſponere, & ordinare, de peccatis dolere, Dei miſericordiam obtinere: nihilque timêdum, qui tunc breuiſſimè reſtituent aliena, & quæ non poterunt per ſe ipſos, in teſtamento hæredibus reſtituenda ordinabunt, & tunc peccata eleemoſynis, & ſacrificijs, quæ in eodem mandabunt teſtamento, rediment, & per confeſſionis, aut pœnitentiæ ſacramentum, quod facillimum, & ad manum conſiderant, remiſſionem, & veniam in momento obtenturos ſupponunt. Miſeri illi hæc perditionis illorum cauſa: Non cogitant, nec reſpiciunt ligamenta, dolores, anxietates, timores, ac terrores, qui tunc interuenturi ſunt: erunt enim tunc grandia ligamenta, & colligationes, quæ non permittent tam expeditè currere, ſicuti ſuſpicantur. Ad contritionem perfectam requiritur exacta quædam grandiſque mentis, & intellectus conſideratio, & attentio, tam circa malitiam peccati commiſſi, quam erga Deum, quem homo offendit, vt D. Thomas, latè proſequitur: neceſſarius itidem eſt actus grandis, & affectus ſupremus voluntatis, quo Deum ſuper omnia diligat, & peccatum ſuper omnia odio habeat. Ne autem huiuſmodi potentiæ expeditè currant, multa erant ligamenta: impedietur enim intellectus à dolore capitis, & infirmitate: voluntas à praua conſuetudine. Quomodo enim tunc tibi erit facilè ſupremo odio proſequi illud, quod vſque in illam horam ſupremo amore dilexiſti? Tam facilene eſt, ſubitò ex vno contrario in aliud tranſire? Erunt ligamenta rationis per infirmitatem, & memoriæ per ſomnũ, & lethargum, & dolorem cogentem, ipſius tantum doloris habere memoriam: ideoque ligatus erit homo, aut quaſi ligatus, ne poſſit rectè rerum diſpoſitioni attendere, nec valeat expendere, & memorari iniurias, quas viduæ, aut orphano intulit, contractus iniquos, quos celebrauit, peccata, quæ admiſit. Erunt inſuper alia ligamenta triſtitiæ, dum miſer homo videbit vxorem plorantem, filios lugentes, ſe dimittentem penitus omnia, quæ dilexerat. Has ligaturas Chriſtus Dominus exprimere voluit, vocans mortis horam: *Hyemem, vel Sabbathum*: nam in hyeme multa ſunt impedimenta ad celerem curſum agendum, propter temporis inclementiam: in Sabbatho propter legis prohibitionem, de quibus alibi. Erunt inſuper cruciatus, timores, anxietates: tunc ſiquidem diabolus tibi peccata repræſentabit coram oculis tuis, tanquam fortiſſima inimicorum agmina contra te conſtituta, expendens, & explicãs coram te illorum malitiam, & grauitatem: tũcque agnoſces, quidnam feceris violando virginem, ſolicitando vxoratam, offendendo eum, qui te creauit, redemeratque, & bona, quæ tibi contulit, conuertendo in arma iniquitatis contra ipſum; tunc iudicium tibi occurret, & intelliges, velis, nolis, te præſentandum nudũ, omnibuſq; amicis, & bonis, quæ habuiſti, deſtitutũ coram eius tribunali, cuius voces audire noluiſti, clamores renuiſti, cõminationes nõ curaſti, promiſſiones ſpreuiſti, mãda a tranſgreſſus fuiſti, ſanguinẽ conculcaſti: conſpicies te innumeris, peccatis circundatum, quæ tecum delaturus es, & nulla, aut pauciſſima, & exigua bona, quę illis poſſis opponere. Tunc erit, quod dixit S. Iob: *Lucerna impiorum extinguetur*, & ſu-

¶ 170.

Matth. 24. 20.

Iob 21. 17.

2. 2. quæſt. 113.

& superueniet eis inundatio, & dolores diuidet furoris sui. Expende illud: *Superueniet inundatio*: videtur namque alludere ad tempus diluuij. Aquæ omnes, quasi colligatæ tenebantur in nubibus, in fontibus, in mari, in visceribus terræ, ne homines opprimerent, & torquerẽt; qui idcirco liberè discurrebãt per omnium peccatorum viam: subito tñ, quando mortem Deus inferre decreuit, omni ex parte profluxerũt aquæ abundantissimæ, è cœlo, terra, mari, fõtibus, nubibus: nihil erat, quod non abundantissimas aquas emitteret, quæ eos quasi colligatos, & vinctos tenerent, & miserò interitu absumerent. Dum peccator viuit, nihil incurrit quod sibi dolorem infetat. Deus videtur prosperitatem conferre, diuitias suas videt augeri, vxoris pulchritudine delectatur, filios tanquam arietes conspicit ludentes, amici illum comitantur, homines plebeij reuerẽtur: tamen tunc omni ex parte abundantissimæ aquæ dolorum, & anxietatũ defluent, suffocantes, & colligentes, è cœlo, terra, mari, fontibus: nihil enim erit ex quo anxietas, & dolor non oriatur. Si amicos spectat, videt tristes, & ab eis se relinquendum: si vxorem, videt plorantem, si filios, considerat statim orphanos futuros; si facultates, videt penitus à se relinquendas: si præterita contempletur, innumera agmina peccatorum, quæ obuiam egrediuntur; si ad futura se conuertat, videt sibi nouam quandam viam ingrediẽdam, per quam non reuerteretur, & quod coram Deo ipso, præsentibus omnibus sanctis Angelis est præsentandus, qui nihil habet, quod in sui defensionem possit producere, &c. Tunc illud fiet, quod semel, & iterum dixit ad peccatores Deus per Ieremiam: *Ecce turbo Domini furor egrediens procella ruens, in caput impiorũ conquiescet; non auertet iram indignationis Dominus, donec faciat, & compleat cogitationem cordis sui; in nouissimo dierum intelligetis ea*. Expende illud: *In nouissimo dierum intelligetis ea*, de quibus ibi. Hæc ergo causa, cur peccatores peccent, & quãto maioribus peccatis implicati sunt, maiori pace, quiete, & securitate sunt affecti; quia non cogitant ligamenta, anxietates, & terrores futuros in morte sua. Hocque est, quod translatio Hieronymi exprimit: *Non recogitant de morte sua*. Expende verbum, *Recogitant*, quasi dicat: Nihil frequentius in ore, nihil longius ab attenta, viuaque consideratione. Hoc etiam est, quod Chaldæus dixit: *Non terrentur, neque conturbantur*, non attendunt terrores, & conturbationes tunc futuras, & anxietates, quæ manent. Optimè propterea dixit Sapiens: *Memorare nouissima tua, &c.* nõ dixit, loquere, ore decanta, lingua pronuntia; sed *Memorare*, mente, memoriaque recole, quæ tunc futura sunt. Vt huius rei firma sit meditatio, ac memoria, Ecclesia capiti tuo cinerem imponit, & quid interdat, ore exprimit, dicens: *Memento*.

Ierem. 25. 20 *& c* 30 23. 24.

§. 20. *In conflatorio mentis, mortis imago construenda, quæ solo conspectu, sicut serpens æneus veri serpentis venenum eneruet.*

¶ 171.

QVomodo mortis memoria remedium sit, vt in æternũ non pecces; possumus adhuc non minus aptè explicare, si iterum eadem Dauidis verba paulo ante proposita, & exposita, expendamus, qui causam, cur peccatores non solum peccent; sed pacificè in peccatis permaneant, exprimit: quia, inquit, *non est respectus morti eorum*, ante ad mortem eorum, id est; Non respiciunt, nec oculos conuertunt, vt attentè futuram mortem intueantur, vt dictum fuit. Fortè namque voluit ad celebre illud serpentis ænei factum alludere, quod etsi præcipuè à Deo constitutum sit, ad præsignandum nostræ redemptionis, & salutis mysterium per Christum in cruce exaltandum, viua fide à nobis conspiciendum, vt ipsemet Christus Nicodemo explicuit; non incongruè tamen ad nostrũ potest applicari institutum, præsertim si quæ S. Augustinus, huiusmodi opus expendens annotauit, obseruemus. Propter peccatũ murmurationis, quo populus incredulus Iudæorũ murmurauit contra Dominũ, quod eos per tam vastam,

Psal. 72. 5. *citat.*

Ioan. 3. 14.

Serm. 101. *de temp.*

longamque dueceret solitudinem, & cõtra manna, cibum cœlestem, illis datum, vocantes, *Cibũ leuissimum, prouocantem nauseam*, iratus, *Misit Dominus in populum ignitos serpentes*, qui sæuientes in eum, mordebant, & exterminabant, vt Sapiens dixit: *Cum illis superuenit fera bestiarũ ira, morsu pernersorũ colubrorum exterminabantur.* Vide quibus nominibus explicentur: vocantur enim. *Ignitis serpentes, & colubri peruersi, fœuam iram*, aut furorem habentes. Quidam credũt vocatos ignitos à colore, quia igneũ colorẽ referebant: alij à motu, quia ad modum flammæ cuiusdam velocissimæ discurrebant. In Hebræo vocantur, *Saraph*, à verbo *Saraph*, quod est incendere: quia morsu suo emittebãt ardentissimũ venenum, quo homines incendebant ardore intolerabili. Tales Africam ferre, recensset Solinus, à quibus Catonis milites icti, veneno ardentissimo mortui sunt æstuantes: & verè in Arabia, & in deserto, per quod Israelitæ iter agebant, quamplurimi eorum reperiebantur, vt idem Solinus tradit, non tamen Deus permittebat, vt illis nocerent, sicuti Moyses expositi, dicens: *Ductor fuit tuus in solitudine magna, atque terribili, in qua erat serpẽs flatu adurens, & scorpio ac dipsas, & nulla omnino aqua.* Cum tamen murmurauerunt contra Dominum, illos serpentes contra eosdẽ excitauit: ideoque dicitur illos *misisse in populũ*, aut certè multos alios, de nouo produxit, aut vt alij sentiũt, ex Africa, quæ illis vberrimè exundat, innumerã voluit adduci multitudinẽ, ab Angelo, quem Apostolus vocat, *Exterminatorẽ*, dicens: *Murmurauerunt, & perierunt, ab exterminatore*: nisi verbis Apostoli subdendum credas, *Serpente*, quasi dicat: Perierunt à serpente exterminatore. Iusta vindicta inquit Ambrosius, vt aduersarij venena sentirent, qui non venerabantur authorem: & iustum erat, serpentium ore puniri à Deo, qui serpentino ore, & linguis cõtra Deum venena fundebant, de quibus alibi. Erant itaque quantum ex locis scripturæ sacræ inductis colligo, serpentes quidam, tanquam flammulæ ignis, qui subita velocitate, eum qui se magis securum credebat, inuadebant, venenum lethale emittentes, quo qui inficiebatur, æstuans, & quasi viuis igneis flammis succensus, anxietatibus plenus expirabat. Ad huius tam grandis mali remedium, iussit Deus confici serpentem æneum, qui in altum euectus, omnem serpentini veneni vim eneruaret. Mordebant quidem serpentes Israelitas, & credo illos omnes morsũ incurrisse serpentum; id enim cõgruebat mysterio, vt alibi exponemus; sed hoc ipso, quod attentis oculis serpentem confictum aspiciebant, veneni malitiam non sentiebant. Vnde eleuatus æneus serpens, non quidem fecit, aut prohibuit, vt serpentes non morderẽt; sed vt mordentes, venenum eorum nõ inficeret. Aptum sanè remedium; Secundum medicorum carnalium disciplinam, inquit Augustinus, quibus de morte serpentis, contra viuorum serpẽtium venena, salubria antidota præparantur, nõ est incongruum, vt mortuum debeat serpentem intendere, qui à viuorum serpentium venenis desiderat liberari; sed præstantius remediũ propter rem, quam significabat, quam Augustinus optimè prosequitur, possumusque nos ad nostrum institutum expendere. Vt enim obseruat Augustinus, verè mors potest dici serpens viuus, verius mordens, & morsu interficiens, quam serpentes illi: ideoque inquit Mors, à morsu nomen accepit, aut quia morsu serpentis infernalis illa fuit inducta; aut quia ipsa morsu suo interficit, & interimit. Hic serpens timendus est propter venenum. Si namque quæras, quodnam sit huius serpentis venenum; audi Apostolum, dicentem: *Stimulus mortis peccatum est.* Serpentes illi, ideo atrocem mortem inducebãt, quia venenum lethalissimum inferebant: tolle venenum ab eorum morsu, nihilq; remanebit, quod timeri possit. Mors tristem interitum inducit per venenum peccati, quo pungit, stimulat, affligit, vexatq; peccatores, ratione cuius dictum est: *Mors peccatorum pessima.* tolle huiusmodi venenũ, & nullam inducet molestiam, aut anxietatẽ; imo erit in delicijs habẽda, & cõputanda: sicut ex professo demõstrauit Ambrosius peculiari opere de bono mortis, de qua dictũ est: *Pretiosa in conspectu*

Nu. 21. §. 6

Sap. 16. §.

Cap. 30. & 36.

Cap. 36.

Deut. 8. 15
Num. 20. 9 & 21. 6.
Exo. 16. 30 & 17. 6.

1. Cor. 10. 9.

Lib. 3. de Spiritu S. c. 9.

¶ 172. Serm. 101. citat.

1. Cor. 15. §. 56.

Ps. 33. 22.

Lib. de bono mortis c. 1. vsq; ad 6.

Pſal.115. *ſpectus Domini mors ſanctorum eius.* Expende ergo myſterium. Remedium adhibendum eſt, non ne huiuſmodi ſerpens non mordeat; *Statutum eſt enim omnibus hominibus ſemel mori*, nulluſq; eſt, qui huiuſmodi ſerpentis morſum poſſit euadere: *Quis enim eſt homo, qui viuet, & non videbit mortem?* Et vt dixit Sapiens: *Nullus eſt qui ſemper viuat, neque qui huius rei habeat fiduciam:* optandum tamen, ne veneno ſuo inficiat, vt ſcilicet mors ſit ſine peccato, ſancta, & deſiderabilis, qualis erat, quã Paulus optabat, dicens: *Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto.* Quomodo ergo venenum huius ſerpentis auferetur, & eneruabitur? Quidnam erit, quod tam potens, tamque lethale venenum valeat retundere? In conflatorio confingatur, & confletur illius expreſſa quædam figura, & in altum eleuetur, attentiſque oculis conſpiciatur. Ecce remedium ad venena peccatorum eneruanda: in conflatorio mentis tuæ, confinge, & confla quandam expreſſam tuæ mortis imaginem, & attentis oculis illam intuere, illam pone pro ſigno eorum, quæ futura ſunt: conſidera te in lecto conſtitutum, quando eris à mediis de ſalute, & vita deſperatus, cui dicitur; Diſpone domui tuæ, quia morieris, & non viues: quomodo tunc videbis vxorem flentem, filios plorantes, amicos lamentantes: quomodo experientia ipſa docente deprehendes, vana fuiſſe omnia, quæ in mundo æſtimaſti, ex quibus nihil tibi reſtabit, niſi cõfuſio, & timor: quomodo tunc plenus eris tremore, intelligens te ſtatim in diſtricto Dei iudicio præſentandum. Quantum velles, tunc nullatenus illum offendiſſe, & totam vitam in eius obſequium expendiſſe? Quantum optares, vt quæ in vanitatibus, & peccatis inſumpſiſti, expenſa fuiſſent in ſubleuandis neceſſitatibus pauperum? Conſidera teipſum mortuum, quomodo te omnes ſolum dimittent, animam egredientem comitabuntur dæmones accuſantes, quos dum viueres, habuiſti amicos; corpus vſque ad ſepulchrum deferent amici, illicque in cibum, & paſtum vermium relicto, omnes in domos ſuas reuertentur. Ecce ſerpentem æneum, quem aſpicias, & ecce rationem, cur homines peccant, & in peccatis paciẽtè permanent, & morſu mortis veniẽtis peribũt: quia huiuſmodi ſerpentem mente conflatum, non aſpiciunt: *Nec eſt reſpectus ad mortem eorum.*

ad Heb.9. 27.

Eccleſ.9.

ad Philip. 1.23.

§. 21. *Ex ære fuit ſerpens, vt permanentior eſſet eius figura; debet enim, iuxta Salomonem, mortis imago eſſe perpetua in oculis.*

VT hoc autẽ adhuc profundius expendamus, obſerua quod S. Auguſtinus inquirit, cur ſerpens ille non de auro, vel argento; ſed de ære factus fuerit. Cuius rei duas tradit rõnes; prima, propter diuturnitatem, & durationem: voluit namque Deus, vt ſerpens multò tempore duraret, quem, vt Hebræi tradunt, tanquam vexillum poſtea toto itineris ſpatio tulerunt contra eadem pericula; quamuis, vt Abulenſis oſtendit; non habuit permanentem virtutem ſalutarẽ: erat præterea magnus, & ingens, quem è lõginquo omnes videre poterant, vt alibi trademus; ideoq; ne frangeretur; oportuit ex firmiſſima eſſe materia. Secundam rationem tradit Auguſtinus, propter vocis aut ſoni claritatem; inter omnia enim metalla, vaſa ærea maiorem clarioremque reddunt tinnitum, & in longius ſonare ſolent. Vnde, vt ſæpè ex B. Hieronymo annotauimus, in illa ſtatua, quæ ex varijs metallis compoſita, varias mundi monarchias exprimebat; Græci expreſſi ſunt in ære, quippe, quod vocaliſſimũ eſt, inquit Hieronymus, aptè Græcos indicans, qui ſapientiæ vocibus crediderunt, ſe in totum orbem inſonare. Hoc primum habere debet mortis memoria, & repræſentatio, vt perpetuò duret illius imago coram oculis tuis, nunquam mente tua excidat: confice, & confla imaginem mortis tuæ æneam, id eſt, quæ perpetuò toto vitæ tuæ tempore duret coram oculis tuis. Ita autem agere oportere, docuit ſapiens Concionator, in ſermone, quem fecit ad mundi fallaces vanitates detegendas, & indicanda remedia ad illas propulſandas, & contemnendas. *Si*

¶ 175. *Serm.101. citat.*

In c.21. Numer. q. 9. & ſeqq. & in c.18. 4.Reg.q.13.

In cap.2. Daniel.

annis, inquit, *multis vixerit homo, & in*
Eccl.11.8. *his omnibus lætatus fuerit, meminisse debet tenebrosi temporis, & dierum multorum, qui cum venerint vanitates arguentur præterita*. Singula verba expende, & sapientis Concionatoris loquendi phrasim considera. Non dicit: Homo, qui multis annis vixerit, certum est e-
a Iob 14.5. nim id esse impossibile, cũ dictum sit, *a*:
b Ps.88.30 *Breues dies hominis sunt*; nec enim sicut
c Iob 37.18 *b, sicut dies cæli*, multi, & firmi (*c* Cœli, namq; *quasi are firmissimi solidari sũt*) sed pauci, & incerti, & quando longiorem durationem eis concedas, breuissimum terminum designauit Dauid,
Psal.89 9. dicens: *Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni; si autem in potentatibus, octoginta*, quos leuis aer, aut lapillus cadent, aut aquæ frigidæ potio intercipit. Ex suppositione igitur loquitur, eo modo quo Dialectici dicũt, dato, & non concesso, quod multis annis vixerit homo. Eadem loquendi phrasi subdit: *Et in his omnibus lætatus fuerit*, ex suppositione loquens: nam absolutè loquendo, id, supposita rerum conditione, impossibile est, vt omnibus diebus, ita quæ læta sunt homini eueniant, vt non multò plura accidant, quæ tristitiam inducant, & vt dixit idẽ
Prou.14.13 Sapiens: *Risus dolore miscebitur, & extrema gaudij luctus occupabit*. Non dicit: Dolor miscebitur risu, nam frequẽtissimè dolori non succedit risus; sed vni dolori alius dolor maior superuenit, & huic alius maximus: sed *risus dolore miscebitur*; quia numquam risus, ita placidè aduenit, quin statim superueniat dolor, qui ei admisceatur, illũque extinguat. Primò dolori, quo Iob affectus fuit, cùm audiuit venisse Sabæos, qui boues, & asinas fuerunt suffurati, non risus, sed alius dolor fuit admixtus, quòd ignis descendit de cælo, & oues, puerosque consumpsit: huic alius fuit superadditus, quòd Chaldæi fecerunt tres turmas, & tulerunt camelos, & pueros interfecerunt: huic alius maior superuenit, quod comedentes filij eius, & filiæ in domo fratris maioris, impetu turbinis domus cecidit, illosque omnes prius sepeliuit, quam mortui essent: huic addatus est supremus alius, quod se vidit percussum vlcere pessimo à planta pedis vsque ad verticem. Cæterùm illi risui, quo risit Sara ob filium genitum, mixtus fuit dolor, & anxietas, cùm vidit illum à filio ancillæ persecutum, qui cõpulit illam tristibus vocibus clamare ad Abraham, vt ejiceret ancillam, & filium eius. Risui Rebeccæ, quo cum ¶ 174.
sterilis esset, se vidit prægnantem, habentemq; in vtero duos filios, dolor ille fuit admixtus, quo sentiens illos intra viscera sua corrixãtes, clamare fuit
Gen.25.22 compulsa: *Si sic futurum erat, vt quid necesse fuit cõcipere?* Risui formosæ Rachel, quo se optatissima vidit fœcũditate donatam, cùm priùs esset sterilis, dolor admixtus fuit: nã post primi partus grandem lætitiam, quo Ioseph peperit, in secũdo parturiens Beniamin, præ doloris magnitudine, & vehementia animam efflauit: & huiusmodi sunt in scriptura sacra innumera, vt gentilium historias missas faciamus. Risus ergo dolore miscebitur. *Et extrema gaudij luctus occupat*. In Hebræo pro *extrema*, est nomen *Ahheron*, quod significat extremum, & nouissimum in perfectione, quando nihil addendum restat: quomodo dicitur domus ad extrema, & nouissima deduci, quando iam omni ex parte perfecta est. Vnde extrema gaudij dicuntur, quando gaudium ad supremum punctum peruenit, vt nihil ad eius omnimodam integritatem deesse videatur: hunc supremum, & integrum gaudij statum, *Luctus occupat*, id est, omni ex parte operit. Qua dicendi phrasi elegantissimè etiam Sapiẽs designat, maius esse malum, quod aduenit inducens luctum, bono quod aderat inducẽte gaudium: nam malum superueniens occupat, operit, omni ex parte se diffundit super bonum quod gaudiũ inferebat, & illud intra se includit, ideoque illo maius esse, necessarium est. Id quod quotidiana experientia, magis quam verba quæcunq; scripta demonstrat. Videbis parentes supremo gaudio affectos, intuentes filium sanum, robustũ, morigerum, quẽ matrimonio iunxerunt, vt nihil aliud desiderandũ restare videatur: & subita morte, quãdo id minus timebant extinctum conspiciunt, sicut de se narrabat mulier illa apud Esdrã: hoc malũ totũ ꝓcedens 4.Esdræ 9.
bonũ occupat, & superat. Hinc credo 10.

ortum

ortum illum apud Romanos Dearum Volupiæ, & Angenoræ concentũ. Et ac Volupia, vt B. Auguſtin. tradit, Dea, quæ voluptatibus præerat, voluptateſque inducebat: Angenora, qua angoribus, & anxietatibus mitigandis inſiſtebat, quam infra amplius exponemus: ſic autem res ordinabant quod in medio ſacelli, aut templi Volupiæ, cõſtituebant ſimulachrum Angenoræ, vt Pierius tradit, quod credo factum ad deſignandum, in cumulo voluptatum, & in aceruo gaudiorum, ſtatuendum angorem, anxietatem, aut triſtitiam, quæ omnia illa gaudia occuper. Proinde ergo ſapiens Concionator non abſolutè ponit hominem, qui omnibus diebus lætetur; ſed ex ſuppoſitione loquitur: *Si multis annis vixerit, & ſi in his omnibus lætatus fuerit*; quaſi dicat: Dato, & non conceſſo, quod ita ſit. Quamuis alio modo hęc verba credam etiam accipienda. Quod enim dicit: *Si multis annis vixerit homo*, cenſeo non tam dictum de longa vitæ duratione, quàm de ſecuritate durationis, quaſi dicat: Si certum eſſet homini, ſe multis annis victurum, & Deo renelante agnoſceret vitam ſuam multis ſeculis duraturam (quod quàm ſit impoſſibile moraliter loquendo, eſt omnibus notum, nec enim per inſtans vnum, habet ſecuritatem vitæ) ideoque ſubdit: *Et in his omnibus lætatus fuerit*, quaſi dicat: Si talem habens longioris durationis vitæ ſecuritatem, cætera omnia ita ad placitum ſuum euenirent, vt omnibus diebus lætus exiſteret. Supponit enim certitudinem vitæ eſſe neceſſariam ad hoc, vt homo lætus viuere poſſit, & impoſſibile eſſe lætari illi, qui nullam de duratione vitæ habet ſecuritatem. Si damnatus ad ſuſpendendum, ſcalam furcæ, aut patibuli, in quo eſſet ſuſpendendus, aſcenderet, & neſciret, ex quonam gradu à carnifice deijciendus eſſet, poſſetne in aliquo eorum plenè lætari? poſſetne eſſe in quouis eorum fine maxima anxietate? Sunt omnes homines damnati ad mortem, dies quibus viuunt, ſunt tanquam gradus ſcalę, per quos quiuis aſcendit, vt ex illo proijciatur, & ſinguli dies ſinguli gradus ſunt, ex quorum vno eſt deijciendus, neſcitque ex quonam eorum ſit deijciendus: quomodo fieri poteſt, vt non quauis die plenus ſit timore, & anxietate, an ex illa ſit proijciendus in mortem? *Cunctis diebus, quibus nunc milito, expecto, donec veniat immutatio mea*, dicebat Sanctus Iob; cunctis diebus timore, & angore vexabatur, eſſetne dies illa, in qua eſſet demittendus in mortem. Si ergo homo multos annos haberet ſecuros vitæ, & in his omnibus lætus eſſet, omnibus ſibi proſperè ſuccedentibus, in illis omnibus *meminiſſe debet tenebroſi temporis, & dierum, qui cum venerint, vanitatis arguentur præterita*. Ecce perpetuam, & permanentem, quæ eſſe debet, ſerpentis effigiem, quã propterea æneam Deus voluit: omnibus diebus, in quibus vitam ageret ſecuram, deberet hunc ſerpentem aſpicere. Et vide, quàm egregiè tempus mortis deſcribat, quod vocat, *Tenebroſum tempus, & dies, in quibus vanitatis arguentur præterita*. Rectè quidem vocatur tẽpus mortis *Tenebroſum*; primò, quoniam in eo deficiet lux, mens langueſcet, intellectus habetabitur, oculi claudentur, induceturque in ſepulchrum, quod ſanctus Iob vocat: *Terram tenebroſam, & opertam mortis caligine*. Deinde, quia in illo tempore, omnia plena erunt triſtitia, & doloribus, quos tenebrarum nomine ſcriptura ſolet exprimere. Tunc corpus plenũ erit dolore, omnes ſenſus triſtitia erunt affecti; nihil; tunc interueniet non triſte. Adeſt morienti vnus ex vna parte clamans hortanſq; vt miſericordiam petat, pectus percutiat, ſanctiſſimumq; nomen Ieſu inuocet: alij ex alia ſuadent, vt Beatiſſimam Virginem aduocet, quæ in tanto periculo exiſtenti faueat: vnus inducit filios, vt paternam benedictionem accipiant, alius vxorẽ, vt vltimos complexus exhibeat, valeq; morienti dicat. Præcipuè tamen dicuntur dies tenebroſi, & triſtes, propter anxietates, quibus miſer homo torquetur, neſciens quid de ſe futurum ſit. Videt ſe ad introitum, & oſtium, aut æterni ignis, aut æternæ gloriæ, ad portas, vt rex ſit regni æterni, aut vt cũ diabolo in perpetua, & æterna cõſtituatur miſeria: qualis angor, qualis triſtitia; ideo dicitur tenebroſum, id eſt, triſte, anxium,

4 De ciuit. cap. 11.

Lib. 36. inter princ. & mediũ.

¶ 175.

Iob. 10. 21.

xium, & angoribus plenum tempus: quomodo Deus ipſe vocauit extremam diem, quod iuxta Auguſtini regulam, de tẽpore mortis cuiuſcũque intelligi poteſt; *Dies Domini tenebræ, & non lux. Quomodo ſi fugiat vir à facie leonis, & occurrat ei vrſus, & ingrediatur domum, & innitatur manu ſua ſuper parietẽ, & mordeat eum coluber. Nunquid non tenebræ dies Domini, & non lux, & caligo, & non ſplendor in ea?* Expende rationem, propter quam vocat illam diem tenebrarum, & non lucis: quia quocunque ſe homo vertat, inueniet, quod ſibi terrorem incutiat; ex vna leonem deuorantem, ex alia colubrum mordentem. Id ſine dubio, mortis tempore eueniet, quando ad quodcunque homo ſe conuerterit, inueniet, quod ſibi horrendum terrorem inferat. Si ex vna namque ad cœlum oculos leuaueris, videbis leonem illum de tribu Iuda rugientem, propter peccata tua, quem dum viueres clamantem, & rogantem contempſiſti, nec venientẽ ad domum tuam in paupere excipere voluiſti. Si conſideres cœleſtem illam patriam, videbis mundiſſimam, & paratam ijs, qui fuerint, *innocentes manibus, & mundo corde*, & ſenties Angelum clamantem: *Non huc ingrediatur aliquid immundum, aut abominationem faciens: Foris canes foris venefici, & impudici, & homicidæ, & idolis ſeruientes, & omnis qui amat, & facit mendacium.* Si ad terram te conuertas, videbis omnia terrena à te auferri, & te iam expelli ex terrena habitatione, neceſſarioque egrediendum: ſi ad latera, videbis vxorem, & filios flentes, amicos ſolicitos, & anxios. Si vitam præteritam conſideres, ſenties innumeros ſerpentes peccatorũ, egredientes, corrodentes, & mordentes cor tuũ: ſi futurã contẽpleris, videbis æternitatẽ manentem, quam ingreſſurus es, incertus de tua ſorte inter duo ſuprema extrema. Ecce tenebroſum tempus: & illi ſunt *dies, qui cum venerint, vanitatis arguentur præterita*. Arguere hoc loco, idem eſt, quod conuincere, & manifeſtè demonſtrare: ſicut cum Deus dicit: *Arguam tẽ, & ſtatuam contra faciem tuam.* Tunc omnia præterita conuincẽtur, & euidenter oſtendentur vana: tunc euidenter cognoſces vanitatem ſeculi, quàm vanæ fuerint voluptates, honores mundi, & res, quas ſolidas credebas, ex quibus nihil tibi penitus remanebit; quas tanquam fumum euanuiſſe experieris. Qui amigdalam dentibus conterit, non cognoſcit eius vanitatem, quouſque laceratis dẽtibus, videt nihil ſe ex ea extraxiſſe, niſi dentiũ laſſitudinem, & contritionem. Quot quantoſq; principes vidi, illa hora confitentes, vaniſſimè, & ſtultiſſimè ſe tempus, vires, & facultates conſumpſiſſe; ex quibus nihil ſibi remanere agnoſcebant, niſi contritionem, & anxietatem ſpiritus? Quot quantaſq; mulieres vidi pulcherrimas, quæ omnium oculos poſt ſe trahebant, in hac hora poſitas, flentes, & lamentantes, & ſe ipſas mirantes, quomodo fuerit poſſibile, vt tam vanis rebus, ex quibus nihil penitus, niſi timores anxij relinquebantur, traditæ fuerint? Et verè tales exhibet, & depingit Spiritus ſanctus eos, qui ad extrema deducti, deprehenderũt ingentẽ rerum vanitatẽ, dicẽtes: *Quid nobis profuit ſuperbia vitæ? & diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Prætierunt omnia illa tanquam vmbra, & ſic. laſſati ſumus in via iniquitatis, & perditionis.* Si ergo qui ſecuros haberet longos vitæ annos, nihilq; in illis incurreret triſte, deberet perpetuò meminiſſe mortis, & illius ſerpẽtis effigiem corã oculis iugiter verſare: qñ magis tu, qui nec vnam vitæ horam habes ſecuram, qui fortè ante noctẽ è vita diſcedes? Sanctus erat Paulus, cui tempus mortis non futurũ erat tenebroſum, qui ſibi ſciebat repoſitã coronam iuſtitiæ, nec præterita ſua arguenda erunt vanitatis, quæ nouerat ſolida, & firma apud Deum ſecuro depoſito reſeruata: & nihilominus in conflatorio mentis ſuæ, ſerpentem mortis fabricauerat, & omnibus diebus ad illum conſpiciendum attentos oculos conuertebat, ſuæque mortis quotidiana meditatione ſe excitabat: id enim, vt Hieronymus *a*, & Ambroſius *b* exponunt, dicere voluit illis verbis: *Quotidiè morior fratres*, de quibus infra. Quanto magis tu, rebus vanis implicatus, cui terrores ſunt reſeruati, id agere debes? Perpetuus ergo debet eſſe

Epiſt. 30. ad Heſychium. *Amos 5. 18. 19.* *Pſal. 23. 4.* *Apoc. 21. 27. & cap. 22. 15.* ¶ 176. *Pſal. 49. 21* *Sap. 5. 8.*

a *Epiſt. 3. ad Helio-dorum.*

b *Orat. de fide reſurrectio. in obitu fratris.*

1. Cor. 15. 31.

bet esse serpentis respectus. Bene insuper æneus confectus est, vt ex Augustino dicebamus: quia vas æneum clariori sono personat: ecce cur mortis effigies dicatur serpens æneus, clarius enim personat, & loquitur, quam omnes tubæ: apertius, sapientiusque rerũ explicat naturam, quam omnes Sapientes Græciæ. Multa de rerum vanitate, & miseria seculi, & calamitatibus vitæ, philosophi locuti sunt: multa scripserunt, multa docuerunt, vt inde maiorem librorum suorum partem replerent: omnes tamen illi simul sumpti, non clarius id exposuerunt, nec ostenderũt expressius, quam mortis effigies, figura, & sepulchrum: hæc quasi mathematicis demonstrationibus agit, ad oculum omnia demonstrans: hæc ostendit verè, quam fallax gratia, & pulchritudo, quam incerta vita, quam paruæ vires facultatum, & diuitiarũ: hæc ostendit, quod omnis caro fœnũ, & omnis gloria eius sicut flos agri: quomodo inania omnia, quæ nihil sui relinquunt: hæc ostendit miserandam hominis sortem, pauperiemque moritentis, cui dum viueret, totus mundus non sufficiebat. Audi voces huius Magistri, attende sonitum clarissimè insonantis, vide serpentem æneum, quasi speculum tersum, & lucidissimum: specula enim ænea sunt certiora, & veriora. Nullum speculum verius inuenies, quam mortem, quæ tibi veram faciei tuæ refert imaginem, de quibus alibi. Vt ergo serpentem æneum in capitis conflatorio extruas, Ecclesia cinerem capiti imponit, tanquam materiam, ex qua serpentem possit conflare: & ignem admouet succendentem mentem, & memoriam tuam: vt illius vi conflatio fiat, dicens: Memento homo.



§. 22. *Timorẽ mortis diabolus auferre conatur, sed in adiumẽtum memoriæ, Ecclesia cinerem applicat.*

¶ 177. AGnouit Ecclesia sancta, necessariam esse mortis memoriam: quãdiu enim illa perstiterit, abstinebit homo à peccatis, in quæ, deficiẽte illa, miserè se demittet, vt paulo ante demonstratũ est. Annotauit eleganter B. Augustinus, timorem mortis esse quasi clauum quendã ferreũ, ac firmũ, securè continentem hominem, & detinentẽ affixũ, & adhærentẽ diuinæ legi. Si stipes, aut asser alicui ligno adiungatur, valido, acuto, ac forti clauo infixus: tãdiu permanebit adiunctus, quãdiu clauus permanserit fixus: eo autem subtracto, citò stipes, aut asser ad ima vehementi ponderis impetu defluet. Cõdidit Deus parẽtes nostros, voluitque vt ligno suæ diuinæ obedientiæ, & legis manerent adiuncti: ideo eos firmauit clauo fortissimo timoris mortis. *De ligno*, inquit, *scientiæ boni, & mali ne comedas: in quacunque enim die comederis ex eo, morte morieris.* Expende illud, *Morte morieris*, idem est enim, ac si dicat: Certissimè, ineuitabiliter, & sine remedio morieris. Vide quã fortiter clauũ fixit, qui voluit firmissimè ad lignum suæ legis parentes nostros adiunctos, & immotos cõtinere; quod eodem pacto legislatores, vt subditos contineant adiunctos obediẽtiæ, & obseruantiæ legis, clauum timoris solent infigere: tanto firmius, quanto volunt securius in tali obseruantia continere. Accessit tẽtator; intelligensque se nullatenus posse à ligno diuinæ legis hominem separare, si clauus fixus perstitisset; illum totis viribus procurauit abstrahere. *Cur*, inquit, *præcepit vobis Deus, ne comederetis?* Respõdit mulier: *Ne forte moriamur*. Audita hac respõsione, gauisus est inimicus, & spem de victoria concepit, videns clauum iam nutantem, & motum. Firmissimè Deus fixerat illum, dicens: Certissimè morieris; mulier autem certitudinem deponẽs de morte incurrenda, sub dubitatione iam loquebatur. Ne

Genes. 2.

2. de doctr. Christ. c. 7.

forte

fortè, inquit, moriamur. Iam clauus nutat, inquit diabolus: Ego eum totaliter extraham, & res tota, quam intendo minebit confecta. *Nequaquam*, inquit, *moriemini: sed scit Deus, quod quacũque die comederitis ex eo aperientur oculi vestri, & eritis sicut dij*. Hac fallaci promissione totaliter clauum extraxit timoris mortis: quo deficiente, à lege Dei, eiusque obedientia deficientes, miserè prolapsi sunt in peccatum, quo totum humanum genus in omniũ miseriarum barathrum deiecerunt. Ita cum parentibus nostris ille egit iniquus, qui eorum mente, & iudicio timorem mortis totaliter euulsit. Nobiscum autem non ita agit: non enim potest clauum timoris mortis totaliter à mente, intellectu, & iudicio euellere, nec persuadere, vt credamus mortem nunquam futuram: nec nobis dicit: Nequaquam moriemini, sed quod non citò moriemur: & conatur à memoria huiusmodi clauum extrahere, mortis recordationem auferens. Hoc autem facit, promittẽdo longam, & securam vitam, in longum tempus, & q̃ mors tardabit: ideoque suadet, curandum nunc de ijs, quæ ad vitam faciunt: quæ ad mortem pertinent, in futurum tempus conijcienda. Cuidam dicit: Iuuenis es, & longa tibi restat vita; nunc comede, & bibe, & quæ ad tam longum iter vitæ necessaria sunt, cogita. Pulchra es, inquit ad mulierẽ, & forti valetudine constans: quidnam timenda nunc mors, quando nullum eius præsagium sentis? tempus superabundabit, quando illa ad fores pulsabit, vt ad aperiendum te præpares. Nullam sentis infirmitatem, ait ad virum, per quam mors ingrediatur: vt quid igitur perturbandus es timore inimici tam longè distantis? Vigorem sentis, ait ad senem, & saltem ad vnum annum sufficientissimum: non igitur est, quod solicitus multo ante mortis aduentum reddaris. Hæc ille perpetuò exponit, procurans è memoria ¶ 378. huiusmodi timorem excutere. Hocque verè est, quantum existimo, quod Deus dixit ad beatum Iob, dæmonem proprijs coloribus, quasi membratim depingens: *Oculi eius vt palpebræ diluculi*. Vocantur palpebræ diluculi, vel auroræ, illi primi radij lucentes, qui dant diei principium, per quos videtur dies aperire oculos. Non dicit esse similes crepusculo noctis, cum dies finitur, sed crepusculo auroræ, cum dies incipit. Oculorum siquidem nomine, consilia cogitationesque mentis solet scriptura indicare, per quę animus exhibetur videns: cogitationes, & consilia, quæ ille iniquus infert, semper sunt quasi lux auroræ, ad quas longa dies succedit: quia semper exponit, & suadet, longum adhuc tempus subesse, & semper quasi in vitæ initio nos esse suggerit, quibus longa adhuc dies superfit: hincque nos in omne, quod vult peccatum, demittit, & in omne vitium homo cadit, sublato à me moria timoris mortis clauo. Si times, qui ingrederis domum mulieris alienæ, ibi mortem te expectantem: ingredereris ne? Si attenderes mortem imminentem tibi, antequam illicitum contractum perficias incurrendam: perficeresne? Si cogitares mortem te incursurum, cum manum ad rem alienam surripiendam extendis, antequam eam apprehendas, aut cum eam apprehenderis: extenderesne? Hæc nostræ perditionis origo, quod hic timor memoria excidit, & obliuiscitur homo mortis suæ: idcirco Ecclesia Sancta memoriam fouet, & quasi clauum fortem infigens, cinerem imponit, dicens. *Memento homo* capiti cinerem imponit, quasi memoriam fouens, roborans, & fortificans. Docuit *Li. 10. conf. c. 14.* B. Augustinus, memoriam esse in anima, quod stomachus in corpore, ideoque eam sæpè animæ stomachum vocat. Inter omnia, quæ necessaria sunt ad vitam corporis, est stomachus in quem omnia, quę homo ore mandit, & masticat, traijcit, & reponit, inde singulis corporis partibus alimentum & nutrimentũ distribuens; vnde quod maximè conducit ad vitam sanam, & salubrem ducendam, est stomachus; qui si fortis, viuacique calore præditus fuerit, omnes partes corporis sanas conseruat; si autem languens non potuerit quæ in eo reponuntur, retinere, vitæ euidẽs periculũ imminet. Vnde quãdo quis languentem habet, debilemque stomachum; tota medicorum cura

Iob 41. 9.

cura in eo posita est, vt applicent medicamenta, quibus roborent, foueant, & fortificent. Memoria, inquit Augustinus, est stomachus animæ, in quem omnia transponit & traijcit, quæ ore intellectus & sensuum mandit, & comedit, ibi retinenda, ad vitã conseruandam & gubernandam. Ibi reponit præterita quæ vidit, aut audiuit, ibi futura, quæ mente & discursu cognouit: ibi præsentia, quæ oculis intuetur: nec potest anima rectè vitam gubernare, omnibusque prouidere: nisi memoria hæc omnia retineat. Hæc autem est animæ grandis infirmitas, languor, & debilitas stomachi: cum non memoria retinet, quæ conseruare, & retinere deberet, & subitò obliuiscitur eorum, quæ perpetuò deberet recordari. Vnde, vt supra annotabamus, ab Hebræis vocatur homo *Enos*, vt Eusebius vult, à verbo *Nassach*, quod est obliuiosum esse: cui nihil magis proprium, & communius, quam obliuisci sui ipsius. Ex infirmitate & casu peccati huiusmodi defectus memoriæ ei aduenit: frequenter enim accidit, homines memoriæ vsum perdidisse ex aliqua graui infirmitate, vel casu. De Messala Coruino refert Plinius, ex quadam infirmitate ita amisisse memoriam, vt nec sui proprij nominis recordaretur. De alio refert, ex casu quo in terram corruit, ita memoriæ vsum perdidisse: quod nec parentes proprios, nec germanos fratres cognosceret, & huiusmodi multa exempla refert Hispanus quidam author. Ex infirmitate peccati & casu, quo homo miserè corruit. ita obliuiosus fuit factus, vt quasi memoriam sui ipsius amiserit. Hinc quidam recens doctor meditatus fuit rationem, ob quam Moyses vitulum conflatilem in puluerem redactum, bibendum Israelitis tradiderit, quasi intra ipsos illum locare constituens: volebat enim Moyses, vt illius vituli memoria totaliter periret: ideo voluit illum recondere in eo loco, cuius omnem memoriam haberent deperditam. Nouerat autem vir sapiens hominis mores, quem meritò vocatum *Enos*, id est, obliuiosum agnouit, qui sui ipsius, & eorum quæ intra se sunt, obliuiscitur: ideoque vitulum illum quasi in loco perpetuæ obliuionis voluit locare & reponere. Hanc hominis conditionem agnoscens Deus, curauit sæpissimè medicamenta adhibere ad memoriam roborandam & firmandam. Inde institutio diuersarum festiuitatum, quando beneficium aliquod conferebat, vt tales festiuitates essent in adiumentum memoriæ: inde lapides, quos erigi iussit in transitu Iordanis: manna, quod iussit in vase aureo seruari in futuras generationes: primogenita, quæ mandauit sibi offerri, cum omne primogenitum Aegypti extinxit, & cætera, quæ propterea vocantur in Scriptura sacra, *Monimenta*, quod mentem admoneant, vt ex idiomate græco probat S. Augustinus: *Erit*, inquit, *quasi signum in manu tua, & quasi monimentum ante oculos tuos. & quasi appensum quid ob recordationẽ.* Et ideo scribi iussit, quod de Amalec deuicto factum fuit. *Scribe hoc* inquit ad Moysen, *ob monimentum in libro, &c.* Et alibi sæpè. In hunc finem statuit, vt Israelitæ sibi facerent fimbrias. *Loquere*, inquit, *filijs Israel, & dices ad eos, vt faciant sibi fimbrias per angulos palliorum, ponentes in eis vittas hyacinthinas, quas cum viderint, recordentur omnium mandatorum Domini, nec sequantur cogitationes suas, & oculos per varias res fornicantes: sed magis memores præceptorum Domini faciant ea, sintque Sancti Deo suo.* Hinc etiam Sancti viri curam simílem habuerunt, medicamenta adhibere ad memoriæ stomachum roborandum. In hunc finem Dauid aliquos edidit Psalmos: res enim in breuem versum redactæ, facilè memoria tenẽtur: idcirco edidit Psa. *6. Domine ne in furore tuo arguas me*, &c. quo memoriã iudicij futuri perpetuò teneret, cui propterea, vt Augustinus annotauit, titulus præfixus est. *Psalmus Dauid in rememorationẽ sabbathi*: idcirco Psalmum edidit septuagesimum septimum, & in dulces versus omnia opera Dei reduxit, *Vt ponãt in Deo spem suam, & non obliuiscantur operum Dei.* In hũc finem anulos inuentos multi tradunt, qui fabulam de Prometheo explicant: cui Iupiter in signum libertatis anulũ ex catena & particula saxi, quibus vinctus tenebatur, ferendum imposuit. Quoniam igitur inter omnia, quæ magis

11. De præparat. Euang. c. 4.

Plinius.

Petrus Mexia in Sylua varię lectionis libr. 3. cap 8. ¶ 179.

Li. de curã pro mortuis c 4.

Exod. 13. 9 16.

Exod. 17. 41.

Numer. 15. 38. 39. 40.

Psal. 6.

Psal. 17.

Pierius.

gis homo ad ſui valetudinem ſpirituálem conſeruandam, in ſtomacho memoriæ debet retinere, eſt mortis recordatio: idcirco medicamentum potentiſſimum ad memoriam fouendam, & roborandam applicat Eccleſia, quod illam adiuuet, cinerem ſcilicet capiti imponens, & dicens: *Memento homo*, &c. Hoc autem, quod Eccleſia vna tantummodò die in anno facit: deberes tu quotidie facere, & memoriam tuam adiuuare. Idcirco multi ſapienter ſuæ ſaluti conſulere volentes, in cubiculis ſuis retinent caluarias, aut alia mortuorum oſſa: alij ſepulchra quotidiè adeunt, eorum præcipuè, quos viuentes agnouerant in memoriæ adiumentum, quæ vt ex Auguſtino diximus, ideo monumenta vocantur: & vt inquit Chryſoſtomus, in hoc poſita ſunt, vt memoriam foueant, & mentem admoneant, & te doceant mortem tuam non longè diſtare, quam tibi appropinquantem apertè cognoſces, ſi huiuſmodi ſepulchra expendas. Miles namque qui in exercitu conſtitutus, videt eum, qui ſibi à dextris erat, vno bombardæ ictu raptum: & conſpicit, qui à ſiniſtris, ſagittæ vulnere confoſſum, & attendit eum, qui poſt eum erat, ſclopeti ictu deiectum: quam ſibi poterit ſecuritatem promittere? Nonne meritò iudicaret, ſe non longè à periculo mortis cõſtitutum? Conſidera ſepulchra, & vide vicinum tuum mortuum: condiſcipulum tuum, qui lateri tuo adhærebat, iam extinctum: amicum, qui à ſiniſtris aderat, interfectum, immo & multos te iuniores & poſteriores, ſagittis mortis terræ confixos: quid igitur tu ſecuritatem tibi promittis? Quomodo mortem longe poſitam cenſes, quam deijcientes eos, qui proximè tibi adhærebant contueris? Ad huiuſmodi memoriæ adiumentum credit Chryſoſtomus, Deo inſtigante, factum fuiſſe antiquitus, vt iuxta portas ciuitatum, immo & quorumcunque oppidorum ſepulchra extruerentur, omnium oculis patentia: ea propter inquit ille, Deus ſepulchra vbique fieri voluit, vt illis noſtræ ipſorum infirmitatis memores fieremus: ideo omnis ciuitas, omne caſtellum, ante ingreſſum ſepulchra habet: vt contendens intrare in ciuitatem, quæ imperat & floret diuitijs, & potentatu, alijſque dignitatibus, priuſquam videat quod mente videre in ea concepit, videat primum quod reuerat fit; ante portas ſunt ſepulchra, ante agros ſunt ſepulchra, vbique ante oculos noſtræ humilitatis ſchola, & docemur, in quid deſinamus tandem, & videmus qualia futura ſint phantaſmata: neque hic ſolum, ſed ingreſſuri ad communionem vitæ, docemur vtilitatem ſummam naturæ. Ita Chryſoſtomus: qui hoc vltimum dicit, propter ſepulchra, quæ circa Eccleſiam, & ad ingreſſus templorum, & ad baſilicas martyrum iam ſuo tempore extruebantur, quæ Eccleſia non ſolum ponit in ſuffragium defunctorum: ſed in monimentum viuorum: eſt enim *ſepulchrum*, inquit Chryſoſtomus, *noſtræ humilitatis ſchola*, & extruitur monumentum, inquit Auguſtinus, vt noſtram moneat mentem.

Hom. 3. de Spiritus S. tom. 3.

Hom. 3. cit.

§. 23. *Suadent Chriſtus in Euangelio, & Eccleſia cinere, vt in Cœlum, & terram mittas ancboras, ne pereas, ſicut Tyrus.*

COmmune eſt apud Sanctos Patres, quod Sanctus Auguſtinus ſingulariter conſiderat, homines in mundo poſitos, ſimiles eſſe nauibus in mari nauigantibus, ac fluctuantibus. Vſitatum eſt enim in Scriptura ſacra, vocare hoc ſeculum mare, & homines in eo agentes, naues, ad quos verius quam ad materiales naues, verba ſua dirigebat Eſaias, quando dicebat: *Vlulate naues maris*: vlulare enim non ligneis nauibus conuenit. Inter omnia autem, quæ nauibus neceſſaria reputantur, ſunt anchoræ, quæ tempore tempeſtatum illas ſecuras contineant. Duplex verò genus tempeſtatis, nauis patitur, primum commune eſt, ex ventis contrarijs, qui ſe illi opponunt, & in contrarium trahunt, excitatiſque fluctibus nunc in Cœlum aſcendere, nunc ad abyſſos deſcendere videntur. Secundum eſt, quod

¶ 180. *Præfatione in 2. enarratione. Pſal. 25.*

Eſa. 23. 1.

quod efficiunt venti proſperi, ſed immoderatè perflantes, quorum vi ducitur nauis violenter, cum magno ſubmerſionis periculo: ſicut cum homo, qui ducitur quidem ad locum, quē intendit, maiori tamen impulſu, quā pedes ſui patiantur, qui cadere cogitur. Nec hoc ſolum tunc nauis incurrit periculū, ſed aliud maius; ne ſcilicet violento illo impulſu ad rupem allidat, aut in arenam impingat. Vnde non minor tempeſtas hæc ex proſpero, ſed immoderato vento, nec minus periculoſa, quàm illa ex contrario, quam à nautis exercitatiſſimis audiui magis ſæpè timendam. Vt ab vtraque tēpeſtate ſe nauis defendat, anchoræ ſunt illi neceſſariæ, quas mittat, vt in terra fixæ, aut alicui rupi, vel ſaxo adhærentes, quaſi immobilem teneant nauem; ne à vento contrario in contrarium trahatur, & ne ab immodico vento proſpero, feratur in præceps. Homo nauis eſt hanc enauigans vitam, vbi tēpeſtates, procelleque variæ, ac innumeræ inſurgunt, ſirtes, ſcylla, & charibdis: duplicem tamen tempeſtatem communiter patitur, primò aduerſam, cùm inſurgunt impetus mūdi, carnis, aut dæmonis cum perſequentes: cùm videlicet inimicus perſequens in te inſurgit, aut cum alius tuas arripit facultates: quando aduenit tibi infirmitas, ſimul & pau
Heb. 11. 37 pertas, qualem paſſus fuit S. Iob, & S. Tobias, illi itidem Sācti, quos Apoſtolus deſcribit, quod *ſecti ſunt, tēptati ſunt in occiſione gladij mortui ſunt, circuierunt in melotis, egentes, anguſtiati, afflicti, &c.* Grandis ſanè tēpeſtas, quæ multas naues in contrarium reduxit. Quot enim, ac quanti fuerunt, qui huius tempeſtatis vi à virtute defecerunt? Quot quantique ſunt, qui nunc deficiunt, qui propter paupertatem ad futurū cōuertuntur? Propter inimicorum perſecutionem à charitate deficiunt, propter infirmitatē, parientiam deponunt? Innumeri ſunt, qui formidantes ieiunij rigorem, pœnitentiæ aſperitatem, carnis compreſſionem, in cōtrarium trahuntur. Hoc igitur primum tempeſtatis genus ex ventis contrarijs; Secundum eſt ex proſperis, immoderatis tamen, & ſuperabundantibus, quando quis grandi proſperitate fruitur, omnia proſperè, abundantiſsimèque ſuccedunt, habet ſalutem, diuitias, facultates, honores, dignitates, & omnia terrena, quaſi venti immodici in domum ſuam vberrimè profluunt. Periculoſiorem Sancti Patres hanc iudicant tempeſtatem, quæ frequentius animā ſubmergit in ſuperbiæ profundum, aut in cæterorum contemptum, in voluptates ſeculi, propriā æſtimationem, &c. Ita B. Gregorius [a] frequenter admonere ſolet, cuius illa eſt cōmunis propoſitio. Proſperitates animam ſoluere, aduerſitates ſolidare: qui annotat [b] propterea, in ſcriptura ſacra proſperitatis ſtatum, vocari diem: quia ſicut dies in noctem deſinit, ita communiter temporalis proſperitas ad perditionis tenebras trahit: & exponens quartum pſalmum pœnitētialem, qui eſt, quingeſimus: Admonemur, inquit, in hoc pſalmo, proſpera metuere, & contra omnem ſeculi facultatem acrius vigilare: ſæpè namque præſentia gaudia ſequuntur perpetua lamenta; ſicut enim per fletus ad gaudia ducimur; ita per gaudia ad fletum peruenitur: ille namque qui dixit: *Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur*, ipſemet dixit: *Væ vobis, qui ridetis nunc, quia plorabitis, & flebitis.* Quis ſanctior Dauid; qui cùm Saulis perſecutionibus vrgeretur, non ſolum inimicum perſequentem occidere noluit, ſed cū poſſet liberè perpecit; tanto enim firmius in Dei miſericordiam, ſpem ſuā fixerat, quanto miſerabilius infirmitatem ſuæ tribulationis ſentiebat: verum vbi deuictis hoſtibus, preſſuris caruit, homicidium adulterio incautè ſecurus adiecit, & qui malis antenonerat piè parcere, in bonorum, quoque nece poſt didicit ſine obſtaculo retractionis anhelare: prius ferire deprehenſum perſecutorem noluit, & poſt cum damno deſudantis exercitus, etiam deuotum militem extinxit: Ita Gregorius. Grandis ſine dubio tempeſtas, per quam innumeræ naues ſubmerſæ fuerunt. Per hanc illæ primę omnium naues, in ipſo cœlo ad nauigandum conſtitutę, in ſuperbię, imò, & inferni profundum fuerunt demerſę: per hanc illę itidem duæ naues in paradiſo ab ipſomet Deo poſitę,

¶ 18. [a] 29. *Mor.* c. 20. *ad finem.*

[b] 4. *Mor.* *cap.* 17. *In prologo in Pſalmū 4 pœnitentialem & 1 p. paſtor. c 3. ad finē Matt. 5. 5. Luc. 6. 25.*

Matt.19.23 positæ, naufragium fecerunt; per hanc, grande imminere periculum dixit Chriſtus Dominus diuiti, abundantiſſimis facultatibus abundanti, cui difficilè dixit ad ſalutis portum peruenire: per hanc nauis illa diuitis epulonis in arenam perpetuæ damnationis impegit. Vt igitur ab his tempeſtatibus liberari poſſimus, anchoræ nobis neceſſariæ ſunt, quæ ventis contrarijs flantibus detineant, ne in contrarium trahamur, & proſperis immoderatè fluentibus contineant, ne ſubmergamur, aut ad rupem allidamur. Has Eccleſia Sancta prima die Quadrageſimę ſingulariter inducit. Ad primam namque tempeſtatem propulſandam, datur nobis anchora Spei, de qua Apoſtolus ait, quod habemus *Spem tanquã anchoram animæ tutam, ac firmam*, id eſt, quæ firmam, & tutam continet nauem animæ, ne in contrarium trahatur à contrarijs ventis; hæc ſiquidem prehendens in rupe illa firmiſſima cęleſtis glorię, hominem continet quaſi immobilem, ventis omnibus in contrarium flantibus, & impellentibus. Quis quando tota Romani imperij potentia in Laurentium perflaret, vt in contrarium traheret, illum immobilẽ continuit in craticula, igni expoſitum aſſandum? Quis Stephanum tota Iudaici populi rabie impellente, & flante, continuit tutum in turbine lapidũ ſe prementium? Quis Vincentium firmum tenuit in lecto ex fragmentis teſtarum extructo? Quis Seraphicum Franciſcum in ſumma paupertate, & humilitate: & Beatiſſimum Dominicũ in ardentiſſima charitate in medio hęreticorum impetu? Quis monachos continuit in ſolitudine, & in antris, & anachoretas in admirandæ pœnitentiæ operibus? Quis iuſtum firmum tenet in diſciplina, & mortificatione carnis, & diuitem in eleemoſynarum abundanti largitione? Hoc pacto Dauid ſe continebat, impulſus fluctibus inimicorum, ne à patientia deficeret, conſiderans paratam gloriam patientibus: quod (vt alibi expoſuimus) dicere illis verbis voluit: *Credo videre bona Domini*: aut vt, in Hebræo. *Niſi credidiſſem me viſurum bona Domini*: & huiuſmodi anchoram eijciebat, quando ſpirantes ventos contrarios ſentiebat, dicens animæ ſuæ: *Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi*, huiuſmodi anchoram à nobis iaciendam hortabatur Apoſtolus dicens; *Itaque fratres mei dilecti, ſtabiles eſtote, & immobiles, abundantes in omni opere Domini ſemper ſcientes quod labor veſter non eſt inanis in Domino*. Huiuſmodi anchoram Chriſtus Dominus in Euangelio ſubminiſtrat, ſuadens rectum ieiunium, & omnia pœnitentiæ opera, incitans nos oculos erigere ad Patrem cœleſtem, & expectare ab illo mercedem æternam, nobis pro temporalibus, & momentaneis laboribus reddendam. Ad ſecundam autem tempeſtatem ſuperandam, neceſſaria eſt anchora cõſiderationis propriæ noſtræ miſeriæ, & vilitatis, quæ quanto maiori impetu ventus proſperitatis impellit, firmius terræ adhæreat, & infigatur, conſiderans te eſſe terram, puluerem, cibum vermium, & putredinem ſtatim futurum. Et verè Eccleſia non ſolùm anchoram conſiderationis, ſed terram, in qua illa prehendat, & cui adhæreat, ſubminiſtrat, ponens cinerem, & puluerem in capite tuo, & dicens: Memento homo, quia cinis es, &c. quaſi dicens: Arripe anchoram conſiderationis, *memento*: & hæc figatur in hac terra, cinere, & puluere, capiti tuo impoſito. Huiuſmodi anchoram in naue animæ tuæ deferto, & cùm te vides diuitem, potentem, & ſenſis ſuperbię ventum impellentem, mitte illam in terram, memorans quia cinis es. Cùm vides te ſanum, validum, robuſtum, ideoque ſentis te impelli à carnis concupiſcentia ad voluptates, & luxum, anchoram mitte, conſiderãs, quia cinis es. Cùm te conſpicis pulchram, formoſam, ornatam, & vanitatis auram excitantem te, vt in te ipſa tibimet complaceas; anchoram demitte, attendens, quia cinis es. In horum explicationem, & confirmationem annota, quomodo Sanctus Propheta Ezechiel, perditionem ciuitatis Tyri, Deo ordinante deſcribat. Erat Tyrus ciuitas celeberrima, metropolis Phœniciæ, diuitijs abundantiſſima, ædificijs pulcherrima, ciuibus illuſtriſſima, cuius excellentiam varijs metapho-

Luc.16.

Ad Heb.6. 19.

Pſ.26.13.

Pſal.41.6. 12. & Pſal. 45 5.

1.Co.15 58 ¶ 182.

Ezech.27.

Esai. 23. 8. taphoris sciptura sacra exprimit. Esaias vocat eam, ciuitatem *Coronatam*;
Oseæ 9. 3. Oseas, *fundatam in pulchritudine*, Ezechiel, *Negotiationem populorum*, quoniam omnes populi, & mercatores ad eius emporia, & nundinas confluebãt:
Ezech. 27. 3. nihilominus eius perditionẽ Ezechiel
Lib. 8. in c. 27. Ezech. Propheta, Deo iubente, deplorat, quam primò depingit, vt Hieronymus annotat, ad typum, & normam trieris, aut triremis pulcherrimæ, excellentissimè confectæ ex pretiosissimis lignis, cui nihil penitus deficere videretur de ijs, quæ ad pulchritudinem, fortitudinem, & vniuersam supellectilẽ requirebantur: nec tabulæ excellentes, ex quibus conficeretur, nec malus, nec vela, nec remiges nec transtra, nec remi, nec gubernatores, &c. *Finitimi*, inquit, *tui, qui te ædificauerunt, impleuerunt decorem tuum*, id est, consummati decoris, & pulchritudinis te extruxerunt. *Abietibus de Sanir extruxerunt te tum omnibus tabulatis maris.* Ecce materiam, ex qua triremis ista compacta fuit, abietes de Sanir. Sanir mons est, cuius meminit Salomon in Canticis, qui vt Hieronymus censet, idem est ac Hermon, vocatus etiam Sanior, abietibus immensæ proceritatis redundans, vnde afferebantur ligna abietina pretiosa, & exquisita ad extruendam Tyrum. *Cedrum de Libano tulerunt, vt facerent tibi malum*, id est, arborem, vnde vela expensa pendeant. Erat mons Libani, propinquus monti Sanir, aut Hermon, cedris excellentissimis illustrissimus, ex quo, vt Hieronymus ait, deferebantur ligna cedrina ad Tyrum, ad illius præclara ædificia. *Quercus de Basan dolauerũt in remos tuos*, qui essent firmissimi. Hieronymus, quercus nomine intelligit cedros: quanta, inquit, pulchritudo nauis, & suppellectilis eius, vt remos haberet cedrinos, non vndelibet, sed de Basan. *Transtra tua fecerunt tibi ex ebore Indico.* Vocãtur Transtra, à Vitruuio *a*, ligna, quæ transuersa à pariete in parietem, porriguntur: vnde meritò Cæsar *b*, hoc nomine vtitur ad significanda remigium sedilia, in quibus remigantes sedent, quas, *Bancos*, vocamus: qua ratione accepit Virgilius *c*: Præcipites vigilate viri, & confidite transtris: & iterum *d*: Fuit: immissis Vulcanus habenis Transtra per & remos, & pictas abiete puppes, & Ouidius: Et incuruæ fumabant transtra carinæ. *Et pratoriolia de Insulis Italiæ*, vnde ligna pulcherrima etiam ad Tyrum deferebantur, ex quibus cellaria conficiebant, & recõditoria, quæ vt idem Hieronymus explicat, *Pratoriola* vocat. *Byssus varia de Ægypto texta est tibi in velum, vt poneretur in malo.* Vide vela, ex qua materia fuerint confecta. Byssus in Hebræo dicitur, *Sesi* lini subtilissimi, & candidissimi genus, cætera omnia lino pretio vincens, & nomen habet à candore, quasi dicas: *Candidum*. Byssus hæc non quomodocunque posita fuit in vela, sed *varia*, hebraicè, *berichma*: significat enim *rechma*, vestem acu pictam, quam polymitam apppellant, quam aliquantulum retenta Hebræa voce vocamus, *recamada*. Talis erat byssus, quæ super malum extendebatur, tanquam velum, polymito opere perfecta, & ornata. *Hyacinthus, & purpura de Insulis Elisa facta sunt operimentum tuum*. Solent enim trieres, & naues, ferre opercula, quæ vt à Sole, & pluuia defendant, extenduntur. *Habitatores Sidonis, & Aradij fuerunt remiges tui*, qui grandi fortitudine præstabant: quo nomine significant acutissimè artifices mechanicos, qui manuum suarum labore, & totius corporis defatigatione, ciuitatem ducebant, & sustentabant. *Sapientes tui Tyre facti sunt gubernatores tui*. Quod maximè requiritur ad ciuitatis conseruationem, & augmentum, est gubernator; *Vbi enim non est gubernator, populus corruet*. Tyrus gubernatorem habebat, non vnum, sed plures, qui ab omnibus iudicabantur cæteris sapientiores. *Senes Giblij, & prudentes eius ad ministerium varia supellectilis tua*. Giblij erant viri ex ciuitate Gebal, vt inquit Hieronymus, quæ vicina erat monti Libano, iuxta Damascum, quam alij Biblum vocant, ideoq; Septuaginta transtulerunt, Senes Biblij. Huius meminit Dauid, dicens *e*, *Gebal & Ammon, & Amalech*. Hujusmodi Giblij præstabant excellentes in dolandis lapidibus, & lignis, de quibus sciptura dicit *f*, *Porro Giblij præparauerunt ligna, & lapides & dolauerunt domus*. Hi igitur erant, quibus Tyrus ad sua extruenda

Cant. 4. 8. *In cap. 27. Oseæ.*

a Li. 4. c. 2.

b Lib. 3. de bello Gallico.

c 4 Æneï.

d 5 Æneï.

Li 14. mss. tamor.

¶ 138.

Prou. 11. 14.

e Psal. 82. 8.

f 3. Reg 5. 18.

truenda ædificia vtebatur. Hoc habuit Tyrus, quod ſummè neceſſarium eſt, rectum ſcilicet, & ſapientem gubernatorem. *Clypeum, & galeam ſuſpenderunt in te pro ornatu tuo, &c.* Vide triremem excellentiſſimam, cui nihil penitus deeſſe videtur. Quid deeſſet triremi artificioſiſſimè confectæ ex abietibus exquiſitis, cuius malus, aut arbor eſſet cedrus altiſſima, vela ex abyſſo pulcherrima, remi ex quercu fortiſſima, remiges robuſtiſſimi, ſedilia eorum ornatiſſima, gubernator ſapientiſſimus, arma abundantiſſima? Talis erat Tyrus, quæ propterea dicebat: *Perfecti decoris ego ſum.* Nihilominus vocat Deus Prophetam Ezechielem, & iubet, vt ſuper hanc triremem ſumat lamentum. *Tu fili hominis aſſume ſuper Tyrum lamentum.* Quam ob cauſam? Si videres triremem mare proſperè nauigantē, pulcherrimam, fortibus remigibus, ſapiēte gubernatore; non videtur occaſionem dare, vt quis ſuper eam lamentetur, ſed vt ei proſperum iter prædicat. Aſſumè, inquit, lamentum, plora eius perditionem, & ſubmergendam prædicito, & in profundum demittendam. *In profundis aquarum erunt opus tua, & omnis multitudo tua, quæ erat in medio tui.* Quare? Quia hoc ipſo, quod omnibus bonis abundabat, & proſperè nauigabat; anchoras debebat habere, quas in profundum demitteret, quibus celerem, & immodicā violentiam proſperorum ventorum contineret: has non ſecum ferebat, ideò conſultò Spiritus ſanctus eas non deſcripſit; quamuis omnia, quæ ad triremem requiruntur, expreſſerit, indicans hanc fuiſſe cauſam perditionis illius, ſicuti reuera fuit: proſpero namque vento immodicè impulſa, in ſuperbiam decidit, & elevatum fuit cor eius, vt ex Eſaia patet, explicatque eleganter B. Ambroſius, & Ezechiel ipſe apertè declarat. Non mentem applicauit, vt attenderet, quam vana ſit, & inanis humanæ gloriæ ſubſtantia: non conſiderationis anchoram coniecit in cinerē, & puluerem, expendens, omnem terrenam fœlicitatem eſſe puluerem, & cinerem, quam leuis aura diſſoluit: oculos tantum habebat fixos in eo, quod in ſe ipſa iudicabat illuſtre, gloriosum, ſplendidum, ditiſſimumque. Ideò *contrita*, inquit, *es à mari*, id eſt, à tempeſtate valida inſurgente, & *in profundis aquarum opes tuæ*, omnes diuitiæ tuæ, & bona in profundum abierunt. Miranda, & potentibus ſeculi timenda res: quanto nauis pulchrior, diuitijs abundantior, pretioſis mercibus onuſtior, & omnibus, quæ deſiderari poſſunt, plenior: tanto periculoſior eius nauigatio, & pronior vt ſubmergatur: idcirco neceſſum eſt anchoram deferre, quam ad ima demittens, celerem curſum contineat. Quot, quantaſque huiuſmodi triremes, & naues vidimus ſubmerſas? Talis diues ille, vt paulo ante dicere cœpimus, in quem omnes proſperi venti abundantiſſimè perflabant: *Erat diues, induebatur purpura, & byſſo epulabatur quotidie ſplendidè, &c.* tales illi, quos Sanctus Propheta Amos, eodem modo deplorandos aſſumit, quo Ezechiel Tyrum: *Væ*, inquit, *qui opulenti eſtis in Sion, & confiditis in monte Samariæ optimates, capita populorum, ingredientes pompaticè domum Iſrael, qui dormitis in lectis eburneis, & laſciuitis in ſtratis veſtris; qui comeditis agnum de grege, & vitulum de medio armenti, libentes vinum in phialis, &c.* Vide ò diues, quomodo nauigationis tuæ curſum agas, qui ſi non huiuſmodi anchoram detuleris, lamentum ſuper te poſſumus ſumere, & perditionem tuā tibi prædicere. Vide, ò nobilis, qui omnib. huius vitæ bonis abundanter frueris, quod ſi ſine hac anchora proceſſeris, lamentis te proſequi iā poſſumus. Hunc totum diſcurſum excellentiſſimè proſequitur S. Baſilius, expendens illam Dei ſententiam iuxta Septuaginta, *attende tibi ipſi*, de qua infrà docetque, hoc verbum datum à Deo, vt homini fœlici, ſplendidoque rerum ſucceſſu nauiganti, ſit tanquam quidam conſiliarius, ſuggerens menti humanarum rerum memoriam. Vt ergo habeas, vbi anchoras poſſis firmare, vt omne tempeſtatis genus euadas; Chriſtus cœlum tibi exponit, in quo mens tua prehendat; Eccleſia cinerem applicat, in qua conſideratio tua firmiter figatur.

Luc. 16.

Amos 6. 1.

Eſai. 23. Li. de Elia & Ieiunio. c. 19. & 29.

Ho. 3 in diū Moyſi Attende.

§. 24.

§. 24. *Triumphatores docuerunt puluerem memoriæ retinendum: melius tamen Eliſeus, agens cum Naaman.*

¶ 184. *Epi. 25. ad Paulam de obitu Blæſillæ filiæ.*

HInc S. Hieronymus obſeruat, id quod docuerat Tertullianus egregie a Romanis conſtitutum fuiſſe, vt cum triumphatores ingrederentur ciuitatem in triumphalibus curribus, ſuprema pompa, honore inenarrabili, & excellentiſſimis gloriæ acclamationibus glorioſi, in eodem gloriæ curru, retro adhiberetur homo quidam, qui in ſingulis acclamationibus ciuium, ipſe ſua ad triumphatoris aures voce clarius inſonaret, dicens: *Hominem te eſſe memento*. Huiuſmodi hominem B. Iſidorus *a*, cenſet fuiſſe carnificem quendam; fortè alludere volens ad id quod Plinius *b*, illius hominis linguam vocat elegantèr, carnificem gloriæ: nam triumphatoris gloriam, non aliter quam dirus, & ſæuus carnifex, iugulabat, & conterebat. Et rectè quidem id homines illi intuiti ſunt: nouerant quippe naturali lumine, quam periculoſa ſit nauigatio, proſpero vento immodicè fluente, & certam intelligebant ſubmerſionem in ſuperbiam, niſi anchoram ſubmitterent, quæ nauem contineret. Id quod ille is prior Philippus Macedoniæ rex, pater Alexandri Magni apertè etiam cognouit, qui ſernum quendam, in hoc tantum conſtitutum habebat, vt quolibet die, ſuæ vilitatis memoriam ſibi induceret, quique quotieſcumque Philippus apparebat regijs ornamentis glorioſus, aut erat in ſpectaculis, aut conuiuijs, ei alta voce inclamaret: Memorare rex, quod homo ſis: qui reſpondebat: Homo ſum, & quidem mortalis. Ita gentilis homo agebat; non mirum quod ad Chriſtianos illa ad idem inſtitutum proceſſerit cæremonia, qua cum ſummus Pontifex coronatur, ſuccenditur coram eo cirrulus quidam ſtupæ, & inter ſupremas maioris gloriæ acclamationes, hæc inducitur vox: Sanctiſſimè Pater, ſic tranſit gloria mundi. Ita nobis agendum, colligit acutè Ambroſius, imitandas nobis apiculas, exponens de quibus id infert, quod ſcripſit Ælianus, apes præſentire futuri temporis qualitates, & quando præſentiunt ventũ validum ſuborientem, lapillos arripiunt ponderoſiores, quibus ſe ad ima demittunt, ibique demiſſas continent, ne à vento circumferantur: naturali namque impulſu, inquit Ambroſius, quaſi agnoſcunt, alas ſuas eſſe vela quædam ad inſtar nauis, quæ ſi rapido vento fuerint agitata, non valebunt ſe continere, ideò ſe lapillis tanquam anchoris muniunt, quibus ſe poſſint continenere. Mirandum certè opus authoris naturæ, quo quid agere debeas, te inſtruit: aſſume tecum lapillũ terrenum, mente tua firmiter apprehende, & cõtines; nullus ventus te poterit in præcipitium ducere. Hunc tibi Eccleſia offert, & exhibet, cinerem capiti tuo imponens, & ſuadens vt firma retineas memoria. *Memento homo*, &c. Cum ventus flauerit ſuperbiæ te impellentis, vt ſupra alios erigatis, hic continebit, offendens te ſimiliter cinerem, & mortalem: cum ventus auaritiæ, ſimiliter, &c. Hinc circa illud Eliſei celebre factum, quod omnium ore eſt decantatum, breuiter quædam annotanda ſunt. Nota eſt hiſtoria, quomodo ad ipſius inſtructionem, Naaman lauans ſe in Iordane, ſanitatem recepit ab inſanabili qua torquebatur lepra. Sanatus Naaman, regreſſus ad hominem Dei, idolis, & eorum cultui renuntians, ad ſolius veri Dei cultum, & fidem ſe transferens, poſt aliquas collocutiones hinc inde habitas, duo petijt a Propheta: primum, vt ſibi permitteret, & concederet ferre ſecum, *Onus duorum burdonum de terra Iſrael*: Secundum, quod orare pro ſe Deum, vt *quando ingredietur*, inquit, *Dominus meus templum Remmon, vt adoret, & illo innitente ſuper manum meam, ſi adorauero in templo Remmon, adorante in eodem loco, vt ignoſcat mihi Dominus ſeruo tuo pro hac re*. Erat vir ille magnus apud regem Syriæ dominum ſuum, & quando rex ad templum proficiſcebatur ad adorandum idolum prophanum, proficiſcebatur ille familiaris regi, ſtans iuxta illum, cui rex ipſe innitebatur,

a *Li 18. Etymol c 2.*

b *Lib. 28. c. 4.*

3. *De viginibus animalium ante finem.*

1. *De hiſtoria animal. cap. 12.*

4. *Reg. 5. 17.*

4. *Reg. 5. 18.*

quando genua flectebat ad adorandum idolum: ideoque rege flectente genua coram idolo, ipse similiter flectere debebat: oportet enim sæpius qui regibus, ac principibus sunt familiares, & in curijs agût eorum, se eorum actionibus attemperare, & accommodare, curantes id ita agere, vt sit sine culpa,
¶ 185. aut Dei offensa. In Syriam ergo reuersurus, sciens quod ibi dum regi obsequeretur, oporteret cum Rege sibi innitente, flectente genua, similiter flectere genua coram idolo, & externam saltem adorationem illi impendere, quamuis corde nullatenus adoraret, timens ne sibi hac occasione aliqua surreperet culpa, roganit Prophetam, quatenus vellet pro se Deum orare, vt illam externam duntaxat corporis demissionem coram idolo, quam facturus erat, non vt illud adoraret, sed vt regi adoranti obsequeretur, nullatenus sibi imputaretur ad culpam. Respondit Propheta. *Vade in pace*, quasi omnia concedens, quæ Naaman ab illo postulauerat. Multa sunt, quæ iuxta veræ Theologiæ doctrinam in hoc facto difficultatem incutiunt, an scilicet S. Eliseus potuerit concedere Naaman, vt externam adorationem idolo impenderet, & an illa esset peccatum, præsertim cum esse non posset sine astantium, & videntium scandalo: qui omnes videntes eius genuflexionem, crediturí erant illum verè adorare idolum. Insuper dato, quod ipse idolum nullatenus adoraret, dubium est, an posset obsequi regi in opere adorationis: erat enim illud intrinsecè prauum, & malum; & in huiusmodi operibus, illicitum est, etiam supremis regibus, & principibus vllatenus deseruire. Quoniam autem hæc grauia sunt, & alibi erunt explicanda; duo sunt alia, quæ difficultatem ingerunt, quæ tamè nostrum institutum exponunt, & confirmant. Primum, cur Naaman voluerit secum de terra Israel portare onus duorum burdonum, cum nõ terra fuerit, quæ illi contulit salutem, sed aqua Iordanis: & ideo ad memoriam beneficij suscepti conseruandam, congruentior videbatur aqua Iordanis, quã terra Israel. Secundum, quomodo S. Propheta, hominem recenter conuersum, in re tam graui, qualis erat cultus vnius veri Dei, & contemptus idolorũ non longo sermone catechizandum assumpsit, distinctè, & strictè prohibens idolorum adorationem, & declarans periculum, cui expositus esset, quando adiret templum cum rege, & coram idolo genua flecteret, & dans ei aliquod remedium, quomodo ad idolorum cultum non reuerteretur: res enim erat periculosa, hominem, qui toto vitæ tempore idola adorauerat, non regredi ad eorum adorationem, quotidie in occasione constitutum, qua idola ab ipso rege, cæteriſque principibus suis adorari videret: res enim facillima est huiusmodi regressio, vt in Israelitis videre licet, qui incipientes in Aegypto idola adorare, quamuis postea mare, Deo adiuuante, transierunt, & innumera eius miracula viderunt, post grandem Moysi instructionem, subitò ad idola quæ in Aegypto coluerant adoranda, se conuertebant. Cur igitur Sanctus Propheta hæc agnoscens, non singulares regulas homini tradit, quibus in veri Dei cultu, & idolorũ contẽptu perseuerare posset? Cur nõ saltem id illum admonuit, quod postea S. Ieremias Iudæos, & ciues Ierusalem, quos nouit captiuos in Babylonem adducendos, ad quos epistolam longam scripsit instruens eos, quid acturi essent, quando in Babylone constituti, viderent idola ab omnibus adorari? nouerat enim quod quamuis instructi essent à Dei lege, res erat periculosissima idola videre, & stare cum adorantibus ea, & videre eos, qui à dextris, & sinistris sunt, ea colere, & non simul, & similiter adorare. Vnde scripsit: *Videbitis in Babylonia Deos aureos, & argenteos, & lapideos, & ligneos, in humeris portari, ostẽtantes metum gentibus: videte ergo ne, & vos similes efficiamini factis alienis, & metuatis, & metus vos capiat in ipsis. Visa itaque turba de retro, & ab ante adorantes, dicite in cordibus vestris: Te oportet adorari Domine.* Cæterũ aperta erit solutio, si attẽdas quidnam tanquã fundamentũ suppoſuerit Naaman, videlicet se velle secũ portare onus duorũ burdonũ de terra: hoc audiens Propheta, continuò respõdit. *Vade in pace*: quasi

Baruch. 6. 34. 5.

¶ 186.

quasi dicere volens: Terram tecum defers, & portas? remedium tuum tecum portas, non alio eges prædicatore, aut instructore, qui tuæ infirmitatis præteritæ faciat memorem, & qui te instruat circa idolorum vanitatem, & circa regios fauores, quam sint inanes. Terram tecum portas? Vade in pace; tecum defers prædicatorem, & doctorē te istruentem; hæc enim te docebit, quisnam es tu, quis fueris, hęc tuas miserias, & lepram ad memoriam reuocabit, hæc ostendet quam vana fuerint idola Syriæ, quæ non potuerunt tibi incolumitatē præstare, & quod potentior illis fuerit fluxus aquæ fluidæ Iordanis: hæc indicabit, quam inanis regū potentia, & quam inualida manus, quę tantum potuit scribere, petens à rege Israel, tibi salutem dari, non illam conferre: quam inualidus princeps, qui vt genua flectat, eget vt tuum præstes auxilium, cui innitatur, &c. Terram tecum defero, ò homo, qui in curijs regum agis, qui principibus es familiaris, qui in dignitate, & æstimatione constitutus es, cuius vela, fauoris aura cōplet, & tanquam nauem vento prospero ducit: oportet sæpè te genua flectere coram idolis, id est, illis rebus, quæ mundus tanquam deos colit, externam adorationem impendere, maiestati regis, potentiæ principis, honori, diuitijs, dignitatibus, propriæ æstimationi, pulchritudini mulieris, quibus reges ipsi, & principes genua flectunt. Grande periculum est, vt cum hæc agis, non aliqua surrepat culpa: difficilè valdè quod non aliquis circa huiusmodi idola se immiscear inordinatus affectus: difficilè est omnino ò, colere honorem, & retinere in mundo, & illius gerere curam, & non deficere nimio illius appetitu, & inordinata eius cupiditate: difficile, procurare diuitias, & facultates, ad tuum honorem conseruandum: & non nimio affectu, & cupiditate inquinari: adorare principes, & non plusquam oportet, in illis confidere: te videre in dignitate constitutū, & non super alios, te extollere: conspicere te alijs ditiorem, & potentiorem, & non illos contemnere. Quid agendum? quodnam remedium adhibēdum, ne deficias? Terra tecum perpetuò porta, *Onus duorum hurdonum*, vide quis fueris, & quidnam futurus sis: ecce duo onera terræ. Cōsidera, quidnam fuisti non quidem ante mille annos, sed paucis abhinc annis; qui secundum animam nihil penitus eras, quam Deus ex nihilo formauit, vt agnoscas vnde prodieris: secundum autem corpus, eras puluis, cinis, & terra. Consídera, quid eris, non post mille annos, sed forsitan hodie, puluis, & cinis, cibus vermium, acernus putredinis, &c. ideo ergo Ecclesia Sancta terram tibi imponit, vt terram tecum deferas, & audias linguam carnificē gloriæ, *Memento homo quia puluis es.*

§. 25. *Nomen Hominis, Deus ipse imposuit, quo significaret quem ita vocabat, totius mundi continere miserias.*

HOmo Nomen tuum ad memoriam Ecclesia Sancta reducit, vt si fortan ob infirmitatem superbiæ, illius ¶ 187.
eras oblitus, sicuti de Messala Corui no, ex Plinio paulò ante diximus, illius recorderis: hoc enim est nomen tuum, *Homo*, Difficilis est quædam sapientis Concionatoris sententia: quæ tamen si rectè expendatur, egregiam ad nostrum institutum continet doctrinam. *Qui futurus est*, inquit, *iam vocatum est nomen eius, & scitur quod homo sit, & non possit contra fortiorem se, iudicio contendere.* B. Hieronymus credit, aperte *Eccl. 6. 10.*
his verbis prædici Saluatoris aduen- *In c. 6. Ecclesiast.*
tum, qui vocandus erat *homo*. S. Gregorius Thaumaturgus, & Olympiodorus, credunt, Sapientem exprimere velle, apud Deum repositam esse omnium futurorum rationem, antequam homo quiuis producatur: ideoque non impudenter cōtra diuinam prouidentiam garriendum. Ipse tamen Hieronymus aliam innuit expositionē, alijqs alias adducunt: quibus omnibus perpensis, credo sine dubio, voluisse Sapientem grande mysterium indicare, alludens ad id: quod scriptura sacra referr, Deum ipsum imposuisse nomen, quod omnibus hominibus præsentibus, & futuris conueniret, quo vocauit primos parentes, non tam

pro ſe, quam pro illorum ſucceſſoribus, & futuris omnibus, quibus nomen *hominis* impoſuit: vt ſuam debilitatem cognoſcentes, nullatenus ſe extollere contenderent. Ita enim ſcripſit Moyſes, creationem hominis recapitulans, & generationis ipſius ſeriem texere volens: *Hic eſt liber generationis Adã, in die qua creauit Deus hominem, ad ſimilitudinem Dei fecit illum, maſculum, & fœminam creauit eos, & benedixit illis, & vocauit nomẽ eorum Adam, in die qua creati ſunt.* Duo ſingulariter exprimit Moyſes, primum, Deum ipſum fuiſſe, qui nomen hominibus impoſuit: *Vocans nomen eorum Adam*: ſecundũ, illis nomen impoſuiſſe, quando creauit eos, & benedixit illis, *in die qua creati ſunt*. Primò, equidem creauit Deus hominem ad ſimilitudinem ſuam, producens de limo, quem duxit in Paradiſum, & omnium rerum inferiorum conſtituit dominum: cui propterea commiſit, vt omnibus animalibus, & volatilibus nomina imponeret, tanquam omnium dominus (Domini eſt namque nomina ſeruis domus ſuæ imponere) & tanquam is, cui plenam omnium notitiam contuliſſet: nomina enim ſunt, quædam breues definitiones naturæ rei: ideoque, vt annotauit Auguſtinus, dicuntur nomina, quaſi notamina: vnde colligebat Plato, tantummodo ſapientibus decere, nomina rebus imponere, de quibus multa tradit Euſebius, nomina Hebræa linguæ expendens. Impoſuit ergo Adam nomina cunctis rebus, & non impropria, ſed quæ aptè cuiuis rei reſpectiuè quadrarent: vnde dictum eſt: *Omne enim, quod vocauit Adam anima viuentis, ipſum eſt nomen eius.* Qui cæteris nomina impoſuit, ſibi nequaquam nomen deſignauit, ſine dubio relinquens Deo ipſi, nomen ſibi imponere. Et rectè quidem primo, vt oſtenderet Dei erga ſe plenum dominium; ſecundo quoniam vt B. Chryſoſtomus longo proſequitur diſcurſu, homo ſuæ formationis aliquatenus erat ignarus: nec enim Deus prius animam voluit creare, quæ videret, quomodo Deus corpus ipſi, ex viliſſimo puluere formabat; ſed ſubitò, atque homo eſſe cœpit, vidit ſe, & inuenit factum pulcherrimum, ad imaginem Dei. Deus, inquit Chryſoſtomus, creauit hominem de puluere: ſed neſciebat homo, quomodo eſſet factus, & propterea ſuam ignorabat vilitatem: & idcirco ſibimet minus benè nomen impoſuiſſet: & verè, qui cætera viuentia cognoſcebat plenè, ſe ipſum non ita cõprehẽdebat: vt iam homini à ſui principio fuerit commune, non plenam, & omnimodam ſui habuiſſe cognitionem. Oportuit igitur, vt Deus ipſi nomen imponeret, qui eius comprehendeba naturam. Vnde producta muliere, exiſtentibus in Paradiſo benedixit, & dominium terræ, ac omniũ viuentium conceſſit, dicens: *Replete terrã, & ſubijcite eam, & dominamini piſcibus maris, & volatilibus cœli, & vniuerſis animantibus, quæ mouentur ſuper terram*. Tunc, quia iuſtum erat, vt ij, qui dominium tam grande accipiebant, intelligerẽt, quod ſub Dei dominio manerent, *vocauit nomen eorum Adam*. Ecce nomen homini à Deo impoſitum. Et ſine dubio nullus poterat melius homini nomẽ imponere, q̃ qui ſolus hominis comprehendebat naturam. Hoc autem nomen *Adam*, varia ſignificat. Theodoretus credit, deductum ad *Gheden*, quod voluptatem ſignificat, quia in Paradiſo voluptatis, quæ in Hebræo dicitur, Hortus *Gheden*, hominem poſuit. Hanc tamen etymologiã, nullus, quod ſciã, approbat, neq; Dei inſtituto congruebat, vt dicemus. Ioſephus exiſtimat, dictũ ab *Edom*, quod ſignificat rubrum, quod homo cõditus fuerit in campo Damaſceno, vbi terra eſt rubra, & argilloſa, ſimilis carni, & ſanguini. Cæterum, communior ſanctorum Patrum ſenſus eſt, vt dicatur ab *Adama*, quæ terrã ſignificat, quaſi dicas, inquit Chryſoſtomus *a*, terreum, aut ex terra. Vnde optimè nomen Adam Latina interpretatione dicitur *Homo*, vt annotant Cyprianus *b*, Ambroſius *c*, & Auguſtinus *d*: hoc enim nomen Homo eandem penitus vim habet, quia dicitur ab humo, vt Varro *e* docuit: & Cicero *f* indicauit. Ecce nomen tuum, *Adam* aut *Homo*, id eſt, terrenus, aut de terra, aut terra, & puluis, vt iam circa tui ipſius naturam diſcurrere incipias, & videas,

¶ 188.

Gen. 1. 28.

q. 25. in Geneſ.

1. antiqui. cap 2.

a Homi. de cura ſalutis proximi, & nomine Abraham.

b Li de Sina, & Sion monte.

c In Pſal. 118. Octonario 1.

d 19. De ciuit. c. 17.

e de lingua Latina.

f 2. De natura deorum.

Gen. 5. 1. 2

Li. vnic ad litt. cap. 6.

In Crat. y.

11. De demonſt. Euangel. c. 4.

Gene. 2. 19.

Hom. 3. de Spiritu S. tom. 3.

videas, vnde origenem trahis, qui de tuæ prosapiæ nobilitate gloriaris, de terra, de puluere terræ. Inter omnia elementa, infimum est terra: te omnium rerum vilissimum, & infimum agnosce, & non de quauis terra, sed de eo, quod in ea vilius est, scilicet, ex puluere terræ. Aues formatæ sunt ex aquis, animalia ex terra pingui: homo solus ex puluere vilissimo. Sed adhuc maius Sacramentum in hoc nomine expendendum censet Augustinus. & meritò; quæ enim ex ore Dei procedunt, tam grandi sapientia sunt referta, vt non solum integras sententias, sed & minima verba, imo, & indiuisibilia elementa, & literas expendere oporteat. Vnde obseruat Augustinus, expendendas literas, ex quibus nomen Adam, quod ex ore Dei processit, componatur, quod non à se inuentum profitetur, sed *hæc* inquit, *fratres mei, ab anterioribus maioribus nostris dicta sūt, &c.* quæ propterea sæpissimè ipse Augustinus repetit. Nomen enim Adam, ex quatuor illis literis constat, quas Græci in capite eorum nominum habent, quibus significant quatuor orbis partes. Si enim facias ista quatuor nomina Græca, Anatole, quod est oriens, Dysis, quod est occidens, Arctos, quod est septentrio, Mesembria, quod est meridies, Anatole, dysis, arctos, mesembria, capita verborum, Adam, habent. Ita Augustinus. Hæc prius obseruauit Cyprianus[a], imò, & Sybilla[b], ita canens: Nimirum Deus, finxit Tetragammaton, Adam. Qui prius fictus fuit, & qui nomine complet, Ortus, occasus, austrum, boreamque rigentem: quæ, & alia inducit Zugubinus, arguens illos, qui talem in Augustino reprehendunt circa nomen Adam, annotationem, illam ex eo incongruam indicantes, quod Adam nomen est Hebræum, hæc autem alia nomina sunt Græca, multò posterius inuenta; quasi Deo antequam essent inuenta, nota non fuissent. Et considerat Cyprianus, Deum, cum hominis corpus voluit efformare, ex quatuor orbis partibus collegisse pugillum terræ, aut puluerís, ex quo illud effinxit: quod sibi colligere videtur ex eo, quod vbi noster Vulgatus legit apud Esaiam: *Qui appendit tribus digitis molem terræ*. legunt Septuaginta, *Omnẽ terram pugillo concluſit*: & in Hebræo, pro *terra* habetur nomẽ Ghepher, quod puluerem terræ significat, idem quod scriptura ponit, cum exprimit hominis formationem, dicens iuxta Septuaginta; *Formauit Deus hominem puluerem de terra*, id est, accipiens puluerem, & vilissimum, quod est in terra, vt Diuus Chrysostomus sæpissimè annotat. Hoc igitur est hominis principium, hocque est, ex quo componitur, puluis ex omnibus quatuor mundi partibus, vt indicaret Deus, hominem compositum ex eo, quod in quauis totius mundi parte vanius, inanius, vilius, ac imperfectius est; & quod omnem totius orbis vanitatem, vnus ipse homo in semet ipso includit: & hinc nomen hominibus imposuit, *vocauit*, inquit, *nomen eorum Adam, in die qua creauit eos*; à sui exordio, & principio. Et non illis pro seipsis tantum hoc nomen imposuit, vt Augustinus insinuat; sed omnes futuros homines describere, & nominare volens, hocque est, quod dicit sapiens Concionator: *Qui futurus est iam vocatum est nomen eius, & scitur quod Homo sit*. siue sit imperator, siue rex, siue pontifex, siue diues, siue nobilis, siue pulchra mulier, siue validus miles, siue iuuenis fortis; iam antequam nascatur, & sit, nomen accepit ab eo, qui intus, & in cute res omnes cognoscit, & comprehendit; & scitur, quod hoc nomen est *Homo*, aut vt Regia legit, *Et notum quod ipse homo*: Non est Deus, non Angelus, non de natura cœlorum, aut de aliquo sidere formatus, non ex igne, aut aere, vel aqua; sed de terra procedens: hoc cuique ex primo parente procedenti inseparabile est. Vnde patet rectè supra à nobis dictum esse, nomen Adam a iquando quidem esse appropriatum, aut quasi proprium primo parẽti, cõmuniter tamen nomen esse appellatiuum omnibus commune, sicut hoc nomen *Homo*. Appropriatum quidem est illi, cum scriptura rerum creationem exprimit, & dicit, Adam ductum in Paradisum, & *Deum adduxisse omnia viuentia ad Adam*, & quod mi-

Tract. 10. in Ioannẽ ad finem.

Tractat. 9. & 10. in Ioannem, & in Psal. 95. ad finẽ.

a *Libr. de mõte Sina & Sion.*

b *Lib. 2. orat.*

In cap. 1. Gen.

¶ 189.

Esa. 40. 12.

Tractat. 9. in Ioannẽ.

sit soporem in Adam, quo etiam modo
Osee.6.7. accipitur ab Osea, cum dixit: *Ipsi au-*
in c.6. Ose. *tem sicut Adam transgressi sunt pactum*
vt Hieronymus annotat. Appellationū autem est in frequētibus scripturæ sacræ locis, vt cum dicitur apud eum Oseam: *In funiculis Adam traham eos, in*
Ose.11.4. *vinculis charitatis*: vbi Hieronymus annotat, Aquilam, Symmachum, Septuaginta, & Theodotionem transtulisse pro Adam, homines, vt dicerent: *In funiculis hominum*, quomodo acci-
Eccl.35. pitur etiam à Sapiente, cum ait: *Donec*
24. *retribuat hominibus secundū actus suos, & secundum opera Ada, & secundum*
In cap.35. *præsumptionem illius*: non enim de pri-
Ecclesiast. mo parente sermo est, vt Ianseniꝰ demonstrat: sed de omni homine, quem Deus iudicaturus est secundum opera, & secundum cordis, & voluntatis affectus. Vnde, vt Ianssenius annotauit, pro *Adam* in Græco habetur *Antropos*. Hoc autem nomen, inquit diuinus Concionator, impositum est, *vt non possit contra fortiorem se, iudicio contendere*. Quod duobus potest modis exponi, primò, vt per *fortiorem se*, intelligat Deum, quasi dicat: Vt non audeat coram Deo se extollere, aut aliqua ratione illi similem contendere: secundò, vt intelligat res creatas, quæ omnes, ex parte materiæ præstantiores, & fortiores sunt illo. Sol enim, & Luna ex materia cœlesti producta sunt; stellæ ex materia incorruptibili; aues ex aquis, vermes ex carne generantur, tinea ex panno precioso, teredo ex ligno forti: solus homo ex vilissimo, abiectissimoque puluere. Vnde si res districto iudicio examinetur, non potest nec contra vermem, nec contra formicam, nobiliorem prætendere originem. Vide si quid profundius dici possit, ad tuam vilitatem comprobandam.

§. 26. *Prisci nomina imponebant filijs, cùm nascebantur, per quæ eorum sortem exprimerent: melius expressit Deus, illi, quem creauit, Hominis nomen imponens.*

¶ 190.
Hō.22.44. 51.56. & 64 in Gen. & hom. de nomine Abraham. Homil.22. in Genes.

ANnotauit sæpissimè Chrysostomus antiquitus in illis prioribus mundi ætatibus, filijs, qui nascebantur imposita fuisse nomina, magno consilio, & quodam impulsu Dei, vt per illa, qualis quisque futurus esset, indicaretur; & in memoriam cuique reuocaretur, quis esset. Ita obseruat Sanctum Seth, nomen imposuisse filio suo *Enos*, tum quia ipse incepturus erat inuocare nomen domini, tum magna in eum prouidentia vtens. Magna enim erga pueros erat parentum diligentia, & statim à principio nomina illis imponebant, quibus admonerentur, quidnam eos agere oporteret. Ita Abrahæ non tam parentum, quam Dei consilio positum fuit nomen *Abram*, quod transitorem significat, quod perpetuò illum admoneret, se transitorem, & peregrinū in terra. Ita Ioseph filijs suis nomina imposuit Ephraim, & Manasses, quæ perpetuò ad eius memoriam reuocarent labores pristinos, & fœlicitatem sequentem, quæ fecit, vt eorum obliuiscerentur. Ita, & Sanctus Iob, tribus filiabus natis, post flagella, & labores consultò tria nomina imposuit, quibus, vt annotauit Nicetas omnia, quæ circa se facta erant, perpetua teneret memoria: *Vocauit enim nomen vnius Diem; & nomen secundæ Casiam; & nomen tertiæ Cornustibij*. Tres namque, quos Sanctus vir habuit status, eleganter his nominibus depinxit: primus fuit, cum in principio abundantissimis facultatibus, & potentia effulsit, qui magnus erat inter omnes orientales, ab omnibus tanquam rex colebatur: quoniam tamen hic status fulgentissimus desiuit in grandi miseria, significauit eum per diem: dies enim clarissimus, & lucidissimus in noctem obscuram deuenit, in qua sanctā est tenebrarum obscuritas, quanta

Homil. de nomine Abrah.

Hom.64. in Genes.

In cap.24. Iob. Iob 42. 14.

4 *Moral. cap. 17.*

ta præcesserat diei claritas, vt B. Gregorius annotauit. In Hebræo vocatur יְמִימָה *Iemimach*, à radice *Iom*, quod est dies, quasi dicas, *Diarias* quia ille status tantum fuit, quasi prosperitatis cuiusdam diariæ. Secundus fuit, quando contritus flagellis, & infirmitatibus, suauissimum odorem, & fragrantiam emisit, patientiæ singulariſſimum, & heroicum præbẽs exemplar; quem propterea designauit nomine secundæ filiæ, quam ideo *Casiam* vocauit; est enim cassia frutex aromaticus, cuius in Arabia magna est frequentia, vt dixit Dioscorides *a*, aptus, vt Plinius *b* tradit, ad coronas odoratissimas contexendas, quam propterea Poeta Latinus *c*, inter coronarias herbas recenset, de quibus alibi. Tertius fuit plenę, & perpetuæ (dũ vixit, prosperitatis, & abundantiæ, quo omnibus bonis, amplius multò quam priùs, redundauit; quem apte expresit nomine tertiæ filiæ, quam hac de causa vocauit *Cornustibij*. Græci legunt, cornu Amaltheæ, quod famosissimum fuit, & in vsu sapientum, ad omnium bonorum huius vitæ abundantiam indicandam. Fugiunt enim gentiles, Amaltheam, siue nympha fuerit Iouis nutrix, siue capra cuius lacte fuit nutritus, ab eo pro beneficio susceptо, accepisse cornu, ex quo quicquid optaret, abũdantissimè proflueret, de qua fabula Ouidius *a*, Strabo *b*, Diodorus Siculus *c*, Lactantius *d*, & Nicetas *e* agunt: subditque Nicetas, scripturam sacram aliquando fabularum nomina vsurpare, vtilitatem, quam illæ includunt, non falsitatẽ propinare volens. Nescio tamen, an tam verè, quàm acutè hoc dictum sit: existimo enim tempore Beati Iob, nondũ Amaltheæ fabulam fuisse confictam, cùm gentilium fabulæ, vt Beatus Augustinus ostendit *f*, post Moysi, imo & Iosue tempora incœperint, qui longè posteriores fuerant Beato Iob. Vnde existimo *Cornustibij*, significare vas, securè omnem ornatum, & quod ad pulchritudinem facit, seruans: ex cornib. enim tunc vasa fiebant firma, vt in scriptura sacra sæpè indicatur, quibus quæ securè seruanda erant, imponebant. Stibij autem, quamuis varias significationes authores tradant, omnes conueniunt significare id quod maximè ornatus, & pulchram facit mulieris faciem, de quo alibi. Vnde Cornustibij, est vas continens id, quod ad ornatum, & pulchritudinem facit, continens inquam absque periculo confractionis, quasi dicas: Vas firmum totius pulchritudinis, & ornatus: quo significare voluit Sanctus vir, statum illum vltimum, non conterendum, aut finiendum, dum viueret: sed perpetuò duraturum, abundantem eo omni, quod ad ornatum completum, & plenum faciebat: habuit enim diuitias, facultates, salutem, filios, filias, longam vitam, &c. Dices, cur Sanctus Iob, hæc nomina nõ filijs imposuit, qui præstantiores, & fortiores filiabus erant? Sanctus namque Ioseph filijs nomina imposuit *Ephraim*, & *Manasse*, quæ illum perpetuò suorum successuum admonerent, vt Chrysostomus annotauit. Respondeo, meritò id factum: volebat enim Sanctus Iob, perpetuam totius sui status memoriam iugiter habere; filij autem non sunt tam frequenter, & continuò in conspectu parentum sicut filiæ, quas parentes coram se, & in oculis suis perpetuò tenere debent, domi inclusas, vt illud adimpleant, quod dictum est: *Filiæ tibi sunt? Custodi corpus earum*; & si vxor Beati Iob fuit Dina, vt credunt Philo, & Paraphrastes Chaldæus, quem sequitur Genebrardus (quamuis ego improbabile id reputem) quæ è patris conspectu subtracta, conſtuprata fuit à filio regis Sichem, sciret vtique, & attenderet diligentius, filias suas in conspectu suo continere, ne matri similes existerent. In filiabus itaque quasi in columnis quibusdam, vt verbis Chrysostomi loquar, omnium memoriam factorum inscriptam tenere volebat, per nomina, quæ illis imposuit. Hæc omnia idẽ Chrysostomus prosequens, expendit nomina, quæ filiæ Loth filijs suis imposuerunt, congrua ei, quod in vnoquoque futurum erat. Videꝝ, inquit quantus erat priscorum intellectus, vel potius quanta fuerit Dei sapientia, qui effecerit: vt & mulieres, natis nomina non temerè neque fortuitò imponerent; sed appellarent filios suos iuxta futurorum prædictionem:

¶ 191. *Homil. 64. in Genes.*

Eccl. 7. 26.

Li. 1 Chronolog.

a Li. 1. c. 12
b Li. 21. c. 9
c Vir. Eccl. 2.

a 5. Fastor. & 9. metamor.
b Lib. 10.
c Li. 4. c. 5.
d Li. 1. c. 20
e In c. 42. Iob.

f 18. De ciuit. c. 13.

nem: & rarò inuenies, eodem quo patres nomine appellari filios, vel fortè nunquam; sed siue pater, siue mater, nomen filio impositurus, rarum quiddam, & nouum nomen imponebat, vt per illud aliqua futura præsignificaret. Si igitur tanta fuit hominibus cura circa nominum impositionem, & ita Deus res disponebat, vt vellet vnicuique illud nomen imponi, quod memoriam perpetuò de re ipsa instrueret, neque homines temerè, & inconsultò nomina imponebant, sed per quæ magnam doctrinam menti, & memoriæ adhiberent, quantò magis id de Deo erit sentiendum, qui per suam sapientiam omnibus prospicit, quando nomẽ ex proposito imponit, magnam sine dubio per illud doctrinam tradet. Ecce nomen, quod Deus ipse ore proprio tibi imposuit, & primum, quo te appellauit, tanquam omnium fundamentum, *Homo*: hocque perpetuò voluit te retinere. Obseruat Chrysostomus, rem esse expensione dignam, cur Deus nomẽ primis parentibus, nunquam mutarit, quos vocauit, *Adam*. Solitus fuit Deus nomina commutare, quando aliquam circa homines mutationem facit. Petrum vocari voluit, qui antea dictus fuit Simõ: filios Zebedæi, vocauit *Boanerges*; Abram vocauit Abraham, Sarai Saram, Iacob Israel, &c. Et cum hominem ab illo statu paradisi deiecit, nequaquam illi nomen commutauit, sed confirmauit potiùs. Quem enim primò vocauit *Adam*, id est, terreum, aut puluereũ, postea paradiso eijciens, puluerem, & terram vocauit, dicens: *Puluis es*, &c. vt intelligat, hoc sibi nomen immutabile, & perpetuò conueniens. Alia nomina mutabilia sunt, vt sapiens, diues, pauper, sanus, &c. hoc perpetuò illi, & immutabiliter competit, in prosperis, in aduersis, in diuitijs, in paupertate, in salute, in ægritudine, in iuuentute, in senectute, in dignitate, in vtilitate, & ideo cuique in quocumque statu, & ætate dicitur: *Memento homo*; hoc enim nomen dicitur omnibus conuenire; hoc tibi Deus imposuit, hoc tibi quadrat. Si nomina, quæ Adam cæteris animantib. imposuit, verè illis erant congrua, & explicabant eorum naturam, quippe quæ imposita erant ab eo, qui omnium naturas agnoscebat, & *quodcunque vocauit Adam, ipsum est nomen eius*: quanto magis hoc nomen tibi conueniet, & hoc erit nomen tibi proprium, *Homo*, quod os domini nominauit. Hoc est nomen tuum, tibi conueniens, *Adam*, id est, confictus ex puluere omnium partium mundi, ex eo, quod vanius, inanius, & debilius in vniuerso est orbe, imò vniuersam omnium vilitatem, inanitatem, & defectũ, continet. Nullus tibi hoc nomen auferat, neque dignitas aduenies, neq; diuitiæ affluentes, neque salus robusta, neque nobilitas summa prosapiæ: quia Deus te hoc nomine vocauit, & quodcũque vocauit Deus, ipsum est nomẽ eius. Irridet D. Bernardus stultam Iudæorum contentionem, qui à Pilato quærebant, vt nomen quod in crucis titulo erat scriptum deleret, longè enim crucifixus ab illo videbatur abesse, qui non Iesus, id est, saluans, sed periens, & moriensinõ rex, sed vilissimus omnium apparebat. Insipientes illi, non attendentes, illud nomen à Deo impositum fuisse Christo, ideoque semper illi conuenire, nõ solum cùm saluare videbatur, suscitãs mortuos, mundans leprosos, liberans à dæmonibus obsessos; sed cùm magis distare ab officio Saluatoris videbatur: tunc enim congruentius, & aptius nomen illi conueniebat. Erat à Deo impositum, qui noueras in eo, quod videbatur longè à salute, clamans: *Longe à salute mea verba delictorum meorum*, & in eo, quod apparebat despectus, & quasi leprosus, verius nomen Saluatoris posse retinere. Contendunt similiter apud te multi, vt nomen à Deo tibi impositum deleas, qui longè videris à puluere, & terra constitutus, cum es diues, cùm sanus, cùm mobilis, cùm pulchram te vides, & formosam: attende, nunc maiori conatu nomen retinendum, quod semper tibi conuenit, quippe quod à Deo impositum est, & nec diuitiæ, nec honores, nec salus, nec pulchritudo illud delebunt: quisquis enim sis, siue diues, siue nobilis, siue pulchra, siue speciosa; iam tibi nomen à Deo impositum fuit, & *qui futurus est, iam vocatum est nomen eius, & scitur, quod homo sit*, cujus te admonet

Hom. de ea, Saluatis proximi, citata.

Serm. 1. de resurrect.

Psal. 21. 2.

¶ 192.

Eccle-

Ho. de cura ſalutis, ſeu de nomine Abraham citat.

Eccleſia, *Memento homo, &c.* Ex his conſidera egregium Beati Chryſoſtomi documentum, miſericorditer Deũ tecum egiſſe, tale nomen tibi imponendo, quod tam in proſperis, quam aduerſis magnum afferat adiumentũ. In cuius confirmationem expendit, quæ cœpimus dicere de Sancto illo Deique amiciſſimo Abrahã, cui Deus ſingulari conſilio diſpoſuit, nomen Abram à parentibus imponi, in magnũ adiutorium, & ſolatium ipſius. Quod ſi dicas, inquit Chryſoſtomus, parentes Abrahæ iniuſtos fuiſſe, neque placuiſſe Deo, nec extitiſſe prophetas, qui futura prænoſſent, qui neque quæ Deus Abrahæ erat daturus, ſuſpicati fuerant: reſpondeo, opus fuiſſe diuinæ ſapientiæ per incredulam linguam diſpenſantis, vt puero nomen imponeretur tale, quod in ſe haberet futurorum hiſtoriam, ſicut, & eandem virtutem in Balaam declarauit. Quod confirmat etiam ex parentibus Noè, qui iniuſti erant, & tamen Lamech pater eius, Deo inſtigante, nomen illi impoſuit, quod præcipuam vitæ futuræ ipſius contineret hiſtoriam, quæ late ibi proſequitur Chryſoſtomus.

Ad Heb. 11 3. 9. 10.

Inſpirauit ergo parentibus eius, quem inſignem amicum habiturus erat, vt ſingulare nomen ei imponerent, vocantes *Abram*, quod ſignificat tranſitorem, ſeu peregrinum, vt tale nomen perpetuum ei adiumentum præſtaret, tam in proſperis, quam aduerſis: ex quo, vt Apoſtolus declarat, verè ille magnum habuit ſuæ ſalutis auxilium: cum enim ſibi proſpera eueniebant, & diuitiæ, ac facultates ipſius multiplicabantur: ne nimis eis afficeretur, & cor non apponeret, recordabatur nominis ſui, expendebatque ſe peregrinum, cui ſtatim eſſet recedendum, relinquendo in mundo omnia, quæ in eo acquiſiſſet: ſi aduerſa eueniebant bono fortique erigebatur animo, idem nomen ſuum, attendens, & conſiderans, ſe peregrinum, cuius peregrinatio ſtatim eſſet finienda, quod nullus eſt à patria peregrinus, qui nõ innumera incommoda incurrat, quæ æquanimiter tolerat, ſpe citò perueniendi ad illam. Grande ſine dubio Deus miſericordiam Abrahæ præſtitit, cui nomen imponi curauit, aptiſſimum vitæ, quam habiturus erat, quod eſſet baculus, quem in via vitæ ſecum ferret, cui inniteretur: miſericordius tamen in hac parte nobiſcum egiſſe viſus eſt, qui volens ſimile adiutorium, aut ad vitam ſecurè agendã, baculum miniſtrare, cui innitamur, non per parentes noſtros, neque verò per Angelos miſſos, nomen imponit: ſed ipſemet innumeris annis antequã eſſes, iam tibi nomen deſignauit, *vocauit*, inquit *eos, Adam*, id eſt, homo: præſcius enim grandium periculorũ, quæ in via vitę homo erat incurſurus, quod ex proſperis eleuaretur, ex aduerſis deficeret, ex rerum abundantia obliuiſceretur Dei, &c. nomen impoſuit, quod in omnibus periculis adiumentum afferret. *Si* proſpera cor tuũ pulſant, vt te erigas, memento quia homo es, terra, & puluis, quem ſubito proijciet ventus à facie terræ: ſi ſalus te excitat, vt ſecuram vitam tibi promittas: memento quia puluis es, qui nulla ſecuritate conſiſtit: ſi pulchritudo te ad vanam iactantiam trahit: memento quia terra es, & lutum, quod ſtatim fętore, & putredine plenum erit: ſi aduerſa animum circumdant, pauperies, infirmitas, inimicorum perſecutio: memento te puluerem, & terram, & omnibus animalibus viliorem, cui non incongruunt miſeriæ, imò nullibi ſunt magis in proprio loco, quam in te, vt ſtatim dicemus. Ecce baculum, cui innitaris, *Memento homo.*

§. 27. *Sicut Theologi definiunt Deum, quod eſt vniuerſa perfectio, ita Dauid hominem, quod eſt vniuerſa vanitas.*

¶ 193. *Li. de mät. Sina & Sion.*

HIs, quæ nunc iuxta B. Cypriani doctrinam diximus, hominem conditum à Deo ex pugillo pulueris, quaſi collecto ex omnibus quatuor mũdi partibus, excellenter concinit illa hominis definitio, quam tradidit Dauid dicens: *Veruntamen vniuerſa vanitas omnis homo viuens*, quam etſi ſæpè induxerimus, tot tantaque continet myſteria, vt poſſimus adhuc illam iuxta doctrinam expoſitam declarare. Innumeræ ſunt hominis definitiones, nullus fuit Philoſophus, qui non ſuã tradiderit, iuxta modum, quo vnuſquiſque naturam hominis concipiebat. Quidam dixerunt, hominem eſſe bullam aquæ, alij eſſe luſum fortunæ, & quaſi pilam, quam fortuna ludẽs nunc in altum, nunc ad ima demittit, de quibus multa authores tradunt: cæterum Dauid excellentiorem multo tradidit definitionem. Fuit ille ſapientiſſimus Magiſtris ſuis, & doctoribus, imo & omnibus antiquioribus, & priſcis ſapientibus ſapientior, qui dicebat: *Super omnes docentes me intellexi, ſuper ſenex intellexi, &c.* Qui dixit ad Deum loquens: *Incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi*. Inter alia autem ſapientiæ ſuæ monimenta, duas hominis definitiones tradidit, quas expoſuit, occaſione conferendi hominem cum Deo. Sunt enim homo & Deus, quaſi in duobus omninò extremis poſiti, & ſumma, vt ita dicam, oppoſitione contrarij, oppoſita autem iuxta ſe poſita magis eluceſcunt. Supponit autem vtramque definitionem tradens, ſe præcipuè velle, excellentiores, nobiliores, ſapientiores, & ſupremos inter homines definire. Primam definitionem tradidit, probaturus id, quod dixerat: *Subſtantia mea tanquam nihilum ante te*: hoc enim demonſtrat, definiens quod ſit homo excellens, ſtans, bonis omnibus terrenis præſtans. *Veruntamen*, inquit, *vniuerſa vanitas omnis homo viuens*. Quaſi dicat: Non ſolum ſubſtantia mea tanquam nihilum ante te, verum etiam omnium hominum ſubſtantia: nam omnis homo viuens, eſt *Vniuerſa vanitas*. Secundam autẽ tradidit, probaturus in ſolo Deo ſpem reponendam, non in homine, *in Deo*, inquit, *ſalutare meum, & gloria mea, Deus auxilij mei, & ſpes mea in Deo eſt: ſperate in eo omnis congregatio populi*. Poſt quæ ſtatim ſubdit: *Veruntamen vani filij hominum, mendaces filij hominum in ſtateris, vt decipiãt ipſi de vanitate in idipſum*. Expende illud, *veruntamen*, quod quaſi aduerſatiuum eius, quod dixerat eſt, ac ſi diceret: Sperate in Deo, verumtamen nullatenus in hominibus, nam eorum præſtantiores ſunt vani, & mendaces, ipſa vanitate vaniores: hunc enim in Hebræo ſenſum verba habent, vt dicemus. Has duas definitiones vt expendamus, quoniam Dauid eas tradit, homines Deo ipſi opponens, obſerua, Deum duabus definitionibus à Theologis definiri, iuxta D. Dionyſij doctrinam: vt omittamus illum communem definiendi modum, omnibus notum, per negationes. Primus eſt per affirmationem omnis perfectionis. Si ſcire vis, quid ſit Deus, omnes in vniuerſum perfectiones collige, & vnum quid ex illis conſtitue, & hoc eſt Deus. Omnia creata intellectu luſtra, & percurre, & vide quicquid perfectionis in quaque re deprehenderis, & omne illud ſemotis imperfectionibus in vnum adiunge, illudque Deum eſſe intellige. In corporibus inuenis perfectionem eſſendi, nam ſunt in plãtis perfectionem, quod intra ſe habent principium motus, & à ſe mouentur: in animalibus, quod viuunt: in hominibus quod intelligunt: in Angelis quod omni materia ſunt expertes: in cœlo vides incorruptionem, in Sole lucem, in Luna pulchritudinem, in ſtellis refulgentiam, in aromatibus odorem, in floribus venuſtatem: in vno vides ſapientiam, in alio bonitatem, in alio ſalutem, in alio iuſtitiam, in alio miſericordiam, &c. Omnes has perfectiones in vnum coniunge, ſe mouendo quicquid imperfectionis eſt, & hoc Deum eſſe intellige: quomodo ſe ipſum Deus ipſe definiuit,

Pſal. 38. 6. *Pſ. 118. 99* *Pſal. 50. 8.* *Pſa. 38. cit.* *Pſ. 61. 7. 8.*

finiuit, Moyſen alloquens: *Oſtendam tibi omne bonum.* Exo.33.19 Ecce quid eſt Deus, vniuerſa bonitas, & perfectio. Vnde colligunt Theologi, neminem qui clarè videat Deum, poſſe illum odio habere, non enim odio haberi poteſt, niſi quod aliquam rationem mali habet: ſi autem Deus clarè videatur, apertè conſpicitur, nullam penitus in illo eſſe rationem mali, ſed totius boni congeriem, & totius deſiderij ſatietatem: ſi vitam, ſi ſapientiam, ſi diuitias, ſi ſalutem, ſi pulchritudinem, ſi quicquid aliud deſiderari poſſit, exoptas, in illo reperitur. Vnde Sanctus Apoſtolus Ioannes illam traxit propoſitionem: *Qui dicit ſe* 1. Ioa.2.4. *neſſe Deum, & mandata eius non cuſtodit, mendax eſt.* Quaſi dicat: Qui dicit, ſe noſſe Deum, & non eius amore capitur, & toto corde illi ſeruire contendit: mendax eſt: loquiturque de perfecta cognitione, non de imperfecta, & mortua, qualem multi fideles ¶ 194. peccatores habent. Secundus autem modus definiendi Deum, altior eſt, quem B. Dionyſius ſupremum cenſet, per negationes ſcilicet exuperantiæ, quando ſcilicet omnes perfectiones, quas homo cogitare poteſt, in vnum coniungit, illaſque de Deo negat, aſſerendo, Deum non eſſe illud, ſed eſſe aliquid illo ſuperius, & excellentius. Vnde dicere ſolitus fuit Dionyſius, Deum non eſſe bonum, ſed ſupra bonum; non eſſe ens, ſed ſupra ens, &c. Ecce modum egregium, quantum in hac vita fieri poteſt, definiendi Deum. Omnem perfectionem, & omne eſſe, & quicquid habet rationem boni, cogita, & in vnum collige omnem ſapientiam, quam mens tua poteſt aſſequi, potentiam, bonitatem, diuitias, maieſtatem, gloriam, benignitatẽ, &c. Et poſtquam vnum quid ex eis conflaueris, dicito: Deus eſt, qui non eſt hoc, ſed ſupra hoc: non bonitas, ſed ſupra bonitatem: non ſapientia, ſed ſupra ſapientiam: non potentia, ſed ſupra potentiam, &c. non enim Deus eſt, quod tu mente capis, & apprehendis, ſed eo ſuperius: & quantumcumque mentem eleues, ad id conſiderandum, quod tibi videtur, omnia quæ vides tranſcendere, parum eſt id omne, quod tu cogitas, aut intelligis, vt illud Deum eſſe intelligas. In quem ſenſum poſſumus illud accipere, *Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus.* Pſal.63.8. Aſcendat homo corde, & mente quantum poterit, excedat mente, & vnum quid cogiter omnibus ſupremum; tunc exaltabitur Deus: quia Deus non eſt illud, quod cogitat, ſed aliquid altius, & excellentius: de qua re loquitur egregiè B. Gregorius. Iuxta hos duos modos definiendi Deum, Dauid hominem voluit definire, & per oppoſitum quidem Dei. Primò per affirmationes vanitatis, ſecundo per negationes exuperantiæ. Prima definitio, *Vniuerſa vanitas, omnis homo viuens.* Conſidera Deum in vno extremo, & hominem in altero penitus cõtrario conſtitue, & ſicut Deum definiſti per affirmationem vniuerſæ perfectionis: defini hominem per affirmationem vniuerſæ imperfectionis. Omnia creata intellectu percurre, & vide quid in quaque re imperfectionis, defectus, & vanitatis inueneris, ſicque omnes rerum imperfectiones ab illis abſtrahe, & in vnum collige, & congeriem vnam omnium vanitatum facito, hocque eſt homo: *Vniuerſa vanitas.* Quid habent imperfectionis corpora omnia, quæ vides, & tangis? quod diuiduntur, & conteruntur. Quid viuentes floridæque plantæ? quod ſubito exiccantur, & moriuntur. Quid animalia pulcherrima, agilia, & viuacia? dolores, plagas, timores, contentiones, rixas inter ſe. Quid Angeli, omnibus quæ vides, ſuperiores? volubilitatem, & mutationem cogitationum. Quid flores pulcherrimi, herbæque quæ ſua viriditate delectant? citò tranſeunt. Quid placidus aer, quem ſpiras? in momento diſſoluitur. Quid flamma lucida, quæ te illuminat? ad leuem flatum extinguitur. Quid fumus in altum ſe extollens? à minimo, ſubitoque vento diſſipatur. Omnes has vanitates, & imperfectiones, ſemotis perfectionibus in vnum congere, & hominem eſſe intellige. *Verumtamen vniuerſa vanitas omnis homo viuens.* Expende vim illius aduerbij, *Verumtamen*, quam ſupra cœpimus indicare. In Hebræo eſt *Ach*, quod etſi ſæpè ſignificet idem, quod certè, ſanè, ſine dubio,

9. Mor. c. 10. & lib. 26.c.8.

dubio, sæpius tamen significat idem, ac
Brix.to.1. fol.25. in principio. *tantum, solummodo*, vt cum dixerunt
fratres Moysi: *Num per solum Moysen*
Num.12.2 *locutus est dominus?* Pagninus, *nunquid*
dumtaxat, per Moysen, &c. Regia, *nunquid*
tantum in Moyse, &c. Et cum scri-
ptura exponit, omnes fuisse mortuos
Gen.7.23. per aquas diluuij, *Remansit autem solus*
Noe, id est, solummodo, dumtaxat,
& qui cum eo erant in arca, &c. Vnde
non incongruè transferes: Tantum-
modo vniuersa vanitas omnis homo
viuens, quomodo transfert B. Hiero-
nymus; quomodo etiam Pagninus, &
Regia aduerbium *Ach*, transtulerunt
in alia simili Dauidis sententia, statim
exponenda. Sicut ergo Deus est tan-
tummodo vniuersa perfectio, id est,
habens omnium rerum perfectiones,
seclusis imperfectionibus, ita homo
tantummodo est vniuersa vanitas, id
est, habens vniuersas imperfectiones
seclusis perfectionibus, id quod excel-
¶ *185.* lentissimè confuetam suam eloquen-
Hie. in Psa. tiam excedens Chrysostomus, hanc
38. qua dicitur post expositionē hominis definitionem expendens an-
notasse visus est, ita dicens. Homo vt
Psal.to.1. ignis incenditur, & instar arundinis in
cinerem occidit: vt procella extolli-
tur, & vt pulvis terræ adæquatur: vt
flamma excitatur, & instar fumi dissi-
patur: vt flos forma est præstanti, &
vt fœnum exiccando imitatur: vt nu-
bes conglobatur, & tanquam gutta
imminuitur: vt denique bulla infla-
tur, & scintillæ instar extinguitur:
perturbatur, & insatiabili cupiditate
fœdum tetreumque odorem sibi parit:
perturbatur, & cum ei perturbatio
nulli vsui fuit, extinguitur. Eius sunt
motus, & perturbationes, aliorum de-
litiæ; eius labores, aliorum thesauri:
eius curæ, aliorum voluptates: eius
aduersæ res, aliorum secundæ: eius
execrationes, aliorum clientelæ: eius
rapinæ, aliorum voluptates: eius ge-
mitus, aliorum omnium rerum abun-
dantia: eius lachrymæ, apud alios pe-
cuniæ: ipse denique in inferis supplici-
jis afficitur, alij contra bonis eius cum
cantu perfruuntur: veruntamen fru-
stra conturbatur omnis homo viuens.
Homo vitæ vsura quæ ad tempus du-
rat, mortis non fictum debitum, con-
sulto indomitum animal: improbitas,
quæ per se docetur, insidiæ, quæ spon-
te sua docentur, id quod arte instru-
ctum est ad maleficium, quod ad iniu-
riam industria præditum est, ad auari-
tiam compositum, & paratum, ad ex-
pletionem insatiabile, natum ad per-
fidiam, & infinitus spiritus, gloria o-
stentatrix, exultatio, & ferocia, quæ fa-
cilè sedatur, elatio, quæ paruo negotio
deletur, audacia, quæ facilè capitur,
cœnum arrogantiæ plenum, cinis sedi-
tiosus, pulvis elato animo, cinis infla-
tus, scintilla, quæ facilè extinguitur,
flamma, quæ facilè marcescit, lucerna
instabilis, lignum, cuius interitus pro-
cliuis est, fœnum, quod exaruit, her-
ba, quæ facilè ac citò moritur, natu-
ra, quæ facilè conficitur, & consumi-
tur: qui hodie minatur, & cras excidit
è vita: qui hodie diuitijs abundat, cras
sepulchro tegitur: qui hodie regia co-
rona ornatur, & cras inhumatur: qui
hodie purpura fulget, & cras effertur:
qui hodie in thesauris versatur, & cras
in bustis: qui hodie cum assentatori-
bus viuit, cras cum vermibus; qui ho-
die est, & cras nullus est: qui nunc à
cohorte custoditur, & paulo post lugē-
tur, qui in secundis rebus tolerari non
potest, & in aduersis nulla considera-
tione leuari potest: qui se ignorat, &
in his cognoscendis, quæ naturam ip-
sius longè, multumque superant, cu-
riosè occupatur: qui id quod adest, &
præsens est nescit, & de rebus futuris
cogitat: qui natura sua mortalis est,
& animi elatione ductus, vt sibi vide-
tur, immortalis est: omnium morbo-
rum proposita accessio, facillimum
omnis perturbationis domicilium,
quotidianum febrium sine vllo defe-
ctu gymnasium, omnis denique do-
loris paratum diuersorium, homo est.
Quanta nostræ abiectionis tragœdia?
quantus nostræ abiectionis, & ob-
scuritatis triumphus? Quot quanta-
que protuli? cum interea, nihil pro-
phetica hac voce aptius inuenerim:
Verumtamen vanè conturbatur omnis
homo viuens, &c. Ita Chrysostomus,
qui ad vnam, quam Dauid de homine
tradit definitionem explicandam; si
exactè omnia proposita expendas ver-
ba, sexaginta inuenies epitheta, tan-
quam sexaginta excellentes homi-

nis

definitiones, circa quas poſſemus integrum tractatum componere. Eloquenter certè Chryſoſtomus locutus fuit, cuius verba in proprio idiomate Græco omnem eloquentiam ſuperant, ſed è Latino in noſtrum Hiſpanicum eloquentiſſimè conuertit Regius Concionator famigeratiſſimus noſter Cabrera, in ea concione, quę penultima vitæ eius fuit, quam in exequijs æternę memoriæ inuictiſſimi Regis Philippi ſecundi, coram eius filio Philippo tertio Rege, & domino noſtro Matriti habuit, quæ typis excuſa, communis eſt in omnium manibus. Vide ergo, quàm rectè & acutè Dauid ante oculos habuit hominis formationem; conſiderans quomodo Deus eum effinxerit, puluerem quaſi ex totius vniuerſi partibus in vnum colligens, & congerès. Non ex Orientis parte collegit auroræ radios, aut vniones Orientales, aut aurum fulgidum, ſed puluerem. Non ex regione occidentis accepit nubeculam aliquam ſplendidam, ex ijs, quæ Occidente Sole, pulcherrimæ apparent, ſed puluerem. Non ex meridiana plaga accepit Solis radios clariſſimos, ſed puluerem. Non ex Aquilone Stellam aliquam fixam, ex ijs, quæ clariores apparent in Polo, aut circa Polum Arcticum, ſed puluerem; vt meritò dicat: *Tantùm vniuerſa vanitas omnis homo viuens.* Hinc S. Auguſtinus acutè expendit, rectè Dauidem poſtulaſſe? *Exurge Domine, non prævaleat homo.* Quid eſt, inquit. Non prævaleat homo? Nonne Apoſtoli homines erant? Nonne Martyres homines erant? Ipſe Dominus Ieſus Deus eſſe non deſiſtens, homo eſſe dignatus eſt. Quid eſt ergo? Exurge Domine, non prævaleat homo? Si vniuerſa vanitas, omnis homo viuens, idem erit: Non prævaleat homo, non prævaleat vanitas, non prævaleat mendacium, &c. Hæc de prima definitione.

Serm. 31. de verbis Domini.

§. 28. *Sicut definitur Deus per negationem exuperātiæ omnium perfectionum; ita homo per negationem exuperantiæ omnium imperfectionum.*

¶ 197.

ALtius tamen Dauid rem totā expēdere volens, ſecundā addidit hominis definitionem per negationes exuperantiæ. *Verum tamen*, inquit, *vani filij hominum, mendaces filij hominū in ſtateris; vt decipiant ipſi de vanitate in idipſum.* Difficilia verba, ſed quæ ſi plenè expendantur, altiſſimā cōtinent doctrinā. In primis in Hebræo illa vox *Vani*, non habetur in concreto, ſed in abſtracto, *Hebel*, quæ vanitatem ipſam ſignificat: vnde Hieronymus trāſtulit: *Vanitas filij hominum.* Aduerbium, *Verumtamen*, eſt in Hebræo *Ach*, quod vt diximus, idem pollet, atque *tantummodo*, quomodo Pagninus, & Regia: *Tantū vanitas filij hominū*, vt videas, quomodo Dauid ſibimetipſi cohæreat. Quod ſequitur: *Vt decipiant ipſi de vanitate in idipſum*, Hieronymus tranſtulit; *In ſtateris doloſis fraudulenter agunt*; quia nihil magis curant, aut contendunt homines, quam ſe inuicem decipere per menſuras doloſas & fallaces. Cæterum, qui vim Hebræi ſermonis expendunt, intelligunt egregiā hominis definitionem traditam. Ita enim iuxta Hebręum congruè leges: *In ſtatera ſi ipſi aſcendant pariter, leuiores ſunt vanitate*, quomodo pij, doctique authores, Titelmanus, Genebrardus, Ianſenius. Quaſi dicat: Vniuerſos homines ſimul accipe, pariter in vnum, reges, principes, ſapientes, nobiles, diuites, &c. & in vna parte trutinæ, aut in vna bilance ſtateræ eos omnes pariter conſtitue, in alia ſolam nudam & ipſiſſimam vanitatem, leuitatem, & imperfectionem: & eos deprehendes, ipſiſſima vanitate, & leuitate leuiores, & vaniores, & ipſamet imperfectione imperfectiores. Vide egregiam hominis definitionem per negationē exuperantiæ: quaſi dicat: Omnes vanitates, quas mente potes aſſequi, & cogitatione effingere, in vnum congere;

Pſ. 61. 10.

Hieronym.

In Pſa. 61. annotat. ex Hebr.

gere; & earum omnium facito vnum cumulum: non hoc eſt homo: ſed aliquid vanius, inanius, & imperfectius, ſicut de Deo per oppoſitum dicebamus, facta congerie omnium perfectionum, & entitatum, illam non Deũ, ſed Deum aliquid illa perfectius, & ſo lidius. Quantumcunque itaque vanitates omnes colligas, intelligas, cogites, & in vnum colligas; adhuc homo vanior, leuior, & imperfectior eſt. Ex his credo, alio etiam ſenſu ab eo, qui communiter receptus eſt, explicari poſſe verbum illud *Tecel*, quod vnum erat ex illis, quæ ſententia à Deo contra Baltaſſarem prolata continebat, & Sanctus Daniel expoſuit, *Tecel, appenſus es in ſtatera, & inuentus es minus habens*. Quoniam minus habuit Baltaſſar, Inuentus eſt habuiſſe minus: quæro: Minus habuit, quàm quid? quidnam in alia bilance ſtateræ poſitum fuit, vt minoris ponderis illo eſſet Baltaſſar? Nihil certè ſed poſitus Baltaſſar in vna bilance ſtateræ, & in alia nihil: inuentus eſt Baltaſſar minus habens quàm nihil. Non appenſa ſunt illius accidentia, vt diuitiæ, aut voluptates, aut mundana gloria; ſed ipſius tota ſubſtantia; ipſemet Baltaſſar rex potẽtiſſimus, ſupremus totius orbis monarcha, validus, ſanus, fortis, &c. & inuentus eſt ipſa vanitate vanior, & inanior, & quod minus eſſe habebat ipſo nihilo, de quibus alibi agemus explicantes, quomodo homo per peccatum efficiatur vanior ipſa vanitate, & minus habens ipſo nihilo. Sicut igitur Deus perfectior eſt omni perfectione, quam poſſumus cõcipere; ita homo vanior eſt omni vanitate, quam poſſumus imaginari. Vnde ſcripturæ ſacræ hanc hominis vanitatẽ à ſolo Deo perfectiſſimè cõprehendi indicant: ſicut enim anguſtus eſt intellectus omnis creatus ad Dei perfectionem plenè capiendum, nam quacumque intellecta, quamuis excellentiſſima, & in quocunque gradu, etiam reſpectu mẽtis noſtræ ſummo; adhuc eſt maior Dei perfectio: ita non ſufficit intellectus creatus hominis vanitatem perfectiſſimè comprehendere: nam quacumque intellecta, adhuc vanior, & imperfectior eſt. Egregiè Sophar Nahamathites amicus beati Iob, de Deo loquens: *Ipſe*, inquit, *nouit hominis vanitatem*. In Hebræo, pro vanitate habetur nomẽ *Saue*, cum aleph in fine, quod in ſcriptura ſacra ad omnem vanitatem accommodatur, ad id ſcilicet quod quis vanè & inaniter machinatur, vt cum dicit Ieremias: *Prophetæ tui viderunt falſa, & fulta*: ad mendacia omnia, quæ quia ſolida veritate carent, vana dicuntur: vt cùm dicit Deus ad Ezechielem de pſeudo prophetis: *Vident vana, & diuinant mendacium*: ad ea etiam quæ infirma ſunt, vt *ſalus hominis* dicitur *vana*: ad illa quæ ſubitò tranſeunt, & euaneſcunt, quomodo dixit Iob, *Sehabuiſſe menſes vacuos*, aut vanos. Non ergo eſt, cur vox, Saue, ad mendacia reſtringatur, quæ omnis generis vanitatem exprimit. Hanc ſolus Deus plenè comprehendendo nouit, plenè capiẽs, quàm vanus, quàm inanis, quàm mendax, quàm imperfectus ſit homo, eo modo, quo profundum prauitatis cordis humani, ſolus Deus dicitur cõprehendere apud Ieremiam. Et his cõcinit illa Dauidis ſententia: *Ipſe cognouit figmentum noſtrum*. Ito igitur nunc miſer, tuam progeniem iacta, tuam nobilitatem extolle, tuam pulchritudinem effehe, tuas diuitias profer to, ſuper aſtra te eleua, quaſi à Sole, & Luna genitus eſſes; cœlis teipſum præfer, quaſi viliores teipſo æſtimans, qui nihil es aliud, quàm vniuerſa vanitas, imò omni ipſa vanitate vanior.

Dan. 5. 27. ¶ 197.

Iob. 11. 11.

Thrẽ. 2. 14

Ezec. 16. 6.

Pſ. 59. 13.

Iob. 7. 3.

Iere. 17. 9.

Pſ. 102. 14.

§. 29. *Conſiderans teipſum, ſapiens euades, vt Ieſus Sirach, idque faciendum impoſuit Sponſus.*

EX his aliquas ſacræ ſcripturæ propoſitiones nunc aptè expendere poteris. Prima ſit illa, quam Deus dixit per Prophetã Michæam: *Humiliatio tua in medio tui*, id eſt, intra teipſum eſt, interna eſt tibi, nec oportet ad alienas domos, aut naturas te conuertere, aut per externa vagari, ad humiliationẽ quærẽdam. Totalis tuæ ſuperbiæ occaſio eſt, quòd perpetuò, quę extra te ſunt, conſideras, & nunquam teme-

¶ 198.

Mich. 6. 14

tipſum,

ipſum, nec ad ea quæ in medio tui ſũt, oculos conuertis: aſpicis parẽtes tuos, & maiores, qui longè diſtant; quorum nec cineres extant, nec inueniuntur; diuitias, quas in arca habes recónditas, ſedem dignitatis, in qua ſedes, ſeruos circumſtantes, veſtes externè operientes, homines te venerantes, & honore proſequentes: ad te ipſum mentem conuerte: *humiliatio enim tua in medio tui*. Vide corpus tuum ex puluere, animam tuam ex nihilo, te vniuerſæ vanitatis congeriem, quem tempus conſumit, aqua ſuffocat, ignis comburit, infirmitas omnis generis debilitat, mors deijcit, vermes comedunt, & nullum eſt iniquitatis genus, quod non à conflatorio capitis tui procedat. *Humiliatio* igitur *tua in medio tui*. Septuaginta legunt: *Eũtiam te in temetipſum*, vt humilieris, & omnem
2. Macha. 13.4.5.6. faſtum deponas: ſicut ſuperbum Menelaum in aceruum cineris eijciendum conſtituit, vt ibi omnis eius ſuperbia abſumeretur. Te ipſum intra temetipſum proijciam tanquam in aceruum totius miſeriæ, vt ad te oculos tuos conuertas: nihil enim videbis interius, quod non ad humilitatem prouocet, & excitet. Intra temetipſum, egregiæ ſapientiæ ſcholam, & aulam habes. Sedeat intra te mens tua, & quæ intra te ſunt, tibi exponat, & diſcutiat: intellectus intra cor tuum, tanquam in cathedra reſideat, ad inſtar doctoris, qui perfectè vult diſcipulum inſtruere, explicandum aſſumat, tui ipſius principia, cauſas, & elementa, ex quorum notitia, vt Ariſtoteles docuit, omnis ſcientia prouenit; in medio namque tui, quæ ad docendum te conducunt, reſident. Ita agens ſanctus ille Ieſus filius Sirach, quem Spiritus ſanctus aſſumpſit tanquam calamum, & linguam, per quam admirandam doctrinam, conſilia, & parabolas totius libri Eccleſiaſtici traderet, ſapientiſſimus euaſit, vt ipſemet in fine libri enar
Eccl.51. 18.19. rat. *Cum adhuc*, inquit, *iunior eſſem, priuſquam oberrarem, quæſiui ſapientiam palam in oratione mea. Ante templum poſtulabam pro illa, & vſque in nouiſſimis inquiram eam*. Grandi deſiderio ſapientiæ tenebatur: hoc enim primò requiritur ad eam habendam, quia vt Sapiens dixit: *Initium illius, veriſſima eſt diſciplinæ concupiſcentia*. Et tam grande bonum eſt huiuſmodi deſiderium, vt non niſi ex peculiari Dei fauore, & dono ſpeciali habeatur, quod concedit ijs, qui toto corde ei obſequuntur, vt ipſemet Sapiens prædixerat: *Cogitatum tuũ*, inquit, *habe in præceptis Dei, & in mandatis illius maximè aſſiduus eſto, & ipſe dabit tibi cor, & concupiſcentia ſapientiæ dabitur tibi*: quamuis enim omnis homo naturaliter deſideret, vt dixit princeps Philoſophiæ, & à natura oriri videatur deſiderium ſapientiæ, non tamen huius, quæ ſalutem operatur, quæque contraria eſt ſapientiæ carnis, & mundi, & noſtro appetitui, & concupiſcentiæ. A Deo igitur vir ille ſanctus donatus hoc deſiderio, *quæſiuit ſapientiam palam in oratione*: eſt enim Deus author huius ſapientiæ, & *omnis ſapientia à Domino Deo eſt*, vt ipſemet tanquam fundamentum libri ſui conſtituerat, ab illoque eam poſtulare debet, qui illam vult obtinere. *Si quis indiget ſapientia*, inquit Iacobus Apoſtolus, *poſtulet à Deo*. Poſtulabat eam hic vir ſanctus, ad templi fores conſiſtens: *ante templum*, inquit, *poſtulabam pro illa*. Quæres, an eam inuenerit, & dico, reuera inueniſſe, ipſe enim id docet: & explicat modum quo inuenit, poſt pauca ſubdens: *Animam meam direxi ad illam, & in agnitione inueni eã*. In Græco habetur, *In purgatione*, aut *purificatione*: quod multi intelligunt de purificatione à peccatis, quam Paulus *purgationem peccatorum* vocat: *in maleuolam enim animam non introibit ſapientia, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis*. Sicut ergo qui medicamentum aliquod vult accipere, quod ſalutem, & optimam valetudinem conferat, primò purgat corpus humoribus noxijs; ita qui ſapientiam diuinam recipere parat, per quã ſalutem animæ conſeruet, prius debet eam purgare iniquitatibus, & peccatis. Cæterũ Ianſenius credit ſermonem fieri de cognitione ſui; & id cenſet exprimi illis verbis: *In agnitione inueni eã*. Quaſi dicat: Animã meam direxi, & ordinaui ad ſapientiã quærendã, & in agnitione mei ipſius inueni eam: quærebã ſapientiam extra me, ſicuti quærunt Philoſophi, conſi-

Sap.6. 18. Eccl.6.37. Ariſtot.1. Metam. Eccl.1.1. Iob.1.5. Eccl.51.21 ad Heb.13 Sap.1.4. ¶ 199.

considerantes naturas rerum; Astrologi contuentes cœlorum motus, & siderum aspectus; Cosmographi, lustrâtes varias orbis provincias; Mathematici oculos convertentes ad numeros & figuras; & non inueni: direxi animam meam & oculos meos, vt quæ intra me sunt, considerarem, & inueni illam ignitionem mei; hoc namque est quasi fundamentum veræ sapientiæ, cognoscere quis sis, quis fueris, quis futurus sis, vnde corpus tuum processit, vnde anima aduenit, quàm vilis conditionis sit corpus, quam exiguæ virtutis anima, quot, quantisque miserijs subiecta vita, quàm exiguum cum tædio tempus quo illa agitur, &c. Quia hæc cognitio tui ipsius, & consideratio eorum quæ intra te sunt, deficit, ad extrema totus defluis, ideo in mala innumera incidis. Iuxta hanc doctrinam explicat bona pars sanctorum Patrum, sententiam quandam diuini Sponsi, Sponsam suam alloquentis, & instruentis. Petierat illa sibi scientiam & notitiam dari, qua nosset, vbinam Sponsus esset, & vbi posset eum inuenire, quasi quærens veram sapientiam: est enim Sponsus, *Dei virtus & Dei sapientia*; vnde cum interpellat, dicens; *Indica mihi quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie*, Cui ille respondit. *Si ignoras te, ò pulcherrima mulierum, egredere, & abi post vestigia gregum tuorum, & pasce hœdos tuos, iuxta tabernacula pastorum*. Hæc verba obscura indicat Augustinus *a*, & quæ continent obscurum mysterium. Et quidem de ignorantia sui ipsius loquitur Sponsus *b*, censent sancti Patres, Ambrosius *b*, Hieronymus *c*, Augustinus *d*, Gregorius *e*, Bernardus *f*, & D. Thomas *g*, exilimantque planum horum verborum sensum desumi ex eo, quod Sponsa rem grandem ilatim in principio posiulasse visa fuit, nosse scilicet & scire, quæ ad Sponsum cius que oues pertinebant, vbi eas pasceret, accubare faceret, accubaretque ipse, & requiescere faceret propterea diuinus Sponsus eam reprimens, & continens, docet ad plenam sui, & cuium suarum cognitionem & sapientiam de se & cuibus suis habendam, incipiendum esse Sponsæ à propria sui cognitione, & hanc supponendam, vt ad Sponsi & aliorum cognitionem deueniret, priusque cognoscenda, quæ intra ipsam erant, quam procederet ad cognoscenda quæ extra: sicut olim sanctus Moyses, inquit Bernardus *h*, quoniam multum præsumebat de gratia, & familiaritate, quam inuenerat apud Deum, aspirabat ad quâdam visionem magnam dicens: *ì Si inueni gratiam in oculis tuis, ostende mihi te ipsum*. Deus eum reuocauit ad aliam visionem longè inferiorem, ex qua tandem ad ipsam, quam volebat, posset aliquando peruenire, ita petens Sponsa, Sponsi, & quæ ad eum pertinebant notitiam, reuocatur, vt primò se ipsam cognoscat. Vt autem indicaret Cœlestis Sponsus, quàm necessaria sit huiusmodi cognitio, notant Sancti Patres prædicti, illum asperè locutum, cuius verba quandam horrendam comminationem præ se ferunt ad Sponsam, si illa sui ipsius cognitione & consideratione fuerit destituta. Vide, inquit Augustinus, quomodo comminetur Sponsus, vide quemadmodum in periculo abstulit de medio blandimenta. Quam blandè illa? *Annuntia mihi quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie*: ille autem seuerissimè non blandè respondens, sed pro magnitudine periculi: *Nisi cognoueris*, inquit, *temetipsam, ò pulchra inter mulieres, exi*: quasi dicat: Aut cognosce te, aut exi; quia si non te cognoueris, exitura es in vestigijs gregum, id est, sequendo malos greges: & pasce hœdos tuos, iam non oues, &c. *Si te*, inquit, *ignoras, egredere*. Dura & aspera increpatio, quod dicit: Egredere, aut Bernardus, hoc quippe verbum serui audire solent à valde iratis erentibus, & indignatibus dominis, vel ancillæ a dominabus suis, cum grauiter illas offenderint, exi hinc, exi à me, egredere à conspectu meo, & à domo ista. Hoc ergo verbo aspero, & amaro satis, nimiumque increpatorio vtitur modò Sponsus, contra dilectam, sub conditione tamen, si ipsam ignoraret; nihil quippe validius, efficaciusve ad terrendum potuit in eam intendere, quam vt egredi minaretur, & mitteretur ad sequenda vestigia gregũ, & pascendos hœdos. Greges namqs appetitus sunt carnis, hœdos autem, qui pecca-

1. Cor. 8. 18.

Cant. 1. 6.

a Serm. 39. de verbis Domini.
b In Psal. 118. ser. 2.
c Epist. 82. ad Eustoc. de custodia virginit.
d De vnitate Eccles. cap. 14. & 16. & 2. cont. 2. epi. Gaudentij. c. 9. & epist. 48. ad Vincent. & li. de pastor. c. 15. & ser. 50. de verbis Domini.
e In cap. 1. Cât & 16. Moral. ca. 21. & lib. 30. c. 12.
f Serm. 34. in Cant. vsq; ad 38.
g In cap. 1 Cant.
h Ser. 34. in Cant in princip.
i Exod 33. 15.

¶ 200. Li. 4 past. cap 35.

peccatum ſignificant, & in iudicio collocandi ſunt à ſiniſtris, dicit vagos, & petulantes ſenſus corporis, per quos peccatum tanquam mors per feneſtrã intrauit ad animam: ex eo ſiquidem, quod quis habet ſui ipſius ignorantiã, nec ſeipſum conſiderat, ad ea quæ extra ſe ſunt appetenda, ſequenda, & tenenda, ſe totum conuertit. Quia homo ſeipſum non attendit, egreditur per ſuperbiam intumeſcens, cæteros contemnens, per auaritiam ad bona terrena auidè congreganda, & acquirenda, per concupiſcentiam ad voluptates ſequendas: quia non cõſiderat ſe, egreditur ad contemnendum proximum, ad magna de ſe ſentiẽdum, ad ſecuritatem vitæ ſibi promittendam, ad permanendum in peccato: hinc terrenis inhiat, terrena quærit, ſolum terrena concupiſcit, & ea tantum quærit, quæ nullatenus tandem ſibi ſunt profutura. Ex his explicat Bernardus illud, quod dixit Dauid ſemel, & iterũ de homine loquens: *Homo cum in honore eſſet, non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis.* Quænam cauſa, inquis, tantæ deiectionis? Profectò quia homo cum in honore eſſet, non intellexit. Quid non intellexit? non dicit (inquit Bernar.) nos dicamus. Poſitus in honore, non intellexit, quod limus eſſet, ſed honoris faſtigio delectatus, in ſe expertus eſt, quod longo poſt tẽpore dictum fuit: *Qui ſe putat aliquid eſſe cũ nihil ſit, ipſe ſe ſeducit.* Væ miſero, quod non fuit, qui iam diceret ei, *Quid ſuperbis terra, & cinis?* Ignorauit ergo ſe: non intellexit ſe, egreſſus à ſe, abijt poſt veſtigia gregum, affectatus, & ſecutus eſt cordis ſui deſideria, & totus extra ſe poſitus, ſe totum perdidit, totãque poſteritatem. Ita Bernardus. Hæc omnia proſequens B. Ambroſius, cenſet Salomonem, cũ induxit Sponſum, iſta reſpondentem, & hãc doctrinam tradentem, alludere voluiſſe ad illud, quod per Moyſen ſcriptum fuit: *Attende tibi*: quod idem eſt, ac illud celebre gentilium prouerbium, *Noſce teipſum*, quod gentiles (inquit) Appollini Pythio tribuunt, quaſi ipſe author fuerit huius ſententiæ, *cum de noſtro vſurpatum, ad ſua transferant*, & lõgè anterior Moyſes fuit, qui ſcripſit librum Deuteronomij, vbi noſtra vulgata lectio habet *a, Cuſtodi te ipſum b, & obſerua, & caue*, Septuaginta, quorũ codice gentiles Philoſophi vſi ſunt, legunt: *Attende tibi ipſi*: cuius ſententiæ vim expendit Ambroſius. *Tibi*, inquit, *Attende*: non dicit vtique pecuniæ tuæ, non poſſeſſionibus tuis, non viribus corporis, &c. Expenditque ſimiliter, Deum ipſum apertè cauſam huius mandati expreſſiſſe, ſubdẽtem: *Ne poſtquam comederis, & ſaturatus fueris, domos pulchras ædificaueris, & habitaueris in eis, habueriſq; armẽta boum, & ouium greges, argenti, & auri, cunctarumq; rerũ copiã, eleuetur cor tuũ, & non reminiſcaris Domini Dei tui, qui eduxit te de terra Aegypti.* Quaſi dicat: Attende tibi, cognoſce te, ne à tui cõſideratione ſemotus, egrediaris ad ea, quæ extra te ſunt, & oblitus vilitatem internam, extollaris propter excellentiam externam: attende tibi, ne à te conſiderationem extrahens, ſequaris veſtigia gregum, iumẽtis te ſimilem exhibens, quæ tantum temporalem vitam curant: & paſcas hœdos, ſenſus, & concupiſcentiæ tuæ in terrenis rebus, & tranſitorijs. *Attende tibi*, inquit Ambroſius, primò tuam nuditatem, & paupertatem conſiderans, qui ex te nihil es aliud, quam viliſſimus puluis: & hæc omnia quæ poſſides, conſidera ex Dei miſericordia tibi conceſſa: vt diſcas non ex eis extolli: ſed ex tua humiliari vilitate, & dicas tibimetipſi: *Quid habes quod non accepiſti?* Deinde, *Attende tibi*: non his rebus, & bonis externis: nam nonne omnia hæc ſicut vmbra prætereunt? nõne domus tua hæc puluis eſt, & ruina? nonne hæc omnia fabula? nonne ſeculi theſaurus vanitas eſt? nonne tu ipſe es cinis? Reſpice in ſepulchra hominum, & vide quid ex te, niſi cinis, & oſſa remanebuut, hoc eſt, ex corpore tuo: reſpice inquam, & dic mihi, quis ibi diues, quis pauper ſit: diſcerne inopes, ac potẽtes nudi omnes naſcimur, nudi morimur; *Nulla diſcretio inter cadauera mortuorum, niſi forte, quod grauius fœtent diuitum corpora, diſtẽta luxurie*, &c. Hæc omnia mutuatus videtur Ambroſius à Baſilio, ſicut cætera multa, qui ſingulari opere eandem

Eoden ſerm. 34. Pſ. 48. 13. 21.

ad Gal. 6. 3 Eccleſ. 10. 3.

In Pſ. 118. ſerm. 2.

¶ 101.

a 2 Deu. 4. 9.

b Deu. 8. 11.

6. Hexæm. cap. 8. Deuter. 8. 12. 13. 14.

Hom. 3. in illud Moyſ

ſententiam peculiari tractatu explicandam aſſumpſit: *Attende tibi ipſi*: in quo multa ſuo ingenio digna proſequitur. Similiter eandem expendit Procopius *a*, & ante illos omnes Philo, quem Auguſtinus *b* virum liberaliter eruditiſſimũ vocat, cuius eloquiũ Platoni æquare non dubitant Græci, qui hanc ſententiam ſæpè ex profeſſo expendendam aſſumpſit *c*, recenſetque *d* Socratem vſque ad ſenectutem huic præcepto, *Noſce teipſum*, incubuiſſe, cæteris omnibus, quæ ad philoſophiam pertinere videtur, relictis: quippe qui intelligebat in huius cognitione omnia philoſophiæ ſecreta concludi: & huius doctrinæ ſtudio illis omnibus priorem Abraham, doctiſſimum euaſiſſe demonſtrat, qui quam doctus circa ſui cognitionem extitiſſet, expreſſit, quando cum ſupremis fauoribus à Deo ſe vidit euectum, dixit: *Loquar ad Dominum meum, cum ſim puluis, & cinis*. Sancta ergo Eccleſia, vt ad medium tui te conuertat, humiliationem tuam conſpecturum, vtque teipſum conſideres, & tibimetipſi attendas, te Hominem vocat, & in medio capitis tui cinerem ponit, & vt ab alijs ad teipſum mentem reuocet, & ab externis ad ea, quæ intra te ſunt, conuertat.

ſ. Attende tibi ipſi.

a In cap. 4. Deuter.

b 12. cõtra Fauſt. cap. 39.

c Li. de migratione Abrahæ, circa princip.

d Libro de ſomnijs.

Libro quis rerum diuin. ſit hæres.

§. 30. *Meritò iurat Deus, quod deteſtatur hominum ſuperbiam, quæ non eſt creata nationi hominum.*

¶ 202. EX eadem, quam de hominis natura tradidimus doctrina, alia excellentiſſima, maximèque expendenda propoſitio proceſſit, qua Spiritus ſanctus docuit, ſuperbiam omninò hominum nationi incongruam. Loquitur ille in libro Eccleſiaſtici, ſingulariter contra ſuperbiam, de qua inter alia ſtatuit duo. Primum eſt, illam eſſe maximè Deo hominibuſque inuiſam. *Odibilis eſt*, inquit, *coram Deo, & hominibus ſuperbia, & execrabilis iniquitas gentium*. Iniquitatem gentium, eandem ſuperbiam intelligit. Et paulo inferius: *Memoriam ſuperborum perdidit Deus, &c. & reliquit memoriam humilium ſenſu*. Si ſcripturam ſacram euoluas, nihil magis Deo exoſum, quam ſuperbiam inuenies, nullumq; peccatum, quod ab eo celerius ſeueriuſq; puniatur, vt ſupra diximus. Et quid mirum inquit Auguſtinus, cũ nullum ſit vitium ipſiſmet ſuperbis magis inuiſum, quam ſuperbia, quam nec ipſi qui ſuperbiores ſunt, & maioribus ſuperbiæ gradibus affecti, ferre poſſunt? Vitium enim, quod magis Romani proſecuti ſunt, fuit ſuperbia. Tam inuiſa, inquit Auguſtinus, ipſis ſuperbis eſt ſuperbia, vt ſuperbiſſima Romanorum gens, gaudeat inter laudes ſuas illud poſi, quod ſuperbos debellet. Vnde optimè Spiritus ſãctus, dicẽs ſuperbiam, *Odibilem coram Deo*, addit, *& hominibus*: quaſi dicens: Si homines ipſi ſuperbi ſuperbiam maximè habent odibilem: quid mirum, quod coram Deo odibilis ſit ipſorum ſuperbia? Secũdum eſt: *Non eſt creata hominibus ſuperbia, neq; iracundia nationi mulierum*. Expende elegantiſſimam loquendi rationem, qua nos vti ſolemus, dicentes: non conſtructas, nec contextas veſtes ſericas, nec chirothecas auro intertextas pro cultoribus agrorũ, nec delicata fercula, & grandi ſumptu præparata pro pauperibus: ita, non eſt extructa ſuperbia pro hominibus, incongruentiſſima eſt illis, ſicut, inquit, *Iracundia nationi mulierum*. Non loquitur de iracundia, quæ paſſio eſt cordis, per quam quis vindictam appetit: hoc enim modo: *Non eſt ira ſuper iram mulieris*: hæcque maximè illis cõgruit, quæ tanto vehementius oritur, quanto facilius prouocatur, & difficilius eſt illi vindictam ſumere: ſed loquitur de iracundia, qua quis armatus, & furijs inuectus procedit omni genere armorũ munitus ad bellum agendũ, quæ in Græco dicitur, *Ira furoris*: quaſi dicat: Nullatenus nationi mulierum congruunt arma, quibus furibundi milites, & duces armantur, galea, ſcutum, gladius, ocreæ ferreæ, &c. hæc enim requirũt membra robuſta, carnes fortes, oſſa magna, animum inuictum. Si videres mulierem omnibus armis munitam, galeato capite, ſcuto arrepto, gladio diſtricto, aut lanceam vibrantem, ocreis ferreis calceatam: tanquã rem omninò indecentem, & incongruam

1. De ciui. cap. 1.

Eccleſ. 10 22.

Eccleſ. 25. 23.

Eccl. 10. 7.

Ibi nu. 21.

gruam auerſareris: ita, inquit Spiritus ſanctus, indecens eſt hominum nationi ſuperbia: hæc enim requirit, & ſupponit excellentiam, præſtantiam, nobilitatem, &c. quorum nullum penitus habet homo ex ſe, & natura ſua: ſed omnem potius vilitatem, & totius
¶ 203. vniuerſi vanitates. Quod ventus aut aer efformetur in viſceribus nubis, eâque eleuet, & extollat vſque ad ſidera, & violenter impellat, & intra eam tonitruis horrendis perſonet, trementia fulgura, & fulmina ex ea trahat, ſicut
Ezech.1. vidit ſanctus Ezechiel, non mirũ: quia nubes habet partes aereas, & calidas: ideoque apta eſt eleuari: præterquam quod leuiſſimæ eſt naturæ: quod tamen intra globum plumbeum, aut ferreum, aut lapideum, grauiſſimum, & ſolidiſſimũ aer producatur, qui ſimiliter globum ad ſidera tollat, tonitruis perſonet, & fulguribus micet, impoſſibile iudicamus: quomodo enim ibi aer produci poteſt, qui hæc operetur? quod ex terra craſſa, & pingui, abundantibus aquis irrigata, multis ſeminibus ſata, multis arboribus conſita, procedant herbæ virides, arborum rami, & flores: non mirum: quod tamen ex ſicco penitus puluere, & cinere arido, oriantur roſæ, lilia, poma: quomodo aliquis credere poterit? Quod in natura Angelica orta fuerit ſuperbia, & aer ille tumens, qui illam eleuauit, & excitauit, vt ſe ſuper ſidera attolere, & vſque ad ſedem Dei peruenire contenderet: non mirum: erat enim natura nobilis, ſpiritualis, carens pondere corporis, corruptione materiæ, dimenſionibus extenſis, nobiliſſima in cœlo cõdita, & exiſtens ſupremis donis ornata, & omnis lapidis pretioſi fulgore refulgens: erat quaſi terra pinguis, in ſeipſa nobilis, & excellenti ſemine virtutum, omnique arborum, id eſt, donorum pulchritudine ornata, vt Deus
Ezech.28. ipſe apud Ezechielem deſcribit, ſicut
Lib.32. B. Gregorius annotauit. Quod tamen
Mor.c.24. intra hominem, qui ex vna ferro eſt grauior, & plumbo põderoſior ex alia, puluis eſt, & cinis, nihil niſi totius generis vanitatem continens, oriatur ſuperbia, incongruentiſſimum ſane eſt. Vnde ibidem Spiritus S. interrogat:
Eccl.10 9. *Quid ſuperbis terra, & cinis?* vnde ſuperbis? an quia ex nuda terra conditus? an quia filius es terræ, & nepos ipſius nihili? num, quia omnem vanitatem contines? ſuperbiſne, quia puluis es, & cinis? aut quia omnium miſeriarum es receptaculum? aut quia tempus te conſumit? aut quia viuis hodie afflictus curis, & cras eris cibus vermium? aut quia eris terra operiendus, ne putredine tua aerem inficias? Quid ſuperbis terra, & cinis? Excellenti diſcurſu Beatus Gregorius Nyſſenus hæc proſequitur, proteſtans ſe rem attentè conſideraſſe, nec inuenire potuiſſe, quomodo poſſibile ſit, hominem ſuperbiæ vitio inquinari. Quid enim, inquit, inuenit homo in ſeipſo, quod non potius ſuam compeſcat ſuperbiam? Qui inflatius, ſplendidiuſque de nobilitate humana loquitur, ex luto generatam naturam eſſe dicit: atque nobilitas, & ſplendor ſuperbi cognationem cum laterè habet. Quod ſi continuam pariter, & eam, quæ in promptu, atque expedito omnibuſque nota eſt, generationem proferre velis: remoue iſthæc oro, ne loquaris de hac re, obmuteſcas, ne hiſcas: Ne reueles, vt lex, inquit, dedecus *Leuit.18.7* patris, aut matris tuæ: ne ſermone publices, atque diuulges ea, quæ obliuione, atque ſilentio tegenda ſunt. Et non erubeſcis terrea ſtatua, mox puluis futura, quæ in modum bullæ breui duraturum in te tumorem contines, te ſuperbia repleri, falſo tumere, vano ſpiritu, atque cogitatione mentem inflatam habere? An non reſpicis ad vtrumque vitæ humanæ terminum, vnde & initium ſumat, & in quid deſinat? Ita ille. Ex quibus poſſumus intelligere, non vulgare myſterium, quod latet in eo, quod dicit Dauid: *Ab alienis parce ſeruo tuo*. *Pſal.*18.14. Dubium eſt namque, quomodo Septuaginta ita tranſtulerunt, cum in Hebræo non habeatur, *ab alienis*, ſed *à ſuperbis*, quomodo Hieronymus *Hierony.* transfert, annotantque omnes, qui aliqualem Hebræi ſermonis habent cognitionem: non enim habetur nomen, *Zarim*, quod *alienos* ſignificat, ſed *Zedim*, quod *ſuperbos* ſignificat. Quidam credunt Septuaginta deceptos ex ſimilitudine duarum literarum

Li. de lenitud. ora. 1. poſt med.

Hebraicarum, Daleth, & Res, & pro *Zedim*, legiſſe, *Zarim*. Auguſtinus tamen nullatenus concedit in lectione Septuaginta huiuſmodi defectum admittendum, & multo minus in tranſlatione Pſalmorum, quæ incorrupta ſeruata eſt, quam tanquam meliorem Eccleſia elegit. Credit itaque illos ſpiritu prophetico afflatos, & à Deo ipſo excitatos, aliquando non ſtrictè verbũ pro verbo reddidiſſe: ſed interpretum etiam officium agentes, ea quæ Spiritus ſanctus intendebat, potuiſſe. In Hebræo igitur habetur, *à ſuperbis*, & non maſculinè, vt quidam contendunt, quaſi dicat ab hominibus ſuperbis, aut tyrannis: ſed in neutro genere, vt B. Auguſtinus annotauit, & Genebrardus aduertit, quaſi dicas: *à ſuperbijs*, aut ab ijs quæ ſuperbiam ſapiunt: hæc Septuaginta *aliena* vocarunt, indicantes nihil magis alienũ eſſe debere ab hominum natura, quam ſuperbiam. Si namque rectè illam conſideres, nõ videtur vnde homini oriri poſſit elatio. Superbia namque oritur ex aliqua excellentia: homo autem ex ſeipſo non habet niſi vanitates, & defectus: & ſicut alienus eſt ab aqua ignis, & ignis ab aqua, ita ſuperbia ad hominum natura. Meritò propterea ſanctus Propheta Michæas inducit Deum ſingulari faſtidio proſequentem hominis ſuperbiam. *Iurauit Dominus in anima ſua: dicit Dominus exercituum: Deteſtor ego ſuperbiam Iacob*. Obſeruauit Apoſtolus, ſufficere quidem ſimplicem Dei aſſertionem, vt illi fides indubia adhibeatur, qui nullatenus mentiri poteſt: nihilominus quando omnimodam, omnibuſque modis plenam ſibi fidem vult adhibere, conſueuit interponere iuſiurandum. Aſſerere voluit Deus rẽ quandam, & non contentus ſimplici aſſertione, præmiſit iuſiurandum: *Iurauit*, inquit, Dominus, & non quodcumque iuramentum: ſed *in anima ſua*, ac ſi dicas: Per vitam ſuam. Pagninus: *Iurauit Dominus per ſemetipſum*: certè *non habuit*, inquit Apoſtolus, *maiorem, per quem iuraret*. Quidnam dicere vult Deus, qui tam grandi atteſtatione nos præuenit: vt fidem omnimodè indubiã adhibeamus? *Quia deteſtor*, inquit, *ego ſuperbiam Iacob*. Expende in Hebræo haberi verbum, quod non ſignificat odire ſimpliciter, aut deteſtari, ſed faſtidire, aut nauſea prouocari: quomodo Hiſpane dicimus, *Me enfada, me cauſa aſco*: quo verbo vti ſoles, cũ vides mulierem infimam, plebeiam, filiam alicuius mechanici operarij, quæ ac ſi nobilis eſſet comitiſſa, aut duciſſa ſe effert, & extollit, *Se haze muy dama*: & cum vides mulierẽ vetulam deformiſſimam, dentibus carentem, ornare fuco, & mundo muliebri copioſiſſimè faciem, ac ſi iuuencula eſſet: ita Deus, deteſtor, inquit, ſuperbiam Iacob, aut, hominis. Superbiam Domine ſingulariter faſtidis, & deteſtaris? Nonne alia vitia ſunt, quæ deteſtari potes? *Adulteriũ enim, & homicidium, & furtum inundauerunt*. Et verè hominis illi, de quibus in eo loco loquebatur, innumeris peccatis erant implicati: erant enim comedentes, bibentes, luxui intendentes, voluptates ſectantes, auari, in pauperes immiſericordes, vt patet ex eodem ſacro textu, quibus propterea initio capitis comminari cœpit idem Propheta, dicens: *Væ qui opulenti eſtis in Sion, ingredientes pompaticè domum Dei, qui dormitis in lectis eburneis, & laſciuitis in ſtratis veſtris, &c.* Cur ergo nõ ducis, & iuras, te faſtidire eorum luxuriam, voluptuoſam vitam, auaritiam, &c. ſed tantum ſuperbiam, quia pompaticè incedebant, ſe extollentes, & ſupra omnes ſe eleuantes? Multa quidem illorum erant peccata, quæ Deus odio proſequebatur, & auerſabatur, pro quibus illos punien dos prædici iuſſit: cæterum alia peccata habent intra hominis naturam aliquid, quod poteſt ad ea excitare, & impellere: ipſe namque bonorum defectus, quem homo ex ſemetipſo habet, appetitum aperit, excitat, & acuit, vt ad bona, vtilia, delectabiliaq; quærenda ſe conuertat: priuatio enim ipſa eſt cauſa appetitus. Vnde quod homo ex ſeipſo omnibus bonis carens, ad bona cuiuſuis generis appetenda ſe transferat, non mirum: ſed quod qui nullam niſi humilitatis materiam ex ſeipſo haber, ſuperbiat, ſe extollat, & vilis puluis, & vniuerſa vanitas, ſuper aſtra ſe euehat: *Iurauit Dominus in anima ſua: Quia deteſtor ego ſuperbiam Iacob*.

¶ 209.

15. de ciuit. c. 23. & li. 1 qq. in Geneſ. q. 169.

In Pſal. 18

Oſea 4. 2.

Amos 6. 1.

Amos 6. 8.

ad Heb. 6. 17.

Pagninus. ad Hebr. 6. 13.

Hæc

Hæc igitur omnia, nomen tuum manifeſtat, quo vocaris *homo*, quod propterea nunc Eccleſia ſancta tibi intimat, & ſonora voce auribus tuis infert: *Memẽto homo*.

§. 31. *Primò, dicitur homo puluis, ratione materiæ, quod tenſio capillorum Sampſonis explicat.*

¶ 201. QVia *puluis es, & in puluerem reuerteris*: aut, *cinis es, & in cinerem reuerteris*. Continet hæc ſententia eadem verba, quæ Deus ipſe primo noſtro parenti poſt peccatum dixit: *Puluis es, & in puluerem reuerteris*. Dubium eſt autem de horum verborum varietate, & quomodo homo viuens, dum viuit, iam ſit puluis. Id enim in primis contrarium ipſis ſenſibus videtur: ego enim ipſe oculis meis video, me non eſſe puluerem; ſed hominem ſubſiſtentem, validum, & ſtantem & longam differentiam video inter me, & puluerem. Deinde, homo non efficitur puluis, niſi per mortem, & poſt mortem, ſicut arbor non efficitur, aut conuertitur in cinerem, niſi per combuſtionem, & poſt combuſtionem. Sicut igitur arbor antequam comburatur, non eſt cinis; ita nec homo erit puluis antequam moriatur. Eleganter dixit Dauid, tunc conuertendum hominem in terram, quando ſpiritum emittet. *Exibit*, inquit, *ſpiritus eius, & reuertetur in terram ſuam*: & quod per hoc homo efficitur puluis, quòd Deus auferat ſpiritum eius. *Auferes*, inquit, *ſpiritum eorum, & deficient, & in puluerem ſuum reuertentur*. Igitur antequam exeat ſpiritus, aut antequam Deus auferat ſpiritum hominis, homoque deficiat, non erit puluis, nec terra. Tandem, verba ipſa, quæ dicuntur, videntur implicare, & inter ſeſe contraria. Si enim homo conuertendus eſt in puluerem, non igitur iam eſt puluis; nondum enim aliquid eſt id, in quod conuertendum, aut mutandum eſt; nec aliquis cõuertitur in id, quod iam eſt, & terminus ad quẽ contrarius eſt termino à quo, iuxta Philoſophiam: nec põt quis Romam peruenire, Romã proficiſcitur, & ad eam peruenturus eſt. Nihilominus dicendum eſt, verba hæc veriſſima eſſe, quæ non fuerunt alicuius hominis ſtudio compoſita; imò nec multorum ſapientum meditatione ordinata; ſed ex ipſiuſmet Dei ore prolata, qui poſtquam comminatæ mortis ſententiam contra hominem protulit poſt peccatum, rem totam concluſit, dicens: *Quia puluis es, & in puluerem reuerteris*. Gen. 3. 19. Quod homo ſit in puluerem conuertendus, nullum habes dubium: quomodo autem etiam dum viuit, dicatur iam puluis, variè explicatur. Primò, dicitur homo puluis ratione materiæ, ex qua compoſitus fuit: quomodo vas terreum pulcherrima figura conſtructum, dicitur terra, & puluis, quia ex puluere coagulato confectum eſt, & nihil eſt aliud, ſi illud definias ratione materiæ, quam coagulatus quidam puluis, cui artificialis quædam forma eſt indita, qua deficiente, in priorem puluerem figuram conuertendum erit. Hanc rationem indicauit Sapiens, qui dicens; *Deus creauit hominem de terra*, ſubiunxit, *& omnes homines terra, & cinis*, quaſi ex eo terram, & cinerem vocans omnes homines; quia eos de terra creauit. Eccl. 17. 31. Ita rem iſtam exponit Lanfrancus Archiepiſcopus Cantuarienſis *a*, & Anaſtaſius Sinaita *b*, qui Adam nihil aliud fuiſſe tradit, quam ſanguinolentam terram, id eſt terram quandam, ſanguine compactam, & ſubactam. Similiter S. Gregorius Nyſſenus *c*, qui hãc cenſet excellentem hominis definitionem; *Terrea ſtatua, mox puluis futura*. Eſtque huiuſmodi explicatio ſatis conſona inſtituto. Deus enim hæc verba ſubiecit, tanquam cauſam, & explicationem illius, quod præmiſerat, dicens homini, illum conuertendum in terram. *In ſudore*, inquit, *vultus tui veſceris pane tuo donec reuertaris in terram, de qua ſumptus es, quia puluis es, & in puluerem reuerteris*. Expẽde illud aduerbium, *Quia*, eſt enim, quaſi explicans cauſam eius, quod præmiſerat. *In puluerem reuerteris*. Idem namque eſt, ac ſi dicat: Finiendus es, & conſumendus per mortẽ, & in terram conuertendus: quia confectus ex

a *Lib. de Euchari. Sacramẽt.*
b *Lib. 4. & 7. anagog. cõtemplat.*
c *Li. de beatitud. ora. 4 poſt medium.*

Pſal. 145. 4.

Pſal. 103. Gen. 3. 19.

puluere, in puluerem reſoluendus es; quoniam vnumquodque in id reſoluitur, ex quo componitur. Puluis itaque es ratione materiæ. Vide tuam vilitatem, quid ſis, ex quam vili, debili, abiectaque materia conditus. Videbis apparatorium grande, in quo multa ſunt vaſa vitrea Veneta, quæ etſi inter ſe diuerſas penitus habeant figuras, & formas, & alia alijs ſint longè pulchriora, quædam ab ſublimia miniſteria, alia ad media, alia ad infima ordinata; illa tamen omnia ex eadem penitus materia ſunt confecta, & in eoſdem pulueres, & fragmenta finienda, & eadem ratione ex apparatorio expellenda: quia ſcilicet confringentur, & in idem ſterquilinium poſt confractionem mittenda. Ecce, quid ſit mundus, apparatorium quoddam diuerſorum vaſorum vitreorum: diuerſas formas habent, qui in mundo ſunt, & diuerſis miniſterijs deſtinati, quidam reges, alij plebeij, quidam ſani, alij infirmi, quidam diuites, alij pauperes; ſed tamen ex eadem penitus materia omnes conſtructi, in eandem tandem reſoluentur, & in idem ſterquilinium ſepulchri mittentur, ex eadem cauſa ab apparatorio projcientur, quia ſcilicet morientur. Vnde intelliges, non minus periculum tibi imminere, & tam fragilem te eſſe, qui iuuenis, diues, & nobilis es, ſicuti, qui ſenex, pauper, & de media plebe; imò vaſis pulchrioribus, maius immineat periculũ, de quibus alibi. Puluis itaque eſt rex, & princeps, & nobilis, & diues, quãuis ſub carnis figura, & forma: & ſi illum, quem miraris extrinſecè conſpectum, interius vſque ad eius elementa contemplatus fueris, puluerem inuenies.

¶ 206. Quando ſanctus Tobias vidit piſcẽ in aquis erecta ceruice incedentem, timuit, & exclamauit ad Angelum: *Domine inuadit me*, iuſſit Angelus, vt illum fortiter apprehenderet, & extraheret in ſiccum, & exenteraret illum: *Exentera*, inquit, *piſcem hunc*; non ſolam externam ſpeciem illius, dum per aquas incedebat, conſideres; ſed ad eius extra, & viſcera interna mitte manum, & videbis debiliſſimum, ſimilem alijs. Videbis vt longo diſcurſu cõſiderat Baſilius, principem, ſericis, & mollibus indutum, ſeruis circumdatum, equo inſidentem, erecto collo incedentem, non directè alios reſpicientem, ſed ſuper humeros, quod dicunt: miraris, times, contraheris; ne timeas, extrahe manu conſiderationis in ſiccũ, in terram ſcilicet, quam Deus ſiccam, aut aridam vocauit, eum conſidera mortuum terræ adhærentem: *Exentera illum*, non externam ſolùm figuram attendas; ſed interiora eius conſidera, quid ſit, vnde compoſitus; vnde proceſſerit, in quid deſinet, & inuenies infirmum, & vilem, ſicuti cæteros homines. *Ne timueris*, inquit Dauid, *cum diues factus fuerit homo, & cum multiplicata fuerit gloria domus eius*: ne illum attendas, quando in hoc flumine mundi eſt, vbi omnia tanquam fluidæ aquæ prætereunt; extrahe in ſiccum, conſidera, quid futurum eſt, *Quoniam cum interierit non ſumet omnia*: omnia relinquet, & id tantum remanebit, quod ipſe eſt, ex quo compoſitus exſtitit, puluis ſcilicet, & cinis: inuenies, inquit Baſilius, ex eadem materia illum compoſitum, ex eadem vilitate, & putredine, & quod nulla ſit corporum differentia. Samſon fortiſſimus erat, dum capillos habebat, & omnes eum timebant, nullúſque erat, qui ad eius præſentiam non tremeret inter Philiſthæos: leuis tamen fuit fortitudo, quæ ex capillis pendebat, & vt ipſe dixit: *Si raſum fuerit caput meum, recedet à me fortitudo mea, & deficiam, eroque ſicut cæteri hominum*. Ecce vnde homines, reputantur fortes, quos cæteri timent, venerantur, & in admiratione habent; ex capillis, ex bonis videlicet temporalibus, quæ capillis ipſis debiliora ſunt, quæ leuis venti flatus in hanc, & in illam partem trahere valet: ex huiuſmodi capillis naſcitur differentia inter homines in mundo, illis ſubtractis, eiuſdem conditionis ſunt omnes. Vide Regem, Principem, potentem, diuitem, &c. quanta fortitudine ſuper alios præſtare videntur; ſed veniet mors, hora qua non ſperant, cùm ſicuti Samſon erunt dormientes, radet capillos, maiori facilitate, quàm tonſor, nihil illorum relinquens: *Diues enim cum interierit*,

Tob. 6. 4.

Hom. 3. in quoddam dictũ Moyſi poſt med.

Pſal. 48. 17

Iudic. 16. 17.

vierit, non ſumet omnia, nec deſcendet cũ eo gloria eius: & ſicuti tonſor, qui capita radit, ita raſum relinquit illum, qui denſiſſimos, & longiſſimos habebat capillos, ſicut illum qui raros, & breues, & caluo eſt capite; ita mors æqualiter omnes dimittet nudos, & tam nudum relinquet ſupremum monarcham, ſicut infimum agricolam, & diuitem abundantiſſimum, ſicuti pauperem extrema paupertate affectum. Sanctus Auguſtinus dum corpus cuiuſdam imperatoris in ſepulchro poſitum conſpiceret, quod omnibus bonis nudatum intuebatur, ſcatens ſanie, & vermibus, quærebat à matre ſua; vbinam eſſent illius imperatoris bona, vbi ſerui, vbi diuitiæ, vbi ſericæ veſtes, vbi lecti eburnei, vbi menſæ opulentæ: & reſpondit ſancta eius mater: Omnia ſibi defecerunt, cùm defecit ſpiritus eus. *Exibit*, inquit Dauid, *ſpiritus eius, & reuertetur in terram ſuam, in illa die peribunt omnes cogationes eorum*. Mentis igitur conſideratione, capillos rade, & abſcinde, & videbis, illum qui apparet fortiſſimus, nobiliſſimus, excellentiſſimus, ditiſſimus, nihil ratione corporis, niſi cinerem, & puluerem eſſe, ſicuti cæteros omnes alios: hæcque veſtra deberet eſſe conſideratio, ò diuites & potentes, qui videtis vos à cæteris timeri, & grãdi veneratione proſequi. Ingredere intra temetipſum, & non ſub conditione ſicuti Sampſon: *Si raſum fuerit caput meum*, ſed abſolutè dicito: *Cum raſum fuerit caput meum, recedet à me fortitudo mea, & deficiam, eroque ſicut cæteri homines*. Conſidera, quod tunc apparebit puluis, qui capillorum tegmine eſt opertus, & manifeſtus erit cinis, qui nunc latet, externorum bonorum apparentia, fragilique vita coopertus. Puluis itaque es, quamuis coagulatus, & in figuram viuentis erectus?

Ser. 48. ad fratres in Eremo.

§. 32. *Ad imaginis modum pertranſit homo, qui etiam viuẽs, ſocius, & frater cineris vocari poteſt, ſicut idola ab Iſaia.*

¶ 207.

EXcellenter viſus fuit hæc conſideraſſe ſanctus Dauid, illis verbis, quæ alibi ad aliud inſtitutum expoſuimus: *Verumtamen in imagine pertranſit homo, ſed & fruſtra conturbatur*. Quidam de imagine Dei intelligunt, quod ſcil. homo factus fuerit ſecundum animam, ad imaginem Dei: ita B. Auguſt. imò, & pſalterium Romanorum expreſſit, quod legit, *In imagine Dei pertranſit homo*: alij de imagine, aut ſimulachro, quod à figulo, verbi gratia, effingitur, accipiunt, vt ſermo ſit de homine ſecundum corpus; quo modo accipere videtur Baſilius. In Hebræo habetur nomen *Tſelem*, quod aliquando ſimulachra, aut figuras idolorum, aut aliarum rerum ſignificat, vt in libris Regum dicuntur *a* imagines Baal, & apud Ezechielem *b* Figuræ aut imagines abominationum *c*, imagines maſculinæ *d*, imagines Chaldæorum. Hominis igitur tumidam ſuperbiam comprimere voluit Dauid, conditionis illius modum exponens. Conditus eſt. n. ad modum cuiuſdam ſimulachri, & imaginis: nam ſicut figulus accipit puluerem, aut lutum, & illũ ſubigit; & compactat, & ſimulachrum quoddam manibus efformat: deinde illi viuos quoſdam colores adhibens, reddit oculos, quaſi videntes, os quaſi ridens, aurem quaſi viuam, & carneam; ita ſe habuit Deus in hominis formatione. Cenſent enim multi Sancti Patres, Cyrillus Alexandrinus *e*, Gregorius Nyſſenus *f*, Hilarius *g*, dixeratque Philo *h*, Deum prius effinxiſſe quandam hominis ſtatuam ex limo, in quam poſtea inſufflauit, & dedit ſpiritum vitæ: qua de cauſa dixiſſe viſus fuit S. Iob: *Manus tuæ fecerunt me, & plaſmauerunt totum in circuitu*: & Dauid: *Manus tuæ fecerunt me, & plaſmauerunt me*. Eſdras clarius in eo libro, cui, etſi inter apocryphos reponatur, magnam authoritatem viſus eſt Ambroſius tribuiſſe, dicens non ſcriptum ſine diuina reuelatione: *De*

Pſal. 38 7.

In Pſal. 38

Schol. in Pſal. 38. עלם

a 4 Reg. 11 19.

b Ezech 7. 20.

c Ezech. 16 17.

d Ezech. 23 14.

e In Gen.

f Lib. de hominis op. f cap. 29

g in Pſ. 13

h Lib. de opif. homin.

Iob. 27.

Pſ 11

Lib. de bon. mort. l. 2. in f. cam.

Esa.7.9. dixit, inquit, *Adam corpus mortuum, & ipsum figuratum opus manuum tuarum erat, & insufflasti in eum.* Ecce ergo quomodo homo dicatur trāsire in imagine, id est, constitutus, & viuens, modum habens imaginis, aut simulachri terrei à figulo extructi. Sicut autem simulachrum à figulo constructum, verè puluis est, & lutum, vestitum tamen coloribus quibusdam quasi viuis; ita homo puluis est, & lutum vita donatum, lutum quoddam viuum, puluis animatus. Si ex vitro effingeretur simulachrum, aut imago, eadem esset radijs solis expositа, & in obscuro antro reconditа; quamuis, quando solares radios exciperet, splendida esset, & clara; illis deficientibus, obscura esset, & tenebrosa. Ecce quomodo aliquo modo intelligere potes, quod dicimus: Homo lutum est, puluis est, eiusdem penitus materiæ; cùm radijs vitæ illustratur in mundo, & cum in antro sepulchri illis priuatus reconditur. Lutum igitur est, & puluis homo, hanc sortitus imaginem vitæ. Ex his infert Dauid: *Sed & frustra conturbatur.* In Hebræo pro *conturbatur*, habetur verbum, *Hamah*, quod propriè significat fremere, intumescere ad modum fluctuum maris, cum valido vento excitantur, qui horrisonè incedentes, videntur, quod omnem terram sint exterminaturi. Pro *frustra*, autem in Hebræo habetur *Hebel*, quod significat vanè, sine causa, sine fundamento. Considerat Dauid mundanos homines superbientes, intumescentes, vento superbiæ tanquam fluctus maris horrisonè sonantes, timore in alios incutiēntes, hoc, inquit Dauid, vanè, sine causa, & absque fundamento fit: quid enim fremit, & superbit, qui nihil aliud est, quàm imago quædam terrea, & lutea, & ad modum simulachri lutei constructus? qui verè lutum est, & puluis, quamuis vitæ spiritum habens; & à mortuis non differt in eo, quod est lutum, aut puluis; sed in eo, quod ipse est puluis habens spiritum vitæ, quo mortui carent; sicut imago, aut simulachrū terreum à cætera terra solùm differt ex hoc, quod illud est terra habens formam, aut figuram exprimentem apparentiam vitæ, qua caret terra; ideoque ad ipsum visum visus est dicere velle sanctus Dauid, quod postea Sapiens: *Quid superbis terra, & cinis?* Arguit Deus, & conuincit idolorum cultores, qui diuinitatem illis ineſſe credebant; demonstrans manifestè, illa verius nihil esse, nisi cinerem, egregia ratione, quam excellenter prosequitur per Isaiam Prophetam, explicuitque beatus Cyrillus Alexādrinus. Succidebat quis cedrum, aut ilicem, vel quercum, quam inuenerat inter ligna saltus, aut pinum, quam pluuia in monte nutriuit: & mediam illius partem in ignem conijciebat, vt coqueret sibi pulmentum, aut se calefaceret, ex altera media efformabat imaginem quandam, aut simulachrum, effingens caput, oculos, aures, brachia, manus, pedes, & coloribus illud ornabat, tribuens speciem cutis, & carnis, vt viuum videretur: & hoc ipso, quod lignum tali figura erat affectum, credebat vera diuinitate præditum, & se incuruabat ante illud, & adorabat, & obsecrabat, dicens: *Libera me, quia Deus meus es tu.* Huiusmodi homines irridet Deus, & arguit, quasi omni mente, imò & sensu, ac oculis destitutos: *Obliti enim sunt, ne videant oculi eorum, & ne intelligant corde suo, vt dicant: Medietatem eius combussi igni, & coxi super carbones eius panes, &c. pars eius cinis est.* Quasi dicat: Vidit vnum ac idem penitus fuisse lignū, cuius partem, quam igni applicauit, vidit in cinerem conuersam, manifestè ergo recognoscere potest, quod hæc alia pars, quæ stare videtur, & colitur, etiam cinis est, aut materia cineris, quamuis in simulachrum efformata. Noster Forerius legit ex Hebræo, *Socius cineris est*, id est, idolum hoc, quod viuum videtur, socius est, & quasi frater vterinus cineris, ex eadem matre natus, prognatus, & ortus; ex eodem cœli influxu, tanquam ex eodem patre, ambæ illæ partes processerunt, eademque origine progenitæ sunt. Septuaginta legunt, *Scito quoniam cinis cor eorum*: frambæ partes ligni, eiusdem penitus sunt rationis, & materiæ, & vna earum est cinis; altera, etsi intrinsecus effigiem habeat viuētis, interius cinis est: *Cinis est cor eorum*, id est, fundamentū eorum,

Brixi.to.1. fol. 157. חמה

חבל

Eccl.10.9. ¶ 208.

Isa.44. Lib.6. de adoratione, qui est de charitate.

Isa.44.18. 19.

Forerius in c.44. Isaiæ.

eorum, ex quo conſtant, cor enim eſt primum fundamentum vitæ animalis: quam lectionem ſecutus Tertullianus, ēt idololatras irridet? *Cognoſcite, quod cinis ſit cor eorum, & terra*: quomodo etiam, & B. Cyrillus. Ex his Deus ad populum ſuum inſtruendum ſe conuertit: *Memento*, inquit, *horum Iacob, & Iſrael quoniam ſeruus meus es tu formaui te.* Hæc dixit Deus, vt ex ratione prædicta idololatriam reſpueret populus, quem formauerat, & conſtituerat, non ſicut alias gentium nationes, ex quibus omnibus illum elegerat, vt ſibi ſeruiret, & ſe ſolum tanquam Deum coleret: quomodo dicitur Dominus facere, aut formare populum, vt B. Auguſtinus exponit, expendens illud; *Populo qui naſcetur, quem fecit Dominus*: hicque legitimus verborum ſenſus. Sed S. Cyrillus etiam annotat, reuocandam mentem ad hominis formationem, & poſſumus aliquo modo intelligere Deum dicere voluiſſe, hoc quod dictum eſt de idolis, poſſe hominibus ipſis applicari, quos ipſe e terra effinxit, ſicut effingebantur idola ex ligno; & ex conſideratione mortuorum, quos flamma mortis in cineres conuertit, colligendum, quid de viuentibus ſentiendum ſit. *Memento horum Iacob.* Vide duos homines, ex eadem patria, ciuitate, domo, & parentibus genitos: imò, & fratres gemellos, & vterinos, ſicut Iacob, & Eſau, quorum vnum mortis ardore combuſtum, vides in cineres conuerſum: alterum ſtantem, habentem caput, oculos, manus, ſplendentem auro, & argento, circundatum, & ſtipatum ſeruis adorantibus illum, quomodo ſimulachra idolorum erant: miraris, & credis quaſi quandam diuinitatem huic ineſſe quem times, tanquam rem excellentiſſimam, cœleſti ſorte donatam: certè, qui ita cenſes, te oculis comprobas deſtitutum, ambo illi ex eadē natura, ex eadem materia, ex eadem conditione ſunt, vnum vides cinerem, & puluerem eſſe, alterum ergo reputare debes ſocium cineris, fratrem cineris, qua de cauſa B. Iob, vermes vocauit *ſororē ſuam*, vt Gregorius exponit. Vterinus frater cineris, & vermium eſt iſte, quem vides ſtantem, fulgentem auro, adoratum à ſeruis: ex eadem ſiquidem materia quantum ad corpus, iſte formatus eſt, ex qua cinis, & vermes. *Cognoſcite, quod cinis ſit cor eius*, quòd quamuis externa ſpecies, oculis exhibeat ſplendorem, & rem longè diuerſam ab alio, ſed cor eius, fundamentum, ex quo conſtructus, & in quo fundatus eſt, cinis eſt, terra, *Memento horum Iacob*. Hinc D. Gregorius Nyſſenus ex profeſſo proſequitur, oſtendens ex prædictis, hoc ſingulare humanæ ſuperbiæ antidotum, conſiderare, eum qui nobilior & ſplendidor reputatur, cognitionem cum latere habere, nihilque ſibi magis cognatum teſta, & luteo figuli figmento. Qui luxu profuſiore diuitiarum inſoleſcis (inquit Baſilius, hoc inſtitutum egregiè proſequens) qui tibi vni mirè places ob auitæ gentis claritudinem, qui immodico gaudio ſubſilis ob patriæ celebritatem, ob elegantiam, decuſque corporis, denique ob honores, ab omni omnium gradu tibi exhibitos: attende tibi ipſi: mortalis enim tu, quippe terra es, & in terram abibis, & id cognoſces: ſi quos præte ſplendor cōſimilis, & opum, & dignitatum exornabat, hos tu mihi circūſpicias diligenter: in horum ſepulchra parumper deflectè oculos: nonne omnia puluis? non ſunt in fabulam verſa omnia? memoria vitæ iſtorum, in quam paucis oſſibus retinetur? Hæc & alia eloquenter Baſilius proſequitur, horum ergo memoriam tenens: *Memento quia & tu cinis es.*

Li. de idololatria. Lib. 2. de adorat. cit. Iſa. 44. 21.

Epiſt. 120. ad Honor. cap. 31. ¶ 209.

Iob 17. 14. & 24. Moral. cap. 21.

Li. de beatitud. ora. 1. poſt med.

Homi. 3. in dictū Moyſi. Attende tibi, poſt medium.

§. 33. *Secundo dicitur homo puluis, propter certitudinem euentus, quem Deus expreſſit, quaſi catenas ferreas injiciens.*

¶ 210.

ALij Sancti Patres docent, hominem adhuc viuentem, dici iam puluerem & cinerem, propter certitudinem futuri euentus, & quoniam iam definita, abſolutaque ſententia à Deo damnatus eſt vt in cinerē, & puluerē reuertatur. Sic Chryſoſtomus *a*, & Auguſtinus *b* Conſuetum ſiquidem ſcriptura ſacra, quando Deus aliquid abſoluto, ac definito ſuę prouidētię, ſapiētię, aut iuſtitiæ conſilio decernit, id tan-

a Homi. 17 in Gen. circa finem.

b Lib. 6. de Geneſ. ad liter. cap. 22. & ſeqq.

tanquam iam factum exprimere, ad illius certitudinem indicandam. Hinc, vt idem Augustinus obseruat, factum est, quod Prophetæ, quæ multis post seculis futura prænunciabant, tanquam iam præterita referrent. Vide septimum ab Adam Henoch, iam ante diluuium prophetantem, & exponentē Christi aduentum ad iudicium, tāquā præsentem. *Ecce venit Dominus in sanctis millibus suis arguere impios*: cum post multa annorum milliatalis aduentus futurus esset. Vide Dauidem tot seculis præcedentem Christum; iam quæ in Christo futura erant, quasi præterita exprimentem: *Foderunt manus meas, & pedes meos, diuiserunt sibi vestimenta mea*, vt ex professo Augustinus prosequitur, totum Psalmum vigesimum primum expendens. Hinc S. Isaias de eisdem rebus loquens, illas nunc tanquam futuras, nunc tanquam præteritas, nunc tanquam præsentes exhibet, in illo capite, quod inter omnia prophetarum vaticinia splendere videtur, in quo omnia Christi mysteria complexus fuit. Incipit quidem sermonem, de futuro loquens: *Ascendet*, inquit, *sicut virgultum coram eo, & sicut radix de terra sitienti*: indicans Christum nasciturum paruulū, & humilem, ex virgine, quam terram sitientem, ideſt, nullius hominis fluxu madentem vocat, vt Ambrosius *a*, Hieronymus *b*, Cyrillus *b*, & reliqui patres annotarunt. Statim autem ad præsens conuertit sermonem: *Non est species ei neque decor*, i.e. non apparet in illo diuinus fulgor aut gloria, formam serui ostentat, vt Chrysost. *a*, & Augustin. *b* intelligunt: subitò deinde sermonem de præterito instituit: *Vidimus eum, & non erat aspectus*, aut vt Septuaginta: *Vidimus eum, & non habebat speciē neque decorem*, & multa subinfert de præterito loquens: deinde præteritum cum futuro coniungit, *Oblatus*, inquit, *est quia ipse voluit, & non aperuit os suum. Sicut ouis ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram tondente se, obmutescet, & non aperiet os suum*: & huiusmodi innumera inuenies in Prophetis. Ex his explicat Chrysostomus quæstionem illam cōmunē, quā multi proponebant: quomodo homo, nō eadē die, qua peccauit, mortuus fuerit, si dixerat illi Deus: *In quacumque die comederis ex eo, morte morieris*, i.e. certissimè morieris: multorum namq; annorum numero, cōstat illum vixisse, post inobedientiā, & cibi vetiti esum. Quę difficultas adeo grauis quibusdam visa fuit, vt crederent, Deum non fuisse locutū de morte corporis, sed animæ, qui subinde asseruerunt, hominem nō fuisse cōditū immortalē, sed cū necessitate moriendi: quorū sententiam tanquam hæreticā repellendā ostendit Augustin. demonstrans, Deū vtramq; mortē fuisse homini cōminatū: si inobediens existeret. Chrysostomus leuē censet quæstionem: quęstio, inquit, hæc, aliqua esse videtur his, qui à superficie salutant diuinas literas: at si quis magno studio aures adhibeat, manifestum est, & dicitur, neque quæstio fuerit attēdenti: nam licet multos annos parentes nostri vixerint, attamen à quo tempore audierunt: *Terra es, & in terram abibis*, & sententiam acceperunt mortis, mortales fuerunt: & ex illo tēpore fuerunt perinde ac si quis dicat, mortuos fuisse. Hoc igitur, & scriptura significans dixit: *Quocumque die comederitis, morte moriemini*, h.e. sententiam mortis accipietis, mortales posthac futuri. Hac etiam ratione B. Augustin. eandem explicat quæstionem. Eadem ergo die ab ipso Deo sententiam absolutam, irreuocabilemque mortis acceperunt, per quam iam poterant mortui iudicari, & iam ab ipso Deo vocatus est homo *puluis. Puluis*, inquit, *es*. Hoc Chrysostomus explicat familiari exēplo. Cum enim iudex in aliquos sententiam profert, iam de illis loquimur, ac si illam incurrissent. Intimat, verbi gratia, iudex tribus hominibus pœnam, ad quam eos condemnat, vni suspendiū, alteri exilium, alteri flagella: quāmuis addita sententia ad carcerem reuertantur, & non statim pœnam sustineant, dicimus; vnum eorum suspensum, alterum in exilium missum, alterum flagellis cæsum: & cum iudex sententiā profert, qua bona aliqua inter aliquos diuidit, dicimus, illum tulisse illam bonorum partem, hunc istam, quamuis nōdum actu, & in executionem bona possideant. Quam loquendi phrasim,

Deus

Lib. 1. de sermo. Domini in monte c. 21.

Ibid. v. 15.

Psa. 21. 17.

Epist. 120. ad Honor.

Isaiæ 53.

a Li. de benedict. Patriar. c. 4.

b In c. 53. Isaiæ.

a In cap. 8. Mat. in illud, Videns Iesus circa se ipsum turbas.

b Libr. 50. hom. hom. 35.

Hom. 17. in Genes. circa finem.

Genes 2.

13. de Ciui. cap. 13.

¶ 211.

13. De Ciu. cap. 23.

Deus tènuit multis in locis, ſignanter
Iſaiæ 16. agens per Iſaiam, cõtra Senacherib, vt
quidam exponunt, aut cõtra Nabucho-
In cap. 16. Iſaiæ. donoſor vt Hierony. cenſet. Prædixit
Propheta futurum, quòd Senacherib,
aut Nabuchodonoſor, eſſet vẽturus cũ
grandi potentique exercitu contra Ie-
ruſalem: tunc multi Iudæi timentes im-
petum tyranni, fugam erant arrepturi,
recipiẽ es ſe ad terram Moab, quæ pro-
pinqua erat Iudææ: hortaẽ Deus Moab,
vt cum Iudæi fugientes tyrannũ veni-
rent, illos reciperent; abſconditoſque à
tyranni furore tenerent. *Ini*, inquit, *cõ-
ſilium, coge concilium, pone quaſi noctem
vmbram tuam in meridie, abſconde fugiẽ-
tes, & vagos ne prodas, habitabunt apud
te profugi mei.* Prudentes, inquit, tuos
congrega, conſilium ini, & conuentum
eorum facito, vt videant, quomodo poſ
ſis profugos meos abſcõdere, & obum-
brare eos. Quoniam tamen poterant
Moabitæ timere, dicentes, ſe nõ audere
hoc facere, quoniam timebant tyranni
regis potentiam, & illius exercitus for-
titudinem, ſubdit: *Moab, eſto latibulum
eorum à facie vaſtatoris, finitus eſt enim
puluis, conſummatus eſt miſer, defecit
qui conculcabat terram.* Singula verba
expende, & obſerua ſi ſermo ſit de Se-
nacherib, quod tunc ille in ſuprema
ſua gloria, & ſummo Monarchię Impe-
rio erat conſtitutus, Ivt patet ex his,
quæ de illo Scriptura ſacra refert: & di-
4. Reg. 19. 2. Paralip. 32. 1. Iſaiæ 36. cit nihilominus Deus, iam illum cen-
ſendum eſſe conſumptum, & iudican-
dum de illo, ac ſi iam redactus eſſet in
puluerem, & cinerem, & omnibus bo
nis deſtitutus, omnique miſeria circũ-
datus: qualis eſt homo in ſepulchro iam
conditus: & talem reputandum à Moa-
bitis, ex eo quod ipſe contra eũ ſenten-
tiã tulerat, quod futurus erat puluis &
in cinerem. Si autem ſermo ſit de Nabucho-
donoſor, qui multis poſt fuit annis, ma-
gis mirandum videtur, quod adhuc ille
in mundo non erat, & iam conſumptũ
& puluerem reputandum Deus ſtatuit,
6. De Gen. ad literam cap. 26. & 13. de ciu. cap. 23. Ad Rom. 8. 10. de quo infra breuis redibit ſermo. Hinc
S. Auguſtinus explicat, cur Apoſtolus
vocet corpus noſtrum mortuum: *Cor-
pus*, inquit *mortuum eſt propter pecca-
tum*: non dixit morituum, ſed *mor-
tuum*, quamuis de viuentibus loquere-
tur; quia per ſententiam Dei, ita mor-
ti adiudicatum eſt, vt neceſſariò illam
ſit incurſurum, & tam certò, vt iam
poſſis illud mortuum iudicare, & repu-
tare. Quod idem docuit D. Thom. ob-
In ca. 8. ad Rom. lec. 2. ſeruans Apoſtolum, qui primo vocauit
corpora *mortua*, ſtatim poſtea vocaſ-
ſe *mortalia*, vt explicaret, quomodo
nunc mortua cenſenda eſſent ex neceſ-
ſitate ſcilicet moriendi: Itaque mortua
dicuntur, quia certò moritura: morta-
lia verò, quia nondum mortem incur-
rerunt. Ex hac eadem doctrina expli-
cat Auguſtinus illam Apoſtoli ſenten-
¶ 21. Epiſt. 119. ad Ianuar. cap. 3. tiam, qua dixit, nos mortuos cum
Chriſto, reſurrexiſſe cum illo, ex qua
nonnulli inferebant, reſurrectionem
iam factam, nec aliam in fine temporum
Ad Eph. 2. 6. ſperandam, ex quibus erant Hymenęus
& Philetus, qui errauerunt, & quo-
rundam fidem ſubuerterunt: quos idem
Apoſtolus deteſtatur, qui tamen dicit,
nos reſurrexiſſe cum Chriſto: vnde
2. ad Tim. 2. nisi per fidem, & ſpem certam & ſecu-
ram, ſi ſpiritus eius habitat in nobis?
Eodem igitur modo poteſt homo dici
puluis & cinis, propter certum, & in-
fallibilem euentum. Hinc ſenſus ſatis
congruus eſt diuinis verbis: dixit enim
Gen. 3. Deus homini: *In ſudore vultus tui ve-
ſceris pane tuo, donec reuertaris in ter-
ram, de qua ſumptus es: quia puluis es,
& in puluerem reuerteris*, id eſt: Tam
certò te reputa reuertendum in terram
vt iam poſſis te puluerem reputare, &
intelligere, quia puluis es. Viſus eſt
Deus ſic ſe habuiſſe tunc cum homine,
quomodo poſtea cum rege Sedecia,
tempore Ieremiæ. Voluit Deus impie-
tatem regis Sedeciæ comprimere: id-
que fecit comminando captiuitatem
futuram, & quod traditurus erat eum
in manu Nabuchodonoſor: idcirco co-
Ierem. 27. ſtituit Ieremiæ, vt catenas quaſdam li-
gneas faceret, & collo circundaret,
quas exhiberet coram oculis regis Se-
deciæ, in ſignum captiuitatis futuræ.
Venit tamen tunc quidam pſeudo Pro-
Ierem. 28. pheta, vocatus Hananias, qui ad Se-
deciam Regem acceſſit, dicens, falſum
eſſe, quod ſibi propoſitum fuerat à Ie-
remia, & nequaquam peruenturum in
manus Nabuchodonoſor: quin potius
illi cœpit magnifica multa promittere,
& catenas ligneas in huius ſignum cõ-
confregit: facile enim illi fuit, qui pro-
mittebat,

mittebat, quæ Regi erant gratissima. Statim autem Deus accessit, & alias catenas ferreas fieri constituit, expoui-que coram oculis Regis, & populi, dicens: *Catenas ligneas contriuisti? Hæc dicit Dominus Deus exercituum: iugum ferreum impono super collum cunctarum gentium istarum vt seruiant Nabuchodonosor Regi Babylonis, & seruient ei, &c.* Catenas exhibuit ferreas, quas nemo possit confringere, vt certissimam captiuitatem prænuntiaret, quam de facto statim omnes experti fuerunt Deus vt hominem in sui obedientia contineret, commiatus fuit aduentum mortis, tanquam sæuissimi cuiusdam tyranni, sub cuius potestate remaneret captiuus: idcirco ex diuinis verbis suauissimis, quasi ex quibusdam circulis ligneis, catenam illam oculis ipsius conspiciendam proposuit; *De ligno scientiæ boni, & mali ne comedas: in quacumque enim die comederis ex eo morte morieris* Venit pseudopropheta, immo omnium pseudoprophetarum pater, & catenas illas dissoluendas assumpsit, dicens: *Nequaquam morietis*: quin potius magnificas promissiones subiecit, dicens: *Eritis sicut dij, &c.* Vnde totaliter catenas confregisse visus fuit ab aspectu hominis, credentis iam reuera se non moriturum. Propterea Deus statim accessit, catenasque ferreas & infrangibiles, ex duris, & quasi ferreis verbis constructas, oculis eius exposuit, quibus in manus mortis sæuissimi tyranni tradendum prænuntiauit, dicens: *Maledicta terra in opere tuo, &c. spinas & tribulos germinabit tibi, &c. in sudore vultus tui vescêris pane tuo, donec reuertaris in terram, de qua sumptus es: quia puluis es, & in puluerem reuerteris*. Quasi dicat: Catenas ligneas contriuisti. Iugum ferreum, quod infringi non possit, tibi impono, & tam certam mortem tibi euenturam intelligito: vt iam te puluerem, & cinerem debeas reputare: te ipsum iam mortuum cogita, & sepulchro repositum, puluerem secundum corpus iam effectum.

Gen. 2. 17.

Gen. 3. 4.

§. 34. *Voluit Deus, vt homo viuens, iam se mortuum cogitet: quod faciebat Paulus faciendum hortatur Ambrosius, & consulit Sophar.*

EXpendentes Sancti Patres hanc Dei sententiam contra hominem prolatam: *Puluis es, & in puluerem reuerteris*, considerant Dei ineffabilem misericordiam, quæ tanta est, vt in hoc ipso, quod durus visus fuit, & secundum iustitiæ rigorem agere contra hominē, magnam & immensam erga eum exhibuerit benignitatem. Multas misericordias huiusmodi sententiam continere, demonstrauit Ambrosius, pecuniari opere, quas similiter indicauit Chrysostomus, de quibus alibi: id nunc expende, in eo, ipso modo, quo sententiam contra hominem protulit, magnā exhibuisse misericordiam: præbuit enim illi efficacissimum remedium, quo se contineret a peccatis. Quando illum condidit Deus, vt sub debita obedientia se homo contineret, dedit illi remedium, metum scilicet futuræ mortis, dicens: *Ne comedas, in quacumque enim die comederis, morte morieris*. Non fuit illud plenè sufficiens, quod tantum mortem futuram repræsentabat: addidit propterea aliud efficacius, proponens mortem, non tantum vt futuram, sed vt præsentem: quasi dicat: Non tantum cogita, quod morieris, & puluis eris: sed quod iam mortuus es, & in puluerem corpus tuum est redactum. Grande sine dubio remedium, vt homo à peccatis se contineat, cogitare se ipsum iam mortuum, & quod corpus sepulchro infertur, & anima coram Deo sistitur. Suscipiat homo viuens mortis imaginem, inquit Ambrosius, ne pœnam mortis incurrat. Iuxta quam doctrinam, illud quod supra ex Bernardo annotabamus, possumus accipere, quod scilicet Dauid volens sceleratissimis peccatoribus remedium exhibere, hoc designauit, dicens: *Descendant in infernum viuentes*. Inferni nomine in scriptura aliquando intelligitur sepulchrū, aliquando damnatorum, & pœna

¶. 18.

Lib. de bono mortis. Homil. 17. in Gen.

Orat. de ſ. de reſurre. poſt princ. Li. de vita ſolitar. ad fratres de monte Dei. Pſ. 54. 16.

tum

rum locus. Ad infernum deſcendit homo viuens, inquit Bernardus, per conſiderationem; dum ſcilicet aliquis ſe ipſum mortuum cogitat, & in ſepulchro iam poſitum, putredinem, & vermibus plenum, amicis deſtitutum, vniuerſis, quę poſſidebat nudatum, à tranſeuntibus conculcatum, & animâ ſuâ conſiderat diuino iudicio infernalibus pœnis traditam, & in æternum illum locum pœnarum peccatoribus conſtitutum, &c. Hoc remedium tanquam optimum deſignauit ille excellentiſſimus vitæ ſpiritualis magiſter Antonius, vt S. Athanaſius refert, qui cum quadam die à congregatis fratribus rogaretur, vt eis inſtitutoria largiretur præcepta; inter alia hoc ſingulariter conſtituit, quod vnuſquiſque quauis die, ſe mortuum reputaret, vnamquãque diem vitæ ſuæ cenſeret extremam; & cum homo ad veſperam cubat, cogitet ſe non ſurrecturum manè, & cũ ſurgit manè, ſe non peruenturum ad veſperam; dicebatque Apoſtolum ita de ſeipſo ſenſiſſe, & ſcripſiſſe, non tam quæ ipſe agebat exprimere volentem, quam nos inſtruere cupientem, dum dicebat: *Quotidie morior fratres*. Ita B. Antonius Apoſtoli verba explicabat, vnde forſitan D. Hieronymus, qui vitæ Antonij perlegendæ ſæpè vacabat, hanc hauſit intelligentiam: ſimiliterque Ambroſius, qui ambo eadem Apoſtoli verba expendentes, annotant, ſapientiorem fuiſſe illum omnibus philoſophis: illi ſiquidẽ, inter quos princeps extitit Plato, dicebant, philoſophiam eſſe mortis meditationem, & tanto aliquem ſapientiorem euadere, quanto magis, & viuacius futuram mortem conſiderat. Vnde, & hoc præceptum Plato diſcipulis ſuis Philoſophiæ ſtudioſis impoſuit, vt idem Hieronymus annotat, quod nunquam iter agentes, operirent pedes, ſed perpetuò nudos coram oculis haberent: quo hieroglyphico inſinuare voluit, perpetuò vitæ extremum, quod pedes ſignificant, coram oculis habendum: cui præcepto Chriſtum dominum alludere voluiſſe, quando Apoſtolis euntibus ad prædicandum, præcepit, ne calceamenta portarent. Cum Dei gloriam vidit Eſaias, conſpexit ſeraphinos alis ſuis tegẽtes caput ipſius, & pedes; hoc enim ad Dei gloriam excellenter facit, quod principium non habet, nec finem habiturus eſt: hominis autem caput, & pedes, ſint diſcooperti, ad eius miſeriam manifeſtandam, qui principium habuit in tempore, & finem citò habiturus eſt, in quo omnis illius gloria, & faſtus finietur. Hanc Platonis ſententiam, inquit Hieronymus, omnes vſque ad cœlum efferunt: fortius tamen fuit, quod Apoſtolus agebat. *Quotidie*, inquit, *morior. Hoc dicit Apoſtolus*, inquit Ambroſius, *melius quam illi, qui meditationẽ mortis, philoſophiã eſſe dixerunt: illi enim ſtudium prædicarunt, hic ipſum vſum mortis exercuit, qui mente ſua quotidie ſe mortuum cogitabat*. Quoniam autem Apoſtolus id ſe agere exponebat, quod à cæteris optabat faciendum; inferunt Ambroſius, & Hieronymus, hoc idem nobis agendum. *Sit quidam quotidianus vſus in nobis*, inquit Ambroſius, *affectuſque moriendi, vt per illam ſegregationem à corporeis cupiditatibus, anima noſtra ſe diſcat extrahere, & tanquam in ſublimi locata, quò terrenæ adire libidines, & eã ſibi glutinare non poſſint, ſuſcipiat mortis imaginem, ne pœnam mortis incurrat, &c.* Expende illud: *Sit quidam quotidianus vſus in nobis mortendi*. Mirum eſt, qua cura omnis qui prudens eſt, & cordatus, ad omnia, quæ acturus eſt, ſe primò exercet. Non ſunt homines tãquam irrationales creaturæ, quæ ab authore naturæ actæ, & excitatæ, tam benè prima vice rem perficiant, quam poſtrema: ſicut hirundo, & paſſerculus, tam affabrè nidulum cùm primo, quam cum poſtremo, conſtruit: dedit enim Deus homini mentem, & rationem, per quam addiſcat omnia facere, & ſe in actibus ſuis mouere, & vt vſu, & exercitatione ad rem quamcũque benè agendam perueniat. Hinc ſutores, ſartores, tonſores, agricolæ, & quicunque alij operarij artifices, primò addiſcunt multo tempore, quæ poſtea benè operentur. Medici primò ſe varijs vſibus exercent: Chirurgi ſimiliter. Quirin haſtiludio, aut arũdiludio ſunt certaturi, ſæpius prius periculũ faciunt, & qui comœdiã, aut ſcenam, imò, & irriſorium actũ ſunt re-

præſen-

In vita Antonij.

¶ 214.

1. Cor. 15.

Epiſt 3. de Epitaph. Nepotiani. Orat. de reſurre. in obitu fratris ſui.

In cap. 16. Matth.

Iſai. 6.

præsentaturi, primum semel, & iterum seipsos exercent, & ita agunt, ac si iam præsentes se omnibus exhiberent. Qui regem est allocuturus, primò semel, & iterum, se corã rege positum cogitat, & illa omnia mente versat, quæ coram rege est dicturus, & acturus, ac si illi iã præsens adesset: nam certum est, neminem prima vice benè facere posse, quod nunquam benè agere didicit, & in quo nunquam vel leuiter se exercuit. Ita quidem circa omnia temporalia, & corruptibilia agimus, vt S. Hieronymus annotauit: & tamen ad rem, quæ supremi est ponderis, & negotij, non te comprobas, nec aliqua ratione periculum tui facis, nec te exhibes aliqualiter exercentem? Illam facere, tantummodo tibi conceditur vna vice: *Statutũ est*, inquit Apostolus, *omnibus hominibus semel mori*. Si rectè res prima vice non succedit, actum est de te in æternum, & in seculum seculi; dum Deus durauerit: si autem benè, tibi in perpetuum omnium bonorum statũ acquisisti. Nonne igitur te prius exercebis? nonne te sæpius exhibebis ea agentem, & meditantem tanquam præsentia, quæ certissimè futura spectas? Aliquando igitur cogita te ipsũ lecto decumbentem, graui infirmitate confectum, iam à medicis desperatũ, & quod tibi dicitur, vt disponas domui tuæ; quia morieris, & nõ viues. Quid tunc faceres? Qualem vitam duxisse voluisses; Aliquando te expone, quasi iam animam efflaturum, trementem, & timentem de futuro successu, & illam viam horrendam ingressurum, vbi nullus erit comes, nisi opera, quæ fecisti: qualia velles tunc illa extitisse? Aliquando mentem applica, considerans te iam coram Deo positum, rationem reddentem de omnibus, quæ in corpore egisti? quid in tui defensionem dicturus es? quid in tuæ iustitiæ commendationem producturus? Aliquando cogita corpus tuum iam sepulchro conditum, quod à vermibus comeditur, conculcatur à vili, rusticoque peregrino, &c. Hoc itaque est, quod à nobis expoſcit Ambrosius, dicens: *Sit quidam quotidianus vsus moriendi*. Ex hoc vsu sancti Patres vires reportabãt ad resistendum vitijs, & ad omniũ virtutum opera tenenda: hinc gloriã seculi iusto pondere librare discebant, & inde sapientiã trahebant excellentiorem, quàm discipuli Platonis, ex meditatione mortis. Ad hoc institutum, non ineptè possumus duas sententias Sophar Naamathitis ad beatum Iob aliqualiter trahere. Prima, *Cum te cõsumptum putaueris, orieris vt lucifer*: Pagninus; *Illustraberis sicut mane*. In scriptura sacra, *Putare* sæpè idem est, ac mente reputare, aut cogitatione, rẽ quæ non est, apprehendere, ac si præsentissima esset. Ita S. Ioseph exponẽs somnium, quod tenuerat; *Putabam*, inquit, *nos ligare manipulos in agro, & quasi consurgere manipulum meum, & stare vestros que manipulos adorare manipulũ meũ*. Similiter narrans scriptura, q̃ Pharoo in imaginatione dormiẽ do viderat, *Putabat* inquit, *se stare super fluuium*, id est, iuxta fluuiũ, *de quo ascendebant septem boues pulchræ, & crassæ nimis*, &c. Vnde tunc aliquis se consumptũ putat, cùm seipsum cõsiderat in sepulchro conclusum, ab omnibus derelictum, cuncto splendore nudatum, à vermibus comestum, in cineres resolutũ. Cùm te talẽ reputaueris, inquit Sophar, *orieris vt lucifer*: Vide egregium hieroglyphicũ. Vna eadẽque stella est, quã cum comitatur Solẽ oriẽtem, vocant Stellam Veneris, aut Dianam luciferam, aut luciferum; & cum comitatur Solem occidentem, vocant hesperum, aut vesperum, aut vesperuginem. Comitatur hæc stella Solem, & primum ad vesperam cùm Sol occidit illa ipsum præcedens, se quasi sub terra recondit, & multis horis à nostris aspectibus manet separata, & Solem præcedẽs lustrat omnes inferiores partes terræ, & eas quasi luce sua percurrit: deinde verò, quasi ex terra egrediens, oritur splẽdida, clara, lucida, Solem antecedens, quasi lucẽ ferens, & diem sua luce inchoans, quæ ideo vocatur Diana lucifera, id est, ferens lucẽ diei. Cum homo prius se ipsum mente, & cogitatione sub terra recondit, & quasi abscondit, ibique luce meditationis omnes inferiores terræ partes penetrat; cõsiderãs statũ, quẽ mortuus est habituras; quam expers sit sepulchrum mundanæ gloriæ, & voluptatũ secu-

Epist. 103. ad Paulin.

Ad Heb. 9. 27.

¶ 215. *Iob. 11. 17.*

Pagninus.

Gen. 37. 7.

Gen. 41. 2.

ſeculi; quam nulla, quæ ſecum ſit reportaturus; quam nudus relinquendus ſit vermibus & putredini; inde orietur vt Lucifer, mente clara, illuſtrata, fulgida, & perſpicua, agnoſcens mundi vanitatem, & inanitatem gloriæ ſeculi, & non impinget pes eius; quia in luce ambulat, operaque diei faciet. Ex hac officina, ſeu aula, ſapientiſſimus egredietur. Conſidera Salomonem, qui tanquam ſplendidus Lucifer ortus fuit in mundo, radijs ſapientiæ ſuæ omnes delectans, & ad ſe omnium oculos conuertens: ſi quæras, quomodo tam clarum ſapientiæ fulgorem conſecutus fuerit, ipſemet reſpondet, & explicat, dicens: *Sum quidem & ego mortalis homo, ſimilis omnibus.* Expende coniunctionem, *Et*, quaſi dicat: Et ſi rex, princeps, diues, &c. ſed etiam ſum, ſicut cæteri mortalis; ſimilem ſortitus ſum naturam. Vides vnum lignum opertum auro, & alterum opertum vili pelle; tam lignum, & tam corruptibile eſt illud, ſicuti hoc, quæ eandem retinent intrinſecè naturam, quamuis differant in ijs, quæ extrinſecus adiacent. Similis, inquit Salomon, ſum cæteris in natura, ex eodem principio. *Ex genere terreni illius hominis, qui prior factus eſt, & in ventre matris meæ figuratus ſum caro:* qualis ille, talis ego: *Nam primus homo de terra terrenus, qualis terrenus, tales terreni*, inquit Apoſtolus. In Græco ita legitur: primus homo de terra choicus: qualis ergo choicus, tales & choici. Tertull. *a* ita legit; & B. Hieronymus *b*, voce illa, *Choicus*, tanquam Latina vſus eſt. Eſt *Choi* lutoſa, aut cœnoſa, *Chus*, puluis, quaſi dicas, cœnoſus, & lutoſus puluis, aut lutum extenuiſſimo puluere confectum: hoc fuit primus homo, qui non ex nudo puluere fuit formatus; ſed ex eo aquæ mixto, aut luto, vt D. Thomas tradidit. Tales ſunt, & eius ſucceſſores. Hæc materia, ex qua conſtructus fui, inquit Salomon: *Et natus accepi communem aerem*, illum quem ſpirant belluæ, & animalia, quo in vita conſeruantur vermes: *Et in ſimiliter factam decidi terram*, i.e. in terram ſimiliter omnibus communem factam ad omnium etiam animalium ſuſtentationem. *Et primam vocem ſimilem omnibus emiſi plorans:* ingrediens mundum, vitam vagitu & ploratu ſalutaui; hac prima voce, futuros labores, & incommoda augurans. *In inuolumentis nutritus ſum, & magnis curis*: tam debilis natus ſum, vt oportuerit me faſcijs ligare, & incredibilibus parentum curis ſum nutritus: *Nemo enim ex regibus aliud habuit nativitatis initium*. Ecce quid Salomon conſiderauit, quæ ſcilicet ſe præceſſerant; vnde originem duxerat, quam vilis materia, ex qua conditus; quàm triſtis in mundum ingreſſus, &c. Quid inde factum eſt? *Propter hoc*, inquit, *optaui, & datus eſt mihi ſenſus, & inuocaui & venit in me ſpiritus ſapientiæ, &c.* Sapientia quidem à Deo prouenit; ſed illam dat optantibus & deſiderantibus eam. Ex illa meditatione ego me diſpoſui, ad optandam ſapientiam. *Propter hoc*, inquit, *optaui*: videns vanitatem meæ originis, & ex quam vili materia ſum compoſitus, quam vilia meæ vitæ principia, ad veram ſapientiam optãdam ſuccenſus ſum, & *datus eſt mihi ſenſus*, i.e. prudentia, & intelligentia, qua ſapienter de rebus ſeculi iudicem, & omnẽ mundi gloriam pro dignitate æſtimem. Ecce vnde Salomon ortus fuit quaſi Lucifer ſplendidus, ex conſideratione vilitatis ſuæ, quæ præceſſit, & conſiderans ſolummodo terminum à quo fui eſſe. Quid ageret ſi conſideraſſet etiam terminum ad quem, & attenderet, in quid eſſet finiendus, & conuertendus: ſi ſe conſumptum in ſepulchro reconditum putaſſet, & conſideraſſet? Secunda ſententia Sophar eſt; *Defoſſus ſecurus dormies*. Philippus legit, *Defoſſus*, metaphora ſumpta ab operario: ſicut operarius ex longo, grauique labore, quem tota die ſuſtinuit, nocte defeſſus, ſecurus dormit, quem nullus ſtrepitus excitat, nec culices mordentes inquietant, nec qui iuxta eum vociferantur, ſomnũ intercipiunt: ita iuſtus poſt ingentes labores, quos tota die vitæ ſuæ ſuſtinet, mortis dulciſſimæ ſomnum incurrit, in quo ſecurè dormit; quem nulla cura, nulla inquietudo, aut pœna excitat. Benè tamen Vulgatus legit, *Defeſſus*, id eſt, terra excauata incluſus, aut ſepultus, & ſub terra conditus. Vnde D. Thomas, Lyranus, & alij de ſepultura

Sapient. 7.

1. Cor. 15. 47. 48.

a Li. de reſurr. carn. cap. 49.

b 1. contra Ruf. ad fin.

1. pa. q. 91. art. 1.

¶ 216.

Iob 11. 18. In Catena Græca.

In cap. 11. Iob.

cre-

credunt esse sermonem. Obserua nihilominus in Hebræo haberi verbum *Hhaphar*, quod non passiuum est, sed actiuum, ideoque illud *defessus*, non passiuè accipiendum est, quasi ab alijs sepultus, aut sub terra excauata conditus; sed actiuè, quomodo legunt Pagninus, Regia, & Brixianus, quasi dicas: Cum foderis te ipsum, aut cum excauata terra, teipsum sub illa condideris, securus dormies. Dormire securum in Scriptura, est nihil mali timere, qui enim aliquid timet, non solum non securè, & quietè dormit, sed vigilat; timor namque somnum fugat. Vis non timere dæmonis impetus, seculi fallacias, mundi clamores, carnis deceptiones, quæ te, tanquam Dalila Sampsonem, fallere procurat? Vis non vinci suggestionibus dæmonum, mundi vocibus, carnis impulsibus? Non expectes te ab alijs sepeliri, & in sepulchro alienis manibus reponi: tu ipse primò terram mente excaua, & sepulchrum aperito, & intra illud per considerationem, te ipsum includito, terraque te ipsum operi, & vermibus te circumda: considera qualis ibi eris, quam paruo spatio contentus eris, quam exigua, aut nulla tui memoria in mundo permanebit; quam parum tunc tibi diuitiæ proderunt, quam fallacem experieris salutem, & pulchritudinem: sicque *sit in nobis, quidam quotidianus vsus moriendi.*

Brixian. tom. 1. fol. 253 pag. 2

§. 35. *Victus fuit Dauid in Regem, in sepulchro, vt tunc se reputaret mortuum, quando rex constituebatur.*

¶ 217. COnsidero ex his, quæ in secunda vnctione Dauidis facta fuerunt; nec enim illa temerè euenisse credendum est, in homine secundum cor Dei, qui se iactat à Deo Coronam Regni accepisse, & in Regem fuisse vnctum.

a 1. Reg. 16. 13. Vnctus fuit *a*, primò à Samuele in domo paterna, coram fratribus suis: secundò autem, mortuo iam Saule, vnctus fuit in Regem à viris tribus Iuda. In Hebron, vt sacra narrat historia *b*. Si quæras, quæ nam fuerit Hebron, quis locus: Scriptura sacra respondet *c*, fuisse *Cariath-arbe*. Primò, locus ille vocatus fuit Hebron tempore Abrahæ & antiquorum Patrum, postea vocatus fuit Cariath arbe, id est, ciuitas quatuor, vt obseruauit Hieronymus *d*, & Rabbanus *e*. Illud *Quatuor*, est in gigne di casu, *La ciudad delos quatros*, ibi enim sepulti fuerant quatuor famigeratissimi viri, Abraham, Isaac, Iacob, & magnus Adam. De illis tribus nulla est difficultas: notum est enim, Abraham emisse locum illum ab Ephrom, filio Seor *a*, in quo erat spelunca duplex, quę in sepulturam elegit, in quo sepultus fuit ipse *b* à filijs suis Isaac, & Ismael; & Isaac etiam, sepultus à filijs suis Iacob & Esau *c*: & Iacob *d* à Ioseph filio suo; De magno tamen Adam, dubium est. Certum est quidem ibi sepultum fuisse magnum Adam, id enim dicitur in libro Iosue *e*, *Adã maximus ibi inter Enacim situs est*, id est, sepultus est, vt D. Hieron. exponit *f*. Quis fuerit hic Adã maximus, dubium est. B. Hieronymus censet, fuisse primum parẽtem nostrũ, qui dictus fuit maximus Adam, id est, maximus homo, immo omnium hominum principium: ex quo refellit quod cõmuniter dicitur, Adam fuisse sepultum in monte Caluariæ, quem ita credunt vocatum à caluaria Adæ. Hæc, inquit Hieronymus, interpretatio, mulcet aurem populi, non tamen est vera, primò, quia locus ille, nõ dictus est caluariæ à caluaria Adæ: sed ex capitibus eorum, qui ibi extra ciuitatem capite truncabantur: secundò, quia Adam sepultum in Hebron, in Iosue volumine legimus. Ita ibi Hieronymus, quem aliqui sequuntur. Cæterum sententiam ille recantauit, & id asseruit, quod sanctis omnibus est communi traditione exploratum, Adam sepultum fuisse in monte caluariæ, & ab eius caluaria locum ita vocatum, quomodo Epiphanius *a*, Athanasius *b*, Chrysostomus *c*, Basilius *d*, Cyprianus *e*, Ambrosius *f*, Augustinus *g*, & alij de quibus noster diligentissimus Cano *h*. Idem Hieronymus refert multos existimantes, illum, qui vocatur, Adam maximus, fuisse Caleb, ex cuius, inquit, latere memoria monstratur: communior tamen est sententia, Adam maximum, vocari ma-

b 2. Reg. 2. 4.

c Ios. 14. 15. & c. 20. 7.

d Epif. 27. ad Eustoc. de epitaph. Paulæ.

e Inglos.

a Gen. 24. 19.

b Gen. 25. 9.

c Gen. 39. 27. 28. 29.

d Gen. 49. 29. 30.

e Ios. 14. 15.

f In ca. 27. Matth.

Epistol. ad Marcellã.

a 1. Contra hæres. hær. 46.

b Serm. de Pass. Dom. & cruce.

c Ho. 84. in Ioannem.

d in ca. 5. Esaiæ.

e Serm. de resurrect.

f Epist. 19.

g Trac. 84. in Ioan. & Ser. 71. de tempor.

h 11. de loc. cis.

magnum quendam hominem, & deformem gigantem, qui ibi extiterat, & ſepultus ibidem fuerat: & fortè fuit hic Enac ille, à quo orti ſunt gigantes, qui dicti ſunt in ſcriptura, Filii Enac, aut Anach, vel Enacim. Sicut enim nomen Adam, vt ſupra annotabamus, aliquando eſt nomen primo parenti appropriatum, aliquando verò, & frequentius apellatiuum, omnibus hominibus ab ipſo deſcendentibus commune: ita nomen *Enac*, aliquando proprium eſt cuidam horrendo giganti, qui etiam apud gentiles, fuit famigeratiſſimus, quem filium terræ vocabant: aliquando appellatiuum eſt, omnibus gigantibus ab eo procedentibus commune, quorum ſæpè meminit ſcriptura ſacra, deſcribens filios Enac, aut Enacim: & in Hebron huiuſmodi Enac patrem gigantum habitaſſe, indicat liber Ioſue dicens: *Caleb filio Iephone dedit partem in medio filiorum Iuda Cariath Arbe, patris Enac: ipſa eſt Hebron.* Ioſue 15. 13. Scio aliis multis modis hæc poſſe expli cari, imò, & quod dictum eſt, *In Hebron ſitum Enac*, ſed non vacat omnia proſequi. Vtcumque ſit, commune eſt apud authores, in Hebron ſepultum extitiſſe quendam horrendum, ingentemque gigantem, quẽ vocat ſcriptura Adam maximum: non quidem (meo iudicio) in ſpelunca, in qua tres Patriarchæ ſepulti erant: ſed iuxta ¶ 218. illam. Voluit igitur Deus Dauidẽ vngi in regem in Hebron, aut Cariatharbe, id eſt, in iſta ciuitate, vbi quatuor illi famigeratiſſimi viri erant ſepulti: tres, ex quibus deſcendebat omnis populus Dei, quartus, qui principium omnium gigantium, & fortium terræ extiterat, in eo loco, qui ſepultura erat fortium, diuitum, potentum, & virorum, qui famoſiores in orbe extiterant, vt regnum ſuſcipiens, ſe in ſepulchro iam poſitum reputaret, & primò ſe cogitaret mortuum, quam regem, & attenderet terminum maieſtatis, & potentiæ regiæ, diuitiarum, & gloriæ mundi. Elegerat dominus primo Saulem in regem: ſed maieſtatem ad quam ſe videbat euectum attendẽs, in ſuperbiam elatus, perditionẽ incurrit: eligit poſt illum Dauidem, & ne ſimiliter concidat, & ne in ſuperbiam ſe erigat, diſponit, vt vngatur in ſepulchro virorum illuſtriſſimorum: vt qui ex vna attenderet ad eos, qui oleum capiti ad ſignum regiæ dignitatis infundebant, ex alia oculos in defunctos, quos ſub ſe habebat, collocaret, ſeque illis mente iam ſociaret, vt inde extraheret ſapientiam ad regendum populum cum humilitate, manſuetudine, ad omnem ſuperbiæ flatum comprimendum. Ita agere debent reges, principes, potentes. Iudex, qui in cathedra ſedere parat ad ferendam ſententiam, primò ſe mortuum cogitet, coram Deo conſtitutum, ſententiæ ſuæ rationem reddentem. Qui ſpecioſis induitur veſtibus, primò reputet ſe vili linteo ad ſepeliendum inuolutum, qui illud ſolummodo de omnibus, qui poſſidet, ſecum feret. Mulier, quæ faciem ornat, primò recogiret illam in ſepulchro poſitam, ab eo, qui ſepulturam excauat conculcatam, à vermibus laceratam. Hinc ſingularem quandam rationem tradere poſſumus, cur baptiſmus per immerſionem ſub aqua conferatur, ita quod qui baptizatur, ſub aqua videatur mergi, & recondi: ſi enim datur ad abluendam animam à peccato, videbatur potius dandus abluendo faciem, & extergendo ſordes illius, aut abluendo pectus, tunc que illa exterior ablutio corporis, internam animæ ablutionem, aptiſſimè ſignificaret. Cur igitur immergendo confertur? Reſpondet Diuus Thomas id fieri, quia in baptiſmo ſortitur homo nouam vitam in Chriſto, & moritur veteri vitæ ex Adam, ideoque tanquam mortuus, & ſepultus vitæ veteri, debet exhiberi. Hoc indicatur per merſionem, per quam id ſignificatur, quod dixit Apoſtolus, quod cum homo baptizatur conſepelitur Chriſto, ſicut enim ille ſub terra conditus fuit, ita homo ſub aqua ponitur. *Cõſepulti ſumus Chriſto: per baptiſmum in mortem*, ait Apoſtolus, & propterea tribus merſionibus tingitur homo, cũ baptizatur, vt tribus diebus, quibus Chriſtus in ſepulchro iacuit, ſe ſimilem exhibeat, vt ex Sanctis patribus annotat D. Thomas. Cum itaque homo baptizatur quaſi ſepelitur. Et aptè quidem: nam in baptiſmo in regem

3. p. q. 66. a. 6. & 7.

Rom. 6. 2.

3. p. cit. & in ca. 6. ad Romanos.

vngitur, vt alibi expoſuimus, & ex vilibus, & terrenis ad ſuprema, & cœleſtia contendenda, cor eius eleuatur. Sicut igitur Dauid, quem elegit Deus, vt, qui paſtor erat paucarum ouium, Rex eſſet totius populi Dei, vnctus fuit in regē in Hebron. quaſi in ſepulchro mortuorum inſignium conſtitutus, vt inde qua ratione regaliter ſe agere deberet addiſceret, & ſapientiam inde traheret, ad iuſtam rerum eſtimationem: ita Chriſtianus cum in baptiſmo vngitur in regem, quaſi ſepelitur, & in ſepulchro conſtituitur: vt intelligat hoc ipſo quod ſe Chriſtianum reputat, debere etiam ſe reputare ſepultum, & mortuum, vt inde diſcat regaliter viuere ſecundum nobilitatem ſpiritus, & non viliter ſecundum vilitatē carnis. Si enim ſe mortuum iam reputauerit: quomodo ad huius mundi fallacia bona ſe demittet? quomodo in æſtimatione habebit perituri ſeculi luxum? quomodo ſe totum terrenis, & corruptibilibus diuitijs comparandis, & acquirendis tradet? Huiuſmodi conſiderationis defectum, Dauid tanquam totius perditionis hominum cauſam expreſſit illis verbis ſupra expoſitis. *Non eſt reſpectus morti eorum* quod Hieronymus vertit: *Non recogitant de morte ſua, &c.* Vt igitur te iam mortuum reputes, & cogites, Eccleſia diuina verba vſurpans, non tantum te in puluerem reuerſurum aſſerit, ſed iam puluerem vocat: *Puluis* inquit, *es*, qui mortem tam certò tibi euenturam intelligas, vt iam eam incurriſſe poſſis imaginari.

Dan. 2. 13. rum, qui neſciebant ſomnium indicare regi, dicitur; *Et egreſſa ſententia, ſapientes interficiebantur.* Certè nondum interficiebantur, imò nec interfecti fuerunt: quia tamen iam mortis ſententia contra eos prolata fuerat, & ſub breui tempore erant morti tradendi, dicebantur iam interfici. Qua loquendi phraſi vſus fuit Deus in ſententia, quam tulit contra Baltaſſarem, in qua, quæ futura erant, tanquam præterita expreſſit, *Mane tecel phares*, quæ verba ita interpretatus fuit Daniel. *Mane numerauit Deus regnum tuum, & compleuit illud: Tecel, appenſus es in ſtatera, & inuentus es minus habens: Phares, diuiſum eſt regnum tuum, & datum eſt Medis, & Perſis.* Certè nondum regnum Baltaſſaris diuiſum erat, nec traditum Medis, & Perſis: ſed quod futurum ſtatim erat, iam factum exprimebatur: tum propter rationem paulo antea traditam, propter certitudinem ſcilicet futuri euentus: tum propter rationem, quam nunc proſequimur: quia ſtatim illud futurum erat, ſicuti reuera fuit: *Eadem enim nocte interfectus eſt Baltaſſar: Chaldæus, & Darius Medus ſucceſſit in regnum.* Dan. 5. 27. 29. Dan. 5. 31. Duces qui ciuitatem, in qua regnabat Baltaſſar, obſeſſam habebant, erant Darius, Medus, & Cyrus Perſa, qui illa nocte ciuitatem ceperunt, & Regem Baltaſſarem occiderunt, cuius regnum diuiſum fuit in Medos, & Perſas, quamuis textus tantum exprimat Darium Medum, quod ille ſenior eſſet, auunculus Cyri Perſæ. Hæc ergo loquendi ratione meritò omnis viuens poteſt dici puluis, & cinis, hoc enim breuiſsime futurus eſt. Quis enim breuitatem vitæ poteſt, ſicut par eſt, exprimere? Res eſt hæc, quam ſcriptura ipſa innumeris hieroglyphicis expendendam aſſumpſit: quia non vno aut duobus poteſt aptè exponi. Sanctus Iob breuitatem vitæ exponit ſub hieroglyphico telę, quæ à texente ſuccidítur. Dies, inquit, *mei velocius trāſierunt, quam à texente tela ſuccidítur.* Iob 7. 6. Videbis textorem, qui telam in pectine texturio ponit, cum texere incipit, quaſi imperceptibili velocitate, in vnam, & alterā partem, radium aut lanceolam mittere, quæ nondum in hanc par-

§. 36. *Tertiò dicitur homo puluis, quia ſtatim futurus eſt puluis, breuis enim eſt illius vita.*

¶ 219. TErtio homo adhuc viuens poteſt iam puluis, & cinis pleno ore vocari, quia citiſſimè, breuiſſimeque quicumque viuens futurus eſt cinis, & puluis: & iuxta celebre philoſophorum axioma, quod parum diſtat, nihil diſtare videtur. Hac de cauſa apud Danielem, de ſapientibus Chaldæo

partem peruenisse videtur, cum iam ad aliam reuocatam conspicis: statimque videbis palmum telæ contextum, & statim vlnam, mox duas vlnas, quas paulatim textor in liciatorio colligit: sicque quando minus cogitas, telam vides contextam, & quod à textore præscinditur, & pectine textorio extrahitur: contingitque sæpissimè, quod eam præscindit statim atque incæpit vnam solummodo vlnam, aut dimidiam tantum habens contextam. Talis est vita nostra, quæ ponitur in pectine textorio, cum concepti sumus, transeuntque dies velocius, quam radius, aut lanceola textoris, euntes, & redeuntes, & subito vides contextam nunc hebdomadam, nunc mensem, nunc annum, & miraris, quomodo tam citò transierint hi dies: & aliquando antequam finiatur, succiditur, ad vnum palmum, aut ad vlnam. Quotnam enim in iuuentute intereunt? quot in adolescentia? quot in infantia? quot in vtero matris? Plorabat Ezechias, *quia præcisa est*, inquit, *velut à texente vita mea, dum adhuc ordirer, succedit me*. Huiusmodi velocitatem, qua dies fluunt, indicauit Sanctus Moyses, verbis illis, magna expensione dignis: *Iuxta est dies perditionis, & adesse festinant tempora*. Diem perditionis, diem iudicij omnes intelligunt: hunc diem maximè iam appropinquantem exprimere voluit, dicens, illum *iuxta esse*, id enim in scriptura dicitur esse iuxta aliquem, quod illi est propinquissimum, & cõtiguum, eo modò, quo Propheta, Deum iuxta se positum expressit dicens, *Iuxta est qui iustificat me*; & hoc postulabat Sanctus Iob à Deo. *Pone me iuxta te*. Dices: Quomodo potuit Sanctus Moyses illud dicere, cum à suo tempore vsque ad diem iudicij, millia annorum adhuc superessent? Primò, populus eius introducendus erat in terram repromissam, & post aliquot centurias annorum ædificandum erat templum, & post multa secula Christus venturus, & post illum, adhuc multi anni ante iudicium erant agendi, sicuti videmus: quomodo ergo dixit, *Iuxta est dies perditionis?* Propter rationem, quam ille addidit: *Et adesse festinant tempora*. Dictio namque *Et*, potius

¶ 220.
Esai 38.12
Deu. 32.35
Esa. 50.8.
Iob 17.3.

causalis, quam coniunctiuæ vim habet. Et expende egregiam rationem, quam indicant B. Augustinus, qui considerat dies ita inter se affectos, vt vnusquisque eorum contendat se dare præsentem, ideoque sequentes, quasi premere præcedentes, vt citò transeant: eo modo, quo cum in aliquo templo multi tenentur inclusi, cum exire procurant, posteriores impellunt priores, vt citius egrediantur, quo ipsi possint egredi. Hesternus dies, ab hodierno fuit impulsus, & eiectus, & hodiernus dies, inquit Augustinus crastino vrgetur, vt transeat, sicque tam imperceptibili velocitate currunt, vt multi dies, breuissimo tempore finiantur. Meritò igitur S. Iob dixit, dies suos velocius transactos, quam à texente tela succiditur. Vnde, & ipsemet non contentus verbo transeundi, vsus fuit iterum verbo fugiendi. *Dies*, inquit, *mei velociores fuerunt cursore, fugerunt, & non viderunt bonum: pertransierunt quasi naues poma portantes; sicut aquila volans ad escam*. Tribus hieroglyphicis celeritatem dierum suorum expressit, ex ijs, quæ velociora sunt in terra, in aqua, & in aere: & hæc depinxit non absolutè, sed cum quadam conditione, quæ maximè facit ad institutum manifestandum. In terra nullus velocius transit, quam cursor, & non quicumque, sed qui fugit: aliud est enim currere, aliud fugere, vt commune habet prouerbium. Qua velocitate pertranssit Ieuis cursor, qualis erat Asael, cum fugit periculum mortis? Nondum apparet, quod iam aboculis disparuit. In mari nihil velocius quam nauis, quæ volare videtur super aquas: & non quæcumque sed illa, quæ festinat, deferens merces, quæ breuiter corrumpi possunt, nisi cito ad totum perueniat. Vnde Symmachus legit, *quasi naues festinantes*, cum grandi festinatione mercatores procurant eas dirigere, omnibus velis tãquam alis extentis: vt merces, quæ corrumperentur, si moras traherent, qualia sunt poma, incorruptæ perueniant ad emporium. In aere nihil velocius fertur, quam aquila: vnde Deus ad celerrimum cursum indicandum, expossuit volatum aquilæ dicens: *Assument pennas, vt aquila current, &*

Ser 42. de verb. Domini, & in Psal. 110.
Iob 9.25. 26.

non laborabunt, & non quæcumque aquila, ſed quæ grandi fame excitata ad eſcam ſe demittit, quæ tanto impetu fertur, vt imperceptibilis ſit eius curſus, & in inſtanti fere ex alta regione ad profunda peruenit. Idem ipſe Sanctus Iob altero hieroglyphico, vitæ breuitatem expreſſit, de homine loquens: *Quaſi flos*, inquit, *egreditur, & conteritur*. Quam pulcher apparet flos, cum in lucem producitur? hoc enim ſignificat verbum *egrediendi*, eo tamen ipſo quod apparuit, iam decidere incipit, & conteri. Et expende nullum medium poſitum à Sancto Iob, inter egredi, & conteri, indicans, hoc ipſo quod egreſſum eſt, incipere conteri. Vt enim conſideranit acutè S. Gregorius Nyſſenus, flores cum egreſſi ſunt, & ſe oculis repreſentant pulchriores, tunc colliguntur: & ita explicat illud, quod Sponſus dixit ad Sponſam: *Flores apparuerunt in terra noſtra, tempus putationis aduenit*. Putationem vocat, collectionem, aut meſſionem florum. Quando tempus eſt collectionis floris? Cum ille apparuit pulcherrimus, ita quod ab eo tempore, quo apparuit, ad tempus, quo colligendus eſt, nullum medium datur, ſed tunc colligendus eſt, cum egreditur, & apparet pulchior, atque formoſior: vt intelligas, tunc tempus eſſe mortis, quo colligaris, quando pulchrior es, & ſaniorem te ſentis ac robuſtiorem: & nunquam magis hominẽ eſſe morti propinquiorem, quam quando tanquam pulcherrimus flos videtur fulgere. Iterũ idem Sanctus Iob, vitam vento comparat. *Memento mei Deus, quia ventus eſt vita mea*. Multi ex Hebræo legunt, *Spiritus eſt vita mea*, id eſt, reſpiratio quædam: hoc autem dicitur, primò, quia vitam accepit homo ex Dei reſpiratione, qui *Spirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animam viuentem*: ſecundò, quia reſpirando conſeruatur vita hominis: tertiò, quia reſpiratio ipſa eſt aptum vitæ humanæ hieroglyphicum. Quid enim breuius, quam reſpirare? quid velocius tranſit, quam reſpiratio? Vulgatus tamen, *ventum* reddidit: quoniam inter ea, quæ breuius durant, computatur leuis aura venti, quæ ſubitò ac excitata eſt, poſt breuiſſimum curſum diſſipatur, & finitur. Si tamen huic addas illam Sancti Iacobi Apoſtoli ſententiam, *Quæ eſt vita veſtra? vapor eſt ad modicum parens*, quidnam facilius diſſipatur, quam vapor, qui per aera aſcendit, quem leuiſſimus flatus venti omninò conſumit? & quidem quamuis facilè vapor poſſit à vento exterius aduenientẽ diſſipari, permanet tamen dum ventus non perflat: ſi autem vapor ſecum traheret vẽtum, & ex ſe ipſo ventum emitteret flantẽ: poſſet ne vel ad momentum durare? Vita tua quid eſt, niſi vapor leuis? idcòque diù durare nõ poteſt, & multò minus quàm vapor externus: quoniam vita tua ſecum fert ventum; ipſa eſt vapor, & ipſa eſt vẽtus, ipſa ſe ipſam diſſipat, & cõſumit: & ipſa ex ſe ipſa profert ægritudines, infirmitates, languores, qui illam nullatenus diù permanere permittent.

¶ 221. *Iob*, 14. 2. *Homi. 5. in Cant.* *Cant. 2. 12.* *Iob 7. 7.* *Gen. 2. 7.* *Iacob. 4. 15*

§. 37. *Scriptura melioribus hieroglyphicis declarat vitæ humanæ breuitatem, quam Philoſophi, qui quod benè dixerunt, ex illa furati ſunt.*

¶ 222. VT tamen miſſa faciamus innumera, quæ ad hoc inſtitutum poteramus expendere, rem totam concludamus, obſeruantes excellentiſſima hieroglyphica, quibus Sanctus Dauid vitæ breuitatem expreſſit. Voluit ille hominis miſerias decantare, & ſingulariter exponere quam breuis ſit huius vitæ duratio: ſupponitque primò, quod quamuis vita duraret per mille annos, ad quem numerum nullius vita peruenit, adhuc iudicanda eſſet breuiſſima: *Quoniam mille anni ante oculos tuos, tãquam dies heſterna, quæ præterijt*. Non dixit, ſicut vna dies abſolutè, ſed ſicut dies heſterna, quæ præterijt. Breuiſſima hodie iudicatur dies heſterna, homo enim tempus præſens, & futurum reputat longum: ſed tempus præteritum, iudicat breuiſſimum, & miratur quod tam citò tranſierit. Iudicat qui ſexaginta annos habet, illos in momento tranſiſſe, & non duraſſe quaſi *Pſal. 89. 5.*

quasi per momentum: quid igitur iudicabit non de sexaginta annis, sed de vna die iam transacta? Talis est duratio mille annorum coram Deo. Ex quibus explicat Apostolus Petrus, diuinas promissiones, & respondet quibusdam qui eas calumniabantur. Irridebant Sanctos Apostolos quidam impij homines, & eorum prædicationem, qui dicebant, nouissimam horam esse, & quod statim venturus esset Christus ad iudicium: dicebant enim, cantilenam hanc antiquam fuisse, & tamen nunquam videbant eam completam. Respondet Petrus, illos ignorantes comprobans, qui nesciebant de temporibus iudicare. *Vnum verò hoc nō lateat vos charissimi, quia vnus dies apud Dominum sicut mille anni & mille anni sicut dies vnus.* Quasi dicat: Omnis duratio, quæ finem habet, apud Deum breuissima reputatur, & mille anni sicut breuissima dies. Hinc que petat quod supra diximus, cur Sanctus Moyses, diem iudicij iam suo tempori annuntiauerit proximam: quoniam mille anni ante oculos tuos, tanquam dies hesterna, quæ præterijt. Ita quidem si de temporis duratione in oculis Domini, & in comparatione æternitatis eius loquamur: sed qualis etiam appareat in oculis nostris, & quàm breuis iudicetur vita, quæ multis annis durat, explicat Dauid, subdens: *Et custodia in nocte quæ pro nihilo habentur, eorum anni erunt.* Duplex hieroglyphicū in his verbis Dauid ponit. Primum est. *Custodia in nocte.* Notum est, noctem diuisam à militibus in quatuor vigilias, quarum quæque tribus horis durabat, & cuique vigiliæ peculiarem custodem statuebant; qui illis tribus horis tenebatur vigilare, & custodire quæ sibi erant cōmissa, quæ propterea, Custodiæ noctis vocabantur; ideoque breuitatē vitæ explicat Dauid sub hieroglyphico custodiæ, cuius vigilia breuissima est, & quando magis protenditur, non excedit tres horas. Ita Augustinus *a*, & Basilius *b*. Sicut igitur custodiæ noctis sibi inuicem succedūt, & breuissimo tempore vnaquæque istarum perstat: ita homines in nocte huius vitæ sibi inuicem succedunt, tanquam custodiam agentes. Videbis patrem custodientem domum, & facultates suas: eo discedente, post vigiliæ suæ tempus expletum, succedit filius, similiter custodiæ officium suscipiens, & breuissimè in illo permanens: succedit ei ipsius filius, aut hæres: & nihil in mundo communius, quàm quibusdam discedentibus, alios loco ipsorum ingredi, quorum vnusquisque breuissimo tempore in officio custodiæ durat. Aliud tamen maius indicat mysterium Dauid. Duratio trium horarum non accipienda est respectu eius, qui vigilat; illi enim fortè longa talis duratio videbatur: sed respectu alterius, qui dormit, qui finitis tribus horis excitatur, vt alio discedente ipse ad suam vigiliam gendam surgat. Quis enim dicere potest, huic cum expergefit, quā breuis appareat illarum trium horarum duratio? Miratur, & stupefit, dicens: Nunc me somno tradidi; possibilene est, quod tam citò transierint tres horæ? Talis est vitæ duratio, etiam quæ multos annos perstitit: aduenientem enim mortis tempore, cum homo excitatur, qui rebus seculi traditus dormire videbatur; quam breue iudicat omne tempus quod præterijt? Miratur quomodo tam citò transacta fuerit iuuētus, tam subitò virilis ætas, tam breuiter transacti anni, & dies. Verè id videmus in illis, quos Spiritus Sanctus exposuit, hoc ipsum profitentes, & dicentes: *Transierunt omnia tanquā vmbra, nuntius nauis, &c. nos nati cōtinuò defuimus esse.* Expende vim illius aduerbij, *continuò*, quod significat nulla mora, nullaq; duratione interposita, quo propterea vtitur scriptura sacra ad exprimendum, quod nulla mora interueniente fit: vt cum dicit de Petro, & Andrea, quòd ad Christi vocationem, *continuò secuti sunt eum.* Vide q̄ breuem iudicant totius vitæ durationem, quod inter incipere, & definere, nullum iudicant aut deprehendūt medium tempus. Et sine dubio si teipsum consideres, & ad præteritæ vitæ tuæ tempus oculos conuertas, idipsum iudicabis. Qua de causa, vt S. Gregorius explicauit, dixit Sophar Naamathites: *Gaudium hypocritæ ad instar puncti*: quantūcunque enim vita longa sit, cùm ad eius finē peruenit homo

1. Pet. 3. 8.

Psal. 89. 6.

Sap. 5. 13.

Matth. 4. 20.

a Psal. 89. b Scholia in Psal. 89.

15. Moral. c. 2. Iob 20. 5.

transacta vita non videtur lõgior fuisse breui momento, Secundum Dauidis hieroglyphicum est: *Quæ pro nihilo habentur*. In Hebræo pronuntur nomina, quæ vt adnotat Genebrardus, multa significant, iuxta varias radices, à quibus trahi possunt, videlicet aquæ velocissimè in præceps decurrentis fluuium, pluuiæ celerrimè cadẽtis descensum, fluminis inundationem rapidam, bullam quę fit in superficie aquę, somnium quod cùm homo expergefit, auolat, & deficit? hac de causa variè hanc sententiam authores trãsferunt, Hieronymus, *Vt somnium erunt*, aut, *erunt quasi somnium, quod fugit ab expergefacto*, Fœlix, *sicut impetus aquarum somnus sunt*; Chaldæus, *Tanquam dormientes erunt*; Pagninus, *Inundasti eos, somnus erunt*: egregiè tamen Septuaginta omnia complexi, transtulerunt: *Quæ pro nihilo habentur, eorum anni erunt*. Quasi dicat: eorum anni, quantumcunque videantur longissimę durationis, similes sunt ijs omnibus, quæ propter sui inconstantiam, tanquã nihilum æstimantur. Considera res omnes, quarum duratio, & existentia pro nihilo habetur, vt bullam super aquam, spumam gracilem, somnium, quod cùm homo expergefit, euanescit fumum, qui in momento dissipatur, aquam, quæ magna celeritate fluit, lanuginem, quam ventus quiuis impellit, puluerem, quę leuis aura proijcit, vmbram, cùm declinat, & deficit, & huiusmodi multa: quorũ vnumquodque longam requirit cõsiderationem; his omnibus simul sumptis, & cuius eorum, similes sunt anni, & duratio vitæ hominis: eorum enim anni quasi ea quæ pro nihilo habentur, de quorum subsistentia nullam quis potest habere confidentiam, quorum durationem certum est breuissimam fore. Neque hic dicendi finem fecit Dauid, sed aliud addit symbolum herbæ florentis, arescentis, & decidentis, quo totius vitæ humanæ discursum describit, vt b. Gregorius Nazianzenus annotauit. *Mane*, inquit, *sicut herba transeat, mane floreat, &c.* Deinde illud subdit famigeratissimum symbolum: *Anni nostri sicut arenam meditabũtur*. Chrysostomus, & Theodoretus legunt, *Anni nostri pro aranei tela repũtabuntur*. Aranei tela duo habent, primum, quod magno cum labore texitur; se enim aranea euiscerat, & exhaurit, vt tenuẽ victum capiat, sæpèq; ante tempus exhausta deficit: secundum, quod breuissimæ est durationis; est siquidem exilis nimis, quam etiam leuis aer dissoluit, nihilq; est, quod facilius destruatur: tales sunt anni nostri, vt Augustinus, & Basilius considerant, laborioſi, & anxietatibus pleni, in quibus homo quasi se euiscerat, quærens quidnam captare possit; & deinde breuissimæ durationis, quos leuis aura, potio aquæ lapis cadens, dissoluit, & perdit. Si enim rectè consideres, nihil inuenies, quod facilius conteratur, & consumatur, quam vita hominis, & anni illius. Hæc breuiter complexus est Hieronymus. Videte, ait, quid dicat: Anni nostri sicut aranea meditabuntur. Quomodo aranea quasi mittens fila, huc illucque discurrit, & texit tota die, & labor quidem grandis est, sed effectus nullus: ita, & vita hominis, &c. Hæc duo, vt Basilius hunc locum expendens annotat, explicuit optimè ille magnus Iacob, qui interrogatus a Pharaone quotnam essent anni vitæ suæ, respondit: *Dies peregrinationis meæ centum triginta annorum sunt, pauci, & mali*, id est, breuissimi, & laborioſissimi. Tales enim fuerunt anni, quibus sãctus ille vir vixit, ærumnis, & laboribus pleni, & paucis omne namque finitur, dum ad finem eius peruenitur, breue iudicatur, vt Hieronyᵃ & Gregorius ᵇ, obseruarunt. Hæc huius loci communis explicatio. S. tamen Hieronyᶜ, locum ex professo expendens, & qui ex Hebræo transferunt, aliter legunt. In Hebræo namqsh: habetur nomẽ *Hegeh*, quod propriè significat sermonem, loquelã, aut eloquium, nõ quodcunque, sed depressum, submissum, ac leuissimum: vt cùm loquimur mussitando, aut per murmurium labiorum. Vnde in scriptura aliquando tribuitur meditationi cordis, quæ locutio quædam dicitur, aliquando verbo submisso, aliquando flatui ab ore progredienti: ideò variè locum authores transferunt. Hieronymus, *Anni nostri sicut sermo, aut locutio, vel loquela-*

¶ 223. *In Psal. 89*

Hieron.

Orat. Funebri Cæsarij fratris.

Psal. 89. 9.

In Psal. 8

Ibidem.

Schol. in Psal. 89. Gen. 47

a *Epist. 3. ad Heliodorum.*
b *15. Mor. c. 9.*
c *Epist. 139 ad Cyprian.*

¶ 224. *Brixia to. 1. fol. 131.*

Hieron.

Fœlix. *Pagninus.* *Regia.* *Iob.7.6.* *ibi. velociores dies mei, &c.* *In c.7. Iob.* *Genebrar.* *Brixian.*

quela, quomodo Fœlix, Pagninus, & Regia, quæ lectio concinit ei, quod Sanctus Iob dixerat, iuxta Septuaginta: *Vita mea exilior est quàm loquela*, quomodo legit Augustinus. Volat irrevocabile verbum, in puncto profertur, in puncto finitur: est enim quidam veratus aer, qui subitò euanescit, aut potius quidam sonus in aere sustentatus, qui in instanti dissoluitur. Genebrardus, & Brixianus, *Anni nostri sicut meditatio, aut cogitatio.* Quisnam explicare valeat, quam velociter cogitatio mentis transeat? Subitò, & in instanti longissimam distantiã transgreditur, & eo ipso ac egreditur, iam ad locum, ad quem tendebat peruenit.

Chaldæus. Chaldæus, *Anni nostri tanquam vapor oris nostri in hyeme*, qui videlicet mox ac egressus est ab ore, densatur, & resoluitur ante oculos nostros: talis est vita hominis, tam breuis, tam velociter currens, tam citò ad metam perueniens. Quis explicare possit, quàm facilè, quàm velociter, quàm subitò, quàm inopinatè, vita hominis finitur? Quis vapor leuius dissoluitur? Quæ cogitatio citius finitur, & ad terminũ peruenit? Quæ loquela, aut verbum citius consummatur, & finitur? Quæ omnia considerans Sanctus Iob, dum asseruit: primũ, vitæ breuitatem, & fragilitatem maiorem esse, quàm sermone quouis possit explicari. Vn-

Iob.7.6. de vt nunc dicebamus, vbi noster Vulgatus legit: *Dies mei velociores fuerunt cursore*, Septuaginta legunt; *vita mea exilior est, quàm loquela.* Quod duobus modis exponi potest, primò, iuxta ea quæ diximus, vt comparet exilitatem vitæ ad exilitatem loquelæ. Nihil apud nos exilius, quam verbum ore prolatum, quod qua facilitate emittitur, eadem dissipatur. Grandis est exilitas, & fragilitas loquelæ, aut verbi ore prolati; maior est tamen exilitas, & fragilitas vitæ meæ. Secundò, vt velit dicere; Breuior, exiliorque est vita mea, quã sermone quouis, aut loquela possit explicari; sicut infinitam Dei maiestatem, & æternitatem exprimimus optimè, dicentes illam tam grandem, vt nullo possit explicari sermone. Vnde Iob, quasi duo extrema considerauit, durationem Dei, & breuitatem vitæ nostræ, quarum neutram possumus sermone explicare, illam propter firmitatem permanentem, istam propter exilem, breuem, & infirmam durationem. Secũdum tam breuem esse vitæ humanæ durationem, vt possit dici, ipsa breuitas, & paucitas. *Paucitas*, inquit, *dierum meorum finietur breui.* Non dixit, vt communiter dicere solemus, & ipse alibi dixit: Dies mei pauci, finientur breui: sed paucitas dierum meorum; quasi dicens: Eorum duratio tam pauca, & breuis est, vt verius ipsamet paucitas, & breuitas dici possit. Annotabamus supra, Dauidem non contentum fuisse, hominem vocare vanum, & inanem; sed vt omnia quæ dici poterant, cõplecteretur, vocasse eum, ipsam vanitatem: *Vniuersa*, inquit, *vanitas omnis homo viuens*; qua dicendi phrasi significauit, in homine contineri omnium rerum vanarum, & inanium vanitatem, & inanitatem, hæc enim vis est nominum abstractorum, vt sæpè D. Thomas eleganter docuit. Similiter ergo Sanctus Iob rem totam concludere volẽs, non contentus fuit vocare dies hominis paucos; sed ipsammet paucitatem, vt indicaret, illos omnium rerum, quæ parum durant, breuitatem, & paucitatem complecti. Hinc optimè explicatur, quod Angelus dixit Ioanni, exponens visionem mulieris sedentis super bestiam habentem capita septem, & cornua decem *a*. *Decem cornua, quæ vidisti, decem reges sunt, qui regnum nondum acceperunt; sed potestatem tanquam reges vna hora accipient post bestiam.* Difficile est ad explicandum, quinam sint illi decem reges. Probabilis est valdè S. Irenæi *b* sententia, hos futuros decem reges tẽpore Antichristi, in quos omninò desinet Romanum Imperium, quique vltimi futuri sunt in mundo, quos meritò indicarunt, decem digiti pedum statuæ Danielis *c*, in quos tota desinebat statua, quæ exprimebat omnes mundi principatus, vt dixit S. Hippolytus martyr *d*: de quibus accuratè noster Maluenda *e*. Illi autem dicuntur accepturi regnum vna hora, vt Ambrosius, Rupertus, Andreas, & Aretas ibidem exponunt; quoniam totum tempus durationis regni illorum, quamuis longum iudice-

a Apoc.17. 12.

b S. Cont. hæref. c.25. & 26.

c Daniel.2.

d Orat. de consummat. mundi c.2.

e Lib.4 de Antichri. c 19. & 20

tur à mortalibus, breuissimum tamen, & quasi vnius horæ futurum erat: quæ phrasi scriptura sacra, breuissimam durationem solita est exprimere, vt cùm dixit Dominus *a, Voluisti ad horæ exultare, in luce eius*: Et *b, Non potuisti vna hora vigilare mecum*: Et *c, Ad horam discessit à te, vt in æternum illum reciperes*. Vide ergo quàm grandis sit paucitas dierum cunctorum mortalium. Vide, quot symbolis, quot metaphoris, quot diuersarum rationum phrasibus, scriptura sacra, breuitatem, & infirmitatem, & exilitatem, humanæ vitæ explicet: excellentius sanè quàm omnes Philosophi, qui si quid de hoc argumẽto sapienter dixerunt ex scriptura sacra suffurati sunt, vt annotarunt Philo *d*, Clemens Alexandrinus *e*, & Ambrosius *f*. Vnde ego nunquam ad Philosophos recurro in huiusmodi disputationibus; plura enim, & copiosiora in vna scripturæ sacræ linea inueniuntur, quã in omnibus ipsorum libris; & illa habentur res tanquam in fonte, in illis tanquam in exiguis riuulis. Et si diligenter scripturam sacram euoluas, hoc inuenies, quod tota ferè illa in hoc posita videtur, vt nobis exponat Dei maiestatem, & hominis vilitatem; quæ fortia sunt Dei, & quæ infirma sunt hominis, in quibus duobus tanquam in cardinibus, ostium diuinæ lectionis voluitur: & scriptores sacros inuenies tanquam Angelos per scalam diuinorum voluminum, aut ascendentes ad Deum, illius gloriam, æternitatem, infinitatem, omnipotentiamque considerantes, aut descendentes ad hominem, tanquam ad terram aridam, & vilem illius infirmitatem, defectus, & miserias exponentes: vt hinc homo cognoscat, quis Deus, & quis homo; & quomodo à se nihil, à Deo autem omnia sunt speranda, & accipienda ad remedium suæ miseriæ, iniquitatis, & mortis. Vnde non inuenies paginam, in qua non hæc exprimi videas. Et ficut ad ea, quæ Dei sunt, exprimenda, quærunt scriptores sacri omnia symbola, metaphoras, phrasesque loquendi, quibus illius summam maiestatem, potentiam, essentiam, misericordiam, &c. explicent; ita ad ea, quæ hominis sunt explicanda, quærunt omnia symbola, & phrases, miseriæ, fragilitatis, & vtilitatis. Hinc, vt ad propositum regrediamur, ad significandum, breuissimè hominem futurum puluerem, iam illum puluerem vocat. Hinc illa Dei sententia, quam vt supra annotabamus, Hieronymus de Nabuchodonosor dictam intelligit: *Finitus est puluis, consummatus est miser, defecit qui conculcabat terram*. Nondum Nabuchodonosor erat finitus, aut consummatus, aut in puluerem conuersus, imò necdum in mundo existebat, nec verò in vtero matris erat conceptus, nec nisi post plurimos annos genitus fuit; & iam eum exponit, & exhibet consumptum, finitum, puluerem: quia multorum annorum vitæ nostræ duratio, si rectè expendatur, breuissima est, & citissimè auolat, vt quod post multos annos futurum est, iam adesse dici possit, imò & adfuisse. Non incipit annus, quod iam videtur finitus. Hinc etiam idem Deus, cùm hominem paradiso expulit, & insit vt coleret terram, non contentus fuit dicere: *Quousque reuerteris in terram*, sed addidit, *Quia puluis es, & in puluerem reuerteris*. Nongentos, & triginta annos vixit Adã post hæc verba, & iam Deus eum reputat, & reputari vult puluerem: quia quamuis non nisi post nongentos, & triginta annos in puluerem esset conuertendus, tam breuis tamen secundùm rectam rationem duratio eorum indicanda erat; vt iam possit vocari puluis, & se reputare puluerem. Omnia hæc eloquentissimè breuissimis verbis B. Hieronymus cõplexus est: Debemus igitur, & nos, inquit animo præmeditari, quod aliquãdo futuri sumus, & quòd velimus, nolimus, abesse longius non potest: nam si nongentos vitæ excederemus annos, vt ante diluuium viuebat humanum genus, & Mathusalem nobis tempora donarentur; tamen nihil esset præterita longitudo, quæ esse desisset: etenim inter eum, qui decem vixit annos, & eum qui mille, postquam idem vitæ finis aduenerit, & irrecusabilis mortis necessitas, transactum omne tantidem est: *Nisi quod senex magis onustus peccatorum fasce proficiscitur*. Ita Hieronymus qui ad horum confirmationem inducit illos Latini Poetæ versus,

Optima

a Ioan 5. 35.
b Matth. 26. 40.
c Ad Philip. vers. 15. & 23.
d Lib. 1. de vita Mosis in princip.
e 5. Stromatum cõment. 3.
f In Psal. 118. ser. 2.
In cap. 16. Esaiæ.
Esai. 16. 4.
Epist. 3. de Epitaph. Nepotiani.

Optima quæque dies, miseris mortalibus æui.
Prima fugit, subeunt morbi, tristisque senectus
Et labor, & dura rapit inclementia mortis.

Virg. 3. Georgic.

§. 38. *Deus mortem instantem exponit, vt corrigamur, diabolus distantem, vt pereamus, sicut ciues Hai, & Beniaminitæ.*

¶ 226. EXcellenter Deus ad nostram emendationem, & correctionem, hominem adhuc viuentem, sanum, & robustum vocat puluerem, vt indicet tam citò puluerem futurum, quod iam se possit puluerem reputare. S. Dauid edidit Psalmum, in quo inanitatem, fugacitatem, breuitatemque humanæ vitæ mirabiliter varijs symbolis describendam assumpsit; vt nunc dictum fuit: exponitque Deum hominem corripuisse, & eum ad mortem damnasse, quam citissimè aduenturam quiuis deberet intelligere. Quid autem Deus intenderit, explicat subdens: *Quoniam superuenit mansuetudo, & corripiemur*. Hunc locum ex professo B. Hieronymus expendit, varias illius translationes referens, & annotans. Quidam mansuetudinis nomine intelligunt ætatem extremam, quam plenam laboribus, & ærumnis Dauid prædixerat: tunc enim extinctus est iuuenilis ardor, & fortitudo virilis, & homo non se potest mouere, ideoque mansuetè agit; & ærumnis ac infirmitatibus senectutis corripiuntur vitia iuuentutis. S. Augustinus intelligit, flagella, quibus à Deo misericorditer punimur, quæ vitæ nostræ superueniunt ad compressionem carnis, & vindictam peccatorum, per illa enim mansuetè Deus corripit omnem filium, quem recipit. In Græco tamen verbum *Superuenit*, est præteriti temporis, vt Iansenius annotauit, & obseruasse visus est Basilius, qui per *Mansuetudinem* intelligit supplicium, quo Deus hominem affecit, & punuit: & intelligere possumus, sententiam illam mortis in hominem prolatam, *Pulvis es, & in pulverem reuerteris*, per quam Deus breuissimam hominis vitam voluit exprimere, & illam tam citò finiendam, vt etiam dum homo vivit, iam se possit cinerem reputare, vt diximus: & hanc vocat Dauid, mansuetudinem, aut benignitatem, tum propter rationem statim tradendam: quia per hoc hominem corripuit, & continere voluit, ne ad peccata defecteret, tum propter rationem, quam Sancti Patres sæpè profequuntur, signanter Chrysostomus *a*, & Ambrosius *b*: quia videlicet grandis, eximiaque Dei misericordia fuit, hominis vitam tunc abbreuiare, quæ sicuti ante peccatum erat delectabilis, dulcis, & appetibilis, ita post peccatum est plena ærumnis, ac laboribus, & digna, cuius consummatio, & finis desideretur. Sicuti si homo ex fede pulcherrima, opulentaque mensa, in teterrimum fœdissimumque lutum caderet, eò misericordius cum illo ageretur, quò citius ex tali luto quis extrahendum curaret. Superuenit ergo homini peccanti mansueta, ac benigna, & misericors Dei vindicta, quæ potius mansuetudo quàm seueritas dici debet, quæ in hoc posita fuit, vt breuissimè vita nostra finiretur. Vnde Hieronymus transfert: *Quia transimus citò & auolauimus*: Chaldæus, *Quoniam transeunt velociter anni nostri, & volant in puluerem*; Felix: *Quoniam declinauit celeriter*, tempus vitæ nostræ, *& volauimus*, Pagninus, *Quoniam recessit citò, & auolauimus*; Regia, *Quia resecatur citò, & auolauimus*, quomodo etiam Genebrardus, & Brixianus, est enim in Hebræo nomen *Gaz*, quod significat tonsionem, aut succisionem, metaphora sumpta ab ouium vellere, quod breuissimè succiditur, & illo ouis expoliata velociter currit, ita anima breuissimè tonso vellere corporis auolat. Quoniam autem hoc facit Deus ad correptionem, & emendationem nostram. Septuaginta addiderunt, *& corripiemur*, quasi dicere voluerit Dauid: Quoniam animi nostri subitò auolant, velociter transeunt, & breuissimè finiuntur, iuxta sententiam à te contra hominem misericorditer mansuetèque prolatam: ideò corripimur, & continemur, ne ad vitia defectamus. Si enim homo cũ peccauit, nõ

a Hom. 17. in Gen.
b Li. de bono mortis.

Ps. 89. 13. Epist. 139. ad Cyprian.

Hieron. Chaldæus. Felix. Pagninus. Regius.

Brix. to. 3. fol. 97.

In Psal. 89.

Theol. in Psal. 89.

morti fuiſſet addictus, quem terminũ eius peccata haberent? ſi homo non moreretur? quis vxorem alienam relinqueret? quis quæ furto ſuſtulit, reſtitueret? quis quæ erga Deum agere ¶ 227. tenetur, compleret? Quando vitæ longa hominibus conceſſa fuit, quamuis ſcirent ſe certiſſimè morituros, ita peccata excreuerunt, & multiplicata Gen. 6. fuerunt, *Vt repleta fuerit omnis terra iniquitate, & omnis caro corruperit viã ſuam*: oportuit propterea vitæ terminos anguſtari, & qui viuebant per nõgentos annos aut circa, reducti ſunt ad centum, imò ad ſeptuaginta, & in potentatibus octoginta, communiter loquendo, vt Dauid dixit. Si igitur homo poſſẽt agere quæ vult, retinens ſecuritatem vitæ, in quodnam vitium non deflecteret? quænam mala non ſequeretur? Modò cùm nec ſecuritatem habet vnius horæ, in omne vitium ſe demittit; quid faceret, ſi integram vitæ ſecuritatem obtineret? Ad noſtram ergo correptionẽ miſericorditer Deus nobis conſtituit breuiſſimos vitæ terminos, exponens citiſſimè morituros, quos propterea iam puluerem vocat. Annotabamus ſupra, Deum voluiſſe parentes noſtros continere in virtutis, & iuſtitiæ ſtatu, metu mortis, dicẽs: *In quacunque die comederis, morieris*, hunc metum diabolus abſtulit, ſicque hominem in peccatum, & omne malũ coniecit. Deus propterea poſt hominis peccatum, volens illum, noſque corripere, non ſolum dixit morituros, ſed citiſſimè, inopinate, & quando minus cogitamus, morituros; illa namque omnia voluit explicare, dicens: *Puluis es*. Diabolus ſimiliter nos impetens, contendit nobis perſuadere, falſum illud eſſe, & quod nec citiſſimè, nec breuiſſimè, nec inopinatè ſumus morituri, ſed longam adhuc reſtare vitæ durationem, & mortem aduenturam, præmiſſa infirmitate, quæ nos aduentus illius admoneat, ideoque oppoſitam vocem auribus noſtris infert, *Non es puluis*, ſed potius homo ſanus, & potens, vir fortitudine præſtans, mulier pulchra, & formoſa, inuenis, quem nõ vẽtus quiuis rapiat; ſed qui poſſis contra leones te opponere, &c. Hæcque ſæpè expendere ſolitus fui, ſicut ad aliud inſtitutum expẽdit B. Bernardus, contra homines, qui perpetuò de primis parentibus conqueruntur, & magna admiratione ſtupefacti quærunt: Quomodo fieri potuit, quod diabolus eis perſuaſerit, non morituros, ſi ederent de ligno vetito, cùm Deus ore proprio, expreſſaque ſententia mortem ipſis fuerit comminatus? paulò enim minus ipſi faciunt. Audierunt quidem illi diuinam ſententiam, quod ſi comederent morituri erant, audis, & tu ipſiuſmet Dei ſententiam, ſuomet ore prolatam, quod citò, breuiſſimè, & inopinatè morieris. Id enim ſignificat illud. *Puluis es*, vt diximus. Si ad diaboli ſuggeſtionem crediderunt illi ſe non morituros, nonne tu ad eiuſdẽ ſuggeſtionem, credis non citò, nec breuiter, nec inopinatò te moriturũ? Sicut parentes crediderunt diabolo dicenti: Nequaquam moriemini, ita credis tu eidem tibi ſuggerenti: Non ſubitò morieris, non citò, & breuiſſimè morieris: ideoque, ſicut illos ſublato metu mortis traxit ad id quod voluit, ita, & te ſublato metu vitæ, breuiſſimæ, & inopinatæ mortis, ad omnia vitiorum genera trahit. Sicut ergo hæc fuit tota diaboli cura, cùm parentes noſtros voluit perdere, perſuadere eis, quod nullatenus erant morituri, ita tota illius ſolicitudo, vt nos decipiat, eſt, perſuadere nobis, quod non tam citò moriemur, & quod non eſt, cur nos iam debeamus reputare puluerẽ. Cur enim inquit, te puluerem exiſtimabis, qui te vides iuuenem, validum, & fortem? Cur te cenſebis puluerem, qui manifeſtè in te experiris, & ſentis virilem virtutem? Cur, quę te vides pulchram, venuſto corpore, in flore ætatis, omnium oculos ad te conuertens? Cur qui nec febrem pateris, nec paralyſi diſſolueris, nec aliquid in te ſentis, quod vel leuem mortis ſuſpicionem tibi inferat? Habet ſe nobiſcũ ¶ 228. diabolus, ad eum modum, quo excellentiſſimus ille dux populi Dei Ioſue, Ioſ. 7. & 8. cùm habitatoribus ciuitatis Hai. Bellum illis intulit, mittẽs contra eos milites ſuos, expertus eſt tamen illos fortes, à quibus ſuum exercitum vidit ſuperatum, & in fugam conuerſum: poſt multa autem, quæ ſcriptura narrat,

Serm. 1. in feſto omn. Sanct. poſt med.

rat, ex Dei institutione, bellico stratagemate vsus fuit. Ciues siquidem Hai fortes erant, dum in sua ciuitate manebant, & verè vnusquisque fortis est in domo sua: propterea constituit Deus Iosue, vt longè illos à sua ciuitate traheret, hoc ordine: quòd poneret multos milites in insidijs iuxta ciuitatem, alios autem mitteret, qui ipsos ad bellum prouocarent, statimque fugam simularent, vt se insequentes ciues Hai, longè à sua ciuitate traherent: quod & factum est, sicque cùm Haitas longè à sua ciuitate constitutos tenerent, facilè fuit illis exeuntibus, qui in insidijs latitabant, eos conterere, & penitus perdere. Simili stratagemate vsi sunt filij Israel, contra Beniaminitas, quorum fortitudinem deprehenderant, quoniam semel & bis ab ipsis fuerant superati, & victi: procurauerunt enim, trahere Beniaminitas extra ciuitatem suam, ad idque milites statuerunt, qui ad bellum illos prouocantes, *fugam arte simularent, vt abstraherent eos de ciuitate, & quasi fugientes ad supraditas semitas adducerent*, sicque à ciuitate illorum elongatos prostrauerunt. Annotatione dignum est, cur Deus, cui tam facilè est, per milites suos vincere inimicos in ciuitate ipsorum constitutos, quam extra illam tractos, huiusmodi stratagemate militari vtatur, & quod bellum instruat eo modo, quo posset Cæsar, aut Pompeius, aut Annibal, aut cæteri duces. Huius rei variæ sunt rationes, illam tamen præcipuam credo, vt ex illis corporalibus bellis nos ad spirituales pugnas instrueret, *Quæcumque enim scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt*: vt videlicet intelligat homo, quantum curare debeat, ne ab inimico longè à sua ciuitate trahatur. Fortissimus redditur homo, cùm in sua ciuitate, aut domo se continet, i. que satanas experitur. Domus propria hominis sepulchrum est, vt supra ostendimus ex illis verbis Beatus Iob; *Vbi constituta est domus cunctis viuentibus*: tuncque in hac domo firmus manet, & intra illam se continet, cùm sibi tam propinquam considerat mortem, quod iam se puluerem, & quasi in sepulchro cõstitutum reputat. Si enim homo est puluis, locusque puluueris sepulchrum est, tunc in suo loco erit homo, cùm se in sepulchro repositum cogitat. Dum intra illud se continet, facile est omnes diaboli impetus superare, & vincere, & omnem illius exercitum in fugam conuertere. Si enim quis se reputaret hodie moriturum, nonne facilè omnem diaboli suggestionem repelleret, excitantem ad adulterium, vel furtum, vel vindictam? Quanto ergo magis, qui non solum se cogitat hodie moriturum, sed iam mortuum, & puluerem effectum? Propterea itaque Diabolus hoc summoperè procurat, longè te trahere ab ista tua domo, & suggerere menti tuæ, quod longè distas à sepulchro: te tibimet ipsi repræsentat iuuenem, cui longa adhuc vitæ via superest: te validum, & sanum tibimet exhibet, & quod etiam si mortem quæras, non inuenies: te quod nullis morbis sentis affectum, per quos aliqua morti pateat via: & vnicuique quantumcunque seni suadet, vt Beatus Hieronymus annotauit, quod saltem per annum vita sit futura superstes: inde vincit, & superat. Confidens enim te multò adhuc tempore victurum, non times committere nunc adulterium, furtum, vindictam, remittens in futurum tempus vitæ emendationem. Infœlices illi, quos longè à sua morte Diabolus trahit, quos deplorare Deus ipse videtur per Prophetam Amos. Vbi enim noster vulgatus legit, *Væ qui opulenti estis in Sion, &c. qui separati estis in diem malum, & appropinquatis solio iniquitatis*. Pagninus noster legit. *Elongantes diem malum*, id est, multum distare putantes diem mortis, quem malum appellat, propter rationem quam indicat Beatus Augustinus: *& propterea appropinquatis solio iniquitatis*, id est, ad supremam iniquitatem, quæ sedet tanquam in solio malitiæ, & nequitiæ. Annotat Sanctus Augustinus, illum benè sibi consulere, qui ex fide viuens, & satagens, ne ab extremo præoccupetur die, extremum computat omnem diem: hacque consideratione Beatum Cyprianum munitũ fuisse prosequitur. Nec mirum, cùm nota sit illa Senecæ gentilis sententia: Quid est, quod nos pigros & inertes redat?

Iud. 20. 32.

Epist 139. ad Cypr. cit.

Amos 6. 3.

ad Ro 13. 4.

Iob 30. 23.

Ep. 80. ad Hesychiũ. Ser. 12. de S. in fest. S. Cypr. l. 10. Ep. 17.

Quod

Quod nemo nostrum cogitat, tandem aliquando ex hoc corporis domicilio, & ergastulo emigrandum esse. Vis bellissimè te gerere? Tanquam statim migraturus vivito.

§. 39. *Dæmoni illudes, sicut pisces ceto, si fiat propinquus terræ, quæ mulierem Cælestem adiuuit.*

¶ 229. Psal. 103. 8. COncinunt his, quæ S. Dauid dixit illis verbis, magna expensione dignis. *Draco iste, quem formasti ad illudendum ei.* Loquitur Dauid in illo Psalmo de excellentioribus Dei operibus & admirandis, quæ in natura conspicimus, vt in illis aliquid altius, & sublimius nobis considerandum exponat. Inter miranda Dei opera, non infimum locum habet mare: id quod suppo-
In Ps. 130. nit, dicens: *Hoc mare magnum, & spatiosum manibus.* Græcis tantum est, *spatiosum*, quomodo legit Diuus Augustinus: *Manibus* additum est ex Hebræo, iuxta cuius phrasim, credo, spatiosum manibus, idem esse ac spatiosum omni ex parte, ad dexteram scilicet, & sinistram. *Illic reptilia, quorum non est numerus, animalia pusilla cum magnis.* Innumera supra modum est piscium multitudo in mari, longo interuallo omnem animalium terrestrium numerum excedens: ex quibus quidam sunt ingēti magnitudine, grandes corpore & viribus; alij exigui & pusilli. Inter magnos pisces habet principatum
Sibelia in Psal. 103. *Draco iste, quem formasti ad illudendum ei.* De ceto credit Basilius sermonem fieri, qui Draco magnus vocatur etiam in Genesi, vbi noster vulgatus legit: *Creauit Deus cete grandia*, in Hebræo habetur, *Creauit Deus dracones magnos.* Creauit ergo cetum in mari magno ad illudendum ei. Dubium est, quid hæc verba significent. Nunquid enim Deus ad lusum solummodo animalia tam magna creauit? Nunquid delectatur ipse videns ludum, quo eis illuditur? Et quinam sunt, qui eis illudunt? Qui sunt insuper ludi, per quos illis illuditur? Existimo Dauidem expendere voluisse quoddam excellentissimum prouidentiæ diuinæ opus, quod in piscibus maris splendet. Dixerat in mari condita & posita à Deo animalia pusilla cum magnis. Poteramus obijcere; quomodo id ab illo factum fuerit, cùm sit certum, animalia pusilla deuoranda à magnis: proprerea Dauid, quasi huic obiectioni respondens, hoc eximium diuinæ prouidentiæ opus subijcit, quod animalia pusilla non solùm non deuorantur, & consumuntur à magnis: sed illudunt eis mirando instinctu, ab auctore naturæ illis impresso. Cetus (inquit auctor incognitus) pi- In Ps. 103. scis est magnus corpore, multò egens cibo; vnde insequitur alios pisces, vt eos deuoret: qui videntes eum, fugiunt naturali instinctu versus littus maris, vbi cetus vorare ipsos non potest propter paucitatem aquæ: immo ipsos insequens, impingit in terram, & non valens ibi natare, occiditur à piscatoribus & sic ab alijs piscibus ei illuditur. Ita incognitus. Singulari ergo instinctu, peculiariter à Deo ipso animalibus, aut piscibus pusillis indito, non se elongant à littore, aut à terra limosa, vt cùm cetus ad ea deuoranda conatur incedere, possint secura consistere iuxta terram, & limum constituta, vbi cetus omnes vires amittit, & perdit. Magnum auctoris naturæ opus, sed quod, vt Ba- ¶ 230. silius *a* annotat, mysterium grande cō- a In Psal. tinet. Illud manifestum fit, ex eo quod 103. apud Esaiam *b*, & Iob *c* typo draconis b Esa. 27. magni aut ceti, Diabolum inuenimus 1. & 51. 9. descriptum. Hic ex Dei singulari pro- c Iob 3. 8. & cap. 40. uidentia (vt alibi tradidimus) positus 20. est in mundo, & in eo relictus, in quo constituit etiam animalia pusilla, homines scilicet, qui minores sunt illo, & longè inferiores viribus, & natura. Animalia itaque pusilla cum magnis sunt in mundo, homines videlicet, exigui quidam vermes, cum dæmonum innumeris legionibus. Dices: Et quomodo poterunt ab eius faucibus liberari? Videntur expositi omnimodæ perditioni: si namque primi parentes creati in gratia, roborati iustitiæ originalis virtute, in Paradiso positi, ab huiusmodi ceto sunt absumpti: quis in hac lacrymarū valle poterit esse securus, in qua omnes sunt exiguis viribus, & infirmi

adeò vt quidam, qui inter homines maximè præstare visus fuit, huiusmodi periculum timens, & auxilium diuinum implorans, diceret de seipso: *Quoniam seruus tuus sum ego, & filius ancillæ tuæ, homo infirmus, & exigui temporis, & minor ad intellectum iudicij, & legum.* Vide quam pusillum, & debilem seipsum describat: *Infirmum* ratione animæ, quæ propter peccatum infirmata fuit; & semper mansit natura nostra infirma ad bonum, propter fomitem, & concupiscentiam: *Exigui temporis*, id est, infirmum etiã ratione corporis, quod est mortale, breui tempore duraturum: *Minor intellectu*, id est, ignorantijs plenus, & quasi in media die cæcutiens. Si adã sanus, & fortis in anima, diuinæ gratiæ robore, & firma ac constanti salutæ præstans, qui erat inexterminabilis, sapiens, & totius ignorantiæ eorum, quæ ad se pertinebant expers, deuoratus fuit; quid faciet homo infirmus, mortalis, & cunctis ignorationibus repletus? Propterea Deus remedium tibi indicauit, quo si vtaris, non tantum, non à dracone superaberis, sed illudes ei. Posuit terrã limum & puluerem, ad quem te recipias, & cui propinquum te constituas. Tam propinquam tibi expossuit terrã, vt iam dicat tibi; *Puluis es*. Sicut piscibus naturalẽ indidit impulsum, quo se ad terram recipiant, ita tibi, qui creatura rationalis es intellectualem impulsum infert, excitans te, vt te terram, & puluerem iam censeas, Ad puluerem recipe, ne lõgè ab illo discedas, nunquam credas mortem tuam longè distantem, sed tam proximam, & appropinquantem mente tene, vt te iam terram reputes. Huiusmodi terra detinet draconem, & eius continet impetus, ne possit accedere, aut te deuorare. Si enim te propinquum morti cogitas; possetne ad malum te impellere, aut trahere? Ad huiusmodi terram confugit. Sanctus Iob, quando cetum magnum vidit contra se excitatum, vt supra latè prosecuti sumus: & se iam mortuum reputans, dicebat. *Putredini dixi: Pater meus es tu, mater mea, & soror mea vermibus.* Considerat seipsum, ac si iam sepulchrum, esset ingressus metaphora sumpta ab eo, qui postquam multis diebus à paterna domo fuerat absens, cum in eam reuertitur, gratè alloquitur patrem, & cum matre, & fororibus placidè conuersatur, illos omnes recognoscens. Iuxta huiusmodi institutum possumus explicare, quod Sanctus Euangelista Ioannes, de illa cœlesti muliere retulit, quam draco persecutus fuit volens ipsius filium deuorare, & illam absumere. Tandem autem, *Misit serpens ex ore suo post mulierem aquam tanquam flumen vt eam faceret trahi à flumine: & adiuuit terra mulierem: & aperuit terra os suum, & absorbuit flumen, quod misit draco de ore suo*, vide modum, quo illam capere voluit. Non ille manus habebat, quas ad comprehendendam mulierem extenderet, sed misit aquarum multitudinem circa eam, tam grandem, vt flumen magnum constituerent, *vt eam*, inquit, *faceret trahi à flumine*. Hic modus est, quo diabolus animam capere conatur, mittendo aquas multas, à quibus trahatur. Sunt hæ aquæ suggestiones eius, rationesq; quas proponit fallaces, de quibus alibi: sunt etiam voluptates, ac delitiæ, quas nobis repræsentat. Hoc modo trahit, non violentiam inferendo; sed sicut dixit ille, (cuius dictum ad hoc institutum Augustinus annotauit.) Trahit sua quemque voluptas. Non itaque vim infert, non manus, aut brachia extendit, violenter captans, sed allicies blandis rationibus, quasi aquis blandis, ex ore eius procedentibus, repræsentat delitias, voluptates, & diuitias, quas possumus consequi. Ita traxit primos nostros parentes falsis pollicitationibus; ita te trahit ad luxum, repræsentans voluptatem, quam inde capies, ad furtum exponens diuitiarum iactantiam, ad vindictam, expendens honoris æstimationem. Grandis tamen Dei misericordia, qui mulierem iuxta terram posuit, non quæ eam perderet, sed adiuuaret: nam *adiuuit terra mulierem, & aperuit os suum, & absorbuit flumen, quod misit draco de ore suo.* Te tam propinquũ terræ posuit Deus, vt non possis illi esse propinquior, dicens tibi: *Puluis es*: his enim verbis, te sepulchro, & morti tã proximũ cõstituit, vt iam illam te incurrisse reputes.

Sap. 9. 5.

¶ 231.

Iob 17. 14.

Apoc. 12. 15

Tract. 26. in Ioan.

tes. Hæc est, quæ omnes aquas ex ore draconis procedētes absorbet, & absumit omnes in quam diaboli suggestiones, omnes voluptates, quas ille repræsentat. Quæ enim delectatio non dissipabitur, si te cogites iam morientem? Quæ voluptas te poterit trahere, si iam te ad mortem properantem consideres? & si viua repræsentatione cogitaueris mortem iam ad ianuas tuas pulsantem, & quod mortuus es, & sepulchro repositus, quænam diaboli suggestio poterit firma consistere? Facilè contemnit omnia, dixit Hieronymus, qui se semper cogitat esse mortuum. Deus igitur te pulueres vocat, & illius sententiam Ecclesia tibi intimat, vt mortem nullatenus à te longè positam credas, sed tam citò, te eam incursurum, vt iam incurrisse reputes, quo tibi diligentissimè prospicias, virtutum opera diligenter exequaris, & vitia ac peccata magna solicitudine à te excutere cures. Mirum est quanta diligentia diabolus contra te agere procuret: non expectat diem crastinum ad te perdendum, quia sciens mortem tibi proximam, dubitat si ad diem sequentem sis peruenturus. Vnde hoc ipso, quod iustum aliquem videt, ad eum impugnandum se accingit, non expectans neque per horam: nescit enim si per horam vita illius sit duratura.

Ep. 103. ad Paulı.

§. 40. *Diabolus vt perdat, non expectat tempus futurum, quia incertum: minus tu securitatem debes tibi promittere, cuius mors non tardat.*

¶ 232. EST insignis locus ille, quo Deus diaboli diligentiam, & solicitudinem, qua ad iustos deuorandos properat, sub typo ceti, aut draconis maris describit. *Post illum*, inquit, *lucebit semita: æstimabit abyssum quasi senescentem.* De ceto in cortice loquitur, qui tanta auiditate, & celeritate incedit ad capiendam prædam, quā videt, vt semitā quandam spumosam, albicantemq; super aquas, quas concitat, post se relinquat. Vnde in locis vbi piscatores cetos piscātur, per multa milliaria vidēt eos venientes aut discurrētes. Hocque illud est, *Post illum lucebit semita*. Color enim albus, lucens, & splendens in scriptura vocatur, vt alibi ostēdemus. Si quæras, quidnam eum vrgeat, vt tanta celeritate, & diligentia feratur, respondet: *Quod reputat abyssum, quasi senescentem*, id est, propinquum defectioni, & fini: *quod enim antiquatur & senescit, prope interitum est*, vt dixit Apostolus. Quasi dicat, velocissimè excitari ad capiendam prædam, quia reputat abyssum ac mare, quasi iam statim defecturum, & finiendum. Hoc similiter de accipitribus Nouergianis dicitur, quod velocissimè volant ad prædā, quia in illis regionibus dies tantū per tres horas durat, & reputantes diem citò finiendum, & quasi senescentem, perniciissimo volatu feruntur. Hæc de ceto non assertiuè accipienda sunt, sed iuxta communem phrasim, qua cum volumus explicare auiditatem, qua quis ad aliquid fertur, dicimus, velocissimè ferri, ac si iam omnia sibi crederet deficere. Cæterum de diabolo est legitima horum verborum intelligentia, vt alibi ostendimus, quem Deus depingendum assumpsit, de quo inter alia hoc tradit, quod incredibili celeritate, & diligentia fertur ad captandā animam iusti. Vnde, & B. Petrus tanquam leonem rugiētem expressit, circundantem omnes quærentem, quem deuorer. Et si quæras huius rationem: *Æstimat*, inquit, *abyssum quasi senescentem*. Constituit Deus dæmonem in mundo, cui indulsit & concessit homines præsertim Sanctos, & pios tentare, non tamen ei indicauit, quando futurus sit finis mundi, hoc tantùm in scripturis videt à Deo dictum, quod nouissima hora est, & quod tempus, quod restat breue est: idcirco ille reputat mundum quasi senescētem id est, proximum fini, & morti: ideo tanta velocitate fertur, non expectat annum sequentem, nec mensem, immò neque diem crastinum, aut verò horam futuram. Nescit enim an futurus sit dies crastinus, an potestas tentandi, & impugnandi sibi concessa, hora sequēti sit duratura. Hocque est, quod Sanctus Euangelista Ioannes audiuit cœlesti præconio hominibus intimatum,

Iob 41. 23.

1. Pet. 5. 8.

Hebr. 8. 13

¶ 233.

tum, quando Diabolus Cœlo pulſus
Apoc.12. 12. fuit, audiuit enim vocem clamantem: *Vae terra & mari, quia deſcendit Diabolus ad vos, habens iram magnam, ſciens, quia modicum tempus habet.* Quomodo modicum tempus habet? Iam poſt illam vocem tranſacti ſunt ferè mille, & ſexcenti anni, & nondum finis, & modicum tempus habet? Modicum tempus dicitur, primò quia, vt Hieronymus *a* & Gregorius *b* obſeruãt, modicum verè dici poteſt omne tempus, quod finitur. Secundò, quia neſcit ille, ſi hodie aut cras, aut anno ſequenti erit finis temporis, ſibi conceſſi ad tentandum, aut durationis mundi. Scit ille totum tempus durationis mundi, futurum modicum, & timet qualibet die, ne illa ſit extrema, eo modo, quem alibi trademus. Hæcque ratio vehementius illum vrget, & acuit erga quemcũque ſingularem hominem. Scit Diabolus mortem cuiuſque propinquam eſſe, & neſcit, ſi qui ſurgit mane, ad veſperam ſit peruenturus: & qui nunc viuit, an hora ſequenti victurus ſit; ideò non expectat horam ſequentem, aut tempus futurum ad te impugnandum. Si igitur Diabolus, quia reputat mortem tuam propinquam, tanta diligentia ac veloci ſolicitudine procurat, te à gratiæ ſtatu deijcere, timens ne ſi nunc non te deijciat, deficiat ſibi tempus, morte tua interueniente tu, qui minorem habes de tua vita certitudinem, quomodo in peccato permanere audes? Quomodo expectas, non horam, ſed annum, immo & annos ſequentes? Quomodo ad peccatum ſecurè tendis, tibi ſecurè multam lõgamque durationem promittens? Maledictam ſecuritatem iſtam vocat Bernardus *c*, & omnium malorum cauſam. Ipſa eſt res, inquit Auguſtinus *d* quæ multos occidit, cum dicunt cras, & ſubitò oſtium clauditur. Remanſit foris cum voce coruina, quia non habuit gemitum columbinum. Cras cras, vox corui eſt. Geme vt columbus, & tunde pectus, &c. Nihil ita decipit humanum genus, inquit Hieronymus, quam quod dum ignorant ſpatium vitæ ſuæ, longiorem ſibi ſeculi huius poſſeſſionem repromittũt: vnde & illud dictum eſt egregiè, nullum tam ſenem eſſe, & decrepitæ ætatis; vt non ſe adhuc vno plus anno viuere ſuſpicetur, &c. Non differas pœnitentiam, nec bonorum operum exercitium, vnamquamque diem crede tibi extremam, non te fallit, qui ita te credere voluit, te iam puluerem vocans, & dicens; *Puluis es.* Eleganter Diuus Bernardus expendens illam Sapientis ſententiam: *Graue iugum ſuper filios Adam, à die exitus de ventre matris eorum vſque in diem ſepulturæ*, annotat, Beatus Iob, hominis naturam deſcribentem, hoc ipſo quòd natum eum exprimit, intimaſſe breue tempus vitæ ipſius futurum. Graue iugum, inquit, Bernardus, quia in ſordibus generamur, in tenebris cõfouemur, in doloribus parturimur. Ante exitum miſeras oneramus matres, in exitu more vipereo lacera mus; mirum quod non ipſi pariter laceramur. Primam vocem plorationis edimus, meritò quidem, vtpotè vallem plorationis ingreſſi; vt nobis illud Iob omni ex parte poſſit aptari: *Homo natus de muliere breui viuens tempore, repletur multis miſerijs.* Quam verum verbum hoc ſit, non nos verba docuere, ſed verbera. *Homo*, inquit, *natus de muliere*, nihil abiectius. Et ne fortè ex ipſa ſibi voluptate corporeorum ſenſuum, quam de ſenſibilibus haurit, blãdiatur, in ipſo ſtatim introitu, de exitu quoque terribiliter admonetur, cum dicitur, *Breui viuens tempore*. At ne ſpatiolum illud, quod inter ingreſſum, & egreſſum relinquitur, ſibi liberum putet, *repletur* ait *multis miſerijs* multis, & multiplicibus, inquam, miſerijs corporis, miſerijs cordis, miſerijs cũ dormit, miſerijs dum vigilat, miſerijs qua verſum ſe vertat, &c. Ita Bernardus. Itaque hoc ipſo, quod naſceris hoc tibi certum ſit, quod breui victurus es tempore. Vnde idem Sanctus Iob in ſe ipſo id ita intelligebat, vt vnumquemque diem crederet extremum vitæ ſuæ; vnde poſt pauca ſubiecit: *Cunctis diebus quibus nunc milito, expecto donec veniat immutatio mea.* Hoc tibi agendum intellige, & auſculta illud celebre Spiritus Sancti conſilium: *Memor eſto, quoniam mors non tardat, & teſtamentum inferorum, quia demonſtratum eſt tibi.* Hoc perpetuò memoria retine, quod mors non poteſt longè abeſſe, & quod non tar-

a Epi.3. ad Heliod.
b 1.5. Mor. c.2.
c Serm. de illis verbis Iob in ſex tribulatio.
d Ser. 16. de verb. Dom.
Ep.139. ad Cypr.cit.
¶234. Ser ſer 4. hebdomade pœnoſ.
Iob 14.1.
Iob 14.14.
Eccle.14. 12.

tardat. Expende verbum: videtur enim mihi, Spiritum Sanctum respondere velle, ad id, quod potes objicere; sicuti postea ad similem obiectionem respondit Apostolorum princeps Petrus. Potes dicere: Quomodo Deus tam citam mortē prędicit, si video illam multis annis tardare? Mirum enim videtur, quod Deus nihil magis frequenter in ore habeat, quam mortem iam adesse, & nihilominus sæpissimè multò longòque tempore differtur. Huiusmodi argumenta vrgebant quidam tempore Apostolorum, qui contendebant minus benè ab Apostolis, citissimum diem iudicij prædici, quos Sanctus Iudas Apostolus vocat *a*. *Murmuratores querulosos*. Ioannes clamabat *b*: *Filioli nouissima hora est*: Paulus *c*, *Nos sumus in quos fines sæculorum deuenerunt*: Christus ipse *d*: *Ecce venio citò*. Quomodo hoc verum est (dicebāt multi) cum videamus multis diebus, & annis iudicium differri *e*; *Vbi est promissio, aut aduentus eius? Ex quo enim patres dormierunt, omnia sic perseuerant ab initio creaturæ*: id est, vbi nam est quod promittunt, & clamant, Christum iam venire ad iudicium? Eodem modo videmus perpetuò res perseuerare. Simili ratione in Prophetas, antiquis temporibus impij insurgebant, quasi contendentes non curandas eorum minas, quas in voces resolui credebant, quoniam non videbant citò adueniens cōminatum supplicium. Clamabant Prophetæ contra peccatores, citissimum supplicium eis intimantes, & quasi iam in ianuis exponebant. *Nolite fiare*, dicebat Ieremias, *quia malum ego adduco ad Aquilone, & contritionem magnam. Ascendit Leo de cubili suo, & prædo gentium se leuauit egressus est de loco suo, vt ponat terram tuam in solitudinem*. Prædicit aduentum Nabuchodonosor ad destruendam Ieruſalem. *Expergiscimini ebrij, & flete, & vlulate omnes, qui bibitis vinum in dulcedine*, dicebat Ioel, *quoniam perit ab ore vestro. Gens enim adscendit super terram meam fortis, & innumerabilis*: & huiusmodi innumeris comminationibus agebant Prophetæ; iam quasi supplicium esset imminens clamantes. Quoniam autem impij tardare videbant, irridebant Prophetas, credentes illas voces tantum fuisse comminationes ad terrendum, non quæ verè futurum exitum haberent. Vnde & respondere solebant fastidiosa quadam loquendi phrasi, qua vtimur, cùm videmus aliquem nimis aliquid comminantem: *Acabeya, y haga lo que dize. Festinet* dicebant illi, *& citò veniat opus eius, & videamus, & appropiet, & veniat consilium Sancti Israel, & sciemus illud*. Apostolorum igitur princeps Petrus illis elegantissimè respondet. *Non tardat Dominus promissionem suam, sicut quidam existimant, sed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam reuerti*. Quasi dicat: Ne credatis comminationes, quas Dei nomine intimamus, esse meras voces, nec tardat Deus implere quod promittit, quasi promissiones sua sint fallaces: sed patienter agit propter vos, &c. Ad hoc differt quòd cōminatus est, & ideò tardat, & detinet supplicium, quia patiens est, & expectat, vt pœnitentiam agatis. Ita igitur Spiritus Sanctus respondet tibi objicienti: Quomodo Deus tam citam mortem prædicat, & perpetuò illam iam præsentem exponat; cū videamus quod multis annis tardet. *Memor esto*, inquit Spiritus Sanctus, *quod mors non tardat*. Si Deus aliquo tempore eam differt, est, quia patienter agit propter te, nolens te in peccato comprehendere, sed ad pœnitentiam prouocare. Vt hinc inferas, & intelligas, quam impiè, & nequiter agas, dum tēpus, quò Deus mortē detinet, & continet, vt per pœnitentiam ad illum te conuertas, insumis peccata peccatis addendo. *Memor* igitur *esto, quia mors non tardat*, & quod iam tibi propinquissimam potes æstimare. Id autem poteris manifestè colligere, si attendas, *testamentum inferorū, quia tibi monstratum est*. Testamentum inferorum intelligit Lyranus, Dei ordinationem, qua statuit omnibus hominibus semel mori. Et verè intelligere possumus illud, quod Deus circa hominem disposuit dicens: *Pulvis es, & in pulverem reuerteris*. Inferorū enim nomine, Scriptura sacra sæpè sepulturam intelligit, in qua homo in puluerem conuertitur. Ecce testamentum inferorum. Hoc tibi monstratum est. Noluit enim

¶ 235.

a *Iudæ* 16.
b 1. *Ioa.* 2. 18.
c 1. *Cor.* 10. 11.
d *Apoc.* 3. 11.
e 2. *Pet.* 3. 4.

Ier. 4. 6. 7.

Ioel. 1. 5.

Esa. 3. 19.

2. *Pet.* 3. 9.

¶ 236.

Eccles. 14. 12.

In Ca. 14. *Eccl.* 9.

enim Deus te imparatum inuenire, aut comprehendere. Ideo tam certam, & citam tibi mortem intimauit: vt iam te puluerem æstimare debeas. Testamentum est, non ab homine cõfictum, aut ordinatum, sed ab ipsomet Deo dispositum, qui mentiri non potest. Rectè ergo intelligere potes, quia mors non tardat, & timere, quod hodie, hac nocte, imò hac hora, potes illam incurrere. Qui enim voluit, vt te iam puluerem reputares, tibi manifestum hoc reliquit. Tibi hoc testamentum demonstratum est. Nihil enim communius auribus nostris Deus in scriptura sacra infert, nihil frequentius repetit: & vt omnem possis ignorantiam excludere, disponit, vt nunc Ecclesia apertè id ipsum testamentum tibi demonstret, & clamet dicens: *Memento quia puluis es, &c.*

§. 41. *Quartò dicitur homo puluis, quia cum incipit viuere, incipit mori, ex Augustino.*

¶ 237. QVartò, & vltimò, homo viuês aptè iam dici potest puluis, & cinis, propter rationem, quam S. Augustinus acutissimè expendit: quia videlicet homo iam dum viuit moritur: & verè dici potest, etiam quando vitam habet, quod est in morte. Tres quæstiones pertractauit Augustinus suo ingenio dignas, quas difficiles reputat. Prima, quodnam sit tẽpus, in quo propriè, & verè homo mori dicatur: nam sapiens Concionator, *Tempus moriendi*, indicauit. Nec enim si exactè rem consideres, illud inuenire est facile. Eccl. 3, 2. Nam aut homo viuit, aut non viuit, & non est inter hæc dare medium. Tempore, quo viuit, non moritur, contraria enim sunt viuere, & mori: tempore autem, quo non viuit, non moritur, sed iam mortuus est. Quodnam igitur erit tempus, in quo moritur? Secunda, An simul quis viuere, & mori possit: & simul esse viuens, & moriens: id namque impossibile videtur. Non enim minus contraria sunt, mori, & viuere, quam esse cæcum, & videre: impossibile est autem, aliquem simul esse cæcum, & vidẽtem, sicut esse simul vigilantem, & dormientem. Tertia, An vita mortaliũ vera possit vocari mors, imò potius mors, quam vita. Si enim mors vocari potest, nunquam dici poterit, quod homo habuerit vitam: & ex consequẽnti, quod nec viuens fuerit: à morte namque non potest aliquis vocari viuens. Hæc elegantissimè in vtramque partem Sanctus Doctor prosequitur. Respondet autem supponens, sine dubio dicendum esse, hominem tunc mori, quando viuit, & tempus moriendi, esse ipsummet tempus, quod vitæ deputatum est. Hoc demonstrat egregijs rationibus. Mors siquidem nihil aliud est, quam consumptio vitæ, & mori nihil aliud q̃ consumi vitam: toto autem tempore, quo homo viuit, consumitur eius vita: & quanto magis quis in vita procedit, tanto magis illa consumitur: toto igitur eo tempore moritur. Nihil vitæ detrahit, nisi mors: ab ipso vitæ exordio incipit illi detrahi: iam igitur adest, & operatur, mors, quæ detrahat: ab ipso ergo vitæ exordio mors operatur, detrahẽs vitæ, & consumens illam. Deinde, vnumquodq; à suo contrario patitur, vt habet celebre philosophorum axioma, vita autem habet mortem sibi contrariam: non igitur ab alio, quam à morte patitur. Pati aũt, & consumi incipit ab ipsomet sui exordio: à morte igitur tunc patitur, & consumitur. Aliã addit Augustinus rationẽ desumptã ex cõmuni loquẽdi modo. Nam certum est, q̃ homines dicuntur moriẽtes: & quidem non ita dicuntur à morte, in qua iam sunt, per quam finita est vita, sicut dicuntur dormientes, qui sunt in somno, & languentes, qui sunt in languore, & dolentes qui sunt in dolore: quãdo enim iam sunt in ea, quam mortem vocamus, non morientes, sed mortui dicuntur. Dicentur igitur morientes, antequam in illa sint: sed antequam in illa sint, verè sunt viuentes: ergo verè morientes tunc dicuntur, quando sunt viuentes. Ex his infert Augustinus tempus moriendi esse ipsummet totũ tempus, quo viuimus. Nã tempus moriendi est tempus, quo vita consumitur: ab ipso aũt exordio vitæ incipit illa consumi: ab ipso igitur incipit tẽpus moriendi. ¶ 238.

¶ 237. 83. De ciu. cap. 9. 10. 11.

riendi. Quod familiari exemplo manifeſtum fit. Quando dices candelam conſumi? non certè antequam accendatur: quia tunc nondum incepta eſt, nec poſtquam flammula ignis extincta eſt: nam tunc candela non conſumitur, ſed iam eſt cõſumpta. Conſumitur igitur, cum ardet, & hoc ipſo quod ſuccenditur, incipit conſumi vt verè dicas, tunc conſumi, cum viuit. Quod ſapiens eleganti ſymbolo explicauit. *Omnis*, inquit *caro vt fœnũ veteraſcet*. In græco habetur, vt veſtimentum, veteraſcere enim non ita propriè conuenit fœno, ſicut veſtimento. Quando conſumitur veſtimentum, num antequã induas, an poſtquam laceratũ eſt, & iam à te exploſum? Certè tunc conſumitur, cum illo indutus incedis. In eodem momento, quo illud induis, incipit illud lacerari, & conſumi, & nunc conſuis ex hac parte, qua diſcindi videtur: nunc ex illa, quouſque totum abſumptum eſt. Ita anima vitam mortalem, & corpus induit in inſtanti, quo ipſa creatur in corpore, cũ homo concipitur in vtero matris. Illud quotidie oportet mundare, reſarcire alimento, medicinis, & fomentis, quouſq; omninò deficiat vita. Conſiderauit itaque Auguſtinus hominem, verbi gratia, cui conſtituit Deus vitam ſexaginta annorum. In eodem inſtanti, quo vitam illam incipit poſſidere, & tenere adeſt mors, quæ conſumere, & quaſi comedere, & corrodere incipit illam ſexaginta annorum vitam, quam parumper conſumit, quouſque totam omninò deuorauerit. Hocque eſt quod ſanctus Iob conſideraſſe viſus fuit, dicens: *Dies mei velocius tranſierunt, quam à texente tela ſuccliditur, & conſumpti ſunt abſque vlla ſpe*. Expende illud, *conſumpti ſunt*. Diximus ſupra, hãc eadem ſententiam expendentes, vitam noſtram meritò telæ, quæ à texente contexitur, comparari, Fila, ex quibus contexitur, ſunt dies, & horæ, quas tempus currens velocius ducit, quam lanceola texentis ducit filum. Hæc tamen eſt differentia, quod cum tela cõtexitur, manent fila, quæ lanceola texentis ex ſe profert: ideoque tunc firmius ac verius permanet tela, cũ finita eſt: ſed cum vita noſtra contexitur: nõ manent dies nec horæ, ex quibus illa coaleſcit. *Conſumpti*, inquit, *ſunt abſque vlla ſpe*. Non poteſt homo nocte adueniente detexere, quod die contextum fuit, ſicuti Penelope faciebat: nec verò poteſt id quod texitur reponere, & conſeruare, ſicut textor, qui in liciatorio reuoluit quod contextum eſt: *Sed conſumpti ſunt, & abſque vlla ſpe*. Nulla namque eſt ſpes recuperandi dies præteritos. A quonam conſumpti ſunt? Si enim conſumpti ſunt: ab aliquo certè conſumpti ſunt. Sine dubio conſumpti ſunt à morte, quæ ex eo inſtanti, quo quis vitam incipit, adeſt comedens, & abſumens vitæ dies. Vnde minus benè homines loquuntur, qui eum qui ad annum quinquageſimum peruenit, dicere conſueuerunt, quod habeat quinquaginta annos vitæ. Potius enim illi iam deſunt: & conſumpti ſunt è vita ſua quinquaginta anni. Qui habet centum aureos, poſtquam expendit octoginta eorũ, non dicitur, quod habeat iã octoginta: ſed quod ei deſint octoginta. Quicquid temporis viuitur, inquit Auguſtinus, *a* de ſpatio viuendi demitur, & quotidie fit minus, minuſque quod reſtat. Hoc ipſum quod dicto, quod ſcribitur, inquit Hierony *b*, quod relego, quod emendo, de vita mea tollitur: quot puncta notarij, tot meorum damna ſunt temporũ. Scribimus, atq; reſcribimus: tranſeunt maria epiſtolæ: & ſcindente ſulcum carina, per ſingulos fluctus, ætatis noſtræ momenta minuuntur. Hincq; intelliges illam ſapientis Concionatoris ſententiam, qui docens omnia ſuum tempus habere, tanquam omnĩ fundamẽtum primo poſuit, *Tempus naſcendi, & tempus moriendi*. Videtur diminutè loqui. Non enim omnia tẽpora hominis deſignat: nam inter tempus naſcẽdi, & moriendi, mediat tempus viuendi, quo vita agitur inter ortũ, & interitum. Sed ſapienter. Sapiens locutus fuit. *Vita namque principiũ*, inquit Ambroſius, *mortis exordium eſt, nec prius augeri incipit ætas, quam minui*. Nõ itaq; inter tempus naſcendi, & moriendi datur mediũ: ſed in ipſo inſtanti, quo modo naſcitur in vtero matris, immediatè incipit tẽpus moriendi: nam, & nõ prius viuere quã mori, & cõſumi incipit. Id ipſum, & S.

¶ 339.

a 13. De ciuit. cap. 10.

b Epiſt. 31. Heliod. finem.

Iob 7.6.

Eccl. 3.2.

2. de vocat. gent. c. 8.

Iob

Iob.14.2. Iob dicere voluit, illis verbis, quæ plura myſteria, quam elementa continent. *Sicut flos egreditur, & conteritur.* Eo ipſo, quod egreditur ex non eſſe ad eſſe, conteri incipit, & abſumi. Septuaginta: *Tanquam flos efloreſcens decidit.* Vide locutionis eximiam phraſim, grandem philoſophiam complectẽs. Videntur quidẽ verba contraria, efflorescere & decidere, cum n. flos efloreſcit, extollitur, erigitur, ſtat, & conſiſtit: cum decidit, cadit, inclinatur, & marceſcit. Sed ſi rem expendis, verè flos decidit, & conſumitur iam, cum efloreſcit: nam eius vita tunc iam defuit. Homo quaſi flos, cum efloreſcit, decidit: non ſolum decidit quãdo infirmatur, quando vires amittit, quando ad ætatem decrepitam peruenit: ſed cum efloreſcit, cum iuueneſcit, cum vtilitatem tenet: tunc enim vita illius decidit, tranſit, & conſumitur, nullumque inſtans eſt, quo vita non decidat, & conſumatur. Ex hac doctrina explicat S. Hieronymus id quod Deus dixit ad hominem, quando in Paradiſo voluit ſub ſui odedientia illum continere: *In quacunque die comederis ex eo, morte morieris.* Quomodo hoc verum fuit, ſi poſt eſum vetitum vixit Adam pluſquam nõgentis annis? Cõmunis explicatio eſt, vt illud, *Morte morieris*, idem ſit, ac mortalis eris, aut morti ſubiectus eris. Ita Chryſoſt. a Ambroſ. *b*, & ipſe Auguſtin. *c* de quibus ſupra. Quod & Hieronymo non diſplicet, qui ait, aptè Symmachum interpretatum fuiſſe, *Mortalis eris*. Sed iuxta doctrinam traditã, Hieronymus aliam cenſet aptiorem intelligentiam, vt dicamus, hoiem eomet inſtanti, quo fructum vetitum comedit, iam incœpiſſe mori, & id fuiſſe adimpletum: *Morte morieris*. Vita enim in mortem mutata fuit: & ab illo momento, iam homo incœpit mori. Nam ſi mori, eſt conſumi vitam: ab illo inſtanti quis incipit mori, à quo incipit vita conſumi. *Nos*, inquit Hieronymus, *ex quo naſcimur, mori incipimus, vt Manilius ait: Naſcentes morimur, finiſque ab origine pendet.* Ex his colligit primò Auguſtin. hominem ſimul viuere, & mori: imò nunquam verè mori, niſi dum viuit. Cum enim viuere deſinit, non moritur, ſed mortuus eſt iam. In cuius cõfirmationem præter ea, quæ dicta ſunt, conſiderat S. Doctor (vt videas quam ſerio S. Patres, quæ nobis minutiſſima videntur expendunt) quid peculiare, quod ſecundum regulas Grammaticæ habet verbum *Morior*. Duo quidem ſunt verba inter ſe maximè affinia, quæ vna ſolummodò litera diſtinguntur, *Orior*, & *Morior*, vt videas, quã exigua ſit diſtãtia inter hæc, *Orior*, & *Morior*. Expendit tamen Auguſtinus, ſe credere non humana induſtria, ſed iudicio fortaſſe diuino factum fuiſſe, vt hoc verbum, Morior, in latina lingua nec grammatici declinare potuerint, ea regula, qua cætera talia declinantur. Nam ab eo, quod eſt, Orior, ſit verbum præteriti temporis, *Ortus eſt*, & ſi qua ſimilia ſunt, quæ per temporis præteriti participia declinantur: ab eo verò quod eſt *Morior*, ſi quæramus præteriti temporis verbum, reſponderi ſolet, Mortuus eſt, u, litera geminata. Verè tamen hæc dictio, *Mortuus*, potius nomen eſt, quam verbum, quomodo fatuus, arduus, carduus, conſpicuus, & ſi qua ſimilia, quæ nõ ſunt præteriti temporis, ſed quia nomina ſunt, ſine tempore declinantur, & ſine tempore ſignificant. Non ita quæ propriè, & in rigore grammaticæ verbum *Morior*, præteritum tempus habet. Et meritò, inquit Auguſtinus, vt ſignificatio vocis rei ipſi correſpondeat: moritur enim homo ſemper de præſenti, cum viuit, nec aliud tempus moriendi requiras, niſi tempus præſens, quo viuis. Infert ſecũdo Auguſtinus, vitam mortalium, mortem potius, quam vitam eſſe dicẽdam: nam ſi conſumptio vitæ mors eſt, & homo viuendo nihil verius, & incuitabilius agit, quã conſumere vitam, nihil certè verius agit dum viuit, quam mori. Quæ doctrina mirè concinit loquendi phraſi ſcripturæ ſacræ, in qua ſæpè reperitur, cœlum, & breuitudinem eſſe *regionem viuorum*, quia, vt idẽ annotat Auguſtinus, vbi nunc ſumus, deſertum eſt mortuorum, & terra morientium. Ex qua eadem, explicat idem Auguſtinus *d*, quod dominus dixit *e*: *Qui credit in me, tranſiet de morte ad vitã.* Id eſt, de hac vita, quæ verius mors dici debet, ad æternam, quæ pleno ore vita vocari debet. In cuius confirma-

Cap.11. circa finẽ.

¶ 142. *In Geneſ. refert Vigues 13 de ciu.c.23. Gen.2.17.*

a *Ho.17.in Geneſ.*
b *2. De voc.gent. c.8.*
c *13. De ciuit c.23. & 6. de Gen. ad lit c.26 & ſeqq.*

13. De ciu. c 9 & 11.

13. De ciu. cap.10.

Pſa.114 9 Epiſt.121. ad Probam c.2.
d *Epi.119. ad Ianuar. c.1.*
e *Ioa.5.25.*

tionem multa expendens ipſemet Auguſtinus, ſententiam illam Ciceronis obſeruat, dicentis: *Nam hæc vita quidem mors eſt, quam lamentari poſſem, ſi liberet.* 5. *Tuſcul. quæſt.*

§. 42. *Vita præſens verius dicitur mors defluens: vnde videntur admirari Angeli, quod talem homines vitam agant.*

¶ 241. Eccl. 51. 13. SIngularis eſt locus ille, quo Sapiens referēs multa pericula grauiſſima, in quibus, cū ſe cōſtitutum vidit Deum orauit, illud peculiariter exprimit, & *pro morte defluente deprecatus ſū.* Quid eſt, Pro morte defluente? communis faciliſque explicatio eſt, vt intelligat mortem iam venientem, & fluentem, ad inſtar impetus aquarum, vt ſe obrueret: quaſi dicat: Oraui Deū, vt mortem defluentem, id eſt, iam celeriter venientem ſuper me, & appropinquātem, auerteret. Exiſtimo nihilominus etiam dici poſſe, mortem defluentem vocatam ipſam vitam: orauit enim, vt Deus vitam ſuam in euidenti periculo conſtitutam liberaret, & eam vocat mortem defluentem. Vita enim nihil eſt aliud, vt Auguſtinus dicit, quā fluxus, & tendentia ad mortem, & mors quædam fluens, & currens, toto tempore, quo durat. Poſſemuſque his addere quæ Philoſophi docent, motum non diſtingui à termino, niſi in hoc, quod motus eſt forma, aut actus fluens: terminus eſt eadem forma, aut actus ſtās, perſiſtens, & permanens: vt calefactio non diſtinguitur à calore, niſi per hoc, quod calefactio eſt quidam calor fluens ad vlteriorem gradum: calor autem eſt forma quædam iam perſtans, & non vlterius procedens. Vita eſt motus quidam ad mortem: non igitur ab illa diſtinguitur niſi per hoc, quod vita eſt mors quædam fluens, & procedens ſingulis momentis ad vlteriorem gradū; mors autem eſt ipſe terminus vltra quem iam non amplius proceditur. Ex his aptiſſimè nunc patere poteſt, quid Sanctus Iob dicere voluerit verbis illis ſæpè replicatis, quibus celerem vitæ hominis curſum elegantiſſimè explicauit: *Fugit velut vmbra, & nunquam in eodem ſtatu permanet.* Iob 14. 2. Expende ſingula. Primò illud: *Fugit velut vmbra.* Vmbra tria habet, quæ ex inconſtantia naturæ ipſius oriuntur: efficitur enim illa, & procedit ex radijs ſolis: ideòque curſum ſolis ſequitur: vnde quoniam inter omnia, quæ oculis cernimus, nihil velocius, nec celerius currit, quam ſol, qui viginti quatuor horarum ſpatio vniuerſum orbem luſtrat, imò & latiſſimum cœlorum ſpatium (propter quam cauſam, quantum exiſtimò, vocatur à Sapiente: *Spiritus luſtrans omnia*: Eccl. 1. 6. quia tam celeriter currit, vt potius videatur ſpiritus, quam corpus) nihil velocius tranſit, quam vmbra. Deinde, quoniam nullus eſt, qui poſſit curſum velocem ſolis detinere, aut retardare, vel ad momentum, quantumcunq; omnes potentiæ mundi ad id iungantur: nullus itidem poteſt vmbrę curſum, ſeu tranſitum, vel ad punctum detinere. Et tandem quia ſol cum ad occaſum properet, tantum ex laterè corpora tangēs, maior ac longior eſt vmbra, quanto magis eſt occaſui, & fini propinqua. Ad mediam diem breuiſſima eſt arboris, & montis vmbra: ad veſperū, quanto vmbra magis proxima eſt fini, maiores cadunt de montibus vmbræ. Ecce qualis duratio vitæ hominis. *Fugit velut vmbra.* Celerrimè tranſit, ideòque non currere, ſed auolare dicitur iuxta tranſlationem Hieronymi ex Hebræo ſupra inductam. *Quia tranſfluimus citò, & auolauimus.* Deinde nullus poteſt eius curſum, & fluxum ad mortē, vel per momentum detinere. Sicut vmbra perpetuò defluit, ſiue comedas, ſiue bibas, ſiue ambules, ſiue dormias: & nullum eſt inſtans, in quo non aliter ſe habeat: ita eſt hominis vita. Tandem, quando maior videtur, ſecurior, firmior: quando quis ad maiora peruenit in mundo: tunc propinquior eſt fini, & defectioni. Hocque ſingulariter Dauid exprimere voluit illis verbis: *ſicut vmbra cum declinat ablatus ſum.* Pſ. 108. 23. Non comparat vitam ſuam vmbræ abſolutè, & ſimpliciter, ſicut frequentiſſimum eſt in ſcriptura ſacra: ſed *cum declinat.* Quod ſimiliter exprimere voluit, ¶ 242. Pſ. 89. vbi in Vulgata Superuenit manſuetudo.

voluit, dicens: *Dies mei sicut vmbra* Ps.101.12. *declinauerunt*, id est, habuerunt se ad modum vmbræ declinantis: quia sicut illa, quãdo maior, longiorq; & ex consequenti firmior constantiorque videtur, propinquior est suo fini, & dissipationi; ita dies hominis sunt: quando quis eos reputat longiores, maiores, securioresq; futuros, tunc sunt magis fini, & morti propinqui: quando homo maiorem locum occupat, & per maiorem dignitatem magis creuit, & est extensus, tunc fini suo propinquior est. Quod verè nos quotidiana experientia docet. Et fortè hoc voluit sapiens Concionator dicere, volens hominum auidum appetitum, & insatiabilẽ cupiditatem temperare. *Quid necesse est homini maiora se quærere, cum ignoret quid conducat sibi numero dierũ peregrinationis suæ, & tempore. quod velut vmbra præterit.* Eccl.7.1. Vide duas rationes, quibus hominem auocat ab appetitu quærendi res grandes maiores se. Prima, quia ignorat quid conducat sibi ad vitam præsentem, & futuram. Sæpè quis illud ambit, quod mortem temporalem, & æternam inducit; & multi ascendunt in altum, vt lapsu maiore ruant: & rectè dixit Sapiens, vt S. Gregorius a annotat: *Prosperitas stultorum perdet eos* b, qui propterea appetentes prosperitatem, suam appetunt perditionem. Secunda, quia tempus præterit velut vmbra; ideoque cùm magis extẽsus fuerit homo, maiorq; effectus, & ad ea quæ maiora se sunt, perductus (sicut est vmbra, cùm declinat, quæ maior est ipso corpore) fini suo iam se debet propinquissimum iudicare. Nec contentus fuit Sanctus Iob dicere, hominem tranfire velut vmbram: sed *fugit*, inquit, *velut vmbra*. Duo sunt inter cuncta quæ videmus, quæ celerius trãscurrunt, vmbra scilicet, & qui fugit. Celeritas vmbræ nota est ex dictis: celeritas fugiẽtis patet ex eo, quod communiter dicimus, magis esse fugere, quam currere. Et quidem hæc duo non coniunguntur: quoniam propriè loquendo, fugere non potest conuenire vmbræ; fugere enim est actus vitalis conuenies solummodo viuẽtibus, quæ intra se ipsa habent principium sui motus, & interius cõtinent id quod quod vrget, & stimulat vt fugiant, timorem scil. & metum. Si autẽ daretur vmbra quædam viuens, quæ toto conatu fugeret; quam velociter curreret, & tranfiret? Talis est homo eiusq; vita. Est vmbra quæ procedit, & pendet à cursu, & influxu solis, & sequitur illũ; & est fugiens, quia interius habet, q eam vrget, & stimulat, & intra ipsam est principium cursus, & fugæ: ideoq; nihil illa celerius currit. Ex quibus illud poteris explicare, quod sæpè induximus: *Veruntamen in imagine pertransit homo*, Psal.38.7. quasi dicat: Est imago quædã aut vmbra viuens, currens, & fugiens. Quid miraris, cùm vides eum, quem heri vidisti infantem, & puerum, iam vxorem duxisse, & inter ciuitatis rectores positum? Quid cùm vides te ad anni finem iam peruenisse, quando nunc videtur incœpisse? Quid cùm te vides quasi insensibiliter ad vltimã ætatem perductum? Fugit enim homo velut vmbra. Ex quibus rectè S. Iob intulit, rem totam concludere volens: *Et nunquam in eodem statu permanet.* Iob.14.2. S. Augustinus id dictũ credit; quia homo nunquam in eodem consistit, nunc dies, nunc pauper, nunc sanus, nunc lãguidus, nunc gaudens, nunc tristis, nunc sciens, nunc ignarus, nunc videns, nunc cæcus, nunc ciuis, nunc exul, nunc bonus, nunc malus: Ecce, quomodo instabilis. Cæterum, non tantùm id voluit S. Iob dicere; sed explicare, quod ex prædictis sequitur. Si enim homo fugit velut vmbra, tam est impossibile illum in eodem statu, vel per minimum instans permanere, sicut, & vmbram. Ideoque nullum est instans, aut momentum, in quo non aliter se habeat, & in quo non sit proximior termino, ad quem fluit, sicuti de motu fluente Philosophi dicunt. Est vita mors quædam fluens, non pedetentim, aut segniter; sed ad instar vmbræ fugientis: ideoq; nec per momentum se in eodem statu continet. Nemo est, inquit Augustinus, qui non morti propinquior sit post annum, quàm ante annum fuit; & cras quàm hodie, & hodie quàm heri, & paulò post quàm nunc; & nunc quàm paulò ante; *Vt omninò nihil sit aliud tempus vitæ huius quàm cursus ad mortem*. Hinc me-

Ser. 48. ad fratres in Eremo.

a In Ps. 7. pœniten. in illud, & non intres in iudicio.

b Prou.1. 32.

¶ 243.

13. De ciuit.cap.10.

¶ 244.

ritò B. Hieronymus, tanquam rem maxima admiratione dignam exhibet, quod tantam de vitæ permanentia habeamus fiduciam, & illam insignem, nunquamq; satis pro dignitate repetitam reprehensionem profert: *Quotidie morimur, quotidie commutamur, & æternos nos esse credimus?* Verè ita viuit homo, & tam securâ sibi nõ solùm diẽ eraſtinam, ſed, & annum ſequentem ſibi promittit: ac ſi ſe immortalem crederet. Stultitia execranda, quia quotidie morimur, & quotidie commutamur. *Quotidie morimur*: non tantum hoc dicit Hierony. ex eo, quod quotidie videmus homines, quos cenſebamus quaſi immortales, leuiſſima febre abreptos: ſed quia, vt ex eodem Hieronymo dictum eſt: vita noſtra non eſt, niſi quidam curſus ad mortem, & mors quædam defluens, & id in nobis viuentibus completur, quod dictũ fuit: *Morte morieris*. Si quis ſine ceſſatione aliqua velociſſimè curreret ad terminum non longè diſtantem, credereſne quod tardaret ad illum peruenire? Quomodo credis, dicebat Seneca, te non ſtatim peruenturum ad finem, ad quem non ſolùm curris: ſed ſine interміſſione aduolas? *Quotidie commutamur*: nunquam enim in eodem ſtatu, vel per momentum perſtamus, ab infantia ad pueritiam, ab hac ad adoleſcentiam, ab illa ad iuuentutẽ, &c. Vidiſti alia die heſterna, filium amici tui ab vberibus pendentẽ, die quaſi ſequẽti, vidiſti ſtantem, alia adoleſcentem: nunc iam vxoratum, &c. Incedis per viam aut forum, & fortè offendis amicum, quem à paucis annis non videras, vides eum caneſcentem, miraris, & quæris, vnde tot cani capilli, &c. Quotidie commutamur, & tamen nos immortales credimus? meritò miratur Hieronymus. Cæterum, maiorem ex dictis admirationem concipiendam, docuit Angelus, cum ſancto Eſdra agens in eo libro; qui etſi non plenam habeat ſicut Canonici authoritatem, magno tamen in pretio habendum docuit Ambroſius, docetq; ſancta Eccleſia, aliquas ex illo trahens ſententias ad Eccleſiaſtica ſua officia, de quib. noſter Sixtus Senenſis. Stabat quadã die cogitabundus ille ſanctus Sacerdos, & Propheta Eſdras, conſiderans qui fieri poſſet, quod tanta multitudo hominũ periret, ab illoque deficeret fine, ad quem creata eſt: mirabatur conſiderans, qui fieri poſſet, q̃ homines tam præcipites ſe darent in vitia cum tam grandi ſui detrimento. Res ſine dubio admiratione digna, ſi animo quaſi conſcendas in altam ſpeculam, & conſiderationis oculis vniuerſos homines cõſpicias, inuenies quod dixit Dauid: *Omnes declinauerunt, & ſimul inutiles facti ſunt; non eſt qui faciat bonum*: vnus properat ad luxum, alter ad auaritiam, alius ad honores. Mirandũ planè, quod res omnes tendant ſine ceſſatione, & infatigabili conatu ad ſuum proprium terminum, ignis ad ſupera, terra ad ima: idque tam communiter, vt mirandum ſit, & quaſi monſtrum reputetur, ignis deſcendens, & terra aſcendens; & tam communiter homo à ſuo termino, & fine deuiat, & recedit: vt miremur potius eos, quos videmus excellenter ad illum tendere. Mirabatur hęc Sanctus Sacerdos, & quærebat ab Angelo, quomodo id fieri poſſet, & vnde procederet. Reſpondit ei Angelus docens eum, ne ſuper hoc miraretur, q̃a in promptu habet hæc quæſtio reſpõſum. *Noli*, inquit, *adijcere inquirendo de multitudine eorum, qui pereunt*, ad manum enim habens reſponſionem: *nam, & ipſi accipientes libertatẽ, ſpreuerunt altiſſimum, & leges eius contemptſerunt, & vias eius dereliquerunt; adhuc autẽ, & iuſtos eius conculcauerunt, dicentes in corde ſuo: Non eſſe Deum*. Quaſi dicat: Non mireris, quod ita homines à bono deflectant, & ſe perditioni tradant, qui Deum à ſua mente excluſerunt; & ita viuunt, ac ſi Deus non eſſet. Quid mirum, quod homo, qui nullam Dei habet recordationem, eum nõ quærat, nec ad eum tendat? Quid mirum, quod illum non timeat, qui non magis de eo cogitat, quam ſi nõ eſſet? Quid mirum, quod ſolum ad terrena ſit conuerſus, qui ſola terrena recogitat? Rem aliam maiori multò admiratione expende, quod ſcil. ita viuunt, *& quidem ſcientes quoniã moriũtur*. Quod quis furtũ committat, cùm liberum ſe videt, & nullum reputat ſpectatorẽ, nõ mirũ: quod tamen qui ligatus iam a ſuſpen-

Epiſt. 3. ad Heliodorũ de epitaph. Nepotiani, ad finem.

¶ 248.

4. Eſdr. 8.

Lib. 1. Biblioth. ſanct.

Pſal. 13. 3.

4. Eſd. 8. 55

¶ 246.

ſuſpendium ducitur, quãdo actu ad patibulum aſcendit, in ipſomet itinere ſe totum ad furandum conuertat, omnem admirationem ſuperat. Hoc, inquit Angelus, mirandum; non quod homines ad peccata omnia deflectant; ſed quod id faciant *ſcientes, quia moriuntur.* Non inquit, ſcientes, quia morientur, ſed quia moriuntur, de præſenti: iam enim in itinere ſunt, & ad mortem tendunt, & in via poſiti ſine ceſſatione incedũt. O homo qui manum mittis ad adulterium, intellige, quia iam morieris; & ſatius tibi eſſet conuertere illas ad arripiendam tanquam qui moritur, Chriſti crucifixi effigiem, veniam de peccatis tuis petiturus. Si rex ad mortem irreuocabili ſententia damnaret viginti homines, quos inuenit contra ſe coniuraſſe, qui iam adducti ad tabularum, ibi ligatis manibus conſtituti eſſent, nihilque reſtaret, niſi quod carnifex gladium in guttur eorum mitteret: ſi iam id carnifex agere cœpiſſet, nunc iugulans iſtum, nunc illum, & videres duos aut tres ex illis tripudiantes, & ridentes, cenſentes quod non tam citò gladius carnificis ad eos pertingeret, mirareris, & diceres: Quomodo iſti hæc agunt, ſcientes quia moriuntur? Damnati ſumus omnes ad mortem: Mundus tabulacum eſt, in quo omnes conſtituimur, vt mortis iam ſententiam pariamur: *Quis enim eſt homo, qui* *Pſal. 88.* *qui viuet, & non videbit mortem?* Ligati ſumus vinculis mortalitatis, nullatenus fugere conceditur, vides mortem tanquam carnificem iam iugulaſſe eum, qui tibi erat ad dexteram: vides mortuum vicinum tuum, amicum, condiſcipulum; ſimiliter eum, qui ad ſiniſtrã: quid tu rides? qui lætus es? quid choreas agis, ſciens quia morieris? nec hoc tantum experiris; ſed quod iam gladius carnificis in te operatur, iam te iugulat, iam vitam tuam conſcendit, & conſumit: nihil enim aliud quolibet momento mors agit, niſi vitam tuam ſecare, & conſumere. Quomodo ergo poſſibile eſt, quod dum actu moreris, talia agas, talia operaris, tam ſine cura viuas? Hac propterea ratione Deus homini in principio hoc voluit intimare, non tantùm prædicens eum puluerem futurum; ſed & puluerem eſſe, vt non tantùm ſe moriturum conſideret, ſed & iam morientem: idque omnibus Eccleſia replicat, dicens: *Memento quia puluis es.*

§. 43. *Decreuit Deus hominem in puluerem conuertendum, ne vltra magnificet ſe ſuper terram, quem inter duos pulueres concluſit.*

¶ 247.

ET *in puluerem reuertaris.* Inducit Sanctus Dauid Deum, exaudiẽtem preces ſeruorum ſuorum orantium, vt in fauorem, & beneficium pupilli, & humilis, talem ſententiam proferret contra ſuperbos cõculcantes eos, quatenus omninò à ſua ſuperbia, & faſtu deijcerentur, & ceſſarent. *Iudicare,* inquit, *pupillo, & humili, vt non apponat vltra magnificare ſe homo ſuper terram,* Expende illud, *Vt non apponat vltra:* quaſi enim alludere videtur ad illud, quod circa Ægyptios Deus fecit. Inſurrexerunt illi contra Iſraelitas: Deus autem ſæpè illorum ſuperbam tyrannidẽ voluit reprimere per diuerſas, quas illis intulit plagas, nihil tamen illę profecerunt, quacunque enim plaga illata, quamuis ad breue tempus continerentur Ægyptij ſtatim ad ſuperbiam ſuam conuerſi, Iſraelitas vexabant. Rem totam decreuit Deus concludere, & ita cum eis agere, vt non vltra poſſent ſe contra eos extollere, & illos conculcare. Quando enim maiori inſolentia Ægyptij ſuperbiebant, perſequentes Iſraelitas, dixit Deus: *Nolite timere, ſtate & videte magnalia Domini, quæ factu-* *Exod. 14.* *rus eſt hodie. Ægyptios enim, quos nunc videtis, nequaquam vltra videbitis vſque in ſempiternum.* Quod & factũ eſt: immiſit enim, & reduxit Dominus ſuper eos aquas maris, & operuit eos mare, vbi omnis illorum gloria, ſuperbia, faſtuſque fuerunt abſumpti. Viderunt quidem poſtea eos Iſraelitæ, vt S. Auguſtinus annotat; ſed ſuffocatos, & omni ſuperbiæ faſtu extincto; non autem vltra vſque in ſempiternũ experti ſunt ſuperbientes, & ſe magnificãtes. Operuit eos vndique aqua, & non appoſuerunt vltra magnificare ſe ſuper terram.

Pſ. 9 & 10 iuxta Hebr. 18.

Lib. 2. qq. in Exod. q. 51.

Simile iudicium petebant ſancti contra ſuperbos; vt non apponerent ſe vltra vſque in ſempiternum, magnificare, & erigere ſuper terram. Multa iudicia, & plagas infert Deus ſuperbo, vt eius ſuperbiam conterat, ne contra humiles ſe erigat, & ne cæteros contemnat: ad id namq; mittit febres, dolores, aduerſitates, calamitates, &c. Humiliaris quidem parumper, dum hæc pateris, & ad breue tempus à vitijs te reuocas: ſtatim tamẽ ad priſtinam regrederis ſuperbiam, & elationem. Remedium tibi apponi exoptant ſancti, & iudicium tale à Deo immitti, ac talẽ ſententiam proferri; vt non apponas vltra ¶ 248 magnificare te ſuper terram. Fuit remedium efficaciſſimum, nec Aegyptij vltra ſuperbirent ſuper terram, operire eos aqua, & omni ex parte aquæ fluctibus circundare: ſufficientiſſimum remedium erit, te operire terra, & capiti tuo ſupponere, & exhibere te vndique circundatum terra; quia *puluis es, & in puluerem reuerteris*; ſi in gyrum te conſideres, dicere poteris: *Memento, quod ſicut lutum feceris me, & in puluerem redaces me.* In principio, neceſſariũ fuit, Deum contra hominem proferre iudicium, *Ne apponeret vltra homo ſe magnificare ſuper terram.* Poſuit hominem in Paradiſo, & protulit cõtra eum ſententiam, ne ſe magnificaret, ſed humiliter ſub illius præcepto, & obedientia contineret, dicens: *In quacunque die comederis, morte morieris*: fuit tamen illud iudicium tantum quaſi conditionale, & de futuro, nec continuit hominem, qui appoſuit ſe magnificare ſuper terram, & ad ſuggeſtionem diaboli exponens naturæ ſuæ excellentiam, intumuit, & voluit ſuper terram Deum fieri. Adiecit propterea Deus iudiciũ abſolutum, & non ſolùm de futuro, ſed etiam de præſenti, ne vltra apponeret ſe magnificare ſuper terram, dicens: *Puluis es, & in puluerem reuerteris.* Hoc iudicium intulit Deus, *Vt non apponat vltra magnificare ſe homo ſuper terram*, id eſt, non de ſe aliquid altius ſentiret, quàm terra: aut vt Hieronymus legit: *Vt nequaquam ſuperbiat vltra homo deus terra*, id eſt, vt vilis, & contemptus, ex terra formatum ſe intelligens, non audeat vltra de ſe magnificè ſentire. Cenſet S. Chryſoſtomus, vt ſupra indicabamus, cùm homo conditus fuit, non plenè attendiſſe, ſe ex puluere formatum: vidit ſe pulcherrimum, ſanum, ſtantem, firmum, cæteriſque conſpiciebat excellentiorem, nequaquam ſuſpicatus fuit, rem omnibus nobiliorem, ex viliſſima omnium materia fuiſſe formatam. Et quamuis Deus id iam indicare cœperit, quando eum vocauit Adam, id eſt, de terra, non tunc plenè appoſuit mentem, vt ſuæ conditionis vilitatem conſideraret, & intelligeret: ſed totus poſitus erat in contemplatione eorum, quæ in ſe videbat nobiliſſima, conſiderans animam ſpiritualem, gratiam, per quam diuinam naturam participabat, dona excellentia, ſalutem firmam, rerum omnium dominium à Deo liberaliter ſibi conceſſum: ſuperbiuit propterea, & magnificauit ſe ſuper terram, voluit de ſe altius multò, quàm de terra ſentire, exiſtimans ſe poſſe Deum fieri. Vt non vltra apponeret ſe magnificare, & æſtimare ſuper terram, apertè ante oculos illi expoſuit Deus ſuæ originis principium, & fundamentum, in quod etiam eſſet reſoluendus. *Puluis*, inquit, *es, & in puluerem reuerteris* Quaſi dicat: Intellige te puluerem eſſe, ex puluere formatum, & effectum, & in puluerem ſtatim conuertendum, ne vltra te ſuper puluerem extollas, nec aliquid nobilius terra te reputes. Hoc iudicium Deus contra primum hominem protulit: non tamen contra illum ſolum, ſed etiam contra illius filios omnes. *Memento*, inquit ſapiens, *quæ ante te fuerunt, & quæ ſuperuenturæ ſunt tibi, hoc iudicium à Domino omni carni*. Expende vocem illam, *Hoc iudicium*, quod ſignificat determinatam, definitamque ſententiam, latam magna cum conſideratione. Quaſi dicat: Mentem conuerte ad ea, quæ primò facta fuerunt, & quidnam Deus egerit cum homine, ne ſe vltra magnificaret; quæ eadem in eius filijs, qui te præceſſerunt, ſimiliter vides completa; quos ex puluere factos, in puluerem intueris conuerſos. Hincque intellige, quod tibi eadem ſuperuenient, non enim mors caſu venit, aut fortuito; ſed definito, & præmeditato Dei iudicio, & cõſilio. Hoc n. iudicium

Hom. 3. de Spiritu S. tom. 2.

¶ 249

Gen. 2. 17.

Eccl. 41. 5.

dicium & ſententia contra omnẽ carnem, id eſt, contra omnem hominem prolata fuit, non à quocunque, ſed *à Domino*, cuius decretò nulla poteſt virtus, aut potentia ſe opponere. Aptum remedium vt de te non altius, & ſublimius, quàm de terra ſentias. Vide principium tuum, vide, & finem: principium puluis, finis puluis. Quidnam altius de medio ſentries ædificium quantumcunque ſubliꝰ, quod ſuper duas columnas hinc, & inde extructũ eſt, nullam maiorem firmitatem habet, quam columnæ. Quantumcunque ſis rex, princeps, nobilis, diues, & tãquam palatium excelſum extructus: attende duas columnas, ſuper quas fundatus es: ſi præcedentem attendas, puluis es, ſi futuram, & extremam, nihilo firmiorem inuenies. Nam in puluerem reuerteris. Quid igitur de tui firmitate, & nobilitate altius, & excellentius ſuſpicaris? cur nõ reſpicis, inquit S. Gregorius Nyſſenus, ad vtrumque vitæ humanæ terminum: vnde, & initium ſumit, & in quid deſinat? Ad has duas columnas brachia tuæ conſiderationis extende, ſicuti Sampſon ad columnas magnifici templi fallacis Dei, & omne ſuperbiæ ædificium in terram demittes, omneſque idoli cultores, id eſt, affectus colentes mundi gloriam extingues. Iuxta quam doctrinam aptiſſimè poſſumus explicare, quod ſupra cœpimus inducere, ex Dauide: *Si dormiatis inter medios cleros, penna columbæ deargentatæ*. Vis animæ tuæ pennas efficere deargentatas, ac fulgentes? dormi inter medios cleros, id eſt, inter medias ſortes: cleros enim Græcè, Latinè, ſors eſt, vt dicit Auguſtinus. Dormire ſuper aliquid, tam ſecundum ſcripturæ, quam communem noſtram phraſim, eſt quietà, attentaque conſideratione illud expendere, quomodo dicimus: *Vo dormire ſobre eſto*. Non tranſcurſim, aut raptim: ſed quietà attentaq; conſideratione has duas ſortes, inter quas poſitus es conſidera. Expende quidnam ante paucos abhinc annos fueris, & quid poſt paucos alios futurus ſis. Ingredere cubiculũ tuum, & quiete, ac permanenter in illam ſortem oculos fige, & ab illa in iſtam eoſdem conuerte: vide quid fueris, & quid ſtatim futurus ſis; inde pennæ columbæ deargentatæ: inde enim obedientia, & reſpectus humilis erga Deum, vt non niſi proſtratus coram eo dicere debeas: *Loquar ad Dominum meum, cum ſim puluis, & cinis*: inde modeſtia erga proximum, intelligens non meliores tuas ſortes, quam illius: inde cognitio vanitatis omnium rerũ ſeculi. Si enim, qui omnibus rebus excellentior exiſtis: non meliores ſortes es nactus, quam quod puluis es, & in puluerem reuerteris: quid de illis ſentiendum erit? Hinc te diſponeS ad beatam vitam appetendam, & deſiderandum ſtatum, in quo ſuper ſidera eleuatus, Deus per participationem effectus, omnem vilitatem deponas. Singulariter autem in id, quod futurũ eſt oculos conuerte. Quamuis enim quis, quæ præterita ſunt facilè obliuioni tradat, ſicut Ioſeph ad proſperitatẽ veniens, oblitus fuit omnem miſeriã, quam paſſus fuerat, & ideo primogenitum ſuum vocauit Manaſſen, dicens: *Obliuiſci me fecit Deus omnium laborũ meorum, & domus patris mei*: ſed quæ futura ſunt, non poteſt omninò obliuiſci, ad quæ neceſſariò venturus eſt. *In puluerem reuerteris*. Si oblitus es quidnam à tui exordio, & principio extitiſti, quod futurus es ne obliuiſcaris. Ecce quid futurus es, qui nunc ſuper aſtra te extollis, & pauoni ſimilis, rotã tuæ fœlicitatis extendis, omnes excellentiæ tuæ pennas cæteris videdas exponens: *In puluerem reuerteris*.

Lib. de beatitu. ora. 1. poſt med.

§ 210.

Pſ. 67. 14.

In Pſa. 67.

Genes. 18. 27.

Gen. 41. 51.

§. 44. *Quod ſemel in Sodomis ignis egit, quotidie in nobis mors operatur, & de quonis dici poteſt, quod de templo Chriſtus dixit.*

OBſeruauit B. Auguſt. multa iudicari admiranda, quæ cum videmus, ſtupemus, quia inſolita, cum tamen alia non minora quotidiè videamus, quæ non miramur, imò nec attendimus, quia communia. Miramur conſiderantes, quod factum fuit circa Sodomorum ciuitates. Erat regio illa iuxta Iordanem, quam Lot conſiderare volens: *Eleuatis oculis vidit omnẽ circa regionẽ Iordanis ſitam paradiſus Domini*.

§ 211. *Tract. 24. in Ioan.*

Gen. 13. 10.

Non

Non potuit magis exaggerari illius regionis pulchritudo, viriditas herbarũ, pulchritudo florum, suauitas fructuũ, temperies aeris, salubritas terræ, quam dicendo: quod erat *sicut paradisus Domini*. Post breuissimum autem tempus propter incolarum peccata, descẽdit ignis de cœlo. *Et Abraham consurgens mane, intuitus est Sodomam, & Gomorrham, & vniuersam terram regionis illius, viditque ascendentem fauillam de terra quasi fornacis fumum*. Annotat Hieronymus pro voce *Fumus*, haberi in Hebræo, *Kittor*, quæ vox significat fumum vel fauillam. Itaque ascendebant tantummodo ex illa terra, quæ extiterat sicut paradisus Dei, quædam fauillæ, quas fumus ascendens eleuabat, similes illis, quæ quando grandis succenditur ignis in clibano, quo coquuntur lapides, & in calcem redigũtur, ascendunt inter fumum ex lapidibus, qui comburuntur, quibus nihil in vita reperimus debilius, aut infirmius: qua dicendi phrasi, rem omnibus quæ dici possunt minorem, voluit Spiritus S. indicare, sicuti ad explicandum, ad quam inanem, exiguumque terminum redacta fuerint omnia metalla auri, argenti, æris, & ferri, in statua Nabuchodonosor, dixit illa conuersa fuisse, *& versa in fauillam æstiui areæ*. Vide rem omnibus modis inanem: ex area namque ascendit æstiuo tempore puluis, quasdam quasi fauillas ex gluma tritici secum eleuans, quibus nihil inanius cogitari potest. Miramur omnes, quomodo factum fuerit, quod ex ea regione, quæ antea irrigua erat, aquis clarissimis, & fœcundissimis abundantissima, ex eo omni quod erat viride, floridum, visu delectabilissimum, sicut paradisus Dei, nihil reliquerit videri. Abraham, nisi fauillam leuissimam, quam fumus ascendens eleuabat. Quid factũ est de viriditate herbarum, pulchritudine florum, odore, & sapore fructuũ? Omnia in breuissimam fauillam defecerunt. Miramur illud, quia rarum, cum tamen quotidie aliquid simile videamus. Oculos extollis, vides equitẽ ornatum, pulchrum, vestibus pretiosis indutum, seruis vndique circũdatum, odorum suauitate fragrantem, gẽmis, & auro fulgentem: & quem heri talem vidisti, dum hac nocte decidit superiũ lum ignis ille mortis, qui propter peccatum missus est, conspicis nunc, & tãtum vides fauillam, & puluerem remanentem. Quid factum est de illa viriditate, de facultatibus, diuitijs, seruorum comitatu? Vidisti alia die mulierem pulchram, venustam, ornatã, oculis omnium gratissimam, quæ videbatur tanquam paradisus Dei: descendit ignis cuiusdam febris ardentis, & quando ad eam contemplandam te cõuertis, tantum vides fauillam, & puluerem. Quonam illa pulchritudo, venustas, cultus, ornatusque abierũt? Quid de illis factũ est? Circumspice diligenter, inquit Basilius: vbi iam, dic, qui ciuitatũ magistratus ampliissimos capessebant? vbinam inexpugnabiles illi atque inuictissimi rhetores? vbi itẽ, qui præclarè adeo statuerunt, ac benè meriti sunt de publicis istis conuentibus? Quo abierunt illustres Hippotrophi? vbi duces sunt exercituum? vbi satrapæ? Denique tyranni, quo concesserunt? Nonne omnia puluis? Ita Basilius: Quibus egregiè concinit Gregorius Nyssenus, ipsius frater, humanę superbiæ antidotum proponens. Superbis, inquit, & iactas te nomine iuuentutis, & ad florem ætatis respicis, & gloriaris, & tibi places propter decorem: quod tibi manus supra modũ vigeant ad motum, & celeres, & veloces ad saltũ tibi sint pedes, quod capillus vẽtis diffundatur, quod laungo maxillas distinguat, quod tibi vestis purpurę tinctu supra modũ florida fit: quod pãni tibi serici, prœlijs venationibusque aut historijs quibusdam variegari, distincti atque exornati sint, aut forsitan ad talaria adhibita cura in nigro nitentia, & superfluo opere fibularũ lineis oblectantia spectas? Ad ista respicis, teipsum verò non intueris? Ostendã tibi tanquam in speculo, quis sis, & qualis sis. Non vidisti in loco publico sepeliẽdis hominibus destinato, naturę nostræ mysteria? Non vidisti ossium, alijs super alia temere abiectis congeriẽ? Caluarias carnibus nudatas, terribilem quẽdam, ac deformem aspectũ, exhaustis oculis præbentẽ? Vidisti ora ringẽtia, reliquaque mẽbra prout fors tulit auulsa, atque dispersa? *Si illa vidisti,*

Gen. 19. 27. 28.

Lib. 99. Hebraic. in Genes.

¶ 258.

Homil. 3. in dictũ Mosi, post medium.

Li. de beatitud. orat. 1. post med.

Dan. 2. 35.

si

dixti, te ipſum in illis ſpectaſti. Vbi ſigna præſentis floris? vbi coloris bonitas in genis? Vbi flos labiorum? vbi truculenta, ac torua oculorum pulchritudo ſub vallo protegumentoque ſuperciliorum elucens? Vbi rectus naſus in medio genarum pulchritudinis collocatus? vbi ad ceruices vſque demiſſæ comæ? vbi circa tempora cincinni? vbi ſagittariæ, iaculatriceſque manus? Equitatores pedes? vbi purpura? vbi byſſus? vbi paludamentum? vbi baltheus, calcaria, equus, curſus, fremitus, omnia, per quæ nunc tibi faſtus augetur? Dic, vbi hæc, quorum nomine nunc animos tollis, & ſuperbis, magnoſque tibi ſpiritus ſumis in illis? *Quod ſomnium adeo vanum & non ſubſiſtens? Quænam ex ſomnio talia viſa? quæ vmbra adeo tenuis tactum ſubterfugiens, vt iuuentutis ſomnium ſimul & apparens, & protinus præteruolans?* Hæc & alia Gregorius Nyſſenus. ¶ 253.

Inſignis fuit magnæque ponderationis digna illa Chriſti ſententia, quam de Ieroſolymitano templo tulit, cuius hiſtoriam tres Sacri Euangeliſtæ, Matthæus, Marcus, & Lucas referunt, ſingulares circumſtãtias vnuſquiſque eorum expendens. Annotabamus alibi tẽplum illud fuiſſe tandem ab Herode extructum miro opere, ſummoque artificio ædificatum, longitudine ingenti, altitudine immenſa, lapidibus candidis, & ſplendentibus, tanto auro, diuitijs, & ſpecioſitate lapidum exquiſitorum, tãta magnitudine, & compoſitione perfectum, vt cõtendant aliqui longe ditius, operoſius, & magnificentius fuiſſe templo Salomonis: quod longo diſcurſu proſequitur Ribera *a*, & indicauit Hieronymus ipſe ab eodem relatus. Cum igitur quadam die *Chriſtus egrederetur de templo, ait illi vnus ex diſcipulis ſuis: Magiſter, aſpice quales lapides, & quales ſtructuræ.* Lucas ait: hoc dictum fuiſſe à quibuſdam, Matthæus abſolutè à Diſcipulis: ſed facilè poteſt ad concordiã reuocari ſi intelligamus, Matthæum, & Lucam locutos per ſyllepſim, quando quod vnus agit, aut dicit, omnibus, aut pluribus tribuitur: ſicut cum vnus Iudas indignatus fuit de effuſione vnguenti, dicuntur *b*, *indignati Diſcipuli*, &c. quod *erant quidam indigne ferentes*. Aut quod probabilius credo, vnus id ſingulariter dicere cœpit, & alij poſtea ſimiliter id ipſum dixerunt. Rationem autem, propter quã id fecerunt, Origenes *d*, Chryſoſtom. *e* & Hilarius *f*, cenſent illam fuiſſe, quod audierunt Chriſtum Dominum Iudæos reprehendentem, duram de illo templo Paulo ante protuliſſe ſententiam, deſolatam futuram domum eorum prædicentem. *Ecce*, inquit, *relinquetur vobis domus veſtra deſerta.* milleque alia mala prænuntiauit. Ambigebant Diſcipuli, quomodo tanta res, tamque inaudita, tum excellentis materiæ, tum artis varietate mirabilis, poſſet deſtrui: exiſtimarunt Chriſto egrediente de templo, congruum, & opportunũ tempus, & occaſionem ſe offerre: vt quod dixerat, clarius explicaret: & vt aliqua ratione illum ad commiſerationem flecterent, & comminatam ſententiã temperarent, ſaltem propter excellentem illam admirandamque pulchritudinẽ: quaſi placare ſaxa poſſint, quem ad vindictam inferendam, hominum malitia excitabat. Idcirco ergo dixerunt ei: *Magiſter, aſpice quales lapides, & quales ſtructuræ.* Sanctus Lucas addit, etiam in memoriam reuocaſſe, illius templi ingentes diuitias, occaſione gazophylacij, in quod Paulo ante viderant diuites, ditiſſima munera mittentes. Dicebant enim de templo, *quod bonis lapidibus, & donis ornatum eſſet.* Ipſe autem reſpondit, & dixit illis: *Videtis hæc omnia? Has omnes magnas ædificationes? Amen dico vobis: non relinquetur hic lapis ſuper lapidem qui non deſtruatur.* Quidam hyperbolicam cenſent fuiſſe locutionem, & quaſi per exaggerationem explicandam ſententiam. Sed verius ſecũdum totum ſui rigorem credo expendendam, ſecundum quem completa fuit. Primò enim Romani templum diruerunt, & ſolo æquauerunt, & quam grandis facta fuerit eius ruina, proſequitur Ioſephus ex profeſſo. Deinde tamen Iulianus Apoſtata conceſſit Iudæis in odium Chriſti, templum illud reædificari, quod facere aggredientes, effoderunt fundamenta veteris tẽpli, vt noua reponerent, tuncque ignis ex fundamentis exiliuit, & multos Iudæos ex ijs, qui ædificabant, conſumpſit: ſicque nullus penitus lapis eorum, qui repoſiti

a In cap. 2. Aggæi. Mar. 13. 1. Luc. 21. 5. Mat. 24. 1.

b Matth. 26. 8.

c Mar. 14. 4.

d Hom. 27. in Matth.

e Hom. 76. in Matth.

f Cano 25. in Matth.

Luc. 13. 35.

Marc. 13. 1.

Luc. 21. 5. Matth. 24. 2. Marc. 13. 2.

¶ 254.

7. De bell. c. 9. & 10.

positi fuerant, manfit ſuper lapidem. Vnde quod impius Apoſtata fieri voluit, ad comprobandam falſam Chriſti prædictionem, potius fuit, vt illa comprobaretur, & efficeretur veriſſima. Quam Hiſtoriam referunt Chryſoſtomus *a*, Gregorius Nazianzenus *b*, Theodoretus *c*, & alij. Et expẽde illud, quod de lapidibus dixit Dominus: *Qui non deſtruatur.* Deſtructi ſunt omnes, & perierunt, abſumptique ſunt, ab ea ſaltem pulchritudine quam habebant, & ordine, quo erant compoſiti, à primo lapide vſque ad vltimum, ab eo qui primo in fundamento conſtitutus fuit, ad illum, qui in tecto vltimo loco fuit collocatus, omnes perierunt, & eorũ gloria in puluerem, & terram fuit redacta. Et ſi rectè expendas, hoc ipſum aliqua ratione quotidie dicit tibi: vides Principem, Regem, Monarcham, ſplendidum veſtibus, & diuitijs, extenſum Regnis, & terris, elevatum maieſtate, & auctoritate, habentem potentiã, Imperium, pulchritudinem, ſplendorem? Videtis hæc omnia? Amen dico vobis, non relinquetur lapis ſuper lapidem, qui non deſtruatur: nihil penitus eorũ quæ vides remanebit, nec ſerui, nec famuli, nec veſtium cultus, nec Imperiũ, nec palatium. Vides mulierem pulchrã, cuius capilli tanquam fibriæ aureæ, oculi tanquam fulgentiſſima ſidera, genæ tanquam fragmen mali punici, labia quaſi vitta coccinea, collum ornatum torque, ex auro, & margaritis? vides has omnes magnas ædificationes? vides capillos tantò ſtudio concinnatos, genas tanta proportione rubras, purpuriſſo, & ceruſſa ornatas, veſtes tã grandi arte conſtructas, monilia tanta ſpecioſitate compoſita? Nihil horum remanebit: nõ relinquent in te lapidem ſuper lapidem, qui non deſtruatur. Miranda res. Quod non relinquent ſaltem oculos inſtar aſtrorum micantes. Quod non relinquent ſaltem labia illa purpureis roſis pulchriora. Quod non relinquent faciem illam tanta ſolicitudine cultam nihil relinquetur, ſed omnia in terram abibunt, & in puluerem reuertentur.

a Orat. 2. & 3. aduerſ. Iudæ. *b* Orat. 2. contra Iulia. *c* 3. Hiſtor. c. 20.

§. 45. *Iraſcitur Deus contra hominẽ ſuperbiam: quam prædixit finiendam ſicut fluuium Ægypti.*

¶ 855

INtelligemus hinc, Deum meritò auerſatum, & faſtidiſſe ſuperbiã hominum; quod duobus in locis per Prophetam Amos expoſuit, quorum primùm ſupra expoſuimus, nunc ſecundum explicemus: nam rationem egregiam dicti ſui Deus tradit. *Iurauit Dominus*, inquit Propheta, *in ſuperbiam Iacob*, id eſt, contra ſuperbiam hominum: ſicut illud, *In me ſit iſta maledictio*, id eſt, contra me. Et meritò iurat inquit Hieronymus, vt ſi non credunt comminanti, credant iuranti. Et quidnam iurauit? *Si oblitus fuero operum eorum vſque in finem.* Id eſt, nunquam in perpetuum obliuiſcar eorum inania, vana, ac ſuperba opera. Quamuis omnia hominis peccata Deus auerſetur, ſingulariter faſtidit, & odit opera ſuperbiæ: & hæc dicit, nunquam ſe obliuioni traditurum. Quod ſi huius rationem expoſcas: *Nunquid non ſuper iſto commouebitur terra, & lugebit omnis habitator eius, & aſcendet quaſi fluuius vniuerſus, & eijcietur, & defluet, quaſi riuus Ægypti?* Quaſi dicat: Nonne eſt res digna commiſeratione, & luctu, & quæ omnem terram conturbet, & in ſtuporem adducat, quod ſuperbiat ille, qui totus eijcietur, & defluet, *quaſi riuus Ægypti?* non vacat nunc explicare quiſnam dicatur *riuus Ægypti*, an fluuius totius Ægypti, qui eſt Nilus, qui vocatur etiam Gehon, vt Hieronymus annotat: an quidam riuulus, qui ab eo deriuatur, & procedit, diuidens terram promiſſionis à terra Ægypti, verſus auſtrum, qui vocatur in ſcriptura *Torrens Ægypti*. Quidam enim cenſent de huiuſmodi torrente eſſe ſermonem, quem propterea vocat, *Riuum*: facilior tamen eſt ſenſus: ſi totum Ægypti fluuium intelligamus. Nam in Hebræo habetur nomen, *Iaor*, quod abſolutè ſcriptum, ipſum Nilum, & illum, qui abſolutè dicitur fluuius Ægypti, ſignificat, vt annotat Brixianus. Ideo Pagninus & Regia, & cæteri auctores, ex Hebræo abſolutè tranſ-

Amos 8. 7. 8. Geneſ. 27. 13. In cap. 2. Ierem. Nume. 34. 5. Ieſue 15. 4. Tom. 1. fol. 275. par. 2. col. 4. ad fi.

transferunt: *Sicut fluuius Ægypti*. Vocatur autem in locum *riuus*, ſingulare pro plurali, id eſt, *riui*, propter ſeptem illos famigeratiſſimos riuos, per quos Nilus influit in mare, quod ſcriptura vocat magnum, tam profundos, & aquarum impetu impertranſibiles, vt pro magno opere Deus, ad ſui potentiam oſtendendam promiſerit per Iſaiam, ſe illos exiccaturum *ita vt tranſeant per eum calceati*. Expende autem omnia verba, quæ plura ſacramenta, quam literas continent. Eijcietur, in Hebræo eſt verbum *Geras*, quod ſignificat violenter impellere, & expellere aliquem à loco, in quo gratè, & placidè manere optat: quomodo dictum fuit; *Eijce ancillam, & filium eius*, & dicitur Iephte, *eiectus de domo patris*. Vtiturque ſcriptura ſacra ea loquendi figura, qua de rebus inanimatis, ac ſi animata eſſent loquitur. Fluuius Ægypti, quando per illam terram abundantem, ditiſſimam, & ſpatioſam decurrit, vellet ibidē permanere, ſed quaſi violenter expellitur, proprio ſuarummet aquarum pondere, & accliuitate terræ, vt quaſi expulſus, & impulſus decurrat. *Et defluet*. Defluere, inquit Hieronymus, ſæpè in translatione noſtra pro perire, & quaſi in nihilum redigi ponitur, vt cum dicitur *a*: *Oliuas habebis in omnibus terminis tuis, & non vngeris oleo, quia defluent, & deperibunt*. Et *b mons cadens defluit*. Et *c luxit, & defluxit terra & infirmata eſt, defluxit orbis*. Et *d à facie tua montes defluerēt*. Ideoque idem eſt, *defluet fluuius*, ac in nihilum deſinet, abſorptus à mari, ſed verbum Hebræum id elegātiſſimè exprimit. Eſt apud Hebræos verbum *Naskah*, quod ſignificat profundari, mergi, abſorberi, ad profundiſſima, & ima trahi, vt nihil iam rei appareat, vt cum dicitur *e Abſorptus eſt ignis*. Et *f ſubmergitur Babylon*. Sed hoc in loco, idem verbum diminutè ponitur, abſorpta vltima litera Hain, quæ gutture profertur, & apud Hebræos maximi eſt ponderis: nō enim eſt, *Naskagh*, ſed *Naskah*: quomodo tantum hoc in loco ponitur in tota ſcriptura ſacra, vt annotat Brixianus, & ego arbitror, inquit, Hain dedita opera à Propheta ſuppreſſum fuiſſe, vt omnimodam demerſionem, & abſorbitionem, ipſa ſua pronuntiatione indicaret. Quis explicare valeat, quanta aquarum copia, & abundantia, plenus Nilus per Ægyptū incedat, præſertim eo tempore, quo in partibus ſuperioribus, eſt abundantia pluuiarum: tunc enim Nilus per Ægyptum incedit, omnes aluei ſui ripas implēs, imò ſupereffluens, magno ſonitu fluctuum incedens, cuius fluxus grandem excitat ſonitum, vt illud, quod de cataractis Ægypti communiter dicitur, demonſtrat. Et quidem tēpore, quo exundat ſupra modum, fremens, & reſonans procedit: nulluſque eſt, qui illi ſe audeat opponere. Eijcitur tamen tunc, & impellitur à proprio ipſarum ſuarum aquarum pondere, & ab ipſius terræ accliuitate. Vnde, nec per momentum ſe poteſt continere: ſed vehementiſſimo impetu ad mare perpetuò decurrit. Ibi defluit, id eſt, ſubmergitur, abſorbetur, quaſi ad profunda demittitur, & rapitur à mari, & abſconditur ab eo, vt nunquam amplius appareat, & abſorbetur ita, & deglutitur à mari, vt nec exigua illius gutta amplius compareat, nec poteſt ibi aliquis vlla ratione deſignare aquas illius famigeratiſſimi fluuij, à cæterorum riuorum aquis diſtinctas: omnes eandem formam, figuram, amaritudinem, aut ſalſedinem tenent. Sic erit, *eijcietur, & defluet vniuerſus*, id eſt, totus Iacob, aut omnis Iacob, aut omnis homo. Expende egregiam ſimilitudinem, qua ex vna parte elegantiſſimè faſtum, iactantiam, potentiamque hominum, & ex alia miſerum finem, ad quem deueniunt declarat. Deus ſolitus fuit potentem, dominantem, monarcham, principem, diuitem, exprimere, & depingere typo fluminis, quando immenſa aquarum copia fluit, ſuper terram aſcendens, omnia ſubijciens, & quaſi conculcans, ad omnia ſe liberè extendens, magno murmure, fremitu ac ſonitu incedens, ſaxa grandia ſecum trahens, rupes firmiſſimas eradicare contendens. Quiſnā videat principem, aut monarcham incedentē, tanquam fluuium Ægypti, ad omnia extēdere ſe volentem, omnia ſubijcere conantem, eleuantem fluctus ſuos propter aquarum ſuarum abundantiam?

Deſ-

Iſa. 11. 15.

¶ 256.

In cap. 8. Amos.

a Deut. 28 40.

b Iob 14. 18
c Iſa. 24. 4.
d Iſa. 64. 1

נסעה

e Nu. 11. 2.
f Iur. 51. 64

Tom. 1. fol. 88. col. 2.

¶ 257.

Depingit hoc modo Deus, illum ſupremum Monarcham Nabuchodonoſor, venientem contra Ieruſalem, cum ingenti copia, & innumerabili exercitu, ex hominibus tanquam ex aquis congregato *a*, *aqua multæ populi multi*, fluctibus ſuis reſonantem, & comminantem vrbi ſanctæ, & templo. *Quis eſt iſte.* inquit Deus *b*, *qui quaſi flumen aſcendit*, eleuatur, extollitur aquarum multitudinem; *& veluti fluuiorum intumeſcunt gurgites eius? Ægyptus fluminis inſtar aſcendit, & velut flumina mouebuntur fluctus eius, & dicet: Aſcendam operiam terram, perdam ciuitatem, & habitatores eius.* Faſtidit Deus huiuſmodi ſuperbiam, vehementerque ſe ab illa prouocari profitetur, quoniam eodem typo fluminis oſtendit, quam inanis, vana, & ſine ſubſiſtentia ſit. *Eijcietur*, inquit, *& defluet vniuerſus ſicut fluuius Ægypti.* Omnis homo, & totus homo ratione corporis, *Eijcietur*, expelletur ſuomet pondere, vt non poſſit, vel per vnicum inſtans detineri, ne continuò ad mare mortis defluat. Impellunt, & expellunt te de hoc mundo, & velis nolis eijciunt, primò, pondus propriæ mortalitatis, & naturæ tuæ, quæ velut aqua dilabitur, & propendet in mortem: deinde terra ipſa accliuis, quæ nō poteſt cunctos ſuſtinere, & oportet, vt quoſdam expellat, quo alijs recipiendis locum paret. Præterea cœlum ſuo perenni motu te perpetuò vrget. Et tandem Sol ſuo celerrimo curſu te etiam renitentem trahit. Et *defluet*, abſorbebitur à mari, deglutietur à mari: id eſt, à morte. Mors aptiſſimè maris nomine exprimitur, quæ omnes deglutit, & abſorbet fluuios, & non redundat, nec vnquam dicit, ſufficit. Aperit os ſuum, ſepulturam videlicet, quæ quaſi os eſt mortis, & omnem hominem abſorbet; & in profundum mittit, vt nihil penitus amplius illius appareat. Ita abſorbet Nilum, vt nulla, vel minima eius gutta amplius appareat. Ita enim homo à morte abſumitur, vt nec diuitiæ, nec facultates, nec domus, nec lecti eburnei, nec menſæ opulentæ, nec ſeruorum comitatus, nec pretioſa ornamenta remaneant. Reſpice epulonem illum, qui tanquam fluuius Ægypti inceſſerat, qui induebatur purpura & byſſo, & epulabatur quotidiè ſplendidè; dum peruenit ad mare; ita abſorptus, & deglutitus fuit, & profundatus; vt nec vna dumtaxat gutta earum aquarum, quibus abundabat remanſerit. Quod in illo Imperatore videre licet apertè, quem ſupra ex Auguſtino retulimus. Omnes fluuiorum aquæ dum ad mare perueniunt, æquales ſunt penitus, & eodem omninò colore, pondere, ſapore, vt nec minimam differentiam vnius ab altera poſſis inuenire, quantumcunque attenta cōſideratione perpendas: vide omnes homines, quos mare mortis abſorbuit, qui defluxerunt in mare: omnes in puluerem ſunt conuerſi. Quantumcūque attentè expendas, vide ſi poteris mihi indicare, quinam pulueres diuitis, quinam pauperis, quinam nobilis, quinam ruſtici, quinam mulieris pulchræ, quinam deformis. *Quis diſcernat ſpecies mortuorum?* inquit Ambroſius. *Redoperi terram, & ſi potes diuitem deprehende. Eruderato paululum poſt tumulum, & ſi cognoſcis egentem argue, niſi fortè hoc ſolum, quod cum diuite plura pereunt, &c.* Et expende illud, *Vniuerſus*, quod non ad fluuium, ſed ad Iacob referendum eſt. Quod duobus modis poteſt intelligi. Primò, vt dicat vniuerſus Iacob, id eſt, totus Iacob, totus homo: nec enim aliquid illius ratione corporis, remanebit, nec caput, nec oculi, nec manus, nec ſplendor gloriæ; *Defluet vniuerſus.* Tota tu mulier deflues, & deglutieris, caput, capilli, oculi; vt videas quonam perueniant, quæ tanta tamque ſolerti cura ornas: *Defluet vniuerſus.* Et his verè concinit Sapiēs: qui quantum exiſtimò ad hanc fluminis, & maris metaphoram alludens, illam repetitam protulit ſententiam: *Omnia quæ de terra ſunt, in terram conuertentur, & omnes aquæ in mare reuertentur.* Non tantum vult docere, omnia tendere, vt in terram conuertantur, ſicut aquæ fluuiorum tendunt in mare, vt abſumantur: & in aquas conuertantur: ſed huius rationem indicat. Vnumquodque ſi quidem in id reſoluitur, ex quo componitur, & iuſtum eſt, vt omne, quod à mari pro-

a *Apoc. 17. 15.*

b *Iere. 46. 7. 8.*

Serm 48. ad fratres in eremo.

Li. de Nabuth, c. 1.

Eccl. 40. 11. & 41. 13.

¶ 238.

procedit, ad mare regrediatur. Omnes aquæ fluuiorum oriuntur ab aquis maris: iuſtum eſt, vt in maris aquas regrediantur ex quibus infert, iuſtum eſſe, & æquum, vt omnia, quæ de terra ſunt, in terram conuertantur. Anima tua non eſt de terra, ſed à Deo ipſo, ſua omnipotentia producta, & quaſi ex ſuo pectore eam primò traxit, cum hominem creauit: iuſtum eſt, *Vt ſpiritus dirigatur ad Dominum, qui dedit illum.* Omnia tamen corporea ex terra proceſſerunt, quæ propterea terrena vocantur: inde corpus tuum, oſſa, ſanguis, oculi, aures, capilli: in terram igitur omnia reuerti debent, & reuertuntur. *Auferes ſpiritum eorum, & deficient,* inquit Dauid, *& in puluerem ſuum reuertentur.* Pſal. 103. 24.

§. 46. *Vnus idemque puluis, & ſolus, ex vario genere militum fuit relictus meritò Fortuna in ſterquilinio fuit locata.*

¶ 259. a *Opuſ. de erud. prin. lib. 3 c. 7.* b *In c. 19 4. Reg. ad fin.* 4. Reg. 19. Iſai. 37.

EXpendit Diuus Thomas *a* rem miſerabilem, quæ accidit, quando Angelus percuſſit exercitum ſuperbi Senacherib, quã annotauerat Lyranus *b*, & eſt conformis non ſolum traditioni Hebræorum, ſed & Scripturæ ſacræ. Venit ſuperbus ille tyrãnus contra Ieruſalem, tam elata ſuperbia arrogans, vt Deum ipſum, & eius omnem potentiam irrideret, & iactaret potentiam ſuam, ſuperiorem omnium deorum potentia. In cuius oſtenſionem ſuperbiſſima verba intolerabilis blaſphemiæ plena proferebat, quæ Scriptura ſacra ſæpè recenſet. Ad preces pijſſimi regis Ezechiæ, volens Deus tam intolerabilem ſuperbiam punire, miſit Angelum: *qui vna nocte percuſſit in caſtris Aſſyriorum centum octoginta quinque millia.* Vnde, cum Senacherib mane ſurrexiſſet, vidit omnia corpora mortuorum, & recedens abijt. Obſeruat igitur Diuus Thomas, Angelum interfeciſſe tot, tantoſque milites, & duces, comburendo corpora eorum, fortè miſſo igne, ſicuti ſuper Sodomam. Hoc autem ita factum fuit, primò, ne ſi ſimplici morte Angelus tantam hominum multitudinem interficeret, fœtore cadauerum inficeretur terra: ſecundò, vt poſſent facilè Ezechias, & eius populus auferre mortuorum ſpolia, ſicuti de facto tulerunt. Accedentes enim, inquit Diuus Thomas, quamuis in apparentia inuenirent duces, & milites armatos, ſed accipientes arma, & excutientes, nihil niſi cinis ex eis defluebat, & ſimilis penitus cinis defluebat ab armis ducis maioris, atque ab armis militis minoris. Omnia ſiquidem eorum corpora, & quicquid erat corporis, in cineres fuit conuerſum. Hæc congrua ſunt (meo iudicio) ijs, quæ per Iſaiam Dominus dixerat, ad Moab loquens, iuxta aliquorum ſententiam, de impio Senacherib eiuſque exercitu: *Finitus eſt puluis, conſummatus eſt miſer, defecit qui conculcabat terram*: vbi in Hebræo, non tam de ipſo, quam de eius exercitu ſermo eſt, de quibus ſupra. Expende rem admiratione dignam. Erant ibi duces ſtrenui, & validi, potentes, habentes oculos, quibus ad omnem partem reſpiciebant, & pedes, quibus quò volebant, progrediebantur: eo ipſo quod ignis decidit ſuper illos, nihil ex eorum armis, niſi puluis, & cinis excuſſus fuit. Id quod quotidiè inter homines accidit. Cum enim deſcendit mors tanquam ¶ 260. Angelus percutiens, ignem ſui ardoris mittens, & abſumens, totum hominem in cinerem conuertit. Excute arma, & nihil niſi cinerem extrahes. Videbis ſepulchrum regium, marmoreum, deauratum, armis vndique cinctum: excute hæc: & nihil niſi cinerem extrahes. Caput, quod corona Regalis cingebat, manus, quæ Regale ſceptrum tenebant, digiti, quos anuli ditiſſimi ornabant: corpus, quod pretioſæ veſtes operiebant, pedes, quos calcaria deaurata decorabant, lingua, ad cuius motum totus reuoluebatur orbis, venter, ad cuius implerionem profunda maris, & altitudines aeris inquirebantur; omnia in cinerem inuenies conuerſa. Conſidera ſepulturam alicuius reginæ, aut illuſtris fœminæ, in qua poſitam conſpicis imaginem pulcherri- Iſai. 16. 4.

cherrimam, excute, & vide quid profluet: capilli, & cincinni magna cura compti, oculi ſtibio ornati, genæ purpuriſſo nitentes, labia pulcherrimo colore fulgentia corpus erectum, collum excelſum, omnia in cinerem conuerſa videbis. Rectè itaque dicit, *Vniuerſus Iacob*, id eſt, totus, *defluet*, aut abſorbebitur. Solus ergo, æqualiſque pulueris ex diuerſis militum ordinibus, & generibus relictus fuit. Annotabamus ſupra circa ſtatuam, quam vidit Nabuchodonoſor, ex diuerſiſſimis metallis compactam, in qua ad vnum exigui lapidis ictum, percutientis pedes luteos, *contrita ſunt pariter, ferrum, teſta, æs, argentum, & aurum: & redacta quaſi in ſamillam æſtiuæ areæ*. Expendebamuſque illud, *contrita ſunt pariter*, ſimul & eodem modo aurum, & argentum, æs, & ferrum, ſicut teſtaceum lutum. Expende nunc vlterius, quid factum fuiſſet, ſi omnia ſtatuæ membra lutea, aut teſtacea, aut terrea fuiſſent. Si ex eo ſolùm, quod pedes habuit, partim ex luto, quamuis ferro commixto, non ſolùm ferrum non ſolidauit lutum, ſed potius lutum ita reddidit debile ferrum, æs, argentum, & aurum, metalla ſine dubio ſolidiſſima, vt non minus, quam lutum, in pulueres luteos, & terreos omnia fuerint redacta: quantò magis omnia membra in ſimiles pulueres fuiſſent conuerſa, ſi omnia fuiſſent lutea, & terrea? Secundus ſenſus eſt: *Vt vniuerſus Iacob*, idem ſit, ac omnis Iacob, id eſt, omnis homo. Quaſi dicat: omnis homo defluet ſicut riuus Ægypti. Omnis, ſiue rex, ſiue ſubditus, ſiue Dominus, ſiue ſeruus, ſiue nobilis, ſiue ruſticus, ſiue diues, ſiue pauper. Sicut enim, *Non eſt aliud ipſis regibus natiuitatis initium*, neque diuitibus, neque nobilibus, qui nec ex firmiori pretioſioríque petra exciſi ſunt; ita nec alius finis, nec in pretioſiorem cinerem conuertetur rex, quam ſubditus, nobilis, quàm viliſſimus homo. Neſcit, inquit Ambroſius, natura diuites, quæ omnes pauperes generat. Neque enim cum veſtimentis naſcimur, neque cum auro, argentoque generamur. Nudos fudit in lucem, egentes cibo, amictu, poculo: nudos recipit terra, quos edidit. Neſcit fines poſſeſſionum ſepulchro includere. Ceſpes anguſtus æquè, & pauperi, & diuiti abundat, & terra, quæ viuentis non cepit affectum, iam diuitem capit. Neſcit ergo natura diſcernere, quãdo naſcimur: neſcit quando deficimus: omnes ſimiles creat, omnes ſimili gremio claudit ſepulchri. His congruunt, quæ Sanctus Clemens Alexandrinus obſeruauit, de antiquioribus Romanis, qui ſimulachrum Fortunæ, quam tanquam Deam colebant, in ſterquilinio locabant, quaſi hoc eſſet illius templum. Et quamuis eos Sãctus Clemens irrideat, dicens: dignum certè tali Dea templũ, exiſtimat nihilominus illos hoc indicare voluiſſe, omnium hominum tã proſperam, quam aduerſam fortunam, in ſterquilinium definere, & finiri. Ibi abſorbentur reges, & qui eorum reguntur Imperio: ibi Imperatores, & qui ab illorum ditione continentur: ibi dominantes, & qui eorum Dominio ſubduntur; in æqualem enim puluerem, & putredinem omnes conuertuntur. Si igitur ita ſe res habet: *Quid ſuperbis terra & cinis?* quid vanitatis operibus implicaris? quid ad ſupera te extollere contendis? quò confidis te peruenturum? Meritò iurauit Dominus contra tuam ſuperbiam, quod opera hæc tua puniturus ſit. Hæc omnia Eccleſia Sancta omnibus intimat, quæ non cinerem pretioſum regibus, & principibus, vilem hominibus communibus imponit; nec diuerſis verbis, iuxta cuiuſque qualitatem noſtris auribus inſonat: ſed eundem cinerem omnibus imponens, eadem verba eiſdem inducens: *Memento*, inquit, *quia puluis es, & inpuluerem reuerteris*.

Dan. 2. 35.

Orat. ad. hort. ad gentes.

Eccleſ. 10. 9.

Sap. 7. 14.

¶ 261.

Lib. de Naboth. cit.

§. 47. *Ecclesia, ne Deus ficulneam infrugiferam succidat, excauat, & stercora mittit ad radices.*

¶ 262. VEla iam contrahamus, & nos recipiamus in portũ, ne opus in immensum crescat, & confideremus Ecclesiam Sanctam initio Quadragesimæ, se similem exhibere colono excolenti ficulneam, vt fructum referat. Expendunt Sancti Patres, signanter Basilius *a*, Ambrosius *b*, Augustinus *c*, & Gregorius *d*, parabolam quandam, quam Dominus induxit *e* confirmare volens, quod prædixerat: *Nisi pœnitentiam habueritis, omnes simul peribitis*. Dicebat enim, & hanc similitudinem: *Arborem fici habebat plantatam quidam in vinea sua*. In regionibus illis, sicut, & in nostris, nihil communius, quam plantare ficus in vineis: habent enim nescio quam sympathiam ficus cum vitibus, vt rectè sibi cohæreant, & ideo frequentissimè in scriptura sacra harum plantarum fructus coniunguntur. *Et venit quærens fructum in illa*. Venit, non semel, sed frequenter, cupiens illius fructibus frui: nec mirum, illam namque solummodo plantauit, vt ex ea perciperet fructus. Et non inuenit, id est, nunquam inuenit aliquam ficum maturam, quam edere posset. *Dixit autem ad cultorem vineæ: Ecce anni tres sunt, ex quo venio quærens fructum in ficulnea hac, & non inuenio*. Expende affectum, quo fructum optabat, vt per tres annos perpetuò quæreret, & expectaret illum, & sæpissimè iret ad videndum essetne in illa. *Succide ergo illam, vt quid enim terram occupat?* In Græco: *Quorsum terram infructiferam reddit?* Quod dictum est, quoniam cum ficulnea tot tantaque, & tam grandia ac pinguia folia edat, & ramos emittat, multum humorẽ terræ sugit: ideoque illam reddit aridam, & infructiferam. Colonus autẽ, qui ægrè fert plantam quamcumque excindi, quasi in seipsum referens culpam, & ficulneam excusans, quod ex defectu culturæ defecerit à fructu ferendo: *Domine*, inquit, *dimitte illam, & hoc anno, vsque dum fodiam illam, & mittam stercora*. Ambrosius, & Augustinus legunt: *Mittam cophinum stercoris. Etsi quidem fecerit fructum, sin autem, in futuro succides eam*. Id est, si fecerit fructum, habebis, quod intendis, sin minus, poteris succidere, absque eo quod quis tibi se possit opponere. Agendam esse pœnitentiam solicitè, & maturè hæc parabola docet, vt annotat Ambrosius, ne succidamur, & in ignem mittamur. Certè parabola est nostro instituto cõgruentissima. Egregiè namque Christus Dominus vnumquemque fidelem typo ficulneæ in vinea plantatæ depinxit, vt ostenderet, quid ab vno quoque requirat, & ad quidnam in sua Ecclesia plantauerit. Frequentissimè Christus, vt annotat Sanctus Ambrosius, ficulneas in parabolam assumpsit, nam, & eam, quæ tantùm folia habebat sine fructu, maledixit, & eam emittentem grossos suos, exposuit signum æstatis appropinquantis, & eam induxit, tanquam typum ferendorum fructuum. Ficulnea enim ad nihil aliud in vinea plantatur, nisi vt fructum ferat. Quædam arbores plantantur, vt deseruiant ædificijs, aut ad aliquod opus artificiale extruendum, vt lectícã, cathedram, sellam: aliæ ad flores odoriferos emittendos, aliæ ad ornatum, quoniam pulchræ sunt visu: sola ficulnea est, quæ si fructum non refert, ad nihilum valet, nisi vt succidatur, & in ignem mittatur. Nec enim ex ea extrahes lignum ad ædificium, nec ad opus artificiale, nec flores inuenies in ea. Et in huius signum id aduerte, quod idem annotat Ambrosius. Si enim diligenter, inquit, inquiras, discretam, ab vsu arborum cæterarum consuetudinem naturæ huius inuenies. Namque aliæ florem ferunt, antequam fructum, pomaque ventura prænuntio sui flore designent: hæc sola ab initio germinat poma pro floribus. In alijs flos discutitur, & poma nascuntur: in hac, poma decidunt, vt poma succedãt, & præcoces ficus sequuntur aliæ: vt videas, nihil nisi fructum à ficulnea expectari. Meritò itaque ficulnea typum hominis tenet, quem Deus ad hoc tantum plantauit, vt fructum bonorum

¶ 263. *Lib 2. de pœn. cit.*

Lib 7. in Lucam.

a *In illud Isa. 5. Nunc autẽ annũciabo vobis &c.*
b *2. de pœn. c. 1. & l. 7. in Lucam.*
c *Ser. 31. de ver. Dom.*
d *Hom. 31. in Euang.*
e *Luc. 13 3*

rum operum referat, à quo hoc solum modo requirit, & hac de causa dicitur, plantasse ficulneam in vinea sua: *Vinea Domini exercituum, domus Israel est*, id est Ecclesia. In hac hominem plantat, & ponit, vt fructum referat sibi gratum: nullum enim fructum gratum habet extra hanc vineam: *Sine fide namque impossibile est placere Deo*. Ferant quos volueris fructus, qui extra Ecclesiam sunt, Iudæi, Hæretici, Gentiles, eleemosynas faciant, debita relaxent; nullatenus Deus illos plenè gratos habet, pro quibus nullam æternam mercedem reddet, quamuis quia bona sunt, temporalibus stipendijs remuneret. Ecce igitur ad quidnam te Deus in Ecclesia sua constituit, vt fructum referas ad modum ficulneæ. Inter omnes arbores dulcis habetur fructus ficulneæ, qui propterea non solum dulcis; sed dulcedo ipsa vocatur: vnde inducitur ficulnea dicens: *Nunquid possum deserere dulcedinem meam fructusque suauissimos?* Et idcirco opera tua bona, ficuum nomine voluit Dominus indicare, vt exprimeret, quantum sint sibi grata, sapida, & dulcia: qua phrasi vsus fuit antiquitus, ad indicandum quam grati sibi extiterint illi priores patres Abraham, Isaac, & Iacob, quos propterea vocat: *Quasi prima poma ficulneæ*. Hac de causa frequentissimè venit quærens, & requirens à te fructum: *Ecce*, inquit, *tres anni sunt, ex quo venio quærens fructum in ficulnea hac, & non inuenio*. Multa Sancti Patres in horum trium annorum explicationem meditati sunt suo ingenio digna: sed facilis breuisque sensus est, si intelligamus per tres annos longum tempus, & sufficientissimum indicari ad ferendos fructus, vtque posset homo iam inutilem iudicare ficulneam. Ternarius enim numerus sæpè ad hoc institutus in scriptura inducitur, vt Sanctus Chrysostomus annotauit. Aduentus autem iste variè à sanctis Patribus exponitur, videturque difficile, quomodo Deus aduenire dicatur ad nos, qui nunquam recedit à nobis: *Non enim longe est ab vnoquoque nostrum. In ipso enim viuimus, mouemur, & sumus*. Extimo tamen dici aduenire, non secundum substantiam, & essentiam, secundum quam intimè est in omnibus rebus per essentiam, præsentiam, & potentiam, vt Diuus Thomas explicat: sed secundum quandam repræsentationem, qua se præsentem menti nostræ exhibet, pulsans ad fores cordis nostri, sicuti ad ostium sponsæ pulsans inducitur. Sæpè namque sentis intra te ipsum Deum alloquentem ad cor, & pellicientem intima illius, voce quadam silenti obmurmurantem, vt dicebat ille amicus Iob: & tibi exponentem, quod recorderis, te positum in Ecclesia, vt fructum referas, & quod vita tua transit, & mors appropinquat, & quod caueas æternam pœnam, & quod tibi prospicias. Quoties hæc intra te ipsum sentis, intellige Deum venientem, vt fructum à te requirat. Sed commiseratione dignum est, quod numquam inuenit fructum, plena maturitate perfectum. Vbi namque est humilis ad Deum obedientia? Vbi paterna erga illum reuerentia? vbi charitas in proximum? vbi oratio feruens? vbi pœnitentia lugubris? vbi ieiunium asperum carnem seuerè comprimens? Ecce tres anni sunt, inquit, ex quo venio, & non inuenio fructum in ea. Beatus Athanasius varias hominis ætates intelligit: venit in pueritia, adolescentia, iuuentute, virilitate, senectute; & non inuenit fructum. In pueritia puerilibus fuisti implicatus, in adolescentia, illis vitijs te tradere cœpisti, quæ Iob exprimit, quæ ad ossa vsque penetrant, & toto vitæ tempore eorum effectus perdurant. Iuuentutem expendisti in vanitatibus. In ætate virili, mundanis operibus vacasti. Vbi igitur fructus? Manum tuam pectori tuo applica, & vide quem nam fructum Deo tuleris? Audi sententiam: *Succide illam, vt quid enim terram occupat?* Iudicium hoc manifestè profert, vt annotat Sanctus Basilius, vt timorem incutiat, & tibi prospicias: & vt omne, imò, & tu ipse videas, iustam tuæ damnationis causam. Quid enim tu ageres de simili ficulnea, quæ nihil penitus faceret, nisi terram occupare? Vnusquisque, inquit Sanctus Gregorius iuxta modum suum, in quantum locum vitæ præsentis tenet, si fructum boni operis non

Isa.5.7. *Hebr.11.6* *Iud.9.11.* ¶ 264. *Osea 9.10.* *Luc.c.13. cit.* *Homil.30. in Genes. post med. & hom. in illud, Cum autem subiecta, &c. post 1. ad Cor. & homil.33. ad Hebr. ad fi. Act.17.27.* *1.p.qu.8.* *Iob 4. 13. 14. 15. 16.* *Quæst.70.* ¶ 265. *in c.5. Isai.* *Ho.31.cit.*

non exhibet, velut infructuosa arbor terram occupat. Quod si iustè excindi meretur ficulnea ex eo solum, quod non referens fructum, terram inutiliter occupat: quid si proferret vermes, & serpentes, noxios cæteris arboribus, & domino vineæ? Hinc intelliges iustam tuæ damnationis causam, qui non tantum non fers fructum bonum, & inutiliter terrã, & locum, in quo Deus te constituit, occupas: sed profers vermes, & serpentes peccatorum, contra Deum, & proximum. Dei nomen blasphemas, eius monita contemnis, illius iram quotidiè prouocas, proximum persequeris, illius facultates arripis, scandalizas pusillos. Egreditur tamen sancta Ecclesia, tanquam pia cultrix, excusans ficulneam, & suam de nouo diligentiam offerens, & promittens, vt frugiferam reddat. Dimitte, inquit, illam, & hoc anno, vsque dum fodiam illam, & mittam stercora. Duplici remedio huiusmodi arbores iuuari solent. Primò, ad radices excauatur terra, vt noxiæ herbæ eradicentur, & fossa fit, vbi aqua excipiatur, cuius humorem fugant radices. Secundò, stercora, & fimum spargũt circa radices, vt illius calore foueantur, & pinguedine roborẽtur. Ecce quidnam Ecclesia agere aggreditur, hæc duo circa te fieri procurat. Primò, excauare terram per ieiunium, & pœnitentiam, quam indicit, proponit, & mandat: valido ligone ieiunij, & pœnitentiæ, corporis tui terram excaua, vt comprimãtur noxiæ herbæ vitiorum: vt reddantur radices aptæ ad fugendum humorem cœlestium virtutum, & donorum: id enim operatur perfectum ieiunium. Non credas, te fructum redditurum: si terram corporis tui non excauaueris si non mortificaueris per pœnitentiæ opera mẽbra tua, quæ sunt super terram. Secundò, mittit stercora ad radices. Homo est arbor inuersa, radices eius sunt capilli, vt communis habet Philosophorum doctrina: circa has radices mittit stercora, cineres apponit, & puluerem. Magna profecto vis stercoris, inquit Diuus Ambrosius, quæ tanta est vt de infœcundis, fœcunda, de arentibus virentia, de sterilibus facit fructuosa: hoc radices roborat, fouet, impinguat. Meritò propterea S. Iob in eo sedit, dum tentaretur, & vinci nequiuit; & in stercore sedens, omnia quæ amiserat recuperauit: & Dominus de terra suscitat inopem, & de stercore erigit pauperem. Abraham, dum se stercus, & cinerem fatetur, quasi cinerem, & stercus ad radices mentis suæ mittens, summa se humilitate prosternens, inuenit Dei gratiam. Hæc, & alia optimè B. Ambrosius prosequitur. Ideò ergo Ecclesia sancta te quasi in cinere constituit, vt recipias, & recuperes spiritualia bona, quæ diaboli impulsu amisisti, sicuti S. Iob recuperauit omnia bona, quæ sibi fuerãt ablata. Idcircò in cinere te reponit, vt inde veram humilitatem contrahens, Dominus te de stercore, & cinere erigat, & collocet cum principibus populi sui. Ideircò ad radices tuas stercora mittit; vt frugifer euadas. Annotauit Plinius nihil vtilius arboribus, quam si ad earum radices mittatur cinis, qui calore suo noxias herbas absumit, radices fouet, defendit, roborat, impinguat, & vermes enecat, ac fugat. Hinc vberrimi sunt agri Siciliæ, illi præsertim, qui monti Ætnæ sunt proximi: ex illo namque cineres profluunt, totam regionem illam reddentes feraciſſimam, per quos noxiæ herbæ absumũtur, vermes occiduntur, terra ipsa impinguatur. Hoc Ecclesia sancta intendit, cineres mittens ad capillos capitis tui, exiccare virides, noxiasque herbas voluptatum carnalium, roborare te aduersus insidias diaboli, carnis, & mundi, disponere ad bonorum operum fructum abundantem, & peccatorum vermes effugare. Quæ namq; voluptas nõ exiccabitur, si attendas craſtina die te futurum cinerem, & quod subito transibit delectatio, & in cinerem abibis? Quæ dæmonis, carnis, aut mundi fugeſtio vim habebit, si te cinerem reputes, & in cinerem ſtatim conuertendum attendas? Quanta diligentia curabis bona opera agere, quæ tecum feras, si consideres proximum mortis tempus, quando nemo poterit operarit? Nunc viuis, fortè cras eris extinctus

¶ 266.

Liber 7. in c. 13. Luc. & 2. de pœnit. c. 1. circ.

Li. 17. c. 9. & 28. & li. 18. c. 17.

ctus. Et quidnam, ſi Deus te nunc vocaret, ageres, qui nec peccata diluiſti per pœnitentiam, nec bona opera egiſti, quæ tecum poſſis referre, vt pro illis vitam æternam tibi dari poſtules? Quid te continet ſecurum? Quis te decipit promittens longum vitæ tempus? Vnde iſta tepiditas, fratres, inquit Bernardus, tã pernicioſa iſta ſecuritas maledicta? Quid ſeducimus miſeri noſmetipſos? Forſitan iam diuites facti ſumus. Forſitan regnamus. Nonne oſtium domus noſtræ horribiles ſpiritus illi obſident? Nonne exitum noſtrum laruales illæ facies præſtolantur? Quis ille pudor erit, ò anima mea, cùm dimiſſis omnibus, quorum eſt tibi iucunda præſentia, & gratus aſpectus, cohabitatio, ipſa tam familiaris, ſola ingrediẽs incognitam penitus regionem, occurſantia tibi cateruatim ruere teterrima illa monſtra videbis? quis in die tantæ neceſſitatis occurret? quis tuebitur à rugientibus præparatis ad eſcam? quis conſolabitur? quis deducet? Filioli mei, memoremur hæc nouiſſima noſtra, ne peccemus. Tantùm Bernardus: cuius ſententia ſit infœlix clauſula huius tractatus. Innumera enim alia, quæ ad hoc inſtitutum proſequi poſſumus, peculiaribus tractatibus habemus digeſta. Hæc nunc dicta ſufficiant in die ſacro beatiſſimi patris mei, Doctoris maximi Hieronymi, cuius opera imitari, & doctrinam intelligere concedat Deus omnipotens Amen.

Ser. in illud Iob, in ſex tribulationibus.

Tractatus Primi Finis.

TRACTA-

TRACTATVS SECVNDI ARGVMENTVM.

EXponitur in hoc tractatu ſacra Euangelica lectio, in qua Chriſtus Dominus agit de Ieiunio, Recta ad Deum intentione, & Theſaurizando in cœlo, quaſi totum hominem omni ex parte componens: primò, in ordine ad ſemetipſum per ieiunium: ſecundò, in ordine ad Deum per rectum cordis affectum, & intentionem: tertiò, in ordine ad proximum per eleemoſynam, per qua in cœlo theſaurizat. Vnde tribus partibus, totus abſoluitur tractatus. In prima agitur de Ieiunio, explicaturque, quomodo componat hominem erga ſeipſum, & quomodo peccatoribus ad obtinendam gratiam, & iuſtis ad illam conſeruandam congruat: in cuius confirmationem, quæ Eccleſia de illo affirmat, demonſtrantur, quod Deus per illud vitia comprimit, mentem eleuat, virtutes largitur, & præmia: vnde infertur tandem, minus bene homines formidare, quod ſummis votis, & lætiſſimis ſinubus debent excipere. In ſecunda parte agitur de recto affectu, & intentione, per quam homo benè diſponitur ad Deum: explicaturque primò: Quis dicatur hypocrita, & quomodo mundus plenus ſit hypocritis: mox oſtenditur infœlix hypocritarum ſors, grandiſque ſtultitia, quos tanquam gloriæ ſuæ fures auerſatur Deus: Deinde, quomodo Chriſtus, non ſolum contendit, vt bona opera, ſed vt benè, ac legitime faciamus: ideoque expoſcit, vt qui ieiunat, ac bene operatur, vngat caput, & faciem lauet, quo nomine rectam animi diſpoſitionem requirit, ſingulariter illam, per quam totius boni operis gloria in Deum refertur, qui cor ac ſpiritum præcipuè à nobis poſtulat: & tandem, quomodo curandum ſit, & contendendum, cum bene operamur, ſoli Deo placere, quomodo itidem bona opera fieri debent in abſcondito: vt cœleſtis pater omnia quæ fecerit homo, reddat illi. In tertia parte agitur de recto affectu, per quem homo bene componitur ad proximum, aut de eleemoſyna: explicaturque quomodo illa vtilis ſit ad multa, ſingulariter autem ad theſaurizandum in cœlo: in hoc enim Deus pauperes conſtituit in mundo, vt recto res ſint in cœlum bonorum, quæ recipiunt. Hæc omnia ſub his capitibus diſtinguuntur.

PROOEMIVM.

§.1. *ATtentos vult Ecclesia reddere per cineris aspersionem, quos hac sacra lectione dociles intendit exhibere, id nunc nobiscum agens, quod antiquitus Deus cum Baltassar.*

§.2. *Trium dierum viam sacrificantibus congruentem, nũc Christus docet, quam antiquitus per Prophetam Michaã indicarat.*

§.3. *Contra tria malorum capita, gulam, inanem gloriam, & auaritiam, tria generalia remedia Christus inducit, ieiunium, eleuationem mentis, & eleemosynam.*

PRIMA PARS, DE RECTO hominis affectu, & ordinatione erga seipsum, aut de Ieiunio.

§.1. *A Ieiunio incipit Christus, quia ieiunium ad paradisum reducit hominem, quem intemperantia eo expulit, vt in Niniuitis, & Elia apparet.*

§.2. *Ieiunium gladium flammeum non timet, quod quasi in amianthi naturam transformare corpora, Basilius, & Ambros. tradiderunt.*

§.3. *Quadragesima est tempus curationis, ideò à ieiunio inchoandum, vt rectam methodum sequamur, & id fiat, quod Deus per Ioelem commendat.*

§.4. *Gula milites submministrat diabolo, similes filijs Edom, quos omnes ieiunium eneruat, & subtrahit.*

§.5. *Arma quibus diabolus ad suprema mala, & idololatriam quosdam traxit, fuerunt commessationes, & potationes.*

§.6. *Scriptura sacra ad exprimendum hominem, omni vitiorum genere implicatum, solita est describere vacantem commessationibus, vt in Amos, Isaia, Luca, Daniele.*

§.7. *Ieiunium expoſcit Petrus ad vires diaboli eneruandas, quod quam insuperabilem reddat hominem, ostendit Daniel ieiunator intactus à leonibus.*

§.8. *Leo facilè occidit pastum Prophetam illum, qui ieiunus, insuperabilis extiterat.*

§.9. *Bella corporalia antiquitus ieiunio cõfecta, præsignarunt spiritualia, conficienda ieiunio, quo Dauid aptè operuit, & muniuit animam.*

§.10. *Nullus sine ieiunio diabolum vicit, vt dixit Augustin. & probarunt Iob, Baptista, Apostoli, Paulus, Antonius, Hilarion &c.*

§.11. *Cum timore interessendum conuiuijs, & commessationibus, docuerunt Tobias, & Iob.*

§.12. *Filij ieiunij, sunt Sampsones, & Samueles, id est, opera fortia, quæ inimicos omnes reuincunt.*

§.13. *Non minus necessarium est, carnem ieiunio forti, quam indomitum equum valido frano ad victoriam comparandam, comprimere.*

§.14. *Sæua tempestas oritur à carne, cùm deficit ieiunium, quæ sedatur, magna ieiunatione subsequuta.*

§.15. *Ad mentem eleuandam, & soluendam, comprimendam esse carnem, docuit Paulus, tradens quendam in interitum carnis, vt spiritus saluus fieret.*

§.16. *Non aduolare mentem ad cœlestia, nisi mortificata carne, sacrificium duorum passerum egregiè præsignauit.*

§.17. *Ad excellentem contemplationem eleuauit Adam mentem ieiunus, quam depressit pastus, deprimitque vehementer ciborum abundantia.*

§.18. *Abstinentiam necessariam ad eleuãdam mentem, probat Hieronym. ex Philosophis, & ex ipso Epicuro voluptatis assertore.*

§.19. *Necessarium ieiunium ad eleuandam mentem ad superna mysteria, docuit Amos, agens contra vaccas pingues.*

§.20. *Mentem ad cœlestia mysteria capiẽda disponi per ieiunium, ostendũt Moyses,*

fes, mulier sole amicta in cœlo, Ioannes Baptista.

§.21. *Petrus, cæterique Apostoli, & signãter Paulus, ostenderunt mentem per ieiunium eleuari.*

§.22. *Ad orationem supponendum ieiuniũ, docent scripturæ, suadentque manifestæ rationes.*

§.23. *A monte myrrhæ ad collem thuris, aptè discurrebat sponsa, & duo altaria, sacrificiorum, & thymiamatis, aptè copulata fuerunt, vt Dauidis exercitatio indicauit.*

§.24. *Virtutes Deus largitur per ieiunium, quo tãquam circulo comprimitur homo, sicut arbor Nabuchodonosor, vt rore cœli tingatur.*

§.25. *Nulla diuina dona Sanctos cõsequutos fuisse, nisi per ieiunium, docuerunt eleganter B. Patres, Ambrosius, & Cyprianus, ostenderuntque opere ipso Moyses, & Elias.*

§.26. *Sanctos per ieiunij virtutem diuina dona consequutos, manifestè comprobant Daniel, & alij, excellenterque S. Iudith.*

§.27. *Ieiunij virtutem ostenderunt S. Patres, tribuentes illi per quandam accommodationem, quod Fidei Paulus.*

§.28. *Grandem iniuriam inferunt ieiunio, qui illud horrent, & timent: homines duplici corde, qui instar elephantis, quæ timere debent non timent.*

§.29. *Quæ in ieiunio homines timent, debent potius expetere, ideoque non leui de causa soluendum, statuunt S. Patres, & sacra Concilia.*

§.30. *Delicatos cibos relinquendos in Quadragesima, & requiem in ea dandam coquis, hortati sunt Basilius, Ambros. & Chrysostomus.*

SECVNDA PARS, DE RECTO hominis affectu, & intentione erga Deum.

§.1. *QVia parum prodest ieiunium factum non propter Deum, primo Christus prohibet, cùm ieiunamus fieri tristes, & exterminare facies, instar hypocritarum. Quid autem hoc sit, optimè explicant S. Patres.*

§.2. *Non sunt hypocritæ, qui peccata sua, ne videantur, absondunt: hoc enim melius est, quam in omnium oculis illa committere.*

§.3. *Metaphorica locutione Christus per vnctionem capitis, & lotionem faciei explicat fugiendam ieiunij ostentationem.*

§.4. *Semper hypocrisis in mundo viguit, copiosius tamen, vt Apostolus prædixit, nostris temporibus, in quibus plenus est mundus hypocritis.*

§.5. *Pauciſſimi sunt, qui hypocrisim plenè fugiant, latenter enim appetitus propriæ gloriæ ingreditur, & surrepit, vt in seipsis S. Patres experti fuerunt.*

§.6. *Inanis gloria appetitum solicitè fugiẽdum, docuerunt eleganter Basilius, Chrysologus, elegantius autem Ieremias, & Paulus.*

§.7. *Infelix hypocrita ipso suo triumpho, sicut Eleazarus, occumbit: habet pennas similes herodio, cùm sit struthio, qui per victimas in profundum tẽdit, vt dixit Oseas.*

§.8. *Struthionis stoliditatem tenet hypocrita, quæ cum dolore peperit, relinquens transeuntibus conculcanda: sapiens mulier filium ad Dei thronum misit.*

§.9. *Nil stolidius, aut stultius, quam non oculis Dei, sed hominum satisfacere velle, quorum iudicium falsum, insipiens, instabileque est.*

§.10. *Stultum est, gloriam ab hominibus intendere, quæ vanior est vmbra, instabilis, & transiens sicut visio nocturna.*

§.11. *Tam stultum est, gloriam ab hominibus quærere, vt quamuis videret Apostolus necessarium, se commendare, insipientem se sapius primo vocauerit.*

§.12. *Valorem operis meritorij solus Deus*

per semetipsum potest compensare. Iniustus est propterea, qui pro mercede, humana laude est contentus.

§.13. Cor nobile, nulla re minori ipso Deo est contentum, vt ostendit D. Thomas, & Abraham Infœlix qui mercede Balaam effusus est.

§.14. Insipiens, qui merces excellentes ad vile emporium, & inopes mercatores defert, sicut Iudas: & qui radices super lapides vult mittere, vt dixit Baldad.

§.15. Docet Christus, ad cœleste emporium merces nostras deferre, persoluendas à Deo, qui illarum iustum pretium solus reddere valet.

§.16. Quantum auersetur Christus hypocritas ostendit maledicens ficulneæ, ex eo quod illorum symbolum, & figuram tenebat.

§.17. Hypocrita fur est, qui non contentus vtilitate, quam bonum opus inducit, etiam gloriam, quam Deus ex illo sibi reseruarat, aucupat.

§.18. Deum sic prouocat hypocrita, sicut prouocat virum zelotypum, qui illius vxorem accipit: id quod in Adam, & Herode Deus manifestauit.

§.19. Iniquitatem maximam, & negationem contra Deum, vocauit Iob, arrogare sibi gloriam ex bonis operibus, quam sibi Deus vnicè, in Deitatis suæ signum reseruauit.

§.20. Idololatriæ esse genus, sibi ex bonis operibus gloriam quærere, indicauit Iacob, vouens votum suum: & verè disponit ad amittendam fidem.

§.21. Fumus Thymiamatis soli Deo reseruabatur, quem nullus sub pœna mortis poterat sibi quærere, quod Oziæ factum confirmat.

§.22. Acutè Sanct. Augustinus reuincit, philosophos, contendentes humanam gloriam quærendam, ex tabula quadam ab eisdem sapienter depicta, quæ manifestè hypocritarum vitium confundit.

§.23. Amen, iurandi est nota, qua Deus vtitur, ad immutabile decretum indicendum, quo hypocritas terrere vult.

§.24. humanam gloriã fuisse iustam mercedem hypocritarum, excellenti discursu ex Romanorum factis ostendit Augustinus.

§.25. Nulla merces hypocritis à Deo est expectanda, qui non pro illo laborant, ideo infœliciſſimam eorum sortem computant Iob, & Chrysostomus.

§.26. Ex virginibus fatuis ostendit Christus, non quærendam ab hominibus gloriam, & meritò S. Propheta Esaias clamabat, non expendendum argentum in nonpanibus.

§.27. Docet Christus, non sufficere facere bonum, nisi fiat benè, ideoque cuique attendendum, bona opera exhibere plena, & perfecta coram Deo.

§.28. Lætos, & quasi excipiendos conuiuio vult Christus nos esse, cùm ieiunamus propter Deum, cui nihil lætius, quam aliquid propter nos agere: inde bene sponsæ diem lætitiæ cordis illius descripsit.

§.29. Diem lætitiæ, desponsationis, & conuiuij reputauit Christus pro nobis mori, vt sponsa dixit: dies ergo nobis esse debet lætus, cùm pro illo mortificamur & ieiunamus.

§.30. Iure Christus ieiunaturis imponit, lætos se exhibere, quibus mercedem repositam exponit, cuius spe, tam ipse, quàm eius Sancti omnem pœnam alacriter pertulerunt.

§.31. Ieiunaturo Christus metaphoricè loquēs imponit, vt omni ex parte sit cōpositus, & quod nō tam à cibis, quàm à vitijs ieiunet.

§.32. Primò imponit Christus vngendum caput, id est, in ipsum reducendam bonorum operum fragrantiam, quod in bonorum operum ædificio supponēdum est.

§.33. Vnge caput, cùm ieiunas, præstituens Deum finem ieiunij tui, caueque cerastem mordentem vngulam.

§.34. Vn-

§. 34. *Vngebat caput ſuum Dauid, proponens Deum in conſpectu ſuo: cum id egit Moyſes ad petram, fœliciter ſucceſſit, infœliciter, cum non fecit.*

§. 35. *Ieiunia, & ſacrificia externa petit Deus, vt cor ei offeramus, ſicut oſtendit in Abraham, quod non faciens Saul, periit.*

§. 36. *Spiritum aut intentionem à nobis Deus quærit, ex cuius defectu repulit multa Iudæorum ſacrificia, in Iſaia, Malachia, Ieremia, & Michæa.*

§. 37. *Iniquitas Cain fuit, in ſacrificio male diuidere, Deo ſua offerens, cor ſuum ſibi reſeruans: bene Abel, primo ſeipſum Deo obtulit.*

§. 38. *Macedones imitati Abelem, docent prius nos ipſos, & cor noſtrum, quam noſtra Deo offerre.*

§. 39. *Manuum impoſitio in ſacrificio, holocauſta medullata, effuſio ſanguinis ad altare, pondus Sanctuarij, indicabant neceſſariam oblationem cordis in bono opere.*

§. 40. *Vngere caput, & lauare faciem præcipit Chriſtus, indicans ad bonum opus neceſſariam fidem, & bonam, aut puram conſcientiam.*

§. 41. *Ad ieiunium lauanda eſt facies anima, ſine cuius munditia, opus meritorium non eſſe, oſtendit natiuitas Ichabod.*

§. 42. *Ieiunia limpida, & pura requirit Chriſtus, quæ ſimilia ſint limpidiſſimis lapidibus, quibus Dauid deiecit Goliam.*

§. 34. *Fuge videri ab hominibus, cum ieiunas, ſimilis eſto Ruhab, & parentibus Moyſi.*

§. 44. *Fugiendos ſpectatorum oculos, cum ieiunas, docuerunt Abraham, & Ezechias, docet natura in rerum productione, & Eliſeus in olei multiplicatione.*

§. 45. *Non prohibet Chriſtus videri opera noſtra, ſed ne id affectemus, ne faſcinemur, ſicut pueri, faſcinatio enim obſcurat bona.*

§. 46. *Summi ſacerdotis ornatum ita ab omnibus videri voluit Deus, vt Sacerdos ipſe in ſolum Deum oculos conuerteret, figeretque.*

§. 47. *Sponſæ oculi erant quaſi columbæ, in ſolum Sponſum intenti, ſed tanquam piſcinæ Heſebon, quos alibi conſpiciebant.*

§. 48. *Incipientes, & proficientes opera ſua bona abſcondant ab oculis ſpectantium perfecti autem ſæpe exponant illis conſpicienda.*

§. 49. *Patris nomen Chriſtus inducit, exprimens Deum totum relatum ad te, vt reddat totum ad illum relatum, & intentum, curantem illi ſolummodo videri.*

§. 50. *Quomodo, & quare noſtram ad Deũ debeamus intentionem dirigere, docent Sponſæ verba, quæ Beatus Bernardus expendit.*

§. 51. *Quæ propter Deum agis, ſeruanda illi tradis: ideoque tibi reddet in extremo iudicij die, qui à Petro dicitur tempus reſtitutionis.*

§. 52. *Quæ Deo offers, non tam das, quam accommodas, & deponis, tibi reddenda, id quod Anna Samuelis mater egregiè explicauit.*

§. 53. *Hoc inſuper reddet tibi Deus, quod opera, quæ in abſcondito feciſti, videantur etiam ab hominibus, qui horti concluſi aromata fluere facit.*

§. 54. *Quæ Sancti contendentes ſoli Deo videri in abditiſſimis faciunt, Deus ad eorum gloriam, videnda omnibus exponit, vt ex eorum hiſtorijs liquet.*

§. 55. *Reddet tibi Deus iuxta cordis tui affectum, quem intuetur: vt ex Aſſur, & eis, quos operarios iniquitatis vocat, patet.*

§. 56. *Intentio vocatur cor, à quo vita procedit: cuius defectus in Cæſaris victi-ma, mortis omen fuit.*

§. 57. *Cordis affectum penſat Deus, vt mercedem reddat, ideo ſolam bonam voluntatem expreſſerunt Angeli promittentem pacem.*

§. 58. *Vi-*

§.58. *Viduâ mittens duo minuta, plus omnibus misit in oculis Dei, qui in sacrificio Noe cordis affectum habuit gratum.*

§.59. *Dauid restituendum sibi dixit, iuxta operis sui quantitatem in conspectu oculorum Dei, qui affectum pro opere reputauit in Abraham, Petro, Apostolis, cæterisque iustis.*

§.60. *Recte Sapiens monuit, dandum altissimo secundum datum eius: & in bono oculo adinuentionem manuum faciendam, quam Sancti facere soliti sunt.*

§.61. *Pilos caprarum recto affectu, & intentione oblatos, pretiosos dicit Deus, sine quo nihili facit aurum aut gemmas.*

§.62. *Cum bonum operaris, imaginare Deum te conspicientem, & tanquam Moyses inuisibilem tanquam visibilem facito.*

§.63. *Noli contentus sis culmo bonorum operum, quem expositit Oseas, sed tali, vt iuxta Ioannis consilium, plenam accipias mercedem.*

§.64. *Inanem gloriam prodeuntem, bono opere iam perfecto, iugula, sicut Iephte filiam.*

§.65. *Instar Moysi, quod propter Deum facere cœpisti, nullatenus ad terram demittas: intelligens iam sanctificatum, & esse indecens, Deo semel datum, ab ipso auferre.*

§.66. *Quæ dixit Christus, Paulus instar nutricis, quasi lac exhibet: eadem Sponsus indicauerat, asserens, se captum in vno crine, & vno oculorum Sponsæ.*

TERTIA PARS, DE RECTO hominis affectu erga proximum.

§.1. *HOrtatur Christus, vt bonorum operum thesaurum in cœlo recondamus seruandum, nec enim sufficit bona agere, nisi custodiantur, sicut in Adam indicauit Deus.*

§.2. *Ieiunium duabus alis volat, rectâ intentione, & eleemosyna, quas expressit Propheta petens sanctificari ieiunium, & vocari cœtum, & Christus in Euangelio.*

§.3. *Ieiunium, & pœnitentiam comitentur rectæ intentio, & eleemosyna, tanquam duæ puellæ cõmitantes Esther, quas Propheta Ioel expressit.*

§.4. *Ieiunium, & cætera opera non sufficere sine misericordia, docuit Christus, iuuenem instruens, docent, & virgines damnata ex olei defectu, & tradidit Sapiens.*

§.5. *Pœnitens deprecetur in muneribus, nec appareat vacuus coram Domino, quod enim pauperi das, mensura est eius quod recipies.*

§.6. *Diuitiæ dicuntur in scriptura, Redemptio animæ: quia eleemosyna redimũtur peccata, vt admiranda sententia dixit S. Daniel.*

§.7. *Adorationem dispenit ieiunium, si adiungatur eleemosyna, quæ manus eleuat, vt in Moyse præsignatum fuit.*

§.8. *Ieiunium mentem eleuat, si sit cum eleemosyna, vt in Cornelio, & Thabita, ideo induere viscera misericordiæ monet Apostolus.*

§.9. *Singulariter dicitur ieiunium disponere ad virtutes, quia eleemosynæ famulatur, cui propterea Christus eleemosynam coniungit.*

§.10. *Christus in bonis replet desiderium nostrum, id suadens, quod nostro desiderio est conforme oculos suos super oculos nostros, tamquam Eliseus ponens.*

§.11. *Sicut antiquitus, non recondendos thesau-*

theſauros in Egypto dixit Deus, vbi leo, vipera, & regulus deuorabant: ita & nunc non recondendos in terra, & vbi arugo, & tinea, & fures.

§. 12. *Theſaurizare in terra, res eſt omnis ſolicitudinis plena, & caput aſpidum fugere, vt dixit Sophar.*

§. 13. *Quo plus in terra quis theſaurizat, pluribus vrgetur doloribus, & curis, vt oſtendunt Sophar, & Salomon, & iugis tremor Cain.*

§. 14. *Chriſtus nos fecit filios Patris cœleſtis, quibus conſequenter ſuadet, in cœlo mentem, & theſauros reponendos.*

§. 15. *Ciues Babylonis in ſua ciuitate theſaurizant, quorum primus fuit Cain, qui primus in terra ciuitatem condidit, in qua theſauros ſuos reconderet.*

§. 16. *Ciues Ieruſalem in terra ſunt peregrini; incongruum propterea iudicarunt in illa theſaurizare Adam, Eua, Abraham, Iſaac, &c.*

§. 17. *Ciues Ieruſalem lætantur peregrinationis ſuæ termino appropinquante, quia in cœlo theſaurizarunt: ſecus ciues Babylonis, quia in via Cain abierunt.*

§. 18. *Chriſtus verius quam Prometheus homines ſapientes efficit, docens, quomodo ex bonis ſuis vtilitatem capiant.*

§. 19. *Non ſibi theſaurizare illum, qui in terra congregat, docuerunt Dauid, & Salomon: ſimilis eſt auibus, ouibus, apibus, & bobus.*

§. 20. *Non ſibi theſaurizat auarus, cui in pœnam datur non frui bonis ſuis, ſed qui dignas Deo offert oblationes, iuxta Sapientem, & Tobiam.*

§. 21. *Vt tibi theſaurizes hortatur Chriſtus, obſeruatia ſabbathi, & ratio Iacob ſuadet, exercitiumque Rahab explicat, quo vſus fuit Salomon.*

§. 22. *Pecunias in terra conditas, vocauit Sapiens conditas in malum domini ſui, nihil enim ex eis, niſi malum ſibi reportat.*

§. 23. *Similem tineæ, & cuſtodi æſtimat Iob, theſaurizantem in terra.*

§. 24. *Comprehendit mors theſaurizantem in terra, ſicut tempeſtas Pharaonem, nihil penitus tunc inuenientem, ad quod manum conuertat.*

§. 25. *Deus ſuper theſaraurizantem in terra conſtringet manus, & irridebit: & homines in eius morte philoſophantes dicunt, quæ antea aduertere oporteret.*

§. 26. *Conſilium Chriſti vtile, quale dedit Tobias filijs ſuis, & Ioſeph Pharaoni.*

§. 27. *Theſaurizandum in cœlo per eleemoſynam docuit Chriſtus, & explicauit cuiuſdam diuitis hiſtoria ſubiuncta.*

§. 28. *Chriſti doctrinam explicauit Paulus, imponens quædã diuitibus præcipienda, non roganda.*

§. 29. *Quæ nunc Chriſtus dicit, prædixerat Spiritus ſanctus, ore Sapientis, excellentem tradens doctrinam.*

§. 30. *Miſericorditer Deus pauperes in mũdo poſuit, qui eſſent bonorum noſtrorum vectores in cœlum.*

§. 31. *Securæ pauperibus committi bona in cœlum deportanda oſtendit Sapiens, vnde diuitum fides probatur infirma.*

§. 32. *Qui eleemoſynam dat, ſibi theſaurizat, & ſicut qui ſeminat, id ſibi reponit, quod perdere videtur.*

§. 33. *Quia eleemoſynam dare, eſt ſeminare, dum viuis eſt danda, & liberaliter quidem recepturus, quod dederis melioratum.*

§. 34. *Sicut lutei lateres ad Dei pedes repoſiti, in ſapphiros fuerunt conuerſi: ita diuitiæ ſi in cœlo condantur.*

§. 35. *Eleemoſyna omnia bona homini inducit, ideoque per eam theſaurizat ſibi.*

§. 36. *Per eleemoſynam Deus ſe tuum debitorem conſtituit, per quam theſaurizas tibi fundamentum, & firmamentum bonum.*

§. 37. *Singulariter diſponit eleemoſyna ad remiſſionem peccatorum, & regnum æternum acquirendum, vt Auguſtinus proſequitur.*

§. 38. Cor-

§.38. *Cernu miserẽtis exaltatur in gloriã, cuius diuitiæ pauperibus datæ, splendentes in cælo apparebunt, & regnum æternum per eas acquirent.*

§.39. *Quærunt Sancti, & rogant pauperes, vt bona accipiant: quorum vectores cœlum intelligũt, vt Abraham, Lot, & Macedones.*

§.40. *Grandem gratiam reputabant Corinthij, si pauperes ad eorum mensas sederent. Non tam tu pauperi, quam ille tibi gratiam facit, cum quod dederis accipit.*

§.41. *Pauperem occurrentem cognosce vectorem bonorum tuorum in cœlum: ideo ne curiosè examines, nec acerbis verbis vrgeas.*

§.42. *Docet Christus, quid consequaris thesaurizando in cœlo, & cur id agere debeas: dignus pro tali doctrina, cui diuinos honores verius, quam gentiles Saturno tribuas.*

R. P. F

R. P. F.

HIERONYMI BAPTISTÆ DE LANVZA, ORDINIS PRÆDICATORVM, ET SACRÆ THÆOLOGIÆ PROFESSORIS.

TRACTATVS SECVNDVS DE IEIVNIO, RECTA AD DEVM INTENTIONE,

Et Theſaurizando in cœlo, circa Euangelicam lectionem, Matthæi ſexto:

Cum autem ieiunatis, nolite fieri ſicut, &c.

PROOEMIVM.

§. 1. *Attentos vult Eccleſia reddere per cineris aſperſionem, quos hac ſacra lectione dociles intendit exhibere: id nunc nobiſcum agens, quod Deus cum Balthaſſar.*

¶ 1. *Epiſt. 1. ad Epiſ. Gallia c. 2.*

SANCTVS Auguſtinus, (qui vt B. Cæleſtinus Papa teſtatur, inter Magiſtros optimus à Romanis Pontificibus ſemper fuit habitus, quem nec ſaltem leuis rumor ſiniſtræ ſuſpicionis vnquam reſperſit) libros illos famigeratiſſimos de doctrina Chriſtiana, omni eruditione refertos ſcripſit, ſeipſum non minus Rhetoricæ facultatis, quàm ſacrarum ſcripturarum, & diuinæ Theologiæ peritiſſimum comprobans. Imitatus enim Romanæ eloquentiæ parentem Ciceronem, omnes Chriſtianæ rhetoricæ partes excellentiſſimè complens, tres priores libros, qui de inuentione (vt ipſe ait) eſſent, præmiſit, tradens in eis modum inueniendi legitimos ſacræ ſcripturæ ſenſus, & myſteria; quibus quartum, & vltimum tandem poſt aliquod tempus, qui de elo-

Quatuor lib. de doct. Chriſt. habentur. 10. *Lib. 4. c. 1.*

de elocutione esset, addidit, quo Christianum rhetorem, aut declamatorem euangelicum, & verbi Dei concionatorem institueret, modumque traderet, quem tenere debet, vt diuina mysteria, quæ in scriptura sacra inuenit, conuenienter proponat, & proloquatur. Illud autem in primis ei singulariter curandum supponit, vt ante omnia contendat, reddere auditores attẽtos, sibique ac verbis suis intentos, quo eosdem possit dociles exhibere. Id quod sub elegãti metaphora Sapiens tradiderat, eundem diuini verbi concionatorem (vt ex glossa ordinaria, & Lyranus annotauit) instituendum assumens: *Non*, inquit, *impedias musicã: vbi auditus non est, ne effundas sermonem*. Musicę nomine, diuini verbi prædicationem intelligit glossa interlinearis, qua optimus prædicator insonare dicitur propter consonantiam verbi ad vitam, quam (iuxta Diui Gregorij institutionem) tenere debet, ne quod verbis prædicat, moribus impugnet, & cuius vita despicitur, etiam prædicatio contemnatur. Aut verò musicam vocat, ad illam alludens, qua Dauid personabat, vt dæmonem inuadentem Saulem fugaret. Id namque prædicator sua prędicatione facere cõtendit, dæmonem ab auditorum cordibus pellere. Is qui musica personare vult, primùm omnium attentos reddere procurat eos, quibus insonandum est: ideoque si illos intempestæ noctis silentio, profundo somno traditos suspicatur, prius magnis strepitibus agit, vt dormientes excitet ad audiendum: esset enim otiosa, & inutilis musica, quæ non audientibus exhiberetur: *Vbi enim auditus non est ne effundas sermonem*. Hoc propterea commune, vsitatumque fuit verbi Dei ministris, quibus aliqua hominibus proponenda Deus committebat, primum omnium curare, reddere auditores attẽtos, quo dociles eosdem possent exhibere. Ideo eorum, quam plurimi magna eloquentię vi, excellentique, & graui verborum pondere agere incipiebant, vt idem Augustinus egregiè prosequitur, & expendit, quo sibi ipsis redderent auditores intentos: alij Deo ipso ordinante, in eundem finem res admirandas nouas, & insolitas primùm oculis eorum exponebant, quos alloquuturi erant, vt eorundem mentes ad se conuerterent. Ideo prædicaturi aliquando se exhibebant discalceatos, & nudos, vt Isaias; aliquãdo catenis ligneis, atque aliquando ferreis circumdatos, vt Ieremias, aliquando singulari cultu ornatos, corona scilicet capiti imposita, sicut Ezechiel; vt hac rei nouitate, omnem populum sibi redderent intentum, quod possent eidem diuina eloquia proponere, & intimare. Hoc autem, singulari elegantique opere, Deus ipse seruare visus fuit, agens cũ illo supremo orbis imperatore Balthasar, quẽ Græci patres Balthassar vocãt, qui primæ totius orbis monarchiæ, quæ Babyloniorum fuit, vltimus extitis monarcha. Erat ille impius, perfidus, Deo rebellis, & ingratus, & mandatorum ipsius contemptor: tradiderat se totum comessationibus, & ebrietatibus, quibus vt plenius satisfaceret, *Fecit grande conuiuium optimatibus suis mille*. Apud Romanos (vt Alexander ab Alexandro notauit) commune habebat prouerbium, septem conuiuium, nouem autem conuicium facere, quod scilicet quando multi sunt conuiuæ, tumultuantur potius, quàm in sobrio conuictu sint, ideo non conuiuium, sed conuicium, quasi conuocium vocandum, quoniam multorum voces simul insonantes sine ordine, clamorosum conuocium (inquit in eundem Alexandrum Tiraquellus) reddũt. Quid Romani dicerent de conuiuio, quo mille simul optimates recumbebant? Nec tantùm in illo aderant viri, sed, & mulieres innumeræ, non solùm legitimæ illius vxores, sed, & concubinæ quam plurimæ, vt statim Spiritus sanctus expressit. Aptissimè propterea de illo conuiuio, quod de Herodis impia cœna eloquenter Chrysostomus annotauit, dicere possumus. Nã primùm temulentia, & delicijs spectaculum illud constabat, vnde nihil vnquã probè factum est deinde, conuiuæ omnes erãt corrupti, & ille, qui conuiuio præerat, omnium iniquissimus: voluptas, atque licentia omnia dicendi, audiendi, & faciendi maxima in ipsis erat. Vnde eò Balthassar processit, quod elegãter

Spi-

Lib. 4. c. 4.

Eccl. 32. 5.

In pastora. p. 1. c. 2.

1. Reg. 16. 23.

Isai. 20 2.

Ier. 27. 2. & cap. 28. 11. 12.

Ezech. 14.

¶ 2.

Dan. 5. 1.

Lib. 5 c. 21.

Hom. 49 in Matt.

Ibidem.

Spiritus Sanctus expreſſit, dicens: *Præcepit ergo iam temulentus, vt afferrentur vaſa aurea, & argentea, quæ aſportauerat pater eius Nabuchodonoſor de templo, quod fuit in Ieruſalem, vt biberent in eis rex, & optimates eius, vxoreſq; eius, & concubinæ.* Singula verba (vtpote Spiritus Sancti) magna ſunt expenſione digna. Primò, attende notam illam, *Ergo*, quæ apud dialecticos concluſionis eſt ſignum, qua voluit indicare vltimum, ad quod huius regis impia inuerecũdia peruenit. *Præcepit ergo.* Quaſi dicas; *in concluſione de ſus maldades.* Deinde, annota illud, *iam temulentus.* Bene temulentus comprobatur (inquit Hieronymus) qui ad præcedentia ſua peccata, hoc tandem addere auſus fuit in Dei contemptum horrendum, quod vaſa ipſi ſoli Deo reſeruata, & dicata, ad hominum ebrietatem voluerit applicare. Præcepit enim afferri, non vt ea viderent, aut conſiderarent; ſed *vt biberent in eis.* Tandem obſerua ordinem, quem Deus exprimit. Vt biberent, inquit, non ipſe tantum *rex*, ſed, & *optimates eius*, neque hi ſolum qui homines erant, ſed, & mulieres, quibus peculiariter tangere vaſa Sacra erat interdictum, nec tantum illæ, quæ legitimæ erant, *vxores eius*, ſed etiam, quæ erãt *eius concubinæ*. Ingens ſcelus, grande piaculum. Statuit propterea Deus ſententiam, quam talia crimina merebantur contra illum proferre, eandemque illi intimare. Id autem excellenti ordine perfecit. Primum namque omnium, illum reddere attentum, & à conuiuationibus, & ebrietatibus quibus traditus erat, ad ipſius Dei verba audienda voluit reuocare: quod vt efficaciter perficeret, miſit quoſdã *digitos quaſi manus hominis, qui ſcriberent in ſuperficie parietis aulæ regiæ*, qui id quod ſcribebant, ſiue minio, ſiue carbone, ſiue excauando parietem (quomodo enim factum ſit neſcimus) ibi ſignatum expreſſumque relinquerent. Quo facto rex ab omnibus alijs reuocatus, in illud ſolum modo quod oculis ſuis fuerat exhibitum totam mentis attentionem collocauit. *Tunc enim facies regis commutata eſt, & cogitationes eius conturbabant eum, & compages renum eius ſoluebantur, & genua eius ad ſe inuicem collidebantur*, & in eam ſolum modo curam intendebat, vt aliquis induceretur, qui quæ videbat, explicaret. Cum autem Deus regem ſuprema attentione exhibuit intentum, diſpoſuit vt ingrederetur Daniel, ille cuius Sapientiæ Deus ipſe (inquit Ambroſius) teſtimoniũ perhibuit dicens: *Quis Daniele ſapientior?* qui diuina verba eidem exponeret, criminum ſuorum impietatem proponeret conſpiciendam, & efficaciter argueret, ſcripturam legeret, & diuinam ſentẽtiam breuiſſimis verbis in ſcriptura concluſam explicaret, & intimaret. *Hæc eſt*, inquit, *Scriptura quæ digeſta eſt: Mane, Thecel, Phares*, tria tantum verba (inquit Hieronymus) quorum primum numerum, ſecundum appenſionem, tertium diuiſionem ſonat, quaſi dicas, Numerus, Pondus, aut ſtatera, & Diuiſio. *Mane numerauit Deus regnum tuum, & compleuit illud: Thecel; appenſus es in ſtatera, & inuentus es minus habens: Phares; diuiſum eſt regnum tuum, et datum eſt Medis, & Perſis.* Admirandum planè Dei artificium, quo prima Quadrageſimæ die vtitur Spiritus ſanctus per miniſterium Eccleſiæ, quam regit, atque gubernat. Vult eo tempore Deus ad nos loqui, noſtræque ſalutis myſteria animis noſtris plenius repræſentare. Ad hoc namque meritò à Sanctis Apoſtolis per Doctrinam Spiritus ſancti (vt Beato Leo Papa *a* annotauit, annotauerat que Sanctus Hieronymus *b*, & ex cæteris Sanctis Patribus tradidit Diuus Thomas *c*) maiora ſunt ordinata ieiunia, vt ad noſtræ reparationis, & redẽptionis myſteria plenius celebranda, & conſideranda nos conuertamus, & cœleſtem Doctrinam intentis excipiamus auribus. Vidit nos Deus, omnibus hiſce elapſis diebus, conuiuationibus, ac delitijs traditos, mentibus penitus in mẽtas effuſis, animos conctis ſeculi vanitatibus implicatos, ideoque minimè aptos, quibus talia myſteria, & Sacramenta Cœleſtia, ac ſpiritualia documenta exponantur. Sanctus Baſilius magnus Cæſareæ Cappadociæ Archiepiſcopus, cum quadam die ſolemni vidiſſet Eccleſiæ ſuæ homines vanitatibus, & delitijs implicatos, ſuggeſtum aſcendens, concionem ſolemnitati cõgruen-

Dan. 5. cit.

In cap. 5. Daniel.

2. Offi. c. 11 Ezec. c. 8. 3

¶ 3.

a *Ser. 2. & 9. de quadrageſ.*

b *In cap. 9. Matth.*

c *2. 2. qu. 147 art. 3.*

Hom. 14. in editione Pariſ. pag. 185

gruentem habiturus, exponens primò se ad concionandum, diei quidem solemnitate excitatum, statim subdidit, se nihilominus ad prædicandum segniorem penitus redditum, quippe qui nullum futuræ concionis speraret profectum ab his, quos plenè vanitatibus viderat implicatos. Illud (inquit) meum retardat animum, meamque ad dicendum alacritatem hebetat, atque abrumpit, quod ex his, quæ apud vos tentaui, nullum prouenientem cõspiciam fructum. Ad sepultasne aures inclamabimus? Desiderauit quidem prudẽtissima Abigail ad Nabal loqui, quod præsens quæ se offerebat occasio, & periculum imminens, & vxoria obligatio vehementer expoſcebat: sapientissima tamen fœmina inutile iudicauit, sapientiæ verbis eius auribus insonare, quem vaporibus, quos nimius cibus, & potus excitarat, quasi insensatum videbat. In huius confirmationem Beatus Ioannes Chrysostomus in sermone prima die Quadragesimæ habito *a*, annotat id quod similiter Sancti Basilius *b*, Hieronymus *c*, & Ambrosius *d* annotarunt de Moyse. Descendebat Moyses de monte, illas admirandas tabulas, quas à Deo acceperat secũ ferens, ipsius digito scriptas, vt eius legem, & mysteria populo intimaret *e*: *Cumque appropinquaret ad castra, vidit vitulum, & choros: iratusque valde, proiecit de manu tabulas, & confregit eas ad radicem montis*, absurdum esse censens, (inquit Chrysostomus) ebrium, & prœuaricatorem populum leges à Domino conditas accipere, indignumque iudicans, (inquit Basilius) populo temulento diuinis verbis, ac præceptis insonare. *Fregit*, inquit, Hieronymus, *audacter tabulas, sciebat enim Dei sermonem audire non posse temulentos*. Expende vim illius aduerbij *audacter*. Videbatur enim debuisse Moysen contineri à proijciendis, & confringendis tabulis, quod illæ essent admirandæ, & ab ipsomet Deo datæ, & scriptæ: sed animos fecit Moysi, vt audacter illas proijceret, & confringeret, quod videbat omninò inutiles tabulas legis his, qui tota erant à Deo mente alienati, & ad idolum, comessationes, ebrietates, choreas, & ludos omninò conuersi. Hoc igitur primò curandum est, reddere auditores attentos, & eos auertere ab his, quibus mentem, & animum omninò implicarant. Vt autem id fiat, nobiscum agit Deus, quod cum Balthassare quondam egerat. Præmittit enim per Ecclesiæ ministerium digitos manus, qui in terreum parietem aulæ regiæ breuissima verba scribant. Aula regia caput est, in quo præcipuè vigent sensus, & ratio, vbi, & mens, aut intellectus tanquam in aula regia residet. Huius parietis superficies patens est frons, prior, & magis patens capitis pars. Mittit nunc digitos, qui cinere tanquam atramento scribant, id quod verbis ore Sacerdos profert, *Memento quia cinis es, & in cinerem reuerteris*: quasi dicens: *Mane, Thecel, Phares. Mane*, numerauit Deus dies tuos, & ad eorum vltimum te deuenisse cogita, qui iam cinerem te debes reputare. *Thecel*, vide quod appensus in statera, absque pondere aliquo solidæ virtutis inuentus es inanis, quem leuis aura tanquam cineris puluerem proijcit, & circumfert. *Phares*, diuidẽdam scito animam à corpore, & corpus vermibus tradendum, conuertendum in cinerem, & animam dæmoni, ignibus perpetuis torquendam. Quis est, qui huiusmodi manum scribentem videns non tremat, colore pallescat, ad seipsum ab omnibus vanitatibus externis auocatus reuertatur, & tota mentis attentione se paratum exhibeat ad audiendum, quod Deus auribus illius suggerendum voluerit? Sicut ergo quãdo Balthassar attentus fuit factus, congruè inductus fuit Daniel, qui diuina illi intimaret, & traderet decreta: ita considerans nos Ecclesia ex hac digitorum, & scripturæ conspectione attentos, totaque mentis intentione conuersos, vt quæ Deus dicere parat audiamus, inducit diuinum Danielem Christum, diuinis verbis intimantem: *Cum ieiunatis, nolite fieri, &c.* Tenuit (vt Rupertus annotauit) Daniel expressum Christi typum, tum propter eius excellentem sapientiam, tum quia illum præmisit Deus, qui cœlestia mysteria aperiret, ideoq; aptè illum significauit, quẽ pater dedit nobis magistrum, quem audiremus,

1. Reg. 25. 36.

a Homil. 1. in Genes.
b Homil. 1. de ieiun & orat. 5. de ieiun.
c Li. 2. cõt. Ioui.
d Li. de Elia. c. 6.
e Exod 32. 19.

¶ 4.

In cap. 11. Danielis.

remus, de quo dixit: *Hic eſt filius meus dilectus, ipſum audite*. Et quamuis ſemper audienda ſint eius verba, vtpote diuina, ſignanter tamen, quæ nunc in hac euangelica lectione intimat, peculiari attentione ſunt auſcultanda. Omne enim quod ad noſtræ ſalutis remedium, & quomodo agendum ſit explicat: medium, quo anima, quæ per peccatum à Paradiſo exulabat, poſſit ad illum reuerti oſtendit: qua ratione, qui cunctis bonis ſpoliati remanſimus, ditiſſimos theſauros in cœlo valeamus recondere indicat: & vt vno verbo dicam, quomodo totus homo ſit componendus breuiſſimè tradit, inſtruens quomodo erga ſe ipſũ habere debeat, & componere per ieiunium erga Deũ per rectam animi intentionem, & affectum: & erga proximum per eleemoſynarum, & bonorum operum largitatem.

§. 2. *Trium dierum viam ſacrificantibus cõgruentem nunc Chriſtus docet, quam antiquitus per Prophetam Michæam indicarat.*

¶ 5. CHriſtus cœleſtis magiſter audiendus eſt ſemper, ſignanter tamen nunc, quando breuiſſimis verbis tria, quæ omni tempore, præcipuè autem ſacro Quadrageſimæ curſu nobis agenda ſunt, complectitur. Quando ſtatuit Deus populum ſuum de Pharaonis ſeruitute liberare, miſit Moyſen ad Pharaonem, qui ab eo peteret, quod dimitteret egredi populum ad ſacrificandum ſibi in deſerto, diceretq; *Dominus Deus Hebræorum vocauit nos: ibimus viam trium dierum in ſolitudinem, vt immolemus domino Deo noſtro*. Cur numerum trium ſolummodo dierum in ſolitudine agendum; ad ſacrificandum deſignau erit Deus, dubium eſt: cum non tantum trium dierum, ſed quadraginta annorum per ſolitudinem via eſſet eis peragenda, vt ſad terram promiſſam peruenirent, in qua pacificè ſacrificium offerrent. Et quãuis antequam eam ingrederentur, in deſerto eſſent ſacrificia oblaturi: primum tamen ſacrificium, quod oblatũ ab eis inuenimus poſtquam egreſſi sũt de Aegypto, vt annotat Rupertus, fuit in deſerto Sinai, ad quod non peruenerunt niſi poſt tres menſes, vt ſcriptura ſacra docet, vbi duodecimam fecerunt manſionem, vt S. Hieronymus demonſtrat. Quidam exiſtimant idcirco Deum tam breuem numerum dierum primi voluiſſe, vt Pharao moueretur ad illum concedendum, credens Iſraelitas non omninò diſcedere, aut fugam arripere, aut valde ſe elongare velle: ſed iuxta Aegytum remanſuros, qui viam ſolummodo trium dierum in ſolitudinem ab illis agendam audiebat: ſicuti reuera credidit. Nam cum primo poſt multas illatas plagas Moyſi petenti vt dimitteret Iſraelitas egredi ad ſacrificandum, reſponderet: *Sacrificate Deo in terra hac*, replicanti Moyſi, *Non poteſt ita fieri, ſed viam trium dierum ibimus in ſolitudinem, & ſacrificabimus Domino Deo noſtro ſicut præcepit nobis*: id ille affligentibus plagis conſtrictus conceſſit dicens: *Ego dimittam vos, vt ſacrificetis Domino Deo veſtro in deſerto, verum tamen longius ne abeatis*, id eſt, ne longiori via quam trium dierum ſpatio agetis abeatis. Tanta namque multitudo populi non poterat non breuiſſimum iter ſpatio dumtaxat trium dierum conficere. Ita Lippomanus, qui annotat hac in re Deum non fuiſſe mentitum, ſed diſſimulare voluiſſe quod intendebat: quomodo ſæpè cum impijs agere ſolet. Alij cenſent idcirco trium dierum viam ad ſacrificandum à Deo fuiſſe tantummodo expreſſam, quia primum ſacrificium quod Iſraelitæ oblaturi erant poſt egreſſum de Aegypto, futurum erat iuxta montem Sina, qui iuxta trium dierum via diſtat ab Aegypti finibus. Deus ſiquidem primo Moyſi cum minaret gregem ad interiora deſerti, apparuit in *monte Horeb*. Eſt Horeb (vt Hieronymus cenſet) mons in regione Madian, ſupra Abrahiam in deſerto, qui idem alio nomine vocatur Sina. Ita autem vocatus fuit, ¶ 6. aut à voce Hebræa, *Sene*, quæ rubrum ſignificat, aut quia in eo magna ruborum copia erat, vt Caietanus indicat, aut propter famigeratiſſimum rubum, ad quem Deus deſcendit allocuturus

Exod. 3. 18

In cap. 19. Exodi.

Exod. 19. 1

Epiſt. 127. ad Fabiolã

Exod. 8. 26

In cap. 3. Exodi.

Moyſen. Caietanus inter Sinai, & Horeb hanc credit differentiam, quod Sina mons fuerat magnus, Horeb autem eius pars quædam in reconditioribus
2. *antiq. c.* 12 *in prin.* ipſius eminens. Vt namque Ioſephus recenſet, mons Sina celſiſſimus erat, paſcuis vberrimis, & herbis abundantiſſimis refertus, ad cuius interiora paſtores accedere non audebant, eo quod vulgato rumore numen diuinum illic habitare diceretur. Moyſes autem ad huiuſmodi interiora minans gregem, in ea parte, quæ Horeb dicta eſt, vidit rubum, &c. Ex quo patet, cur mons ille vocatus ſit Horeb, id eſt mons Dei: fieri enim poteſt, vt iam hoc nomine tunc appellaretur propter rationem, quam Ioſephus indicat: quia communi ſenſu illic diuinum numen habitare crederetur: aut verò ſic dictus fuit,
In c. 3. Exo. vt Lippomanus ſentit, per anticipationem: quia illic Deus apparuit Moyſi, legemque poſtea dedit. Cum igitur Deus primo ibi Moyſi apparuit, dicens ſe eſſe Deum, qui deſcenderat liberare populum ſuum de Aegyptiaca ſeruitute, hoc primum huius rei deſignauit ſignum. *Cum eduxeris*, inquit,
Exo. 3. cit. *populum meum de Aegypto, immolabis Deo ſacrificium ſuper montem iſtum.* Adverbium illud *ſuper*, idem eſt ac, *iuxta*, quomodo dicitur de ſolio Dei, *Seraphin ſtabant ſuper illud*, id eſt, iuxta illud, & iterum, *ſtans ſuper illam*, id eſt, iuxta illam, *imperauit febri &c.* Et *ſuper flumina* id eſt, iuxta flumina *Babylonis illic ſedimus, & fleuimus.* Primum igitur ſacrificium, quod Iſraelitæ oblaturi erant egredientes de Aegypto erat in deſerto Sinai iuxta montem ipſum Sinai, in quo legem erant acceptari, & Deus mirabilia operaturus. Ab Aegypto autē vſque ad hunc montem, aut hanc ſolitudinem Sinai iuſta trium dierum via intercedit, vt omnes libere fatentur: quamuis illa ingens populi multitudo non niſi poſt multos dies ad illam peruenerit. Beatus tamen Ambroſius reconditum myſterium in hac trium dierum via ad ſacrificium peragenda conſiderat expendens illud, quod Abraham cum ad ſacrificandum filium ſuum proceſſit, trium dierum viam peregit, *die namque tertio* ad locum, in quo ſacrificaret peruenit.

Ifai 6. 2. Luc. 4. 39. Pſal. 136.

¶ 7. 1. de Abraham c. 8. & 1. de Ca in cap. 8.

Salutaris hic numerus (inquit Ambroſius) & conueniens ſacrificaturis, trium enim dierum via percurrenda eſt ad perfectum, integrumque ſacrificium, quam Deus Iſraelitis ab Aegypto egredientibus etiam deſignauit ad ſacrificandum. Viam, inquit D. Bernardus, trium dierum eas neceſſe eſt in deſerto, ſi gratum Deo tuo offerre volueris ſacrificium. Tempus Quadrageſimæ inſtitutum eſt, vt miſericordi, & potenti Dei manu adiuuante ex Pharaonis infernalis ſeruitute liberati, illud gratum cordis noſtri offeramus ſacrificium, quod Dauid expreſſit dicens: *Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus, cor contritum, & humiliatum, &c.* Ad hoc exactè perficiendum riū dierum via eſt peragenda, *Tres iornadas anemos de hazer*, vt cor noſtrum exhibeamus *hoſtiam*, qualem Paulus expoſcit, *viuentem, ſanctam, Deo placentem*: prima in ordine ad nos ipſos, ſecunda in ordine ad Deum, tertia in ordine ad proximum. Quomodo autem hæc trium dierum via peragenda ſit, breuiſſimè nunc magiſter cœleſtis nobis explicat, docens primo diſponēdum cor in ordine ad nos ipſos per ieiunium, quo caro noſtra, à qua inordinatæ profluunt paſſiones, & affectus, comprimatur, & infrenetur: ſecundò diſponendum erga Deum, curantes vt nihil aliud intendat, quam Dei gloria, & plenè ipſi placere per rectam intentionem: tertiò erga proximum, ordinandum per eleemoſynam, & bonorum operum fructum, & largitionem. Qui hanc trium dierum viam percurrerit, & confecerit, aptum Deoque gratum ſacrificium cordis ſui poterit offerre. Aſſumpſit Diuus Auguſtinus ex profeſſo conſiderare commuem illam repetitamque ſententiam, qua Propheta Michæas Dei populum inſtruxit. Iuſſit Deus Prophetæ, vt populum ad iudicium vocaret, quem euidenter, & manifeſtè maximæ ingratitudinis argueret, & conuinceret: quia cum ingentia beneficia à Domino recepiſſet, non ſolum nulla condigna reddidiſſet obſequia, ſe peccata pro beneficijs rependiſſet. Id autem tam eleganter præſtitit Propheta, vt populus ſuam cognoſcens culpam

Gen. 27. 4.

Serm. de 7. panib.

Pſal. 50. 19

ad Ro. 12. 1

1c. de ciui. c. 4. 5. 6.

Dei-

Deique iuſtam indignationem, fuerit anxius redditus, quærens quodnam ſacrificium poſſet offerre, quod ipſi Deo plenè eſſet gratum, & acceptum. Idcircò ſolicitè interrogare cœpit: *Quid dignum offeram domino?* Vocat *dignum*, quod ſatis eſſe iudicetur ad ſatisfaciendum, & placandum Deum: quomodo id dicitur *pecunia digna* emptum, pro quo datur pecunia plenè ad æqualitatem ſatisfaciens. Quo etiam modo dixit Apoſtolus, non eſſe *condignas*, id eſt æqualis valoris, *paſſiones huius temporis ad futuram gloriam*. Quodnam igitur dignum Deo ſacrificium poſſet offerre, inquirebat populus. *Curuabo*, inquit, *genu Deo excelſo? numquid offeram ei holocauſtomata, & vitulos anniculos? numquid placari poteſt Dominus in millibus arietum, aut in multis millibus hircorum pinguium? numquid dabo primogenitum meum pro ſcelere meo, fructum ventris mei pro peccato animæ meæ?*

Mich 6.6. Gen.23.9. Rom.8.18.

¶ 3. Conſiderat Diuus Auguſtinus inſipienter iſtos in eo quod ſapienter diſcurrere videbantur, proceſſiſſe. Videbantur quidem ſapienter, ac prudenter diſcurrere, nam ea quæ maiora videntur, inter omnia quæ offerre Deo poterant, credunt à ſe exprimi. Genuflexio in primis eſt demiſſio grandis, qua quis alteri ſe ſubijcit, & omninò ſubiectum exhibet. Idcircò apud Ægyptios elephantus ſymbolum eſt potentiæ regiæ, vt annotauit Pierius, quod genua non flectat alicui, quaſi nullius egeat ope. Idcirco ſancti in ſignum eximiæ humilitatis, per quam confitentur ſe diuinam opem implorare, & ab illa pendere, genuflexionem tanquam Deo gratiſſimam cæremoniam exhibere ſoliti ſunt. Ita Daniel quando magno affectu Dei implorabat fauorem, *flectebat genua ſua, & adorabat*. Stephanus excellenti oratione pro inimicis ſupplicare contendens, vt Auguſtinus obſeruat, *poſitis genibus orauit*. Paulus *poſitis genibus orauit in littore*, & cum rem grandem vellet à Deo impetrare, *flecto*, inquit, *genua mea ad Deum patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti*. Petrus cum voluit inſigne miraculum operari ſuſcitando Thabitam, *ponens genua orauit*. Imò & Chriſtus Dominus, grandem erga æternum Patrem reuerentiam volès demonſtrare, *Poſitis genibus orauit*. Vndè & gentiles quando ſupremam reuerentiam, & adorationem idolis impendere parabant, genua ſimiliter curuabant coram eis, vt de cultoribus Baal patet in ſacra Regum hiſtoria. Deinde inter ſacrificia, quæ Deo offerebantur, primum præcipuumque locum tenebant holocauſta, vt Diuus Hieronymus demonſtrat, quia erant quæ ſuper altare in Dei honorem integrè cremebantur, de quo Diuus Thomas egregiè diſputat. In his autem illa credebant Iudæi grandia, quæ non ex vno, aut altero complebantur, ſed ex millibus vitulis anniculis, qui tenerrimi ſunt, & aptiores cenſebantur ad holocauſtomata: & ex millibus arietibus, & hircis pinguibus. Mente forſitan reuoluebant, quod Salomon gratum Deo exhibuit ſeruitium, quando ædificato templo, arcam in illud ducens, multas hoſtias obtulit, boum & arietum. *Immolauit enim boues, & oues abſque æſtimatione, & numero*. Id recolens populus ſe ipſum etiam exhibebat paratum ad ſimilia, & maiora offerenda: quæ propterea nullo determinato termino exprimebat, ſed indeterminato, *in millibus*, inquit *arietum*, &c. Omnia tamen alia longo interuallo excedere eis videbatur ſacrificium, quo quiuis eorum primogenitum ſuum offerret, in quo tota ſuæ poſteritatis ſpes continebatur: quem propterea vocabant *fructum ventris*, à parentibus procedentem. Hoc tanquam ſupremum poſtulauit Deus ab Abraham: & reuera tanquam excellentiſſimũ Rex Moab (quamuis impiè) obtulit, quando ſe ipſum in ſupremo diſcrimine vidit conſtitutum. Hicque mos gentilium fuit, filios immolare, quando inſuperabilibus difficultatibus ſe implicatos videbant, quos nequiter Iſraelitæ imitati ſunt, qui *immolauerunt filios ſuos, & filias ſuas*. Ita ergo iſti ſapienter quidem ſuo iudicio videbantur commemorare omnia, quæ ſibi grandia apparebant, quæ Deo poſſent offerre, vt illum placarent, & pro ſceleribus ſuis condignam exhiberent ſatisfactionem.

Lib.2.in printip. Dan.6.10. Serm.237. de temp. Act.7.59. Act.21.5. Ephe 3.14 Act.9.40.

Luc.22.41. 3.Reg.19.18 In cap.55. Iſaiæ. 1.2.q.102 art.3.ad 8 2.Reg 8.5. & 2 Para. 7.5. Gen.22.2. 4 Reg.3.27. Pſ.105.37

¶ 9. nem. Nullatenus tamen (inquit Auguſtinus) ſcopum vel leuiter attigerunt: tantum enim mea commemorabant, quæ extra ſe ipſos erant, ſacrificium autem quod Deus præcipuè quærit à te, non eſt aliquid extra te, ſed ſacrificium cordis tui quod eſt intra te, aut ſacrificium tui ipſius, quo te ipſum Deo offeras. Exteriora enim noſtra Deo neceſſaria nō ſunt, qui *bonorum noſtrorum nō indiget*, & hæc (vt Beatus dixit Gregorius) quantumcunque parua, & exigua, Deo ſufficiunt, qui non noſtra, ſed nos quærit, & eatenus exteriora noſtra acceptat ſacrificia, quatenus interioris ſacrificij, quo offertur cor contritum, & humiliatum, ſunt ſigna, vt ex profeſſo Auguſtinus demonſtrat. Propterea per Prophetam reſpondet homini (inquit idem Auguſtinus) ille per quē factus eſt homo: *Indicabo tibi ò homo.* (Ita legit Auguſtinus correctiorque vulgata, nec diſpungenda interiectio ò, vt quidam volunt) *quid ſit bonum, & quid dominus requirat à te*, id eſt, bonum quod Deus à te requirit *tibi indicabo*. Non enim bona tua externa propter ſe ipſa requirit, qui bonorum tuorum non eget. Bonum quod à te requirit eſt *vtique facere iudicium, & diligere miſericordiam, & ſolicitum ambulare cum Deo tuo*. Quærebas (inquit Auguſtinus) quid offerres pro te, offer te: quid enim dominus quærit à te, niſi te? Quia in omni creatura terrena nihil melius fecit te. Quærit te à te, quia tu perdideras te, &c. Idcircò, vt idem ipſe Auguſtinus expendit, infraque oſtendemus, non fuit Deo acceptum ſacrificium Cain, quia Deo ſua offerebat, ſe autē ſibi reſeruabat: Abel autem ſacrificium illi fuit acceptiſſimum, per quod non tam ſua, quam ſe ipſum Deo offerebat. Vt autem te ipſum exhibeas *hoſtiam viuentem, ſanctam, Deo placentem, rationabile obſequium*, trium dierum via eſt peragenda, quam dixit Ambroſius congruētem volentibus ſacrificare. Hanc per Prophetam verbis inductis apertè Deus explicat, *facere* ſcilicet *iudicium, diligere miſericordiam, & ſolicitum ambulare cum Deo*. Hæc trium dierum via eſt, quam Chriſtus iſta euangelica lectione exprimit. Adhuc enim hæſitare poteras, quidnam illis tribus quæ per Prophetam expoſuit Deus intelligeret. Primum quod quærit eſt, *facere iudicium*. Hoc quid ſit latè Auguſtinus *a* proſequitur. Et quidem iudicium facere ſæpè in ſcriptura ſacra, vt idem Auguſtinus *b*, demonſtrat, idē eſt quod condemnare, vindictam ſumere, ac punire. Ita dixit Apoſtolus *c*, *Si noſmetipſos iudicaremus*, id eſt, puniremus, *non vtique dijudicaremur* à domino, & Dauid *d*, *Cognoſcetur dominus iudicia faciens*, & iterū *et in cunctis dijs Ægyptiorum faciam iudicia*. De reſurrectione, inquit Auguſtinus, cum ageret dominus *f. qui mala egerunt in reſurrectionem iudicij*, vtique *iudicium* pro damnatione poſuit. Hoc tibi primò agendum eſt, iudicium facere de te ipſo, te ipſum punire, & caſtigare per pœnitentiæ opera. Quoniam autem inter hæc primum quod ſe offert (vt S. Baſilius annotauit) eſt opus ieiunij, illud Chriſtus primò exprimit loco: *Cùm ieiunatis*. Inſuper requirit à te, ſolicitum ambulare cum Deo tuo, id eſt, ſolerti cura intendere, vt illi placeas: nam in ſcriptura *ambulare cum aliquo* eſt illi placere, *Nunquid ambulabunt duo pariter* (inquit Propheta) *niſi conueniat eis?* id eſt, niſi ſint eorum voluntates conformes? De Henoch dixit Apoſtolus, quod non ſolum placuit Deo, ſed quod *teſtimonium habuit placuiſſe Deo*. Vbinam tale teſtimonium habetur? In Geneſi, vbi dicitur: *Et ambulauit Henoch cum Deo*. Quod ſapiens interpretatus fuit, *Placuit Deo*. Similiter de Noe dictum eſt: *Noe vir iuſtus, atque perfectus, cum Deo ambulauit*, id eſt, Deo placuit. Id igitur etiam à te exigit, vt Deo ſolicitè placere cures. Quod ſi quæras: Quomodo hæc fit via agenda? id Chriſtus explicat ſecundi diei viam exprimens, hortans vt magna ſolicitudine cures, & intendas ſolius Dei gloriam, & ei ſolum modo cùm ieiunas, & alia virtutum opera facis, ſatisfacere. Exigit inſuper per Prophetam, *diligere miſericordiam*, quo nomine tibi imponit miſericordiæ opera læto animo erga proximum exercere. Quomodo id fiat, tandem Chriſtus docet, inſtruēs te hæc ter-

¶ 10.

a *Ser.236 cit.*
b *Serm.14 de verb. Apoſt. poſt med.*
c 1. *Cor.11 31.*
d *Pſal.9.17*
e *Exo.12.12*
f *Ioā.5.29*

Pſal.15.2.
Hom.5.in Euang.
10. de ciui. cap.5.6.7. Serm.236. de temp.
19. de ciu. cap.7.
Rom.12.1.

Hom.1. de ieiun.
Amos 3.3.
ad Heb.11 5.
Gen.5.21.
Eccl.44.16.
Gen.6.9.

terrena bona in cœlum transferre, & theſaurizare, liberaliter illa pauperibus elargiendo. Qui hanc trium dierum viam perfecerit, ſe ipſum diſponet, & exhibebit hoſtiam talem, quam aptè poſſit Deo offerre, & quam Deus tanquam gratiſſimum ſibi ſacrificium acceptabit. Hæc igitur trium dierum via eſt, quam cœleſtis magiſter præſenti lectione Euangelica demonſtrat, audiendumque eſt quē Euangelicus Pro-
Eſa.30.20. pheta promiſit dicens: *Erunt oculi tui videntes præceptorem tuum, & aures tuæ audient verbum poſt tergum monentis*: quem ſtatim inducit clamantem, & dicentem: *Hæc eſt via, ambulate in ea, & non declinetis ad dexteram, neque ad ſiniſtram*. Vt autem recto ordine in hoc tractatu procedamus, priori loco eſt via primi diei explicanda, oſtendendumq; quomodo per ieiunium homo diſponere ſe debeat erga ſeipſum: deinde ſecundi diei via eſt exponenda, dicendumq; quomodo per rectam intentionem debeat ſe erga Deum ordinare: tandem tertij diei via eſt indicanda, & tradendum quomodo per eleemoſynæ, & bonorum operum largitionem debeat homo ſe erga proximum componere.

§. 3. *Contra tria maiorem capita, gulam, inanem gloriam, & auaritiam, tria generalia remedia Chriſtus inducit, ieiunium, eleuationem mentis, & eleemoſynam.*

¶ 11. ALio quodam non longè diuerſo diſcurſu explicare poſſumus qd-nam per hanc ſacram Euangelicam lectionem voluerit Chriſtus nobis tradere, iuxta ea, quæ annotauit Chryſo-
Hom.15 in imperfect. ſtomus explicans hæc, & alia quæ in Dominico ſermone Chriſtus docuit. Omnium (inquit) malorum prima, & fortiora ſunt tria, gula, vana gloria, aut ſuperbia, & auaritia, quæ hominem omni ex parte corrumpūt, & perdunt; auaritia circa externa, gula circa corpus, vana gloria circa animam: auaritia circa proximum, gula circa ſe, vana gloria circa Deum. Vnde diabolus vt omni ex parte Chriſtum impeteret, circa hæc tria illum tentauit, de gula in eremo, de inani gloria ſupra templum, de auaritia in monte excelſo. Fortiſſima hæc ſunt mala, inquit Chryſoſtomus, omniumque malorum prima. Nam gula fuit totius noſtræ perditionis exordium. *Vidit namque mulier lignum quod eſſet pulchrum viſu, & ſuaue ad veſcendum, & comedit*. Gen.3.6.
Hæc populum Dei ad cultum idolorum reuocauit, *nam ſedit populus manducare, & bibere, & ſurrexerunt ludere*. Exod.32.6 Ezech.16. 49.
Hæc fuit iniquitas Sodomæ, id eſt, inde proceſſerunt tot, tantaque mala in Sodomis. Hæc totius mundi induxit perditionem tēpore Noe: *erant enim homines comedentes, & bibentes*. Matth.24. 38.
Inanis gloria, aut ſuperbia fortiſſimū eſt malum, & primum: *Initium enim omnis peccati ſuperbia*, & primum peccatum, quod poſt creaturas productas fuit cōmiſſum, ſuperbia extitit, vt ex Angelorum hiſtoria patet. Auaritia autem, aut *cupiditas*, etiam vocatur ab Apoſtolo *omnium malorum radix, & idolorum ſeruitus*. 1. ad Timot. 6.20.
Voluit propterea Chriſtus Dominus contra hæc tria mala ſingulariter nos munire, tria nobis commendans, quæ omnium bonorum prima, & fortiora ſunt, ieiunium, orationem, & eleemoſynam; ieiunium contra gulam; orationem contra inanem gloriam; & elemoſynam contra auaritiam. Ieiunium quomodo contrarium ſit gulæ, manifeſtum eſt, ſicuti quomodo eleemoſyna contra auaritiam: quia auaritia congregat, eleemoſyna diſpergit. Oratio autem (inquit Chryſoſtomus) quomodo contra vanam gloriam, audi. Omnia mala, quæ ſunt in mundo, habent contraria bona, per quæ ſuperentur; vt puta fornicatio caſtitatem, ſuperbia humilitatem, iracundia manſuetudinem, & nullum eſt malum, quod non habeat contrarium bonum, per quod ſuperetur, (*vnum contra vnum, duo contra duo*, vt dixit Sapiens) dempta vana gloria, quantò enim magis bona feceris, volens illam compeſcere, tantò magis excitas ipſam. Et cauſa eſt illa, quia omne malum ex malo naſcitur; ſola autem vana gloria de bono procedit, ideo non extinguitur Eccl.33.15

per bonum, sed magis nutritur. Vnde inter homines peccatores tentatio vanæ gloriæ non habet locum, fornicarius enim aut raptor quomodo tentetur de vana gloria, qui non habet vnde glorietur? Illi autem tentationem vanæ gloriæ patiuntur, qui tale aliquid faciunt, vnde glorientur. Ergo nullum remedium potest esse contra vanam gloriam, nisi oratio sola. Imò, & ex hac ipsa inanis gloria generatur, nisi cautè tibi prospexeris, vt dicemus.

Hæc igitur tria Christus Dominus in Euangelio commendat, ieiunium quod supponit tanquam rem, cuius necessitas est omnibus explorata dicens: *Cum ieiunatis*: orationem, dum docet mentem, & intentionem eleuandam in Deum; oratio namque nihil est aliud quàm eleuatio mentis in Deum: *Tu*, inquit, *cum ieiunias, vnge caput tuum, ne videaris hominibus ieiunans, sed Patri tuo qui in cœlis est.* Ecce remedium quod contra inanem gloriam designat, mentem, & intentionem ad cœlestem eleuare. Eleemosynam tandem, dum constituit thesauros in cœlo reponendos, quod per eleemosynam fieri docuit Dauid illis sæpè repetitis verbis: *dispersit dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi.* & Sapiens dicens: *Mitte panem tuum super transeuntes aquas, quia post multa tempora inuenies illum*, de quibus infra. Hæc autem tria simul commendat, quia vt Chrysostomus ostendit, non sunt à se inuicem separanda, nec ieiunium sine oratione, & eleemosyna, nec oratio sine eleemosyna, & ieiunio, nec eleemosyna sine ieiunio, & oratione, ex quibus ille efficitur *funiculus triplex, qui difficilè rumpitur*, quantumuis omnis interni vis in contrarium agere nitatur. Sed expende inter hæc tria, orationem positã in medio ieiunij, & eleemosynæ; est enim, vt Diuus Bernardus annotat, oratio quasi auis in cœlum volans, quæ vt id perficiat duabus eget alis, ieiunio scilicet, & eleemosyna. Vnde Angelus, *Bona est*, inquit, *oratio, cum ieiunio, & eleemosyna, magis quàm thesauros auri recondere*, de quibus infra. Alij sancti patres insinuant Christum duo nobis necessaria docere voluisse. Quemadmodum enim vt homo diues fit temporalibus bonis, duo requiruntur, quod lucretur, & quod seruet quæ lucratus fuerit: ita vt bonis spiritualibus diuites efficiamur, duo sunt necessaria, operari bona, & illa conseruare, ne pereant. Primum docet Christus ieiunium indicens, sub cuius nomine omnia virtutum opera voluit commendare, non solùm ex eo quod ieiunium est omnium virtutum mater, vt Diuus Chrysostomus dicere solet: per ipsum comprimuntur vitia, eleuatur mens, obtinentur virtutes, & dona: sed quia ieiunij nomine, vt Sanctus Augustinus *a*, Origenes *b*, Basilius *c*, & Bernardus *d* obseruant, ieiunium quoddam vniuersale ab omnibus vitijs voluit intelligere, quo non tantùm corpus ab alimentis abstinet, sed mens à culpa ieiunat, quod Augustinus ieiunium magnum vocat. Secundum autem docet in reliqua huius Euangelicæ lectionis parte, seruantur enim omnia bona, quæ agimus, si ea in cœlo recondimus, vbi incorrupta conseruantur. In cœlo autem illa collocamus, quando bona quæ agimus, ad Deum ipsum per rectam intentionem ordinamus, & dirigimus, contendentes ipsi tantummodo placere, & eius gloriam quærere, non nostram. Ita S. Hilarius *e*, & B. Augustinus *f*, alteram huic similem rationem, qua omne huius sacræ lectionis institutum complectamur, expendere possumus ex illa Euangelistæ Ioannis celebri propositione, qua omnia mundi mala ad tria capita reduxit *g*, concupiscentiam carnis, superbiam vitæ, & concupiscentiam oculorum. Christus Dominus huiusmodi tribus generalibus malorum capitibus, tria bonorum generalia capita opponenda constituit, ieiunium, per quod carnis concupiscentiam coarctemus; rectam intentionem erga Deum, per quam illius solùm gloriam intendamus, & eleemosynam per quam dum terrena bona liberaliter expendimus, indeficientem nobis in cœlo thesaurum paremus. Ideoque possumus dicere, nihil voluisse Christum nobis deesse, qui vt Sapiens dixit, constituit vnum contra vnum, duo contra duo, & tria

contra

Psal. 111.

Eccl. 11. 1.

Eccl. 4. 12.

¶ 12.

Serm. 4. *de Quadrag.*

Tob. 12, 8.

a Tract. 17. *in Ioan. & lib.* 2. *qq. Euan. c.* 18.

b Hom. 4. *in cap.* 6. *Matth.*

c Homil. 2. *de ieiunio.*

d Serm. 3. *Quadrag.*

e Can. 6. *in Matth.*

f 2. *de serm. Domini in möte. cap* 21.

g 1. *Ioan.* 2. 16.

Eccl. 33. 15.

contra tria. Alijs quâ plurimis rationibus quæ Chriſtus docere vult, à ſanctis patribus expenduntur: ſed ad eas quas diximus, omnes reduc̃tur, iuxta quos Euangelicam lectionem exponemus, de illis tribus ſingulariter agẽtes, ieiunio, oratione, aut eleuatione intentionis, & mentis in Deum, atque eleemoſyna, in tres partes hunc diuidentes tractatum, quæ his tribus reſpondeant.

PRIMA PARS,

DE RECTO HOMINIS AFFECTV, ET ORDINATIONE

Erga ſe ipſum, aut de Ieiunio.

§. 1. *A ieiunio incipit Chriſtus, quia ieiunium ad Paradiſum reducit hominem, quem intemperantia eò expulit, vt in Niniuitis, & Elia appareat.*

¶ 13. CVm ieiunatis, nolite fieri, &c. Via igitur, quam prima die ſacrificaturis agendam Chriſtus demonſtrat, eſt ieiunium. Et meritò quidem, propter rationem, quam ſancti Patres Athanaſius *a*, Baſilius *b*, Chryſoſtomus *c*, Hieronymus *d*, Ambroſius *e* expendunt. Venit ſiquidem Chriſtus Dominus, vt hominem è Paradiſo pulſum ad Paradiſum reuocaret. Id igitur primò ſtatuendum ab illo erat, quod contrarium eſſet ei, per quod à Paradiſo fuit homo expulſus. Quid illum à Paradiſo expulit? Gula, intemperantia, & ſpretum ieiunium à Deo indictum. Quid igitur primò fuit ei adhibendum, vt ad Paradiſum reuocaretur, niſi ieiunium, & eſuries? In huius explicationem ex profeſſo præfati ſancti Patres conferunt ad inuicem primos parentes, & Niniuitas. Erat primus parens à Deo in Paradiſo conſtitutus, quadam immortali vita donatus, vt Diuus Auguſtinus *f* demonſtrat (*g fecit enim Deus hominem in exterminabilem*) ſapientia præditus, gratiæ indumento veſtitus, donis cœleſtibus ornatus, Angelis familiaris, Deo ipſi magna communicatione coniunctus: illum tamen videmus poſt breuiſſimum tempus Paradiſo expulſum, & exulem ad mortem diuinæ ſententiæ expreſſo decreto damnatum, cœleſtis gratiæ indumento nudatum, ſupernis donis ſpoliatum, ſapientia deſtitutum, *comparatum iumentis inſipientibus, & ſimilem illis factum*, ex altitudine ergo Paradiſi ad miſerias maledictæ terræ fuit expulſus. Errant è contra Niniuitæ barbari, ignorantes, cunctis diuinæ gratiæ donis deſtituti, imò tot peccatis implicati, vt *eorũ malitia vſque ad cœlos, & Deum ipſum aſcẽderet*, id eſt, vt exponit Chryſoſtomus, quæ quò amplius progrederetur non habebat: ideòque morti per diuinam, expreſſamque ſententiam adiudicati, quâ diuinus præco Ionas Deo ipſo præcipiente intimauerat, ſimiles hominibus quos ad mortem iam ducunt præcedente præcone, ipſorum damnationem, & cauſam illius, clamore magno exponente. Quos tamen breui ſpatio videbis ad vitam reſtitutos, cœlo ipſi redditos, ad Dei gratiã admiſſos, multis cœleſtibus donis cumulatos, & diuino ipſo ſermone commẽdatos. Quid illum in Paradiſo poſitũ Paradiſo tam

a Lib. de virginit.
b Hom. 1. de ieiunio.
c Hom. 1. de pœnit. & hom. de Iona.
d Epiſt. 22. ad Euſtoc. & lib. contra Iouin.
e Lib. de Elia, c. 2.

f 1. Hypognoſt. in princip. & 13. de ciuit. Dei c. 9. & lib. 14. c. 10. & 11.
g Sap. 2. 23.

Pſal. 48. 13.

Iona 1. 2.

Hom. quod nemo laditur niſi, &c.

breui tempore expulit, vita priuauit, & in innumerabilem malorum coniecit barathrũ? Num fortè Angelos Deo assistentes interficere voluit? an aliqua homicidia commisit? aut verò Dei sacra altaria prophanauit? vel idolis templa erexit? Nihil horum, sed intemperans fuit, ieiunium soluit, & proiecit, gulæ indulsit; per hanc, inquit Chrysost. irreuocabilem mortis sententiam ipso diuino ore prolatam audiuit: *Terra es, & in terram ibis*, per hanc mors, dolores, mentis angustiæ, & ipsa vita omni morte grauior est: propterea spinæ, & tribuli, propterea dolores, & gemitus, & humani generis vita nimio dolore conteritur. Quamdiù ieiunauit homo (inquit Hieronymus) in Paradiso fuit; comedit, & inde eiectus est. Quid autem illos tam celeri cursu à Paradiso exules, mortiq; traditos Paradiso ac vitæ restituit? Num sacrificauerunt, aut Deo filios suos sacrificare constituerũt sicut Abraham? Num Dei inimicos fornicantes, & adulterantes transfoderũt sicut Phinees, qui Deum placauit? Nũ templum magnificentissimum ad Dei cultum, & gloriam extruxerunt sicut Salomon? Nihil horum, sed ieiunium abstinentiamq; validam in primis arripuerunt. Sicut enim ieiunium spretum (inquit Chrisost.) illi qui vitam, & Paradisum acceperat, mortem, & exilium inutilitata arreptum ieiunium istos, qui vita, & cœlo erant expulsi, ad vitam reuocauit, ipsosq; cœlo restituit. Istos inquam, non vnum aut duos, aut viginti, sed vniuersum innumerabilemque populum, vrbem magnam, quę omnes orbis ciuitates magnitudine populique multitudine superabat, ad ipsum barathrum iam inclinantem caput, venientem desuper plagam accepturam, veluti quædam desuper stans potentia, ipsam ex carnificis manibus eripuit, atque ad vitam reduxit. Ita Chrysostomus, qui considerare videtur gulam, & intemperantiam, quasi validam quandam manum, quæ hominem in Paradiso existentem, vita immortali donatũ, arripuit, & ex Paradiso eiectum transtulit in mortis ditionem, & lacrymarum vallem: ieiunium autem quasi quãdam validam potentiam, quæ innumeros homines morti destinatos, cœloque excluſos à mortis ipsius potestate tanquã ex manibus carnificis ereptos, cœlo ac vitæ restituit. Imò ex hoc videtur Chrysostomus ieiunij vires aliqua ratione superiores comprobare, quòd gula duos tunc homines parentes nostros ex Paradisi statu deiecit, ieiunium autem innumeros Niniuitas ad cœlum ordinauit. Tam valida est, inquit Ambrosius, ieiunij virtus, vt ad cœlum valeat homines eleuare, quos inde gula deiecit. Id quod egregiè demonstrat conferens eosdem primos parentes cũ Elia illo insigni ieiunatore, sicut D. Hieronymus similiter confert ad Demetriadem scribens, quam propterea ad ieiunij opus hortatur. Acceperunt illi corpus immortale à Deo, & ex Paradiso eiecti sunt, eo ipso quod immortales fuerunt effecti, (nec enim Paradisus mortalibus congruere videbatur) hic autem corpus mortale habens in Paradisum introductus fuit, qui nec dum mortem gustauit, equis curruque igneis celeri cursu deportatus. Mirum videtur, quod corpus mortale Paradiso fuerit inuectum, & tam celeri cursu, qualem ignei equi agerent: sed mirabilius apparet, quod corpus mortale equis igneis, curruque igneo deportetur, nec ab ignis calore absumatur. Expende tamen non esse mirum, quod per aera feratur corpus, quod quadraginta dierum continuò ieiunio fuit leuissimum, & quasi spirituale redditum, aptumque quod per aera in Paradisum ferretur: sed in eo quod curru, equisque igneis fertur, ieiunij mirare potentiam. Quis enim (inquit Ambrosius) humana virtute equos igneos, & currus igneos potuisset ascendere, regere currus aereos, nisi qui naturam humani corporis, incorruptibilis ieiunij virtute mutasset? Qua in re, etsi D. Ambrosius cæterique sancti Patres multa suo ingenio digna considerent, duo ad nostrum institutum expendenda sunt, quæ in equis curruque igneis considerare possumus: primum est, qua celeritate, & potenti vi, excellens ieiunium mortalem possit in Paradisum transferre. Inter omnia siquidẽ animalia, equus po-

Hom. 1. de pœnitent. & serm. 1. de ieiun. tom. 5.

Gen 3.

Lib. 2. contra Iouinianum.

Genes. 22.

Num. 25.

3. Reg. 6.

Hom. 1. de pœnitent. & hom. de Iona.

Epist. 8. ad Demetriadem, ad medium.

Lib. de Elia & ieiunio cap. 2.

Lib. de Elia & ieiunio cap. 3.

¶ 14.

potenti

tenti celeritate præstat: inter omnia autem elementa ignis suprema celeritate volat, imò nihil celerius igne, qui non solum in se celerrimus est: sed, & globum ferreum, plumbeum, aut lapideum imperceptibili celeritate agit, & impellit, vt in bombarda aut sclopeto videre licet. Equus solus per se celerrimus est, similiterque solus ignis per se. Quam igitur potentem celeritatem tenebunt, si equus, & ignis simul adiungantur, equique fiet ignei? Vide ergo qua celeritate, & quam potenti virtute ieiunium excellens hominem in paradisum euehat, quem grandi exercitatum ieiunio, vt B. Hieronymus ait, equis igneis ad paradisum perduci cognoscimus. Secundum est, ieiunium potentissima virtute præstare ad tollendum impedimentum, quod poterat ingressum paradisi prohibere. Cum Deus hominem paradiso expulit propter violatum abstinentiæ mandatum, statuit ad ostium paradisi cherubin habentem gladium flammeum, quo ingredi volenti precluderet viam. Qui tamen excellenti ieiunio dispositus est, non timet ardentes illius gladij flammas: nec enim, vt Ambrosius dixit, ab igne consumitur corpus quadraginta dierum ieiunio temperatum, quod potius equis curribusque igneis ad paradisum deportatur. *Totus mons Sinai fumabat, eo quod descendisset Dominus super eum in igne, & ascenderet fumus ex eo quasi de fornace, eratque totus mons terribilis.* Exo.19.18 Flammæ ingentes erant horrendæ, corporales, visibilesque, quas proprerea Apostolus, *a*, *tractabilem ac censibilemque ignem vocat*, vt Chrysostomus *b*, Anselmus *c*, D. Thom. & alij legunt, & interpretantur. Ideoque vt annotat Hieronymus *d* populus comessationi deditus, & ventri obsequentissimus, solo ardentis flammæ visu exterritus mansit, & penè deficiès præ timore: Moyses autem ventre vacuo, excellentique ieiunio roboratus, *accessit ad ignem*, eiusque ardentissimas flammas illęsus penetrans, multò tempore summa affectus voluptate cum Deo loquens permansit. Non est quod ardentes flammas gladij flammei ingressum paradisi impedientes timeat, qui excellenti fuerit ieiunio munitus, quas illius potentia superat, & quasi *in ventum roris flantem* conuertit. Dan.3.50.

a ad Hebr. 12.18.
b Hom.32. in epist. ad Hebr.
c In cap.12 ad Hebr.
d Li.2.cõtra Iouini. Exod.12.

§.2. *Ieiunium gladium flammeum non timet, quod quasi in Amianti naturam transformare corpora, Basilius, & Ambrosius tradiderunt.*

¶ 15.

HInc explicant SS. Patres Ambrosius *a*, & Basilius *b* difficultatem illam, quam Chrysostomus *c* aliquando *admirabilem quæstionem, & arduam*, aliquando *difficile ænigma* vocat. Qui fieri potuit, vt ignis ille Babylonicæ fornacis sanctos adolescentes magno excellentique ieiunio temperatos nullatenus, vel leuiter læserit. Quomodo hoc factum est? inquit Chrysostomus. Si ignis ille ignis erat: quomodo quæ ignis sunt partes non adimpleuit? Si corpora illa erant, quomodo quæ corpora contingere solent, nullatenus contigerunt? Si hæc flamma erat, monstrare debebat flammæ naturam: si illa corpora erant, subiacebant passioni. Nec dicendum est, inquit Basilius, leuem fuisse, aut minus ardentem flammam. Præcepit enim Nabuchodonosor, vt succenderetur fornax septuplum, quam succendi consueuerat, flammamque naphtha, stupa, pix, & sarmenta ingentia sic alebant, vt ad quadraginta nouē cubitos diffunderetur, & in circuitū dispersa, plurimos Chaldæorum absumpserit: Quomodo igitur eos, quos in sui medio flamma tenebat, non consumebat? Quæstio, inquit Chrysostomus, ardua est, quam nullus poterit, nisi ieiuniū explanare. Percontaris, Quomodo? Ieiunium interroga, & respondebit tibi, ænigmaque soluet. Humana quidem corpora cū igne pugnabant, sed victoria corporum monstrabatur. Mirabilis pugna, sed mirabilior victoria, quam ieiunij potentia, & virtus potest conferre: flammas enim ieiuniū nō timet, quod corpus ita contemperat, vt omnē ignis ardorem superet. Est lapis quidam, inquit Basilius, eius naturæ, quem hinc Amianton græci vocant, vt inquinari non possit. Hic ab igne non vincitur,

a *Libro de Elia, & ieiun. c.7.*
b *Homil.1. de ieiun.*
c *Homil.1 de pœnitē. & homil. de Iona.*

Dan.3.19.

Dan.3.46.

Homil.1. de ieiun. circa.

tur, ſed impoſitus igni, videtur igneſcere, & in prunam verti: rurſum exẽptus igni, perinde quaſi fuiſſet aqua candidatus, apparet purior. Si quid ei extrinſecum fuerit permixtum, ignis abſumit, ipſum verò nullatenus lædit, ſed puriorem reddit. Huiuſmodi erant trium illorum puerorum corpora apud Babylonios, illud ieiunio conſequuta, vt nulla vi poſſent inquinari: *Et non tetigit eos omninò ignis, neque contriſtauit, nec quicquam moleſtiæ intulit:* funes ſolummodo, quibus ligati tenebantur combuſſit. Hoc tamen grande incendium pueri cum ieiunio ingreſſi conculcarunt, liquidum ac roſcidum aerem in igne tam vehementi reſpirãtes. Neque enim ignis vel pilos illorum auſus eſt attingere, eo quod ieiunio eſſent aliti. Idipſum eodem modo explicauit Ambroſius *a* eodem Amiãti vſus exemplo. De Amianto loquuntur Plinius *b*, Dioſcorides *c*, Strabo *d*, quem ſimilem dicunt lapidi ab Hiſpanis vocato Alumnus, talis naturę quod in fila duci poſſit, ex quibus contexuntur veſtes aut mappæ, quæ igne non aqua purgantur, cum ſordidæ fuerint. Igni namque applicatæ ſi quid extraneæ naturæ fuerit intertextum, penitus comburitur, & ſordes abſumuntur, remanentibus mappis clara munditia fulgentibus. Vnde dixit Dioſcorides in Cypro ex amianto contexta lintea, quibus mortuorum corpora includebant vt comburerent, quo ſolus, & purus cinis, in quem corpora reſoluebantur dum cremabantur remaneret, abſque alicuius externi cineris admixtione. In Caryſto ciuitate Euboeæ inſulæ huiuſmodi lapidem naſci dixit Strabo: & huiuſmodi mappas ex eo contexi, tanquam rem experientia ſuo tempore notam ſupponit. Imò, & Scholiaſtes Auguſtini, noſtro ſeculo ſe exhibet oculatum teſtem, qui huiuſmodi mappas vidit igni iniectas nullatenus conſumptas, pleniſſimè autem, & excellenter fuiſſe purgatas, & mundatas. Et fortè hac de cauſa D. Hieronymus de amianto agens, dixit habere ſimilitudinem ligni vel lini: ex cuius natura explicat difficultatem, quam iudicat grauiſſimam circa altare thymiamatis, quod Deus oſtendit Ezechieli Prophetæ, ligneum ipſum, eius itidem baſim, angulos, & latera lignea. Quomodo enim (inquit) altare, in quo ignis ſuccendendus erat, ligneum eſſe poterat, quod non ab ipſo igne pateretur, & conſumeretur, ſed potius ab igne redderetur purius? Non mirum inquit, Hieronymus, hoc de ſanctuario, & interioribus templi, & altari, thymiamatis credere, cum etiam *Amianthon*, quod genus eſt ligni, vel lini habens ſimilitudinem, quanto plus arſerit, tantò mundius inueniatur. Nec mirum quod talem in natura videamus creaturam, quoniam, vt ſæpè ex Sanctorũ Patrum doctrina conſidero, naturam fecit Deus, quæ gratiæ deſeruiret, ideoque multa in natura operatus eſt, quę ordinis gratiæ myſteria aliquatenus exprimerent, aut explicarent, cuiuſmodi multa egregiè, diligẽterque proſequitur Diuus Auguſtinus, multas lapidum, & aliarum rerum naturas recenſens, in quibus admiranda, quæ fides profitetur, myſteria adumbrata conſiderat. Hac de cauſa dixit ſapiens Deum admiranda quædam in natura condidiſſe, vt ex illorum cognitione homo ad ſuperna diuinæ virtutis opera cognoſcenda mentem extolleret. *Ad agnitionem*, inquit, *hominum virtus eorum, & dedit hominibus ſcientiam altiſſimus, honorari in mirabilibus ſuis*, de quibus alibi. Talia igitur, inquit Ambroſius, erant illum puerorum Hebræorum corpora, quæ de ieiunio in amianti transformata naturam, in vapore ignis non ad diſpendium ſui, ſed ad gratiam mutabantur. Vnde cum furerent fornacis incendia, nec minimus illorum capillus fuit exuſtus: quia illorum ieiunia comam etiam pauerant. Ita Ambroſius. Expende hæc vltima verba, quæ ex Baſilio videtur mutuaſſe. Ambroſius. *Quia illorum*, inquit, *ieiunia comam etiam pauerant*. Veſcebantur eorum corpora ieiunio, cum aliorum Chaldæorum corpora cibo regio impinguarentur, vt apud Danielem ſacra narrat hiſtoria: vnde horum corpora abundantiſſimis ac pinguiſſimis cibis referta, contingens flamma ſubitò combuſſit: illorum autem in medio flammarum conſti-

Dan 3.50.

¶ 16.

a *Lib. de Elia c. 7.*
b *Lib. 36. cap. 19.*
c *Lib. 5 ca. 93. & 147*
d *Apud Marianũ Victo in annotat. Hieron. in Ezech. 4.*

Viues in li. de ciu. Dei.

In cap. 41. Ezech.

Ezech. 41.

21. de ciui. c. 5. & 6.

Eccle 38. 6.

Daniel. 1.

conſtituta, nec capillorum læſionem ſenſerunt, quia quæ ieiunio nutriuntur, vires ignis ſuperant, & excedunt: ſicut autem excellens ieiunium, & grādis abſtinentia, & temperantia ardentes flammas non timet, quippe quæ abſumit pinguedinem carnis, quæ etſi cibus ac nutrimentum ignis: ita nihil eſt, quod amplius ardorem, ac efficaciam ignis timere debeat, quam ingluuies, & intemperantia, per quam pinguedo augetur, quæ ignem ſuccendit, & acuit. Hinc que conſidera, cur Deus volens Sodomam diſperdere, ignem miſerit, qui tam potenter egit, vt eam abſumpſerit *a*, *& ſubuerterit in momento*. Erat enim, inquit Diuus Auguſtinus *b*, comeſſationibus impinguata, & tradita, vt Dominus ipſe per Prophetam expreſſit dicens *c*: *Hæc fuit iniquitas ſororis tuæ Sodomæ, abundantia panis*. Et Chriſtus ipſe *d*, *In diebus Lot edebant, & bibebant, & pluit ignem, & ſulphur de Cœlo, & omnes perdidit*. Inde etiam attende, cur tam acriter flamma ardens torqueat diuitem illum *e*, *qui quotidie epulabatur ſplendide*, quem, vt ait Baſilius *f*, vitæ delitiæ igni tradiderunt, qui triſti eiulatu clamabit: *Pater Abraham, mitte Lazarum, qui intingat extremum digiti ſui in aquam, vt refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma*. Quid mirum quod vehementi, potentique ardore in illum inueheretur flamma, qui ſolummodo corpori impinguando vacarat? cibus delicatus, potus abundans, quotidianaque & ſplendida comeſtio, cibus erant & nutrimentum ignis: quid igitur mirum, quod illum ardendo vehementer torqueret, qui aptiſſimus igni cibus fuerat per gulam effectus? Aptè itaque Deus, qui intemperatum parentem non ſolū è Paradiſo expulit, ſed aditum ei per igneum gladium præcluſit, ieiunatorem validum non ſolum in Paradiſum introducit, ſed per equos, curruſque igneos ingreſſum parat, vt intelligamus ieiunium non ſolum in Paradiſum introducere, ſed quod vim gladij flammei, & ignei prohibentis ingreſſum retundit, & vincit, & impedimenta auferat, viamque planam reddit. Ex quibus patet aptè ieiunium primò loco indictum ei, qui in Paradiſum reducendus eſt. Hoc propterea meritò ſupponit Chriſtus, & eius Eccleſia illud ſolemne Quadrageſimæ nobis nūc intimat, quos conſiderat à Cœleſti Paradiſo longè depulſos. Si enim vnus pomi eſus, Adam longè à Paradiſo expulit, quam longo interuallo eris à Cœleſti Paradiſo reuocatus, qui nulli alteri rei, niſi epulis, & comeſſationibus vacaſti? Tempore Noe erant homines maxima diſtantia à Deo elongati, quos Chriſtus inducit, *comedentes, & bibentes*, id eſt, nihil attendentes aliud, quam comeſſationibus, & ebrietatibus vacare: qui propterea non ſolum à Cœlo, & Paradiſo, ſed ab hac mortali vita meritò fuerunt expulſi. Quam longè ergo ab illo tu eris conſtitutus, de quo tuique ſimilibus idem dici poteſt, qui talem vitam agis, vt iam tempus illud aduenire videatur; quod Chriſtus prænuntiauit: *Sicut erant in diebus ante diluuium comedentes, & bibentes, ita erit*. Et quid tibi expectandum eſt, niſi quod diuinæ iræ diluuium veniat ſuper te, quo non ſolum à Cœlo, ſed à præſenti vita expellaris, tradendus ignibus, & flammis deuorantibus, quæ in epulones vim ſuam potentiſſimè exerunt? Qui ergo tam longè à Cœlo factus fuiſti, quomodo reducendus es, niſi præmiſſo valido potentique ieiunio, quale fuit Niniuitarum? Quomodo ardentes flammas poteris vitare, niſi imitatus Eliam magno quadraginta dierum ieiunio te diſponas? Filius ille prodigus in regionem longinquam valde à paterna domo diſtantem receſſit, ad quam miſer deuenit, ſe totum comeſſationibus, & delitijs tradens: hæc enim ſunt quæ longè à Paradiſo hominem expellunt: ieiunium tamē fuit illi primus Magiſter, qui ipſum in paternam domum reduceret, peribat enim fame, tuncque dixit: *Ibo ad Patrem meum*. Fames reuocat (inquit Sanctus Petrus Chryſologus) quem ſaturitas exularat: & ſi tantum præſtitit, vel inuita fames, probate quid voluntarium poſſit conferre ieiunium, qui due conferre poſſit ipſum, congrua deuotione, & pietate ſuſceptum? Optimè rem totam concludit Chryſoſtomus. Vidiſti (inquit) ieiunij admirabilem potentiam? Mirare igitur

a Thre. 4.
b Li. de cõflictu vitiorũ & virtutũ, to. 9.
c Ezec. 16.
d Luca 17. 28.
e Luc. 16. 19.
f Homil. 1. de ieiun.
Matth. 24. 28.
Luc. 17.
Luc. 15. 28.
Serm. 2.
Homil. de Iona.

igitur ieiunium, & illud cum omni auiditate tuis amplexibus feſtina ſuſcipere: quando enim, & in flamma prodeſt, & diuinam ſententiam mitigare nouit, & ad libertatem reuocare conſueuit: quis huius inſaniæ reperietur, qui velit ieiunium, tantorum bonorum materiam, declinare?

§. 3. *Quadrageſima eſt tempus curationis, ideò à ieiunio inchoandum, vt rectam methodum ſequamur, & id fiat quod Deus per Ioelem commendat.*

¶ 17. a *Homil. 1. de pœnit. & ſerm. 2. de ieiun. tom. 5.* b *Ser. 27.* c *Serm. 55. de tempor.*

EST ad idem inſtitutum ſecunda ratio, quam Sanctus Chryſoſtomus *a* ſæpè indicat, docens ieiunium primam eſſe medicinam, quæ curandis infirmitatibus noſtris applicari debet. Nota eſt Sanctorum Ambroſij *b*, & Auguſtini *c* ſententia, tempus Quadrageſimæ peculiariter ad animæ noſtræ infirmitates curandas eſſe inſtitutum, qua de cauſa in ſermone initio Quadrageſimæ habito Diuus Ambroſius vocat hoc tempus *Cœleſtis medicinæ* applicandæ, & Diuus Auguſtinus appellat dies iſtos, quos incipimus, *ſalutares, & animæ medicinales*. Et meritò quidem. Vulgata enim ſatis eſt illa ſapientis concionatoris ſententia, qui ſupponens quod *omnia tempus habent*, ſingulariter annotauit, eſſe *tempus ſanandi*, aut vt Chaldæus legit, & intelligit, tempus idoneum ad curandum ægrotum. Et ſi namque omni tempore infirmus debeat ſalutem, quam amiſerat procurare: id tamen commodius fit tempore peculiari, quod acquirendæ ſaluti ſit congruentiſſimum, quod & ad eam conſequendam videtur à natura inſtitutum. Laboras febre quartana, quæ te male habet, aut aliqua infirmitate teneris tam graui, quæ ad oſſium vſque medullas eſt radicata, quæris à Medico ſapiente in hyemis rigore remedium: reſpondet ille, expectandum tempus veris, quò commodius applicentur remedia, quando potentius operantur medicamina: Sol enim tunc propinquior nobis efficitur, natura vigoroſior, corpus ad remedia magis diſpoſitum, cuius pori caloris virtute aperiuntur, per quos vapores, qui incluſi tenebantur, interius exhalantur, & quæ exterius applicantur, virtutem ad interna poſſunt emittere. Omni quidem tempore (vt Beatus Leo Papa conſiderat, hoc inſtitutum proſequens) animæ ſalus procuranda eſt: ſed vt illam omnes infirmi, etiam qui radicata, inueteratàque infirmitate laborant, cõſequi poſſint, & ad eam procurandam ſe conuertant, peculiariter Eccleſia ex Chriſti Domini inſtitutione Quadrageſimæ tempus inſtituit, quod propriè, & ſingulatiter ſit tempus ſanandi, quaſi primum ver ſpiritale animæ. De illo propterea peculiariter credit idem Sanctus Leo Papa intelligendum, ſicut ſenſerat etiam prius Ambroſius, quod Apoſtolus dixit: *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis*. Dicitur Quadrageſima tempus acceptabile, ideſt, dignum, quod plena acceptatione à nobis recipiatur: eo modo quo idem Apoſtolus dixit: *Fidelis ſermo, & omni acceptione dignus, Chriſtus Ieſus venit in hunc mundum peccatores ſaluos facere*. Dicitur hic ſermo dignus omni acceptione, id eſt, vt exponunt Diuus Thomas, & Diuus Anſelmus, qui dignus eſt ſuſcipi brachijs, & amplexibus animę, & corporis, ſumma lætitia, & tanquam nuntius qui lætiſſimam, & plenam annuntiat ſalutem. Ita tempus Quadrageſimæ omni acceptione eſt dignum, quippe quod ad plenam ſalutem corporis, & animæ obtinẽdam aduenit, nam *animis, corporibuſque curandis ſalubriter inſtitutum eſt*, vt Eccleſia canit. Hos ſanctos Quadrageſimæ dies, fratres chariſſimi (inquit Auguſ.) debemus omni cum veneratione ſuſcipere, nec longiorem numerum huius temporis faſtidire: quia quanto plures dies ſunt ieiunij, tanto maior eſt cauſa remedij: quanto prolixior abſtinentiæ curſus, tanto redemptio copioſior eſt. Si tempore cuiuſuis ieiunij (inquit Baſilius) iubet Dominus ne triſtis ſis, ſed potius quod lætes facie vngaſque caput, quę hilaritatis & lętitię ſunt

Serm. 2. & 4. de Quadrageſ.

Ibidem. Serm. 27.

1. Cor. 6.

1. ad Tim. 1.

In c. 2. epiſt. 2 ad Timotheum.

Eccl. 3. 3.

Serm. 69. de tempor.

Homi. 1. de ieiunio.

figna,

ſigna, quia quoduis ieiunium læta facie, hilarique vultu excipiendum eſt, quia ſalutem præſtat: quantò magis hoc ſolemne ieiunium, omni dignum eſt acceptione, per quod tot, tantaque magna bona inducuntur? Vnde Chryſoſtomus vehemẽter inuehitur in quoſdam, qui quaſi cum fera quadam pugnaturi, ieiunium quadrageſimæ expectant, & ventris ſe muniunt crapula, non ſecus ac ſi in manus cuiuſdam horridi inimici dandi eſſent, de quibus infra. Ecce igitur nunc tempus acceptabile, & meritò, *Ecce* enim *nunc dies ſalutis*. Expende ſingula verba, *Ecce*, inquit, *nunc dies*. Videtur Apoſtolus in memoriam reuocare voluiſſe, quod alibi dixerat: *Nox præceſſit, dies autem appropinquauit: abijciamus ergo opera tenebrarum, &c.* Diebus præteritis quaſi in obſcura nocte eſſe homines videbantur, qui *operibus* (quæ Apoſtolus vocat) *noctis, & tenebrarum* erãt plenè traditi, nulla niſi de patinis cogitatio, nulla niſi de voluptatibus cura, nulla niſi de vanitatibus actio. Nox præceſſit, dies autem appropinquauit, abijciamus ergo opera tenebrarũ: *Non in comeſſationibus, & ebrietatibus, &c.* Id nobis elapſis diebus accidit, quod dixit Dauid: *Poſuiſti tenebras, & facta eſt nox, in ipſa pertranſibunt omnes beſtiæ ſiluæ, &c. vt quærant eſcam ſibi*. Quaſi obducto velo operire viſi ſunt homines mentem, & ſenſum, vt liberè intẽderent operibus tenebrarum. Intermiſſæ ſunt ſpirituales actiones, ſacramentorum vſus, ſacrorum frequẽtia, &c. Facta fuit quaſi nox, omnes beſtiæ egreſſæ ſunt, vt abundanti ſe paſtu reficerent. Senſus inquam, ſecundum quos homo beſtijs eſt ſimilis, omnes liberè egreſſi ſunt, vtque liberè diſcurrere poſſent permiſſi, ſuum pabulum quærẽtes, oculi ſoluti ad videndas vanitates, lingua ad verba incompoſita, & inordinata, venter ad omnis generis cibos, & potus, pedes ad ſaltationes vagoſque inceſſus, &c. Sed nunc ortus eſt Sol, *ecce*, inquit, *dies*, comprimantur beſtiæ, & in antra redigantur, & contineantur, omnes ſenſus à noxijs retrahamus exceſſibus. Recedat iam his diebus, inquit Auguſtinus, carnis lætitia, recedant venenis plena huiuſmodi blandimenta carnis, gaudium minuatur, ocioſæ fabulæ, iocique intermittantur: *Et exeat homo ad opus ſuum, & ad operationem ſuam*. Quodnam opus tuum ò homo? ad quidnam conditus es? Num ad comedendum, vel bibendum? Num ad terrenas facultates, quas dimiſſurus es conquirẽdas? Num ad corruptibiles voluptates ſequendas? Certe opus tuum eſt, ſalutem animæ tuæ quærere, & comparare. *Quid enim prodeſt homini, ſi lucretur vniuerſum mundum, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur?* Filius Dei in mundum veniens, *opus ſuum* vocauit redemptionem animæ tuæ, quod perpetuò corã oculis habuit, ad quod omnes ſuas actiones direxit, de quo propterea dixit Propheta; *Opus eius coram eo*. Quantò magis tu debes, tanquam opus tuum habere, animæ tuæ ſalutem quærere, & procurare, & in hunc finem omnia, quæ agis ordinare? Aptè nunc illa verba Oſeæ Prophetæ, tanquam ad nos dicta poſſumus accipere, loquitur enim, vt Hieronymus docuit, de temporibus Chriſti. *Tempus*, inquit, *requirendi dominum, cum venerit qui docebit vos tuſtitiam: araſtis impietatẽ, iniquitatẽ meſſuiſtis, comediſtis fruges mendacij*. Tempus hoc in loco ſignificat peculiarem temporis opportunitatem alicui negotio peragẽdo ſingulariter accommodatam, qua elapſa, res vix ac ne vix quidem fieri poteſt. Quaſi dicere velit: Huc vſque araſtis impietatem, hæc terra fuit, in qua laboraſtis; ideo fructus quem collegiſtis fuit iniquitas, & mendacium, quæ fuerunt veſtræ ſuſtentationis cibus; aduenit tempus requirendi dominum, cùm iam adeſt præceptor iuſtitiæ, ille qui docet qualiter iuſtitiam faciamus. Nunc iam adeſt, ecce igitur nũc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis, illuxit iam dies, quo de ſalute animæ inducenda ſingulariter tibi agendum eſt, in hoc namque tempus iſtud conſtitutum eſt. Teſtificor ego vobis (inquit Ambroſius) hos eſſe dies redemptionis, hoc eſſe tempus cœleſtis quodammodo medicinæ, in quo omnium vitiorum noſtrorum labem, & vniuerſa vulnera peccatorum ſanare poterimus. Aptum certè curationi

Hom. 1. in Gen. & ho. 1. de pœnit.

¶ 18.

Ad Rom. 13. 12.

Rom. 13. 12 Ad Epheſ. 5. 11. 1. ad Theſſ. 5. 5.

Pſ. 103. 20

Ser. 16. de tempore.

Matth. 16. 26. & Luc. 9. 25. Ioan. 4. 34. cap. 17. 4.

Iſa. 40. 10.

Oſea 10. 12. In cap. 10. Oſeæ.

¶ 19.

Serm. 27.

rationi tempus; *His enim duobus*, inquit Augustinus, *solito amplius diuinitas misereturr*: apertis namque brachijs, nos Deus expectat, clamans: *Et nunc conuertimini ad me in toto corde vestro, conuertimini ad Dominum Deum vestrũ quia benignus, & misericors est*. Et alter Propheta clamat: *Expectat vos Dominus Deus vester, vt vestri misereatur*. Nec enim minus apertis brachijs nos ad se reuertentes recipit, quam pater filium prodigum. Patent nunc omnia (inquit Augustinus) singulariter enim nunc Ecclesia omnes apothecas aperit, remedia proponit, & parat, medicamina offert, medicos omnis generis prouidet, quosdam qui cuique sint peculiares, vt confessarij, qui cuiusiuxta suæ infirmitatis conditionem remedia congrua applicent, quosdã qui omnibus in cõmuni medeantur: huiusmodi sunt prædicatores, qui medicamine diuidi verbi, infirmis remedia ordinent. Hocque eorum munus, quotidie infirmis medicamina ordinare, quolibet die id agendum, peculiariter quas vocant Receptas disponere. Hoc autem fit *primum Recipe*, vt nostrorum medicorum familiari vtamur phrasi, quod ordinandum est: Ieiuna. *Cum ieiunatis*, inquit Dominus, non tam præcipiens, quam supponẽs; quoniam ad animæ salutem procurandam, hoc primum est statuendum, & supponendum. Omnibus sapientibus medicis (inquit Chrysostomus) commune est, cum aliquem infirmum curandum assumunt, primò inediam, quam diætam vocamus imponere, sine qua omnia remedia sunt cassa, & nullius valoris, quorum efficaciam, actionem, & vim nihil magis, quam intemperãs cibus, aut potus impediunt. Quamobrem (inquit Chrysostomus) medici infirmos, quibus aliqua medicamina daturi sunt, incœnatos dormire mãdant, quo virtus totius medicinę quam primum atque illicò morbosis occurrat humoribus. Hoc tamen tanquam omninò necessarium disponunt, quando sanitas ex intemperata aliqua comestione, aut ingluuie amissa fuit. Tunc enim nihil circa infirmum statuendum est, quin prius grandis imponatur inedia. Si quæras, quidnam salatem naturæ nostræ absumpserit, facilè ex his, quæ Deus ipse asserit, cognosces. *Creauit Deus hominem rectum*, id est, integra sanitate corporis, & animæ præditum, tamque firma valetudine, vt *fecerit eum inexterminabilem*, quem mors (si ipse consistere vellet, nullatenus posset è vitæ terminis pellere, aut remouere, vt D. Augustinus ex professo cõtra hæreticos Pelagianos, & Celestianos explicat, & demonstrat. Hanc tamen tantam, tamque grandem salutem perdidit propter intemperantiam: quia abstinentiam à Deo ind ctam noluit tenere, cibum illum noxium edit, quem digerere nullatenus potuit: vnde concupiscentiæ febris, & infirmitas peccati processit, & omnes salutem amisimus, qui in grandes alias incidimus infirmitates, à quibus curari nõ possumus, nisi per medicamenta cœlestia, quæ medicus magnus de cœlo veniens cõstituit, & ordinauit, & in apotheca Ecclesiæ suæ reseruata reliquit. Hæc tempore isto singulariter adhibenda sunt, & applicanda à spiritualibus medicis. Primò igitur diæta est imponenda, & statuenda, vt *dignitas*, inquit Ecclesia, *conditionis humanæ per intemperantiam sauciata, medicinalis parsimonia studio reformetur*. Medicinalis vocatur parsimonia, seu diæta, quia hæc prima medicina generalisque perpetuò supponenda est. Ita Deus ipse (vt S. Hieronymus indicat) à medicis sapientibus primò ordinandum semel, & iterum apud Prophetam Ioel disposuerat, quod vt ad omnium aures perueniret, voluit quasi tuba cani. *Canite*, inquit, *tuba in Sion, sanctificate ieiunium, vocate cœtum*. Hieronymus nescio quid in voce hebræa, *Gecharah* considerans, legit: *Sanctificate ieiunium, prædicate curationem*. Quam lectionem etiam B. Leo Papa sequitur. Ad prædicatores spiritualesque medicos, quos infirmitatibus populi sui curandis destinauit, sine dubio loquitur. Quibus primò præcipit, sanctificare ieiunium. Sanctificare in scriptura sacra sæpè significat, aliquid Sanctum Deoque gratissimum ostendere, & declarare. Ita de quibusdam Prophetis Deus dixit *a*, *quod sanctificent*

Ser. 69. de tempore
Ioel. 2. 12.
Isai. 30. 18
Serm. 69. citat.
Hom. 1. de ieuniu.
Eccl. 7. 30
Sup. 2. 23.
Lib. 1. hypognosticõ. & prin. & 13. de ciui. c. 19 & lib. 14 c. 10 & 11.
¶ 20.
In c. 7. Zachar. & li. 3. contra Iouinia.
Ioel. 1. 14. & c. 2. 15.
עצרה
Serm. 3. de Ieiun. sept. mẽsis.
a *Mich. 3. 5*

pralium

prælium super aliquos, id est, ostendunt Sanctè, & iustè bellum aliquibus inferendum. Ita multi Sancti patres, Chrysostomus *b*, Gregorius Nyssenus *c*, Hilarius *d*, Hieronymus *e*, & Augustinus *f*, explicandum censent, quod Dominus nobis orandum, & petendum præscripsit *g*. *Sanctificetur nomen tuum*: id est, sanctum ostendatur nomen tuum, illius sanctitas, & puritas omnibus fiat manifesta, qui illius sanctitatem suspiciant, colant, & venerentur. Sanctificare ergo ieiunium est, eius sanctitatem, virtutem, & præstantiam declarare, illius vtilitatem ad sanctitatem consequendam ostendere. *Prædicate* insuper *curationem*, homines ad curandas infirmitates aduocate, ostendite Deum *sanabiles feciſſe nationes*, nec esse infirmitatem humanæ naturæ, sicut Angelicæ, quæ semel infirmata, nullatenus potest curationem admittere. Hæc tamen duo coniungite, ieiunium, & curationem: eo namque ipso curationem prædicandam assumitis, ieiunium vobis sanctificandum est, & indicendum: quia hoc primum *Recipe*, est infirmis ordinandum, hæc prima medicinalis Recepta statuenda. Meritò, & in Ioel præceptum est Sacerdotibus (ait Hieronymus) vt sanctificent ieiunium, & prædicent curationem, curat enim vulnera delinquentis abstinentia, & ieiunium, & curatos quosque sanctificat. Id quod egregiè sancti Patres, qui dati fuerunt à Deo medici sapientissimi perfecerunt. Mirum est enim, quot rationibus, discursibus, scripturarum expensionibus, susceperint hac die sanctificandum ieiunium, eius sanctitatem, & necessitatem ostendentes. Excelluerunt signanter Chrysostomus *a*, qui de hoc argumento pro initio Quadragesimæ varios edidit tractatus, Basilius *b* qui ad idem institutum admirandas composuit Homilias, Ambrosius *c*, qui initio Quadragesimæ sanctitatem Eliæ expendendam assumpsit, propter illius excellens ieiunium Quadraginta dierum, Augustinus *d* multa suo digna ingenio, primò Quadragesimæ die ieiunio expendens, Leo Papa, qui Cicero Christianus propter suam eloquentiam meritò vocatus fuit, decem sermones, hac de re scripsit, Diuus Petrus Chrysologus *f*, egregios tractatus sua eloquenti facundia dignos tradidit: hi omnes initio Quadragesimę se ipsos exhibentes Medicos animarum, qui curationem prædicant, & suadent, ieiunij necessitatem, vtilitatem, effectus illius grandes, vim atque potentiam miris variisque modis expendunt. Hoc adeò certum est, vt barbari etiam Niniuitæ, grandi, & suprema infirmitate quasi desperata laborantes, quibus Cœlestis supernusque Medicus, iam mortem instantissimam per suum Prophetam annuntiarat, ieiunium primum omnium suppoſuerint: vt possent ad sanitatem restitui, & primum *Recipe*, quod Rex eiusque Principes statuerunt, fuit insigne illud nunquamque satis pro dignitate commendatum ieiunium: *Homines, & iumenta, & boues, & pecora non gustent quicquam, nec pascantur, & aquam non bibant*. Expende illud, *non gustent quicquam, & aquam non bibant*. Omnis refectio ex cibo, aut potu prouenit. Cibus potentior est ad reficiendum, ex quo animal alitur, & nutritur: potus namque a natura potius ad humectandum indictus est, vt Medici profequuntur. Omnis cibus ita fuit interdictus, vt non solum cuiusuis rei quantumcunque minimæ comestio, sed, & illius degustatio fuerit prohibita: & omnis potus ita prohibitus fuit, vt quod minimum est in hoc genere, potus scilicet aquæ, etiam fuerit vetitus. Inde illius infirmitatis, quæ desperata videbatur, curatio initium sumpsit. Et meritò quidem: vt enim ait Ambrosius magna infirmitas, non nisi, magna potentique medicina curanda est. Hæc omnia egregia consideratione Diuus Chrysostomus confirmat. Est siquidem (inquit) tanta ieiunij virtus, vt etiam antequam homo infirmaretur, eo indigerit ad grandem illam, & solidam, quam tenebat sanitatem retinendam, & conseruandam; sine quo nullatenus illa stare posset. Vnde ad illius conseruationem, abstinentiæ præceptum datum est, illud quod à sanctis patribus Basilio *a*, Hieronymo *b*, Ambrosio *c*, & ab eodem Chrysostomo *d* vocatur: *Primum, & vnicum mandatum*,

Quadrag. f Serm. 7. 8.

¶ 21.

Iona 3. 7.

In Ps. 50.

Serm. 2. de ieiun. & ho. 1. de pœnit. tom. 5.

In cap 7. Zachar.

a Homilijs decē de pœnitēt. hom. in Gen. & de ieiun.
b Homilijs de laudib. ieiunij.
c Li. de Elia & ieiunio.
d Serm. 55. 56. 62. 64. 65. 69. de tempore.
e Serm. de

b Hom. 20. in Matth.
c Lib. de orat. domin. orat. 3.
d In Psal. 131
e In cap. 6. Matth.
f Epi. 121. de orando Deo. c. 11. & 12.
g Matt. 6. 9. & Luc. 11. 2.
Sap. 1. 14.

a Homil. 1. de ieiun.
b Li. 2. contra Ionin.
c Lib. de Elia c. 4.
d Locis citatis & alibi sæpè.

datum, singulariter parentibus nostris impositum, *Prima, & vnica lex*, illis peculiariter statuta, si salutem vellent conseruare, sine qua illa non stat. Si in Paradiso (inquit Chrysostomus) ieiunium necessarium fuit, & pro magna commoditate indictum; multò magis extra Paradisum necessarium erit: si ante plagam remedium vtiliter demonstratum est, multò magis sauciatis erit appetendum, vt præstet vulneribus sanitatem: si ante conflictum ad resistendum libidinosis voluptatibus, clypeus abstinentiæ necessarius fuit; multò magis in isto nostro certamine, ieiunij auxilium ad nostram Victoriam statuendum est. Ieiunium tunc primò singulariterque fuit ordinatum, & indictum, ne passiones insurgerent, ne caro rebellaret; ne anima salutem amitteret, quo subtracto, innumeri affectus erant excitandi: caro contra spiritum erat susceptura bellum, anima salutem, & vitam erat amissura: quantò ergo magis nunc erit primò, & singulariter statuendum ad passiones insurgentes sedandas, carnis rebellis motus, & impetus comprimendos, salutem animæ procurandam, & inferendam? Et idcireo Christus Dominus, cum de ieiunio agit, non tam iubentis personam videtur agere, qui non dicit, *Ieiunate*, quam supponentis tanquam rem notissimam, ieiunium primò loco esse statuendum dicens: *Cum ieiunatis*. Ne tamen, vel leuiter suspiceris te propterea liberum à ieiunij obligatione, Ecclesia singulari illius institutione mota, & ipsum indicit, & præcipit: hoc iuxta Dei mandatum, sanctificamus Prædicatores, id est, sanctum, vtile, necessariumque iudicamus, cùm curationem prædicamus: ab illo est tibi exordium sumendum, vt medicamina, quæ applicanda sunt, profint. Orandum tibi est pro peccatorum remissione, pro qua *orandum*, dixit *Psa. 31. 6.* Dauid, *in tempore opportuno*, sed inualida est oratio (vt ex Origine dicemus) *Hom. 4. in diu. Mar.* quam non comitatur ieiunium: eleemosynæ sunt largiendæ; sed difficilè inuenies, quod possis erogare, nisi ieiunio interdas, vt Sanctus Petrus Chry- *Ser. 7. & 8.* sologus considerat: humilitatis operibus debes vacare; sed humilitas sine ieiunio parum est firma; ideoque Dauid, *Humiliaui*, inquit, *in ieiunio animam meam*: caro comprimenda est, & castiganda, sed sine ieiunio non castigari sæpè docuit Paulus: peccatorum confessio est agenda, sed quæ nisi comitante ieiunio infirma iudicatur: pœnitentia tandem inchoanda est, non qualiscunque, sed qualem Ambrosius describit. Renunciandum, inquit, est seculo, somno minus indulgendum, quàm natura postulat, interrumpendus est suspirijs, interpellandus gemitibus, sequestrandus orationibus, viuendum ita vt vitali huic moriamur vsui, sed pœnitentia sine ieiunio, inquit Basilius, ociosa, & infrugifere est. *Ps. 34. 13.* *2. de pœn. cap. 10.* *Hom. 1. de ieiu.*

§. 4. *Gula milites subministrat diabolo, similes filijs Edom, quos omnes ieiuntium eneruat, & subtrahit.*

¶ 22. *Corporali ieiunio vitia comprimis, &c.* Hæc quæ diximus communia sunt, sed quibus possumus alias adhibere rationes, cur inter ea, quæ nunc nobis agenda sunt, ieiunium primò ac singulariter indicitur: quæ etsi communissimæ sint, omniumque ore decantatæ, dignæ tamen quæ iterum, atque iterum considerentur, & expendantur, quas excellenter annotauit Diuus Thomas, exponens cur nobis indicantur ieiunia. Illæ sunt, quas Ecclesia canora voce decantat, virtutem ieiunij exponens: *Æterna Deus*, inquit, *qui corporali ieiunio vitia comprimis, mentem eleuas, virtutem largiris, & præmia*. Omnia bonorum genera in vno ieiunij opere sociari indicat Ecclesia. Triplex siquidem est bonorum genus, vt celebris Beatus Ambrosij diuisio demonstrat, quam Diuus Thomas ex professo declarat, & comprobat. Est enim bonum honestum, est delectabile, est tàdem vtile; nec aliquid dici potest bonum, quod non aliquod genus horum ingrediatur. Omnem autem horum bonorum rationem ieiunium in se copulatam tenet. Honesti, *2. 2. q. 147. art. 1.* *1. Offi. c. 9.* *1. p. q. 5. ar tic. 6.*

quia

quia comprimit vitia; delectabilis, quia mentem eleuat ad cœlestes, dulces, & delectabiles rerum cœlestium contemplationes; vtilis, quia virtutem largitur, & præmia. Opus quod vnum cum sit omnia bonorum genera complectitur, meritò primum indicitur. Vt tamen id agamus, quod Deus verbi sui prædicatoribus commendasse paulò antea expositum, cum dixit, *Sanctificate ieiunium*, eius sanctitatem, virtutem, efficaciam, profectus, effectusque expendamus, explicemusque quomodo omnia bonorũ genera contineat, vt quam sit sanctum, & Deo dignum opus, remaneat manifestum, simulq; intelligatur, aptè in huius tẽporis exordio indictum. In primis hoc habet corporale ieiunium, quod *Deus per illud vitia comprimit*. Initium huic sacro Quadragesimæ tempori dederunt sancti patres Ambrosius *a*, & Basilius *b*, annotantes hoc solemne tempus, bello ac pugnæ agendæ esse dicatum. Ideoque propter hanc solemnitatẽ singulariter credunt prophetica voce dictũ: *Clangite tuba in initijs mensiũ, in insigni die solemnitatis vestræ*. Hęc quidem iussio prophetica est, inquit Basilius, clangendum buccina initio mensium, (in nostra vulgata est, *in neomenia*, id est, noua luna cuiusuis mensis) singulariter autem initio solemnitatis nostræ: Nobis, festum quod reliquos antecellit dies, verum ieiunium monstrauit. Hæc nostra solemnitas, qua purganda sunt vitia, augendæ virtutes, &c. ideo clangendum tuba. Diuinum ad patres resultauit oraculum, inquit Ambrosius, vt cum egrederentur ad bellum, tuba canerent, cuius clangor bellum, quod imminebat intimabat, de quibus ex professo alibi. Venit igitur nobis dies solemnitatis, canamus tuba tanq; in prælium progredientes, canamus tuba, vt annuntiemus solemnitatis diẽ, & simul quod nobis certamen imminet, & victoria repromittitur. Quoniam autem milites ad bellum progredientes, opportunis armis sunt in principio muniendi, Ecclesia quæ initio huius solẽnitatis canit tuba ad bellũ conuocans, & pronocans, statim arma quæ arripiamus demõstrat, ieiuniũ grande proponens, & præcipiens. Ex quibus etiam alio modo quam supra, id quod per Ioelem clamat, possumus explicare, *Canite*, inquit, *tuba in Sion, sanctificate ieiunium*. Canite tuba, id est, ad pugnam, & prælium prouocate, intimate bellum grande imminere. Et quoniam statim inquirẽt, qui ad prælium vocantur, quænam sint ab eis arma assumenda; protinus subdit: *Sanctificate ieiunium*, id est (vt Hieronymus intelligit) sanctum ieiunium arripiant; illud sit primum armorum genus quo pugnaturos milites muniatis, ieiunium sanctum; illud enim est quod vitia comprimit, & ideo omnes inimici vires frangit. Hoc sancti Patres acutissimo quodam discursu explicant. Si quæras, inquit Augustinus, quisnam sit, cum quo bellum agendum tibi indicitur, respondet Apostolus, esse dæmonem principem tenebrarum. *Non est*, inquit, *nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes, & potestates, aduersus mundirectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus*. Huius autem principis milites, quibus nos præcipuè impugnat, & bellum indicit, passiones sunt, & affectus carnis nostræ. Id quod manifestè princeps Apostolorum Petrus expressit. *Obsecro*, inquit, *vos tanquam aduenas, & peregrinos abstinere vos à carnalibus desiderijs, quæ militant aduersus animam*. Desideria carnis nostræ, eius affectus, & motus, sunt milites dæmonis, quibus militat aduersus animam. Ideoque ex nobismetipsis milites ille trahit, & educit, vt nos impugnet. Milites aduersus animam sunt carnalia desideria, vt *fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, &c.* Hos autem milites ex nobismetipsis extrahit diabolus, sunt enim, vt dixit Apostolus, *opera carnis* nostrę, quibus spiritum impugnat. Ad hoc institutum exponit Augustinus illud eiusdem Apostoli: *Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me*, &c. Captiuantem me dixit, inquit Augustinus, id est captiuare conantem. Intendit namque princeps tenebrarum, hominem iustũ captiuare, & sibi subditum facere: id autem procurat per desideria carnis,

a Libro. de Elia, & ieiun. c. 1.
b Homil. 1. de ieiu. in principio. Psalm 80.
Ibidem.
Ioel. 2. 15.
In c. 1. & 2. Ioel.
¶ 23.
Libr. de agone Christi, cap. 1. vsque ad 5.
Ad Ephes. 6. 12.
1. Pet. 2. 11.
Ad Galat. 5. 19.
Lib. 1. de nuptijs, & concupisc. Rom. 7. 23.

nis, per ipsius concupiscentiam, & metus, qui tanquam milites dæmonis conatur me in captiuitatem sub eius potestate reducere Videtur Apostolus loqui allusione facta ad illud impium facinus Edom, id est Idumæorum, quod magnæ confiderationis verbis expendit Deus per Prophetam Abdiam, quia propterea in eo totus est positus, vt contra ipsum Edom vaticinetur. Esau vocatus fuit *Edom*, eiusque filij similiter vocantur *Edom*, aut *Idumæi*: sicuti Iacob vocatus fuit Israel, & eius filij dicuntur Israel, aut Israelitæ: & quoniam Iacob, & Esau vterini fuerunt fratres, Edom aut Idumæi, & Israel aut Israelitæ eorum filij, etiam communi nomine in scriptura fratres vocantur. Edom igitur aliquando iuxta Israel commorabatur, à quo tãquam à fratre multa, & insigniaque recepit beneficia, propter quæ, & propter ius fraternitatis debebat ei fauere. Id tamen nullatenus fecerunt Idumæi; sed potius crudeles hostes se exhibuerunt Israelitis sicut eorum pater Esau, quamuis frater esset Iacob illum perpetuò odio infectatus fuit. Signanter tamen Idumæi id fecerunt, quando Rex Babylonis, & eius principes aggressi fuerunt Israelem debellare: eo namq; tempore eorundem principium milites se præstiterũt expugnantes Israelem fratrem suum, & contendentes illum in captiuitatem principum Babylonis trahere. Hocque illa verba quæ ad Edom loquitur Deus significant. *In die cum stabas aduersus eum*, id est, cum iuxta illum, & in illius conspectu eras constitutus, (phrasi enim scripturæ, *esse contra aliquem* est, esse illi propinquum; vt *castellum quod contra vos est*, id est, coram vobis) *quando capiebant alieni*, id est Chaldæi, *exercitũ eius, tu quoq; eras quasi vnus ex eis*: id tu intendebas perficere, quod illi optabant, tradere Israel in manus Chaldæorum, & captiuum principum Babylonis illum efficere. Expende cum docto Ribera, illam loquendi phrasim: *Tu quoque*: cum indignatione enim, & admiratione quadam dictum est. Ita loqui solemus cũ iniuria afficimur ab illo, à quo maximè seruari, & honorari debuimus: quale est illud, q̃ Iulius Cæsar M. Bruto in se cũ pugione irruenti, qui eius filius habebatur, dixit: *Tu etiã fili?* Principes itaq; Babylonis volentes subijcere Israelem, singulariter vsi sũt filijs Edom tanq̃ validioribus militibus qui quo propinquiores Israelitis, vtpote qui illotũ fratres erant, fortius poterant eosdem expugnare. Quando hoc fuerit factum, variè auctores explicãt, sed bene Arias Montanus credit Babylonicam illam stragem indicari, qua Ierosolyma Assyriorum impetu, & Idumæorum applausu, consilio, & adhortatione capta est. Nec enim nouũ fuit Idumæis, se coniungere Chaldæis, & Assyrijs Ierosolymam, & Iudææ impugnantibus. Iam enim tẽpore regis Achaz impij veniente Thelgathphalnasar rege Assyriorom contra Iudæam: *Venerũt Idumæi, & percusserũt multos ex Iuda, & ceperunt prædam magnam*: Ideoq; Dauid, quando subuersam Ierusalẽ à Chaldæis cõsiderabat, subiectãque principibus Babylonis, signanter contra filios Edom se conuertit, quos præuidebat procurantes, & nitẽtes penitus destruere Ierusalem, & illam manibus Chaldæorum tradere. *Memor* inquit, *esto Domine filiorum Edom in die Ierusalem*, id est, quæ fecerunt filij Edom, quando destructa fuit Ierusalem. *Qui dicunt, exinanite, exinanite vsq; ad fundamẽtum in ea*. Mirandũ detestanque facinus, q̃ Rex, & principes Babylonis, filios Edõ fratris Israel iuxta eũ ortos, & nutritos milites suos facerẽt, per quos eundẽ Israelẽ expugnarẽt, & captiuũ sibi facerent. Hãc historiam S. Hieronymus ad hæreticos trahit, qui cum primo fideliũ sint fratres, eadẽ baptismi generatione nati, iuxta eos nutriti, se postea erigunt, & exhibent milites principũ tenebrarum, vt eosdẽ impugnẽt. Sed egregiè etiam ad nostrũ institutum eandem possumus expẽdere. Nam iuxta scripturæ sacræ documẽta, quæ sæpe tradit Apostolus, hæc per allegoriam dicta credere possumus, & in Iacob, & Esau, spiritum, & Carnem intelligere, qui quidam fratres sunt vterini, eodem partu in hanc lucem editi, simul nutriti, & viram agentes, sed perpetua cõtrarietate dissidentes: *Caro enim concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnẽ*. Et sicuti ipsi iugi cõflictione fuerũt sibi cõtrarij; ita & eorum

Abdiæ. 1. ¶ 24.

2. Paralip. 28. 17. 20.

Psal. 136.

Abdiæ. 1. 11. *In Abdi.*

Mat. 21. 2. & Luc. 19. 30.

In Abdiam. 41.

Ad Gal. 4. 24.

Ad Gal. 5. 17.

eorum filij Idumæi, & Israelitæ Idumæi filij Edom aut Esau, sunt opera quæ ex carne nascuntur, & procedũt, quæ manifestè contraria sunt operibus, aut filijs spiritus. *Manifesta enim sunt opera carnis, quæ sunt, fornicatio, immunditia, &c.* Fructus autem, aut opera quæ procedit *Spiritus sunt pax patientia, longanimitas, continentia, &c.* Principes Babylonis illi sunt, quos Apostolus vocat *Principes tenebrarum harum*, quos Abdias *alienos* iure vocauit, quo nomine dæmonem ad literam Dauid expressit. Volens enim Iudæos vocare filios diaboli, vocat eos *filios alieni*, vt alibi exposuimus. Hi principes hoc contendunt, Israelem sibi subijcere, & captiuum tenere; quia hoc totum studium principum tenebrarum, spiritum nostrum captiuare, & subiectum sibi facere; in hunc finem bellum agunt, & indicunt: sed vt rem quam intendunt perficiant, in milites assumunt filios carnis, concupiscentiæ motus, carnis affectus, qui ex illa oriuntur, qui hoc totis viribus contendunt, spiritum subijcere, & captiuum tradere principibus Babylonis, quorum vim, & actionem sentiebat Paulus citatis verbis: *Sentio aliam legem in membris meis*: in meipso sentio, experior, & patior motus concupiscentiæ, & carnis validè, & potenter impugnantes. Quod autem contendunt est, *captiuum me ducere*, & seruum diabolo efficere. Ecce milites per quos diabolus bellũ agit; & ecce quod intendunt. Hoc sentit Apostolus, & agnoscit (inquit Augustinus) hanc enim pugnam non experiuntur, neque cognoscunt in semetipsis nisi bellatores virtutum, debellatoresque vitiorum. Sunt qui legem Dei nescientes, malas concupiscentias nec hostibus deputãt, eisque miserabili cæcitate seruiunt, insuper, & beatos se putant satiando eas, potius quam domando, qui tunc rectius se affectos credunt, quando sapidè comedunt, & placidè bibunt, & suauiter multis horis dormiunt, & carnis appetitus sentiunt in semetipsis, & plenè pascunt. Sed iam te Spiritus sanctus admonuit. *Post concupiscentias tuas non eas, si enim præstes animæ tuæ concupiscentias eius, faciet te in gaudium inimicis tuis*, id est, te omnino subdent, & captiuum tradent inimicis tuis; vt tibi illudunt, sicut traditus fuit Sampson inimicis suis Philisthæis, qui Dalilæ affectibus volens satisfacere, captus (inquit Basilius) fuit ab hostibus, atque exoculatus, & pro ludo expositus fuit pueris alienigenarum. Non attendis affectum iræ, qui contra inimicum videtur excitari, vt tuo honori fit satisfactum; verè tamen contra spiritum tuum militat, contendens charitatem extinguere, & te diaboli seruum efficere; non sentis affectũ auaritiæ, qui potius tuum profectum videtur intendere; sed verè spiritum tuum conatur pecunijs ac tẽporalibus bonis subijcere: non consideras motum libidinis, qui ad tuam delectationem videtur inducere, & tamen acre contra te bellum agit, & captiuum te tradere dæmoni nititur, sicuti tradidit illum miserum filium prodigum, luxuriæ, & delitijs implicatum, quem illius effecit seruum qui illi commisit pascere porcos. Hinc intelliges, id quod omnes sancti Patres attentissimè considerant, cur diabolus summa cura intendat, & procuret homines ad gulam, intemperantiam, commessationes, & ebrietates excitare: cur gula, & intemperantia illius singulare armorũ genus dicatur. Ambrosius *a* vocat illam, *primum diaboli spiculum*, Hieronymus *b*, *prima dæmonum arma*, Basilius *c*, *primam malorum causam, & vniuersale venenum*, per quod diabolus nos totos inficere procurat. Chrysostomus *d*, *rem summè gratam dæmoni*: Nihil, inquit, tam gratum dæmoni, quam deliciæ, & ebrietas Athanasius *e*, rem qua dæmones valdè oblectatur. Diabolus equidem intendit bellum gerere contra spiritum, & eum expugnare. Ad quid igitur se totum conuertit, vt nos excitet ad carnis nostræ delitias procurandas. Optimè certè Apostolus nos admonet, vt intẽti simus: *Ne circumueniamur à Satana, non enim ignoramus cogitationes eius*, Machinas, intentiones eius, de quibus dixerat Dauid: *Omnes cogitationes eorum in malum.* Quid intendit ille? Spiritum debellare. Ad quid igitur carnẽ delitijs tradi procurat? Expende cogitationes eius, quæ Paulo non erant ignotæ. Non agit bellũ tyrannus aliquis sine militibus. Dia-

Ibid. n. 19. *Ephe. 6. 12* *Abdia. 1. cit.* *Psal. 17. 46.* *Rom. 7. 23.* *Lib. de continentia.* *Eccl. 18. 30* *Iudic. 16.* *Hom. 2. de ieiun.* *Luc. 15.* *Psal. 55.*

a *Libro de Elia c. 1.*
b *Epist. 22. ad Eustoch.*
c *Ho. 1. de ieiunio.*
d *Hom. 7. ad populũ.*
e *Libro de virginit.*

¶ 25.

bolus propterea animam expugnare, aggressurus, primò cogitat grandem militum exercitum comparare; milites autem quibus contra eam vtitur, sunt motus, & affectus carnis, & concupiscentiæ, qui eo sunt plures, validiores, & fortiores, quo caro magis fuerit refecta cibis, & impinguata delitijs. Idcircò eam impinguari, & refici abundantissimè procurat, quo validiores, ac potentiores motus eructet, & producat. ¶ 26. Contendit cogitatq; agricola magnum abundantemque campum fœni sibi parare, in eo totus est positus, vt terra abundanter irrigata cõsistat; quo enim abundantioribus aquis fuerit refecta, eo maior ac validior fœni copia procedit. *Serm. 231. de temp.* Corpora nostra (inquit D. Augustinus ad hoc institutũ) terrena sunt, & terra; curandũ ne per nimias comessationes, & ebrietates terra veluti in paludem conuersa, magis vermes, & serpentes vitiorũ generare, quam fructus bonorum operum possit afferre. Quid enim in paludibus nascatur non ignorat charitas vestra. Nascuntur ibi serpentes, sanguisugæ, nascuntur ibi ranæ, & diuersa genera vermium, quæ magis possunt horrorem generare, quam aliquid quod ad victum proficiat exhibere, &c. Cum cibo abundanti carnem reficimus (inquit D. Hieronymus) *Epist. ad Furiam & Epist. 22. ad Eustoc.* oleum igni adijcimus, vt maiores ardentioresque flammas effundat. Quãdo impius Nabuchodonosor voluit flãmas validas potentissimoq; ardore stridentes excitare in camino Babylonis, vt sanctos pueros penitus absumeret, *Dan. 3. 19.* *vsque succenderetur fornax septuplum quam succendi consueuerat*, curauit igni admoueri *naphtham stuppam, picem*, *Dan. 3. 46.* *malleolos* (id est sarmenta) *sicque effundebatur flamma super fornacem cubitis quadraginta nouem*. Ita dæmon agit, cuius singularem typum tenuit Nabuchodonosor. Contendit ille spiritum extinguere, & perdere, propterea procurat flammas affectuum ac motuum fornacis ventris, & carnis excitari potentes, & validas; ideoque totus in hoc positus est, procurare, vt infundatur cibi, & potus, voluptatum, & deliciarum abundantia: tunc enim tales emittit ardentes flammas, quæ ad cœlum vsque pertingunt, vt videre possumus tempore Noe, quando vt Christus Dominus ait, *erant homines comedentes, & bibentes*, id est, supra modum comessationibus, & ebrietatibus ac delicijs carnẽ nutrientes, *corrupta est enim terra coram Deo, & repleta est iniquitate*, adeò vt eam delere Deus decreuerit dicens: *Finis vniuersæ carnis venit coram me, repleta est terra iniquitate.* Ac si dicat (inquit Chrysostomus) Magnam ostendi longanimitatem, differens pœnã, quam illaturus sum: sed quia immodica peccatorum illorũ multitudo in hoc tempus eos adduxit, finem imponere oportet, excindique illorum malitiam, ne vlterius progrediantur. Hæ igitur sunt satanæ cogitationes; quas Apostolus non ignorabat, dæmonem scilicet volentem bellum contra nos agere, ideò ad gulam excitare, vt ex eadem carne nostra, magnum, & validum exercitum trahat. Optimè propterea (vt D. Augustinus annotauit) idẽ Apostolus hoc primum curabat, carnem comprimere ieiunijs multis, & abstinentia forti, alijsque quamplurimis mortificationis operibus, vt dæmonis milites minueret, & inualidos ac impotentes redderet, qui hoc (inquit Augustinus) illis verbis dicere voluit: *Ego igitur sic curro, non quasi in incertum, sic pugno, non quasi aerem verberans*: & tanquam è contrario respondetur ei: Quis est, vel vbi est aduersarius tuus contra quem pugnas? respondens ait: *Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo*. Ex corpore meo, & carne oriuntur milites, qui bellum agãt, per quos diabolus me expugnare contendit, ideò castigo corpus meum ne milites oriantur, aut qui oriuntur infirmi sint, & imbecilles, quo totius pugnæ vincam authorem, de quibus alibi. Rectè igitur vocatis ad prœlium, ieiunium primò imponitur, quo caro tota comprimatur, nostriq; inimici exercitus eneruetur, quod statim latius erit pertractandum.

Matt. 24. 38.

Gen. 6. 11.

Hom. 24. in Gen.

Lib. 4. Hypognosti. nõ longè à principio.

1. Cor. 9. 26. 27.

(*)

§. 5. Arma

§. 5. *Arma quibus Diabolus ad suprema mala, & ad idolatriam quosdam traxit, fuerunt comessationes, & potationes.*

¶ 27. HÆ igitur sunt cogitationes satanæ; cùm bellum nobis indicere parat, ad gulam, & ingluuiem principaliter excitare: scit enim ex ipsamet carne nostra, si abundanti cibo potuque fuerit refecta, oriri validos milites ad sui obsequium, per quos in vitia quæcumq; solet homines deijcere. Isto militum, & armorum genere, sæpius quod efficere circa homines cupiebat, consequutus fuit. Per cibum namque & comestionem primos parentes deiecit, illosque, & omnem illorum posteritatem sibi fecit captiuam. Per cibum traxit totum orbem tempore Noe ad omnia vitiorum genera: *Matt. 24. 38.* *Erant enim homines comedentes & bibentes*, inquit Christus Dominus, causam, & radicem tradere volens eius, quod dictum fuerat: *Gen. 6. 11.* *Repleta est terra iniquitate*. Nullum tunc iniquitatis fuit genus, in quod homines non deiecerit, vt S. Ephræm exposuit, latiusque explicuit Berosus Annianus antiquissimus Chaldæorum scriptor, dicens, ad tantum malum homines tunc deuenisse, quod humanas carnes manducabãt, & procurabant abortus, & in edulium præparaaant: commiscebantur viri matribus suis, filiabus, sororibus, masculis, & brutis, nihilque sceleris erat quod non admitterent, contemptores religionis, & Deorum. Hæc omnia diabolus in hominibus perfecit ex eo quod illos excitauit, vt *essent comedentes, & bibentes*, id est, huic operi tota cogitatione, & auiditate intendentes. *apud Lippom. Gen. 6 Berosus.* *Epist. 21. ad Eustoc.* Per intemperantiam (vt B. Hieronymus considerat,) Lot amicus Dei in monte iam de incendio saluatus, & de tot millibus populi solus inuentus iustus, ad turpissimum concubitum fuit tractus. Eius siquidem duæ filiæ (inquit idem Hierony.) videtes Sodomorum exitium, putauerunt humanum genus penitus iam defecisse, & ideò desiderio liberorũ impulsæ à dæmone fuerunt: vt concubitum paternum expeterẽt: nec enim diabolo rationes desunt, quas exponat, vt ad id quod vult inducat. Sciens tamen ille quod virum iustum nõ tam leui ratione ad tam nefarium opus trahere posset, ad maiora sua arma se conuertit excitans eas, vt immoderato vino inebriarent patrem. Præmissa enim nimia potatione viam sibi stratam sperabat ad id consequendum, quod intendebat: sicuti rei comprobauit euentus. Nec enim semel, aut vna nocte: sed iterum, & sequenti nocte, adhibita nimia potatione, ad rem tam horrendam pertractus est, vt ipse sibi (inquit Basilius) sui ipsius gener, & socer, & frater, & auus, & vir esset: vtrinque naturæ terminis contumeliam infernes. Nec disputamus num in illo opere Lot peccauerit, quod ebrius commisit: tantummodo grauiora arma dæmonis exponimus, quibus ad id, quod consequi intendit vtitur. *Hom. 1. de ieiunio.* Et vt gentiles relinquamus: *2. Cor. 4. 4.* *Quorum mentes perpetuò princeps huius seculi excæcauit*, & per comessationes, & ebrietates ad omnia, quæ voluit vitiorũ genera pertraxit: sacra scriptura non sine magno mysterio de populo, quem Deus antiquitus elegit, id ipsum exprimit, describens quomodo ferè semper cùm illum voluit diabolus ad horrenda facinora impellere, & sui captiuum efficere, hoc armorum genere vsus fuit. Illum enim per comessationem, & ebrietatẽ (inquiunt Chrysostomus *a*, & Hieronymus *b*) ad primam illam, & impiam, ac omnibus rationibus stultam adorationem vituli præcipitauit, qua adorarunt nõ verum vitulum, qualem in Aegypto coli viderant (quem Apim Aegyptij vocabant, vt D. Augustinus tradit,) sed insensibilem quandam imaginem illius, tantò inferiorem ipso vitulo irrationali, quantò imago picta inferior est re ipsa cuius est imago. Horrendum facinus, & omnem superans admirationem. Qui enim fieri potuit: vt populus Dei, qui paulò ante, tam insignia ac stupenda eius miracula viderat, ad talem deueniret stultitiam, vt adoraret imaginem vituli comedentis fœnum? Scriptura sacra sicut frequenter facere solet (vt idẽ Chrysost. annotauit)

¶ 28.

a *Hom. 71. ad populũ.*
b *Libro 2. cõt. Iouin. 18. de ciui. cap. 5.*

uit) ita malum supremã, ad quod pertracti sunt Israelitæ, describit; vt simul elegantissimè illius causam declaret, dæmonisque machinas, quibus contra homines vtatur, aperiat; ideoque sæpè replicat Israelitas prius comessationibus, & ebrietatibus tradito. Intelligendum est siquidem illos non adorasse vitulum eadem ipsa die, qua illũ conflauit Aaron: quamuis enim dicatur: *Formauit opere furioso, & fecit ex eis vitulum conflatilem: dixerunt que: Hi sunt Dij tui Israel, qui te eduxerunt de terra Aegypti*; id per anticipationem, quam sanctus Augustinus *a* vocat prolepsim, aut præoccupationem, aut verò recapitulationem, præmittitur; vt postea ad ordinem, quo res successit enarrandam, scriptura sacra procedat. Ita enim multas quæstiones circa varia scripturæ sacræ loca, quæ indissolubiles videntur, explicandas docuit idem Augustinus *b*, qui regulam Tyconij, ex professo tradit, & explicat *c*, de explicandis multis locis per recapitulationẽ, quam anacephalæosim vocat *d*. Vitulo igitur conflato id factum est, quod ibidem exprimitur, quod scilicet Aaron pro die sequenti, illius adorationem voce præconis populo indixit, dicens: *Cras solemnitas Domini est*, fortè differens adorationem in diem sequentem, volens continere populum, & reducere, vt re melius per noctis silentium considerata, à nefario opere abstineret. Die autem sequenti Israelitæ *e*, *surgentes manè obtulerunt holocausta, & hostias pacificas, & sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere*. Ne intelligas (vt Hieronymus *f*, Gregorius *g*, & Diuus Thomas *h* annotant) primo manè holocausta obtulisse idolo, & postea sedisse ad manducandum, & bibendum: sed scriptura sacra primò ponit adorationem idoli, tanquam rem grauissimam, & supremum malum, & immediatè illius causam exprimere voluit. Vnde illa coniunctio, & vim habet causalis, sicut frequenter sacra consuecuit, vt velit dicere die sequenti obtulerunt vitulo, tanquam Deo holocaustomata, & hostias pacificas, omne genus sacrificiorum abundantissimè, *& sedit*, id est, quia sedit, aut quia federat populus manducare, & bibere, vnde surrexerunt ludere. Manè ergo, primum omnium comessationibus, & ebrietatibus Israelitæ se tradiderunt; id enim verbum, *sedit* significat, vt S. Augustinus indicauit, non transcursim, aut raptim; sed toto corpore, affectu, & animo sed comessationibus, & potationibus tradiderunt: inde temulenti, & incalescentes vino surrexerũt ludere; id est, ad choreas luxuriosas, & saltationes libidine plenas, & obscœnas: inde tandem ad summum malum protracti sunt; quod multis adorationis actibus idolum coluerunt, multorum sacrificiorum genera immolantes, holocaustomata scilicet, & hostias pacificas. Post ebrietatem immolatio secuta est (inquit Hieronymus) & libido iuncta luxuriæ, prius enim venter extenditur, & sic cætera membra concitantur. *Manducauit enim populus, & bibit, & surrexerunt ludere*, &c. Vide diaboli cogitationes, intendebat populum ad actum tam nefarium, & stultum inducere, videbatque difficile esse populum Dei ad illum pertrahere: propterea armorum suorum genere vsus fuit, excitans ad nimias comessationes, & potationes, quibus caro refecta motus inordinatos cœpit eructare, & producere, qui contra mentem vaporibus cibi, & potus offuscatam agerent, & dæmoni ipsi eos redderent subiectos, & traderẽt captiuos, qui, & in vitulo ipsum dæmonem suprema adoratione colerent. Qui huiusmodi armis Dei electũ populum tam valida expugnatione prostrauit, per ipsamet arma id ipsum continua ferè temporum successione perfecit, vt scriptura sacra describit. Simili enim modo Israelitas pertractos ad illud grande peccatum, quod paulò post commiserunt in Beel phegor enarrat; primò illud exponens, deinde quomodo diabolus ad illud ipsos pertraxerit, eleganter declarans. *Morabatur*, inquit, *eo tempore Israel in Settim*, iter agens ad terram repromissam, *& fornicatus est populus cum filiabus Moab quæ vocauerunt eos ad sacrificia sua*. Ecce quod fecerũt: impudicissimis fornicationibus cũ alienigenis, & sacrificijs ac cultu idolorum traditi fuerunt, sicuti

Hom. 3. in illud Isai. vidi Dominum.

Exod. 32. 5

a *Lib. 22. in lib. Iudicũ. q. 10. & 11.*

b *Libro qq. in Genes. q. 25.*

c *3. de doctrin. Christian. c. 36.*

d *Libro qq. in lib. Iudic q. 10. & 11. cit.*

e *Exo. 32. 6*

f *Epist. 22. ad Eustoc.*

g *10. Mor. c. 14.*

h *In c. 10. epist. 1. ad Cor. lect. 2.*

Lib. 2. qq. ad Simplic. q. 4.

Epist. 22. cit.

¶ 29.

Num. 25. 1.

cupis scire quomodo diabolus ad tantum malum eos deduxerit, qui paulò ante viderant seueram vltionem, quam Moyses de fornicatoribus, & idolatris sumpserat: *At illi*, inquit, *comederunt* cibos earum *& adorauerunt Deos earum*. Gladium suum diabolus more suo per mulieres illas distrinxit, cibos Israelitis per illarum manus offerens, per quos ad impia, execrandaque facinora deiecit. *Initiatusque est Israel Beel-phegor*. Initiatus est, id est, religione coniunctus Beel-phegor. Erat Beel-phegor idolum Moabitarum, & Madianitarum fœdissimum, ac turpissimum, illud, vt quidam volunt, quod alibi scripturæ sacræ, *Priapum* vocant, quod obscœna erat specie: ingenti namque virili membro rectò, & erecto oculis omnium exhibebatur, & Deũ apertionis, nomine Beel-phegor significari quidã credunt, à potentia aperiendi vuluam muliebrem; alij vocant Deum fœcunditatis; verius tamen (inquit Augustinus) Deus fœditatis appellandus. Huic sui cultores obscenissima offerebant sacrificia, quæ ipse Diuus Augustinus indicat, & ad quæ offerẽda Israelitæ pertracti sunt, per hoc quod comederent cibos earum. Non aliter factum fuit post plurimos annos, quando introducto iam populo in terra repromissa, erecto magnifico templo, & veri Dei religione firmata voluit illum diabolus ad sui cultum reuocare; quod perfecit tempore Ieroboam, qui vitulos aureos erexit. Et quidem primò quod factum fuit; deinde modum, quo illud diabolus per manus Ieroboã perfecit, elegantissimè expressit S. Oseas Propheta; vt Hieronymus, Cyrillus, Ruffinus, Theodoretus, Theophylactus, communiterq; omnes expositores obseruant; qui etsi tam obscurè loquatur, quod attento lectoris sensu indigeat, vt idem Hieronymus annotat: sed quãtum credo excellentissima metaphora à clibano desumpta, rem totam explicat. ¶ 30. Primò itaque exprimit Propheta Dei personam agens, perditionis barathrum, in quod populus ille, quandò iam in Dei cultu, & religione firmatus videbatur, fuit deiectus: *Cum sanare vellem Israel, reuelata est iniquitas*

1. Reg. 25. 13. & 2. Paralip. 15. 16.

16 de ciuit. c. 9 & 1. de consensu Euangel. c. 15.

3. Reg. 12: Omnes in c. 7. Osee.

Osee 7. 1.

Ephraim, & malitia Samariæ, quia operati sunt mendacium. Quasi dicat (vt Hieronymus interpretatur) cum omnia quæ necessaria videbantur ad populi salutem, abundanter præstitissem, erecto templo, extructis altaribus, sacrificiorum, & sacerdotum actibus dispositis, & ordinatis; egressus fuit Ieroboam de tribu Ephraim, qui vitulos aureos fecit, quique ad eorum adorationem, omnem Samariã maxima malitia confectam pertraxit; *& omnes operati sunt mendacium*, id est, idolã vana, & mendacia coluerunt. Ecce iniquitatem magnam, in quam miserè populus deiectus fuit. Si modum quæras: illum admirãda clibani metaphora Propheta exponit. *Qui applicauerunt* (inquit paulò inferius) *quasi clibanum cor suum, & cùm insidiaretur eis, tota nocte dormiuit coquens eos, manè ipse succensus quasi ignis flamma, omnes calefacti sunt quasi clibanus, deuorauerunt iudices suos, omnes reges eorum ceciderunt, non est qui clamet in eis ad me*. Insidiosè egit Ieroboam, & per insidias quod voluit obtinuit. Vt enim idem Propheta Oseas annotauit; cùm primum Ieroboam populum ad idolorum cultũ trahere voluit, nequaquam populus acquieuit: quia potius magno horrore, & tremore omnes affecti fuerunt; rem tam detestãdam, quam Ieroboam proponebat audientes. *Loquente*, inquit, *Ephraim*, id est, Ieroboam, qui erat de tribu Ephraim, & petente à populo, vt vitulos coleret; *Horror inuasit Israel*. Symmachus, & Theodoretus tremorem legunt. Cùm enim ille eiusque contribules, ac Principes; idololatriam populo proponerent, totus Israel tremere, horrereque cœpit. Nihilominus id quod voluit Ieroboam consecutus fuit, tandem enim *Israel deliquit Baal*. Quomodò igitur id perfecit? Insidijs vsus fuit. Non mirum quod diaboli minister, insidijs à diabolo excogitatis vteretur. Deprehendit illos affectos ad comedendum, & bibendum, & quod eorum venter esset quasi clibanus, qui apertò ore cibis excipiendis inhiaret; idcirco facit, quod facit qui clibanum validis flammis succendere vult. Est ignis intra clibanum,

Osee 13. 1.

ibid. nu. 6.

qui nutrimento eget ne extinguatur, cui multa lignorum copia superponitur, quam paulatim ignis calefacit, & ita tandē succendit, vt post breue tempus grandis ingensque flamma procedat, omnia quæ sibi occurrunt deuorans, & absumens. Hoc Ieroboam diaboli impulsu excitatus egit. Populum inuitauit, in cuiusque stomacho ignis est caloris naturalis, qui alimenti nutrimento eget; innumera ciborum copia eorum ventres repleuit; quo factum est, vt calefacti fuerint, tandemque grandis ardor, & flamma motuum concupiscentiæ fuerint excitata. Videns autem eos Ieroboam quasi temulentos, & furentes à vino: *Cœperunt enim principes furere à vino*, ipse primus coram eis cæpit grandes actus adorationis vitulo exhibere; (hoc namque credo significare illud; *ipse succensus quasi ignis flamma*) quem statim omnis populus secutus fuit quasi ebrius: tam potentibus, & ordinatis concupiscentiæ motibus æstuans, vt omnes actus rationis, & mentis (quos *iudices* vocat) qui poterant eos à tam nefario opere reuocare, & auertere, deuorauerint: & intellectus, & voluntas (quos *reges* appellat) ceciderunt, & ita omnes ad tam impium facinus pertracti sunt: vt nullus in eis remanserit, qui ad Deum verum vel leuiter maneret conuersus. *Non est*, inquit, *in eis qui clamet ad me.* Ita tunc factum fuit, sed quod temporibus sequentibus, ita perpetuò euenisse, idem Oseas elegantissimè demōstrauit. Ad memoriam primò reuocat quæ tempore Ieroboam contigerunt. *Loquente*, inquit, *Ephraim*, (id est, Ieroboam de tribu Ephraim) *horror inuasit, Israel*, & tandem *Israel deliquit in Baal, & mortuus est*, id est, inde morti, captiuitati, & innumeris calamitatibus odnoxius mānsit: quomodo Adam die qua comedit mortuus dicitur: quia tunc morti se fecit obnoxium. Punitus nihilominus grauiterque castigatus Israel, non fuit emendatus: nam *& tunc addiderunt ad peccatum*, adhuc peccata peccatis addunt, & idololatrias priores posterioribus cumulant: *fecerunt-que sibi conflatile de argento suo quasi similitudinem idolorum, factura artificum totum est.* Vide quos sibi deos proponant, qui nihil habent diuinitatis, nec aliud sunt, quam quod artifices esse voluerunt. *His ipsi dicunt: Immolate homines vitulos adorātes*, id est (vt Hieronymus, & Cyrillus exponunt) alij alijs dicunt, alij alios hortantur, aut se mutuò excitant, signanter sacerdotes hominibus populi suadent: vt homines aliquos idolis immolent tanquam sacrificium gratissimum, sicque similes se exhibeant eorum maioribus, de quibus dixit Dauid: *Immolauerunt filios suos, & filias suas dæmonijs, & effuderunt sanguinem innocentem, sanguinem filiorum suorum, & filiarum suarum, quas sacrificauerunt sculptibilibus Chanaan.* Si autem quomodo ad tantum, atque ad tam grande malum adducti fuerint Israelitæ inquiras; id notauit sanctus Propheta, qui paulò inferius rem exprimere volens, subdidit: *Iuxta pascua sua adimpleti sunt, & saturati sunt, & eleuauerunt cor suum, & obliti sunt mei.* Saturati sunt nimis, immodicè commessationibus, & ebrietatibus se tradiderunt, inde cor eorum à Deo discessit, & ad idola adoranda se transtulit. Huiusmodi innumeros possemus proferre, ex quibus manifestum fit, validius ac potentius armorum dæmonis genus, quo homines expugnat, & sibi misera captiuitate subiectos facit, esse intemperantiam, & gulam; per quam ipsi carnem suam nutriunt, & roborant in suam ipsorum perditionem; per quam ad supremum idololatriæ peccatum antiquitus trahere solitus fuit, & nunc in infidelitatis barathrum multos conijcit. Vnde Apostolus Iudas hæreticos describens, & suis coloribus depingens, tanquam caput perditionis illorum hoc constituit, quod sunt homines comessationibus, & ebrietatibus dediti. *Hi sunt*, inquit, *in epulis suis*, id est, propter epulas, aut comessationes, & ebrietates, quas *suas* vocat, quia illorum sunt propriæ, & familiares, *maculæ conuiuantes*, id est, sunt propter epulas maculati, & inquinati multiplici peccatorum genere, vt macula ipsa in abstracto dici mereantur. *Conuiuantes*, id est, perpetuis conuiuijs se ipsos

Ibidem.

In cap. 13. Oseæ.

Ps. 105. 37.

Oseæ 13. 6.

¶ 131.

Iudæ. vers. 12.

ipsos excipientes, & prouocantes, & ad potandum se inuicem inuitantes, & brindantes: *Sine timore semetipsos pascentes*, absque aliquo fræno se super cibos, & potus effundentes. Quid inde sequitur? *Nubes sine aqua, &c. fluctus feri maris despumantes suas confusiones.* Quid ex feruenti olla, quæ carnibus repleta est, progreditur; nisi spuma immunda? De quibus infra. Quid igitur mirum, quod te diabolus in tot, tamque grandia vitia præcipitem dederit, qui nunquam nisi comessationibus, & potationibus vacas? Sedisti ducare & bibere, te totum super cibos effundens; quid mirum, quod surrexeris ludere, & illos sentiēs in temetipso motus, de quibus Dauid: *Lumbi mei impleti sunt illusionibus*: quod de carnis, & concupiscentiæ affectionibus multi exponunt: Cibanum ventris repleti carnibus varijs, & vinis diuersorum generum; quid mirum quod insurrexerit ardentissimus libidinis, & concupiscentiæ calor, te totum succendens, & inflammans? Totus epulis, & conuiuijs es traditus, sine timore aliquo temetipsum pascens; quid mirum, quod caro despumans suas cōfusiones, te ad miserandam confusionem pertraxerit? carnem igitur cōprime, &c.

Iudæ v. 13.

Psal. 37 8.

§. 6. *Scriptura sacra ad exprimendum hominē omni vitiorū genere implicatum, solita est describere vacantem comessationibus, vt in Amos, Isaia, Luca, Daniele.*

TAm valida sunt huiusmodi dæmonis arma, tamque frequenter cum ea applicat, vincit, & superat; vt hinc sæpissimè Spiritus sanctus in scriptura sacra volens magna, grandia & suprema aliquorum impiorum peccata, ad quæ diabolo impugnante pertracti sunt, explicare, contentus fuerit solummodo exprimere, quod ad comessationes, & ebrietates nimias, & superabundantes fuerunt perducti; inde subintelligendum relinquens (vt S. Gregorius excellenter annotauit) omne peccati genus inde subsequutum. Est ciborum abundantia, tanquam caput serpentis; hoc ipso, quod exprimitur eius caput alicubi introductū, subintelligendum est, statim totum illius corpus introductū fuisse, vt ex B. Gregorio Nysseno alibi tradidimus. Vnde Christus Dominus grandia illa, & horrenda peccata, ad quæ homines perducti sunt, quādo tempore Noè illos Dei patientia (nostro loquendi more) ferre non potuit, solummodo dicit; *Erant homines comedentes, & bibentes.* Similiter volens Sodomorum supremas iniquitates explicare, quæ tales erant vt ad cœlum vsque ascenderent vindictā petentes, id tantum expressit: *In diebus Loth edebant, & bibebant.* Ita, & Deus ipse per Ezechielem: *Hæc* inquit, *fuit iniquitas*, id est totū malum *sororis tuæ Sodomæ, abundantia panis*: quo nomine omnium ciborum abundantiā quibus vacabant, voluit indicare. S. Augustinus, vt demonstret eloquentiores fuisse sanctos Prophetas, & Dei ministros omnibus mundi rhetoribus, expendit ex professo locum Prophetæ Amos, qui quamuis pastorem, & armentarū se diceret, tanta emphasi, tamque grandi eloquentia, quod voluit expressit: vt eam possint omnes mundi sapientes admirari. *Væ* inquit, *qui opulenti estis in Sion, & confiditis in monte Samariæ, optimates capita populorum ingredientes pompaticè domum Israel, &c. qui separati estis in diem malum: & appropinquatis solio iniquitatis, qui dormitis in lectis eburneis & lasciuitis in stratis vestris, qui comeditis agnum de grege, & vitulos de medio armenti, &c. bibentes vinum in phialis, & optimato vnguento delibuti, &c.* Minutatim D. Augustinus omnia hæc verba expendit, vt admirādam, quam continent eloquentiam indicet. Nos tantum illud consideremus; quod non semel Chrysostomus *a*, & aliquando Bernardus *b* obseruarunt, mirum esse, cur tam acri commination sanctus Propheta illos prosequatur: nec enim malis quæ exprimit videtur commensurata. Comminatio enim est omnibus modis suprema, quia primò præmittit interiectionem tremendam, *væ*, quam non inducit Spiritus sanctus, nisi suprematn, & irremissibilem pœnam volens designare, vt idem

Luc. 17. 28

Ezech. 16. 49.

Amos 6. 1.

¶ 32.

Lib. de ora. dominica. ora. 4.

Matt. 24. 39.

4. de doctr. Christ. c. 7.

a Homil. 1. in Genes. & hom. de cura salutis proximi, & lib. de virginit. c. 20.

b Sermon. in illud, Nisi est regnum Dei esca.

8. Mor. c. 5.

Chry-

c *Hom. 7. in Genes. & lib. de virginit. cap. 21.*

d *Libro de Elia, c. 15.*

Chrysostomus *c* sæpè annotat, & indicat Ambrosius *d*: Deinde eis prædicit, quod sint separati in diem malum, & propinqui iam solio iniquitatis. Quibus verbis etsi secundum literæ corticem, indicet diem captiuitatis immineantem, quam malam vocat scripturæ phrasi: id est, laboriosam, & anxietatibus plenam, per quam tradendi essent captiui tyrannis sedentibus in solio iniquitatis: sed secundum reconditum sēsum eos exprimit destinatos, in quos æternæ damnationis sententia, in die iudicij (quæ dies mala dicitur) sit fœtenda. Sicut enim Paulus dicitur *Segregatus in Euangelium Dei*, & singulariter separatus *ex vtero matris suæ*, ad eius prædicationem, quia illum singulariter elegit Deus, per quem claritas Euangelij omnibus gentibus effulgeret; ita illi dicuntur segregati, aut separati in diem iudicij, in quibus diuina iustitia singulariter fulgeat, & ostendatur. Vnde non videtur maiorem comminationem dari posse. Si autem eorum culpas, quas exprimit consideremus, aut nullæ, aut leues videntur. Quid in eis reprehendit? *Qui dormitis* (inquit) *in lectis eburneis.* Hoc nō grāde videtur facinus, nam Salomon eo tempore, quo sanctus erat, huiusmodi dilectos habebat, qui decentes videntur optimatibus, vt S. Ambrosius insinuat, de quibus aliqui illud secundum literæ corticem explicandum credunt, *En lectulus Salomonis, &c.* de quibus noster Sotomaior. *Qui lasciuitis in stratis vestris.* Lasciuiendi verbum, hoc in loco non tam videtur significare, impudicitiæ actibus vacare, quam delectari super strata. In hebræo habetur participiū *Seruhim* à verbo *Sarah*, quod duo significat, distendi scilicet, & superflua abundantia redundare; superesse, superabundare. Vnde quidem *a* transferunt: *qui distenti, aut extenti estis super stratis vestris*: alij *b qui superfluis in stratis abundatis*. Horum nullum videtur grāde peccatum, nam nec principes, & primates distendi super stratis, *estar se à pierna tendida*, nec superfluis coopertorijs in eis vti, inter suprema peccata connumerandū videtur. *Qui comeditis agnū de grege, & vitulum de medio armenti*, aut vt Septuaginta, *vitulos lactentes*, quasi dicas, *terneras de leche.* Neque hoc grāde videtur piaculum: Abraham enim cum peregrinos excepit hospitio, *ad armentū cucurrit, & tulit inde vitulum tenerrimum, & optimum*, quem comedendum traderet. *Bibentes vinum in phialis.* Assuerus inducitur, qui præparauit conuiuium, in quo qui inuitati erant, *bibebant aureis poculis*, nec reprehenditur. *Optimo vnguento delibuti.* Sācta Iudith describitur, quod se vnxit *myrro optimo*, & laudatur: pudica insuper Susanna puellas à se misit, vt *afferrent oleum & smigmata*. Imò, & sponsa sancta laudatur à sponso, quia *odor* inquit, *vnguētorum tuorum super omnia aromata*. Hæc igitur, & similia sanctus Propheta Amos inducit, quæ per se loquendo, aut vitia non sunt, aut si sint, non suprema, nec grandia reputantur. Cur igitur supremas comminatur pœnas? cur tam grandi comminatione contra eos agit? Aptè quidem, & eleganter Sanctus Prophera procedit, qui in eo totus est positus, vt explicet, & exponat supremam, & maximam curā, qua illi carnem reficiebant, delectare, & fouere nitebantur; inde cuicumque habenti intellectum subintelligendum relinquens, omne peccati genus quod inde communiter procedere, & oriri solet. Quid enim tibi intelligendum est, si audis aliquem equo insidentem rebelli, & indomito, nullo fræno compresso, & abundanti hordei copia multis diebus refecto? Quid, si audis validō igni ingentem lignorum copiam cum adipe, oleo, stuppa, & pice superpositam, subintelligendum est? Quid si vides terram, quæ abundantissimas sentes, & spinas perpetuò solet proferre, abundantibus aquis irrigatam, & stercore pingui fœcundatam? *Manifesta sunt opera carnis* (inquit Apostolus) *quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, inimicitia, contentiones æmulationes, ira, rixæ, &c.* Omni igitur iniquitate illos repletos extitisse, hoc ipsō quod eos Propheta inducit carnem delicatissimè impinguantes, nutrientes, & fouentes voluit declarare. Hæc ratione eleganti, acutoque discursu

Ad Rom. 1. 11. ad Gal. 1. 15.

Lib. de Isaac & anima c. 5.

Cant. 3. 7. In c. 3 cāt.

a *Regia, & Pagninus.*

b *Brixian. & arc. to. 2. fol. 15 in princip.*

Gen. 18. 7.

Esther 1. 7.

Iud. 10. 3.

Daniel. 13 17.

Cant. 4. 10

Ad Gal. 6. 19.

¶ 33. Lib. de Elia & ieiunio c. 15. cursu Diuus Ambrosius explicat, & expendit similes Sancti Prophetæ Esaiæ comminationes, quibus singulariter epulones, & intemperatos prosequitur, contra quos peculiariter se commotum Deus ostendit. Cum enim multa peccatorum genera reprehendenda, & nimis prosequenda assumeret, illos in primo capite locat: & cum aliorum peccatorum diuersa peccata singillatim semel induceret, & reprehenderet; hos semel, & iterum introducit, acerrima commination reprehendens. Primò enim dicit: Esai. 5. 11. *Væ qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam, & potandum vsque ad vesperam, vt vino æstuetis.* Post hos, alios reprehendit, & tandem ad eos, à quibus cœperat, regreditur rem concludere volens: Ibid. n. 22. *Væ*, inquit, *qui potentes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendum ebrietatem*: quasi indicare volens, ventris ingluuiem principium, & finem omnium peccatorum, sub quibus omnia peccata contenta subintelligere debeamus. Et verè quantum existimo, hoc solo nomine, *qui mane consurgitis, &c.* Iudæos voluit Deus arguere, quod cunctis iniquitatibus gentilium essent implicati, id exprimens quod gentibus quibusdam erat commune, & in vsu, primò mane se comessationibus, & ebrietatibus tradere. Lib. 15. Persæ, vt Strabo refert à mane vsque ad vesperam omne tempus vnico prandio concludebant, Tarentini, vt Ælianus ait, matutinis poculis se ingurgitabant. Lib. 12. ca. 30. Hinc apud multas gentes prandia antelucana, de quibus Homerus. Et expende verbum hebræum Lib. 4. odis. 20 *Sachar*, quo Propheta vtitur, quod simplex est, & vt Forerius annotat, propriè significat id quod circumloquendo vulgatus expressit, mane consurgere, ad cuius similitudinem Latini simplicia verba inuenerunt, quæ id ipsum exprimerent, quod Gellius manicare dixit, & de Alexandro dixit Plutarchus, quod Alexander ad prandium diluculabat. Li. 2 de virtute & fortuna Alexandri. Gentes igitur omni vitiorum genere traditæ erant, quippe quæ nihil aliud quam epulari, & bibere cogitabant, adeo vt ad id ante lucem surgerent. Hoc ipsum in Iudæis voluit Deus taxare, dicens, eos mane consurgere, aut manicare, vel antelucare gentium more ad ebrietatem sectandam. Quos illa formidabili comminatione, *Væ* (quam Chrysostomus lamenti nuntium vocat) prosequitur Propheta, quæ omnia mala denuntiat. Et meritò (inquit Ambrosius) nam in illis operibus Sapiens omnia mala prospexit, qui cum primò dixisset; *Carnes ad vescendum conferunt, &c.* post pauca subdit: *Cui væ? cuius patri væ? cui rixæ? cui foueæ? cui sine causa vulnera? cui suffusio oculorum? nonne his, qui commorantur in vitio, & student calicibus epotandis?* Diuersa singulis peccatoribus mala eueniunt, temulentis omnia, inquit Ambrosius, quia suppositis nimijs comessationibus, & ebrietatibus, omnia mala corporis, & animæ consequenda, communiter intelligendum Sacra Scriptura relinquit. Esi namque saturitas (vt Basilius hoc idem prosequens ait) nequitiæ prohibique initium: statim enim delitias, ebrietates, sumptuosaque ciborum condimenta, omne genus bestialis lasciuiæ subsequitur, immo vna comitatur. Ex doctrina ista explicat Beatus Gregorius quam de epulone Christus Dominus tremendam refert historiam. Nec enim fabulam retulit, inquit Sanctus Irenæus. Mirum est enim, quemodo æternis ille flammis sit adductus, de quo ea solummodo Christus inducit, quæ per se loquendo non videntur esse peccata: *Homo*, inquit, *quidam erat dives, qui induebatur purpura: & lysse, & epulabatur quotidie splendidè*. Hæc solummodo de illo præmittuntur. Cur igitur (inquit Basilius) damnatus fuit, de quo nulla iniustitia refertur? non de illo dicitur (vt Sanctus Augustinus latè prosequitur) quod aliena rapuit, quod homicidia commisit, quod blasphemus fuit: sed tantum quod ijs quæ sua erant propria vtebatur, gloriosè se vestiens, & quotidie splendidè comedens. Respondet Gregorius verum quidem esse hoc tantum de eo explicitè poni sub his tamen verbis explicitè Christum omnia vitiorum, & peccatorum inquinamenta subintelligenda reliquisse. Quid enim de illo qui non aliquando, sed quotidie splendidè comedit, & bibit sperandum?

¶ 34. 1. Mor. c. 5 Li. 4 cont. hæres c. 4. Luca 16. Ser. 21. de verb. Apo

Hom. 1. de ieiunio.

Hier. in 14. Genes. Pro. 23. 29 Pro. 23. 29

Omn i

Omni vitiorum genere quæ à carne procedunt, continuò illum repletum intellige. Ad quotidianam enim splendidam Comestionem, statim sequitur
Osea 13.6. obliuio Dei, & mandatorum eius: *Saturati enim sunt*, inquit, *& obliti sunt mei*: insuper, & fornicatio ac Luxu-
Ad Gal. 6. 19. ria, quas prima opera carnis Apostolus posuit, qui *ad comessationes, & e-*
2 Rom. 13. 13. *brietates*, statim adiunxit *a cubilia, & impudicitias*, & meritò: *b Saturani* e-
b Ier. 5. 7. nim eos inquit Deus, *& mœchati sunt, & in domo meretricis luxuriabãtur, equi amatores, & emissarij facti sunt, vnus quisque ad vxorem proximi sui hinniebat*. Sequuntur præterea iuges conuiuiorum comites, detractiones, murmurationes, lasciuaque verba, & in-
Eod. lib. 1. composita, vt Beatus Gregorius annotat: ideòque qui conuiuijs vacarat, & epulatus fuerat quotidiè splendidè, linguam singulariter refrigerari, cum intormentis esset petebat; quia inter epulas valde defluere loquacitas solet. Consequuntur item homicidia horrenda, & iniusta, sicut in Herode consi-
Homil. 44. in Matth. derat Chrysostomus, qui *Ioannem* quidem reuerebatur, & *metuebat sciens*
Marci 6. 19. 20. *eum virum iustum, & sanctum, & custodiebat eum, & eo audito multa faciebat, & libenter eum audiebat*. Et si quæras, à quonam eum custodiret; respondebo dici posse ab insidijs Herodiadis, quæ, vt facer præmisit Euangelista, *insidiabatur ei, & volebat eum occidere, nec poterat*. Nihilominus qui Ioannem propter excellentem, quam in eo cognoscebat sanctitatem primò custodiebat postea in eum decollationis sententiam tulit; non mirum, quia præcesserant comessationes, & ebrietates: *Natalis enim sui cœnam fecit cunctis principibus, & primis Galilææ*, in arce (quantum existimo) Macheruntina, quæ in finibus Galilææ, & Arabiæ sita erat, vbi vinctum Ioannem fuisse testa-
18. Antiq. cap. 10. tur Iosephus. Horrendum homicidium interficiens hominem Angelis æqualem omnibus de muliere natis maiorem, plusquam Prophetam, post abundantes epulas Herodes commisit. Huiusmodi multa possemus annotare, sed
¶ 35. rem concludamus expendentes historiam regis Baltassar, quam initio huius tractatus cœpimus inducere; quam Theodoretus inter omnes, quas Daniel *In Dan.* scripsit, ad nostram eruditionem iudicauit excellentem. De illo rege nec minimum verbum hactenus sanctus Propheta præmiserat, sed postquam latè quæ de illius patre, aut verius auo Nabuchodonosor dicenda se offerebant præmisit, de eo acturus, historiam orditur ab vltimo actu vitæ illius, conuiuio scilicet opulentissimo, quo peracto ipsamet nocte occisus fuit. Fuerunt huius Regis grandia, ingentiaque peccata, quæ parentum suorum iniquitates excesserant: ideòque Babyloniorum, aut Chaldæorum Monarchia, quę plusquam per mille annos in eius prædecessoribus duraverat, extincta in illo fuit, & ad Medos, & Persas translata, vt Da- *Dan. 5. 22.* niel ipse expositi. Nullum itaque peccatum, aut facinus illius Daniel præmisit, sed ab opulento conuiuio exordium sumpsit, dicens: *Baltassar Rex fe-* *Dan. 5. 1.* *cit grande conuiuium optimatibus suis mille, & vnusquisque secundum quam libebat ætatem*, vt exprimens illum fuisse epulonem, conuiuijs, & comessationibus traditum intelligeremus, continuò omni vitiorum genere extitisse implicatum. Volens nihilominus quoddam illius immanè supremumque sacrilegium describere, admirandę, omnique mente cõsideranda phrasi sanctus Propheta vtitur subdens: *Præcepit ergo iam temulentus vt afferrentur vasa aurea & argentea; quæ asportauerat Nabuchodonosor pater eius de templo, quod fuit in Ierusalem, vt biberent ex eis Rex & optimates eius, vxoresque eius & concubinæ*. Expende attentè vocem illam; *ergo*, cũ dicit, *Præcepit ergo*, quę vt supra dicebamus iuxta dialecticorum doctrinam illationis est nota, quę exsuppositio antecedente, consequens infert, explicat, & profert, quod implicitè in illo erat contentum. Totũ enim consequens in antecedenti cõtinebatur, nec aliquid potest exprimere consequens, quod non in antecedenti fuerit inclusum, & implicatum. Vide consequens, quod Propheta infert: *Præcepit ergo vt afferrentur*. Horrẽdum certè sacrilegium, immane ac detestandum facinus. Quodnã præcessit antecedens? videbãtur enim præmittẽda antecedentis loco grãdia execrandaque peccata, ex quibus hoc tan-

quam,

quam vltimum iam in illis cõtentum, sequeretur. Nihil pro antecedenti nisi conuiuium grande supponit, illudque antecedentis loco statuit: diuino sanè discursu, grande exercitandumque sacrilegium inferendum relinquens. In illo enim antecedenti, omnia peccata quasi in radice, & virtute continentur; ideoque posset ex illo fornicationes, homicidia, veneficia, idolorum seruitutem inferre, sicut postea Daniel ipse explicauit, illius Regis magna peccata, & idololatriæ execrandos actus explicitè proferent, sed primò loco illud quod commisit sacrilegium violãdo vasa sacra tanquam consequens apertum secundum scripturæ regulas intulit. Omnem itaque iniquitatem in se ipsis comessationes, & ebrietates tanquam in radice continent. Ideo Apostolus eos, quos videbat ventris cõcupiscentijs deditos, quasi iam desperatos deflebat: *Quorum finis*, inquit, *interitus, quorum Deus venter est*: morti, & perditioni destinatos iudicans eos, qui ventrem tantummodo curant, de quibus infra dicemus. Hæc autem dicta, iuxta scripturæ sacræ phrasim sunt accipienda, cuius sermones sunt morales, & qui iuxta ea quæ communiter accidunt solent procedere. Dantur quidem conuiuia sancta, qualia S. Tobias præcipuis solemnitatibus celebrasse à Spiritu sancto inducitur, nec vllatenus reprehenditur, sed tam rara auis in terris, vt S. Gregorius liberè fateatur, communiter loquendo vix ac ne vix credendum, dari conuiuium, quod non aliqua culpa comitetur, de quo alibi. Illud nunc certum sit, ex comessationibus, & ebrietatibus omnia mala oriri, vt ex scripturis, & sanctis Patribus demonstratum est. Ex quibus duo relinquuntur manifesta, primum rectè sanctos Patres nos admonuisse primum, ac præcipuũ armorum genus, quo diabolus nos expugnãdos assumit, esse carnis nimiam refectionem, delitias, & voluptates, quibus suppositis facilè est illi ex ipsismet motibus, qui à carne nostra procedũt, nos expugnare. Secundum est, timendum tibi, qui nihil aliud agere curas nisi comedere, & bibere, carnis voluptatibus indulgere, ac omnes illius appetitus explere. Quomodo enim non te deijcier inimicus, cui tu ipse, tot in temetipso & intra temetipsum, contra te ipsum milites exhibes, quibus te expugnet, quot motus à carne tua oriuntur? Si enim, vt expendit Hieronymus, vas electionis, in quo Christus ipse resonabat, cui abundans gratia supererat, quique iugi mortificatione corpus ita castigabat, vt illo in terra posito iam animus in cœlo commoraretur, huiusmodi milites sentiebat, & timebat, ne ab eis traderetur captiuus inimicis suis, clamans: *Sentio aliam legem in membris meis captiuum me ducentem*, qua de causa se infelicem vocat, & totum se conuertit ad quærendum Dei auxilium, & fauorem, quo liberetur dicens: *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* quantò magis tu timere debes, qui nõ nisi terrena sapis, qui nescis, quid sit, vel leui flagello castigare corpus, qui nulla mortificatione carnẽ nosti comprimere.

Dan. 5. 22. 23.

Ad Phil. 3. 18.

¶ 36.

Tob. 21.

S. moral. 9. 31. cit.

Epist. 4. ad Rusticum monachũ.

Ad Rom. 7.

§. 7. *Ieiunium exposcit Petrus ad vires diaboli eneruandas, quod quàm insuperabilem reddat hominem, ostendit Daniel ieiunator, intactus à leonibus.*

AD prælium igitur vocati sumus, hostem iam indicauimus, admonem, eius præcipua, ac prima arma, scripturæ sacræ, ac Sancti Patres ostenderunt esse carnis nostræ motus, & affectus, qui eò potentius ex ipsamet carne nostra oriuntur, quo licentiosius, & abundantius illa fuerit vario ciborum genere refecta. Aptè propterea illud primum armorum genus nobis indicitur, quod carnẽ ipsam opportunius, ac potẽtius comprimat, ieiunium scilicet validum, & multis continuatum, ac repetitum diebus. Si enim diabolus omnem exercitum suum, & validos milites, quibus nos impugnat, ex ipsa nostra carne trahit, si illa valido fuerit cõpressa ieiunio, sine militibus noster remanebit inimicus, & si aliqui oriantur (semper enim caro etiam mortificationis, actibus attrita inordinatos motus eructat) adeò eruat imbelles, & in-

& infirmi, vt facile sit vel solo aspectu ¶ 37. terrere, & infringere. Hinc sancti Patres hoc singulare ieiunio tribuunt, quod sit valida quædam vis, & potentia, ac arma, dæmones expugnans, & reuincens, & illius vim ac aciem potenter retundens. Ieiunium, inquit Basilius *a*, contra exercitum dæmonum est arma. Aduersus dæmonum naturam (inquit Chrysostomus *b*) constitutum est ieiunium. Pulchra res est ieiunium (ait Hieronymus *c*) quæ dæmones ipsos terret. Cum ieiunatis (ait Origenes *d*) dæmones vincitis, omnemque illius classem malignam retrorsum conuertitis, mala desideria effugatis. Ieiunij vim spiritus mali metuunt, inquit Athanasius *e*, nullum remedium maius contra inimicum serpentem poteris inuenire, quam ieiunium, ait Ambrosius *f*: id quod duplici argumento confirmat. Primum ex eo desumptum; quod Deus sæpè per ea quę in ordine naturæ constituit, voluit nos ad ea, quæ agenda sunt in ordine gratiæ disponere. In ordine autem naturæ, nihil magis serpenti contrarium reperitur (inquit Ambrosius, q & dixerat Plinius) quam sputum ab hominis ieiuni ore procedens, ita enim eneruat serpentis vires, vt eo gustato, penitus intereat: quo tibi apertè monstretur, quanta sit ieiunij vis, vt, & sputo suo homo serpentem terrenum, & illius merito, ac virtute spiritualem interficiat. Secundum argumentum indicat Ambrosius, expendens Niniuitarum factum. Solent, inquit, homines qui inimicos multos ac validos impugnantes timent, ad proximas gentes se totos conuertere, & legatos auxilij deposcendi causas ad illas destinare, quæ inimicorum vires frangant, & repellant, eisque se opponant. In ea autem pugna, qua non est nobis colluctatio cum carne, & sanguine, sed cum principibus tenebrarum: non est cur homo eos externos quærat auxiliatores, qui corporeis manibus, lanceis sagittisue inimicorum vires frangant. Cur enim (inquit Ambrosius) petat homo ab altero qui intra se potest inuenire, q quærit Inimici pugnantes, per quos diabolus præcipue bellū agit, intra te sunt, in temetipso, & ex temetipso oriuntur, tu eos producis, tu roboras, tu validos efficis, sunt enim carnis, & concupiscentiæ affectus, motus, & desideria, *quæ militant aduersus animam*: ideòque nullus melius, quam tu ipse, poterit eneruare carnem ipsam, à qua procedunt, per validum, & fortè ieiunium comprimendo. Cui adiungendam orationem ad Deum, & Sanctos, docet Ambrosius, de quo infra. Hinc iam ¶ 38. intelligimus, cur Apostolorum Princeps Petrus, volens oues suas tanquam supremus Pastor aduersus Leonis infernalis potentiam, & rabiem armare, primò petit, vt sobrij simus, & vigilantes. *Sobrij estote & vigilate, quia aduersarius vester diabolus tanquam Leo rugiens circuit quærens quem deuoret*. Primum quod expoſcit, est sobrietas. Est hæc loquendo propriè, & in rigore virtus quædam peculiaris, quæ mensuram imponit circa potum, vt Diuus Thomas *a* tradit, dixitque Sapiens *b*, *aqua vita hominibus vinum in sobrietate; si bibas illud moderatè, erit sobrius*: sed communi sanctarum scripturarum vsu vt idem Diuus Thomas *c*, aduertit, significat studium grande quo carnem arcta mensura, & parcitate, ac timore nutrimus. *Bria* enim Græcè (inquit Diuus Thomas) mensuram significat, quomodo etiam Paulus (vt Chrysostomus, *d* & Anselmus *e* annotarunt) hortatus fuit, vt *sobriè viuamus*, id est maxima cum temperantia, & potenti ieiunio, timentes ne ex eo quod vitam carnis intendimus, & fouemus, inimici nostri vires augeamus. Quod si quæras: quomodo ad aduersarium nostrum reuincendum expoſcat Petrus ieiunium, & sobrietatem, quæ contra carnem est; qui exprimit, aduersarium diabolum esse, quem nouit esse spiritum? Respondebo, sapientissimè quidem, nullo enim modo potest quis facilius alicuius tyranni crudelis impetum infringere, quam eius milites eneruando. Si veniret tyrannus contra ciuitatem istam, possemusque omnes illius milites aquis liberi suffocare, certissima contra tyrannum nobis maneret Victoria. Notum autem erat Sancto Apostolo, immo, & id ille omnibus nobis notum fecerat,

2 *Hom. 1. de ieiunio.*
b *Serm. 2. de ieiunio tomo 5.*
c *Lib. 2. cōtra Iouin.*
d *Hom. 4. in diuers. in Matth.*
e *Lib. de virginit.*
f *Lib. 6. hexaemeron. c. 4. ad finem.*
Lib. 28. c. 4.
Serm. 40.
1. *Pet. 5. 8.*
a 2. 2. qu. 149.
b *Eccl. 31. 32.*
c *In c. 2. epist. 2. ad Tit. lect. 1.*
d *Hom. 5. in 1. ad Tit.*
e *In c. 2 ep. 2. ad Tit.*

cerat, milites diaboli esse ipsos nostros carnis affectus, & cõcupiscentiæ nostrę desideria, de quibus prius dixerat,
1. Pet. 2. 11 quod *militant aduersus animam*. Huiusmodi milites per grande, sobriumque ieiunium eneruamus: ideò id primò supponit ad Victoriam reportandam: Quasi ad id alludere visus est Petrus, quod supra annotare cœpimus, quodque ex Propheta nunc inducit Ecclesia:
Ioel. 2. *Canite tuba in Sion, sanctificate ieiunium*. Canere tuba, est bellum indicere, vt ad illud se disponant, & præparent, vt dictum est. Et si quæras: Quis aduersarius? respondet esse potentissimum, crudelemque tyrannum. Est namque *diabolus, qui tanquam Leo rugiens circuit, quærens quem deuoret*. Si quæras, quid agendum, vt eum possimus eneruare? *Sanctificate ieiunium*, inquit Propheta. Quid hoc est? *sobrij estote*, inquit Petrus, sanctum accipe ieiunium, tanquam primum armorum genus ad vincendum necessarium. ¶ 39. In eo autem quod Petrus aduersarium nos impetentem inducit tanquam Leonem rugientem, videtur ad memoriam reuocare voluisse id, quod Sancti Patres Basilius *a*, Chrysostomus *b*, Hieronymus *c*, & Ambrosius *d*, ad hoc institutum expendunt, de Daniele illo magno grandique ieiunatore, qui ieiunij lacte fuit à pueritia, immo, & infantia nutritus, & roboratus. Omnem enim admirationem excedit, quomodo Leonibus semel, & iterum expositus, nullatenus ab eis, vel leuiter fuerit læsus: signantes vltima vice, quam Spiritus sanctus peculiaribus circumstantijs, ad rei magnitudinem commendandam expressit: *Miserunt*, inquit, *eum in Lacum Leonum, & erat ibi diebus sex, Porrò in Lacu erant Leones septem, & dabantur eis duo corpora quotidie, & duæ oues, & tunc non data sunt eis, vt deuorarent Danielem*. Singula verba sunt magna expensione digna. Non in circo, aut platea, aut in amplo stadio Daniel Leonibus fuit expositus, vbi aliquatenus posset fugere, aut aliquod subterfugium quærere, sed *in lacum* In illo non vnicus Leo erat, aut duo, vel tres tantum, qui plures homines simul possent interficere: sed *Leones septem*, inter quos si fortè vnus hominem non contingeret, alij darentur qui penitus deuorarent. Erant insuper Leones voracissimi, quippe qui quotidie duo corpora, & duas oues, quæ pro pictantia ordinaria dabantur deuorabant, absque alijs cibis, qui sæpè ab aduentantibus solent Leonibus tradi. Quoniam autem viderant quod cum prima vice Daniel Leonibus fuerat obiectus exiuit illæsus, potuerunt credere, id factum fuisse, aut quia Leones non fuerant fame excitati: aut quia vna tantum nocte inter eos Daniel remansit: omnibus his prouidere voluerunt. Quoniam enim qui Leonis naturam describunt, eum referunt generosum, qui in hominem non inuehitur, nisi fame sit excitatus: illos omnes voluerunt fame vrgeri, quibus propterea nihil alimenti datum fuit. Nec vna tantum nocte voluerunt, vt inter Leones maneret: sed sex continuis diebus, vt vel saltem Leones, tanto temporis interuallo rabida fame excitati, eum absumerent, aut verò ipse fame confectus vitam finiret, & corpus eius in Leonum visceribus acciperet sepulturam. Nihil ominus Leones nullatenus eum contigerunt. Et ne credere posses, Leones ex aliqua infirmitate accidenti, immotos mansisse, & imbecilles effectos, eos tanta vi, ac fame post sex dies excitatos, & potentes videbis, quod illi Babylonij, quos Rex iussit mitti in Lacum, *deuorati*, inquit, *sunt in momento coram eo*. Quomodo igitur hoc circa Danielem factum fuit? Quis Leones continuit? quis eorum obturauit ora? Nonne veri erant Leones? nonne rabida fame vrgebantur? nonne Danielis corpus carneum erat, aptumque quod à Leonibus deuorarentur? Corpusne habuit alterius naturę à Babylonijs, qui deuorati fuerunt in momento? Quid potuit facere, vt Babylonios in momento deuorarent, & Danielem tam longo dierum spatio, nec leuiter valuerint contingere? Miraris? inquit Chrysostomus: Ieiunium interroga, illud enim est, quod Leonum potest obturare ora, vires comprimere, illæsum inter eos Sanctum Prophetam seruare.

Dan. 6. 16.

Dan. 14. 30.

Dan. 14. 41.

Hom. cit.

a Hom. 1. de ieiunio.
b Hom. 1. de pœn. & hom. de Iona.
c Lib. 2. contra Iouin.
d Libro de Elia. c. 7.

re. Daniel (inquit Basilius) vir desi-
Dan 10.2. deriorum, panem, *tribus hebdomadis minimè comedens, nec aquam bibens*, demissus in Lacum etiam Leones ieiunare docuit. Velut enim ex lapide, aut ferro, aut alia duriore materia factus esset, dentes in eum minimè potuerunt figere Leones: ieiunium enim corpus illud instar ferri candentis in aqua tincti obduratum, & Leonibus inuictum reddidit, os enim contra Sanctum non aperuerunt, & ieiunium quod prius vim extinxerat ignis, nunc obturat ora Leonum. In adamantis ri-
Lib. de Ezechiele. gorem (inquit Ambrosius) abstinentiæ soliditate, membra durata non patuerunt vulneri; sic eum constrinxerant, vt in eius corpore ferarum morsibus locus esse non posset. Clausa tenebant feri Leones ora, quæ abstinentiam propheticæ sanctitatis comprimebat, vt ea aperire non possent, meriti quibusdam vinculis alligata. Huiusmodi alijsque expensionibus sancti patres historiam hanc prosequuntur: qui quàdo conspiciunt aliqua admiranda viris sanctis euenisse, attentè considerant, qua præsertim virtute illi excelluerint, cui mirabiles effectus, quos vident, tribuere solent, sicuti Raphaelem singularis curationis, quem Tobias per Angeli ministerium recepit, attribuunt pietati in mortuos, & misericordiæ in pauperes, quibus excellut: insignem Victoriæ triumphum, quem sancta Iudith de Holoferne reportauit, illius castitati mundissimæ, quam singulariter coluit, ferunt accepsum, miranda quæ Danieli eiusque socijs in Babylone acciderunt, ieiunij meritò referunt; quod illi à sui exordio potenter ac validè fuerunt compleri. Sed acutè Beatus Hieronymus in ea re prævidisse visus est Victoriam, quam Deus voluit facto ipso exprimere, quam de Principe tenebrarum (quem Petrus Leonem rugientem vocat) illiusque socijs, quos Leones præfigurabant, grandes validique ieiunatores consequuntur. Ideòque ieiunij effectus expendens, historiamque prædictam inducens, hæc duo coniunxit. Quam pulchra (inquit) res est ieiunium, quæ Leones mitigat, & dæmones terret quasi ex eo quod in Daniele erga Leones ieiunij vitijs operata fuit, inducamur ad intelligendum, quid circa dæmones quos illis Leones præsignabant operatur, quos ita continet, reprimit, & eorum occludit ora: vt nullus eis pateat locus, quo possint dentes figere. Vt namque alibi latè prosequuti sumus, carnis nostræ motus, & affectus sunt, qui viam diabolo faciunt: vt possit ille contra nos malitiæ suæ fauces applicare, & tentationum suarum dentes infigere. Vnde sicuti Leones Danielem circumdabant, fame quidem excitati, & impulsi, vt in eum irruerent, & deuorarent quem coram habebant, subsistebant tamen, & non accedebant; quia vt sancti Patres considerant, ieiunium ita carnem Sancti Prophetæ temperarat, vt Leones nullum viderent locum aptum, in quo dentes possent figere, nec vlla eis patebat ianua, aut via, qua possent ora applicare: ita considerant sancti Patres eos, qui valido sunt ieiunio muniti, circundatos quidem innumera dæmonum multitudine rabida fame quærentium eos deuorare; sed quibus ieiunium viã præcludit mordendi. Quomodo dentem fornicationis, aut luxuriæ desiderium, quo innumeros deuorat, figet in carne ieiunio languente? quomodo ira feruorem in ea, quæ inedia castigata succumbit? quomodo voluptatum ardorem in ea, quæ concupiscentiæ vires enervatas sentit? Multis annis Leones Paulum Apostolum obseruarunt, vt deuorarent; sed quia castigabat corpus suũ, Leonum ora ita obserabat, vt non haberent vbi dentes figerent. Quid de Antonio illo excellenti ieiunatore? Quot annis innumeræ dæmonum legiones, tanquam Leones circumdantes stabant obseruantes, qua ex parte possent dentes mittere? qui tamen valido ieiunio carnem temperauerat, omnem præcluserat viam, vt deuorari posset. Id ipsum de Beato Hilarione considerat Hieronymus *a*, & de Beata Catharina Senensi Sanctus Antoninus *b*, de quibus alibi dictum est. Meritò propterea postea inducuntur Leones illi, qui multis diebus Danielem circumdantes contingere non potuerunt, Babylonicos viros in momento deuorasse. Babylonij siquidem ciues, vt Diuus Augustinus

¶ 40. lib. 2. contra Iouin. 1. Pet. 5. 8.

a *In vita Hilarionis.*
b 3. p. Hist.

sæpè

sæpè annotauit, mundani sunt homines, in quibus sui inordinatus amor regnat. Quorum Deus venter est, qui carnis coram agunt in desiderijs, viri voluptatibus implicati, comessationibus dediti: hos in momento deuorant leones, Principes scilicet tenebrarum, & discerpunt. Qua facilitate Gigantes, qui tempore Noe viuebant comedentes, & bibentes, ad vltimum malorum exitium diabolus pertraxit, & deuorauit? Subitò Israelitas comessationibus vacantes idololatriæ vitio momordit, & perdidit; eosdem in momento ad fornicationem, & sacrificiũ idolorum post comestionem deduxit, per quam innumeri perierunt, &c. Id quod in multis ciuibus Babyloniæ, qui sunt apud nos, videre licet. Eo ipso quod mulierem vides, aut luxuriæ se offert occasio, fornicationis, & immũditiæ dentibus te diabolus lacerat; subitò ac consurgit iræ affectus, dentes rabidos appetitus vindictæ fortiter figit, quibus cor tuũ discerpit, ac discindit: in momento ac diuitiarum tibi exhibet iactantiam, auaritiæ canino te dente corrodit, & frangit.

Gen. 6.

Exod. 32.

Num. 25.

§. 8. *Leo facilè occidit pastum Prophetam illum, qui ieiunus insuperabilis extiterat.*

¶ 41. Discursum istum, illa potest confirmare admiranda historia, quam Diuus Hieronymus *a*, & Basilius *b* similiter expendunt: de Propheta quodam à leone occiso. Erat ille verus Dei Propheta ab ipso missus ad arguẽdam, & increpandam impiam regis Ieroboam idololatriam: ieiunijpræcepto singulariter illi imposito, quo ei mandauerat ne ibi comederet aut biberet *c*. Tanta autem, tamque excellenti potentia Propheta munitus incessit, vt cum Rex illius reprehensionibus exasperatus, extendens contra eum manum diceret: *Apprehendite eum: exaruit manus eius, nec valuit retrahere ad se*. Tantæ insuper virtutis fuit, vt illius nudum verbum, & vox, lapideum grandeq; altare cõtereret, & excinderet. Cùm tamen opere sibi impositum iam confecto discederet, seductus à quodnam pseudopropheta, ieiunium fregit, ibiq; comedit, & bibit; in cuius vltionem leo in via eum inuasit, & occidit: *Et erat cadauer eius proiectum in via, asinus autem stabat iuxta illum, & leo stabat iuxta cadauer.* Multa continet hæc historia obseruatione, & admiratione digna. Primum est, Deum Prophetæ quem misit, ieiunium imposuisset egebat enim ille magna spiritus fortitudine, qui contra regem ipsum in eius præsentia, & principum eius allocuturus erat. Nihil autem ita hanc spiritus fortitudinem absumit, sicut conuiuio excipi, comessationi, & voluptati se tradere: hæc enim sicut carnem roborant, & viuificant, ita spiritum debilitant, & extinguunt. Nunquam concionatores acriter eos reprehendunt, apud quos conuiuijs, & delitijs excipiuntur. Grandem illum ieiunatorem Ioannem elegit Deus, qui Pharisæos acriter reprehenderet, & vocaret *genimina viperarum*, suaq; obiurgatione terreret, quique impium regem Herodem constanter fortiterque argueret: & Apostolos ieiunantes, & ieiunijs deditos misit in mundum, qui illum arguerent, & reprehenderent, quos carnis delitiæ non flecterent, nec conuiuiorum voluptates redderent effœminatos. Eo ipso quod Israelitæ comederunt Moabitarum cibos, quas tanquam inimicas gentes ex Dei præcepto tenebantur auersari, cum eis amicitias contraxerunt, vt paulò ante dictum est. Quantumcunque canis validus sit, qui fures fortibus insequatur latratibus, si panis frusta ab eis oblata recipiat, & comedat, à latratu cessandum erit ei. Et tales illi erant, quos propterea Deus repulit: *Canes*, inquit, *muti, non valentes latrare*: & quomodo latrare valebit canis, qui os ad panem accipiendum applicat? Secundum est, esse mirũ (vt Hieronymus, & Basilius expendunt) quomodo Propheta, qui tanta præualuerat virtute, quem regia manus nec contingere potuit, imò arefacta fuit, dum illum apprehendendum designaret, non potuit leonem continere. Quomodo is, quem non potuit tota regis potentia vel leuiter tenere, feræ dentibus nullatenus potuit

Matt. 3. 7. Luc. 3. 7.

Num. 25.

Isa. 56. 10

Locis cit.

a *Lib. 2. cõtr. Ioui. cit.*
b *Ho. 1. de ieiun. cit.*
c *3. Reg. 13*

tuit resistere? Qui altare labideum, & saxeum sola vocis suæ resonantia contriuit, quomodo non potuit etiam brachijs, & toto corpore continere leonem? Numquid durior fuit leo saxeo altari; Ne miteris, ieiunium enim soluerat. Et sicut ieiunio stante multi leones vnum Danielem contingente nequiuerunt, nec eis vllatenus paruit via, qua dentes in illum mitterent: ita soluto ieiunio, vnico leoni planum patensque apertum fuit ostium, per quod ingrederetur, & non solum contingeret Propheram, sed penitus occideret. Tandem attende insigne mysterium, quod verba illa indicant: *Erat asinus iuxta leonem.* Qui enim leonis naturam tradunt, scribunt eum cum præsentem habet bestiam aliquam, nullatenus contra hominem adstantem se conuertere: idque facit, aut propter naturæ suæ nobilitatem, aut propter naturæ instinctū, quæ magis naturale pabu ū leoni, feram, quā hominē expositi, aut propter hominis excellentiā, cui Deus dedit faciem reuerendam, cuius terrore omnia animantia commouentur. Quid igitur causæ esse potuit, quod cùm leo proprium pabulum, asinum scilicet, iuxta se haberet positum eo penitus intacto contra hominem se totum conuertit, & occidit? Vt intelligas, quod in similibus occasionibus intelligendum Diuus Petrus Chrysologus docuit, id non casui deputandum; sed mysterio; nec id euenisse, quod leo iuxta naturam suam concupiuit, sed quo Deus indicare voluit, dæmonem, quem leo ille aptissime exprimebat, tunc viam apertam, & planam inuenire, per quam ingrediatur, vt tentet, deuoret, & occidat hominem, cùm illum videt ieiunia soluisse, comessationibus se tradidisse. Quoniam enim tunc, vt S. Hieronymus annotat, ex carnis vigore validi motus, & affectus concupiscentiæ insurgunt, per illos tanquam per patentes aditus, diabolus vim, & locum accipit tentandi, & agendi contra hominem. Insurgente enim motu luxuriæ, & concupiscentiæ immundæ, ei patet locus impellendi, & excitandi ad fornicationem, & adulterium, & insurgente affectu iræ, via illi patet inducendi te ad vindictam, & insurgente passione acediæ, aperitur ei ostium, vt te à debitis religionis, & virtutum actibus contineat, idque tantò validius, quantò fuerit motus, aut affectus insurgens potentior: tantò autem potētiores illi sunt, quantò caro maioribus cibi, potus, & voluptatum delitijs fuerii roborata. Optimè ergo Petrus sobrietatem, aut ieiunium validum supponendum hortatus fuit, vt leoni rugienti, & quærenti quem deuoret, præcludas viam, ne dentibus tentationum possit te lædere, & perdere.

¶ 42.

Serm. 37. in princip.

§. 9. *Bella corporalia antiquitus ieiunio confecta, præsignarunt spiritualia cōficienda ieiunio, quo Dauid aptè operuit, et muniuit animam.*

PRimum armorum genus arripiendum cum inimicos contra nos præliantes deijcere volumus, ieiunium est. Qui enim per carnis lasciuiam, & petulantiam vincunt, per eiusdem compressionem sunt vincendi. Hoc sancti Patres ex eo probant, & explicant, quod admirandum mysterium in scriptura contemplantur, in qua omnia ferè populi Dei prœlia, ieinnio valido fuerunt confecta, illoque stante gloriosus triumphus de inimicis reportatus. Huiusmodi exempla profert S. Hieronymus, considerans in primis prælium, quod Israelitæ cum Amalech commiserunt, in quo oratione Moysi (inquit Hieronymus) & totius populi ieiunio vsque ad vesperam dimicatum est. Iesus insuper filius Naue, stationem impetrauit Solis, & Lunæ, & inediam ac ieiunium pluſquam vnius diei victoris exercitus protelauit. Filij Israel cùm semel, & iterum à Beniaminitis se victos lugerent, volentes se validè ad vltimum certamen munire, *venerunt in domum Domini, & flebant coram Domino ieiunantes die illo vsque ad vesperam*, sicque euaserunt victores. Samuel in Masphat, populum indicto ieiunio, contra inimicos hostes roborauit, quo fecit illum ipsis hostibus

Lib. 2 cōtr. Iouin.

Exod. 17.

Ios. 10.

Iud. 20. 26

1. Reg. 7. 6.

2. *Par.* 20. 3. bus robuſtiorem. Ioſaphat ſanctus, cum populum ſuum videret in ſupremo diſcrimine poſitum propter innumeros hoſtes Ammonitas, & Moabitas obſidentes, *pradicauit ieiunium in vniuerſo Iuda*, vt illius virtute omnem populum redderet fortem contra immenſam hoſtium multitudinem, de qua inſigne trophæum reportarũt. Aſſyriorum impetum, & potentiam Sennacherib, Ezechiæ regis lacrymæ, & ſaccus, & humiliatio victus, fregit, proſtrauit, & vicit. Eliacim ſacerdos Domini magnus, vt ſuperbum Holofernis faſtum, & robur validum exercitus eius deijceret, populus fuit hortatus, *vt ieiunijs permaneret*. S. Iudas Machabæus, qui factus fuit quaſi leo in operibus ſuis, ſciens Antiochum Eupatorem regem potentiſſimum ſuperb ſimumque venire cum multitudine aduerſus Iudæam, triduanis ieiunijs omnes populi armauit milites: & huiuſmodi ſunt innumera in ſcriptura ſacra. Id autem ſingulari expenſione Ambroſius *a* conſiderat, quod & Hieronymus *b* obſeruauerat, quod rex Saul à Deo electus, volens contra inimicos pupuli Dei agere, cum tempus committendi bellum inſtaret, omni populo ſub mortis pœna indixit ieiunium, voce præconis intonans: *Maledictus vir, qui comederit panem vſque ad veſperam, donec vleiſcar de inimicis meis* id eſt, vſquequo plena reportata, & obtenta fuerit de inimicis victoria. Quod adeò rigidè ſeruari voluit, vt quia primogenitus illius Ionathas princeps, parum mellis guſtauit, illum morti tradendum decreuit. Mirandum certè eſt, quomodo prœlia illa per ieiunium fuerint confecta. Commune eſt namque (inquit S. Baſilius) omnibus ducibus, milites alimentis reficere, idque præcipuè eo tempore, quo bellum aggredi parant, quibus cibaria pro laborum proportione ſolent augere. Quomodo enim poterit miles gladium ſtringere, lanceam vibrare, fortiter percutere, cuius vires per ieiunium confectæ ſunt? Qua igitur mente populi Dei duces, ab ipſomet Deo deſignati, aut approbati, validum forteque ieiunium pugnaturis militibus imponere ſoliti fuerunt, qui aliquando ſe infirmatos, & defatigatos ex ieiunio profitebãtur, vt videre eſt in militibus Iudæ Machabæi *c*, & in Ionatha principe *d*, qui præ inedia viſu deficiebat? Reſpondent ſancti Patres, id factum fuiſſe, quia fidelibus principibus notum erat meritum ieiunij, & illius potentia perſpecta; qui propterea non tam virtute aut viribus militum, quam ieiunij meritò, victoriam ſperabant, per quod diuinum auxilium implorabant, & obtinebant. Id quod S. Ambroſius ex profeſſo proſequitur, expendens illud ieiunij rigidum ſtrictumque præceptum, quod Rex Saul militibus omnibus impoſuit. Bonus planè rex (inquit Ambroſius) qui hoſtes ſuos non tam armis, quàm deuotione vincebat, & plus dimicabat religione quàm telis. Cenſetque Ambroſius, gratum tale præceptum extitiſſe, & probat ex eo, quod quia Ionathas illud violauit, cùm parum mellis guſtauit, Deus ſe indignatum oſtendit, reſponſum negauit, victoriam diſtulit, & exercitus aliquantulum infirmatus fuit. Vnius culpa (ait Ambroſius) cunctis cõfertur ignauia, & vnius delicto omnibus generatur infirmitas. Defecit enim virtus in exercitu, vbi defecit in obſeruatione ieiunium: vnde intelligimus, quod Saul non tam virtute militum abſtinentia hoſtes ſuperabat. Inſuper ex eo probat Ambroſ. Deum indignatũ pro violatione ieiunij; quia ipſo Deo diſponente Ionathas ieiunij fractor inuẽtus, ac proditus eſt. Et quidem Ionathas indictum à patre ieiunium ignorabat. Si illius cometione totus populus infirmatus fuit, quantò magis vires omnes amitteret, ſi illi qui præceptum nouerant, fractores ieiunij effecti fuiſſent? Non enim illos carnis vigor, ſed ieiunij meritum firmos fecit, & robuſtos. Ex quibus vim, quam ieiunio ſuo confert meritò ad inimicos expugnandos, ſancti Patres colligunt. Qui nihilominus aliquid altius expendendum in huiuſmodi factis inſinuant, edocti planè ab Apoſtolo dicente: *Omnia in figura contigiſſe illis, ſcriptaque fuiſſe ad eruditionem noſtram.* Per corporalia enim illa, quæ in carnali populo ge-

4. *Reg.* 19. *Iud* 4. 15. 2. *Mac.* 13. 12. *a Serm.* 25. *b Lib. 2. cit.* 1. *Reg.* 14. 24. *Hom. 2. de ieiunio.* c 1. *Mach.* 3. 17. d 1. *Reg* 14. 27 & 29. ¶ 44. *Eod ſer.* 25. 1. *Reg* 14. 1. *Cor* 10. 11. *et Rom.* 15. 4.

rebantur, ſpiritualia docere volebat Deus, quæ populus Chriſtianus addiſceret, & ſpirituales milites in illis corporalibus inſtruendos aſſumebat. Prælia illa dicebantur, *Bella Domini*, qualia quæ cum Amalechitis agenda Deus diſpoſuit, & quæ Dauid cæterique Dei duces aggrediebantur: quo nomine ſpiritualia prœlia ſingulariter fuerunt expreſſa, quæ propriè bella Dei, aut Domini dicuntur eius gratia, & fauore conficienda, pro illius honore ſuſcipienda, ad illius gloriam perficienda. Antiqua ergo illa prœlia acta ſunt ieiunio, cuius virtute inimici fuerunt effugati, proſtrati, deiecti, nihilque potentius ad victoriam de eis reportandam, quam ieiunium quod adhibebatur, vt hoc ipſo ſpirituales milites intelligerent, ſpirituales hoſtes ieiunij virtute effugandos, & proſternendos, hocque primum ac ſingulare armorum genus congreſſurus cum illis arripiendum. Et ratio eſt quam indicauimus; quia illorum præcipua vis poſita eſt in carnis noſtræ laſciuia, & petulantia, cuius affectus, & motus inimicorum noſtrorum ſunt lanceæ, quas contra nos vibrant, ſagittæ quas contra nos conuertunt, & mittunt, ictus quibus nos percutiunt, gladij, quibus nos impugnant: agit enim diabolus contra te per motus carnis tuæ: iſti illius lanceæ, ſagittæ, ictus, & gladij quibus te impetit: per appetitum ſiquidem libidinis, per iræ paſſionem, per voluptatis affectum, per carnalium bonorum concupiſcentiam, per temporalium diuitiarum deſiderium, contra te ipſum agit, te impugnat, ad vitia proſternit, bonis operibus deſtituit, & cœleſtibus bonis ſpoliat. Tunc ergo fortius, potentiuſq; eorum arma confringes, lanceas hebetabis, ſagittas retorquebis, ictus eneruabis, & gladij acies retũdes; quando carnem ita compreſſam tenueris, vt huiuſmodi illius affectus, & motus minimè aut leuiter inſurgãt: quod per ieiunium fit. Corporale enim ieiunium vitia, id eſt, carnis motus qui ad vitia trahunt, comprimit, & infrænat. Non tua arma (inquit Baſilius) qui miles ſpiritualis es, eadem ſunt quæ mundani, ac temporalis militis. Ille enim armatur ferro, quo grauatur, & deprimitur, tu virtutibus quæ omne pondus deponunt, & alleuiant ſpiritum: ſcutum illi expelle, & ligno conficitur, tu audis *ſcutum fidei* tibi aſſumendum, *in quo poſſis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere*: Ille lorica ferrea que tunica contegitur, tu thorace iuſtitiæ contegendus es: illi gladius eſt ex ære, & ferro, tuus gladius eſt verbum Dei: ille balteo coriaceo bullis aureis diſtincto circa lumbos cingitur, tu lũbos per caſtitatem, & continentiã accinctos tenere debes: ille præcipuè vires ex carnis robore trahit, quas ad victoriam ſupponit, tibi præcipuè carnis compreſſio, & infirmitas eſt ſtatuẽda, & quærenda. Qui enim te ita armandum inſtituit, in ſemetipſo rem tibi expoſitam dedit, dicens: *Cum infirmor, tunc fortior ſum, & potens*. Nunquam enim homo potentior eſt ad inimici vires, impetus, ictuſque retundendos, & infringendos, quàm quando caro per ieiunium, & mortificationis opera reddita eſt infirmior: per quod, inquit Diuus Iſidorus *a*, proſternuntur vitia, humiliatur caro, & diaboli tentamenta vincuntur. Ad huius confirmationem Diuus Ambroſius *b* aſſumit ex profeſſo illam Dauidis ſententiam explicandam *c*: *Operui in ieiunio animam meam*. Qui nimis cortici literæ ſunt addicti, credunt Dauidem tantùm dicere voluiſſe, ſi valido quodam ieiunio ieiunaſſet, quo totum eius corpus macrum, & infirmum redditum fuit; qui propterea metaphoram operimenti, aut veſtis vſus fuit, quæ ad totum corpus ſe extendit; ſicuti, & alibi dixit: *Genua mea infirmata ſunt à ieiunio, & caro mea immutata eſt propter oleum*. Tamen ſancti Patres hanc perpetuò ſequuntur regulam, vt Prophetarum verba magna conſideratione expendant. Vt enim D. Auguſtinus annotauit, talibus verbis illi vtuntur, quæ myſteria grandia continent, quibus non tam rem, de qua agere videbantur, quàm altiſſima exprimere ſacramenta contendunt, & in verbis Dauidis inductis myſteriũ grande annotauit Hilarius; ad noſtrum tamen inſtitutum,

Exo. 17. 16

1. Reg. 25. 28.

Eph. 6. 16.

2. Cor. 12. 10.

a Lib. 1. de Eccleſ offi. c. 42.

b Li. de Elia, c. 4.

c Pſal. 68.

Pſal. 108.

¶ 45. Hom. 2. de diuin. cir.

Li. 1. qq. in Gen. q. 169 tom. 4.

in Pſ. 68.

aliud

aliud in eis prænidet Ambrosius, quod & Sancti Pontifices Affricani in Epi-
a *Habetur tom. 1. conciliorum.* stola ad Siricium Romanũ Pontificem a similiter deprehenderunt. Præpositio *In*, idem valet in Scriptura sacra, atque
b 1. *Re.* 17. 50. *Per*. Ita dictum est b. *Prænalui Dauid aduersus Philistheum in funda, & lapide*, id est, per fundam & lapidem:
c 2. *Mach.* 26. & iterum c: *Accipe gladium sanctum, in quo*, id est, per quem *deijcies aduersaries populi mei Israel*. Vnde idem est. *Operui in ieiunio animam meam*, ac, *Operui per ieiunium animam meam*. Est quidem ieiunium (inquit Ambrosius) operimentum quoddam, per quod ita anima contegitur, vt inimicis non pateat via, per quam feriant; nec locus quem lacerent, nec ostium per quod ad deprædandum ingredi possint. Stetit contra Adam inimicus armatus, ferire, occidere, spoliare contendens, quamdiu Adam ieiunij operimento tanquam valido scuto, & clypeo fuit contectus, & munitus, nullatenus potuit inimicus illum ferire, nec patuit via, qua mortem inferret, vulnus infligeret, diuitijs spoliaret, sed à se huiusmodi operimentum abiecit, mansitque tanquam miles abiecto scuto; ideoque inimici incursionibus mansit expositus, qui mortem intulit animæ, corpus mortale reliquit, preciosas vestes, quibus erat ornatus rapuit, spoliatumque bonis, & plagis vulneratum dimisit. Omnia operimentum abstinentiæ tegebat, & operiebat: eo per præuaricationem, & ieiunij solutionem abiecto, quasi aperto muro inimici irruerunt, & rapuerunt omnia. Inde factum est (inquit
¶ 46. Ambrosius) quod *viderunt se esse nudos*, quia abiecto operimento ieiunij, vestes preciosæ inimici incursionibus patue-
Homil. 16. in Genes. runt; quo etiam modo Diuus Chrysostomus illa eadem expendit verba. Quid, inquit, est quod dicitur, post esum interdictæ arboris: *Aperti sunt oculi amborum, qui viderunt se esse nudos*. Nec enim esus ille potuit aperire oculos, quos ante esum apertos videmus, quomodo enim potuisset mulier videre *lignum quod erat pulchrum visu*, si non oculos habuisset apertos? Intellige tamen apertos fuisse oculos, vt viderent se esse nudos, nudatos sanè supernæ gratiæ amictu. Mandati siqui-
Genes. 3. 6.

dem præuaricatio, ieiuniumque solutum, quas operiebat vestes pretiosas detexit, quas propterea rapere inimicus potuit. Bonum ergo operimentum, inquit Ambrosius quod animam tegit, ne à tentatore deprehendatur, ne à tẽtatore nudetur. Ergo qui non ieiunat (inferunt Sancti Pontifices Affricani) intectus, & nudus est, patet vulneri. Denique si Adam se rexisset in ieiunio, non fuisset nudus effectus. Noe (inquit Ambrosius) cum ieiunauit, superstes fuit, cunctis alijs extra arcam constitutis morientibus, cùm vinum bibit, nudatus mansit, qui à proprio filio fuit irrisus. Lot Abrahæ nepos ieiunans liber de incendio euasit, per ebrietatem patuit incestuoso concubitu. Dum Sampsõ ieiunium seruauit (inquit Basilius) millia in bello cæcidit, portas ciuitatis submouit, vim leonum robore lacertorum superauit: quando verò, & vini, & scorti illecebris est captus, in hostium facilè potestatem peruenit, deinde oculis priuatus, pueris alienigenarum ludibrium est factus. Hæc, & similia Dauid agnoscebat, propterea tanquam sapientissimus miles, qui à Deo ad pugnam instructus fuerat, sciens multos ac innumeros esse bellantes aduersum se, ieiunij operimentum arripuit, quo contectus non pateret inimicis aditus ad rapiendum, vulnerandum, occidendum. Accipe itaque ieiunij operimentum, & scutum, sub quo te operias, & defendas: si enim carnem per illud tenueris compressam, non habebit qua ingredi possit. Castitatem defendere, & seruare vis? Operi te ieiunio, carnem affligẽdo, & comprimendo Christi mortificationem tenere niteris? Carnem confige ieiunij punctione, quam nihil magis continet quam ieiunium. Deuotionem, & animi propositum, quo statuisti vitijs renuntiare, & Deo inseruire, vis retinere firmum? Ieiuna; si enim te ad voluptates, & comessationes viderit inimicus conuersum, omnem animi tui deliberationem, quam circa bonum agendum conceperas, tanquam fumum dissipabit, & dissoluet.

Li. de Elia cap. 5.

Hom. 2. de ieiunio.

§. 10. *Nullus sinè ieiunio diabolum vicit, vt dixit Augustinus, & probarunt Ioan. Baptista, Apostoli, Paulus, Antonius, Hilarion, &c.*

Libr. 4 hypognost. non longè à princ.

QVod diximus theoricè, D. Augustinus practicè demonstrat, annotans, omnes sanctos, qui fortiter pugnauerunt, & pugnant, qui propterea vicerunt, & vincunt violentos diaboli incursus, & impetus, id in primis curasse, illud armorum genus arripere, quo castigarent corpus suum, & in seruitutem redigerent. Considera famigeratissimum illum militem Iob, quem antiquis temporibus tanquam exemplar toti mundo imitãdum Deus exposuit, quem tradidit satanæ plena manu impugnandum. Spectaculum sanè fuit insigne, cuius spectatorem Deus seipsum omnesque Angelos suos posuit. Cœpit Satanas contra illum pharetræ suæ sagittas mittere, qui boues, & pecora grandia seu armenta per Sabæorum manus rapuit, oues per ignem de cœlo demissum assumpsit, domum regalem à fundamentis per ventum, aut turbinem è deserti regione excitatum euertit, filios ac filias illius interfecit, salutem ipsius abstulit, lepra illum repleuit, putredine ac vermibus totum corpus fecit scatere. Quidnam fortis prudensque prœliator aget? Ad pugnam se videt prouocatum, inimici vires experitur validas, & validis armis se muniendum agnoscit. Ad validiora igitur arma, potentioraque, atque aptiora ad inimici ictus eneruandos manus conuertit. Quænam fuerunt? Validum sanè, ac

¶ 47.

Tract. 3. in Ioh.

forte ieiunium continuumque per septem dies, vt Origenes ex Græco textu quem sequitur, colligit, sicque tandem tam celebrem reportauit victoriam, vt eius inimicus se victum fuisse, vel inuitus fuerit confessus, de quibus alibi diximus. Sed vt veteres milites relinquamus, illucescente Euangelij gratia per Dominum Iesum, attende primum illum, & quasi antesignanum ducem Ioannem Baptistam, quem Christus quasi primum inducere visus fuit, qui regni cœlestis expugnationem in mundo, publico intimauit præconio: *A diebus*, inquit, *Ioann. Baptistæ regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* Vexillum itaque videtur Christus Ioanni in cœlestis regni expugnatione tradidisse. Ille autem quo armorum genere se singulariter muniuit; certè tam forti stricto-

Matth. 11. 12.

que ieiunio, vt dixerit Christus apud Matthæum, *q venit Ioannes non manducans neque bibens.* Quod quamuis D. Ambrosius intelligat ideo dictum, qa nec vnquam manducauit panem, nec vinum bibit, & ita visus est Christus ipse expressisse apud Lucam; sed etiam ideo credimus dictum, quod tam parco tenuique cibo, & potu vtebatur: vt quasi nec comedere, nec bibere dici posset. Quod adeo verum est, vt Iudæi carnales spiritum non habentes, illud iudicantes homini mortali impossibile, dixerint, quod *Ioannes dæmonium haberet*; qui tamen spiritualis militiæ regulas norunt, sciunt potius Ioannem tale elegisse ieiunium, vt supremos dæmones vinceret. Qui enim præcursor extitit Christi, primo ieiunans in eo loco, quo Christus ieiunaturus erat, primo etiam tentationes grandes, & dæmonis validos incursus superauit; vt etiam, & in hoc Christi præcursor se exhiberet, vt inferius annotabimus. Vt autem ita illos vinceret, quod ne leui saltem famine vitam suam macularet, tale ieiunium arripuit. Ad Apostolos veniamus, quos Christus Dominus Ecclesiæ suæ fundamenta constituit. Videbis eos (vt Diuus Ambrosius considerat) aliquando ad pugnandum cum potenti dæmone, qui miserum quendam hominem obsidebat, se conuertisse, quem plenè superare non potuerunt, nec ex illius corpore eijcere. Qui volentes à summo magistro Christo addiscere, quonam medio illum superaturi essent, audierunt: *Hoc genus non eijcitur nisi per orationem, & ieiunium.* Per illam vocem, *Hoc genus*, Ambrosius *a*, Athanasius *b*, Chrysost. *c*, Euthymius *d*, & D. Thom. *e*, dæmones omnes intelligunt, vt voluerit Christus dicere; Corporales inimici expellendi sunt viribus corporis, hoc aũt genus inimicorum

Matth. 11. 18.

Li. de Elia c. 5. ad fin.

Luc. 7. 33.

Matth. 11. & Luc. 7. cit.

Matth. 17. 20.

Serm. 25. cit.

a *Serm. 25. cit.* b *Lib. de virgin.* c *Hom. 58. in Matth.* d *in Ca. 17 Matth.* e *in Ca. 17 Matth.*

tum

rum ſcilicet ſpiritualium, in oratione, & ieiunio. Sed Hieronymus *f* & Leo Papa *g* exiſtimant, nequiſſimorum dæmonum genus ſignificari, quæ ipſe Hieronymus *h* acriora demonia vocauit. Dæmones communes, & minores ad ſolam Chriſti nominis inuocationem pellebant Apoſtoli, qui propterea dicebant *i*: *Etiam dæmonia ſubijciuntur nobis in nomine tuo*: ſed dæmones ſuperiores, & principes non facilè pelluntur, arma valida neceſſaria ſunt ad eos pellendos, oratio ſcilicet, & ieiunium. Acriora enim dæmonia (inquit Hieronymus) docuit Dominus, non niſi oratione, & ieiunio poſſe ſuperari: *Videte charissimi* (inquit Auguſtinus) *quanta ſit ieiunij virtus, vt ia facere ieiunium valeat quod Apoſtoli nequiuerunt*, quaſi ipſis Apoſtolis potentius ſit ieiunium. Ex his grande Ambroſius conficit ad noſtrum inſtitutum argumentum. Si tanta eſt ieiunij potentia, vt qui illo munitur, dæmonem obſidentem alium expellat, & vincat quanto magis poterit expellere, & ſuperare dæmonem impugnantem ſeipſum? Tanta potens eſt ieiunij virtus, vt dæmon in vno homine exiſtens, non poſſit ſuſtinere ieiunium, quod in altero homine eſt, quanto minus poterit ſuſtinere ieiunium in illo metipſo ad quem impugnandum acceſſerit? Videte ergo, inquit Ambroſius, quæ ieiunij virtus ſit, quantam homini ſuo præſtet gratiam, quod tantam præſtat alteri medicinam; quemadmodum proprium ſanctificet hominem, quod ita purificat alienum. Mira enim res eſt, alter ieiunat, & alteri prodeſt ieiunantis vtilitas. Grata ergo eſt Deo (inquit Leo Papa) & terribilis diabolo ieiunantis oratio, nec latet quantum acquirat ſuæ ſaluti, qui tantum præſtat alienæ. Ita quidem tunc Apoſtoli audierunt, & dicerunt. Vnde cum poſt Chriſti aſcenſionem, vt munus ſibi commiſſum adimplerent Euangelicæ prædicationis, per quam fortè bellum diabolo erat inferendum, qui erat pellendus è mundo, perpetuis validiſſimiſque ieiunijs toto vitæ tempore ſe munierunt, id adimplentes quod Chriſtus prædixerat: *Venient dies quando auferetur ab eis ſponſus, & tunc ieiunabunt*. Ideoque Apoſtolorum acta, & hiſtoriæ eos perpetuò referunt ieiunantes. Eorum numero tandem adiunctus fuit Paulus, inter Apoſtolos vocatione quidè nouiſſimus, ſed prædicatione, & labore primus, qui hoc ipſo quod ad regnum cœlorum vocatus fuit, intellexit, & profeſſus eſt, ſe illud conſequuturum per vim, & bellum, quod propterea ſibi cæteriſque qui ad illud aſpirant indictum confitebatur, & ſupponebat, dicens: *Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem, & ſanguinem ſed aduerſus principes, & poteſtates, &c.* Qui Dei gratia munitus, non ſolum certamen non recuſauit, ſed & omnes inferni potentias ad illud vocabat, & prouocabat, qui de illis tam inſignem reportauit triumphum, vt ſibi iam coronam repoſitam gaudens prædiceret. Si quæras quo armorum genere ſe ſingulariter munierit, laudi ipſum dicentem: *Ego ſic pugno non quaſi aerem verberans ſed caſtigo corpus meum.* Quæ verba Auguſtin. vt paulò ante dicere cœpimus, ita expendit. Ait Apoſtolus: *Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum*, contra quam ſpiritus ſpem habens in Deo, niſi fortiter concupiſcat, nec caro, nec ſpiritus vitam poſſidebunt æternam. Contra hoc venenum de gratiæ antidoto confidentes omnes ſancti caſtigãtes corpus ſuum, & in ſeruitutem redigentes ne reprobi efficerentur, fortiter pugnauerunt, & pugnant. De hac n. congreſſione loquebatur Paulus, cum dixit: *Ego igitur ſic curro, nõ quaſi incertum, ſic pugno, non quaſi aerẽ verberans.* Et tanquam è contrario reſponderetur ei: Quis eſt, vel vbi eſt aduerſarius tuus, contra quem pugnas? reſpondens ait: *Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo*: id eſt, in corpore meo eſt, nõ in aere contra quem pugno: libido eſt ſcil. inimica vitæ meæ, quæ me currentem, & placere Deo volentem per momenta aculeis me impugnat, & prouocat, quo agonis mei curſum impediens, auctorem ſuum diabolum faciat eſſe victorẽ. Ideò caſtigo corpus meũ, vbi porto hoſtem meum in me; pugnãti contra me, virtute gratiæ confortatus, repugno pro me. Sed tũc hoſtis potentiam deſtruò, cum caſtigans corpus meum infirmor in me: *Cum n. infirmor, fortior ſum, & potens.* Ita Auguſt. Itaque notum

f In idem c. 17.
g Ser. 2. de ieiu. 7. menſis.
h Libr. 2. cont. Iouin.
i Luc. 10. 17.
Ser. 65. de temp.
Eod. ſer. 15
Ser. 2. de ieiu. ſeptimi menſis.
Mat. 9. 15.
¶ 49
ad Eph. 6. 12.
1. Co. 9. 27.
Li. 4. hypognoſt. ad Gal. 5.

notum erat, Apostolo, quo tendendum curredumque erat: *Curro*, inquit, *non quasi in incertum*, non currit nesciens quò iret, sed ad cœlorũ regna cursum arripit. Quoniam aũt regnum illud nõ nisi expugnatione conquiritur, pugnã acceperat; sed non in vanum aut in aerem conuertit ictus suos. In quidnam? In corpus suum: castigando.n.corpus, & carnẽ, hostẽ eneruat. Qũo castigabat corpus? Ipsemet exponit: *In ieiunijs*, inquit, *multis, in fame & siti*. Expẽde illud, *multis*. Nõ vno aut altero ieiunio, sed multis: qua de causa carnem perpetua fame, & siti penè cõfectam tenebat, & infirmam. Illũ insuper militem validum Antonium cõspice, qui tã legitimè contra principes tenebrarum certans triumphauit: vt vel solo eius nomine audito terrerentur, vt Athanasius refert. Hic singulariter ieiunio tam grandi ac stricto se toto vitæ tẽpore armauit: vt mirum fuerit, quomodo vitam potuerit conseruare, vt idem Athanasius refert. Nam nonnunquam (inquit) biduo, & triduo sine cibo aliquo, & potu permanens, quarta demum die parcissimè reficiebatur, sumebat.n.tunc panem, & sal potumque aquæ perparuum. Ab illo Hilarion eius discipulus militare [didicit], qui vt D. Hieron. enarrat, cum quindecim esset annorum, dæmonis impetus frangere, & eneruare contenderet, ad desertum se contulit, & primũ omnium pro armis tale elegit ieiuniũ; vt quindecim tantum caricas post solis occasũ comederet. Cumq; sentiret adhuc dæmonẽ se expugnare contendentem per carnis suæ motus, ieiuniũ auxit, nam triduũ, & quatriduũ sine vllo prorsus alimẽto conficiebat corpus; vt penè iã vita deficeret. Medici quando infirmitati per sanguinis missionem subueniẽdum intelligunt, dicere solent, mittẽdum sanguinem vsque ad animæ deliquium. Ita Hilarion agebat, qui agnoscens spiritui subueniendum in bello per carnis castigationem, & ieiunium, illud vsque quo caro deficere videretur prolongabat; herbarum succo (inquit. Hieron.) & paucis caricis post triduũ vel quatriduũ] deficientem animã sustẽtabat, & ieiuniorum labore labor operis duplicabat, sic attenuatus, & in tantum exeso corpore, vt ossibus vix hæreret. Nec tunc finem ieiunandi fecit, sed quo vlterius in vita, vlterius etiam in ieiunijs procedebat. Vigesimo namque primo anno vsque ad vigesimum septimum, tribus annis dimidiu lentis sextarium madefactum equa frigida comedit: & alijs tribus panem aridum cum sale, & aqua. Porrò à vigesimo septimo vsque ad trigesimum, herbis agrestibus, & virgultorum quorundam radicibus crudis sustentatus est. A trigesimo autem primo, vsque ad trigesimum quintum, sex vncias hordeacei panis, & coctum modicè olus absq; oleo in cibum habuit. Sentiens autem caligare oculos suos, ad superiorem victum adiecit oleum: & vsque ad sexagesimum tertium vitæ suę annum, hoc continentiæ cucurrit gradu, nihil extrinsecum, aut pomorum, aut leguminis, aut cuiuslibet rei gustans. Inde cum se videret corpore defatigatũ, & propinquam putaret imminere mortem, à sexagesimoquarto anno vsque ad octogesimũ pane abstinuit, incredibili feruore mẽtis: vt eo tempore quasi nouus accederet ad seruitutem Domini, quo cæteri solent remissius viuere. Fiebant autem ei de farina, & cõmminuto olere sorbitiunculæ, herba, & potu vix quinque vncias appendentibus, sicque complens ordinem vitæ, nunquam ante solis occasum, nec in diebus festis, nec in grauissima valetudine ieiunium soluit.

2. Cor 11. 27. ¶ 50.

In vita Antonij.

In vit. Hilarion.

Ita Hieronymus de Hilarione. Qui de alio strenuo milite Paulo scilicet Heremita, non minora enarrans, quoniam incredibilia dicere videtur: Iesum (inquit) testor, & sanctos Angelos eius, in ea eremi parte quę iuxta Syriam Saracenis iungitur vidisse me monachos, de quibus vnus per triginta annos clausus, hordeaceo pane, & lutulenta aqua vixit. Alter in cisterna veteri, quam gentili sermone Syri Cubam vocant, quinque caricis per singulos dies sustentabatur, &c. Huiusmodi possemus innumeros referre antiquos, quos Hieronymus *a* peculiari libro describit, & S. Ioann. Climacus *b* singulari recenset tractatu, & illis posteriores, Bernardum, Dominicum, Franciscum, Petrum martyrem, Catharinam Senensem, alioſque quorum ieunia

In vita Paulis.

a In vita Patrum.

b in Scala Spirituali.

omnem

omnem ſuperant admirationem, de-
quibus alibi. Hoc certum ſit, quod (vt
diximus) Auguſtinus vniuerſali nota
voluit comprehendere, dicens, omnes
ſanctos caſtigantes corpus ſuum, & in
ſeruitutem redigentes, fortiter anti-
quitus pugnaſſe, ſicque victores con-
tra dæmonis incurſus euaſiſſe, nunc-
que ſimiliter caſtigare debere, qui vi-
ctoriam aſſequi cupiunt, nec enim me-
lioris conditionis eſſe debent poſterio-
res prioribus.

4. Hypogneſt. citat.

§. 11. *Cum timore inter eſſendum conuiuijs, & comeſſationibus docuerunt Tobias, & Iob.*

§ 11.

DVplex autem eſt cauſa, cur ſan-
cti, qui diaboli impugnationi re-
ſiſtere efficaciter volunt, valido ſe mu-
niunt ieiunio, & vtramque S. Baſilius
præuiſſimis verbis inſinuat. Prima
eſt, quam ſæpè indicauimus, quia vi-
delicet Sancti, qui in ſpirituali militia
ſunt inſtructi, intelligunt, ac conſide-
rant dæmonis præcipua arma eſſe
ipſius carnis noſtræ affectus, appetitus,
& motus. Hos tanquam in cauſa, &
radice in potu, cibo voluptatibuſque,
& delitijs incluſos præuident, eo mo-
do quo Apoſtolus dixit: *a In vino eſſe luxuriam*, & Propheta: *b In abundantia panis* iniquitatem extitiſſe Sodo-
morum. Sciebant itaque per comeſ-
tionem, & potum arma inimico tra-
di, vires ei exhiberi, & milites mini-
ſtrari; ideoque quantum fieri poterat
ab illis abſtinebant, caſtigantes, & có-
primentes corpus ieiunio. Hinc ille
timor procedebat, quo ſancti eo ipſo
quod ad comeſtionem accedebant, te-
nebantur, ne cum cibo, & potu, arma
contra ſeipſos intra ſemetipſos inferrent, neue milites, & vires inimico
ſubminiſtrarent, attendentes verè eo
ipſo quod carnem reficiũt, nutrire ini-
micum grandem, qui totus in eo eſt,
vt dæmonis partes agat, & viam qua
ille poſſit nos expugnare, eidem faciat.
Inde timor ille, quo Sanctus Iob tene-
batur circa ſeptem filios ſuos. Illi quo-
tidiana agebant conuiuia, non quibus
ventrem replerent epulis, ſed quibus
fraternum amorem conſeruarent, &
nutrirent. Nec enim (vt B. Grego-
rius *a* obſeruat obſeruauerat que prius
Origenes *b*) conuiuia erant, quibus
intenderent ſplendidè epulari ſed *fra-
trum concordiam* (quam in ſupremis
bonis Spiritus ſanctus ponit *c*) com-
probare. Ideoque hoc in B. Iob lau-
dem Spiritus ſanctus recẽſet, qui cum
potentiſſimus eſſet, & ditiſſimus, filios
tanta concordia vnitos tenebat, inter
quos dum diuidenda eſſet ſubſtantia,
corda omnium indiuiſa charitas reple-
bat. Huiuſmodi conuiuijs tempera-
tiſſimis ſeipſos ſæpè iuſti excipiunt,
fraternam charitatem, & amorem fo-
uentes, & ad cœleſtia deſideria ſeipſos
excitantes. Quomodo Tobias feſti-
uis præcipuis diebus conuiuia fratri-
bus ſuis concaptiuis faciebat, & illis
diebus Sancta Iudith ieiunia intermi-
tebat, non quidem refectioni indul-
gens (inquit Ambroſius) ſed religio-
ni deferens. Ita, & ipſis ſanctis Ana-
choretis in more fuit abſtinentiæ rigo-
rem propter fratres hoſpites aduenĩ-
tes aliquantulum remittere, de quibus
Caſſianus *a*: imò ita fieri oportere, Ba-
ſilius *b* eximius ieiunij laudator docuit.
Huiuſmodi enim conuiuia, quia tem-
perantiſſima ſunt, non tam excitant, &
augent carnis laſciuiam, & concupi-
ſcentiam, quam quia charitate ſunt ple
na, amorem conciliant, & lætitiam ſpi-
ritualem, per quam iuſtos rebus ſpiri
tualibus pertractandis reddunt aptio-
res. Tale conuiuium fuit illud, quo ſi-
mul conueſcebantur Apoſtoli, cum re
cũbentibus illis, Chriſtus in cœlum a-
ſcenſurus apparuit, & multa ſacramẽ-
ta cœleſtia aperuit. Huiuſmodi igitur
conuiuijs filij S. Iob ſeipſos excipiebãt
quotidie, ex quibus non temulenti, ſed
maiori vniti concordia prodibant: Cõ-
ueniebant (inquit Origenes) pure
atque ſincerè, conueniebant concor-
diter atque vnanimiter: iunior ma-
iori obſequium reddebat, nouiſſimus
primò cum primatu honorem ex-
hibebat: non inuidebat alter alteri,
ſicut filij Iacob Ioſeph *a*: non reſiſte-
bat alter alteri ſicut Abſalom, Ammon
b, & ſicut Adonias, Salomoni *c*: ſed
conueniebant adinuicem tanquam
fratres ad fratres, tanquam germa-
ni ad germanos. Conueniebant ad in-
uicem

Homil. 1. de ieiunio.

a Epheſ. 5. 18.
b Ezech. 16. 49.

a 1. Moral. cap. 4.
b Tract. 1. in Iob.
c Eccl. 25. 2.

Tob. 2. 1. 2.

Iudit. 8. 6.

Lib. de viduis.

a 5. de Inſt. renun. cap. 23. et ſeqq. & coll. 24. c. 24 & 21
b De conſt. monaſt. ca. 14. & de reg. fuſ. diſ. regul. 20. Marci vl. § 52.

Tract. 1. in Iob. cita.

a Gen. 37.
b 2. Reg. 13
c 3. Reg. 1.

uicem. Nullus iudicabat inter eos, nec quicquam suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia, & munera, & substantia, & diuitiæ, & vnitas, & pecunia, & charitas, omnia erant illis cõmunia; conueniebantque ipsi priores adimplentes hoc quod dictum est: *Ecce quam bonum, & quam iucundum, habitare fratres in vnum*: ipsi priores obseruãtes id, quod post ab Apostolis obseruatum est, & à credentibus perfectum, atque impletum, sicut dicitur: *Erat cor, & anima omnium credẽtium vna.* Hanc scilicet piã vnitatẽ ostendentes, atque sincerã concordiam demonstrantes beati illi filij Iob cõueniebant adinuicem. Filij qui septem fuerũt numero, & vnam habuerunt animam: septem fuerunt personæ, & vnũ erat eis cor: qui dissimiles erant aspectu, & facie, similes verò, & vnanimes mentis concordia, atque pietatis communione. Ita Origenes. Nihilominus quantũuis Iob tales filios suos agnosceret, taliaque eorum præsciret conuiuia, maximo angebatur timore, quem Spiritus S. egregijs exprimit verbis: *Cũque in orbẽ transissent septem dies conuiuij, mittebat ad illos Iob, & sanctificabat illos, consurgensque diluculo, offerebat holocausta pro singulis, dicebat enim, Ne fortè peccauerint filij mei, & benedixerint Deo in cordibus suis: sic faciebat Iob cunctis diebus.* Filios suos tanta instructos sanctitate educauerat (inquit Gregorius) quos perfectos in opere & sermone iã cognoscebat, pro quibus de sola pater cogitatione metuebat, ne fortè deficerent *in cordibus suis.* Magno tenebatur timore, ideoque cũ transissent septem dies conuiuij *mittebat ad illos Iob.* Origenes intelligit misisse, aut viros probos, qui posset comessionẽ eos ad pietatẽ admonerent, qui in iustitia instruerent, qui timorẽ docerent, qui testificarentur iudicium Dei terribile, in quo omniũ & manifestorũ operum, & verborum ratio inquiritur, atq; redditur, in quo vindicta impatienter omnibus animab. infertur, in quo ira inflãma ignis omnibus impijs irrogatur: verbis ergo doctrinæ, disciplinæ atque admonitionis mundabat illos per eos, quos mittebat ad illos: aut verò misisse orationes ac preces ad Deum pro illis.

Psal. 132. 1.

Act. 4. 32.

Iob 1. 5.

Tract. 1. in Iob citato.

Indicat nihilominus idem Origenes, beatũ Iob misisse nuntium, qui eos ad se vocaret, vt sanctis exhortationibus instrueret, & ad resipiscentiam prouocaret, si in aliqua re per conuiuiorum occasionem defeciſſent: *& sanctificabat illos*, non solum verbis, & exhortationibus, & orationibus, vt dixit Origenes: sed etiam communi quodam sacrificio pro eis oblato per quod expiatis culpis sancti redderentur. Neque hoc contentus, *consurgens diluculo*, quo paterna cura, & diligentia ostenderetur, non quęuis, sed quę illum reddebat insomnẽ, vt Olympiodorus *a* obseruat, *offerebat*, non quæuis sacrificia, sed *holocausta*, quæ inter sacrificia primas tenebant; ita dicta, quoniam tota in Dei honorem absumebantur, vt D. Hieronymus *b* annotauit: *Pro singulis*, clarius septuaginta *secundum numerũ eorum*: offerebat, inquit Cyprianus *c* numerosa sacrificia. Erat sanè Iob sacerdos, vt Origenes *d* Chrysostomus *e*, & Hieronymus *f* ientiunt. Id quod probãt Philippus Diaconus *g*, & Beda *h* ex regia quã habebat dignitate. Vt nãque annotat D. Isidorus *i* antiquis illis tẽporibus, qui reges erant, simul etiam erant Pontifices. Vnde, & Romani Imperatores Pontifices dicebantur. Et vt relinquamus Numam Romanorum regem, qui Pontificem maximum se constituit, vt Plutarchus *k* tradit, & Galbam imperatorem qui (vt refert Suetonius) similiter egit, & Lacedæmonios, apud quos vnus, & idem agebat ducem, seu principem, & sacerdotem, vt Strabo annotat, illud vulgatum est, apud Ægyptios ex philosophis sacerdotes, & ex sacerdotibus probatissimum creari Regem, vt Ioannes Pineda prosequitur, annotans fortè ad hãc gentium inueteratam consuetudinem Deum alludere voluisse, cum populum suum appellat, *Regnum sacerdotale*, aut *Regale sacerdotium*, vtraque simul dignitate fulgentem. Hoc ipsum expressius, & planius id confirmat, quod vltimo subditur: *Sic faciebat Iob cunctis diebus.* Multi S. Patres senserunt, Simeonem illum fœliciſſimum senem, qui Christum infantem à Virgine in templũ deportatum in vlnas suscepit, fuisse sacerdotem, vt Epiphanius *a*, Atha-

a *Catena in c. 1. Iob.*

b *In c. 56. Isaiæ.*

c *Lib. de opere, & eleemosyna.*

d *Tract. 1. in Iob.*

e *Homi. 35. in Gen.*

f *Epi. 126. ad Euagr.*

g *In catena in Iob c.*

h *In Iob.*

i *7. Ethy. cap. 12.*

k *In Numã. lib. 12.*

In c. 1. Iob. vers. 5.

Exo. 19. 6. 1. Pet. 2. 7.

a *Lib. de vit. proph.*

b *Li. de cõ. Patr. Fil. & Spir. S. essentia.*
c *Orat. de occur. Domini.*
d *Ser. 9. de Nat. Dom.*
e *In cap. 2. Luc.*
f *Luc. 2. 34*
g *Nu. 6. 24*
h *Nu. 6. 23.*
a *Le. 15. 15*
b *Le. 23. 19*
c *3. Reg. 3. 15.*
d *3. Reg. 18. 23.*
e *3. Reg. 18. 26.*
f *Ez. 42. 25*
g *Li. de corona mili.*
h *Lib. 5. de lingua lat.*
i *Pro Mur.*
k *Virg. Eclog. 3.*

Athanasius *b*, Cyrillus Hierosolymitanus *c*, & id ipsum credunt aliqui ab Augustino *d* indicatum vocante illum: *Senem probatum, & coronatum*, non enim videtur, quæ sit hæc corona, nisi Sacerdotalis mitra. Placuit hæc sententia Caietano *e*, qui obseruauit, id quidem non haberi expressum in Scriptura sacra: colligi tamẽ ex eo quod actum illi tribuit Sacerdotibus propriũ dicens *f*, *Et benedixit illis Simeon.* Hinc enim apparet (inquit Caietanus) quod Simeon fuit sacerdos: nam sacerdotibus in lege *g* mandatum erat benedicere filijs Israel; & hoc tanto magis significatur, quod in templo benedixit: immo significatur, quod pars cæremoniarum erat huiusmodi benedictio, ex hoc quod vtrique parentum benedixit: intendit enim Euangelista dicere, quod vsus est forma benedictionis statutæ in lege *h*: & propterea non explicat, quomodo benedixit eis. Ita Caietanus. Id ipsum de Beato Iob dicendum est: Scripturam quidem sacram non expressè vocasse illum sacerdotem: illud tamen indicasse, dum illi tribuit actum sacerdotibus proprium, scilicet sacrificare dicens: *Sic faciebat Iob cunctis diebus*. Verbum *Faciendi*, vetusto more latinis, & hebræis recepto, sacrificare, significat. Ita in Scriptura sacra: *a Qui faciet vnum pro peccato, & alterum in holocaustum*: & *b Facietis hircum pro peccato*: & *c Fecit victimas pacificas*: & *d Ego faciam bouem alterum*: & iterum *e*: *Qui cum tuliſſent bouem, quem dederat eis fecerunt, & inuocabant, &c.* & apud Ezechielem *f*: *Septem diebus facies hircum pro peccato quotidie.* Ita apud antiquos Patres, vt Tertullianus *g*: *Pro natalitijs martyrum*, inquit, *annua die facimus*, id est, sacrificium incruentum offerimus: immo, & apud prophanos, & gentiles auctores est id ipsum maximè visitatum. Marcus Varro *h*: *Agnam Ioui facit* Cicero *i* itẽ: *Iunoni sospitæ omnes consules facere necesse est*: Poetarum latinorum princeps k, *Cum factam virtula pro frugibus ipse venito*, & huiusmodi alia possemus innumera coaceruare. Ex quibus contra nostri temporis Hæreticos Catholici id explicãdum censent quòd dixit Christus cum Apostolos in Cœna Sacerdotes ordinauit: *Hoc facite in meam commemorationem*, id est, hoc sacrificate, & offerte. Pro singulis ergo filijs suis, singula Beatus Iob singulis diebus offerebat holocausta. Quod si quæras: Quid Sanctum Iob tanto timore tenebat solitum de filijs, quos rectè nouerat instructos, & egregijs præstantes moribus? *Ne forte*, inquit, *peccauerint filij mei, & benedixerint Deo in cordibus suis*, id est, ne interiori affectu cordis, vel cogitatione Deum offenderint, vt Diuus Gregorius intelligit. Difficilimum sanctus vir iudicabat, filios suos quantumcumque benè morigeratos, & compositos escas quantumcumque temperate ventri inferentes, & quod non in corde insurgeret aliquis inordinatus affectus, qui ad peccatum saltem cogitatione commissum traheret. Ita timentes sancti cibum excipiunt, quomodo singulariter de illo excellenti viro ab ipso etiam Deo commendato Tobia dicit diuinus sermo, quod postquam mortuorum corpora sepulturæ tradiderat: *Manducabat panem cum luctu, & tremore memorans illum sermonem, quem dixit Dominus per Amos Prophetam: Dies festi vestri conuertentur in lamentationem, & luctum.* Quod etsi multis modis possit explicari, ideò dictum intelligere possumus; quia ferè semper ex epulis aliquid contrahitur luctu, & lamentatione dignũ, & prosequendum, & qui abunder comedit radicem intra se plantare videtur, similem illi, quam Moyses vocauit, *Radicem germinantem fel, & amaritudinem.* Quando enim non aliud cõsequeretur, quã inordinati motus carnis, ita illi sanctos viros contristant, vt quasi se ipsum flentem exponat Paulus dicens: *Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius*. Hinc illud explicare possumus quòd de se ipso dixit Dauid: *Oblitus sum comedere panem meum, &c. Similis factus sum pellicano solitudinis*. Pellicani esca (inquit Hieronymus) venenata sunt animalia, vt serpentes, lacerti: Pellicano propterea se similem dicit Dauid, qui escam tanquam venenum reputabat, in qua inordinatos illos motus, quos Apostolus dicit ministros mortis, & inducentes mortem, conspiciebat. Ideòque fi-

1. Cor. 11. 26.
Li. 1. Mor. c. 7.
¶ 54.
Tob. 2. 5.
Amos 8. 10
Deu. 29. 18.
Ad Ro. 7. 24.
Ps. 101. 7.
In Ps. 101.
Ad Roma. 7. 22.

cut

cut qui rem venenatam assumit, qualia sunt medicamenta purgantia, cũ grandi timore sumit illa, reformidans ne si debitam excedant mensuram, exitium afferant: ita Dauid agebat, intelligens in cibo fomentum libidinis, & in vino esse luxuriam. Expendit elegantissimè Ambrosius *a* illud factũ insigne, quod de manna Scriptura sacra refert *b*: erat cibus quidem Cœlestis, Angelicis manibus præparatus, ideò *Angelorum esca* vocatus *c*: nihilominus qui maiorẽ portionem, quam sua exigeret necessitas in tabernaculum suum intulit, vermes inde scaturientes sensit, & corruptionem expertus fuit. Ex taline cibo e cœlo deportato, vermes, & corruptio potuerunt oriri? Potuerunt sanè, inquit Ambrosius, in eo qui supra moderatam refectionem accepit: vt hinc intelligas, qua parcitate, & moderatione terreni cibũ te sumere oporteat, si enim ex illo cœlesti vermes sunt generati, & corruptio processit: quanto magis ex isto terreno orientur vermes corrodentes, & corrũpentes, affectus scilicet libidinis, & impudicitiæ, cæteriq; motus qui carnis corruptionẽ, & fœtorem referunt. Rectè ergo Sanctus Tobias cum timore cibum sumebat, & considerabat ad conuiuium sequi tristitiam. Verè namque cum timore prudens miles in militia spirituali instructus manducat panem. Infœlices illi, quos desperatos Apostolus Iudas inducit, *conuiuantes*, id est, conuiuijs traditos, *sine timore semet ipsos pascentes*. Nullatenus formidantes damnum, quod inde illis potest euenire, vt inquit Augustinus, concupiscentias malas, & inordinatos carnis affectus, nec sibi contrarios deputant, nec hostium arma intelligunt. Quam insipiens ille iudicaretur, qui in domum suam plurima absque aliquo timore induceret oua basilici, seu reguli? Quam imprudens cẽseretur dux, qui tempore belli in ciuitatem inordinatè induceret innumeram hominum multitudinem, qui suis inimicis fœderati essent? Hæc igitur causa prior cur sapientes milites spirituales tanta solicitudine abstinent, & ieiunant: quia per cibum, & potum, qui ventri infertur, sciunt inimicis subministrari vires, & potentiam. His omnibus concinit illa frequens Sancti Augustini propositio: *Alimenta sumenda tanquam medicamenta*, quæ magna cum expensione sumuntur, ne si nimia sint, vitam perdant, quam D. Th. explicat, & nos alibi latè prosequuti sumus.

a Serm. 34.
b Exod. 16.
c Sap. 16. 20.
Iuda. 1. 12
Lib. de continentia.
2. 2. q. 146. a. 1.

§. 12. *Filij ieiunij sunt Sampsones, & Samueles, id est, opera fortia quæ inimicos omnes reuincunt.*

¶ 55.

SEcũda causa est, quam (vt diximus) simul indicat S. Basilius, quia sicut dum per intemperantiam carnem impinguamus, inimicorũ vires augemus, ac spiritus virtutẽ grauamus, & hebetamus: ita cum per ieiunium illam comprimimus, inimicorum infirmamus vires, & virtutem, ac robur spiritus augemus, & erigimus, qui quo caro infirmior fuerit, eo fit potentior, & robustior, validiorque, vt opera fortia proferat, fortibusq; ictibus inimicum valeat deijcere, & superare. Tunc siquidẽ spiritus orationem feruẽtem, deuctionem firmam, confessionem humilẽ, lacrymas frequentes, potenter ac firmiter producit; cum caro fuerit ieiunio mortificata, & infirmata. Doctrinã hãc illud adumbrat, quod SS. Patres Hieronymus *a*, Basilius *b*, & Ambrosius *c* obseruant, inter omnes duces qui Dei populũ antiquitus de manibus Philistinorum liberarunt, fortiores extitisse illos duos meritò famigeratissimos, Sampsonem, & Samuelem, quorũ fortissimũ robur, & robustissimam fortitudinẽ acceptã ferunt ieiunio, & abstinentiæ, per quam (inquit Hieronymus) concepti fuerunt, & eorum substantia ieiunio fundata extitit. Quid (inquit Basilius) fortissimum hominem Sampsonem, & indomitum reddidit? Nonne ieiunium per quod, & in matris vtero conceptus est? Ieiunium illum concepit, ieiunium nutriuit, ieiunium virum, fortemque fecit: quod sanè Angelus matri præceperat, monens quæcumque ex vite procederent, ne attingeret quidem, non vinum, aut siceram biberet. Samuelem verò nõne precatio cum ieiunio matri largita est? &c. Ex ieiunio (inquit Ambros.) duo generati fuere, vnus for-

Hom. 1. de ieiunio, citata.

a *Lib. 2. contra ieiun.*
b *Homil. 1. de ieiunio.*
c *Lib. de Elia.*

Iudi. 13. 7.

Li. de Elia c. 6.

fortiſſimus, alter obſeruantiſſimus. Itaque fortiſſimi duces, filij ieiunij vocari poſſunt, & ex ieiunio procedentes. Qua in re illud intelligere aptè poſſumus, ea ſpiritus opera quæ ſunt quaſi ieiunij filij, & ex ieiunio procedunt, fortiſſima, & robuſtiſſima eſſe ad omnem inimicorum vim eneruandam, & impetum infringendum. Sicut enim ex comeſſationibus, & potationibus procedunt motus carnis robuſtiſſimi, quaſi earum filij, per quos diabolus magna violentia ſpiritum impugnat: ita ex ieiunio procedunt opera ſpiritus, quæ forti virtute dæmonem deijciunt, & vincunt. Ex trium hebdomadarum grandi ieiunio, feruentiſſimâ proceſſit Danielis oratio, qua meruit Angelicis viſionibus, & reuelationibus conſolari; ex eodem orta fuit fortis, inuictaque ſatisfactio, & pœnitentia, qua Dauid peccata ſua contexit: *Qui operuit in ieiunio animã ſuã*: ex ieiunio forti quo ſancta Eſther *corpus ſuum humiliauit*, humilis proceſſit deprecatio, quæ penetrauit cœlos, & quod voluit obtinuit: ex ipſomet illi validi potenteſque Niniuitarum actus, qui omnes tanquam ieiunij filij extiterunt; ideoque illorum tantummodo ieiunium explicatur, per quos intimatam ſententiam reuocari obtinuerunt, & mortem imminentem effugarunt. Ex ipſo ergo Sampſones oriuntur, qui leones dilacerant, portas inimicorum euellunt, & eorũ ſata, & ſegetes comburunt, & ſolo conſpectu in fugam conuertunt: ex illo oriuntur Samueles, qui Philiſthinorum acies fugant, & inimicis Dei terrorem incutiunt. Quænam ex te oriri poteſt oratio ventre pleno? Quis feruor vigilans oppleto vaporibus capite? Quæ pœnitentia grauato corde per crapulam? &c. Hinc intelliges cur tam paruæ virtutis, & efficacitatis ſint opera ſpiritus tui, omnia tepida, infirma, imbecilla; non mirum, quia ſpiritus compreſſus tenetur carnis vigore, & robore, nec poteſt illius impetus potenter ſuperare. Superbum illum, potentemque tyrannum Nabuchodonoſor, ſpiritu prophetico ſanctus Propheta Habacuc præuidebat, magna vi homines expugnantem, & ſubijcientem ſibi omnes: *Et ipſe*, inquit, *de rebus triumphabit, & tyranni ridiculi eius erunt, ipſe ſuper omnem munitionem ridebit*. Reges ipſos expugnandos aſſumpſit, quos ſubijciet, de quibus triumphabit, & tyrãnos, id eſt, principes habebit ridiculos; in Hebræo: *Et principes riſus illi*: qui quamuis illi ſe opponant, tam infirma tamen eorum arma, & munitiones erunt: vt tam munitiones, quam ipſos irrideat, & facillimè euertat, ac frangat. Ita de Nabuchodonoſore dicebat Propheta, in cuius perſona verius dæmonem præuidebat, qui non ſolum barbaris, & infidelibus nationibus dominatur, ſed Chriſtianos innumeros, quos Chriſtus reges fecit, & principes, ſibi ſubijcit; qui etſi contra eum ſe opponere videantur, & munitiones extruant: ſed tam illos, quàm eorum munitiones irridet. Irridet te, & tuam confeſſionem, retinente te alienam ſubſtantiã, aut mulieris familiaritatem impudicã conſeruante: irridet te, & ieiunium tuum, qui quamuis à carnibus, & vetitis cibis abſtineas; maiora tamen gulæ condimenta, abundantioreſque cibos tibi præparari facis: irridet te, & tuas eleemoſynas, tantùm propter inanem gloriam factas; irridet te, & tuam deuotionem ac propoſitum, qui non proximas peccandi occaſiones dimittis. Quid autem timet? Experto credite (dicebat Antonius, vt refert Diuus Athanaſius) rectè viuentium vigilias, orationes, ieiunia, pertimeſcit ſatanas. Opera ſpiritus magno validoque ieiunio roborati, hæc timet, nec ſtare valet, cum quis orat ieiunio mortificatus, eijcitur enim fortius *dæmonium genus per orationem, & ieiunium*, id eſt, per orationem ieiunio rigido comitatam.

Dan. 10. *Pſal. 68.* *Eſth. 14. 2.* *In vita Antonij.* *Matth. 17.* *¶ 56.* *Habac. 1. 10.*

§. 13. *Non minus necessarium est, carnem ieiunio fortè, quàm indomitum equum valido fræno, ad victoriam comparandam comprimere.*

¶ 57. QVoniam Ieiunium carnem comprimit, & infrænat, aptè ab eo illud tempus incipimus, quo vt dictum est, ad prœlium insonante tuba excitamur, & conuocamus. Duo ad obtinendum in prælio victoriam necessaria, expressit Spiritus sanctus, vnum ex parte Dei, alterum ex parte nostri. Ex parte nostri requiritur equus benè præparatus, sella, cui pugnator insideat, frænū, quo equū ad sui nutum dirigat, calcaria quibus vrgeat. Ex parte autem Dei requiritur illius fauor, & auxilium, sine quo omnis equi præparatio cassa est, & inanis, cui propterea totus victoriæ triumphus tribuitur. *Equus*, inquit, *paratur ad diem belli, Dominus autem salutem tribuit.* Salutis nomine, victoriam sæpè scriptura intelligit, quomodo eam quam Dauid diuino fauore roboratus consequutus fuit, vocauit, quam diuino auxilio acceptam tulit, dicens: *Domini est salus.* Homo debet, equum disponere; sed ille insufficiens est, nisi Deus auxilij sui fauorem, salutem, victoriamque contulerit. Id quod Dauid dicere voluit, vt D. Augustinus annotauit: *Fallax* (aut vt Augustinus legit, mendax) *equus ad salutem.* Cùm tu vides equum bene formatum (inquit Augustinus) bonis viribus, magno cursu prœditum; ista omnia velut tibi promittunt de illo salutem, sed fallunt si Deus non tuetur, nam mēdax, equus ad salutem. Diuinus ergo fauor est implorandus. Sed à te præparandus est equus ad diē belli, vt salutem, & victoriam consequaris. Vocati sumus ad prœlium, adest dies belli, vt ex sanctis Patribus Ambrosio, & Basilio supra dictum est: duo propterea sunt nobis necessaria, primum ex parte Dei, diuinus scilicet fauor, & gratia, sine qua nullatenus poterimus hostes superare, nec victoriā consequi. *In te inimicos nostros ventilabimus cornu* (dicebat Dauid:) *ipse est qui operatur in nobis velle, & perficere pro bona voluntate sua*, dicebat Paulus. *Sine me*, inquit Dominus, *nihil potestis facere.* Ex parte tamen nostri necessariū est prœparare equum. Equus vnicuique animæ corpus suum est, inquit Gregorius, cui anima ipsa tanquam eques insidet: de quo illud possumus accipere, *Equi eorum caro.* Hic equus primò à nobis præparandus est ad prœlium, quod aggredimur, vt euadamus victores. Et quidem diuinum fauorem sperare possumus, non ex nostris meritis, sed ex ipsius Dei misericordia, cui Ecclesia statim in principio Quadragesimę illa Sapientis voce intonat: *Misereris omnium Domine, & nihil odisti eorū quæ fecisti:* ad illumque tota mente implorandum conuersa: *Præsta*, inquit, *Domine fidelibus tuis, vt ieiuniorum cōgrua solemnia, cōgrua pietate suscipiant, & secura deuotione percurrant:* & nos prostrati illum postulantes supplices clamamus: *Adiuua nos Deus salutaris noster, & propter gloriā nominis tui Domine libera nos, &c.* equus tamen est à te præparandus, caro disponēda, & cōponenda. Hoc singulariter fit per ieiunium: corporale enim ieiunium carnis vitia, rebellesque motus cōprimit. Et certè nullus vnquam equus ita præparatione indiguit, sicut nullus fuit, qui ita contra eius sessorem se cōuerterit, sicut caro contra spiritum. Si equiti agendum esset bellum cōtra quam plurimos fortes, validos ac potentes inimicos, traditusque ei esset equus, qui crudelis esset equiti inimicus, & toto pectore contenderet omnes suas vires contra illum conuertere, procuraret pedibus, & vngulis cōculcare, & prostratum ac deiectum inimicis tradere subiectum: quali tristitia teneretur eques? Si cum equo fideli ac securo difficile esset, tot tantosque inimicos validos superare: quantò magis cum equo infideli, & sibi inimico? Quanta cura, & solicitudine eum disponere ac præparare niteretur, fræno valido, ferreo, ac forti, aspero comprimentique circulo? Et quam acutis calcaribus ad eum vrgendum vteretur? qua solicitudine illius obseruaret motus, & qua fortitudine se ei opponeret, nullatenus illi permittens ferri quo vellet: sed in con-

Prou. 21. 30.

Psal. 3. 9.

Psa. 32. 17.

Psal. 43. 6.

Ad Phil. 2.

Ioan. 15. 5.

31. Moral. c. 12.

Isai. 31. 3.

Sap. 11. 24

¶ 58.

in contrarium perpetuò duceret? Vocati ſumus, & excitati ad prœlium: equus qui nobis eſt traditus, caro eſt noſtra. Sed qualis hic equus? omninò equiti contrarius, & crudelis eius inimicus: *Caro enim concupiſcit aduerſus ſpiritum.* Nihil magis contendit, quàm equitem deijcere, conculcare pedibus ac vngulis concupiſcentiæ, & vinctum inimicis tradere. Hinc illa triſtitia, ac timor quem Apoſtolus omnium iuſtorum nomine exprimit, & lamentis proſequitur *a*: *Sentio aliam legem in membris meis, captiuantem me, &c. infœlix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius?* Inimici innumeri ſunt, contra quos mihi bellum indictum agnoſco *b*, *contra principes ſcilicet & potestates, contra mundi rectores, contra ſpiritualia in cœleſtibus*, id eſt, contra innumeras dæmonum legiones, quæ in hoc aere caliginoſo (quem cœlum ſcriptura vocat, vt Diuus Auguſtinus exponit) tanquam in ſtadio armatæ, ſubſiſtunt: equo inſideo mihi penitus contrario, & inimico, contendenti me captiuare, & captiuum inimicis tradere: infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Quomodo tali inſidens equo, taleſque nactus inimicos, potero liberè prœlio euadere? Quis me liberabit? Primò quidem *gratia Dei per Ieſum Chriſtum* deinde præparatio equi, per validum frænum, per vrgentia calcaria: *Caſtigo enim corpus meum, & in ſeruitutem redigo, &c.* Fræno potenti ac valido eſt in primis equus præparandus, & comprimendus. Frænum autem potentius ad iſtum comprimendum equũ, abſtinentia eſt, inquit Diuus Ambroſius; per validum enim ieiunium compreſſa continetur caro, & ſubiecta animæ. Certè nihil poſſet in maius nocumentum, certiuſque damnum equitis exiſtere, quam equum illum ſibi inimicum impinguare, nutrire, roborare, & fræno deſtitutum tenere, ac liberum dimittere, vt quo vellet proficiſci poſſet: certiſſima ei inſtaret ab inimicis impugnantibus captiuitas, & interitus. Nihil certius exitium tibi infert, quam carnem tuam nimia ciborũ Abundantia impinguare, roborare delitijs, & voluptatibus, liberamque dimittere, vt ſuas ſequatur concupiſcentias: certiſſimè *c ſuciet te in gaudium inimicis tuis*. In omne facinus (inquit Ambroſius *d*) iſta præcipitat, potentiuſque, inquit Auguſtinus *e*, equus iſte ſi ſibi dimittitur, animam in præceps ducit, quam quiuis equus furioſus negligentem ſeſſorem. Idcirco Apoſtolus, quos tales videt, iam eorum perditionem quaſi certiſſimam deplorat: *Multi ambulant (quod, & flens dico) quorum Deus venter eſt, &c. quorum finis interitus*. Illi ventrem tanquam Deum habent, qui illi ius voluptates ſequuntur, & quicquid petit ille, præſtant. Horum finis certiſſimus interitus, ſicut eius qui equo rebelli, & inimico ſine fræno ducitur. Rem hanc egregiè idem tradidit Apoſtolus: *Ergo fratres debitores ſumus non carni, vt ſecundum carnem viuamus: ſi enim ſecundum carnem vixeritis, moriemini: ſi autem ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis*. Viſus eſt Apoſtolus conſideraſſe, quod poſtea attenta mente Diuus Chryſoſtomus obſeruauit, omne malũ eueniſſe ex eo quod equus ille carnis fræno fuit deſtitutus. In principio namque Deus homini hunc equum tradidit, cui inſidens inimicos ſuos vinceret. Quoniam enim (vt alibi ex Diuo Hieronymo annotabamus) Diabolus contra Deum inſurgere fuit auſus, Deus ad eius ſuperbiam caſtigandam eum à cælo expulit, & in terram miſit; vt ibi homo ex puluere conditus illum vinceret. Hominem propterea de terra condidit, & in Paradiſum duxit; vt ibi tanquam inſecuro ſtadio cum inimico cõgrederetur. Illum propterea Deus non ſolum egregijs, validis, ac potentibus gratiæ, & donorum armis muniuit; *qui ſecundum ſe vèſtiuit illum virtute*; ſed ſignanter equum illi tribuit manſuetum, fidelem, ſecurum, qui nulla vel leui rebellione contra equitem inſurgeret. Caro enim dono iuſtitiæ originalis ita erat diſpoſita; vt nullo inordinato motu ageret; ſed omninò ſubiecta teneretur ſpiritui. Quamuis autem hoc ita Deus diſpoſuerit, fræno nihilominus (inquit Chryſoſtomus) equus iſtũ voluit compreſſum teneri, quod equitis manibus impoſuit: illud fuit abſtinentia, & ieiunium circa fructum in-

Ad Gal. 5. 17.

a *Ro. 7. 24.*

b *Ad Eph. 6. 12.*

Li. de agone Chriſti. ca. 5. & 6. & li. de natura boni c. 33.

Ro. 7. 25.

1. Cor. 9. 27.

Serm. 33. ¶ 5.

c *Eccleſiaſti. 18. 31.*

d *Li. de Elia, c. 12.*

e *Lib. qq. vtriuſque teſtam. ad Philip. 8. 18.*

Ad Rom. 8. 12.

Hom. 1. de pœnit.

Eccleſiaſt. 17. 2.

ter-

terdictæ arboris. Venit tunc inimicus, ad arenam deſcendit, cum homine congredi cepit, quem incitauit; vt Deũ contemneret, & eius præceptum violaret. Dum equus frænum tenuit, nullus homo damnum incurrit, ſecurus manſit: tamen eo ipſo quod frænum ab equo tulit homo ſoluit ieiunium, abſtinentiam impoſitam abiecit; illum præcipitem in omne malorum barathrum dedit, & inimicis miſera captiuitate tradidit ſubiectum. Tuncque equus in partes inimici tranſijt pro eo pugnaturus; nam caro contra ſpiritum inſurrexit, partes dæmonis actura, & pro illo pugnatura. Hæc Paulus in præcedentibus conſideraverat, qui mala quæ à carne proceſſerunt, & procedunt, expenderat; ideò tanquam rem omnem concludere volens: *Ergo*, inquit, *fratres, debitores ſumus non carni, vt ſecundum carnem viuamus*. Expende egregiam hortandi rationem. Si eſſet aliquis homo, qui parentes tuos, auos, proauos, omneſque tuos progenitores miſerè occidiſſet, quemque ſcires, quod occiſurus eſt te, qui nihil aliud machinatur, niſi perdere te, & inimicorum tuorum manibus, & poteſtati te tradere; nihilominus tu tam ſtultus eſſes, vt nihil magis contenderes, aut procurares, quàm eius amicitias tenere, ei perpetuò placere, delitijs, & conuiuijs opulentis, quibus omnem ſubſtantiam expenderes, excipere, illius ductum, & voluntatem ſequi: aptè, & eleganter tibi aliquis amicus diceret; Nihil huic homini debes, vt ita ei complacere, & te illius exhibere ſeruum procures, vide quid agas, &c. Caro eſt nobis inimica, illa eſt per cuius actum, & intemperãtiam parentibus tuis, auis, & atauis, & omnibus progenitoribus tuis mors eſt inflicta, illaque te in mortem tradet; nihil machinatur aliud, niſi quæ in tui ſunt exitium, & perditionem, & ea per quæ te manibus inimicorum tuorum tradat. Videt Paulus, quod nihil magis habemus charum, & dilectum quam carnem, eam conuiuijs excipimus, delitijs, & voluptatibus foue mus eius ductum, & appetitum ſequimur. *Ergo fratres*, inquit Paulus, *debitores eſtis nõ carni, vt ſecundum carnem viuatis*, videte quidnam carni debeatis: non aliquid boni quod vobis attulerit? aut quod ex aliquibus malis eripuerit? Non ei niſi mala vobis inflicta, & infligenda debetis: *Si ſecundum carnem vixeritis, moriemini*. Si quando illa inimica nõ erat (inquit Chryſoſtomus) eo ipſo quod abſtinentiæ fræno fuit deſtituta, & ſuæ concupiſcentiæ relicta, in præcipitium, & perditionem duxit; nunc quando *non eſt in carne bonum aliquod*, cum tanquam crudelis inimicus omne quod nobis eſt nociuum appetit: ſi fræno valido non fuerit compreſſa; ſed tãquam equus indomitus ſuiſmet concupiſcentijs relicta, vobis certiſſimam annuntio mortẽ. Quid igitur agendum: *Si autem ſpiritu carnis facta mortificaueritis, viuetis*, Facta carnis eius rebelles motus, affectus, & appetitus vocat, hæc per ſpiritũ ſunt mortificanda, per opera ſcilicet ieiunij, & mortificationis. Si enim ita feceritis, viuetis. Quid mirum quod mortem quotidie ſpiritualem incurras, quique quamuis *nomen habes quod viuas, mortuus es*, qui nullatenus indomitum carnis tuæ equum comprimis, nullo compreſſum fræno tenes, qui liberè quò voluerit procedere concedis? qui ſimilem te illis comprobas, quos Paulus inducit, dicentes: *Comedamus, & bibamus, cras enim moriemur*: qui contra id quod Deus conſtituit, oculos liberè diſcurrere finis, *vt per varias res procedant fornicantes* aures vt vanitates audiãt; guttur, & linguam, vt tanquam apertum, & patens ſepulchrum fœtorem intolerabilem eructent; ventrem vt omni ciborum genere redundet. Comprimenda caro, & frænum ei imponendum, quod omni ex parte eam contineat, & infrænet. Nullum autem potentius quã ieiunium. Ieiunijs (inquit Cyprianus) vitiorum ſentina ſiccatur, petulantia marcet, concupiſcentiæ languent, fugitiuæ abeũt voluptates, extinguitur ardẽtis Ætnæ incendium, & flammiuomi fornax Vulcani extincta intrinſecus, montes conterminos nõ adurit. Eſt itaque ſi rem attentè expendamus, ieiunium quaſi ſubſtitutum iuſtitiæ originalis; id in homine aliqua ratione exequens, quod in ſtatu innocentiæ iuſtitia originalis exequebatur. Hæc enim erat, quę carnem tenebat compreſſam, & rationi ſubditam, quæ illius motus inordi-

¶ 60.

Apoc. 3. 1.

1. Cor. 15. 32.

Num. 15. 34.

Lib. de ceiunio & tentat. Chriſti.

dinatos impediebat, &c. In hoc nunc datur ieiunium, quæ omnia eo nomine explicantur, quo dicitur, illud vitia comprimere.

§. 14. *Sæua tempestas oritur à carne cum deficit ieiunium, quæ sedatur magna ieiunatione subsequuta.*

¶ 61. AD hoc institutum verba quædam sancti Euangelistæ Lucæ expendi posse credo, non quidem secundum rigorem literalis sensus; sed secundum quandam allegoriam, quam non penitus à sancti scriptoris mente alienam puto. Assumit ille eloquentissimè, & elegantissimè describendam procellosam grandemque tempestatem, quâ nauis Alexandrina, qua Paulus Româ ducebatur, fuit passa. *Multo autem tempore peracto, & cum iam non esset tuta nauigatio, eo quod ieiunium iam præterijsset, & c. misit se contra ipsam nauem ventus Typhonicus, qui vocatur Euroquilo,* hic est, qui subitaneas maiores- Act. 27. 9.
que procellas excitat, periculosioremque vorticem facit, vt Plinius dixit, Typhonicus ventus vocatus, à typho vel inflatione, Euroaquilo verò quia est medius inter aquilonem, & subsolanum, qui Eurus dicitur. *Cumque arrepta esset nauis, & non posset conari in ventum, data naue flatibus ferebamur, &c.* Vide grandem tempestatis, & ventorum vim. *Non autem sole, neque sideribus apparentibus per plures dies, & tempestate non exigua imminente, iam ablata erat spes omnis salutis nostræ.* Quid igitur factum fuit? *Et cum multa ieiunatio fuisset, tunc stans Paulus in medio eorum dixit: Suadeo vobis bono animo esse, amissio enim nullius anima erit ex vobis,* id est, nemo vestrum peribit. Nullũ dubium est Lucam illis verbis, *cũ ieiunium iam præterijsset,* secundum literæ sensum voluisse tempus hybernum exprimere; quod sequebatur post ieiunium. aut septimi mensis Iudæorum, aut eius quod indictum iam erat Christianis mense Decembri, propter sacras ordinationes institutum, de quibus multa diligens recensque auctor. *Non erat,* inquit, *tuta nauigatio, eo quod ieiunium iam præterijsset;* id est, quia iam hyems, quæ ad tempus ieiunij consequebatur, aduenerat, eo modo quo nunc dicere possemus, tutam esse nauigationem transacto Quadragesimali ieiunio, quia ad illud consequitur tempus vernum. Quoniam autem sacer Lucas non tantum periculosam nauigationem ex eo describit, quod præterierat ieiũnium: sed, & securitatem nauigantibus post multum ieiunium à Paulo traditam asserit, aliquid huiusmodi loquendi phrasibus saltem secundum quandam allegoriam, vel applicationẽ, ad nostram eruditionem voluisse indicare credo. Illud in primis, quod, & D. Ambrosius docet, ieiunium vtile esse ad maris tẽpestates fedãdas, & q̃ ab eis per illud liberi seruentur nauigatores: hocque credit singulariter fuisse, cuius merito dispositus Noe, toto pereunte mundo aquarum diluuio illæsus permãserit. Et hũc legitimum credo sensum illorum verborum; *Cum multa ieiunatio facta fuisset, tunc stans Paulus, &c.* Euidentissimum namq; periculũ videntes qui nauigabant, se totos conuerterunt ad aliqua religionis opera erga verũ Deũ qui Christiani erant, & erga Deos suos, qui erant gentiles. Omnibus enim hominibus nauigantibus, quantumcunque barbaris commune est, ingruente maris tẽpestate se conuertere ad Deum suum, vt videre est in historia Ionæ. Graui itaque tempestate agitati nautæ, quamuis gentiles essent ad orandum se conuerterunt, & ieiunium grande arripuerũt, qui vel Pauli exemplo ad illud potuerunt moueri. Deficent ergo, aut transacto ieiunio periculosa extitit nauigatio, & grandis ac periculosissima excitata est tempestas, quæ huc illucque nauem cum maximo periculo impelleret: sed arrepto multo ieiunio salutis spes omnibus affulsit, vt ad allegoriam quandam considerandam oculos conuertas. Est homo nauis quædam, quæ in mari carnis nauigat. Ad homines nãque possumus intelligere illa fuisse verba Isaiæ directa: *Vlulate naues maris,* propter pericula grandia, quæ imminebant. Deficiente ieiunio nullatenus tuta est nauigatio, impetuosæ namque tempestates

Lib. de Elia c. 5. & 7.

¶ 62.

Ionæ 1.

Isa. 23. 1.

Lorinus in c. 27. Act.

oriuntur, quæ homines mergunt in perditionem: excitatur luxuriæ affectus, impudicitiæ motus, concupiscentiæ passio, ac multa carnis opera, quæ Apostolus enumerat. Quid ergo agendum, vt tempestatis vis finem accipiat, & salus nauigantibus patear? *Cum multa*, inquit, *ieiunatio facta fuisset, stans Paulus: Suadeo*, inquit, *vobis bono animo esse &c.* Si multam adhibeas ieiunationem, sedatur mare, compescuntur carnis fluctus, affectus, & passiones. Ieiunium (inquit Cyprianus) omnem carnis rebellionem edomat, & tyrannidem gulæ spoliat, & exarmat: ieiunium extraordinarios motus in cippo claudit, & arctat, & appetitus vagos distringit, & ligat, &c. Si ieiunium grãde teneas, quo carnem cõprimas, Paulus suadet tibi bono animo esse, & incolumitatem promittit, sicuti si carnis lasciuiam foueas, & sequaris, certum exitium tibi verbis superius inductis inductis pronuntiat: *Si secundum carnẽ vixeris moriemini, si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis.* Satis igitur ex dictis constat, optimè nobis imponi, vt à ieiunio initium sumamus; quia illud est quod carnem excellenter comprimit. Ad alias rationes considerandas procedamus.

Ad Gal. 5. 19.

Lib. de ieiun. & tentat. Christi.

Rom. 8. 13.

§. 15. *Ad mentem eleuandam, & soluendam, comprimendam esse carnem, docuit Paulus, tradens quendam in interitum carnis, vt spiritus saluus fieret.*

¶ 63. MEntem eleuas. Tempus hoc institutum est, vt nos toto corde ad Deum conuertamus. Ideo in eius exordio Ecclesia illud Sancti Prophetæ Ioel inducit: *Nunc ergo hac dixit Dominus: Cõuertimini ad me in toto corde vestro.* Expende aduerbium temporis, *& nunc*; vnoquoque enim tempore id cuique agendum est, ad quod vel tempus ipsum inuitat. Quia Ecclesia videt toto anni tempore homines conuersos ad terrena, & temporalia, ad delitias, & voluptates, tempus peculiare instituit, quo ad Deum se conuertere procurent. *Nunc ergo* tempus hoc instat, conuertimini igitur ad me, ait Dominus. Discessit filius adolescentior, & imprudens à paterna domo, patri vertit terga, longè ab illo discessit, profectus in regionem longinquã, vbi luxuriæ, & delitijs traditus, paterna bona dissipauit, & ad tantum miseriæ statum peruenit, vt adhæserit crudeli domino, qui eum pascendis sollummodo porcis occupauit: tuncque ipsamet miseria excitante, ad patrem suum reuerti decreuit, & verè cõuersus est. Huic similis extitisti, qui à Deo recessisti, de illorum numero factus, de quibus diuinus Pater conqueritur dicens: *Verterunt ad me terga, & non faciem*; Luxurijs, concupiscentijs, carnis affectibus teipsum tradidisti, quo vitæ genere dissipasti substantiam gratiæ, consumpsisti virtutum dona, & donorum virtutem, adhæsisti impio domino dæmoni, qui te solũmodo terrenis immundisque sensibus pascendis implicauit, *Et nũc*, vel ab hoc tam grandi miseriæ statu excitatus, de reditu ad paternam domũ cogita: *Et nunc*, inquit, *hæc dicit Dominus Deus: Conuertimini ad me.* Eodem modo loquitur S. Ioel, quo locutus fuerat S. Isaias Propheta, qui postquam Deum induxit, (vt Hieronymus annotat) apertis brachijs, & extentis alis expectantem, & in occursum procedentem sicut gallinam ad pullos, qui à se recesserant, excipiendos, & defendendos, homines ex hoc ipso prouocans, vt ad Deũ se conuerterent, clamat: *Conuertimini sicut in profundum* (aut vt Septuaginta, *qui in profundum*) *recesseratis filij Israel.* In Hebræo verbum *highmich*, de quo Brixianus *a*, & Forerius *b* tradunt: significare recessum in profundum, non quodcumque, sed maximum, & sine termino, & non quomodocumque, sed cum summo studio, supremo affectu, & totis viribus. Mirum est, quo affectu, & studio ad supremum, & sine solo profundum te demiseris: qua voluntate, quanto conatu in profundum puteum luxuriæ, auaritiæ, iræ, gulæ, cæterarumque passionum te cõiecceris. Deus extentis misericordiæ, & bonitatis suæ alis, tanquam gallina pullos aduocãs; vt pregat, & saluet, excitat, & clamat: *Cõuertimini, qui in profundũ recesseratis, cõuertimini ad me, &c.* Quod

Ioel. 2. 12.

Luc. 15.

Ier. 32. 33

In cap. 31. Isaiæ.

Isa. 31. 6.

a quod a To. 1. fol. 166. col. 3.

b in c. 31 Isaiæ.

¶ 64

si quæ

si quæras: Et quomodo me ad Deum conuertere debeo? Quod mihi agendum, vt qui similis fui prodigo in recessu, similis existam in eo quod dixit: *Surgam, & ibo ad Patrem meum?* Respondet Propheta: *In ieiunio*, id est, per ieiunium. Non ad Deum procedere debes gressibus corporis, sed mentis; vt habet commune Augustini *a* axioma: quod eleganter D. Thom. *b* expendit: Neque enim ab illo elongatus es corpore, secundum quod *non longè est ab vnoquoque nostrum, nam in ipso viuimus, mouemur, & sumus.* Nec ad Deum, qui spiritus est, congruè nisi incessu spiritus, & mentis ties propinquus. Mentem autem expeditam, & liberam ad incedendum, & agilem ad tendendum in Deum reddit ieiunium. Illud ergo primo loco est arripiendum. Nota est Spiritus sancti sententia, quam annotat B. Petrus Chrysologus, corpus nostrum, & carnem esse graue quoddam pondus, quod animam deprimit, & depressam in imis tenet. *Corpus*, inquit, *quod corrumpitur, aggrauat animam, & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem.* Singula verba expende. Non quodcumque corpus animam grauat; sed quod corrumpitur, aut corruptibile, vt legit D. Augustinus; nec enim corpus quodcumque animæ onerosum est, vt idem Augustinus explicat, sed corruptibile. In resurrectione namque, iustorum corpora nequaquam animis erunt ponderosa, aut grauia, quæ Apostolus *spiritualia* vocat, non quòd verè futura sint ossea, & carnea; sed quia omni carnis grauitate erunt libera. Imo nec quamdiù in Paradiso corpus per iustitiæ originalis vigorem extitit incorruptibile, fuit animæ graue aut ponderoso onere molestum; sed sicut per peccatum factum fuit corruptibile; ita & animæ grandi pondere redditum est onerosum, cuius pondus sentiens Paulus se infœlicem vocat, & tanto pondere liberari optabat. Ad instar igitur compedum, & vinculorum ferreorum corpus animam depressam, & demissam tenet, & aggrauat. Idem corpus vocatur, *Terrena inhabitatio*, in græco, *terreum tabernaculum*, aut integumentum. Quomodo etiã Iob vocat corpus *a adamos luteas*, & Apostolus, *b terrestres*, & Petrus *c tabernaculum animæ.* Hoc corpus *deprimit sensum*, id est, mentem, & intellectum, vt Bernardus exponit *d*: *Multa cogitantem*, id est, tenet depressam mentem multis distentam, & solicitã curis, timoribus, & anxietatibus circa terrena necessaria, aut vtilia ad eiusdem corporis vitam nutriendam, seruandam, defendendam, &c. Si ergo corpus hoc corruptibile animam aggrauat, & intellectũ, ac mentem suo pondere tenet compressam, ne ad supera libero conscendat volatu, sicut auis, cui ponderosum onus colligatũ est; quo grauius ac ponderosius fuerit corpus, magis depressa tenebitur mens, minusq; poterit ad cœlestia eleuari. Certum est aũt corpus reddi grauius, & ponderosius per crapulã, & ciborum abundantiam: ideoq; per illam mens magnoperè depressa in imis cõtinetur. Hunc illa Christi Domini celebris adhortatio: quam ad hoc institutũ idè S. Petrus Chrysologus expendit: *Attè dite autem vobis, ne fortè grauentur corda vestra in crapula, & ebrietate*, id est, per crapulam, & ebrietatem. Aduerbiũ illud *autem*, magnam habet emphasim, quasi dicat: Hoc in primis attẽdite, sum moperè curate. Sed dices, videri incongruè Dominum loquutum fuisse. Ille enim cordis nomine mentẽ solitus fuit intelligere. *a Beati*, inquit, *mundo corde. Et b vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Et c cogitatio mala in cordibus vestris, &c.* Per crapulam autem, & ebrietatem, vt Aristot. dixit non mens, sed venter implatur, ideoque per illa ventrem, & corpus grauandum dici videbatur, nõ cor, aut mentem. Excellenter tamen vitæ cœlestis magister locutus est: corpus namque mentem tenet depressam, & grauatã, quę carni est colligata, & in hoc mortalitatis statu ab ea pendet in suis operationibus, & actibus eo modo, quo Philosophi explicant: iõque quo illa fuerit grauior reddita, eo mens magis tenetur compressa, & grauata. Vnde, vt S. Basilius refert, cum Pythagoras vidisset quendam ex suis familiaribus, edulijs valdè se replentem, & carnem impinguantem: Nonne desines, inquit, grauiorem ac ponderosiorẽ compedem, & carcerem parare? Sicut autem mens grauatur per nimiam ciborum

a 3. contra Faust.
b 1. p. q. 3. art. 1. ad 5. Act. 17. 27. 28.
Serm. 2. de duob. filijs. Sap. 9. 15.
13. de ciuit. c. 16. & li. 19. c. 4. & 6. cont. Iulian. ca. 11.
1. Cor. 15. 44.
Rom. 7. 24.
a Iob 4. 19.
b 2. Cor. 5. 4.
c 2. Petr. 1. 13.
d Ser. 3. de Ascens.
¶ 65. Ser. 2. citat. Luc. 21. 34.
a Matth. 5. 8.
b Mar. 6. 11.
c Mar. 9. 1.
Homil. 2. de poen. mor.

borum abundantiam, quibus caro redditur pôderosior, sita & lenior efficitur, ac ad tendêdum ad superna expeditior, quando caro maceratur, & attenuatur ieiunio. Ex hac doctrina explicât Chrysostomus *a*, Ambrosius *b*, D. Thomas *c*, cæterique sancti Patres, illam admirandam sententiam, quam similiter explicauit Origenes *d*, quam Apostolus protulit, intimandamq; Corinthijs iniunxit in quendam hominem carnalem, fornicationi immundissimæ traditum *e*: *Ego*, inquit, *absens corpore, præsens autem spiritu, iam iudicaui, vt præsens eum, qui sic operatus est, in nomine Domini nostri Iesu Christi, congregatis vobis, &c. tradere huiusmodi satanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus fiat, &c.* Nunquid Paulus hominem perdere volebat, inquit Origenes, qui illum satanæ tradendum decernebat? nonne agnoscebat cogitationes illius maligni, qui interitum nostrum summo desiderio exoptat? Cerè nullatenus illius perditionem volebat Apostolus charitatis igne æstuans, qui omnium salutem optabat, & qui à Christo anathema fieri pro peccatoribus cupiebat: qui propterea expressè quid intenderet expossuit; *vt spiritus, inquit saluus fiat*. Spiritum saluare voluit. Et quo medio? Tradens eum satanæ in interitum carnis id est, in castigationem corporis (inquit Chrysostomus) vt eum percellat vulnere malo, aut morbo aliquo graui. Diabolus magnis cruciatibus corpora quæ obsidet, torquet, qui debilitates membris singulis inferre, & ægritudines toto solet mouere corpore (inquit Ambrosius) ideò illum satanæ manibus tradendum decreuit ad carnis castigationem, & torturam, vt spiritus saluus fieret.

¶ 88. Memoria tenere visus est Apostolus (vt Ambrosius, & Chrysostomus obseruant,) quod Deus cum sancto Iob egit, idem enim Deus ipse agere visus est, quamuis non eadem (inquit Chrysostomus) ratione. Illic enim pro clariori corona, hic autem pro solutione peccatorum. Tradidit sanè (inquit Ambrosius) Dominus beatũ Iob satanæ in interitum quidem, aut tormentum carnis, sed ad salutem animæ, cui dixit: *Ecce trado eum tibi, in manu tua est, sed animam illius serua*: torquendo enim carnem, non solum satanas illius animam non perdidit, sed ad maiora salutis, & vitæ incrementa perduxit. Hoc eisdem verbis (inquit Ambrosius) Apostolus transtulit, dicens; quod tradiderit huiusmodi hominem satanæ in interitum carnis, per quem anima seruaretur, spiritusque fieret saluus. Accidit aliquando hominem ex vaporum abundantia, qui ex nimia crapula, & potatione consurgunt, quique caput replent, in paralysim incidere, quæ omnia membra torpescunt, & quæ animam, & mentem reddit quasi insensibilem, quæ nec discurrere, nec linguam, aut oculos, aut aliquod membrum mouere valet. Quid agendum? Accedat chirurgus, qui tanquam carnifex omnia corporis mẽbra torqueat, brachia, & crura, ac pedes funibus in torquentibus cruciet, nares intolerabilibus fumigationibus replens; imò & ferrum ignitum cauterij adustione admoueat. Ad quidnam hic homo quasi carnifici torquendus traditur? Traditur quidem torquendus secundum carnem, vt spiritus reuiuiscat, & pondus illud grande humorum, & vaporum, quo mens compressa tenetur, aliò diuertatur. Ita agere voluit Paulus. Erat homo ille carnalissimus, cuius spiritus ita à carne tenebatur compressus, vt extinctus videretur: satanam propterea crudelem carnificem voluit applicare, qui omni ex parte carnem torqueret, doloribus acutis mortificaret: vt per hoc medium, spiritum, & mentem, quæ suffocata videbatur, ad propria, & congrua opera reuocaret, & à pondere quo grauabatur redderet liberam. Id quod, & Deus frequentissimè agere solet. Sunt quidam peccatores tanto pondere carnis propter intemperantiam, & gulâ grauati, vt spiritus in eis videatur extinctus, & suffocatus, quales illos carnales epulones Deus ipse exprimere voluit, vt Chrysostomus *a* annotauit, de quibus dixit *b*: *Non permanebit spiritus meus in hominibus his in æternum, eo quod ipsi carnes sunt*. Ita legit Chrysostomus, hoc est, eo quod carnalibus operibus se ipsos totos dedunt, & animæ substantia abutuntur, & quasi sola carne circundati, anima carerent, sic absumpta mente,

a Homil. 15 epist. ad Roman.
b Lib. 1. de pœnit. c. 13.
c In c 5. 2. ad Cor.
d Homil. 1. in Psal. 37.
e 1. Cor. 5. 3
Iob 2. 6.
a Hom. 22. in Genes.
b Gen. 6. 3.

mente, & anima eſſe videntur. Quoſdam videbat Paulus, vt idem annotat Chryſoſtomus, & annotarat Auguſtinus a, ita operibus ſpiritus traditos, vt carne viderentur carere, quibus dixit b: *Vos autem non eſtis in carne, ſed in ſpiritu*: non quod non carne eſſent circumdati, ſed quia etſi carne circumdati, ſuperiores ſe carnis affectionibus oſtendebant. Sunt autem alij, ita carnis operibus traditi, vt tantùm in eis opera carnis deprehendas, quos carnem meritò poſſis appellare, ſpiritu carentes, quales illi quos Apoſtolus vocat, *Animales, ſpiritum non habentes*. Huiuſmodi innumeri reperiuntur in mundo. Vt tamen ſpiritus, qui quaſi extinctus, & compreſſus tenetur, reuiuiſcat, & mens quæ quaſi lethargo oppreſſa erat, expergefiat, tradit Deus eos infirmitatibus diriſtor quendos, in caſtigationem carnis, vt mentem, & ſpiritum alleuiet, qui poſſit aliquantulum ſaltem de terrenis ad ſuperna eleuari. Hocque medium tam aptum, & congruum eſt, vt etiam in reprobris Deus aliquando ſuam oſtendat virtutem, quos per dira tormenta carnis ad eleuandam mentem trahit, vt in impio illo Antiocho videre licet, quem Deus grandi corporis colliſione vexauit. *Hinc cœpit ex graui ſuperbia deductus ad agnitionem ſui venire, diuina admonitus plaga, per momenta ſingula doloribus ſuis augmenta capientibus, Iuſtum eſt ait, ſubditum eſſe Deo, & mortalem non paria Deo ſentire*. Per caſtigationem ergo carnis alleuiatur ſpiritus, & mens redditur apta, vt ad diuina eleuetur. Caſtigatio autem potentior, & vniuerſalior, vt ſæpè annotauimus ex ſanctis Patribus, eſt, quæ per validum grandeque ieiunium fit.

a *Ser. 6. de verb. Apo.*
b *ad Rom. 8.*
Iudæ. 1. 19.
2. *Mach. 9. 11.*

§. 16. *Non aduolare mentem ad cœleſtia niſi mortificata carne, ſacrificium duorum paſſerum egregiè præſignauit.*

CErtè viſus fuit Paulus ad illud inſigne ſacrificium alludere, quod Deus pro leproſo offerendum ſtatuit, quod ex duobus ſimul paſſeribus erat hoc ordine perficiendum, quod vnus eorum gladio erat mactandus, alter dimittebatur liber, *vt in agrum*, aut per ſiluas, & montes *auolaret*. Mira paſſerum coniunctio, miraque actionum conſonantia: vnus eorum occiditur, & alter tunc liber expedituſque relinquitur ad volandum in montuoſam ſiluam: nec prius hic in altum auolat, quàm ille occiſus iaceat, quaſi ex morte vnius oriretur alterius ad volandum libera facultas. Duo paſſeres quos ſimul ſibi offerri expoſcit Deus; corpus, & animam, aut carnem, & ſpiritum deſignant. Phariſæi ſolum corpus Deo offerendum credebant, qui ideo tantùm externa corporaliq; munditia, & iuſtitia erant contenti: noſtri temporis hæretici credunt, ſufficere ſolam animam offerre, qui ad nullum exteriorem actum hominem credunt obligatum: vtrique errant; nam duos hos paſſeres ſimul expoſcit Deus (vt alibi oſtendemus) quos ei offeramus; ſed hoc ordine, quod caro immolanda eſt, & mactanda, non quidem naturali morte, vt contra quoſdam hæreticos Chryſoſtomus annotauit; ſed mortificatione affectuum, & cupiditatum, illa morte (inquit Origenes a) de qua mandatum ab Apoſtolo habemus, dicente b: *Mortificate membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram*, non gladio materiali ferreo, qui carnem iugulet, ſed gladio ſpiritus, qui carnalia deſideria diſcindat. Ille autem eſt ieiunium validum ac fortè, quod S. Ambroſius excidium delictorum, & concupiſcentiarum vocat, tunc ſpiritus expeditus liberque relinquitur, qui liberè volet, & ad ſuperna per excellentem ſe eleuet contemplationem. Vnde ad eos, qui excellenti ieiunio carnem mortificant,

¶ 6. Leuit. 14.

Homil. 14. in epiſt. ad Rom.
a *Hom. 1. in Pſal. 37.*
b *Ad Coloſ. 3. 5.*
Lib. de Elia cap. 3.

credit idem Ambroſius c dictum per Iſaiam d: *Tunc orietur tibi magnũ lumen tuum*, poſt quæ tandem additur: *Tunc delectaberis ſuper Domino, & ſuſtollam te ſuper altitudines terræ.* Non itaque (inquit Origenes) poteſt anima aut mens libera relinqui, niſi carnem grandi mortificatione mactaueris: nec vnni eorum poteſt benè fieri, niſi alij male feceris. Ex quibus duas diuinas ſententias eleganter explicat, quas ſimiliter Ambroſius exponit. prima eſt: *Ego*, inquit Deus, *occidam, & viuere faciam.* Quid occidit? Carnem vtique. Et quid viuere facit? Spiritum ſine dubio: nec enim viuificatur ſpiritus, niſi occidatur caro. Vita ſpiritus in ſpiritualibus actionibus poſita eſt, in contemplatione, & amore rerum diuinarum. Nam ſpiritus hanc vitam agit, nec eleuari poteſt ad ſuperna contemplanda, niſi caſtigetur, & mortificetur caro, & tantum vitæ tribuitur ſpiritui, quantum de vita ademeris carni. Secunda eſt: *Percuttam, & ego ſanabo.* Quid, inquit Origenes, percutit: Carnem: quid ſanat? Spiritum. Neceſſarium eſt vt iſte proficiat, quod illa deficiat: ideo facit te mortificatum carne, vt reddat viuificatum ſpiritu, ne fortè, & tu mente ſeruias legi Dei, carne autem ſi mortificata non fuerit, legi peccati. Quantò ergo hæc fuerit à te magis mortificata, tanto illum ſenties magis viuificatũ. Iuxta hãc doctrinã explicat Auguſtinus illud: *Dominus mortificat, & viuificat.* Vt enim viuat ſpiritus, & ad opera vitalia ſe erigat, mortificanda eſt caro, &c. Tandem eandẽ rem in Chriſto Domino, idem Origenes comprobat, explicans quomodo Dauid tunc ſpiritum ſuum liberum ad contemplandum haberet, quando dicebat: *Non eſt ſanitas in carne mea.* Chriſtus ſiquidem Dominus morti propinquus primò dixit: *Spiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma*, quorum verborum hunc credit Origenes ſenſum, quod dum infirmabatur caro, ſpiritus promptus erat: ſed qui adhuc in carne retinebatur, nondum re ipſa ad Patrem euolauerat: cùm autem carnis mortificatio ad ſupremum, & vltimum gradum peruenit per mortem acerbiſſimam, tunc nõ ſolum promptus fuit ſpiritus, ſed rediit ad patrem volauit, quem emittens Chriſtus in illius manibus conſtituit. Quantò enim mortificatio carnis maior fuerit, tantò ſpiritus liberior redditur, vt ad patrem ſe eleuet, & aduolet. Hæc, inquit Origenes, in ſe deſcribẽs Saluator, noſtris eruditionibus præbebat exemplũ, propter nos enim, & nobis infirmus erat; ideo conſideremus noſmetipſos, niſi enim infirma fuerit caro noſtra, non poteſt ſpiritus promptus eſſe, nec ad ſuperna anhelare, *no puede alear à lo alto*; tuncq; plenè, & perfectè ad patriam poterit aduolare, quando perfecta mortificatione, carnalis vita fuerit quaſi extincta. Hoc autem ſingulariter fit per ieiuniũ, & quotidianam abſtinentiam. Hinc intellige cur tanta difficultate poſſis mentem ad ſuperna eleuare, quam vix ac ne vix quidem circa cœleſtia ad momentum potes tenere intentam, & cur graue ſit tibi eam erigere ad diuina meditanda: comprimitur enim, & granatur nimio carnis pondere, quam cibo, potu, voluptatibus, & delitijs, grauiſſimam nutris, & efficis. Inter omnes aues aquila principatũ tenet, quæ meritò earum omnium dicitur regina, quæ alias excedit in duobus. Primò, quia altius omnibus ſe eleuat, nubes enim tranſcendit, & cœlum ipſum pertingere videtur, & vt Oppianus dixit, aerem volatu ſuperat, & ſublimius euadit: ſecundò, quia vt Aelianus obſeruauit, aliæ aues non directè in altum feruntur, ſed diuerticulis, & flexionibus in cœlum efferuntur, quod recta non poſſint, ſola aquila directo volatu in ſublime fertur. Aquila igitur quæ talis eſt naturæ, ſi leui pondere ſit granata, etſi in altum ſe erigat, propter excellentes vires quibus eſt prædita: difficultatem tamen ſentit, & moleſtiam patitur, quam vel granniẽs profitetur: ſi tamen paſſerculus debilis, & exilis, qui vix recta tranſcendit, multò maiori pondere quàm aquila eſſet granatus: quid mirum quod nec alas poſſet erigere? Aquilarum typo excellentes ſãctos Deus deſcripſit (vt B. Gregorius annotauit) dicens ad Beatũ Iob: *Nũquid ad præceptum tuum eleuabitur aquila, & in arduis ponet nidum*

c Lib. de Enoch. c. 4. d Iſa. 58. 8 14.

Hom. 3. in Leuit.

Serm. 27. Deut. 32. 39.

Deut. 32. cit.

¶ 68.

27. de ciu. cap. 4.

1. Reg. 2. 6.

Hom. 1. in Pſal. 37.

Pſal. 37. 4.

Matt. 26. 41.

¶ 69.

Oppianus.

Lib. 14. c. 10.

31. Moral. cap. 34. Iob 39. 27.

nidum ſuum, &c. In Hebræo hoc in lo-
Io. Pineda. co verbum habetur, (vt docet diligens huius loci interpres) quod præexcelſam, & excellentem altitudinem ſignificat, ad quam eleuari aquilam dicit; quia excellentes ſancti pernici, & celeri ſpiritus volatu ad ſuprema cœlorum ſe eleuant, & aduolant. Talis aquila erat Petrus, qui cum corpore eſſet in
Act. 10. 10. Ioppem; *Cecidit ſuper eum mentis exceſſus*, quo omnia terrena exceſſit, & ſuperauit, ad ſuperna, & altiſſima peruenientes, vt ex doctrina D. Thomæ *a* poſſumus intelligere. Talis item aquila erat Paulus, qui *b in tertium cœlum fuit raptus*, quique dicebat *c*: *Noſtra conuerſatio in cœlis eſt*, & iterum *d*: *Qui conreſuſcitauit, & conſedere nos fecit in cœleſtibus.* Tunc Paulus (inquit Gregorius) fortaſſe in carcere tenebatur, cum ſe conſedere Chriſto in cœleſtibus teſtaretur: ſed ibi erat, quò per mentis volitum peruenerat, mentemque fixerat.

a 2 2. qua. 175. art. 3. et de verit. q 13. art. 2 ad vltim.
b 2. Cor 12
c Ad Phil. 3
d ad Eph. 2

Hæ aquilæ volabant quidem, quia leui pondere grauatæ tenebantur; erant enim mortificata carne, & compreſſa, ac per grandia ieiunia caſtigata, vt dicerec Paulus, ſe iam mortuum, & confixum cruci cum Chriſto: moleſtiam nihilominus ſentiebant, quia etſi leui, tamen aliquo pondere onerati erant: caro enim quam gerebant, mortalis erat, & motus aliquos inordinatos producebat: Idcirco quaſi granniens cœleſtis aquila, moleſtiam quam patiebatur cõfitens: *Sentio*, inquit, *aliã legem in membris meis captiuum me ducentem*, tenentem me aliquatenus compreſſum: *Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* Ita quidem aquilæ; ſed ſpiritus tuus eſt paſſerculus quidam debilis, imbecillis, qui vix ac ne vix quidem, quando maiori perniciorique volatu agitur, tecta tranſcendit, hicque grandi pondere grauatur, grãdi onere illum implicatum tenes, multò maiori, quàm aquilæ quas prædiximus: nam caro tua grauis reddita eſt per cibum, & potum, voluptates, ac delitias; grauis inquam, non tam carneo pondere molis, quam pondere affectuum, & paſſionum, qui animam contendunt tenere captiuam. Quid igitur mirũ, quod nullatenus ſpiritus tuus poſſit ad ſuperna eleuari? Quid mirum, quod non ſolum ad abſconſa diuinitatis Chriſti myſteria non peruenias; ſed nec paſſionis eius dolores, vel ad momentum conſiderandos, mentem applices?

Rom. 7. 2.

§. 17. *Ad excellentem contemplationem eleuauit Adam mentem ieiunus, quam depreſſit paſtus, deprimitq; vehementer ciborum abundantia.*

¶ 70. SEd vt rem hanc plenè hoc diſcurſu concludamus, ad id conſiderandum nos conuertamus, quod ſancti Patres frequentius ad hoc inſtitutum attendunt. Chryſoſtomus, Ambroſius, Baſilius, Hieronymus, & obſeruemus quod cœpimus indicare, vnde prouenerit quod corpus mentem deprimit, & teneat compreſſam, ne ad ſuperna ſe poſſit liberè eleuare. Deus certè cùm primum parentem condidit, ſicut *mortem non fecit*, ita nec dedit ei corpus, quod mentem deprimeret, aut à volatu contemplationis impediret: ſed potius tale, vt ſine impedimento poſſet facilè, & ſine moleſtia ad ſuperna contemplanda ſe eleuare. Vt namque ex Auguſtino annotabamus, tunc corpus cœpit mentem aggrauare, quando cœpit eſſe corruptibile, & mortale, plenã ſubiectionem ad animam exuens; Deus autem non dedit homini corpus corruptibile, aut animæ rebelle, ſed immortale per vigorem iuſtitiæ originalis; ideoq; ſtatim ac extitit conditus, ductus fuit in Paradiſum miniſterio Angelorum: vt ibi ex eius coſta mulierem Deus formaret. Quam quamuis Ioſephus *a* & Rupertus *b* formatam credant extra Paradiſum, eodem loco quo Adam, ſed re vera in Paradiſo cõditam oſtendunt Baſilius *c* & cæteri ſancti Patres, quos ſequitur D. Thom. *d*, & doctores ſcholaſtici. Ibi *e immiſit Deus ſoporem in Adam, & tulit vnam de coſtis eius*, ex qua mulierem effluxit: Qualis ſopor iſte fuerit, variè auctores explicant. Chryſoſt. *f* & Epiphan. *g*, credunt ſomnum fuiſſe profundiſſimũ immiſſum à Deo, per quem Adam redditus fuit inſenſibilis, ne dolorem ſentiret, cum coſtam de eius latere Deus extraheret. Id

Sap. 1. 13.

a 1. Antiq. c. 1.
b 2. de Operib. Trinit. c. 32.
c Homil. de paradiſo.
d 1. p. q. 102. art. 4.
e Gen. 2. 21
f Hom. 15. in Gen.
g Hæreſi. 78.

quod Aquilæ translatio indicat, quæ *desensum, & totius vigiliæ ipsum*, exprimit. Hic dicendi modus nullatenus placuit Diuo Augustino *a*, tum quia quantumcumque somnus profundus fuisset, si coitæ subtractio ita agenda erat, vt dolorem incuteret, vt doloris fuisset Adam expergefactus (quis enim ita dormit, inquit Augustinus, vt osse conuulso nõ expergiscatur?) tum præcipuè, quia qui potuit sine dolore coitam auferre dormienti, potuit, & vigilanti. Sopor ergo fuit, quem Septuaginta *extasim* transtulerunt, quo nomine, mentis quædam magna eleuatio exprimitur, quã Vulgatus *soporem* vocauit, ad indicandum delectationem simul corporis, & animi. Vt enim Philon annotauit, ex quatuor modis quos scriptura tradit, quibus extasis contingere potest, ille excellentissimus est, quo contemplatione mentis adiungitur somnus corporis, cum corpus, & mens magna delectatione fruuntur, corpus per somnum, mens per rerum diuinarum contemplatione. Et huiusmodi fuit extasis, quam Deus immisit in Adam, nec enim ex naturæ inclinatione processit: & corpus placido fruebatur somno, mens autem ad superna vsque cœlorum fuit eleuata, quæ *intrans* (inquit Augustinus) *in sanctuarium Dei, intellexit nouissima illa mysteria, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt*; quæ Adam ipse ore protulit dicens: *Hoc nũc os ex ossibus meis, & caro de carne mea*, quæ Apostolus explicanda assumpsit, & Diuus Augustinus sæpè annotauit. Corpus igitur à Deo datum Adæ, nõ mẽtem, aut animam aggrauabat. Quid fecit, vt illum grauaret, & deprimeret maximoque pondere compressam teneret? Id ipsum quod fecit corpus corruptibile, & quod in illo excitauit affectus corruptionis, & carnis, per quos contrarium fieret animæ à qua vitam recipiebat. *Corpus* enim *quod corrumpitur* est quod *aggrauat animam*, vt supra annotabamus. Quid fecit vt illud esset corruptibile? Esus, defectus abstinentiæ, & contemptus ieiunij (inquit Chrysostomus *b*) & qualis esus? Nunquid talis, qualis eorum quos Esaias refert *c*, quos Ambrosius *d* luxuriosos, & benè pastos appellat, quibus cum Deus commendasset ieiunium, & vocasset ad fletum, & planctum, diuino spreto mandato se totos conuerterunt *occidere vitulos, iugulare arietes, comedere carnes, & bibere vinum*: quos propterea, vt sanctus Clemens Alexandrinus demonstrat *e*, iustè æternæ mortis pœna Deus damnauit? Aut verò talis, qualis eorũ, contra quos acri commination egit Amos, qui *comedebant agnum de grege, & vitulum de armento*? Aut verò esus fuit ceparum, & aliorum, carnium, & piscium, cucumerum, & peponum, quali Israelitæ in Ægypto ventrem replebant? Nequaquam, sed vnius tantummodo pomi: illius solo esu corpus fuit redditum corruptibile, spiritui contrariũ, menti infestum; vnde & mens inde grauata manfit, vt difficilè illi fuerit ad superna se eleuare. Si vnius pomi esus mentem illam, quæ superna luce fuerat illustrata, nouerat que ad sanctuariũ Dei euolare, & vias cœli lustrare, & percurrere, tam grandi pondere corporis, & carnis ita grauauit; vt deinceps non solùm non fuerit ei facile ad superna euolare, sed difficillimum, vel leuiter à terra se attollere, aut tecta ista inferiora transcendere; quid faciet esus tot, tantorumque ciborum, vitulorum, arietum, hædorum, perdicum, piscium? &c. Potus tot tantorumque vinorum, ad quæ exprimenda iam deficiunt nomina, quibus ventrem imples, caput vaporibus, ac fumis reples, corpus ipsum ita graue reddis; vt ineptum, se etiam ad corporalem motum sentiat? Quid mirum quod mentem tanta difficultate possis vel leuiter ad superna contemplanda erigere, post tot tamque intemperantes epulas? Quoniam ergo initium, & radix depressionis mentis fuit gula, aptè ieiunium illi contrarium in ipso temporis exordio, quo mens ad Deum se debet conuertere, & aduolare, assumendum imponitur. Illud enim mentem eleuat.

(1)

§. 18. Ab-

a *In Psal. 65. in illud, dormiui conturbatus.*

¶ 71. *Lib. de legit. diuin. rerum. hæredit.*

Gen. 2. 22. 1. Cor. 11. 9. In Psal. 56 vit. & 22. de Ciuit. c. 17.

Sap. 9. 15.

b *Hom. 1. de pœnit.*

Esa. 22. 12.

c *Lib. de Elia. c. 19.*

d

e *2. Pæd. c. 1. & lib. 3. c. 11.*

Amos 6. 4.

q. n. 11. 5.

§. 18. *Abſtinentiam neceſſariam ad eleuandam mentem, probat Hieronymus ex Philoſophis, & ex ipſo Epicuro voluptatis aſſertore.*

¶ 72. TAm certum eſt, & euidens, ieiunium, ac temperantiam aptiſſimam eſſe, imò, & neceſſariam ad eleuandam mentem, vt id philoſophis ipſis, qui ſolo naturæ lumine, & rerum experientia ducti erant fuerit penitus compertum, qui vt (Hieronymus longo diſcurſu comprobat) docebant, mentem ad philoſophiæ ſecreta percipienda per abſtinentiam, & temperantiam diſponendam, cibos ſubſtantiales, & qui grauare poſſint reijcientes: ex quorum doctrina primò Iouinianum hæreticum, cõtra quem diſputabat reuincit, cuius inter alia hæretica dogmata hoc vnum erat, Ieiunium inutile penitus eſſe, & poſtea ex ſacris literis plenè eundem confutat errorem. Ipſis quidem Philoſophis, ac mundi ſapientibus hoc notum fuit, quod nihil ita obruit animum (inquit Hieronymus) vt plenus venter, & exæſtuans, & huc illuc que ſe vertens, & in ructus ſpirans. Dicæarchus in libris antiquitatum, & deſcriptione Græciæ, refert, ſub Saturno primo in aureo ſeculo, neminem comediſſe carnes, ſed vniuerſos vixiſſe frugibus, & pomis. Perſas aſſerunt Xenophon vitam Cyri ſcribens, polẽta, cardamo, ſale ac pane tantummodò victitaſſe; apud quos tria fuiſſe Magorum genera Eubulus in hiſtoria Mitræ explicauit: quorum primos qui erant doctiſſimi, & eloquentiſſimi, excepta farina, & olere, nihil amplius in cibo ſumpſiſſe exponit. Cherẽmon Stoicus vir eloquentiſſimus narrat de vita antiquorum ſacerdotum Ægypti, quod omnibus mundi negotijs, curiſque poſthabitis, ſemper in templo fuerint, & rerum naturas cauſaſque ac rationes ſiderum contemplati, carnibus, & vino ſe ſemper abſtinuerint propter tenuitatem ſenſus, & vertiginem capitis, quàm ex cibo patiebantur, & maximè propter appetitus libidinis, qui ex his cibis, & potione naſcuntur. Pane rarò veſcebantur, ne onerarent ſtomachum: oleum tantùm in oleribus nouerant, verùm, & ipſum parum, propter nauſeam, & aſperitatem guſtus leniendam. Eantes Cizyneus, & Aſclepiades Cyprius, ætate qua Pygmaleon in Oriente regnabat, ſcribunt eſum carnium in Oriente non fuiſſe. Euripides in Creta, quamuis Cretenſes tales eſſent, quos vt Apoſtolus ait, ipſorum proprius Propheta Euripides vocat, *Malas beſtias, Ventres pigros*, Iouis Prophetas non ſolum carnibus, ſed & coctis cibis abſtinuiſſe refert. Xenocrates Philoſophus de Triptolemi legibus apud Athenienſes, tria tantum præcepta in templo Eleuſynæ reſidere ſcribit, venerandos Deos, honorandos parentes, carnibus non veſcendum. Sed, & ipſe Plato, cum eſſet diues, & thoros eius Diogenes lutatis pedibus conculcaret, vt poſſet vacare Philoſophiæ; Academicam villam ab vrbe procul, non ſolùm deſertam ſed peſtilentem elegit: vt cura, & aſſiduitate morborum, libidinis impetus frangeretur, diſcipulique ſui nullam aliã ſentirent voluptatem, niſi earum rerum quas diſcerent. Ita Hieronymus de Platone refert, qui vel ex hoc ſolùm meritò diuinus potuit vocari, quod elegit loca valetudinaria ac infirma, carnis ſaluti, & valetudini contraria, ad Philoſophiæ ſtudia ſectanda, in quibus infirmante carne, eiuſque ardoribus ac motibus qui mentem grauant enerueis, liberior remaneret ſpiritus ad altiſſimarum cauſarum contemplationẽ: vt iam non mirandum ſit illum inſignem contemplatricis vitæ Magiſtrũ, & doctorem mellifluum Bernardum, huiuſmodi loca ad cœnobia ædificanda elegiſſe, in quibus tam ipſe, quam eius fratres, & diſcipuli manerent, qui cum Paulo dicere poſſent: *Cum infirmor, tunc fortior ſum, & potens.* 2. Cor. 12. Proſequitur autem ſuum inſtitutum ¶ 73. Hieronymus, inducens Ioſephum, qui in ſecunda Iudaicæ captiuitatis hiſtoria, & in decimo octauo Antiquitatum libro, tria deſcribit dogmata Iudæorum, Phariſæos, Sadducæos, & Eſſænos, quorum nouiſſimos miris effert laudibus, quòd, & ab vxoribus, vino, & carnibus ſemper

Li. 2. cont. Iouinian.

Dicæarch.

Eubulus.

Cheremon.

Eantes, & Aſclepiad.

ad Tit. 1. 12.

Euripid.

Plato.

Ioſephus.

per abstinuerint, & quotidianum ieiunium verterint in naturam: super quorum vita, & Philo vir doctissimus proprium volumen edidit. Idipsum Epicuri doctrina, & exemplo D. Hieronymus confirmat. Fuit Epicurus voluptatis assertor, voluptatem solummodò captans, & intendens, ad hanc plenè consequendam à superfluis, & abundantibus epulis abstinendum docuit, intelligens illas ipsimet voluptati contrarias. Omnes propterea libros suos repleuit oleribus, & vilibus, tenuibus ac parcis cibis viuendum censuit: ad idque multis rationibus ducebatur, quas Hieronymus breuiter attingit, & alij sancti Patres latius expêdunt. Prima est, quia exquisitæ abundantesque epulæ non sine ingenti cura, labore, & sumptibus comparantur, maioremque pœnam, & anxietatẽ habent in inquirẽdo, & acquirẽdo, quàm voluptatem in abutendo. Hanc rationem latissimè Diuus Ambrosius prosequitur, egregiè considerans anxietates, & curas, quibus affliguntur qui conuiuia grandia, & splendidas præparant epulas. Obsonator, inquit, est, qui antequam luceat, fores pulsat alienas, & tanquam bellum aliquod immineat excitat dormientes. Turbatum vides, anhelantem aduertis, interrogas quæ causa perturbationis sit? poscit (inquit) Dominus meus, vbi vinũ melius væneat, quærit vbi durior vulua curetur, vbi iecur mollius, vbi phasianus pinguior, vbi piscis recentior, Curritat per diuersa &c. multi curritant in macello &c. curritur ad coquinam, fit ingens strepitus, fit tumultus, tota exagitatur familia, maledictũt omnes quod nulla ijs requies detur &c. In ipso conuiuio clamor, solicitudo, &c. Maior itaque est molestia in præparando, quàm voluptas in comedendo. Secunda ratio est, quia nihil magis conducit ad voluptatem, quàm capere delectationem ex cibo, & potu, ad hãc autem plenè obtinendam, necessaria est fames & sitis, quam abstinentia, & ieiunium excitat; ideoque quanto hęc maior fuerit, tanto maior voluptas ex sequenti capitur refectione. Hanc rationem sæpè expendit D. Chrysostomus per eam etiam ipsis gulosis, & epulonibus suadens ieiunium, vt per illud disponantur ad maiorem voluptatem ex cibo, & potu. Mirabile (inquit dicam, & præter multorum opinionẽ, sed tamen verum. Si voluptatem ipsam inquirimus, in parcitate, & abstinentia magis quàm in epularum abundantia inueniemus. Quid enim dicit Sapiens: *Anima saturata calcabit fauum.* (aut vt Chrysostomus legit, anima impleta, fauis illudit,) *& anima esuriens etiam amarum pro dulce sumet.* Qui fauos non attingit neque curat; quid vltra ei dulce erit? Si quod est dulcissimum nequit ei præbere voluptatem; quid erit quod voluptatẽ possit efficere? Atque adeo si voluptatem quærimus, hic magis inuenimus. Propter hoc, & Propheta mirabilia enarrans, quæ in Ægypto, & deserto gesta sunt, *De petra*, inquit, *melle saturauit eos.* Equidem nusquam inuenimus mel de saxo fluxisse, sed qui post multi itineris fatigationem, & labores sitientes, aquis frigidis è saxo fluentibus fruebantur, easque cum multo desiderio hauriebant, aquas illas mel appellabant: non quod natura aquarum fuerit commutata, sed quod dulcedo poculi, instar mellis sitientibus, & desiderantibus obtinere dulcorem. Ita Chrysostomus. Cui concinit, quod ad hoc institutum obseruauit Basilius. Denique ieiunium (inquit) voluptatis, & lætitiæ quædam est occasio. Sicut enim sitis dulcem subministrat potum, ac fames dulcem omninò parat mensam, sic ciborum degustationem ieiunium suauissimam reddit. Interpositum namque, & delitiarum continuationem intercidens, & abscindens, desiderabilem, suauemque longè ciborum repetitionem, vt peregrinam ac restitutam reddet, &c. Nihil tam desiderabile quàm voluptas interrupta, ac minimè continuata, ipsamet interruptio eam dulciorem facit. Nonne vides Solem post noctem clariorem apparere? & vigilantia post somnum dulcior, & sanitas post morborum experientiã longè charior. Ita, & mensa post ieiunium optatior est, &c. Etiam ipsis ieiunium conuiuijs dat gratiam (inquit Ambrosius,) dulciores post famem epulæ fiunt, quæ assiduitate fastidio sunt,

Philo. Epicurus. *Orat. 6. de prouidẽtia & ser. cont. luxuriam, & crapulam to. 5.* *Prou 27 7* *Lib. de Elia.* ¶ 7. *Ps. 80. 17.* *Hom. pœnit.* *Lib. de Elia, c. 9.*

sunt, & diuturna continuatione vilescunt, *Condimentum cibi ieiunium est*. Quanto auidior appetentia, tanto esca iucundior. Commendat sitis poculum, nesciunt vinum quærere: ieiunus quicquid hauserit transmittit ad satietatem non ad iudicium nari suspendit &c. Ita ille: à quo visus fuit Diuus Bernardus illud suum commune hausisse axioma *Optimum condimentum fames*. Tertia ratio est, quia nihil magis contrarium voluptati, quam salutis defectio, per quam omnes sensus inepti redduntur, vt suis operationibus voluptatem capiant: nec gustus delectatur saporũ dulcedine, nec oculi aspectu lucis, nec somnus placidus adest, &c. Nihil autem magis contrarium saluti, quam intemperantia, nulla enim ex re magis frequentiusque excitari morbos, quam ex saturitate nimia, apertis rationibus docuerunt (inquit Hieronymus *a*) Hippocrates, & Galenus vir doctissimus eius interpres, nobisque clarè ipsa experientia demonstrat, vt Hieronymus ipse, Chrysostomus *b*, & Basilius *c* prosequuntur. Vnde enim inquit Chrysostomus capitis dolores? vnde corruptorum humorum abundantia? Vnde febres acutæ, articulares morbi, paralyses, cerebri vertigines, distillationes molestæ, oculorum lippitudines, aurium obstructiones, podagra, chiragra, ventris torsiones? Vnde innumeri alij morbi: Nonne ab intemperantia, & largiore vini ingurgitatione? & apertius id nobis exposuit Sapiens, qui vidit, quod *plures interfecit gula, quam gladius*. Vltima tamen ratio, quæ Epicurum mouebat, est, quod per intemperantiam nimiam homo sit grauis corpore, & animo, & ineptus penitus ad quæcumque opera tam secundum corpus, quam secundum animum ipsi congruentia: quia secundum corpus redditur quasi immobilis, nulli alteri rei, nisi ad iacendum, & dormiendum dispositus; secundum autem animam redditur inhabilis ad ea pertractanda, quæ ratione, & discursu agenda sunt. Ita Philosophi, & qui secundum communem, apertamque rationem de rebus iudicarunt. Ita & ipse voluptatis amator, & doctor vel ipsa experientia conuictus docuit, & tradidit; quid igitur Christianus dicere, aut agere debet?

a *Li. 2. cõt. Ioui. cit.*

b *Hom. 1. in Gen. & Hom. 1. de pœn. & ho. de Iona, & orat. 6. de prouid. & alibi sæpè.*

c *Hom. 1. & 2. de ieiun.*

§. 19. *Necessarium ieiunium ad eleuandam mentem ad superna mysteria, docuit Amos agens contra vaccas pingues.*

¶ 75. SI Philosophi ad Philosophiæ naturalia secreta consideranda, quæ communem sensum non transcendunt, nec salutem corpori, vel animæ inducunt, abstinentiam intellexerunt necessariam, & ciborum pinguium, & substantialem esum sibi interdixerunt: Christianus qui vocatur ad ea consideranda mysteria, quæ totum naturæ, & rationis ordinem excedunt, & superant, quantò magis debet se ieiunio disponere, vt ad ea capienda mens ipsa se possit eleuare? Dictum est ex sanctis patribus, hanc huius temporis institutũ peculiarem extitisse rationem, vt saltem semel in anno nos ipsos tradamus ad nostræ redemptionis mysteria contemplanda, quos (melius quam Dalila Philistæos) Sancta aduocat Ecclesia dicens: *Ascendite adhuc semel nunc enim operuit cor suum*. Multa quidẽ in ordine naturæ operatus fuit Deus grandia, grandique admiratione digna, sed quæ extra cor suum, & extra se ipsum erant secreta cordis sui intra seipsum reseruans, & clamans: *Secretum meum mihi, secretum meum mihi*, profundo quodam silentio (vt Augustinus expendit) tanquam obscurissimo velo: quæ corde tenebat operiens: nunc aperuit cor suum, & secretiora cordis sui arcana nobis videnda, & contemplanda exposuit: nunc ostendit qualis Dei amor, *qui tradidit semetipsum pro nobis*, & pro inimicis mortuus est, qualis passio, per quam omnia mala nostra solueret, omnia sua bona cõferret, omnium virtutum fulgentissima præberet exempla, & documenta; qualis gloria, ad quam introducebat, ad quam nec ipse Dominus gloriæ sine acerba, crudelique passione, & morte ingressus fuit. Nunc aperuit cor suum, qui

Iud. 16. 18

Esa. 24. 16 Enarrat. In Psal. 7.

Ad Gal. 2. 20.

qui sciſſo templi velo, quæ abſcondita tenebantur, omnium oculis videnda tradidit, qui peculiari suæ prouidentiæ permiſſione diſpoſuit, vt *a vnus militum lancea latus eius aperiret*, quo cor ſuum vndique eſſet patefactum. Grandia myſteria, de quibus Propheta *b*, & Apoſtolus *c* clamarunt, quod *nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt*: myſteria quæ perpetuò Paulus vocat *d*, *ſacramenta abſcondita à ſeculis in Deo*, & *e incomprehenſibilia iudicia, & inueſtigabiles vias, &c.* Ad ſecreta naturæ contemplanda, & percipienda, quæ in ipſo veſtibulo ſunt, & oculis expoſita, iudicauerunt Philoſophi neceſſarium, per abſtinentiam macerare corpus, & infirmare, vt poſſet mens liberius elenari: & nihilominus pauciſſimi eorum, & magna cum difficultate, non omnia ſed aliqua attigerunt, quamuis totum vitæ tempus in ea occupatione conſumerent. Quod elegãter idem Sanctus Eſaias expoſuit, qui vt Chryſoſtomus *f*, & Baſilius *g*, & Ambroſius *h*, annotant, prima naturæ opera, quæ omnibus conſpicienda Deus expoſuit, dicens: *Qui ſedet ſuper gyrum terræ, &c. Qui extendit veluti nihil cælos, &c.* deinde ſubdit: *Qui dat ſecretorum ſcrutatores quaſi non ſint.* Quod de Philoſophis aptè intelligendum credo, qui ſecretorum naturæ fuerunt ſcrutatores hocque eorum officium, hæc occupatio. In hebræo habetur vox, vt noſter annotat Forerius, quæ ſecundum etymologiam indicat eos, qui gracilem, & delicatum habent ſenſum ac ſubtilem in iudicandis negotijs. Hos dat Deus, *quaſi non ſint*. Tam grandia enim myſteria continet Cœlorum, & terræ natura, extenſio, fundatio, vt nihil penè perfectè attigerint. Quis enim eorum comprehendit, quomodo Cœli fuerint, & teneantur extenſi? Quis qualiter ſuſpenderit Deus in nihilo? Quis inquit Ambroſius, vtrum terra in aere pendeat, an ſuper aquam? vt inde naſcatur controuerſia, quomodo aeris natura tenuis, & mollior molem poſſit ſuſtentare terrenam, aut quomodo ſi ſuper aquas, non pondere mergatur. Si philoſophorum mens magna abſtinentia diſpoſita ad hæc naturæ ſecreta percipienda, non plenè ſe potuit elenare, quanto minus miſer homo attinget Sacramenta rẽcõdita, & ſecreta cordis Dei, niſi magna abſtinentia, & ieiunio mentem reddiderit expeditam? Ideò hæc myſteria non intelligebant, illi quos Paulus deflebat, qui non ſolum Sacramenta Crucis non percipiebant, ſed *inimici erant Crucis Chriſti*, quia *venter eorum, erat illorum Deus*. Myſteria ſunt hæc inquit Apoſtolus, *quæ nõ percipit animalis homo*, qui animalium more vitam ad comedendum, & bibendum ſibi traditam credit, *quæ nobis* (inquit) *Deus reuelauit per ſpiritum ſuum*. Spiritualem ergo hominem requirunt nõ animalem, hominem qui per ieiunium ſpiritualis efficiatur, non eum qui per crapulam ſpiritũ teneat quaſi carnalem redditum. Meritò idem Apoſtolus (vt D. Tho. annotauit) poſt multa ieiunia poſuit ſciẽtiam, & caſtitatem; *In ieiunijs multis, in ſcientia, & caſtitate*, quia ad hoc vt diuinorũ ſcientiam percipiat aliquis, multis eſt diſponendus ieiunijs. Epicurus ipſe, qui nihil niſi voluptatem captabat, ſectatoribus ſuis abſtinentiam indixit, vt paulò ante dictum eſt, ne per nimiam ſaturitatem, corpore, & animo tenerentur grauati; quantò magis Chriſtianus abſtinentiam debet eligere, qui ſibi longiſſimam nouit reſtare viam percurrẽdam? Currendum tibi eſt ad brauium ſupernæ vocationis, præcipuè quidem mentis greſſibus: ſed etiam corporalibus operibus. Cur igitur per nimam ſaturitatem mentem grauas, & carcerẽ? Tibi dici poteſt, quod ſupra induximus Pythagoram dicentem. Cur grauiorem tibi extruis carcerem, onerioribus reddis compedes? Nunquid mactandi ſumus (inquit Diuus Chryſoſtomus) qui nos ipſos ita ſaginamus, vt nihil aliud intẽdere videamur? Egregiè certè hoc Deus ipſe voluit explicare, qui per Prophetam Amos, pœnam quam infligere parabat quibuſdam, qui nihil niſi comedere, & bibere curabant, expreſſit. *Audite*, inquit, *hoc vaccæ pingues*. Ad eos loquitur, vt inquit Hieronymus, qui nihil aliud niſi ventri indulgere intendebant. Theodotion, & Aquila, vt ipſe Hieronymus annotat, transferunt, *vaccæ Baſan*. Eſt Baſan, vt ex Scripura ſacra cõſtat, regio trans Iordanem ſupra terram Galaad, vbi paſcua fertiliſſima erant

a Ioan. 19. 34.
b Eſa. 64. 4.
c 1. Cor. 2. 9.
d Eph. 3. 9.
e Rom. 11. 33.
f Homil. 2. de incomprehenſibili Dei natura.
g Homil. 1. in hexae.
h 1. Hexaemer. cap. 6.
Eſai. 40. ¶ 76. Forerius.
ad Ph. 3. 19.
1. Cor. 2. 14.
2. 2. q. 147 art. 1.
2. Cor. 6. 6.
Homil. 14. ad populũ. ¶ 77.
Amos 4. 1. in ca. 4. Amos.
Iudic. 17. 4. Reg. 10.

erant, & vaccæ ac armenta pinguissima nutriebantur, & impinguabantur. Ideò vocauit Moyses *agnos, & arietes, filios Basan*, eos qui pinguissimi erant, ex Basan procedentes tanquam filij. *Butyrum*, inquit, *de armento, & lac de ouibus, cum adipe agnorum, & arietum, filiorum Basan.* Nos tamen (inquit Hieronymus) Symmachi interpretationē sequuti, qui ait *Boues saginatæ*, vaccas pingues interpretati sumus. Sed quid hos manet? Quid restat? *Iurauit Dominus in sancto suo*, id est, in filio suo, qui *Sanctus Dei* vocatur. *Iuro Dios, por vida de su Hijo*, vel in templo suo, vel in semetipso, qui Sanctus sanctorū est, *per se vivit*, vt Hieronymus interpretatur: *quia ecce dies venient super vos, & leuabunt vos in contis*, aut hastis vel lanceis, vt Thedotion legit, *& reliquias vestras in ollis feruentibus.* Difficilia hæc verba interpretibus videntur propter variam Hebræorum nominum significationem: sed quam Hieronymus per vulgatam lectionem apertissimè explicauit. Quidnam vaccas pingues manet, postquam plenè impinguatæ fuerint, & saginatæ? Hoc certè, quod interfectioni traduntur, & in frusta discinduntur, partim in verubus, & assatoribus ponuntur assandæ igni, partim in ollis feruentibus includuntur concoquendæ. Ad nihil enim aliud vaccæ impinguantur, & qui intendit eas saginare, hoc contendit. Hāc propterea illis pœnam manere exprimit Deus, quos vaccas pingues videbat, nihil intendentes nisi impinguari, & saginari. Quid credis te manere, qui nihil aliud curas nisi te impinguare, & saginare? Venient dies, cùm mactandus eris, & tradendus secundum animam verubus inferni, perpetuis ignibus assandus secundum corpus, ollæ sepulchri vbi ex feruore, & corruptione geniti vermes, *Como en olla podrida*, te comedant, & absumant.

Deut. 32.

§. 20. *Mentem ad cœlestia mysteria capienda disponi per ieiunium, ostendunt Moyses, mulier Sole amicta in cœlo, Ioannes Baptista.*

NOn solùm Hieronymus hæreticum Iouinianum reuincit, ostendens necessariam abstinentiam ad eleuandam mentem ex Philosophorum, & gentilium, imò, & ipsius Epicuri doctrina, & exemplis: sed id ipsum præcipuè ex sanctis scripturis demōstrat. Singulariter autem expendit, quæ de Moyse sacra narrat historia. Dum enim ille accedere voluit ad tractandū cum Deo, à quo legis sacramenta, & secreta erat accepturus, non minus quàm quadraginta dierum continuo ieiunio fuit dispositus. Tuncque non solùm legem accepit, & percepit; sed eius recondita sacramenta intellexit: tanta tamque fulgens claritas vultui eius fuit impressa, & adhæsit, vt non possent filij Israel in faciem eius intendere, excæcabantur enim eorum oculi à nimio vultus splendore, ideoque oportuit velo superducto operire. Qua in re duo sunt expendenda: primum est, aptè Moysen ad mysteria diuina intellectu, & mente percipienda, rigido, & grandi se disposuisse ieiunio, quia ineptus est, vt ea vel leuiter mente attingat, qui cibo, & potu fuerit saturatus. Vnde expendit Hieronymus quod supra tetigimus, Moysen meritò tabulas legis, quas ferebat, fregisse, dū inuenit populum comessationibus, & ebrietatibus traditum, quoniam ineptissimum iudicabat illum ad mysteria legis vel leuiter percipienda, quem nimia saturitate vidit refertum. Ille, inquit Hieronymus, vacuo ventre legem accepit scriptam digito Dei, non tantum eius corticem intelligens, sed ad secretiora illius sacramenta pertingens: ille autem manducans, & bibens, nec externum literæ corticem intelligere erat aptus, qui post epulas Ægyptium bouem præfert Domini maiestati. Secundum est, aptè splendidissimam lucem, & claritatem fulgentissimam insedisse, & adhæsisse faciei

Eod. lib. 2. cont. Iouin. ¶ 78.

Eod. lib. 2. cont. Iouin.

ciei Moysi, quam tam rigido longoque confecerat ieiunio, quod aptissimè disponit ad lucem diuinam recipiendam; è contrario autem tanta obtusos fuisse caligine epulatores, qui non solum in se lucem recipere non valerent, sed nec eam, quæ insalio erat poterant intueri. Saturitas enim ita luci, & fulgori contraria est vt non solum reddat ineptum eum in quo est, sed, & illum hebetem reddat ad alterius splendorem conspiciendum: vt verè nescias quid magis mirari debeas, fulgentissimam lucem, quam Moyses ieiunio disponente accepit, an tam grandem hebetudinem oculorum populi, quam intemperantia, & ingluuies inuexit, vt lucem non possent intueri. Ex quibus inferre licet, nihil magis mentis oculos offuscare, quàm nimiam saturitatem, per quam nec clarissimam lucem quidem attingunt. Denique manducauit populus, inquit Hieronymus, & incrassatum est cor eius, ne videret oculis, & audiret auribus, & corde conijceret, & vultum ieiunantis Moysi pastus, & pinguior populus sustinere non potuit, &c. Insuper nihil magis ex parte nostri ad illustrandam mentem conducere quam validum forteque ieiunium, quod carnem extenuat, quæ mentem deprimit, & suis offuscat vaporibus, & perturbationibus ac motibus. ¶ 7. Mulier illa famigeratissima, & mirabilis, quam vidit Ioannes ad cœlum vsque eleuatam & euectam, in cœloque residentem, omnium luminariũ erat luce illustrata, cui claritas Solis adhærebat, quæ *Sole erat amicta* stellarũ fulgore eius caput radiabat, & splẽdebat, quæ *coronam stellarum in capite habebat*. Apoc. 12. Non mirum quæ Lunam pedetentim terebat, & comprimebat, atque calcabat. *Luna*, inquit *sub pedibus eius*. In scriptura, esse sub alicuius pedibus, est ab illo conculcari, & comprimi. Ita Dauid: *Subiecit populos nobis, & gentes sub pedibus nostris*. Psal. 46. 6. Et Iosue ad principes exercitus dixit: *Ite, & ponite pedes super colla regum istorum*. Ios. 10. 24. Quod si quæras: Quid his verbis mandare voluit? Id, quod ibidem exprimitur: *Qui cùm perrexissent, & subditorum colla pedibus calcarent*. Itaque habere sub pedibus colla, est illa conculcare, & calcare.

Hoc modo dixit Dauid de Christo, q̃ sæpè Apostolus annotauit, quod tandè habiturus est *inimicos suos sub pedibus suis*. Psal. 109. Longe autem nomine carnem nostram exprimi in scriptura sacra satis apertum est: quia illa est omnium mutationum in rebus corporalibus origo, estque perpetuæ mutationi subiecta. Tunc ergo mens in cœlum potest se eleuare, & ibi residens manere, eo modo quo Apostolus dicebat: *Nostra conuersatio in cœlis est*, eritque disposita, vt diuina illustretur luce, qua ad diuina contemplanda habilis existat, cum carnem comprimit, & per ieiunium, & mortificationem vapores, & fumos, quos emittere solet ad offuscandam mentem, auertit. Vnde, & Ecclesia sancta postquam inducit animam comprimentem, & calcantem Lunam carnis, per corporale ieiunium, eam exhibet ad cœlestia eleuatam, & cœlesti luce fulgentem: *Corporali*, inquit, *ieiunio vitia*, id est carnis lasciuiam, *comprimis, mentem eleuas*. Ad Phil. 3. Annotauit D. Ambrosius, aptè ab Esaia excellenti ieiunatori promissum, quod cùm sanctum Deoque gratum ieiunium peregisset, *Tunc*, inquit, *orietur lux tua*, id est, sicuti cum Moyses valido ieiunio fuit dispositus, ex Deo ipso *qui pater luminum est*, lux clarissima processit, qua totus ille lucidus fuit effectus, tantaque claritate fulgidus, vt non possent epulones in eius faciem intendere; ita, &c. Lib. de Elia, c. 4. Esai. 58. Iac. 1. 17. Quid mirum quod cœlestia sacramẽta intelligere non valeas, nec Christi crucis mysteria percipias, qui tenebris offusceatam habes mentem propter nimios vapores, tanquam nebulas ex nimijs epulis insurgentes? Non mirum quod non videas Euangelicę legis fulgorem, & gloriam, nec percipias, quomodo in paupertate sit regnum, in lacrymis lætitia, in fame, & siti saturitas, &c. *Nec enim animalis homo percipit quæ Dei sunt*. 2. Cor. 15. 14. Moysi Eliam adiungit D. Hieronymus, quod, & sæpissimè facere fuit solitus. Erat sanctus ille Propheta grãdi turbatione anxius, vt mortem à Deo peteret, propter persecutionem, quam impia fœminarum Iezabel sanctis Prophetis inferebat, eratq; Dei colloquio fouendus, animandus, & instruendus in monte Horeb. Non tamen Li. 2. cont. Iou. & ep. 22. ad Eustoch. & in c. 58. Esai.

tamen eò peruenit, nec montem aſcendit cum Deo grandia tractaturus myſteria; quin prius mirando illo quadraginta dierum, & noctium diſpoſitus fuiſſet continuo, atque nullatenus interrupto ieiunio. Ieiunium autem, inquit Baſilius, illum magnæ viſionis ſpectatorem reddidit. Quadraginta namque dierum ieiunio animam purgans, in ſpelunca Horeb, meruit (quātum fas eſt homini) Deum videre, &c.

Hom. 1. de ieiunio.

Hom. 4. in diuerſ. Matthæi. ¶ 80.

Vidit, inquit Origenes, magnificam viſionem Dei: ieiunium enim eſt per quod mens ad talia videnda eleuatur, & diſponitur. Hinc Diuus Hieronymus conijcit, cur Chriſtus Dominus cum transfiguratus in monte apparuit, quādo reſplenduit facies ſicut Sol, & veſtitus eius apparuit albus refulgens, traxit Moyſen, & Eliam, qui ſecum in illa gloria, & luce apparerent. Apparuerunt enim *viſi in maieſtate*, id eſt, maxima luce, & ſplendore fulgentes, quam ex lucido Chriſti corpore recipiebant. Eſt Chriſtus lux vera, & ſplēdor gloriæ Patris, & quadraginta dierum ieiunio carnem ſuam affecerat, quam glorioſam, & ſplendentem oſtēderet: illos congruè in ſuam gloriæ, & lucis ſocietatem traxit, qui erant, & diſpoſiti ad lucem, & claritatem, quæ ab ipſo procederet, recipiendam. Hi fuerunt Moyſes, & Elias, ſimili ieiunio quadraginta dierum diſpoſiti: iſti enim apti ſunt, vt montem conſcendant, & luce ſuperna illuſtrentur, qui ieiunio ſtricto, & grandi corpus mortificatum tenuerint. Sed ne ſapiens quidem Daniel (inquit Baſilius *a*, dixeratque prius Origenes *b*) viſiones illas grandes, & ſupremas vidiſſet, niſi ieiunio valido per trium hebdomadarum ſpatium, immo, & toto vitæ tempore, ſplendidiorem perſpicacioremque animam reddidiſſet. Ex cibi namque craſſitie veluti vapores ardentes more condēſæ nebulæ conſcendentes, innaſcentem ſancti Spiritus ſplendorem omnino euertunt. Quærit Ambroſius, cur Ioannes Baptiſta tam grādi vſus fuerit ieiunio, vt dicatur de eo, quod *venit nō manducans, neque bibens*. Immo, & eo ipſo quo in mundo annuntiatus fuit, ſimul illius abſtinentia fuit ſimiliter prædicta, magiſque expreſſa quàm alia quæuis illius virtus. Angelus enim, qui eius conceptionem, & ortum venit annuntiare, ita expreſſit. *Erit*, inquit, *magnus coram Domino, vinum, & ſiceram non bibet*. Sicera (ait Ambroſius) vocatur quicquid inebriare poteſt, ſiue potius fit ex vuis ſiue ex pomis, ſiue ex palmarum fructu, &c. Cur igitur tā grande Ioannis ieiunium, tantaque cura manifeſtandi illud? Quidam dicunt, neceſſarium fuiſſe tale ieiunium homini, qui tam excellenti puritate niteret, vt inter natos mulierum ferret palmā. Minus enim conſulitur puritati animi, ſi caro non teneatur maximè compreſſa per abſtinentiam, & ieiunium, vt ſupra dictum eſt. Aliqui dicunt, ideò hoc factum fuiſſe, quia ipſemet Angelus dixit, quod Ioannes præceſſurus erat Chriſtum in ſpiritu, & virtute Eliæ. Elias maximā præſtitit ſpiritus virtute, ad quam tenendam, & conſeruandam neceſſarium fuit grande ieiunium, quo carnem mortificauit, & compreſſit; tanto ſiquidem ſpiritus potentior eſt, quanto caro magis compreſſa, & infirmior per mortificationem, & ieiunium. Qui ergo non minori ſpiritus virtute præſtare debebat quam Elias, id ſingulare debebat habere, quod in Elia fuit ſingulariſſimum, ieiunium ſcilicet rigidum, & validum. Ratio tamen quæ Ambroſio placet, & quam indicat, ea eſt; quia Ioannes venit ad deſignandum Chriſtum præſentem, & oſtendendum illum mundo, qui abſconditus erat per carnis infirmitatem, & in peccatorum ſocietate venturus erat baptizandus quaſi vnus ex illis. Vt Ioannes illum deſignaret, & quiſnam eſſet oſtenderet, oportebat vt magna mentis acie præſtaret, & ſumma luce illuſtraretur, per quam eum poſſet cognoſcere, qui propterea omnes Prophetas exceſſit, & pluſquam Propheta dictus eſt: quia maior luce, quam omnes præcedentes Prophetæ fuit illuſtratus, & quem illi futurum prædicebant, hic oſtendere debebat præſentem. Vt igitur mens eius tantæ lucis capax eſſet, eiuſque acies illuſtraretur, eleuareturque ad tantam altitudinem, vt poſſet inter peccatores cognoſcere agnum, qui veniebat peccata tollere, & verum Deū, quem

Luc. 1. 15.

Eod. lib. de Elia, c. 25.

a Homil. 1. de ieiunio circa fin.

b Homil. 4. in diuerſ. Matthæi.

Li. de Elia c. 8. & 5.

Matt. 11. 18

quem mortali carne indutum aſpiciebat, oportuit vt grandi ieiunio eſſet prius diſpoſitus. Ideoque ſimul ac exprimebatur eius miniſterium, ad quod mittebatur, vt Chriſti ſcilicet eſſet præcurſor; eius etiam abſtinentia ſingulariter exprimenda fuit: aptèque dictum fuit ab Angelo, quod perpetuò abſtineret à vino, & ſicera. Sacerdotes namque (inquit Hieronymus) eo tẽpore quo in tẽplo miniſtraturi erant prohibebantur, vinũ & ſiceram bibere, ne cum Deo eſſent officium exhibituri, eorum cor grauaretur, & vt ſenſus per abſtinentiam vigeret, efficereturque tenuis. Ioannes autem non determinato aliquo tempore, ſed totius vitæ ſuæ curſu peculiari miniſterio erat deputatus, præſens ante faciem Domini, & toto vitæ tempore mente, & ſenſu vigere debebat, toto præterea vitæ tempore inducitur ab Angelo, abſtinentiam ſeruaturus.

Epiſt. 83. ad Oceanum.

§. 21. *Petrus cæterique Apoſtoli, & ſignanter Paulus, oſtenderunt mentem per ieiunium eleuari.*

¶ 81. *Epi. 82. ad Eccleſiam Vercell. & ſerm. 20. ad Eph. 3. 5.*

DE Principe Apoſtolorum Petro ſimiliter idem quærit Ambroſius, cur Scriptura ſacra, quando eius narrat extaſim, qua mens eius in Cœlum fuit rapta, & intellexit grande illud myſterium (quod dicit Paulus præcedentibus generationibus agnitum non fuiſſe) de baptizandis gentibus, & introducendis ad Eccleſiæ vnitatem: præmiſit illum ieiunantem, & eſurientem ſecundum carnem. *Cum eſuriret*, inquit, *cecidit ſuper eum mentis exceſſus*. Certè, vt oſtenderetur (inquit Ambroſius) ipſos ſanctos, cum ieiunant, aptiores fieri, & magis habiles ac diſpoſitos reddi, vt mentem eleuent ad ſuperna myſteria conſideranda, & intelligenda, vtque animus luce diuina clariori illuſtretur. De omnibus Apoſtolis docet Origenes, ieiuniorum aſperitate fuiſſe diſpoſitos, vt Euangelica luce mens eorum eſſet illuſtrata, & eam ſplendentem toti mundo traderent. Signanter autem id in Apoſtolo Paulo videre licet. Illum elegit Deus, vt eſſet ſingulare vas, aut inſtrumentum, (vas enim apud Hebræos inſtrumentum dicitur) per quod claritas Euangelij gloriæ Chriſti in toto mundo fulgeret. Idcircò illo ſingulari dono ipſum affecit, quod nulli Apoſtolorum contulit: mentem namque illius eleuauit ad diuinæ eſſentiæ claram viſionem, vt Diuus Auguſtinus, multique ſancti Patres ſentiunt, quos ſequitur, & explicat Diuus Thomas *a*. Si quæras, quando id factum fuerit, Diuus Thomas *b* exiſtimat (quod Beda aſſeruerat, & gloſſa ordinaria, alijq; authores tenent) in illo triduo, quãdo in ſuæ cõuerſionis exordio, introductus Damaſcum in domo Ananiæ *erat tribus diebus non videns, & non manducauit, neque bibit*. Tunc enim id factum fuiſſe, quod ipſe poſt quatuordecim annos ad Corinthios ſcribens dixit *ſe raptum vſque ad tertium Cœlum, percepiſſeque arcana verba, quæ non licet homini loqui*. Tunc enim edoctus fuit ab ipſomet Chriſto Domino omnia Euangelica myſteria: vnde & ille gloriatur, *ſe non ab homine accepiſſe Euangelium, ſed per reuelationem Ieſu Chriſti*. Ex quibus hoc argumentum reſultat. Paulus non prædicauit Euangelium, niſi doctus, & inſtitutus à Chriſto: ſed tunc ſtatim, antequam Damaſco egrederetur, iam cœpit prædicare Euangelium, *Continuò*, ait, *in ſynagogis prædicabat Ieſum, quia hic eſt Chriſtus*. Quibus verbis omnem Euangelicæ Prædicationis ſummam, quam ipſemet Paulus hæc referens *Fidem* vocat Euangeliſta complexus fuit. Iam igitur tunc Euangelij myſteria à Chriſto didicerat. Hoc ſuppoſito expende nunc cohærentiam verborum. *Erat*, inquit, *tribus diebus non videns, & non manducauit, neque bibit*: Quid eſt, *Erat non videns?* Exiſtimo viſus nomine non ſolum viſiuam potentiam, ſed omnes ſenſus expreſſos iuxta ſcripturæ phraſim, quam Diuus Auguſtinus, *c* ſæpè obſeruat, quæ viſus nomine, omnes ſenſus intelligere ſolet. Erat nõ videns, id eſt, nullo vtens corporis ſenſu, à ſenſibus alienatus magna extaſi quaſi extra ſeipſum poſitus. Vnde ipſemet ſemel, & iterũ dicit *d*, *ſiue in corpore ſiue extra corpus, neſcio Deus ſcit*,

Act. 10. 10

10 ſcit.

a 1. *p. q. 12.* *b In c. 12. 2. ad Cor. lect. 5.*

Act. 9. 9.

2. Cor. 12.

ad Gal. 1.

Act. 9. 10.

ad Gal. 1. 23.

¶ 82. *c Serm. 33. de ver. Do. & 10 conſſ. ca. 35. & 1. de moribus Manich. c. 20. & li. 5. lo. cut. in Deu. 4.*

d 2. Co. 12. 2.

quia

quia ita erat in corpore, vt corporis vteretur sensu. Si enim ita non esset, bene scire posset, si erat in corpore, an ex extra corpus. Et illis diebus, non mãducauit, neque bibit. Magnum mysterium scriptura sacra his verbis voluit exprimere. Non tantũ voluit indicare quod abstractus erat à sensibus, ideoq; nullum cibum aut potũ sumens, sed comitem eleuatæ mẽtis voluit indicare ieiunium. Quale corpus, cuius mens tam alta cõtemplatione rapitur? Corpus certè non manducans neque bibens. Non aduolat mens nec eleuatur, nisi dum caro per ieiunium compressa tenetur. Mens quæ transcendebat omnia creata, & ad ipsam diuinam essentiam contuendam conscenderat, & aduoluerat, quam *Tertium cœlum* idem Apostolus vocat, mens erat hominis non manducantis, neque bibentis. Tandem (vt innumera alia, quæ ex scripturis sanctis adduci poterant relinquamus) attende quod D. Petrus Chrysologus de filio prodigo obseruat, simile ei quod ex eodem supra retulimus. Ille enim cum magna premeretur fame, nec aliquis esset qui alimenta præstaret, mentem eleuauit ad domum patris sui, à qua recesserat, illiusque abundantiam ita fuit contemplatus, vt ad eam regredi decreuerit. Fames (inquit) illi patrem dedit sapere, cui copia abstulerat sentire genitorem. Et si tantum præstitit vel inuita fames, probare quid voluntarium possit conferre ieiunium. Oneratus venter ad vitia cor deponit, premit mentem, ne superam valeat sentire pietatem. *Corpus*, inquit, *quod corrumpitur aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantè.* Vnde, & dominus, *Attendite ne grauẽtur corda vestra crapula, & ebrietate.* Vacuãdus est ergo vẽter moderatione ieiunij, vt exoneratus animus possit ad alta pertendere, conscendere ad virtutes, possit ad ipsum pietatis authorem totus aliger peruolare. Hoc Elias probat, qui dominici continuatione ieiunij, defæcatus à carnali põdere, mortis victor euolauit ad cœlum. Ita ille: ad cuius imitationem miranda quæ de multis sãctis legimus possumus obseruare, qui grandi, rigidoque ieiunio, & castigatione corpora alleuiantes, mentem tam expeditam ad volandum sursum reddiderunt, vt illa sese ad superna rapiens, corpus secum traheret, & eleuaret. Ita beatissimus Pater noster Dominicus, cuius tota vita quoddã cõtinuum ieiuninm fuit, sæpius visus est eleuato à terra corpore orasse, hocque illi familiarissimum. Ita, & in Angelico doctore videre licet, qui eleuato à terra corpore, coram Christi crucifixi imagine cernebatur. Idipsum Seraphico Patri Francisco accidit, cuius animus tanta vi ad superna ferebatur, vt corpus secum traheret, tanta altitudine à terra eleuãs, vt illuc humanus obtutus (mirabile dictu) consequi nõ posset: imò, & complexus aliquando socium Massæum, diuina raptus contemplatione secum per aera in grandem eleuauit altitudinem. Corpora habebant tanta debilitate per abstinentiam attenuata, vt non fuerit difficile expedito spiritui, & alleuiatæ menti illa eleuare: de quibus alio loco. Et verè nõ egemus rationibus, quos experientia ipsa apertissimè hanc doctrinam edocet. Quis enim explicare valeat grauedinem mentis quam experiris, dum ad superna contẽplanda eam eregere paras? quam difficile ad superna cor subleuas tuum? Quis est qui vel per breue aliquod tempus rapiatur mente ad regna cœlorum, maiestatem Dei, pulchritudinem regni ipsius, bona parata diligentibus se contemplanda; Quis qui attenta cogitatione *recogitet eum, qui talem aduersus semetipsum sustinuit contradictionem*, pro nostra salute? Quis qui vitæ fragilitatem, bonorum terrenorum caducitatem, pœnam horrendam, quæ peccatoribus manet, vel leui meditatione attingat? Non mirum grauato enim per saturitatem corpore, necessum est, mentem depressam teneri. Obseruat. Diuus Irenæus Deum per Esaiam, non tam impios illius carnalis populi mores, quam nostros voluisse arguere, & reprehendere. *Cum cythatis*, inquit, *& tympanis, & psalterijs, & tibijs, vinum bibunt, opera autem Dei non intuentur.* Ita legit Irenæus. Non solum defectũ

2. Cor. 12. 2.

Serm. 2. de duob. filijs.

Sapi. 9. 15.

Luc. 21. 34

§ 85.

Bozius li. 15. signo 61 ad finem.

Ad Hebr. 12. 3.

lib. 4. c. 4.

Esa. 5. 12.

sed illius causam exprimere voluit. Quid mirum, quod ad opera Dei considerandа nullatenus mentem eleuent, qui nulli rei nisi cibo, & potui indul-
Hom 1. in Genes. gent? &c. Hinc Chrysostomus in eos magnopere inuehitur, qui pransi ad doctrinam diuinam audiendam veniunt; quorum mentes ita vaporibus ventris calore excitatis offuscatæ tenentur, vt vix possint aliquid eorum, quæ proponuntur, vel leuiter attingere. Quomodo ad sacra altaris mysteria contemplanda rapietur intellectus illius, qui carnis saturitate tenetur compressus? Quia igitur tempus hoc est, quo peculiariter mentem ad Deũ eiusque mysteria eleuare debemus; ieiunium grande, & solemne meritò primo loco indicitur, vt saltem cum prodigo carne per famem confecta, mens ad domum patris contemplandam se erigat, & dicat: Surgam, & ibo ad patrem meum.

§. 22. *Ad orationem supponendum ieiunium docent scripturæ, suadentque manifestæ rationes.*

¶ 84. EX præcedenti discursu alia enascitur ratio, propter quam in ipso huius temporis exordio, iure ieiunium nobis imponitur, & commendatur. Illa est: quoniam in hoc tempore singulariter orationi est vacandum coram Deo, vt nostra condonẽtur peccata. Ad orãdum siquidem pro remissione peccatorum, tempus opportunum esse necessarium, dixit Dauid. *Pro hac*, id
Ps. 31. 6. est, peccatorum remissione (vt Augustinus exponit) *orabit ad te omnis sanctus in tempore oportuno.* Est autem ora-
a Lib. 1. de diuin. nomin. cap. 3. ante medium. tio, vt ex S. Dionysio *a*, & sanctis Patribus Diuus Thomas *b* tradidit, eleuatio mentis in Deum; sicut ergo necessarium est ieiunium ad mentem in Deum eleuandam, ita, & ad orationem
b 2. 2. q. 83 art. 3. ad 3. c Hom. 4. in Matt. d Matt. 5. Matt. 6. Vnde (vt obseruat Origenes *c*) Christus Dominus spiritualis vitæ Magister, & institutor hoc in loco *d*, postquam de oratione egit, statim ad doctrinam de ieiunio tradendum se conuertit, non illud præcipiens, sed supponens tanquam necessarium, *Cum ieiunatis*, inquit, &c. supponendum est enim ieiunium ad orationem, & vt illa sit qualis esse debet, ieiunij fundamento est stabilienda. Vnde scriptura sacra ferè semper quos excellenti, ac feruenti oratione exhibet orantes, simul etiam ieiunantes exprimit, & illorum orationes efficaces describit, quas ieiunijs præmissis, & concomitantibus fundebant. Daniel aduertens tempus prædictum à Ieremia, quo finienda erat captiuitas, iam instare, vt populus in pristinam libertatem reuocaretur, cupiens vt illud compleretur, nec captiuitas propter peccatum populi magis differretur, *Posui*, inquit, *faciem meam, ad Dominum Deum meum rogare, & deprecari ieiunijs*, id est, suppositis magnis ieiunijs: sicut enim cytharœdus prius lyrę temperat neruos, vt suaui resonent concentu: ita vt suaui orationis melodia animus resonet, corporis membra sunt per ieiunium contrahenda. Sanctus deinde Esdras, volens indicare quomodo tempore Cyri Persarum regis obtinuerit populus libertatem a captiuitate: *Ieiunauimus*, inquit, *& rogauimus Dominum pro hoc, & euenit nobis prospere.* Vide quid fecerit, vt omnia prosperè euenirent, orauit oratione grandi ieiunio fundata. Similiter postea sanctus Nehemias volens explicare, quomodo obtinuit, quod Artaxerxis regis cor, & animus flecteretur, vt licentiam concederet ædificandi muros Ierusalem, *Ieiunabam*, inquit, *& orabam ante faciem Dei cœli*, sicque quod optabat accepit. Exponens Dauid, qualis esset sua oratio, per quam quod à Deo petebat, obtinebat, dicit: *Humiliabam in ieiunio animam meam, & oratio mea in sinum meo conuertetur.* Ideſt, (vt Theodoretus, & Cyrillus intelligunt) non in efficax aut inanis fuit oratio, aut in ventum emissa, quæ subitò euanescere: sed ad Deum perueniens, ab ipso quę postulabam esset reportatura in sinum meum. De sancta illa Anna filia Phanuelis dicit Euangelista, quod *erat ieiunijs, & obsecrationibus seruiens die ac nocte.* Ieiunia supponebat, quibus nitebantur orationes, & obsecrationes, ideoq; postulabat fuit consecuta, vi-

Daniel 9. 3.

1. Esdræ. 8. 23.

2. Esdræ 3. 4.

Psal. 34.

In Catena græca Danielis Barbari.

Luc. 2. 37.

dere

dere ſcilicet Dei filium in mundo natum. Oſtendens Chriſtus Dominus, quomodo potentiores dæmones ejiciantur, dixit, eos non ejici niſi oratione, & ieiunio, id eſt, oratione quæ valido ieiunio, & forti firmata ſubſiſtit.

Matth. 17. 20.

¶ 85. Hinc Apoſtoli, cum agnouiſſent per reuelationem ſpiritus ſancti Paulum, & Barnabam deſtinatos ab eodem Spiritu ſancto in opus miniſterij Euangelicæ prædicationis, quando ſolemni ritu illos ad prædicandum mittere voluerunt, dicitur: *Tunc ieiunantes ac orantes dimiſerunt illos*; addentes deſtinationi Spiritus ſancti orationes, quibus fœlicem precabantur ſucceſſum, quem vt conſequerentur, orationi ſupponebant ieiunia. Cum autem Paulus, & Barnabas peruenientes Lyſtrum, Iconium, & Antiochiam, & per ſingulas Eccleſias presbyteros cõſtituiſſent; quando voluerũt reuerti, vt proſperè omnia ſuccederent, *Orauerunt*, inquit, *cum ieiunationibus*. Huiuſmodique innumera poſſemus addere. Hinc Apoſtolus (vt obſeruauit Origenes) ad orationem hortaturus, primo ieiunium ſuppoſuit, & præmiſit, dicens: *Vacate ieiunio, & orationi*; indicans minus aptè poſſe aliquem vacare orationi, qui non vacauerit ieiunio: hoc enim illam debet præcedere, & comitari. Et verè primum orationis comitem expoſuit Raphael Angelus ieiunium dicens; *Bona eſt oratio cum ieiunio*. In græco iuxta hebræum ponitur *bonum* neutraliter, *bonum oratio cum ieiunio*. Hebræi namque carent comparatiuis, & ad exprimendum, aliquid eſſe optimum, dicunt illud eſſe bonum in neutro genere. Ita apud Prophetam *a*, *Quod eſt bonum eius?* Dauid *b*, *Mihi autem adhærere Deo, bonum eſt*; Quam phraſim ſequutus Apoſtolus dixit: *Hoc enim bonum eſt, & acceptum coram Deo*. Ad indicandum ergo quanti ſit valoris oratio, quàm ieiuniũ præcedit, & comitatur, *bonum*, inquit, *eſt oratio cum ieiunio*, id eſt, ea oratio magnum eſt bonum, & quid optimum, & inter precioſa reputandum, quæ cũ ieiunio eſt: quam enim ſaturitas comitatur, parui eſt precij & valoris. Hocque poteſt manifeſtatis rationibus demonſtrari. Prima eſt, quia ad orationem requiritur mentis vigilia. Ita ille magnus orator Dauid, cum orationi ſe tradere parabat. *Anticipauerunt*, inquit, *vigilias oculi mei*. In hebræo nomen *ſemuroth*, à verbo ſamar, quod eſt cuſtodire, & ſeruare (vt dixit Brixia.) nomen caſtrenſe militibus vſitatum, inter quos nox in varias vigilias diuidebatur, & milites ipſi quibus vigilandum peculiaribus noctis horis erat impoſitum, *Vigilia noctis* vocabantur, quemodo ab Iſaia miles qui in arce conſtitutus nocte excubias agebat, vocatur *Cuſtos*, & ab ipſo Dauid, *cuſtodia in nocte*. Nullus maiorem vigiliam videtur tenere, quam milites qui Vigiliæ noctis dicebantur, ex quorum vigilia tota ciuitatis, aut exercitus ſalus pendebat. Nihilominus, inquit Dauid, quando ad orandum me præparabam, ipſas vigilias præueniebam, & maiori ac ſolicitiori quam illi vigilia expergefiebam. Ideò & Chriſtus Dominus diſcipulis, quibus orationem commendabat, vigiliam prius imponebat, dicens: *Vigilate, & orate*, vigilia autem ſine ieiunio ſeruari non poteſt. Poſt ſaturitatem enim, & ventris repletionem, vapores caput obtundunt, & ſomnum excitant ineluctabilem. Hinc D. Petrus hæc duo aptè coniunxit, *Sobrij eſtote, & vigilate*. Sine ſobrietate enim qua per abſtinentiam cibis, & potibus grandis menſura imponitur, vigilari non poteſt. Propterea D. Hieronymus explicans cõditiones, quas ab optimo Epiſcopo exigit Apoſtolus, qui dicit eum debere eſſe *irreprehenſibilem, ſobrium, prudẽtem, ornatum*, &c. Exponens vocem illam *ſobrium*, annotat in græco haberi vocem *niphalios*, quæ ex æquo ſignificat ſobrium, aut abſtinentem, & vigilantem. Inde Scholiaſtes Hieronymi annotat, ortum eſſe vt ſacrificia quædam vigilijs agenda, aut quæ vigiliam tenendam ſignificabant, vocarentur *Niphalia*. Tam coniuncta enim eſt ſobrietati, & abſtinentiæ vigilia, vt vno, eodemque nomine ambo ſignificentur. Nec ſolum ſaturitas ſomnum excitat orationi contrarium: ſed ad obſeruationem ipſius Dei inducit, & animum potius diſponit, vt ab eo recedat, quam vt ad illum per orationem feruentem tendat, & gradiatur. Hoc Deus ipſe elegãn-

Matth. 17. 20.

Act. 13.

Act. 14. 22.

Hom. 4. *in Matt. cit.*

1. *Cor.* 7. 5.

Tobiæ 12. 8

a *Zachar.* 9. 17.

b *Pſal.* 72. 28.

1. *Ad Timoth.* 2. 3.

Pſal 76. נטר *tom.* 1. *fol.* 52.

Eſa. 21. 11

Pſal. 89. 4.

¶ 86. *Matt.* 26. 41.

1. *Pet.* 5. 8.

Epiſ. 83. *ad Oceanum.* 1. *ad Timoth.* 3. 2.

Marianus Victorius.

ganter dixit ad Moysen, prædicēs quid populus ille facturus esset postquam introductus in terram lacte, & melle manentem, saturatus fuisset. *Introducam*, inquit, *eum in terram, pro qua iurauī patribus eius lacte, & melle manantem: cumque comederint, & saturati crassique fuerint, auertentur ad Deos alienos, & seruient eis detrahentque mihi, & irritum faciens pactum meum.* Quod statim Moyses intimauit populo, homines similes exprimens equo, aut mulo, qui saturatus, & impinguatus recalcitrat: contra Dominum. *Constituit*, inquit, *eum super excelsam terram, vt comederet fructus agrorum, vt sugeret mel, &c. Butyrum de armento, lac de ouibus, hircos, &c. cum medulla tritici, &c. Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit, & dereliquit Deum factorem suum, & immolauerunt dæmonijs, &c.*

Deut. 31. 20.

Deus. 32. 13.

Osea 13. 6. Ita & Oseas verbis supra citatis: *Iuxta pascua sua adimpleti sunt, & saturati sunt, & leuauerunt cor suum, & obliti sunt mei.* Expende vim illius, *iuxta pascua*, idem enim est ac si dicat, secundum pascua sua, aut secundum cuiusque vires, & facultates, *segun lo que cada qual podia tener para comer*, diuites quidem, delicatis, preciosis, ac pinguibus epulis; alij communibus cibis, & alimentis, omnes impleti sunt, & saturati. Vnde mei obliuio subsequuta fuit. Hinc aliqui credunt ortum fuisse illum grandem timorem, quem de filijs suis concipiebat sanctus Iob, quos mutuis quotidianis conuiuijs se ipsos excipientes videbat, vt supra annotabamus: quotidie enim offerebat sacrificia pro singulis dicens, *Ne forte peccauerint filij mei, & benedixerint Deo in cordibus suis.* In hebræo enim habetur verbum *barach*, quod significat benedicere, & genu flectere: vnde nunc vno modo illud transfert vulgatus, nunc alio. De Salomone agens dicit: *flexis genibus coram vniuersa multitudine*: apud Isaiam autem, *quasi qui benedicat idolo*, id est genua flectat ad idolum. Habetur insuper nomen *Elohim* quod plurale est, & quamuis verò Deo non sine mysterio sapè tribuatur, frequenter tamen significat idola, & Deos gentium, vt cū dixit Iethro: *Magnus dominus super omnes Deos*, & Moyses; *non est alia natio*

¶ 87. Vide Pinedam in c. 1. Iob.

Iob 1. 5.

בריך Brixianus in 1. fol. 81 ad finem 2. Paral. 6. 13

Esai. 66. 3.

אלהים Ex. 18. 11.

Deut. 4. 7.

tam grandis, quæ habeant Deos appropinquantes sibi. Hos Deos communiter gentiles adorabant flectendo genua. Vnde Deus ad Eliam vt ostenderet multos fuisse, qui non adorauerunt Baal, dixit: *qui non curuauerunt genua ante Baal.* Quamuis ergo Iob filios suos sciret morigeros, & benè institutos, sciebat tamen quanta vt saturitas mentem à Deo auertat, & conuertat ad sequendos Deos alienos, propter affectus carnis, quos excitat contra Deum, & spiritum; timebat eis propterea ne in conuiuio peccarent aliqua peccata committendo, eorum quæ, vt annotauit Gregorius, vix à conuiuijs possunt separari, & ne post comessationem, & luxum, ad idola adoranda se conuerterent, sicut postea fecerunt filij Israel, qui post commessationem, & luxum vitulum conflatilem adorauerunt. Cui interpretationi illa D. Ambrosij ad Sabinum Epiſcopum sententia fauere videtur, quod cum gula, & saturitate magnam, & vicinitatem habet idololatria, & apostasia à fide, recessus à Deo, conuersioque ad idola, aut saltim ad proprios carnis affectus sequendo. Hinc intelligemus istam loquendi phrasim, qua scriptura vtitur agens de sancto rege Iosaphat, qui cum innumera multitudine inimicorum se vidisset oppressum, ieiunium toti populo indixit, & ipse *totum se contulit ad orandum Deum.* Qui cæteris omnibus ieiunium indixit, absque dubio grande ieiunium tenuit, per quod dispositus fuit, vt se totum conferret ad orandum, id est toto corde, tota cura, toto mentis affectu. Cor enim quod non erat grauatum crapula, & ebrietate: spiritus qui non tenebatur compressus grandi ciborum pondere: caput quod non erat vaporibus ex stomacho ascendentibus repletum, plenè poterant ad Deum se eleuare, & conuertere. Orans in ieiunio (inquit Chrysostomus) *geminas habet alas, & ipsis quidem ventis leuiores: est igne vehementior, & terra superior, &c.* Secunda ratio est ex scripturis sanctis desumpta. Ad orationē siquidem requiritur, vt homo humiliatus, & prostratus coram Deo se exhibeat, qui sicut *a resistit superbis, ita humilibus dat gratiā* bi *cui humi-*

3. Reg. 19. 18.

Epist. 36. ad finem.

2. Paralip. 10. 3.

Homil. 71. ad pop. ¶ 88.

a Iac. 4. b Iudith. 9. 16.

humilium semper placuit deprecatio, & Ps. 101. 18. *qui respexit in orationem humilium, & non sprevit preces eorum.* Vnde Sancta Iudith. 9. illa Iudith, quando feruenti spiritu voluit Deum orare, *ingressa est oratorium suum, & induens se cilicio, posuit cinerem super caput suum, & prosternens se Domino, clamabat ad Dominum.* Inter alia autem humilitatis signa, quæ Deo placent, est quando homo se coram eo præsentas ieiunio marcidum, & languentem, & qualem se Dauid exhibebat, quando dicebat: *Genua mea infirmata sunt à ieiunio, & caro mea immutata est propter oleum*, id est, maera redditа est propter defectum pinguedinis, & roboris, sicut enim vigor, superbia ac petulãtia carnis magnopere est Deo inuisa, qua de causa illos gigantes tẽpore Noe exosos habuit, *quia caro*, inquit, *sunt*, id est, quia lasciuia, & vigor, ac superbia carnis in eis viget; ita excellenter diuinæ illius maiestatis oculos delectat, cum homo se ipsum coram eo dat præsentem, cum carne viribus destituta, & deiecta per magnã mortificationem. Hæc autem aptissimè fit per ieiunium, quod est veluti quædam vniuersalis totius carnis cõpressio, & humiliatio non vnius aut alterius partis; sicut saturitas totam carnem omni ex parte reddit superbientem, & lasciuientem. Vnde peccatores quantumcunque graues, qui voluerunt eius misericordiam flectere, se ipsos præsentabant magno confectos ieiunio, sicque diuinæ misericordiæ fores orationibus pulsabant, & diuinam flectebant misericordiam. Ita quando filij Israel contra Beniaminitas, in vltionem cuiusdam immanis sceleris processerunt pugnantes, cum se viderent semel, & iterum propter peccata sua à Beniaminitis superatos, *venerũt omnes filij Israel in domum Domini.* Septuaginta verterunt, in Bethel, quoniam illic erat arca testamenti Domini illis diebus, *& sedentes flebant coram Domino, ieiunantes die illo vsque ad vesperam.* Tuncque quando quasi confecti humili erant ieiunio, roborati fuerunt diuino responso, & contra inimicos progredientes, grandem de illis reportarunt victoriam. Ita tempore Samuel populus cum grauiter Deum offendisset, volens eius misericordiam implorare, *congregauerunt in Maspha, & ieiunauerunt illa die, & dixerunt: Peccauimus Domino.* Niniuitæ similiter, quamuis misericordiæ diuinæ fores clausas audiuerunt, voluerunt tamen grandibus clamoribus orantes pulsare; sed vt oratio efficax esset, primo grande illud, & famigeratissimum arripuerunt ieiunium, & induti sacco maguam humilitatem præ se ferentes, exauditi fuerunt. Hinc illud consilium Eliachim summi sacerdotis ad ciues Bethulienses, quos tyrannus Holofernes tenebat obsessos: *Scitote*, inquit, *quoniam exaudiet Dominus preces vestras, si manentes permanseritis in ieiunijs, & orationibus in conspectu Domini.* Ieiunium, inquit Basilius, preces nostras subuehit in cælum, dum illis alarum vice fit, quo sursum ferantur. Tam grata est Deo humilitas, quam veri ieiunãtes coram eo positi præseferunt, vt iniquior omnium hominum Achab, illius misericordiam flexerit, eo quod coram Deo, se ieiunantem, & indutum sacco exhibuit, quamuis impio, & iniquo esset corde, vt in sequentibus latius expendemus. Tam gratum est enim Deo ieiunium grande, quo quis humiliatum se coram eo dat, vt quamuis externa tantum specie, ille impius se ieiunantem exhibuisset, diuinam misericordiam flexerit. Quid faciet verum, & perfectum ieiunium? Certè vt optimè annotauit Ambrosius, merito Esaias postquam ad optimum, sanctumque ieiunium agendum diuina voce fuit hortatus, subdidit. *Tunc*, cum scilicet tale ieiunium tenueris, de quo loquebatur, *inuocabis & Dominus exaudiet; clamabis, & dicet: Ecce adsum*, non longas moras aget, nec te multo tempore tenebit suspensum: sed hoc ipso quod perfecto ieiunio eius misericordiam orando interpellaueris, eum habebis præsentem, sine dubio datorum quicquid petieris, aut verius quicquid fuerit saluti tuæ congruentius.

(?)

1. Reg. 7. 6.

¶ 89. Iudith. 4. 12. Hom. 1. de ieiunio.

3. Reg. 21. 27. 28. 29.

Lib. de Eliac. 4.

Esa. 58.

§. 23. *A monte myrrhæ ad collem thuris aptè discurrebat Sponsa, & duo altaria sacrificiorum, & thymiamatis aptè copulata fuerunt, vt Dauidis exercitatio indicauit.*

¶ 90. VIdetur his verbis paulò ante propositis sanctus Propheta Isaias alludere voluisse ad quædam Sponsi verba magna expensione digna: *Donec aspiret*, inquit, *dies, & inclinentur vmbræ, vadam ad montem myrrhæ, & ad collē thuris: tota pulchra es amica mea, & macula non est in te: veni de Libano sponsa mea, &c.* Multa circa hæc verba authores dubitant, & annotant, quæ tamen sancti Patres indicant, breuiter attingam. Inducitur Sponsus in agro agens æstiuo tempore circa meridiem quando solis æstus, & ardor viget. Et sicut qui tali tempore in agro existit, fugiens æstus ardorem, se recipit in aliquem temperatum locum, & vmbrosum, donec declinante die, declinet etiam caloris vis; ita Sponsus ad locum similem declinare intendens vsque ad vesperam, donec inquit aspiret dies, *Vadam*. In Hebræo, & multis codicibus habetur. *Vadam mihi*. Et quamuis aliqui credant esse hebraismum, iuxta cuius phrasim aliquando pronomina inter loquendum adijciuntur, quę nihil significant, ideoque illud pronomen *mihi* nihil significare, & accipiēdum quasi non esset appositum, sententiamque intelligendā, ac si tantū dixisset, *Vadam*, eo modo quo Sponsus similiter dixerat: *si ignoras te*, In hębræo *si ignoras tibi*, idem est enim ac si absolutè diceret, *si ignoras*. Cæterum credo hoc in loco idem esse *vadam mihi*, ac vadam in meam recreationem, aut in meum solatium. Et quo iturus es vt illud capias? *Ad montem myrrhæ, & ad collem thuris*. Insinuat Diuus Hieronymus montem myrrhæ, & collem thuris, partes quasdam esse illius famigeratissimi montis Libani, qui quoniam est altissimus, est etiam vigente in inferioribus calore, temperatissimus. Est itidem latissimus, multis montibus aut monticulis potius, & collibus constans, (sicut de monte Sina supra ex Caietano annotabamus) in quorum vnoquoque peculiare aromatum genus oritur: signanter autē myrrha probatissima in quodam monticulo illic posito, & excellentissimum ac mundissimum thus in quodam colle ibidem eminenti, ex arboribus, & plantis ibi nascentibus oriuntur. Non solum eo se cōferre vult Sponsus propter rationem dictam, sed quia ibi Sponsa residebat, quam in Libano ipsemet inducet commorantem, dum ait: *Veni de Libano Sponsa*. In monte igitur Libano morabatur illa, signanter autem inter montem myrrhæ, & collem thuris, quæ iteratos discursus ab vno, & alium agebat, & dum à monte myrrhæ in collem thuris illa progrederetur, ecce Sponsus se dat illi præsentem, qui captus eius pulchritudine ad eam commendandam se conuertit, dicens: *Tota pulchra es amica mea, &c.* & eam ad coronam aduocat, &c. Hæc quidem secundum corticem literæ verba significant, sanctus tamen Gregorius mysterium grande reconditum considerat. Certum est siquidem myrrham quæ amarissima est gustui, & à corruptione præseruat, significare carnis mortificationem, quæ fit per varia pœnitentię opera, signanter autem per ieiunium, quod carni quidem myrrhæ instar amarissimum est, sed per illud seruatur tam ab illa corruptione temporali, quam concupiscentia suis motibus excitat, quam ab ea, quam æternam carnes peccatorum incurrent. Mons autem myrrhæ non quamcunque mortificationem, sed grandem, & excellentem in modum montis eleuatam, designat. Similiter thus, orationis feruidæ esse symbolum, apertè ille expressit, qui dixit: *Dirigatur Domine oratio mea sicut incensum in conspectu tuo*. Et nomine collis thuris nō orationem quomodocumque feruentem, sed excellentem eleuatissimamque indicat. Supponitur igitur primò Sponsa, à monte myrrhæ procedens ad collem thuris; quia animam sancta non procedit nec se eleuat ad orationem feruentem, nisi præmissa, & comitante myrrha validæ mortificationis carnis;

Cant.4.6.

¶ 91. *in c.4.Cāt.*

Psl.140.2.

lib.1. contra Iouin. tom.2.p.14

hæc

hæc cum grandis est, ad grandem orationem disponit, & aptat. Deinde Spōsa, quæ tali oratione orat, quasi in colle thuris, posita, statim ad sui clamoris vocem, Sponsum sentit præsentem, qui se illi coram exhibet, illud complens:

Esai.58. *Tunc clamabis, & dicet: Ecce adsum,* ad victoriæ coronam vocans, id est, complens, & satians desiderium, & dicens: *Tota pulchra es amica mea, &c. Veni de*

Iudith 4. 12. *Libano, veni, coronaberis.* Scito, vt ex sacerdote Eliachim diximus, quod orationem tuam exaudiet Deus, si illam sancto ieiunio suppositō, & comitante, verèque per illud humiliata carne, perfeceris. Ex monte myrrhæ ad collem thuris procedendum tibi est: ex abundanti siquidem mensa, & splendido conuiuio, non ad orandum, sed potius ad idololatrandum procedere solent homines. His concinit illa altarium dispositio, quam tam in tabernaculo Moysis, quam postea in templo

¶ 92. *Exod.27. & 38.* Salomonis conspicimus. Duo altaria ex Dei institutione facta sibi inuicem correspondentia, scriptura sacra describit, quæ extra sancta sanctorum erant. Vnum erat altare Holocausti ad vnam partem dispositum, eo modo quo scriptura exprimit, in quo absumebantur carnes, & comburebantur, & illarum pinguedo resoluebatur; alterum erat altare Thymiamatis, quod è regione illius ad partem alteram septentrionalem erat, de quo Iosephus *a*,

a 3. *antiquit. c. 7.* & excellentius scriptura ipsa *b*. In eo, b *Exod.34* thymiama illud suauissimi odoris cremabatur, cuius suauitate recreari videbatur ipse Deus, quod & altare incensi cōmuni nomine dicebatur, quod plurimum incensum coram Deo ascendens ibi adoleretur, *à dextris cuius,*

Lucæ 1. Angelus annuntiaturus Ioannis conceptionem, & natiuitatē, apparuit Zachariæ, ingresso vt iuxta ordinem vicis suæ thus Deo offerret. Vide correspondentiam altarium: In illo offertur

Ho.4.cit. thus, & Thymiama ascendens coram Deo, purissimum, & ipsi suauissimum; in illo carnes, & earum pinguedo absumitur, & dissipatur. Hæc enim duo, vt inquit Origenes, se inuicem comitantur, & mutuo respiciunt, consumptio carnis, & pinguedinis per forte validumque ieiunium, ac eximia mortificationis opera, & oratio feruens, & cœlum conscendens, & ad Dei præsentiam perueniens, ipsi grata, & placida, quæ humilium, & mortificatorum deprecatio dicitur, vt supra indicabamus. Hoc propterea tibi tempore isto agendum est, cum diuinæ misericordiæ pulsandas fores, per orationes, & clamores accedere paras, grande ieiunium arripe, quo te ipsum infirmum, & mortificatum Deo exhibeas, vt saltem dicat, quod de Achab ieiunante *a*: *Quia humiliatus est causa mei, non inducam malum in diebus eius.* De quibus infra. Ex hac doctrina D. Hieronymus *b* hortans Rusticum monachum ad grandia ieiunij, & mortificationis opera, & sancti Patres Ambrosius *c* Augustinus, *d* eadem omnibus commendantes, explicant illam Dauidis sententiam, *e In terra deserta, inuia, & inaquosa, sic sancto apparui tibi, vt viderem virtutem tuam, & gloriam tuam.* Iuxta literæ sensum, non dubiū quin Dauid de desertis Idumeæ ageret, ad quæ se receperat iuxta consilium Gad Prophetæ, furorē Saulis fugiens, vt in primo libro Regum scribitur, vnde, & titulus Psalmi ita habet: *Psalmus Dauid, cum esset in deserto Idumeæ.* Tam grandem de diuino fauore spem conceperat Dauid, & ita omnem curam in Deum proiecerat: vt in illis horridis desertis tā quietè orationi, & contemplationi diuinæ virtutis, & gloriæ traditus esset, sicuti cum postea integra pace coram tabernaculo Dei positus, nullo perturbante orabat: ac si dicat, inquit Basilius: Nihil detrimenti ex solitudine contraxi, sed perinde ac si iuxta sacrum tuum tabernaculum stetissem, ita orabam, & mentis contemplatione rapiebar, considerans, & contemplans tuam inenarrabilem virtutē, & maiestatis tuæ gloriam. Quidam illud, *sic in sancto* intelligunt, in sanctitate, puritate, ac iustitia. Ex qua re, tribulationum, & persecutionum vtilitatē B. Gregorius conconsiderabat. Dauid enim quando vrgentissimis, acerrimisque persecutionibus erat omni ex parte circundatus, totum se ad orandū conuertebat: quando verò postea pacificam regni sedem

a 3. *Reg.21 29.*
b *Epist. 46 ad Rusticum.*
c *Serm.37.*
d *Serm 72 de tempo.*
e *Ps.62. 3.*
1. *Reg 22.5*
Schol. in Psal.62.
1. *p Pastoralis cap 3 ad fin. m.*

fuit adeptus, & ad adulteriũ, & proditorium homicidium mentem applicauit. ¶ 93. Hieronymus tamen, Ambroſius, & Auguſtinus credunt Dauidem aliquid altius ſecundum ſpiritualem ſenſum voluiſſe indicare. Qui terræ nomine carnem ſuam intelligit, quam quia valido fortiq; ieiunio, & grauibus mortificationis operibus compreſſam tenebat, vocat *inaquoſam*, aridam, & ſiccam, & *inuiam*; quia non patebat concupiſcentiæ via, per quam ſuos eructaret affectus. Quando caro ita diſpoſita fuerit, tunc aptè ſpiritus orationes ſuas Deo affert, eiuſque fauorem implorat, *& apparet Deo ſicut in ſancto*, id eſt in eius contemplatione quietus manet. In Dei tabernaculo, quod *ſanctum* vocabatur nullus ſtrepitus, nullũ murmur oriebatur. Quando caro impinguata eſt, & ad orandum ſe conuertit, apparet Deo ſicut in foro: affectus enim inſurgentes, & paſſiones carnis quæ ex ſaturitate conſequuntur, eius quietem intercipiunt, & impediunt: quando verò illa tenetur magna mortificatione compreſſa, non inſurgunt affectus validi, qui inquietent, & perturbent. Hinc ſancti qui magni fuerunt ieiunatores, tam quietam contemplationem agebant; vt per integras noctes nullum qui inquietaret, ſentirent. Hinc poterat Antonius ad veſperam orationi ſe tradere, & tota nocte tam quieta in ea perſeuerare; vt ſequenti die increparet ſolem, quod tam citò exortus appareret. Similiter, & Seraphicus Franciſcus, qui integras agebat noctes ſupremæ contemplationi traditus, illa tantummodo repetens verba: *Deus meus, & omnia*; & multa ſimilia exempla poſſemus referre. Quibus mire concinunt illa (quæ ad aliud inſtitutum alibi tetigimus) quæ in Ægypto accidebant, quando Deus impios Ægyptios cum obdurato Pharaone flagellabat. *Exod. 11. 6.* *Erit* (inquit Deus) *clamor magnus in vniuerſa terra Ægypti, apud omnes filios Iſrael non mutiet canis.* Qua dicendi phraſi, vt S. Auguſtinus obſeruat, ſupremam quietem voluit indicare, qua fruerentur Iſraelitæ, Ægyptijs magnis clamoribus perturbatis. *Lib. Locut. in Exod. locut. 56.* Et vere in carne carnem noſtram perpetuò ac iugi motuum ſuorum affectuum latratu contra ſpiritum, ringentem, & latrantem, aptè intelligimus. Huius clamoribus, & latratibus iugiter perturbantur mundani, qui experiuntur carnem contra ſpiritum agentem, & latrantem, imò mordentem, & lacerãtem. Sed ſancti viri, quos Iſraelitæ exprimebant, non huius canis latratibus turbantur, nec eorum quies intercipitur; qui operibus duris tenentes carnem compreſſam, & quaſi confectam, quietè poſſunt, *ſicut in ſancto*, orationi vacare. Hæc egregia ¶ 94. eſt ad orationem diſpoſitio, taliſque oratio quod petit à Deo conſequitur. Idque quod Dauid ſubijcit, indicat: *Vt viderem*, inquit, *virtutem tuam, & gloriam tuam.* Quamuis enim poſſit primò explicari, vt velit exprimere in quem finem ad orandum ſe conuertiſſet; vt ſcilicet præſentem ſentiret virtutem diuini fauoris, & protectionis, & dulcedinem gloriæ ipſius: ſed non incõgruè etiam explicabitur, ſi dictio, *Vt*, ſicuti frequenter ſcriptura ſolet, non tam finem, quam rei conſequutionem indicet; Quaſi dicat: Dum carne compreſſa, & mortificata me ad orandum conuertiſſem, & tunc vidi, & expertus ſum virtutem tuam, qua me fouiſti, & refeciſti, & gloriæ tuæ ſuauitatem, qua me delectaſti. His adiunge, quæ frequenter ſancti Patres, ſignanter Auguſtinus, & Gregorius de tympano, & pſalterio, & cythara annotant. Expedit Auguſtinus illud: *In tympano, & pſalterio pſallant ei.* Pſallere eſt cantare vocem emittendo, ſed non ſolam niſi comite ſono tympani, & Pſalterij. Ipſum myſterium tympani, & pſalterij (inquit Auguſtinus) non eſt tacendum. In tympano corium extenditur, in pſalterio chordæ extenduntur; & quanto plus fuerint extentæ tanto acutius ſonant: ideoque vtroque inſtrumento caro mortificatione acri ſiccata, & extenta ſignatur. Tunc enim per orationem gratiſſimè Deo pſallimus, quando caro ad modum tympani exiccata, & ad modum chordarum pſalterij ligata, & extenta tenetur. Tympano, & pſalterio addidit etiam Dauid cytharam. *In Pſ. 149.* *Pſal. 150.* *Laudate eum.*

eum, inquit, *in psalterio, & cythara*. Sic-
30. *Mora.* catur enim chorda, inquit Gregorius,
6. vlt. vt congruum in cythara sonum reddat, ideoque carnem exprimit, quæ non congruum sonum Deo reddit, nisi cum per afflictionem, & mortificationem tenditur. Quia igitur orandum tibi est, carnem tuam in modum tympani, psalterij, & cytharæ, dispone, & præpara per ieiunium, & cætera mortificationis opera, vt congrue possis orationes ad Deum fundere, & teipsum præsentare coram eo humili maceratione confectum.

§. 24. *Virtutes Deus largitur per ieiunium, quo tanquam circulo comprimitur homo, sicut arbor Nabuchodonosor, vt rore cœli tingatur.*

¶ 95. *Virtutem largiris, & præmia*. Hoc tandem in ieiunij commendationem nobis proponitur, quod per illud Deus hominibus largiatur virtutes, ac dona cœlestia, quæ Ecclesia, præmia vocat, quasi ieiunij merito
Daniel. 4. acquisita, & comparata. *Deus siquidem per ieiunium iustis præmia meritorum, & peccatoribus veniam præbet*, vt eadem Ecclesia canit. Perterruit regem Nabuchodonosor visio quædam, quam in somnis vidit, & vox quam similis audiuit. Vidit arborem quandam tantæ proceritatis, vt ad cœlum pertingeret; tantæ extensionis, vt vsque ad terminos terræ protenderentur eius rami, *sub cuius vmbra habitabant animalia, & bestiæ, & in ramis eius conuersabantur volucres cœli*. Et ecce vigil, & sanctus de cœlo descendit, clamauit fortiter, & sic ait: *Succidite arborem, & præcidite ramos eius, excutite folia, & dispergite fructus eius: fugiant bestiæ quæ subter eam sunt, & volucres de ramis eius, verumtamen germen radicum eius in terra sinite, & alligetur vinculo ferreo, & æreo, & rore cœli tingatur, &c.* Ad huius visionis explicationem conuocantur arioli, consuluntur sapientes, quorum nullus quid portenderet, valebat exponere. Tandem ille sapientissimus somniorum, & visionum interpres Daniel accitus, & coram rege positus: Hoc (inquit) ò Rex te perturbat, & terret. Hoc est quod Deus ad tuorum peccatorum expiationem, & ad tuam ordinat salutem, quod succidenda est arbor proceritate, & extensione magna, præcidendi rami, excutienda folia, in fugam dandæ bestiæ, & volucres, radix alliganda circulo potenti, & forti, ferreo, & æreo, roreque cœli fic infundenda; vt veluti noua quædam arbor consurgat. Hocque ipsum est, quod hodie in cuiusuis peccatoris remedium, & salutem proponitur. Huiusmodi siquidem arbor secundum quandam accommodationem, est peccator, in quo ex radice carnis mala, ac infecta per concupiscentiam inordinatam, peccatum tanquam germen, & arbor processit, & in grandem excreuit proceritatem; nam vsque ad cælum peruenit, quia Deum ipsum, & sanctos ipsius Angelos offendit. Grandi etiam extensione ad omnia latera est dilatatum: quia proximos ad latus existentes etiam offendit. Magna arbor ad omnia se extendens, omni ex parte ramos emittens; mente cogitationes prauas, ore verba incomposita manibus opera iniusta pedibus gressus inordinatos, &c. Sub huiusmodi ramis bestiæ quiescunt, & in illis conuersantur volucres, quorum typo duo peccati opera exprimuntur: quædam carnalia, quæ bestiæ præsignant, vt fornicatio, immunditia, impudicitia, iræ, rixę, comessationes, ebrietates, & his similia: quædam spiritualia, quæ per volucres indicantur, vt superbæ cogitationes, & actus, affectus auaritię, & inuidię, quæ à Theologia peccata spiritualia vocantur. Quid igitur agendum? ¶ 96. *Succidite* (inquit vigil, & sanctus) *arborem, & præcidite ramos eius*. Arbor peccati succidēda est, eiusq; rami prȩcidendi: excindendum est enim peccatum, omniaque illius opera, finis est omninò illi imponendus: *Hic* namque inquit Sanctus Propheta, *est* *Esai. 27. 9.* *omnis fructus, vt auferatur peccatum*. Expende illud, *hic est omnis fructus*: in hoc enim omnia ordinātur, quæ Christus egit: sicuti omnia quæ agricola operatur, in fructum sunt destinata. In hoc venit ille, & mortuus est, in hoc insti-

instituit Sacramenta, ac sanguinem fudit, prædicatores Euangelicos misit, sacerdotes ordinauit, & confessores constituit, in hoc, eius dispositione institutum est Quadragesimæ tempus, cõciones ordinatæ, cæremoniæ constitutæ. *Hic est omnis fructus*; ideoque qui illum non assequitur, omni fructu priuatum se intelligere debet. Et benè dicitur: *Succidite arborem*, non tantum leuiganda est, aut operienda, sed omninò excindenda, non enim sufficit peccatum aliqua tantum ex parte leuigare, aut minuere: sed illud totum est excindendum, vt nec rami eius, nec folia, nec fructus remaneant. Non solum est fornicatio dimittenda, sed excindenda familiaris conuersatio cum ea muliere, cum qua peccare solitus fuisti: non solum restituendum quod per vsuram abstulisti, sed rescindendus iniquus contractus. Arbor, & rami, & folia, & fructus, omnia quæ in arbore continentur exprimunt; & qui hæc omnia penitus præscindi statuit, omninò peccatum excindendum decreuit. Abigendæ bestiæ, & volucres, opera scarnalia, quæ, vt sanctus Iudas Apostolus dixit; *Carnem maculant*, & fœdant, & spirituales nequitiæ, quæ animam perdunt: illudque fiendum quod nos sanctus admonet Propheta: *Derelinquat impius vias suas, & vir iniquus cogitationes suas, &c.* Radix tamen dimittẽda quidem, sed alligãda circulo ferreo, & æreo; vt rore cœli tingatur. Quibus verbis admiranda nobis, obseruandaque doctrina indicatur. In primis nequaquam præcipitur, auferre radicem, aut de terra euellere: quia radix peccati est nostræ carnis concupiscentia, hæc autem dum viuimus, eradicari ex carne non potest. Quantumcunque enim quis sanctus sit, dum viuit (excepto Christo, eiusque Sanctissima Matre) huiusmodi radicem in terra carnis suæ radicatam portat, & concupiscentiam defert, quam, & Apostolus ipse, qui in tertiũ cælum fuerat eleuatus, sentiebat. *Sentio*, inquit, *aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ*. Hæc ab eodem Apostolo sæpè vocatur *peccatũ*, nõ quod verè illa peccatum sit (vt sanctum Concilium Tridentinum ex sanctorum Patrum doctrina contra nostri temporis hæreticos definiuit, & declarauit) sed quia ad peccatum excitat, & inducit, & illud producit sicut radix arborem, & ramos, folia, & fructus. Non itaque eradicari potest, sed comprimẽda est validè ac potenter *circulo ferreo, & areo*; quo nomine excellenter ieiunium validum, fortè, ac prudens expressum est. Ieiunium siquidem circuli modum tenet, quod vndique carnis concupiscentiam circundat, coarctat, & comprehendit. Estque sicuti supra diximus, quædam vniuersalis totius carnis compressio. Ferreus, & æreus debet esse circulus iste. Idem Daniel paulo ante, quid ferri, & æris, nomine indicaretur, exposuit. Ferrũ quidem dixit significare Romanam, fortẽque potentiam, quę omnia comminuit, & domat. Id enim ferro conuenit, per quod omnia comminuuntur, & domãtur. *Ære* autem dixit significari Græcorum sapiens regnum, quoniam as propter suum sonitum (vt Hieronymus annotauit) sapientiam indicat. Ieiunium arripiendum est, quod primò sit circulus ferreus, quod potenter edomet, comminuat, & conterat concupiscentiæ vires, vigorem, & robur; nihil enim potentius id præstat, quam ieiunium validum, & rigidum, ac strictissimè constringens: sed debet adiungi as sapientiæ, & prudentiæ, vt, sicut dixit Paulus, rationabile sit obsequiũ, tale quod vitam carnis non auferat, & concupiscentiæ vires eneruet. Fortè quidem ieiunium: si enim illud tale non fuerit, non tenebit alligatam, & compressam radicem, ne germinet ramos prauorum affectuum, & motuum: sed prudens, vt ex professo Diuus Chrysostomus annotauit, ne vitam absumat, & perdat. Si tali circulo radix fuerit compressa, & colligata, erit ille medium, vt ros de cælo descẽdat, eoque tingatur non solum anima, sed, & caro ipsa multiplici labore compressa sicut Sanctus Hieronymus ad Rusticum scribẽs declarat, Dauidis verba expendens, quibus non solum animam, sed, & carnem Deum deside-rantem exprimit, dicens: *Sitiuit in te anima mea, quam multipliciter tibi caro mea.* Totamque doctrinam istam Ni-

¶ 97.

Dan. 2. 40.

Dan. 2. 39.

Ad Roma. 11. 1.

Hom. 14. ad Rom.

Epi. 46. ad Rusticum Monachũ.

Psal. 41.

Iuda. nu. 8.

Esai. 55. 7.

Rom. 7. 23.

Rom. 6. 7. & 8.

Sess. 5. ca. 5.

niuita-

niuitarum ſæpius repetita hiſtoria comprobat. Ex radice namque concupiſcentiæ, tam grandis peccati arbor proceſſerat, vt ad cœlum vſque pertingeret: *Aſcendit*, inquit Deus, *malitia eius vſque ad me*. Omni ramorum genere peccati arbor abundabat, quia ad omnes iniquitatis partes deflexerãt, ad quas carnalia opera tanquam beſtiæ, & ſpirituales malitiæ tãquam volucres ſe receperant. Sed primum exciſſa eſt penitus arbor, vt Diuus Chryſoſtomus annotat, quia *receſſit vnusquiſque à via ſua mala*. Expende vim illius vocis, *à via*, non enim ſolum dimiſerunt peccata, ſed, & eorum occaſiones abiecerunt, quæ ſunt via, qua quis ad peccatum it, & regreditur. Potentiſſimi etiam ieiunij circulo carnis concupiſcentiam compreſſerunt, & alligarunt; ſicque diuinæ miſericordiæ rore tincti, & aſperſi fuerunt, & ad vitam reuocati, & veniam obtinuerunt, & gratiam: per ieiunium enim quo tanquam valido circulo comprimuntur concupiſcentiæ, vitia, & affectus, virtutes Deus, & dona largitur, & concedit. Hinc Sanctus Hieronymus eleganter acutèque explicat, cur ieiunium vocetur in Scriptura, *Sanctificatio*. Quærere enim volentes Iudæi, an perſeuerare deberent in ieiunio poſt reædificatum Templum, ſic interrogarunt: *Nunquid ſanctificare me debeo, ſicut feci tam multis annis?* id eſt: Teneorne adhuc in ieiunio perſiſtere, reædificato Templo, ſicut antea, cum pro eius euerſione ieiunabam? Meritò ſane inquirere volentes, An deberent ieiunare, inquirunt, An debeant ſe ſanctificare; quia ieiunium, inquit Hieronymus, ſanctificatio quædam eſt, quod ad diuina dona recipienda, quibus ſanctificamur, diſponit: de quibus alibi dictum eſt.

Iona 1.

In cap. 7. Zacharia.

Zach. 7. 5.

§. 25. *Nulla diuina dona conſequutos fuiſſe Sanctos, niſi per ieiunium, docuerunt eleganter Beati Patres, Ambroſius, & Cyprianus, oſtenderuntque opere ipſo Moyſes, & Elias.*

¶ 98. NEc peccatoribus ſolummodo ieiunium congruit, vt dimiſſa peccati culpa, diuinæ gratiæ rore tinguntur, & perfundantur, ſicuti hactenus probatum eſt; ſed, & ſanctis omnibus neceſſarium eſt, ad quæque diuina dona obtinenda. Hancque credo cauſam, cur Baſilius ieiunium vocauerit, *Sanctorum theſaurum*, quo nomine, quantum exiſtimo, id intelligit, vnde omnia bona extrahuntur: quomodo dicimus Reges habere theſauros ſuos, ex quibus pro temporum neceſſitate omnia quæ ſunt neceſſaria trahunt: ſicut Scriptura ſacra deſcribit, theſaurum Regis Artaxerxis, ex quo conceſſit Eſdræ Sacerdoti, quicquid neceſſarium eſſet ad expenſas domus Domini: & theſauros Ezechiæ *b*, quos oſtendit nuntijs Regis Babylonis; ſimiliterque *c*, theſaurus domus Domini, aut templi, qui erant aulæ quædam, aut loca, in quibus omnia diuitiarum genera erant condita, vnde cum aliquid neceſſarium erat in vſum ſacrificiorum, aut templi extrahebatur, quæ dicebantur gazophylacia, vt infra dicemus. Immo, & cœlum in Scriptura ſacra dicitur, *Theſaurus Dei*, quia communiter intelligimus ibi eum omnia bonorum genera repoſita habere, & inde quæ neceſſaria nobis ſunt, mittere. Ita ieiunium dicitur, *Sanctorum theſaurus*, quia ex eo omnia bona, quæ illis ſunt neceſſaria, extrahere ſolent. Si diuinorum myſteriorum intelligentiam optant, ad ieiunium confugiunt; ſi animi conſolationem cupiunt, ad illud manus conuertunt, ſi Dei iram placare contendunt, ieiunio vtuntur; ſi inimicorum impetum infringere, ad ieiunium conuolant, &c. De ieiunio itaque Sanctus Baſilius id aſſerit, quod Salomon de Sapientia,

Hom. 1. de ieiun.

2. Eſdr. 7. 20.

b 4. Reg. 20. 13. & Iſai. 39. 4.

c 2. Reg. 7. 51. & 14. 26. & 4. Reg. 12. 18.

Deut. 28. 12.

de

ap. 7. 14. de qua dixit: *Infinitus thesaurus est hominibus*, quam qui possidet, thesaurum infinitum possidet, vnde totius boni genera extrahere poterit. Est namque ieiunium thesaurus quidam omnia bonorum genera continens. Illud enim (inquit Diuus Basilius) Prophetas generat, potentibus addit robur; ieiunium legumlatoribus submministrat sapientiam, bona est animæ custodia, corpori tutus conuictor, armatura forciter belligerantibus, athletis exercitium. Hoc tentationes depellit, hoc vngit ad pietatem, vigiliæ familiaris comes, sobrietatis architectus: in bellis addit fortitudinem, in pace docet quietem, Nazaræum sanctificat, Sacerdotem reddit sacris idoneum, atque *vt semel omnia dicam, reperies quotquot fuere Sancti, omnes per ieiunium ad vitam Deo dignam fuisse, institutos.* Id ipsum Beatus Cyprianus illa celebri explicauit sententia: *Quotquot vires virtutũ vidimus, sine ieiunio non legimus ascendisse, nec aliquid magnum moliti sunt, nisi prius abstinentia præcessisset.* Quoties aliquid à Deo conati sunt obtinere, ieiunijs incubuere, & lacrymis, & pernoctantes in orationibus, cilicijs carni hærentibus, supplices beneficia postularunt, &c. Hoc adeo verum est; vt nec ipsa Beatissima, & Sanctissima Virgo Maria Cœlorum Regina, & Dei Mater Charissima, cui donorum diuinę gratiæ plenitudinem, concessit, quam propterea Angelus, *Gratia plenam* vocauit, aliquod donum obtinuerit: nisi grandi asperoque ieiunio præmisso. Vt enim ipsamet Beatæ Elisabeth viduæ reuelauit, (cuius reuelationem refert Seraphicus pijssimusque Doctor Sanctus Bonauentura,) excepta illa prima copiosa gratia, quam in sua sanctissima ac pura Conceptione recepit, nullum deinceps donum aliud, aut fauorem consequuta fuit, nisi per crebra suspiria indefessas vigilias, grandia, & continuata ieiunia. Tam grandia siquidem illa extitisse, docuit Ambrosius, vt naturæ vires excederent; tam continua, vt ieiunio congeminaret dies, (immo forsitan, & hebdomadas: nam si multi Sancti integris mensibus sine cibo manentes, ieiunium tenuerunt, vt alibi diximus; multò magis de Virgine Beatissima id possumus credere:) & si quando reficiendi succedisset voluntas, cibus plerumque obuius, qui mortem arceret, non delitias ministraret. Ita Ambrosius. Tale itaque agebat ieiunium, vt tantum id comederet, sine quo vita seruari nõ poterat. Per ieiuniũ ergo obtinuerunt Sancti, vt Deus virtutes illis largiretur, præmia atque dona concederet. Id quod Sancti Patres vna, eademque, sed longa inductione confirmant. Moyses per grande quadraginta dierum ieiunium obtinuit, vt legislator fieret, legem ipsiusmet Dei digito scriptam recipiens, inquit Basilius: & quod ad Dei singularem, familiarissimamque admitteretur collocutionem, ait Cyprianus: & quod fulgida luce facies eius antiquitus coram populo splenderet, & postea cum Christo in splendenti maiestate appareret, inquit Hieronymus: & quod adhuc agens hanc vitam, esset beatus, & admissus ad Dei ipsius essentiam clarè, & facie ad faciem videndam, inquit Augustinus: qui simul rem annotat grandi consideratione dignam. Cũ namque primum Deus Moysi apparuit in monte Horeb, aut Sina, in flamma ignis ardentis in rubo, & vellet Moyses accedere ad illud prodigium conspiciendum, quod rubus ardebat, nec comburebatur; audiuit vocem Dei de medio flammæ; dicentis. *Moyses Moyses, ne appropies huc, &c. & abscondit Moyses faciem suam: non enim audebat aspicere contra Deum*, id est, versus flammam illam, ex qua vocem diuinam prodeuntem audierat, vt Caietanus exponit. Qua in re multa sunt, quæ attenta egent expensione: Primum, quod Deus ipse, qui Moysen vocarat, & eum in ducem populi sui elegerat, prohibet illum sibi fieri propinquum, & vult eum à longe stare, & contineri. Deinde Moyses ipse vocem eius audiens; *abscondit faciem suam*. Ambrosius *a* legit: *Auertit se*, quasi retrorsum se conuertens: Cyrillus *b*. *Auertit oculos suos*, Vulgatus optimè, *Abscondit faciem suam*, eam tegens, inquit Caietanus *c*, aliquo operimento. Et tandem nõ ausus fuit, respicere versus partẽ illam, à qua vox Dei iudicabatur prodijsse. Hæc fecit Moyses, tum propter

Eadẽ hom.

Li. de ieiu. & tentat. Christi.

In meditatione de vita Christi, cap. 3.

Li. 2. de virginibus.

Hom. 1. & 2. de ieiun.

Li. de ieiu. & tentat. Christi.

Lib. 2. cont. Iouin.

Ser. 25. ad fratres in Eremo.

Exo. 3. 5. 6.

¶ 99.

a *In cap. 3. 1. ad Thes.*

b *In Exod.*

c *In cap. 3. Exod.*

pter timorem quem de Deo concepit,
d Gen. 3. audiens eius vocem: quomodo *d. Adã audiens vocem Dei, abscondit se*: tũ pro
pter verecundiam, quomodo Rebecca
e Gen. 24. *e. Videns Isaac, operuit vultum suum*, &
Esther constituta coram Rege Assue-
f Esther. 15. 10. ro, penitus defecit spiritum *f*: tum tãdem quia ineptum se sensit, ad eam ful
gidam flammam, & lucem conspicien-
g In Exod. dam, in qua Deus erat, vt Cyrillus *g*,
h In Cant. & Bernardus *h* obseruant. Ita quidem tunc. Postea autem videbis cum in ipsomet monte post aliquot menses illi Deus appareret, quod non solùm non prohibuit eum accedere, quin potius vt accederet, iussit, nec à longè posi-
Exod. 24. tus stat, & se continet, sed locum ipsum montis, in quo Deus erat, ascendit, & ingreditur, cæteris omnibus in inferioribus montis partibus remanentibus: nec solùm non operuit faciem, aut se auertit, aut declinauit oculos, sed quantum potest eos in Deũ figit: nec timet videre quod apparebat, imò, & contendit ipsammet diuinam faciem, quam non viderat, clarè contueri, quod, & re vera consequutus fuit. Non mirum, inquit Augu-
Serm. 25. cit. stinus: grande namque ac prolongatũ ieiunium effecit, vt qui ante illud nec Deum videre, nec verò ad eum accedere audebat, post illud, cum Deo facie ad faciem colloqueretur. Id quod
Locis cit. ¶ 100. & cæteri Patres similiter annotant, Cyprianus, Hieronymus, Basilius, Am-
In Daniel orat. 9. in 9. in fine. brosius, Chrysostomus, & alij. Eliam itidem ipsemet omnes obseruãt, quem Theodoretus maximum Prophetarum vocat, signanter autem Ambrosius, qui peculiarem librum edidit, quem de Elia, & ieiunio inscripsit, in quo excellentissima dona, quibus à Deo fuit ornatus, illius grandi continuatoque ieiunio singulariter tributit: & specialiter illud, quod eius lingua ad votum clausit, & aperuit cœlum, quasi clauis ipsius cœli, ibi claudens, & quasi conclusas continens ad suam voluntatem pluuias, indeque eas quãdo voluit, extrahens, vt videas, quomodo ieiunium fit, per quod cœlestis gratiæ pluuia, & ros in nos descendit. *Elia*, inquit Am-
Li. de Elia c. 2. & epi. § 2. ad Eccl. brosius *ieiuno ore vox emissa, cœlum clausit sacrilego populo Iudæorum*. Expende illud, *vox emissa*: alludit enim ad id quod dixit ipse: *Viuit Dominus, Vercel. si erit annis his ros, & pluuia, nisi iuxta* 3. Reg. 17. *oris mei verba*, & ad id quod dixit Sa- Eccl. 48. 3. piens: *Verbo Domini continuit cœlum*. Non eum multa agere, aut moliri fuit necesse, non manus, aut pedes mouere oportuit, sed ad vnius verbi prolationem, imò ad eius vocis sonum, cœlum clausum apertumque fuit. Vox siquidem illa, inquit Ambrosius, ab ore ieiuno erat procedens. Vide quanta sit excellentis ieiunij vis, vt vnicum ieiunantis verbum, in cœlo quicquid voluerit operetur: ibi toto quo voluit tempore, aquam tenuit conclusam, inde quando voluit, eam secundùm suæ voluntatis mensuram traxit. Et non solùm aquam, sed, & ignem, idque non semel, sed iterum atque iterum, quando voluit, ex eodem loco traxit ad comburendos quinquagenarios. *Verbo Domini*, inquit idem Sa- 4. Reg. 1. pieus, *continuit cœlum, & deiecit de cœ-* Eccl. 48. *lo ignem ter*. Expende omnia. *Ver-* cit. *bo*, inquit, *Domini*. Verbum erat Eliæ, sed eius verbum, dicitur verbũ Domini, quoniam peculiari Dei dono ei cõcessum fuit, solo verbo rebus dominari, & de illis quæ vellet agere. Non Psal. 32. 6. potuit excellentius Dauid, Dei virtutem exprimere, quam dicens: *Verbo Domini cœli firmati sunt*: & Centurio Luc. 7. 7. excellenter ex eo Christi diuinam potentiam quantum fieri potuit commẽdauit, quod dixit: *Tantum dic verbo, & sanabitur puer meus*. Ecce quid operatur grande, sanctum, ac omnibus modis perfectum ieiunium, quod vox ieiuno (inquit Ambrosius) ore emissa, & eius nudum verbum, firmat cœlos, & fortissimis vectibus claudit, vt non solum pluuia, sed nec minima roris gutta inde erumpat: (*Non erit, inquit, ros, nec pluuia, nisi iuxta verbum oris mei*) vtque non solum ros, sed, & magna, ac superabundans pluuia ad vnius verbi sonitum, ex eodem ieiuno ore procedentis oriatur. Deinde, miratur Sanctus Iacobus Apostolus, vereque mirabile est, quod ex *eodem foramine fons emanet dulcem, & amaram aquam*. Eodem autem verbo, vna ac eadem Iacob. 3. 11. lingua formato, ex eodem loco, quo aquam Elias traxit homines refrigerantem, traxit ignem comburentem mili-

milites, & quinquagenarios. Hoc admirandum opus Spiritus sanctus repetitione vocis *cœli*, voluit indicare: *Continuit*, inquit *cœlum*, vt plueret ad ipsius voluntatem, & *deiecit de cœlo ignem ter*. Tribus annis cum dimidio, aquam in cœlo tenuit conclusam, quã abundantissimè cum voluit, inde eduxit: & ter ignem ex eodem fonte deiecit: idque *sola voce ieiuno ore emissa*. Quid reliqua eius contexam? inquit Ambrosius. Ieiunus filium viduæ suscitauit ab inferis, ieiunus curru raptus est ad cœlum, & quadraginta dierũ ieiunio diuinam acquisiuit præsentiam, (& meruit, inquit Basilius in Horeb, quantum fas est homini, Deum viuere.) Ieiuno ore statuit fluenta Iordanis, & redundantem fluminis alueum repentè siccatum, puluerulento transmigrat vestigio. *Tunc denique plus meruit, quando plus ieiunauit*. Ita Ambrosius. Iuxta mensuram ergo ieiunij, erant præmia, & dona, quæ à Deo Elias obtinebat. Qui quoniam non minus, quàm Moyses ieiunauit (inquit Hieronymus) non minori maiestate cum Christo in Transfiguratio-nis gloria visus fuit, cum quo excessum, quem completurus erat in Ierusalem, liberè pertractaret.

Hom. 1. de ieiun. 1.

Lib. 2. cont. Iouinian.

§. 26. *Sanctos per ieiunij virtutem diuina dona consequutos, manifestè comprobant Daniel, & alij, excellenterque Sancta Iudith.*

¶ 101. ALia innumera ad idem confirmandum exempla idem sancti Patres expendunt. Daniel namque per ieiunium accepit, vt profunda mysteria, quæ Magi, & Arioli Chaldæorum nullatenus poterant attingere, plenè intelligeret, & manifestè referaret: per ieiunium inter leones semel, & iterum illæsus extitit, per illud, mysteriorum Christi grandem accepit cognitionem, qui quantò maiora erant quæ intelligere optabat, maiori se conficiebat ieiunio. Per ieiunium sancta, pura, Deoque grata desideria suscepit, qui *Vir desideriorum*, vocatus fuit, quando panem desiderabilem non comedit, quod sæpè D. Hieronymus *a*, repetit, & tradidit Augustinus *b*, annotans bona desideria ex ieiunio nasci, sicuti carnalia, & immũda ex crapula, & ebrietate. Per ieiunium tres pueri eius socij ardentissimã flammarum vim ita superarunt, vt nec capillus, aut vestis eorum, vel leuiter combureretur: *Fecitque medium fornacis quasi ventum roris flantem*. Ieiunio Sampsonem accepit in filium ipsius mater: eodem penè confecta Anna suscepit Samuelem, quæ non solum ieiunauit ipsa, sed, & filium quem acceptura esset, ieiunatorem futurum promisit, quem antequam conciperet, futurum Nazaræum spospondit. Esther quoque, & Mardochæus (inquit D. Clemens Papa) impij Aman, & infidelium insultationem, ieiunio declinarunt; Anna fil a Phanuelis (inquit Hieronymus) semper ieiunans, & Dominum & Virginem longa ieiunia susceperunt. Cornelius Centurio, vt Spiritum sanctum, antequã baptisma acciperet, eleemosynis, crebrisque ieiunijs meruit. Quidnam sancta Iudith per ieiunium non accepit? vt idem D. Clemens cõsiderat, cuius insignes virtutes, admirãdaque facta Spiritus sanctus describpturus, (vt Ambrosius observat *c*) in primò loco, & quasi in capite constituit, quod *d Habens super lũbos suos cilicium, ieiunabat omnibus diebus vitæ suæ, præter Sabbatha, & neomenias, & festa domus Israel*. Per hoc nãque ieiunium tam grandem cõsequuta fuit sapientiam, vt magistra Presbyterorum, & Sacerdotũ Bethuliæ effecta, eos diuina consilia edocuerit. Per illud accepit fortitudinẽ mentis robustissimã, roburque fortissimũ, per quẽ nullo compressa timore, fortissimorũ hostiũ castra adijt. Ieiunio viros obsidione fractos (inquit Ambrosius) perculsos metu, tabidos fame, sola potuit à colluuione reuocare, ab hoste defendere. Per ieiunium iuuencula pulcherrimaque mulier, nullo comitata viro, inter barbarorum innumerabilem exercitum, castitatẽ custodiuit. Hocque singulariter miratur Ambrosius, quod inter tot millia hostium, casta permãsit. Seruauit quidem illa castitatem toto vitæ suæ tempore, quæ toto eodem tem-

Dan. 10. 2. 3. 11.

a 2. Cõt. Io. & epist. 22. ad Eustoch.

b Serm. 65. de temp.

Dan 3. 50.

Lib. 5. const. Apost. cap. 21.

Lib. 2 cont. Iouinian.

Lib 5. cit.

c Li. de viduis ante meetum.

d Iud 8. 6.

kib. de viduis cit.

¶ 102.

tempore ieiunium tenebat. Sicut namque ridiculum est, castitatem illæsam seruare velle, cum ventris abundanti, & nimia saturitate; ita illa tunc aptè custoditur castitas, quam continuum comitatur ieiunium, vt Dinus Thomas docuit, expendens, rectè Apostolum post multa ieiunia, castitatem posuisse, cum dixit; *In ieiunijs multis in castitate*. Sed quod maiorem admirationem inducit, illud est, quod talis tãque pulchra mulier inermis, sola, vnica Abra comitata, inter talem taliumque militum, & ducum exercitum, nullam nec minimam castitatis læsionem passa fuerit. Annotauit Diuus Augustinus; gentiles aptè finxisse Venerem Vulcani quidem vxorem, & Martis adulteram fuisse. Erat Vulcanus Deus ille, qui perpetuò adhærebat igni; quia calore ventris succenso per nimiam comessationem, & ebrietatem, ad luxuriam, & Venerem inclinatur homo, ideoque difficilè est à luxuria, & Venere se eum continere, qui epulis se tradit inordinatis; sed difficilius Marti, bellorum Deo, quia sicuti milites sunt, qui minus abstinentijs, & mortificationibus vacant; ita etiam ipsi sunt, inter quos castitas nullatenus tuta consistit. Et quamuis id omnibus militibus fuerit commune, singulariter autem Assyrijs, inter quos pulcherrima Iudith sola incedebat. *Fœdum est enim apud Assyrios, si fœmina irrideat virum, agendo vt immunis ab eo transeat*. Sed casta fœmina, quæ per ieiunium castitatem seruauerat, per ieiunium eandem inter milites etiam Assyrios conseruauit; quæ nullatenus ieiunium remisit, immo auxit, cum maius imminebat periculum, quæ ducta ad Holofernis mensam, & cœnam, quam ducibus suis fecit, cum sibi ad id quod intendebat perficiendum, necessarium videret comedere, & bibere, quia illam ad id Holofernes excitabat, comedit quidem, & bibit, non tamen cibos regios, & pingues, nec vina fortia, & defæcata, quæ ipsi offerebat ille; sed *accepit, & manducauit, & bibit coram ipso, ea qua præparauerat illi ancilla eius*. Quantò temulentior Holofernes per cibum, & potum reddebatur, tanto illa temperantior per parsimoniam se effecit curabat. *Bibit ille vinum multum nimis, quantum nunquam biberat in vita sua, & iucundus factus est*. Ipsa temperatissimo refecta cibo, reddita est modestior, & vigilantior: vnde ardentissimis flammis ille æstuans, *(erat enim ardens in concupiscentia)* tam infirmus fuit redditus; vt fortis tyrannus illa nocte vilissima, infamique morte à fœmina debili occideretur, & fœmina secundum naturæ sexum debilis tam fortis euasit; vt liberè, ac securè, & sine timore, contra tyrannum quem omnis mundus pauebat, qui, & omnes solo nomine terrebat populos, & duces gladium stringeret, moueret brachiũ, apprehenderet comam capitis, & bis ceruicem eius percuteret, neque hoc opere confecto prius discessit, quam conopæum à columnis auferret, & euolueret corporis truncum, & caput conopæumque secum ferens discessit, totum exercitum in fugam conuertẽs, immo, & totam domum Nabuchodonosor Regis Assyriorum ingenti confusione perfundens. Non difficilè (inquit Ambrosius) ebrios exercitus, vnius sobrietas, & vincere potuit, & eludere. Nec dextræ tantum hoc opus; sed maiora trophæa sapientiæ, vt meritò ab Apostolo post multa ieiunia non solam castitatem; sed, & scientiam additam videamus, dicente: *In ieiunijs, in scientia, in castitate*: nam manu solum Holofernem vicit, consilio autem omnium hostium superauit exercitum. Suspenso enim Holofernis capite, quod virorum consilio non potuit excogitari, suorum erexit animos, hostium fregit; suos pudore excitans, hostes quoque terrore percellens; ita vnius viduæ temperantia, atque sobrietas non solùm naturam suam vicit; sed quod est amplius, fecit omnibus viris fortiorẽ. Per ieiunium igitur sapientiam excellentem obtinuit, fortitudinem inuictam immo, & vincentem acquisiuit, castitatem immaculatam seruauit, & inter hostium cuneos inermis conseruauit illæsam: hostes vicit, Victoriam reportauit, liberauit patriam, & celeberrimum peperit nomen. Bibebant vinum in ebrietate potentes, qui Holoferni principi militiæ Regis Assyriorum se tradere gestiebant (inquit Ambrosius)

2.2.q.147. art.1. 2.Cor.6.5.

20.Contra Faust.c.9.

Iudic.12. 11.

Iudit.12. 19.

¶ 163.

Ibid.nu. 20.

Ibi.nu.15.

Lib. de viduis.

1.Cor 6.5.

broſius) ſed non bibebat fœmina Iu-
Lib de Elia c.8. dith, ieiunans omnibus diebus viduitatis ſuæ, præter feſtorum dierum ſolemnitates. His armis munita proceſſit, & omnem Aſſyriorum circumuenit exercitum: ſobrij vigore conſilij, abſtulit Holofernis caput, ſeruauit pudicitiam, Victoriam reportauit. Hæc enim ſuccincta ieiunio in caſtris ſe prætendebat alienis: ille vino ſepultus iacebat, vt ictum vulneris ſentire non poſſet. Itaque vnius mulieris ieiunium innumeros proſtrauit exercitus ebrio-
Lib. de Elia cap. 3. rum: Sic Ambroſius. Huiuſmodi innumera, quæ in ſcripturis Sanctis legimus, Sanctos Patres, qui attentè omnia conſiderant, excitant; vt ſumis laudibus ieiunium proſequantur, eidem omnia Cœleſtia dona quæ iuſti accipiunt tribuentes. Vnde Ambroſius, Ieiunium, inquit, ſubſtantia, & imago Cœleſti, ieiunium refectio animæ, cibus mentis, ieiunium vita eſt Angelorum, ieiunium culpæ mors, excidium delictorum, remedium ſalutis, radix gratiæ, fundamentum caſtitatis, &c. Omnia hæc verba expenſione ſunt digna, ſignantes autem illa, quibus ieiunium vocat ſubſtantiam, & radicem gratiæ.

§. 27. *Ieiunij virtutem oſtendunt Sancti Patres, tribuentes illi per quandam accommodationem, quod Fidei Paulus.*

¶ 104. QVa in re Beatus Ambroſius aſiquam mihi videtur allusionem facere voluiſſe ad ea, quæ Sanctus Apoſtolus fidei encomia promulgans,
Ad Heb. 11 dixit: *Fidem eſſe ſubſtantiam ſperandarum rerum.* Quamuis enim certum ſit, tam perſpicuis nominibus, & titulis, ieiunium, & abſtinentiam ipſa fide longè eſſe inferiora, vt non oporteat hac in re immorari; tam excellentem tamen, & neceſſarium ieiuniorum virtutem Sancti Patres intelligunt: vt aliquo modo, & ſecundum quandam analogiam, & applicationem, illa ferè omnia de ieiunio, & abſtinentia dicant, quæ de fide Sanctus Apoſtolus expreſſit. Quod ita explicari poteſt. Homo ex anima, & corpore conſtituitur. Et quidem ex parte animæ, eſt illi neceſſaria virtus quædam, illam captiuans, & comprimens eius potentias; quæ omnium aliarum ſit fundamentum, ſine qua nulla poſſit virtus conſiſtere. Hæcque eſt fides, quam propterea Apoſtolus *ſubſtantiam*, id eſt, fundamentum, aut radicem vocauit, ſine qua nullus poteſt Cœleſtia dona, gratiam, aut Dei amicitiam percipere, nec aliquid agere, quod coram Deo meritorium ſit. Quamuis ipſa ſola non ſufficiat: *Sine charitate* enim, & illius *operibus mortua eſt*. Similiter igitur ex parte corporis requiritur quædam virtus, quæ corpus comprimat, & quaſi captiuos teneat eius ſenſus atque affectus, quæ commune etiam ſit omnium virtutum fundamentum, & ſubſtantia, ſine qua non poteſt virtus aliqua conſtare. Hæcque eſt temperantia, & abſtinentia, cuius ſingularis actus eſt ieiunium, quod Chryſoſtomus *a* vocat, omnium bonorum, ac beneficiorũ cardinem, & Hieronymus *b* cæterarum omnium virtutum fundamentum, ſine quo nec ipſa fides ſecura, & firma conſiſtit, vt Diuus Ambroſius ex eo oſtendit, quòd populus abſtinentia abiecta, & ieiunio neglecto, ad vitulum adorãdum ſe conuertit, & à fide vera defecit. Et ſicut fides opera aliarum virtutũ exigit, ſine quibus parum prodeſt: ita abſtinentia, & ieiunium cæteris virtutum operibus eget, vt perfectũ ſit, ſicuti infra dicemus. Apoſtolus autem poſtquã fidei vim, & neceſſitatẽ expreſſis multis Sanctorum exemplis, & hiſtorijs commendauit, multos referens qui fuerunt ab initio ſeculi, vſque ad introitum populi in terram repromiſſam, vt Abel, Henoch, Noe, Abraham, Iſaac, Iacob, Moyſen, Iſraelitas mare rubrum tranſeuntes, & Rahab, videns innumera adhuc ſuperfuiſſe exempla in Sãctis, qui fuerunt poſt ingreſſum in terram promiſſionis, & quod ea omnia referre eſſet quaſi impoſſibile, ſub quadam generali deſcriptione illa percurrit. *Et quid*, inquit, *adhuc dicam?* Tot ipſi ſe offerebãt, exempla quæ proferret, vt eorum multitudine prępeditũ ſe indicet. *Deficiet enim me tempus*; non

Iacob 2. 17.

a Ser. 2. de ieiun. tom. 5.

b Epi. 8. ad Demetr. Epi. 36. ad Sabinum.

Ad Hebr. 11. 32.

ſolum

solum ad scribendum necessarium, sed & vitæ (vt Anselmus exponit) *enarrãtem de Gedeõ Barac Sampson, Iephte, Dauid, Samuel, & Prophetis, qui per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiã, adepti sunt repromissiones, obturauerunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis, effugauerunt aciem gladij, conualuerunt de infirmitate, fortes facti sunt in bello, &c.* Similiter sancti Patres, ieiunij virtutem, & necessitatem commendare volentes, postquam singularibus exemplis rem expossuerunt, videntes adhuc innumera exempla superesse, quæ possent referre, quasi eorum multitudine præpediti, sub quadam generalitate ea percurrunt, eadem tribuentes ieiunio, quæ Paulus fidei, quamuis diuersa ratione, vt paulo ante dicebamus. Ita Sanctus Basilius, postquam multa variaque, exempla protulit in ieiunij commendationem, rem concludere volens: Atque vt semel inquit, omnia dicam, reperies quotquot fuere sancti, omnes per ieiunium ad vitam Deo dignam fuisse institutos. Per ieiunium extinxerunt vim ignis, obturauerunt ora leonum, &c. Et sicut Paulus de fide dicit, Sanctos per fidem vicisse regna, &c. Ita, & hæc omnia eos per ieiunium fecisse sancti Patres asserunt. *Vicerunt* quidem *regna*: victoriam enim de Amalechitarum regno, & illam quam Iosue de multis Regibus reportauit, ieiunio tribuit Hieronymus, de quibus supra. *Operati sunt iustitiam*, id est omnem virtutis actum: ita intelligunt Anselmus *a*, & Diuus Thomas: & meritò, iustitia enim, vt dixit Sanctus Ambrosius *b*, vniuersalis est virtus, & is dicitur iustus, & operari iustitiam, qui omnia virtutum opera tenet. Hoc autẽ sancti Patres ex eo tribuũt ieiunio, quia sicut homo per saturitatem ad omnia vitia est dispositus; ita nequaquam ad omnia virtutum opera nisi per ieiunium redditur aptus, de quibus supra. *Adepti sunt repromissiones*, aut præmia, aut dona iustis repromissa, quæ sanctos fuisse consecutos per ieiunium docuerunt Ambrosius *c*, & Cyprianus *d*, canitque Ecclesia dicens: Deus qui, & iustis præmia meritorum, & peccatoribus per ieiunium veniam præbes. *Obturauerunt ora leonum*. Hoc Diuus Thomas *e*, censet dictum propter Sampsonem, & tam ipse Diuus Thomas, quam Anselmus *e*, & Chrysostomus *f* propter Danielem, qui semel, & iterum inter leones illæsus mansit. Sed etiam Sampsonis factum quo leonem discerpsit, Basilius *g*, ieiunio, & Danielis miraculum eidem ieiunio Hieronymus *h*, Ambrosius *i*, Chrysostomus *k*, & idem Basilius *l*, acceptũ ferunt, & quomodo leonum infernalium, & affectuũ carnalium ora ieiunium obturet, supra dictum est. *Extinxerunt impetum ignis*. Hoc propter pueros in fornacem Babylonis missos dictum credunt Chrysostomus *m*, Anselmus *n*, & Diuus Thomas, illos autem ardentissimarum flammarum vim, etiam singulariter per ieiunium superasse, ex Basilio, & Ambrosio longè latèque dictum est: nec tantum materialis ignis impetum extinguit ieiunium, sed, & concupiscentiæ, qui vt D. Thomas annotat, fortior ac damnasior est, qui maiore ardore omnia animæ bona absumit, & deuorat. *Effugauerunt aciem gladij*. Hoc Anselmus propter sanctos Machabæos dictum putat, & de Ezechia intelligi potest, qui gladium exercitus Senacherib effugauit, sed id singulariter per ieiunij etiam virtutem factum fuisse, de Machabæis satis indicat scriptura, quæ eos, & eorum milites ieiunio munitos exprimit, vt supra annotabamus, & de Ezechia asseruit Hieronymus. Nec solum corporalem gladium, sed verius concupiscentiæ motum, qui gladius est diaboli, quo nos perimere parat, per ieiunium effugauerunt Sancti. *Conualuerunt de infirmitate*. Propter beatum Iob hoc dictum credit Anselmus: sed quando infirmitate grandi se vidit percussum ab inimico, vt conualesceret, grande ieiunium arripuisse, diximus supra ex Origene. Et verè ex infirmitate animæ, quæ multis nominibus maior est quam corporis, conualuerunt per ieiunium Niniuitæ, alijque grandes peccatores. *Fortes facti sunt in bello*. Diuus Thomas de Iosue dictum credit, de quo Sapiens. *Fortis in bello Iesus Naue*. Illum autem grandi ieiunio fortem redditum; ita quod quo magis

¶ 105.

Homil. 2. de ieiun. ante med.

Li. 2. cont. Iouin.

a *in c. 11. ad Hebr.*

b *in Lucã.*

c *Li. de Elia c. 2. et 3*

d *Li. de ieiu. & tent. Christi.*

e *In c. 11. ad Hebr.*

f *Hom. 27. ad Hebr.*

g *Ho. 1. & 2. de ieiun.*

h *Li. 2. cõt. Iouin. cit.*

i *Li. de Elia c. 7. & 11. & epi. 82. ad Eccle. Vercel.*

¶ 106.

k *Hom. 1. de pœn. & hõ de Ionn.*

l *Hom. 2. et 2. de ieiun. cit.*

m *Hom. 27 ad Hebr.*

n *In c. 11. ad Hebr. Ibidem. Inidẽ c. 11*

Lib. 2. cõt. Iouin.

In c. 11. cit.

In c. 11. cit. Eccl. 46.

ieiunium prolongauit, maiori fortitudine agebat, expendit, & ostendit Hieronymus. Et verè non fortitudine corporali, ad vincendos inimicos corporales homo fortis per ieiunium efficitur; sed fortitudine spiritus ad vincendas omnes inimicas potestates, quę ieiunij fortitudini, atque virtuti resistere non valent, vt Diuus Athanasius annotauit, obseruans illud, quod Christus dixit discipulis: *Hoc genus non ejicitur nisi in oratione, & ieiunio*, de quibus supra. Eadem igitur ipsa penitus, quæ Apostolus fidei tribuit, sancti Patres etiam ieiunio accepta ferunt: primò, vt intelligas quando Apostolus fidem commendat, non de nuda meraque fide loqui, vt impij hæretici garriunt; sed de illa, quam cæterarum virtutum, signanter autem temperantiæ, & mortificationis opera comitantur. Secundò vt expendas vim potentiamque vniuersalem ieiunij, & quod cæterarum virtutum sit etiam basis, & fundamentum, sine quo, vt ex Diuo Cypriano retulimus, nullus Sanctorum aliquod donum cœleste consecutus fuit, nec ad aliquam virtutem ascendit. Tertiò vt agnoscas rectè dictum ab Ecclesia, quod Deus per ieiunium virtutes largitur, & præmia, atque dona. Et tandem vt videas quam tibi illud sit necessarium. Si nullus Sanctorum, imò nec Beatissima Virgo aliquod diuinæ gratiæ donum sine ieiunio accepit, modo supra expositio, & Elias qui ieiunio dispositus, multa acceperat dona ad alia maiora aspirans, maiori ieiunio se confecit, vt Diuus Ambrosius annotauit, quod, & Sanctis omnibus asserit esse commune: quomodo tu eiusdem gratiæ dona accipies, nisi te ieiunio dispoſueris? Amicus sine ieiunio Deus nec virtutes, nec præmia largitur, quomodo tibi eius inimico, qui nihil nisi æternos cruciatus promereris, suam gratiam, æternæ hæreditatis ius, sua dona tribuet, & largietur, nullatenus ieiunium, vel ex nomine agnoscenti, illud potius fugienti, & formidanti, & tanquam noxium aliquem serpentem excludenti? Si autem his omnibus opponas Augustinum asserentem inepte huiusmodi effectus tribuendos ieiunio, quod Daniel liber inter leones exiterit, & quod flamma non tetigerit pueros in Babylonica fornace, quos non legimus ieiunasse antequam ad leones proiectus fuerit Daniel, & pueri ad flammas: Respondebo, tunc Augustinum tantum dixisse, id non expressum fuisse in scriptura, ex quo refellit quorundam errorem, qui dicebant, ieiunium Sabbathi in scriptura expressum, & quod ad illud tenentur omnes fideles. Imò si rectè Augustinus legatur, tantum dicere vult, non constare Danielem, & pueros seruasse Sabbathi ieiunium, quod hæretici inducebant, quod tamen certum est, ieiunij meritò, innumera bona fuisse consequutos. In cuius confirmationem illa expendenda est eiusdem Augustini sententia, iustos, & Prophetas perpetuò se munisse ieiunio, quando aliquid à Deo volebant imperrare. Quod satis apertè supra monstratum est.

Lib. 2 cont. Iouin. cit.

Lib. de virginit. Matt. 17. ¶ 107.

Lib. de ieiu. & cent. Christi.

Li. de Elia cap. 2.

Epi. 86. ad Cassiodaū ante medium.

Li. qq. veter. & noui testam. qu. 120.

§. 28. *Grandem iniuriam inferunt ieiunio, qui illud horrent, & timent, homines duplici corde, qui instar Elephantis quæ timere debent non timent.*

EX his omnibus eloquentissimè Chrysostomus singulari eloquētia reprehendendos assumit fideles, qui cum grandi timore, & tremore, ieiunij præconium audiunt, aduentumque reformidant, quasi ieiunium crudelis esset fera veniens ad deuorandum, aut inhumanus hostis ad deijciendum, & occidendum. Considerat, & attento intuitu, quasi ex alta specula, contemplatur Chrysostomus omnes homines, quam grandi cura, solicitudine, & diligentia, appropinquantibus Quadragesimæ ieiunijs, comessationibus, & potationibus sint intenti, ventris se munientes crapula, stomachum ac ventrem replentes, imò, & disrumpentes, similes penitus ijs, qui cum crudeli fera, vt cum leone immani, vel tauro ferocissimo dimicaturi sunt, & illis qui horrendum inimicorum exercitum

¶ 108. Homil. 1. d. pan.

tum appropinquantem audiunt, à quo se obsidendos timent, omni commeatu ciuitatem replentes, omniaque armorum genera, quibus resistere possint inducentes. Si quempiam interrogauero (inquit Chrysostomus) cur tam abundanter comessationibus vacas? Respondet: Quoniam ad ieiunium sum ingressurus. Cur ventrem reples? Quia abstinentiæ dies adueniunt; Nunquid fera est ieiunium adueniens ad deuorandum te? Nunquid abstinentiæ dies, sunt milites ad tui obsidionem, & exitium congregati? Quomodo non supremæ fuerit iniquitatis, ita refugere, & formidare illud quod tot tantaque inducit bona? Quam grandi lætitia poterat Laban excipere Sanctum iuuenem Iacob, ad cuius introitum, primum domus suæ ingressum benedixit ei Deus, vt dicere ei posset Iacob: *Modicum habuisti antequam venirem ad te, & nunc dives effectus es, benedixitque te Dominus ad introitum meum?* In Hebræo, vt Sanctus Augustinus *a*, & Theodoretus *b*, annotant, *pede meo*, id est, hoc ipso quod pedem meum in domo tua reposui, *en poner el pie en tu casa*. Quo itidem gaudio Putiphar Pharaonis eunuchus poterat Sanctum adolescentem Ioseph excipere: *Cuius domui benedixit Dominus propter Ioseph, & multiplicauit tam in ædibus, quam in agris cunctam eius substantiam?* Quo affectu excipere fabulosum Midam, qui ingrediens domum tuam, omnia quæ attingeret in aurum conuerteret? Quam obuijs, festiuisque manibus hospitem, qui secum omnia bona in domum tuam duceret? Ita, inquit Chrysostomus, ieiunium suscipiendum tanquam omnium bonorum matrem, & genitricem. Idcirco ad illud lætissimo vultu, hilarique facie excipiendum volens nos Sancta Ecclesia excitare, Christum inducit imponentem, & commendantem, vt cum ieiunaturi sumus, lætos nos exhibeamus, & quæ in supremis gaudij, & lætitiæ occasionibus facere Palæstini consueuerant, exequamur, vngere scilicet caput, faciem lauare, & totos festiuos exhibere.

Ex propter, inquit Chrysostomus in concione quadam habita prima Quadragesimæ die, & ipse hodie ingenti alacritate surrexi, vna vobiscum lætitiæ illius spiritualis particeps futurus, & volens aduentus Sanctæ Quadragesimæ, remedij inquam animarum vestrarum, vobis annuntiator esse. Communis enim nostri omnium Dominus, velut pater filios indulgenter amans, cupiens ea, quæ vnquam peccauimus abluere, hanc, quæ per ieiunium acquiritur curationem adinuenit. Nullus igitur sit mœstus, nullus etiam tristis appareat, sed omnes exultent, & gaudeant, ac glorificent animarum nostrarum curatorem, qui hanc optimam nobis aperuit viam, accipiant cum iucunditate illius aduentum. Et infra; Quemadmodum castam quandam, & ingenuam Sponsam ducturi, thalamis vndique tapetibus ornatis, domoque tota purgata, atque ingressu omnibus inhonestis ancillis interdicto, in cubiculum illam introducunt; pari modo vellem etiam vos purificata vestra mente, valeque delitijs, & voracitati dicto, matrem omnium bonorum, & pudicitiæ, aliarumque virtutum omnium magistram, explicitis mentis vestræ finibus suscipere, vt & vos maiori fruamini voluptate, & illud vobis congruam suam medicinam conferat, &c. Ita à multis antiquitus suscipiebantur hæc ieiunia Quadragesimæ, qui vt Diuus Maximus Taurinensis Episcopus asserit, aduenientes Quadragesimæ dies deuotiore ieiunio præueniebant, & se ad Quadragesimalia ieiunia per ieiunia præcedentia, & orationes disponebant: ventrem iam assuefactum ieiunijs tenere contendebant, vt securius ieiunium aduenientis perfectè complerent. Miratur Ambrosius, hominesque arguit, qui tot, tantasque excusationes ieiunio opponunt, vt vix vnus remaneat, qui ieiunium integrè ac plenè seruare se posse fateatur. Quidam debilitatem corporis præferunt, alij imbecillitatem virium, hic cerebri vertigines, ille stomachi flatus; vnus quod iuuenis sit, & in crescenti ætate, alius quod senex viribus iam sit destitutus; ille quod non possit dormire, hic quod sit capite grauatus; hæc quoniam nuptui est tradenda,

Gen. 30. 30.
a Li. 1. qq. in Genes. q. 92.
b In Gen q. 87.
Genes. 39. 5.
Hom. 1. in Genes.
¶ 109. Hom. 1. in Gen. cit.
Homil. de ieiunio.
Serm. 3.

illa quoniam tradita, vna quod prægnans, alia quod enixa, & cum ieiunium inducitur, inquit Ambrosius, omnes ferè de temporis intemperie se excusant. Dicunt enim æstiuis mensibus: Dies longa est, torrentior sol, sitim ferre non possumus, poculis nos refrigerare debemus: hyemis verò tempore: Graue frigus est, rigores sunt pessimi, algorem tolerare nequimus, escis calefieri nos oportet. *Ita homines, quorum animus semper est in prandio, prandendi sibi causas inquirunt.* & dum se à ieiunijs excusant, ¶ 11o. tempora Creatoris accusant. Dic mihi, ò delicate Christiane, qui æstum solis ieiunando ferre non potes; nunquid æstus quem sustentaturus es, torrentior est gehenna? Nunquid hyems cui retrudendus es, horridior est tenebris? *Matth.8.* *In exteriores enim tenebras abijcientur peccatores, ibi erit fletu, & stridor dentium*: ait Dominus. Stridor inquam dentium, instar hyberni temporis erit in illis tenebris. Ita miser peccator dum hic hyberni rigorem metuit, ibi tenebrarum frigus incurrit: dum hic æstum solis euitat, ibi gehennæ sustinebit ardorem. Ita Ambrosius. Vt tamen ad ieiunium gratè, & securè suscipiendum Sancti Patres excitent, omnem timorem, quem homines de illo concipiunt, efficacissimis rationibus amputandum assumunt. Primò timent homines, ne salutem per ieiunium amittant, quos Chrysostomus ita à ieiunio timentes considerat, ac si agresti inquit, & horrido cuidam immani inimico, aut Leoni dandi in manus forent. Hunc timorem radicitus pellunt Basilius *a*, Chrysostomus *b*, Ambrosius *c*, & Hieronymus *d*, ostendentes in primis, non esse ieiunium, & parsimoniam quod salutem minuit, aut vitam adimit, sed crapulam, & ebrietatem. Quis enim, inquiunt Hieronymus, & Chrysostomus, numerare possit, quot quantæque infirmitates, & mortes ex comessationibus oriantur? Pedum dolores, & capitis vertigines, apoplexiæ, & epilepsiæ dissenteriæ, lippitudines, colicæ passiones vnde? Atque si meis sermonibus, inquit Chrysostomus, derogas fidem, medicorum te doceat disciplina, & eos percontare, ipsique tibi hæc eadem manifestius explicabunt, qui *abstinentiam Matrem sanitatis*, appellant. Secundò ostendente, quamuis ieiunium grauissimum ac molestum nobis esset, lætissimè excipiendum propter ingentes vtilitates quas inducit, & grandem necessitatem, qua de illo tenemur. Piscem accedentem ad se, timuit Tobias, *Tobiæ 6.3.* (vt supè annotauimus) clamans ad Angelum sui comitem. *Domine inuadit me*. Ni timeas, inquit Angelus, sed apprehende illum, qui te, domumque patris tui omnibus bonis cumulabit. Mirum est, quem timorem homines de ieiunio, & de mortificationis operibus concipiant, quique timenti voce clamant: *Inuadit me*. Quid times? Quod tibi salutem affert? Tuas sanat infirmitates, curat vulnera, illuminat cæcitatem, fugat dæmones? Sæpè ¶ 111. Spiritus sanctus, illum sibi inuisum profert, qui duplici est corde. *Ne accesseris ad eum duplici corde*, inquit Sapiens. Etenim: *Væ duplici corde, & peccatori ingredienti terram duabus vijs.* Quis duplici corde dicatur, multis modis explicari potest, sed non ineptum est, si dicamus, ad Elephantis conditionem alludere voluisse, de quo Ælianus scribit, duplex cor habere, vno ita fortis, & impauidus est, vt nec hostium armatos, munitos, glorianteque exercitus timeat, nec dubitet arbores proceras, & palmas deijcere, & prosternere proboscide: vt earum fructus capiat, & ingentia saxa arripere, &c. Altero tñ ita est timidus, vt ad conspectum, imò ad solum auditū animalculorum quorundam paueat, & terreatur. Nam ad muris aspectum pauet, visu quorūdam vermiculorum propè Gangem conturbatur, ad grunnitum porci tremit, chamæleonem horret, hirūdinis morsu penitus exanimatur vt videre est apud eūdem Ælianum *a*, Plinium *b*, & Solinū *c*, de quibus alibi. Tales sunt multi, duplici corde, Quosdam namque frequenter inuenies, qui nullatenus timent noctes ducere insomnes, in tenebris ambulare, pluuijs, & hyemis rigoribus expositos, innumeris periculis implicatos multos, qui nullas laboris reformidant angustias, nec æstatis caloribus, aut hybernis algoribus terrētur, vt suæ satisfa-

Eccles.1. 36. *Eccles.2. 14.* *Cap.39.*

Hom. 3. de pœnit.

a Homi. 1. de ieiun. *b Hom. 1. & 10. in Genes. & hom. de Iona.* *c Libro de Elia.* *d Li. 2. cōt. Iouin.*

a Lib. 1. ca. 33. *b Lib. 8. ca. 10. & 17.* *c Cap. 38.*

cian-

ciant cupiditati, voluptati, & appetitui: quos tamen conſpicies horrentes, & reformidantes ad minimum pœnitentiæ, & mortificationis opus. Quam ſine timore fornicarius, & adulter obſeruans caliginem continuis vigilijs ſe tradit? Auarus quam ſine hæſitatione caloris ardoribus ſe exponit, & imbrium, ac niuium inclementiæ? Si eorũ alicui confeſſarius coram oculis exponat aliquid pœnitentiæ, aut vigiliæ, aut ieiunij, horret, timet, trepidat, pauet. Certè homines ſunt duplici corde. Quid times id quod ad tui ſalutem diſponit, non timens eo quæ tibi exitiũ, & æternam inferunt mortem? Nequaquam, inquit Baſilius, reformidas pharmacum à medico ordinatum, quia noxijs humoribus expellendis intelligis aptum: nec times filio tuo porrigere acutiſſimas, ac violentas quaſdam medicinas, quæ interficiant vermes in viſceribus illius graſſantes, & corrodentes: quid times ieiunium, quod à Chriſto tuis infirmitatibus curandis, & peccatorum vermibus extinguendis ordinatum eſt? Sicut ſine timore exhibuiſti membra tua ſeruire iniquitati ad iniquitatem: *Et abſque vllo timore mala perpetraſti*; ita abſque timore exhibe membra tua arma iuſtitiæ in ſanctificationem. Hanc totam rationem D. Athanaſius breuiter complexus fuit, demonſtrans ieiunium vtile ſaluti corporis, & neceſſarium curandis infirmitatibus animæ. Si accedant, inquit, aliqui, & dicant tibi: Ne frequenter ieiunes, ne imbecillior fias, ne illis credas, nec auſcultes; iſtos enim diabolus ſubornauit. Reminiſcere eius quod ſcriptum eſt, quod cùm Daniel, & tres pueri capti eſſent à rege Babylonis Nabuchodonoſore, & alij puerili vnà eum illis, iuſſumque eſſet ab eo, vt de ſua menſa regia comederent, & de ſuo vino biberent, Danielem, & tres pueros noluiſſe ſaturari ex menſa regia, & ad Eunuchum dixiſſe, qui eos curabat: Da nobis de ſeminibus terræ, & veſcemur, quibus reſpõſum eſt ab Eunucho: *Timeo ego regem qui hunc vobis cibum, & potum imperauit dare, ne facies veſtra Regi præ cæteris pueris, qui regia menſa alitur, appareant ſqualidiores, & puniat me*, cui reſponderunt: *Experire id in ſeruis tuis plus minus decem diebus*, & dedit eis legumina ad cibũ, & aquam ad potum, & perduxit eos ad Regem, & viſæ ſunt ſpecies eorum eximiæ ſuper eos, qui ex menſa regia veſcebantur. Vide igitur quid faciat ieiunium, *Morbos ſanat, deſtillationes exiccat, dæmones fugat, malas cogitationes expellit, mentem nitidiorem reddit, & cor purgatius, & ſalubrius, & ad thronum Dei hominem ſiſtit*. Ita Athanaſius. Quibus concinit id quod D. Chryſoſtomus annotauit, ſanctas illas fœminas, aut potius fœminarum omnium ornamẽta, & gloriam, Iudith ſcilicet, & Eſther, dum grandia opera agenda ſibi proponerent, ad quæ requirebatur vultus pulchritudo, & venuſtas, non ſolum non timuiſſe eam perdere per ieiunium, ſed potius per grãde ieiunium eam comparaſſe. Vnde tantam corporis ſanitatem, tantamque pulchritudinem contraxerunt vultus ac faciei: vt vnà Holofernem, & omnem Aſſyriorum exercitum mirificè ſuperarit, altera cor regis Aſſueri emollierit, & ad id omne quod volebat, pertraxerit. Nec enim ieiunium pulchritudinem aufert, ſed confert, nõ venuſtatem minuit, ſed auget. Eccleſia Sancta timorem quo fideles videt affectos, primò loco deponendum deſiderans, ita initio ſacri temporis. Quadrageſimæ Deum orat: *Præſta Domine fidelibus tuis, vt ieiuniorum veneranda ſolemnia, & congrua pietate ſuſcipiant, & ſecura deuotione percurrant*. Expende illud, *ſecura deuotione*. Ad bellum nos Eccleſia vocat, vt ſupra dictum eſt. Inter ea autem quæ à militibus ſuis Deus requirebat, hoc primum erat, vt timorem deponerent. Non enim formidoloſus aptus eſt ad prœliandũ, propterea à Deo expoſcit Eccleſia, vt timorem quem de ieiunio concipere poterant fideles, Deus eradicet, vt *ſecura deuotione*, id eſt, ſine timore, cum fiducia, & ſecuritate, quod non erit ad exitium corporis, quod *animis, corporibuſque curandis ſalubriter inſtitutum eſt*, vt eadem Eccleſia, & D. Auguſtinus admonent.

Hom. 1. de ieiun. in prine.

Eccle. 8. 11

¶ 112. *Lib. de virginit. ſeu de meditatio.*

Daniel. 1.

Ibid. nu. 11

Hom. 18. ex varijs in Matth.

Oratio Eccleſiæ.

Deut. 1. 29

Ser. 55. de tempore.

§. 29. *Quæ in ieiunio homines timent, debent potius expetere, ideò non leui de causa soluendum statuunt sancti Patres, & sacra Concilia.*

¶ 113. TImor insuper iste de ieiunij, & mortificationis operibus à carnalibus hominibus conceptus, excludendus est, considerando illud omne quod times, non tantum non esse timendũ, sed expetendum, desiderãdum, & procurandum tanquam singulariter per hanc sacram obseruationem intẽtum, vt D. Thomas annotauit. Illam namque sancta Ecclesia peculiariter indicit, & statuit ad carnis lasciuiam, & petulantiam comprimendam, eius vigorem infirmandum, illius vires attenuãdas, & minuendas; quæ spiritum ducit captiuum in legem peccati, & mortis, ad corpus quod peccato occasionẽ, & materiam exhibuit puniendum, vindictam contra teipsum pro peccatis quibus Deum offendisti sumendã, &c. Quid igitur ieiuniũ reformidas, quia carnem debilitat, & infirmat? Hoc, inquit Ambrosius, tibi intendendum est, vt debilitate roboreris, & infirmitate firmeris, dicasque cum Apostolo: *Cùm infirmor, tunc fortior sum, & potẽs.* Horres abstinentiam, quoniam somnũ intercipit, & fugat, vigilantemque reddit? Hoc à te requiritur (inquit Ambrosius) ad veram pœnitentiam, vt intertumpatur somnus, fugiatque ab oculis tuis, vt sic peccata tua etiam antiqua ad memoriam reuoces, melius quam Assuerus Rex, quando *nocte dux-it insomnem, qui iussit sibi afferri historias, & annales priorum temporum*: illumque imiteris virum, exactum pœnitentiæ exemplum, qui dicebat *a*: *Vigilaui, & factus sum sicut passer solitarius in tecto* & *b Anticipauerunt vigilias oculis mei*, & *c. Si dedero somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem, donec inueniam locum Domino, tabernaculum Deo Iacob.* Continuas vigilias hoc tempore Telesphorus Papa, & Martyr *d* ab ecclesiasticis singulariter exposcit. Has, inquit, septem hebdomadas omnes clerici à carne, & delicijs ieiunent, & hymnis, & vigilijs atque operationibus Domino inhærere die noctuque studeant: à secularibus autem D. Ambrosius hoc petit, vt non prætereat dies sine ieiunio, nec vlla vnquam hos transeat hebdomada absque vigilijs. Pertimescis alimenta Quadragesimalia, quòd non tam purum spiritumque sanguinem generent, phlegma potius nutriant, & corpus graue reddant? Hoc tibi inquirendum cum Daniele, qui *panem desiderabilem non comedit, & caro, & vinum non introierunt in os eius*, vt corpore macerato redderetur habilior ad orandum Deum pro peccatis populi. Tandem times pœnam, quam fames, sitis, corporis debilitas, carnisque afflictio inferunt? Hæc tu ipse debes quærere, qui pœnitentiam agens, tui ipsius carnifex esse teneris, manus contra carnem tuam conuertens, & vindictam de teipso sumens. Num pœnitentiam agere vis, fugiens id omne quod pœnale est? Num delicta abolere, nihil tibi inferens triste, quod delendis peccatis conducat? Si medicus (inquit Basilius) membra tibi aliqua non recta, aut ex natura sua morbo distorta, se corrigere polliceretur, gauderes etiam si dolorem sentires, &c. Hinc intellige primò, non pro quauis occasione remittendum ieiunium, vt Concilium Toletanum statuit: sed diligenter à prælato examinandum, quod ieiunio opponis. Non enim quia debilitatem aliquam sentis, dimittendum est, neque quia non tam firmum tenes somnum, sicuti cum longas agebas cœnas. Hoc enim potius ad tenendum ieiunium obligat. Hinc videbis sanctorum mores, qui magnis infirmitatibus oppressi, nullatenus ieiunium remittere, etiam ad medicorum consilium sustinebant, vt de beata Paula S. Hieronymus narrat, & de Beato Petro martyre, sancto Nicolao Tolentinate, & alijs constat. Diuus Gregorius expendens sanctitatem Beati Eleutherij monachi suo tempore viuentis, refert, se appropinquante Paschate (fortè ex asperitate ieiuniorũ, & vigiliarum, quam prioribus Quadragesimæ temporibus tenuerat) grauissimam infirmitatem incurrisse, incisionem

1.2.q.146. art.7.

Serm.25.

2. Cor. 12. 10.

Lib.2.de pœnit.6.10.

Esther 6.1.

a Ps.101.8
b Ps.76.5.
c Ps.131.4

d Epist. ad omnes c.1.

Serm. 34.

Dan.10.3

Hom.7 in diuites.

¶ 114.

Canon.9.

Epist.27. ad Eustoc.

3. Dialog. cap.33.

onem ſcilicet vitalium, quàm Græci Syncopim vocant (*deſmayos, o paroxiſmos*. Hiſpanicè dicimus) & niſi me frequenter fratres cibo reficerent, inquit Gregorius, vitalis mihi ſpiritus funditus intercidi videbatur. Quod autem illi pœnam, afflictionemque inducebat, non erat infirmitas ipſa, aut quos ipſa excitabat dolores, ſed quod ieiunia cogeretur remittere. Ideoque vocato Beato viro Eleutherio, ab illo obnixis precibus poſtulauit, vt à Deo ſibi impetraret, non quod infirmitas tolleretur, aut minuerentur dolores; ſed quod vel ſaltem vna die ſibi ieiunare liceret. Quod cum diuinitus ſibi fuiſſet conceſſum, tanquam ſupremum beneficium æſtimauit. Omni enim dolore ſuperius cenſebat, hoc ſacro tempore, cæteris ieiunantibus, ieiunium fouere. Hoc cuique fideli agendum, impoſuit Auguſtinus: Qui ieiunare, inquit, non valet, cum gemitu, & ſuſpirijs, & animæ dolore manducet, pro eo quod alijs ieiunãtibus ipſe abſtinere non poteſt, &c. Intellige ſecundò, non niſi grandi neceſſitate cogente, reque maturè, & diligenti examine penſata, carnes hoc tempore comedendas. Quod idem Concilium Toletanum grauiſſimis verbis expreſſit; *Adeò*, inquit, *acerrimè interdicitur, vt quiſquis abſque ineuitabili neceſſitate, atque fragilitate, & euidenti languore, ſed etiam impoſſibilitate ætatis, diebus Quadrageſimæ eſum carnium præſumpſerit attentare, non ſolùm reus erit reſurrectionis Dominicæ, verum etiam alienus ab eiuſdem diei ſanctæ communione, & hoc illi cumuletur ad pœnam, vt ipſius anni tempore, ab omni eſu carnium abſtineat gulam, quia ſacris diebus, abſtinentiæ obſtitus eſt diſciplinam*, &c. Vbi etiam ſtatuitur, vt qui carnes neceſſitate vrgente comedere voluerint, non comedant eas niſi prius à ſacerdote permiſſum percipiant. Annotandum eſt Byzantinorum memorabile exemplum, quod refert Nicephorus Calliſtus. Cùm fames, inquit, Byzantij increbuiſſet rerum neceſſariarum inopia, Imperator Iuſtinianus ſecunda ſtatim ieiunij hebdomade carnes in foro venales proponendas promulgauit. Et hoc quidem ſic per vim actum. Populus autem qui pietatem ſibi conſectandam ſtatuerat, neque eas emebat, neque edebat, *Mortem ſibi potius adeundam eſſe cenſent, quàm vt quicquam de patrijs moribus, & traditionibus mutarent*. Quis explicare valeat, quam rigidè, & ſtrictè antiquitus hæc ſacra ieiunorum obſeruantia cuſtodiretur? Ita omnes ſe ad ieiunium cenſebant obligatos, vt qui propter infirmitatem ieiunare non poterant, non auderent domo egredi, nec coram alijs in populi frequentia comparere, vt Diuus Chryſoſtomus inſinuat; indecens quantum exiſtimo iudicantes; propter eam infirmitatem ſoluere ieiunium, quæ egredi domo, & in publicum prodire non impediret. Et verè confundi deberent quam plurimi, quorum tales ſunt infirmitates, quæ non prohibentes diſcurſus per ciuitates, neque negotiorum inſecutiones, neque verò agere omnia quæ libent, ſolùm impediunt ieiunare. Abſtinebant quam plurimi à vino, quod tantummodo diuites luxurioſi, *lo ricos regalones*, ſumere audebant, vt Sanctus Theophilus Alexandrinus indicauit. Qui ieiunabant, cibis communibus erant contenti, exquiſitos piſces, ſapida condimenta, & edulia delicata intermittentes: Ideoque *requies coquorum* Quadrageſima vocabatur, vt ex Baſilio *a* & Ambroſio *b* colligere licet. Totã diẽ in Sanctis Eccleſijs agebant, horis canonicis etiam matutinalibus vigilijs intereſſentes, vt ex Ambroſij *c*, & Auguſtini *d* hortationibus patet: vſitatiſſimum autem erat, vt idem Auguſtinus ait *e*, non vſque ad veſperam ſub nocte manducare, neque niſi poſt multam orationem, & quam pluribus pietatis, religionis, & eleemoſynarum operibus perfectis comedere licebat, vt iuxta Burchardum *f* conſtituit Syluerius Papa, & diſpoſitum fuit in Concilio Cabilonenſi *g*, quod declarat, nullatenus ieiunare credendos illos, qui antequam veſpertinum celebratum fuiſſet officium, mãducarent. Concurrendum eſt enim, inquit, ad Miſſam, & auditis Miſſarum ſolemnibus, & veſpertinis officijs, largitis eleemoſynis ad cibum accedendum eſt. Si verò aliquis neceſſitate conſtrictus fuerit, vt ad Miſſam ve-

Serm. 62. de tempore.

Can. 9. eiſ.

¶ 115.

17. *Hiſtor. Eccl. c. 32.*

Hom. 10. in Gen.

Lib. 3. Pſchali ad Ægyptios Epiſcopos.

a *Homil. 1. de ieiunio.*
b *Li. de Elia.*
c *Serm. 33.*
d *Serm. 55. & 78. de tempore.*
e *Li. de moribus Eccleſi. Cathol.*
f *Li. 13. ca. 12.*
g *Cap. 5.*

nire non valet: *Æstimata vespertina hora, completa sua oratione, ieiunium soluat.* Itaque agendum Diuus Ambrosius illis verbis maxima annotatione digois expoſuit. Surgentes, inquit, primo diluculo ad Eccleſiam feſtinemus, referamus Deo gratias, peccatis veniam poſtulemus, rogantes præteritis delictis indulgentiam, cautelam futuris. Tota die ſit nobis, vel oratio, vel lectio. Qui literas neſcit, Sanctum virum perquirens, eius confabulatione paſcatur. Nulli actus ſeculi actus diuinitatis impediant, non lucus tabulæ mentem auocet, non voluptas canum ſenſus obducat, non negotij compendium animam auiditate peruertat: *Quicquid enim aliud præter mandatum Dei feceris, quamuis abſtineas, non ieiunas:* ita Ambroſius; qui vult indicare, ita omnis ſacris actionibus tradendos in Quadrageſimæ ieiunio: vt minimè crederet aliquis ſe huic ſacræ obſeruantiæ ſatisfacere, ſi ad aliud opus mentem diuerteret. Vnde idem Ambroſius præmiſit; An putatis illum ieiunare fratres, qui primo diluculo non ad Eccleſiam vigilat, non beatorum martyrum loca Sancta perquirit; ſed ſurgens congregat ſeruulos, deponit retia, canes producit, ſaltus ſiluaſque perluſtrat? Quamuis igitur qui eiuſmodi es frater, veſpere ad domum redeas, quamuis declinante iam Sole manduces, potes videri tardius te refeciſſe, non tamen Domino ieiunaſſe, &c. Totam ergo diem operibus Sanctis dabant, & ad noctem comedebant. Nullam autem aliquis refectionem, aut collationem aliam, ab illa veſpertina comeſtione ſumebat: immo multos refert Auguſtinus ſe vidiſſe Mediolani, & Romæ, qui non niſi poſt triduum, aut amplius, cibum vllum, aut potum ſumebant, neque hoc in viris tantum, ſed etiam in fœminis. Qui carnes propter grauem infirmitatem comedere cogebantur, non niſi abditis, & ſecretioribus locis manducare audebant, vt ex eiuſdem Auguſtini admonitione conſtat, & nec carnes exquiſitas, aut delicatas quærebant, nec ſapidis condimentis edulia præparabant; vt ita neceſſitati prouiderent, quod gulæ non ſatisfacerent. Ita agendum eſſet, quomodo excellentes aliquos viros feciſſe videmus. Iacobus primus Aragonum rex ſemper inuictus, qui expugnatoris nomen promeruit, nunquam ſatis pro dignitate commendatus, cum carnes propter vrgentiſſimas cauſas ieiuniorum diebus comedere cogebatur, illas abſque omni condimento, etiam ſine ſale præparari iubebat, & ſine ſale eaſdem comedebat, qui ſatisfaciens neceſſitati corporis, caſtigare volebat laſciuiam gulæ.

¶ 116. *Serm. 33.*

Ser. 33. cit.

Lib. de moribus Eccl. cit.

Serm. 62. de tempore.

§. 30. *Delicatos cibos relinquendos in Quadrageſima, & requiem in ea dandam coquis, hortati ſunt Baſilius, Ambroſius, & Chryſoſtomus.*

HInc inferre licet, deploranda potius quàm commendanda noſtra eſſe ieiunia. Quis enim non iam ieiunio infirmitates opponit; vt ſibi carnibus veſci concedatur? Qui autem ad id accipiunt facultatem, delicatas exquiſitaſque carnes, voluptuoſis, ac multiplicatis condimentis, ſicut in ipſo Paſchatis tempore, non in occulto; ſed in omnium oculis manducant. Qui verò ieiunantes ſe exhibent, tot tantaque, & tam exquiſita ſibi curant præparari edulia, tot condimentorum genera expoſcunt adhiberi; vt verè non tam videantur ieiunijs conuenientes cibos, quam gulæ nutrimenta perquirere. *Da aliquantulum ſaltem tempore iſto (*clamant Baſilius *a*, & Ambroſius *b*) *requiem coquo.* Conſiderat huiuſmodi homines Sanctus Auguſtinus *c*, de quibus dicit, quod non relinquunt voluptates tempore ieiunij, ſed mutant: quas enim alio tempore conſequebantur per eſum carnis, nunc fouent per varia ſapidaq; condimenta; *illi,* inquit, *qui ſic à carnibus temperant, vt alias eſcas, & difficilioris præparationis, & precij maioris inquirant, multum errant: non enim eſt hoc ſuſcipere abſtinentiam, ſed mutare luxuriam.* Et iterum; *Per hos dies, etiam conceſſa prandia relinquenda. Sanè cauendum, ne mutes, non minuas voluptates.* Comedendi horam quis non præuenit? Omnes, ad con-

¶ 117.

a *Homil. 1. de ieiunio.*
b *Lib. de Elia c. 8.*
c *Serm. 73. ex diuerſ.*

Serm 71. ex diuerſ.

consuetam aliorum temporum horam comedunt, nec propter ieiunium vllatenus, vel ad leue, momentum protrahunt. Multis rationibus ostendit Diuus Thomas aptè ab Ecclesia designatum tempus se reficiēdi circa horam nonā, quæ est post vesperas; quia Ecclesia vult, vt caro tēpore ieiunij affligatur, & pœnam sentiat, non tamen penitus consumatur: quæ duo aptè exequitur, qui vsque ad horam nonam differt refectionem, Conuenit etiam ista hora mysterio passionis Christi, quæ completa fuit hora nona, quando inclinato capite tradidit spiritum; ieiunantes enim dum suam carnem affligunt, passioni Christi conformantur, secundum illud: *Qui autem Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitijs, & concupiscentijs*. In cuius confirmationem refert Diuus Thomas, quod in Cōcilio Chalcedonensi his verbis statutum est. In Quadragesima nullatenus credendi sunt ieiunare, qui ante manducauerint, quam vespertinum celebratur officium: quod Quadragesimali tempore post nonā dicitur. Quid de collationibus, quas Romanas vocant? Cœnas potius opulentas possumus vocare, &c. Et verè videor mihi Dominum clamantem audire; *Non tale ieiunium quod elegi*. Elegantissimum fuit Diui Chrysostomi dictum cum ieiunij tempus adesset: *Non*, inquit, *promulgo ieiunium* forte, validum, rigidum, quale fuit Moysi, & Eliæ, Dauidis, aut Niniuitarum: *nec enim esset, qui hoc audiret* (inutiliter tale ieiuniū persuadendum assumeret: quod nullus teneret) *sed tollo luxum, pracido delitias, propter vtilitatem nostram*. Non dico, vt ieiunium sit sine pane, vino, piscibus sed oro, vt sit sine luxu, id est, sine cupedijs ac delicatis condimentis, voluptuosisque, sine delitijs, id est, sine his, quæ delitias concupiscentiæ, non necessariam sustentationem corpori inducunt. Illud tandem in huius explicationem, & confirmationem annotandum est: hoc vnumquemque tempore sacro Quadragesimæ singulariter debere contendere, suæ carnis cupiditati se exhibere contrarium: ideoq; rem esse huic tempori congruam, & Deo gratissimam, concupiscentiam, & appetitum carnis mortificare, tāto validius aliquid eidem denegando, quāto vehemeatius in illud excitatum videt. In huius explicationem, & confirmationem annotat egregiè S. Augustinus *a*, quod, & D. Gregorius *b* latius fuit prosecutus, sæpissimè non tam cibum, quam gulæ concupiscentis feruorem, & appetitum viuacissimum, reprehensione esse dignum. Vnde sæpe non cibus ipse, sed illius appetitus in vitio est. Propterea, inquit Augustinus, populus in eremo, non quia carnes petijt reprehenditur: sed quia nimia earum concupiscentia exarsit: vt etiam contra Dominū murmurauerit. Ideoque, inquit S. Gregor. plerūque e lautiores, & pinguiores cibos, nō solū sine culpa, sed, & iustè, ac sanctè sumimus, & abiectiores non solum sine merito: sed nec sine reatu conscientiæ degustamus. Esau namque (inquit S. Gregor. quod, & D. Augustinus prædixerat) non offendit propter carnem suillam: per vnius lenticulæ leuem, ac vilem cibum, prophanus fuit iudicatus & primogenita perdidit: & Elias in eremo virtutum spiritus, carnes edendo seruauit. Vnde, & antiquus hostis quia non cibum: sed concupiscentiam esse causam damnationis intelligit, primum hominem non carne, sed pomo sibi subdidit. Hinc est, quod plerumque Adę culpa committitur, etiam cum abiecta, & vilia sumuntur. Inde B. Augustinus infert, nō sæpissimè rem Deo gratissimam efficere, cum vilem cibum, aut potum, quem maximo effectu noster concupiscit appetitus, eidem denegamus, & subtrahimus. Ita expendit factum Dauidis, qui non propter aquā, sed propter eius desiderium seipsum reprehendit, & gratissimum putauit Deo sacrificium, si eidem aquā offerret, & libaret, dum aquam, quam auidè concupierat, in terram effundens, suum appetitum, & concupiscentiam iugulauit coram Deo, & mactauit. Quomodo sæpissimè grata Deo sacrificia hoc præsertim tempore poteris Deo exhibere, denegando appetitui: quod ille vehementius concupiscit, quamuis vile quid in se illud sit: & subtrahendo quæ quamuis dulcia, & gustui gratissima, tamen nō sunt saluti ma-

2.2.q.147. art.7.

Ad Gal.5. 24.

¶ 118. Esa.58. Hom.54. ad pop.

a 16. de ciuit. c.38. & 10. confess. c.31.

b 30. Moral. c.27.

Serm.72. ex diuersis

¶ 119. 1.Reg.23.

magis congruentia, &c. Hoc ipsum idem Augustinus *a*, & Chrysostomus *b* prosequuntur, expendentes illud Apostoli *c*: *Et carnis curam ne feceritis in desiderijs*: aut vt ipse legit, *ad concupiscentias*. Obseruant enim non absolute Apostolum *c*, carnis curam interdixisse, qui dixit alibi *d*: quod *nullus vnquam carnem suam odio habuit, sed nutrit, & fouet eam*, quam educare, fouere, reficere, curare, induere, & cui infinita alia suppeditare debemus, qui etiam propterea discipulo suo Timotheo suasit, vt carnis suæ curam gereret, *vinumque modicum biberet propter frequentes infirmitates suas, & stomachum*; sed eam cutam voluit subtrahendam, quæ est *ad concupiscentias*, id est, quæ satisfacit concupiscentijs, & desiderijs eius, quam habent, inquit Chrysostomus, ventricolæ delicatuli, qui vitam viuunt mollem, & laxam, qui non vitam seruare: sed concupiscentiam nutrire, & appetitui satisfacere procurant. Hæc cura dimittenda. Sicut enim necessarium est, quæ ad eam conseruandam requiruntur, carni concedere: ita quæ ardenter concupiscit, tanto sunt illi validius deneganda, quanto magis per hoc, seruata carnis vita, concupiscentiam ipsius mactamus, & mortificamus. Hac cura vehementer angebatur Diuus Augustinus post suam conuersionem, cum pœnitentiæ operibus se tradidit, vt ipsemet longè lateque refert, ne comedendo, bibendo, dormiendo, &c. non tam satisfaceret necessitati vitæ, quam voluptati appetitus, & concupiscentiæ: & idcirco singulariter à Deo postulabat, vt sibi auxilij sui conferret lucem, per quam sciret ita prouidere carni necessaria ad vitam, vt negaret quæ sunt ad appetitus concupiscentiæ voluptatem, & delectationem: sicut enim illud est necessarium, ita hoc est in maximum detrimentum. Illud enim est, sustentare iumentum, quo vehatur spiritus: hoc est, roborare inimicum, à quo spiritus captiuus ducitur, & impugnatur. Hinc ex B. Gregorij doctrina explicare possumus, quod Dauid sæpè hortatur, *confiteri, & laudare Dominum in cythara*. Notum est enim, inquit Gregorius, cytharam ex chordis, exiccatis quidem, & secundum debitam proportionem extensis. Chorda enim in cythara, si minus tenditur, non sonat: si amplius, raucum sonat: quia nimirum virtus abstinentiæ, aut omninò nulla est, si tantum quisq; corpus non edomat, quantum valet; aut valde, inordinata esset, si corpus atterit, plusquam valet. Per abstinentiam quippe, carnis vitia sunt extinguenda, non caro: & id quisque curare debet, vt seruata carne, concupiscentias extinguat.

a *Epist. 121 ad Probã. cap. 3.*
b *Hom. 14. & 24. in epist. ad Roman.*
c *Roma. 13.*
d *Ephes. 5. 29.*
1. *ad Tim. 5. 23.*
20. *Moral. cap 30. Psal. 32. & Psal 150.*
10. *Confess. 6. 31. cit.*

SECVN-

SECVNDA PARS,
DE RECTO HOMINIS
AFFECTV, ET INTENTIONE
ERGA DEVM.

§. 1. *Quia parum prodeſt ieiunium factum non propter Deum, primo Chriſtus prohibet, cũ ieiunamus, fieri triſtes, & exterminare facies inſtar hypocritarum. Quid autem hoc ſit, optimè explicant ſancti Patres.*

¶ 120. CVM *ieiunatis, nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes, exterminant enim facies ſuas, &c.* Ad ſecũdæ diei viam exponendam ſacrificaturis conuenientem, & ad bonum, quod Chryſoſtomus vocauit. *Primum, & ſortiſſimum*, exponendum progrediamur, explicemuſque quomodo ieiunium, cæteraque mortificationis, ac virtutum opera agenda ſint, vt Deo grata, nobiſque proficua exiſtant. Annotauit Origenes, id quod Deus in libro ſacrificiorum, quem Leuiticum vocamus, circa ſacrificia conſtituit. Statuit enim primò, vt vitulus, (verbi gratia) iugularetur, & mactaretur, (viuum enim, & laſciuientem non acceptabat) & ſimul vt ſibi offerretur per manus ſacerdotum; nihil enim prodeſſet vitulum occidere, & iugulare, niſi hæc mactatio Deo ipſi eſſet oblata. Vitulus, inquit Origenes, & quidem valde ſuperbus eſt caro tua, quæ contra Dei legem concupiſcit, & nititur, vt Apoſtolus ſæpè clamauit; ieiunij, & mortificationis gladio mactandus eſt vitulus, aut vero mortificanda caro, ſicuti faciebat ille, qui dicens nobis: *Mortificate membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram*, in ſemetipſo idipſum exequebatur, *caſtigans corpus ſuum, & in ſeruitutem redigens.* Hæc tamen mortificatio nullius erit momenti, niſi ſimul Deo fuerit oblata, & ad eius honorem, & gloriam deſtinata. In cuius confirmationem expẽdit Origenes illa Apoſtoli verba: *Obſecro vos fratres per miſericordiam Dei, vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem ſanctam, Deo placentem.* Noua, inquit Chryſoſtomus *a*, iſta huius ſacrificij noſtri lex eſt. Hoſtia namque (ait Anſelmus *b*) occiditur, vt offeratur: quomodo ergo Apoſtolus monet, offerre corpora noſtra *hoſtiam viuentem*? Non negat, inquit Diuus Thomas, quaſi mactanda corpora per ieiunia, & mortificationis opera, qui potius requiſierat *ea mortificanda*: ſed vult, vt carnem noſtram mortificatam, & ſecundum carnales concupiſcentias mortuam, exhibeamus *hoſtiam viuentem*, per viuam fidem, & charitatem viuificantem, quæ illam in Deum tanquam in finem ordinet, & ad eius gloriam offerat, vt oblatio ſit *ſancta, & Deo placens*: neque enim Deus gratam habet hoſtiam, nec acceptat, quæ hoc modo viuens non fuerit. Hocque eſt, quod ſupremus Magiſter noſter Chriſtus docet in hac Euangelica lectione; primò namque car-

Hom. 15. in imperfecto in prin.

Homi. 1. in Leuit. ad finem.

ad Rom. 7. & ad Galat. 5.

ad Col. 3. 5

1. Cor. 9. 27

ad Ro. 12. 1

a Hom. 20. in epiſt. ad Rom.

b In ca. 12. ad Rom.

Inc. 12 ad Rom. lect. 1

carnem mactandam, aut mortificãdam per ieiunium statuit, & tamquam rem definitam constituit, dicens: *Cum ieiunatis*: sed vt Deo gratum sit sacrificiũ, & hostia, iubet eam exhibere viuentem: *Vnge*, inquit, *caput tuum, & faciem tuam laua, ne videaris hominibus ieiunans, sed patri tuo*. Non sunt Deo acceptabiles Hypocritarum hostiæ, qui quamuis carnem mortificent, non hostiam viuentem Deo exhibent: *Nolite*, inquit, *fieri sicut hypocritæ tristes*, qui non Deo ieiunant, sed *vt appareant hominibus ieiunantes*. Quando Deus præcepit Abrahæ offerre sacrificium, iussit vt cum turture, columbam etiam offerret; nec enim turturem acceptat Deus, cui non adiungitur columba. Typo enim turturis, qui lugubri tristique cantu resonat, pœnitentiæ, & ieiunij opera exprimuntur. Hæc quantumcumque grandia sint, non erunt Deo probata, nisi adsit columba intentionis rectæ. Hanc enim columba propter simplicitatem designat, vt infra dicemus. Censet Tertullianus *a*, verba illa quæ Deus dixit ad Isaiam: *Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum, &c. quærunt: Quare ieiunauimus, & non aspexisti, &c.* ad Esaiam quidem secundum corticem, & in typo ac figura, sed ad Christum secundum spiritum, & plenam veritatem fuisse directa; cui hoc singulariter Pater æternus imposuit, & cõmendauit, vt scelera Pharisæorum, ac principum populi sui, quæ in ieiunijs, & sacrificijs cæterisque operibus sanctis committebant, eisdem explicaret: qui omnia bona opera ad suam ipsorum laudem, & gloriam destinabant, quæ tantummodo faciebant, vt ab hominibus viderentur, & laudarẽtur. Hac de causa Christus tanq̃ rem sibi peculiariter creditam, id agendum assumpsit, illorum hypocrisim perpetuo arguere, non tam vt illos confunderet, quam vt nos ex illorum perditione, quam ostendebat, à tali vitio liberos exhiberet, ad quos clamat: *Cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes*. Hypocrita vox est græca. Haymon credit significare *deauratum*, à chrysos, quod est aurum, metaphora sumpta ab idolis, & simulachris, de quibus dicebat sanctus Propheta Baruch, quod *Cum sint lignea, inaurata, & inargentata scietur postea quia falsa sunt, ab vniuersis gentibus, & regibus*. Hæc etymologia placuit etiam Augustino, vt quidam referunt; quam explicare visus est Christus Dominus, qui, vt diximus, venit annuntiare scelera Pharisæorum, dicens: *Væ vobis Scribæ, & Pharisæi hypocritæ*, id est, deaurati: *quia similes estis sepulchris dealbatis, quæ foris apparent quidem hominibus speciosa, intus verò sunt plene ossibus mortuorum*. Quæ verba ad hoc institutum expendit S. Isidorus *a*, expenditque B. Gregorius *b*; sed expenderat excellenter Origenes *c*, obseruans illud: *Plena ossibus mortuorum*. Tanta, inquit, ossa in eis sunt, & immunditiæ, quanta opera simulantur bona ex malo affectu. Et malum equidem esset, vel vnum os mortui habere intra se, vel immunditiam aliquam vnam; nunc autem vide exaggerationem: sicut sepulchra plena sunt ossibus, & immunditia, sic & illi pleni erant hypocrysi; non in vna aliqua re simulantes, neque vno aut altero die (quamuis, & hoc esset pessimum malum) sed omnibus diebus vitæ suæ in simulationibus viuunt, & aliud siquidem sunt, aliud esse putantur, &c. Sunt igitur quasi simulachra inaurata, quæ exteriori specie nitent, interiori autem sint fictilia, aut lignea; tineis corrodentibus, araneis & immundis animalculis plena. Quidam referunt Augustinum, aliam eiusdem nominis etymologiam tradentem, hypocritam scilicet dici ab *hypo*, quod est falsum, & *crisis*, quod est iudicium, quasi *falsum iudicium*; quia hypocrita homines decipit, & falsum eorum iudicium quærit, intendens iudicari bonus, & sanctus, cum omni bonitate, & sanctitate careat. Communius tamen est, hypocritam dici à verbo græco *hypocrino*, quod est *simulo*, inde deriuatur *hypocrisis*, id est simulatio, & *hypocrita*, id est, simulator, histrio, mimus, repræsentator in comœdijs, & scenis. Sicut enim histriones repræsentatores, & mimi in hoc toti positi sunt, vt vnã personam teneant, & aliam repræsentent à sua longè diuersam: rusticus enim

Gene 15.9.

¶ 121. *Li. aduersus Iudæos cap. de probatione natiuit. Christi. Isai. 58.*

Baruch 6. 50.

Tolet. in c. 6. Luc. annota. 79. Matth. 23.

a *Lib. 3. sententi. c. 24.*
b 31. *Mora. cap. 3.*
c *Hom. 25. in Matth.*

Tolet. in c. 6. Luc. annot. 79. cit.

¶ 122.

enim repræſentat perſonam regis, & vir perſonam fœminæ, &c. ita hypocritæ, cum ſint in ſua perſona iniqui, & peccatores, hoc ſolummodo contendunt, referre, & repræſentare in theatro huius mundi perſonam ſanctorum. Ita communi ſenſu patres docent, Origenes *a*, Baſilius *b*, Auguſtinus *c*, Euthymius *d*, Theophylactus *d*, & ſingulariter Ambroſius *e*, & Chryſoſtomus *f*, ſingularius tamen Diuus Thomas *g*, id ex profeſſo proſequens, & declarans. Et ſicut tales hiſtriones ſolùmodo procurant aliorum perſonam gerere, repræſentare, & referre, quamdiu ſpectatores coram ſe habent; & tanto vinacius, quanto plures, attentioreſque habent ſpectatores, & illis deficientibus, ceſſant illi à repræſentatione: ita hypocritæ agunt. Quod & ipſis philoſophis exploratum fuiſſe, ex Platonis, & Diogenis hiſtoria inferius referenda, Scholiaſtes Auguſtini *h*, eleganter demonſtrat. His concinunt, quæ Diuus Gregorius *i*, annotat, optimè hypocritarum vitam vocatam à ſapiẽti illo Sophar Naamatite amico beati Iob *k*, *viſionem nocturnam*, ac phantaſiam, & *ſomnium auolans aut apparens*. Quid enim, ait Gregorius, eſt vita hypocritæ, niſi quædam viſio phantaſmatis, quæ hoc oſtendit in imagine, quod non habet ex veritate? Eſt quædam viſio phantaſtica ſanctitatis, cuius totum eſſe in repreſentatione ſolummodo poſitum eſt, tantum hominibus apparere contendens. Hanc autem eſſe verè hypocritarum mentem, excellenter Chriſtus confirmauit ſubdeus: *Exterminant facies ſuas, vt appareant hominibus ieiunantes*: nihil penitus niſi apparere ſancti, & ieiunantes, contendunt, ſicut qui in theatro perſonam Regis repræſentat, nihil magis, quàm illius perſonam apparẽtem referre, & quantum fieri poteſt, ad viuum omnium oculis exhibere. *Nolite*, inquit, *fieri ſicut hypocritæ triſtes*. Non dixit, inquit Chryſoſtomus: Nolite eſſe triſtes, ſed nolite fieri. Aliud eſt enim eſſe, aliud fieri triſtem. Triſtem eſſe non eſt malum, nec damnabile; imò aſſiduo grandique ieiunio coniunctum eſt, mœſtitiam excitare, ſicut cibo, & potui lætitiam. Et certè nihil congruentius homini in huius vitæ ſtatu, inquit Ambroſius, quàm triſtitia, cui in pœnam peccati dictum eſt: *Maledicta terra in operibus tuis, in triſtitia manducabis eam omnes dies vitæ tuæ*: cuius occaſione, triſtitiæ vtilitatem, multis ſcripturæ ſanctæ locis demonſtrat Ambroſius. Fieri autem triſtem, eſt aliquid facere ad triſtitiam oſtendendam, & vultũ mœſtum, & pallidum referre ſicut hiſtriones, qui cùm triſtes non ſint, ſeipſos in ſcenicis actibus faciunt, aut exhibent triſtes, vt quod volunt repræſentent: & ſic hypocritæ triſtes ſe faciunt, vt talis triſtitia, præco quidam ſit mutus oculis inſpicientium, oſtentati ieiunij. Itaque dominus, inquit B. Maximus, non repellit lugentes vel peccata ſua, vel mũdum, qui dixit: *Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur*: nec reprehenditur ille, qui dudum corde denio, & lubricis greſſibus à tramite ſalutis elapſus, redintegrare ſe Deo, Mœſtæ pœnitentiæ ſatisfactione conatur, vt quinquageſimo legitur Pſalmo: *Cor contritum, & humiliatum Deus nõ ſpernit*. Non vtique ſpernit Deus ſanctum mœrorem: ſed ſeruientis ſibi artificium, & dolo ſimulatam non vult circumferri triſtitiam, &c. Non omnimodam nobis triſtitiam interdicit Dominus, ait Sanctus Bernardus; ſed quæ in facie eſt coram hominibus: alioquin *Cor ſapientũ vbi triſtitia*. Et Paulum quoque diſcipulos contriſtaſſe non piget, pro eo quòd contriſtati ſunt ad ſalutem. Non eſt talis triſtitia hypocritarum, quæ non in corde, ſed in facie eſt. *Exterminant enim facies ſuas*. Nota proinde quod non dixerit; nolite eſſe ſicut hypocritæ triſtes; ſed nolite fieri, hoc eſt fingi, ſic quippe vulgò dicitur: Triſtem ſe facit, aut magnificat ſe; & *Qui beatificat te in errorem te adducit*, & ſimilia, quæ ſimulationis ſunt, non veritatis. Ita Bernardus. Deinde, *exterminant facies ſuas*. Annotauit Hieronymus, & Haymon, verbum *exterminant*, non ſignificare hoc loco, quod vulgò intelligitur, extra terminos mittere. Exterminãtur quippe exules, qui extra terminos mittuntur: ſicut Pilatus, & Archelaus, quorum vnus miſſus eſt Viennam, id eſt Pilatus, & alter Lugdunum, id eſt, Archc-

a Ho.4. & 25.in Mat.
b Ho.1. de ieiunio.
c Serm.59. de temp. & li.2. de ſer. domin. c.2.
d In cap.6. Matth.
e Lib.de Elia cap.10.
f Hom.21. in Matth.
g 2.2.q.112 art.2.
h Viues 21 de ciu.c.16
i 15.Mora. cap.3.
k Iob 20.8.
Hom.15.in imperfecto.

Lib. de paradiſo c.15. Gen.4.
¶ 123. Hom. in hoc Euan.
Pſal.50.
Serm.1. in cap.ieiun. Eccl.7.4.
Iſa.9.16.
In cap.6. Matth.

chelaus, qui possunt dici exterminati, id est extra terminos suæ habitationis electi in exilium. Pro hoc ergo sermone, inquit Hieronymus, *Demoliuntur*, semper accipere debemus, quod græcè dicitur *Aphanizusi*, eo modo quo de vinea dixit Dauid: *Exterminauit eam aper de silua*, id est, eius pulchritudinem, & viriditatem demolitus fuit, & ab'umpsit. Chrysostomus *a*: *Exterminant*, id est, corrumpunt, atque dispergunt. Basilius *b*, & Theophylactus *c*: *Obscurant*. Euthymius *c*, videtur vim verbi retinere, vt dicantur hypocritæ exterminare facies, quòd à naturalibus terminis coloris natiui, & hilaris extrahunt; & quasi exulare faciũt à propria forma, & figura: *Sacan sus rostros de su lugar quietos*. Vnico verbo Diuus Maximus omnia complexus est, dicens: Exterminant autem facies suas, qui mœrore simulato religiosum vultum, populorum oculis mentiuntur. Et S. Ambrosius, exterminant facies suas: quia aliud corde gerũt, aliud foris prætendunt. Hæc autem omnia faciunt, *Vt appareant hominibus ieiunantes*. Sicut histriones cum repræsentare intendunt, proprias vestes dimittunt, & eas induunt, quæ propriæ sunt illius personæ, quam repræsentant: ita isti, deposita lætitia, tristitiam, & depositio natiuo, ac viuido colore, macilentum, & extraneum assumunt, vt spectatoribus repræsentent in se ipsis hominem verè, & asperè ieiunantem. Vide quomodo egregiè Christus suo muneri satisfaciat, ostendens, & viuis coloribus delineans, & annuntians populo suo peccata eorum, quæ circa ieiunij opus exequebantur. Quod vt planè perficiat, eisdem intimat, quod ab æterna retributione futura sunt alieni, subdens: *Amen dico vobis, receperunt mercedem suam*.

Psal. 79. 14 a Hom. 21. in Matth.

b Hom. 1. de ieiun.

c In cap. 6. Matth.

Hom. in hoc Euang.

Lib. de Elia c. 10. ad fi.

§. 2. *Non sunt hypocritæ, qui peccata sua ne videantur, abscondunt: hoc enim melius est, quam in omnium oculis illa committere.*

¶ 124. EX his infertur non esse dicendos hypocritas, qui peccata sua occultãt, & quantum possunt operiunt, ne alios scandalizent; vt ex vera rectaque Theologia Diuus Thomas demonstrat. Aliud est enim aliquem peccata sua abscondere, & dissimulare, ne videantur; aut appareat hominibus malus: aliud bona opera facere, tantummodo vt videatur, & appareat eisdem bonus, & sanctus. Hoc enim malum, est hypocrisis vitium, per quod bona opera corrumpuntur, & peruertuntur, vt dicemus; illud potius est quædam mali diminutio, & vt D. Hieronymus dixit, quem refert D. Thomas: Aliquale remedium post naufragium est peccatum abscondere. Quamuis enim malum sit peccare, sed peius imò, & pessimum est velle peccatorem in oculis hominum apparere, & esse de illorum numero *a*, *Qui lætantur cum malè fecerint, & exultant in rebus pessimis*, & *b*, *peccatum suum sicut Sodoma prædicauerunt, nec abscondерunt*. Nihil ita exasperat (inquit Bernard.) illius tremendi iudicis maiestatem, quam peccare, & securè peccare, & de vitijs quasi de virtutibus gloriari. De quibus illud explicandum credit: *Non miserearis omnibus operantibus iniquitatem*, aut operatoribus iniquitatum, qui iam quasi ex officio assumpserunt operatores iniquitatum, omnium oculis exhibere; & sicut gloriatur artifex in manuum suarum operibus, quæ oculis omnium exponit videnda, ita gloriantur in peccatis suis, quæ omnium cõspectibus conspicienda proponunt. Cui concinit illud eiusdem Dauidis: *Quoniam laudatur peccator in desiderijs animæ suæ, & iniquus benedicitur, exacerbauit Dominum peccator*. Non dixit, quia peccauit peccator; sed quoniam laudatur, & benedicitur; id est, quoniam ita peccauit, vt peccata suæ laudis materiã voluerit exhibere, & propter illã laudari, & benedici; sicut impius Absalon, qui ad sui

2. 2. q. 111. art. 1. ad 4.

In c. 3. Isai.

a Pro. 2. 14.

b Esai. 3. 9.

Lib. de conscientia.

Psal. 58. 6.

Psal. 9. 24.

2. Reg. 16. 22.

ostli-

æstimationem, gloriam, & triumphum quem de Dauid patre suo reportasse
2. Reg. 3. & cap. 20. & 3. Reg 2. 5. iactabat, in oculis totius populi: vxores illius violauit; & crudelis Ioab, qui sanguine, quem inique fudit, tinxit balteum, & calcamenta sua; vt oculis omnium quam commisit cædem exponeret, quasi triumphalē sibi, & gloriosam. *Exacerbauit*; In Hebræo, *Amaritauit* dominum peccator. S. August. legit; *Irritauit Dominum peccator*: nec enim qui talis est, quomodocunq; Deū offendit; sed illum exacerbat, amaricat, irritat, & vehementissimè prouocat. Hinc contra quosdā peccatores Deus se iratum ostendit, quibus extremas damnationis æternæ cōminatur pœnas, non tam quia peccauerunt, quam quia
Esai. 3. 9. *Peccatum*, inquit, *suum quasi Sodoma prædicauerunt nec absconderunt: væ animæ eorum, quoniam reddita sunt eis mala.* Grandia fuerunt Sodomorum peccata;
In c. 3. Esaiæ. sed ex eo, inquit Basilius, Dei cōtra se ipsos maximè prouocarunt iram, quòd non solùm ad captandas voluptates naturæ legibus prohibitas animum intenderunt; sed petulantem suam lasciuiam nō occultauerunt, imò omnium oculis exponebant, & tanquam ex ea se commendandos contendebant. Vnde cum Angeli sub pulchrorimorum iuuenum effigiè Sodomam fuissent ingressi, & in domum S. Lot recepti, clamoribus interpellabant illum
Gen. 19. 5. dicentes: *Vbi sunt viri, qui ingressi sunt ad te? educ illos huc, vt cognoscamus eos.* Qui tales sunt, tam certam suam damnationem possunt expectare, vt iam eam incurrisse videantur: *Reddita* inquit, *sunt eis mala* ¶ 125. id est, statuta, definita, determinata ac decreta sunt contra eos; vt iam illis
Ezec. 21. 24 reddita possint censeri: Ita, & apud Ezechielem: *Hæc dicit Dominus: Pro eo quod recordati estis iniquitatis vestræ, & reuelatis prauaricationes vestras, & apparuerunt peccata vestra in omnibus cogitationibus vestris; pro eo inquam quod recordati estis, manu capiemini.* In Hebræo pro *recordati estis* habetur *Mazahir* quod est participium tertiæ
Villaspād. in c. 21. Ezech. coniugationis, ideoq; non tam significat commemorare aut recordari, quam facere recordari, & commemorari. Vnde idem est, *Recordati estis iniquitatis vestræ*, ac si dicat: Ita peccastis, vt omnibus notæ sint iniquitates vestræ, quas omnes commemorant, & loquuntur: hocque est quod clarius explicat, subdens: *Et reuelastis prauaricationes vestras, & apparuerunt peccata vestra*, id est, in oculis omnium fecistis peccata vestra apparere: *Pro eo, manu capiemini*, id est, vt Chaldæus vertit, in manus regis Babylonij trademini. Nō itaq; dixit pro eo quod nefaria scelera admisistis; sed pro eo quod ita illa commisistis; vt in omnium oculis apparerent, & omnium ore commemorarentur.

Optimum est ergo D. Bernardi consilium: Si non castè, saltem cautè; si non sine peccato, nō sine verecūdia, & pudore. Obseruat D. Gregor. Dei admirandā curam, qua præcipiebat, vt cùm aliquis egrederetur ad requisita naturæ, paxillum secū ferret, vt fossa humo absconderet, quæ egesta fuissent: ne oculos aliorum offendetent, &c. Non igitur Christus Pharisæos arguit, quod peccata sua occultarent; sed quod essent hypocritæ, quoniam per bona quę agebant, tantum contendebant hominibus apparere sancti, vt ab eisdē glorificarentur. Hoc eorum peccatum grande, quod Christus sæpè illis vitio dedit: quod, & Deus antiquitus tanquam illis familiare voluit indicare in eo, quod pcepit Israelitis per Moysen; vt quando terram repromissam essent ingressi, acciperent lapides impolitos, quos calce exterius leuigarent & æquales ac politos oculis spectatorum redderent, super quos scriberent *omnia verba legis planè ac dilucidè*. Deut. 27. Considera lapides illos calce leuigatos, pulchros, & candidos, in quibus diuina lex planè, & dilucidè videbatur expressa: intus quidem duri erant; quorum interna nec minimum legis verbum penetrabat; exterius tamen in se totam legem clarè, ac dilucidè oculis omnium offerebant, & quasi ostentabant in seipsis scriptam; sicque in magno ab omnibus habebantur precio. Tales erant Pharisæi: interius quidem malitia peccatorum obdurati, quorum intima nec minimum legis mandatum penetrabat: exterius tantummodo leges opera in se ipsis præferebant, & ostentabant, vt omnium

31. Moral. cap. 22. Deut. 25.

ad se

ad seipsos conuerterent oculos. Nihil itaque magis si exterius conspiciebantur, exprimebant, quam legis obseruantiam; nihil minus quam illa cor eorum afficiebat, de quibus latius infra.

§. 3. *Metaphorica locutione Christus per vnctionem capitis, & lotionem faciei, explicat fugiendam ieiunij ostentationem.*

¶ 126. QVoniam autem sic Christus Dominus Pharisæos arguendos assumpsit, vt ex eorum defectibus benè, & perfectè operandi nobis traderet disciplinam, quasi ad vnumquemque nostrum se conuertit, dicens: *Tu autem cum ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam laua, ne videaris hominibus ieiunans, sed patri tuo.* Chrysostomus *a*, & Euthymius *b*, metaphoricam censent hanc locutionem, non enim quæ secundum literæ corticem hæc verba significant, Christus à ieiunantibus exposcit. Nec enim illi magni ieiunatores, Moyses, & Elias ieiunare volentes, caput vnxerunt, nec lauerunt faciem: nec Dauid ieiunaturus grandi ieiunio; quin potius eo finito cùm comedere, & bibere voluit, lotus, & vnctus perhibetur: similiter nec Daniel cùm tribus hebdomadis ieiunauit: *Non*, inquit, *vnctus sum vnguento*, neque ille eximius ieiunator Ioannes, *qui venit non comedens neque bibens*, tot annis in deserto ieiunans: nec multitudo monachorum, qui in secreta montium recesserunt; imò nec Christus ipse longum volens agere ieiunium, vnxit caput, nec lauit faciem. Metaphorica ergo locutio est, sumpta, vt ipse Chrysostomus *c*, Hieronymus *d*, & Theophylactus *e*, annotant, ex ea consuetudine, quæ in Palæstina vigebat, vbi commune erat, vngere caput, & lauare faciem illos, qui se festiuos, & lætos volebant ostentare. Voluit propterea cœlestis Magister, non solum quando ieiunamus non fingendam tristitiam, quæ ieiunium ostentet: sed exhibendum vultum lætum, & festiuum, qui ieiunium dissimulet, & occultet. Cuius rei, inquit Sanctus Chrysostomus, exempla etiam secundum historiam præterito tempore legimus præostensa. Nam sanctissima Iudith, cùm magno mœrore pro populo esset afflicta, post solemnitatem triduani ieiunij, capite vncto, & lota facie, ita internæ afflictionis tristitiam texit; vt simulato gaudio, lætari hostibus videretur: & sic dum lætitia vultus ieiunium texit, de hoste triumphum victoriæ reportauit. Similiter celeberrima Hester dum lota facie, & capite vncto, triduanum ieiunium dissimulauit, vt non posset à rege deprehendi; & Aman illum populi sui nequissimum inimicum interemit & populo suo libertatem acquisiuit, & vitam. Quid de Daniele, ac tribus pueris dicemus, qui in tanta abstinentia, inter tot adolescentes, qui cibis regalibus pascebantur, vultum magis gratũ, lætum, & festiuum cæteris omnibus referebant? &c. His concinit B. Ambrosius, annotans, oleum symbolum esse lætitiæ, ideoq; Christus iubet vngere caput nostrum, vt oleo lætitiæ obducatur omnis simulata tristitia, ne videaris ieiunium tuum vendere hominibus. S. Petrus Chrysologus rem ipsam magis premens, credit metaphoram sumptam ab eo, quod in conuiuijs fieri solitum erat. Commune siquidem Palæstinis erat, quando lauto opiparoq; conuiuio erant reficiendi, primò vngere caput, & lauare faciem, insignum lætitiæ, & gaudij. Itaque hæ cæremoniæ tanquam dispositiones ad opulentum conuiuium exhibebantur, habitusque erant prandentis. Vnde postquam Dauid aspero, rigidoque se confecit ieiunio, volens vitam filio suo paruulo à Domino impetrare, cùm illum agnouit, volens comestionem regiam accipere. *Surrexit de terra, & lotus vnctusque fuit.* Et hoc Christus Dominus vitio dedit Pharisæo, quod cùm eum excepisset conuiuio. *Oleo*, inquit, *caput meum non vnxisti*. Et Dauid ipse Deum commendare volens, quod cùm se lauto, opiparoque conuiuio excipiebat, caput eius fragrantissimo vnxerat oleo. *Parasti*, inquit, *in conspectu meo mensam aduersus eos, qui tribulãt me, & impinguasti in oleo caput meum.* Quod de spirituali

Homil. 16. ex varijs in Matth. Iudit 9 10

Hest. 4. 7.

Lib. de Elia c. 16.

Serm. 7.

¶ 127.

2. *Reg. 12. 20.*

Luc. 7.

Psal. 22. 5.

a *Hom. 21. in Mat. & hom. 15. in imperfecto.*
b *In cap. 6. Matth.*
2. *Reg. 12. 16.*
Dan. 10. 3. Matt. 11. 18.
c *Hom. 21. cit.*
d *In cap. 6. Matth.*

tuali conuiuio, ſpiritualique vnctione intelligendum eſt. Tam alienus itaque debes eſſe cum ieiunas ab oſtentatione ieiunij: vt potius te debeas exhibere talem, quaſi lauto, opiparoque eſſes excipiendus conuiuio. Cum ergo dicit, inquit S. Petrus Chryſologus, *Vnge caput tuum, & faciem tuam laua*, non vt coma capitis illecebroſo redundet vnguento, ſerius Magiſter iniungit, neque faciem niteſcere ſolito vult lauacro: ſed habitu prandentis, vult celari ieiunium Chriſtiano, &c. Hypocrita qui ſolummodo contendunt *apparere hominibus ieiunantes*, id omne agunt, quod congruum, aptumq; iudicant, vt oculis hominum ſua patefaciant ieiunia. *Tu autem* Aduerbiũ *autẽ*, aduerſatiuum eſt, id eſt: Tibi modo penitus oppoſito agendum eſt, qui non debes appetere *videri hominibus ieiunans, ſed tantum patri tuo qui eſt in abſcõdito*, qui latet oculos corporis: ideoque, ſicut ille receperunt à ſuis ſpectatoribus mercedem laudis humanæ: ita tu à tuo ſpectatore præmium æternum recipies: *Pater enim tuus, qui videt in abſcondito reddet tibi*. Ecce quomodo ieiunium perficiendum eſt. Deus per prohetam, ieiunium expoſcit, non quoduis, ſed ſanctum. *Canite* inquit, *tuba in Sion, ſanctificate ieiunium*, id eſt, ſanctum ieiunium facite. Reſpuebat Deus innumera Iudęorum ieiunia, quia ſancta non erant: venit Chriſtus oſtendens, quale ieiunium Deus à nobis requirat, ieiunium ſcilicet ſanctum. Bonorum omnium nobis materia, & magiſter ieiunium eſt, inquit Chryſoſtomus: ieiunium autem dico, non hoc vulgare, ſed accuratum ieiunium. Non enim ieiunij natura peccata eripere poteſt, niſi congrua cũ lege fiat. Ne igitur inter ieiunij laborẽ à ieiunij corona excidamus: diſcamus qualiter, & quomodo hoc negotium celebrare debeamus: quoniam, & Phariſæus ille, quem Dominus expoſuit, ieiunauit quidem, & bis in hebdomada: ſed poſt ieiunium illud deſcendit inanis, & ieiunij fructibus caſſus: ieiunauerunt, & ludæi, & nihil plus egerunt: ſed culpati abierunt: ieiunauerunt autẽ Niniuitæ, & Dei miſericordiam elicuerunt. Quoniam igitur tantum ieiunij periculum eſt, neſcientibus quomodo ieiunare oportet, ieiunij leges diſcamus, ne in incertum curramus, ne aerem verberemus, neque pugnãtes cum vmbra dimicemus. Medicina eſt ieiunium, ſed medicina licet millies vtilis ſit, per vtentis imperitiam inutilis ſæpè fit, &c. Ita Chryſoſtomus. Hoc ergo Chriſtus docendum aſſumpſit, quomodo ieiunium agendum ſit, vt ſanctum. Hæc ſecundum literam dicta ſint, latius iuxta ſanctorum patrum mentem, & ſecũdum alios reconditos ſenſus explicanda.

Ioel. 2.

Hom. 3. ad populum, ante medium.

Luc. 18.

§. 4. *Semper hypocriſis in mundo viguit, copioſius tamen (vt Apoſtolus prædixit) noſtris temporibus, in quibus plenus eſt mũdus hypocritis.*

VT, quæ dicenda ſunt, ad ordinem redigamus, quoniam Chriſtus Dominus primo infœlicem hypocritarum ſortem, & abominandam nequitiam depingit, vt eam fugiamus, deinde docet, quomodo opera noſtra agere debeamus, vt ſint nobis proficua: hæc duo proſequemur, explicantes in primis ex ipſis Chriſti verbis, quam grande ſit hypocritarũ piaculum, quamque deteſtandum, & fugiendum, deinde exponentes modum rectè ieiunandi, & operandi, quem Chriſtus Dominus præſcribit. Antequam tamen ad primum veniamus, ſupponendum eſt, grauem eſſe multorum errorem, exiſtimantium iam noſtris ſeculis nullos dari hypocritas, contra quos agere oporteat: quando iam non ſolum non contendunt homines laudari ex bonis operibus, ſed potius ita inuerecundè, & liberè peccant, vt inde ſibi laudem, & gloriam comparare velle videantur: quibus commune eſt, ſine timore vllo perpetrare mala. Huiuſmodi exiſtimatio non tam ex hoc orta eſt, quam ex eo quod hypocritarum nomine audito, ſtatim omnes in imaginatione concipiunt homines quoſdam religioſa profeſſione, & habitu, quales Chriſ- ¶ 128.

stus dominus descripsit Pharisæos, qui inter hypocritas tenuerunt principatum, qui dilatabant phylacteria, & magnificabant fimbrias, macilentis vultibus incedebant, eleemosynas ad sonitum tubæ faciebant. Vnde cum illi exterminati iam fuerint, credunt hypocritas iam mundo excessisse, & cum illos finitos. Ita tamen sentire, est periculosa deceptione errare, & penitus desipere. Verum quidem est nunc homines inuerecundè peccare; sed hoc non nouum est, cum id à mundi exordio fuerit vsitatum, vt videre est in illa priori ætate, quando talia fuerunt peccata, vt tota terra esset corrupta, & oportuerit omnem carnem delere ad infectionem abstergendam. Deinde in Sodomorum ciuitatibus qualia fuerunt peccata? Quam horrendæ iniquitates in Dei populo extiterunt, vt gentiles omittamus? Talia certè, qualia illæ cõmunes prophetarum voces indicant: *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarũ, &c. Quis dabit me in solitudine diuersorium viatorum: quia omnes adulteri sunt, cœtus prauaricatorum, de malo ad malum egressi sunt*: Et *Peccatum suum sicut Sodoma prædicauerunt, nec absconderunt*: Et *Homicidium, furtum, adulterium inundauerũt, sanguis sanguinem tetigit*. Omni siquidem tempore, hominum malitia contra Deum inuerecundè se extulit. In huius confirmationem elegantissimè Sãctus Augustinus expendit Apostoli verba, qui prædixit quidem grandia peccata, quæ in nouissimis temporibus futura erant: *In nouissimis temporibus instabunt tempora periculosa*, aut sæua, sicut alij codices habent: *Erunt enim homines se ipsos amantes, cupidi elati, superbi, blasphemi, parentibus non obedientes, ingrati scelesti, sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes, immites, sine benignitate, proditores, protervi, tumidi, habentes quidem speciem pietatis, virtutem autem eius abnegantes*. Meritò certè periculosa tempora, aut sæua, vocari merentur illa, in quibus talia peccatorum genera regnabunt. Simul tamen Apostolus explicat, quod etiam tunc iam tales homines mundus habebat, vnde subdidit. *Et hos deuita*: quod non dixisset, inquit Augustinus, si quales prædicebat homines futuris temporibus, non tunc mundus haberet, his verbis intelligi profectò datur, inquit Chrysostomus, tunc iam huiusmodi fuisse homines. Itaque etsi his nouissimis temporibus peccatores vigeant horrendis iniquitatibus implicati: sed mirum, inquit Augustinus, si tales homines aliquando defuerint. Verum est etiam, Iudæorum tempore hypocrisim potenter regnasse, sed ne quaquam cum illis ipsa cessauit: imo quod abundantius atque potentius regnaturum esset hoc vitiũ in nouissimis, temporibus, manifestè expressit Apostolus, quod propterea ad vltimum reseruauit locum in catalogo vitiorum, quę extremis temporibus futura prædicebat, Dicens enim: *In nouissimis diebus erunt homines se ipsos amantes, cupidi, elati, &c.* tandem subinfert: *Habentes quidem speciem pietatis, virtutem autem eius abnegantes*. Quibus verbis, excellenter hypocritas definiuit, homines qui habent quidem speciem pietatis, virtutem autem illius abnegant. Pietatis virtus propriè, & in rigore ea est, qua quis rectè afficitur erga parentes, & patriam, vt ex Ciceronе *a*, docuit Sanctus Thomas *b*. Quoniam autem Deus excellenter, & principaliter dicitur Pater noster, pietas sæpius pro recto affectu, & cultu erga Deum sumitur, vt ex Sanctis Dionysio *c*, & Augustino *d*, idem D. Thomas obseruauit. Hac de causa, qui rectè erga Deum affecti sunt dicuntur in scriptura pij, & facientes pietatem; & qui male, vocantur impij, & facientes impietatem. Vnde ille dicitur habere speciem pietatis, qui exteriori specie ostentat se rectè erga Deum affectum, eius cupere gloriam, & honorẽ, ac per opera virtutum, illius intẽdere, & curare obsequium. Virtutis autem nomen cum dicit Apostolus, *virtutem eius abnegantes*, in Græco est *dynamis*, quod non significat habitum virtutis contrarium vitio, sed robur, & potentiam: & vt bene inquit Theophylactus, quos vocamus neruos alicuius rei: quomodo dicimus, infirmum non habere virtutem: & tunc aliquod medicamentum habere virtutem, quando

est

Gen. 5. 7. Gen. 19.

Ierem. 9.

Esaiæ 3. 9. Oseæ 4. 2.

Epi 80. ad Hesychiũ.

2. ad Tim. 3. 1.

Hom. 8. in 2. ad Tim.

a *Lib. 2. de inuentione fol. 4. ante finem.*

b *2. 2. q. 101. art. 1 & 3.*

c *Li. de diuinis nominib. c. 1.*

d *10. de ciuit. c. 1.*

In 2. ad Timoth c. 3.

est recens, quod cum antiquatur virtutem dicimus amittere. Quo pacto sæpè Apostolus hoc nomine vtitur, vt
a *ad Ro.1. 16.* cum dicit de Euangelio *a*, *Virtus Dei est in salutem b*, & de prædicatione, & sermone suo, quod *c*, erat *in virtute*,
b 1.*Cor.2.* c 2.*Cor.13 14.* & de Christo, quod *mortuus quidem est ex infirmitate, viuit autem ex virtute Dei*, & Theologi dicere solent, sacramenta nouæ legis non esse vasa vacua, sed plena virtutis Christi. Ex his explicat Diuus Thomas, quænam dicatur
In 2. ad Timoth c 3. lect.1. virtus pietatis, aut bonorum operum. Illa enim est charitas, & amor Dei, per quam talia opera habent vim, potentiam, robur & vitam, vt Deum ipsum attingant, & ad eum perueniant, & mereantur æternam vitam, sine qua vniuersa pietatis opera sunt infirma,
¶ 130. sine virtute, aut potentia. Hypocritæ habent quidem speciem pietatis: quia bona opera exterius faciunt, per quæ videntur boni, & rectè erga Deum affecti; sed virtutem pietatis negant: quia nullatenus ex charitate operantur propter Deum, qui omnia ordinant ad sui ipsorum honorem, gloriam, & commodum: ideoque verè dicuntur hypocritæ. Est namque hypocrisis species quædam mendacij, per quam aliquis mentitur, simulans se esse eum, qui non est, vt Diuus Thomas
2.2.q.111. ex professo tradidit. Qui benè operatur, non referens in Deum per charitatem opera bona, quæ facit, videtur quidem absolutè, & plenè bonus, & opera eius videntur absolutè, & simpliciter bona; sed verè talia non sunt, quippe cum eis deficiat interna virtus, vita, quam charitas confert, ordinans in debitum finem, scilicet Deum. Itaque, vt vno verbo dicam, hypocritas definit Apostolus eo modo, quo Christus dominus, qui dicit eos esse, *Qui omnia faciunt vt videantur ab hominibus*. Et *exterminant facies suas, vt appareant hominibus ieiunantes*: Homines qui multa opera bona faciunt, ea tantum mente, & intentione, vt ab hominibus glorificentur, & in honore habeantur. Qua definitione hypocritas definiuit Beatus Hieronymus,
In cap.6. Matthæi in princ. qui postquam multas eorum species retulit: Ex his, inquit, omnibus colligitur, hypocritas esse, qui quodlibet faciunt, vt ab hominibus glorificentur. Huiusmodi igitur vitium, quod tanquam suprema execratione dignum, vltimo loco recensuit Apostolus, inter ea, quæ extremis temporibus erant futura; tanto potentius in mundo regnaturum prædixit, quanto magis ille fini suo fieret propinquior. *In nouissimis*, inquit, *diebus erant homines, &c. habentes quidem speciem pietatis, virtutem autem eius abnegantes*. Et quidem si rem attentè expendas, nullum vnquam communius vitium fuit inter omnia hominum genera, quam hypocrisis, nihil namque apud omnes homines vnquam vsitatius fuit, quam ex bonis operibus sibimetipsis gloriam quærere, & honorem: hoc enim est, hypocritam esse. Id in primis excellenter in Gentilibus explicat Sanctus Augustinus, longo discursu demonstrans, communius peccatum, quod in Romana republica viguit inter illustrissimos consules, dictatores, Cæsares, duces, ac milites, huiusmodi hypocrisim fuisse: ostenditque Romanos similes extitisse Pharisæis, non quidem habitu, gestu, & lege: sed moribus, & affectu. Non enim minus de illis, quam de Pharisæis dici poterant: *Omnia faciunt, vt æstimentur ab hominibus*. Mirum est enim quot quantisque virtutum operibus excelluerint, quorum grandem catalogum ipse edidit Augustinus, & historiographorum pleni sunt libri: qui tamen ex illis sollummodo sui nominis claritatem, & gloriam requirebant. Ideoque hanc consequentes, inquit Augustinus, si cuti de facto consequuti sunt, dicere de eis potuit Deus, quod de Pharisæis hypocritis: *Receperunt mercedem suam*. simili vitio philosophos omnes, quos celebriores reputamus laborasse, demonstrat idem Augustinus, qui admirandis quidem virtutum operibus se exercuerunt, abstinentes à vino, carnibus, vxoribus, vigilias grandes agendo, diuitias contemnendo, rigores hyemis, & æstus alacriter sustinendo, &c. eo solo affectu, vt sibi gloriam, & honorem apud homines compararent: cuius rei admiranda obser-

5.*Ciu.c.15.*

5.*de Ciuit. c.18.*

5.*de Ciuit. c.13 & 20 & li.21. c. 16.*

uandaque exemplа posuit Scholiastes Augustini. Quid igitur de illis minus dici poterat, quam quod Christus de Pharisæis? *Exterminant facies suas, vt appareant hominibus ieiunantes*, abstinentes, vigilantes, &c. De quibus infra latius agemus. Semper itaque mundus huiusmodi hominibus plenus fuit: sed multò magis nostris temporibus. Hoc autem scito, inquit Apostolus, quod *in nouissimis temporibus erunt homines habentes speciem pietatis*, &c. Id est, erunt execrando hypocrisis vitio implicati. Iam tunc tales homines erant, inquit Chrysostomus *a*, & Augustinus *b*, & propterea Apostolus admonuit Timotheum, vt eos vitaret. Dixit nihilominus in nouissimis temporibus huiusmodi homines futuros: quia eo futura erat abundantior illorum copia, & copiosior abundantia, quo dies magis essent extremi, & mundi fini propinquiores. Et quis non aduertat istos, in quibus sumus, nouissimos esse dies, quos Apostolus prædixit, in quibus omnia vitiorum genera copiosissimè grassantur? Sunt namque *homines se ipsos amantes, cupidi, elati*, &c. Sed verè nihil inter illos omnes magis commune, quam habere speciem pietatis, sine illius virtute. Nihil enim vsitatius, quam opera bona facere, per quæ videantur omnes suo quisque debito satisfacere, ad quæ nullatenus amore Dei, & propter eius gloriam ducuntur: sed tantummodo suum honorem, gloriam, æstimationem, atque commodum intẽdunt. Singulos hominum status considera. Ecclesiarum pastores in primis expende vigilantes, atque vigilias agentes super gregem suum. Sed nunquid charitate succensi, solam Dei gloriam, & fidem intendunt: an verò ab hominibus æstimari, & in pretio haberi, vt ad ampliorem sedem promoueantur? Secundum virtutem agunt gubernatores Reipublicæ, & ciuitatis solicitè attendentes vitare scandala, pacemque promouere, & conseruare. Nonne vnusquisque eorum sibi cupit pro tali opere honorem, & gloriam tribui? Si aliquis eorum ex peculiari Dei illustratione aliquid considerationis dignum in consilio cæteris aduertit ad bonum Reipublicæ regimen: nonne inde sibi tribui gloriam, & nominis celebritatem contendit, procurans omnibus fieri notum se illius consilij extitisse authorem? Operantur bonum iudices, litigantium causas discutiendo, patienter quæ partes in iudicio proponunt audiendo, solerter totam causam expendendo, & decernendo quod iustum est. Quisnam ex illis non nudum suum honorem apud Regem: & æstimationem apud populum quærit, nihil penitus Dei gloriam curans? Tuncque vnusquisque magis lætus est, quanto maioribus se laudibus videt in Republica propter bonum, quod fecit, affectum. Duces, & milites, qui benè operantur, si vt Sanctus Ambrosius, (aut verò Beatus Augustinus, vtrique enim vna, & eadem adscribitur concio) expendit, iuxta præscriptam à Ioanne Baptista regulam militant: quidnam toto pectore intendunt, nisi propriam æstimationem, & nominis sui celebritatem? Mercatores qui bonum agunt, prouidentes quæ Reipublicæ sunt necessaria: nunquid solius Dei honorem quærunt, an sua propria commoda, & domus suę ampliorem statum? Parentes quando iuxta Dei legem filijs prouident, & thesaurizant: intenduntne principaliter Deo placere, & illius promouere gloriam? Mulier cum marito deseruit, bonum equidem facit: sed curatne Dei gloriam, & honorem inde augere? Sicque si per omnia hominum genera discurrere velimus. Quid enim artifices, ex suis mira arte elaboratis operibus contendunt? quid nobiles, suam sanguinis nobilitatem iactantes? quid diuites ex suis benè conquisitis diuitijs? Quid præualidi, & fortes ex suis fortitudinis actibus? Nonne omnes ex bonis suis operibus, suam tantummodo gloriam, laudem, atque æstimationem apud homines affectant? Si autem his relictis, ad eos, qui alicuius studiosæ, sanctęque vitæ institutum proficentur oculos conuertas: paucos inuenies ab huiusmodi hypocrisis peste penitus liberos, & immunes. Vnde contentiones quam plu-

Viues in 21. de Ciuit. c. 16.

¶ 131.

a Ho. 8. in 2. ad Tim. cit.

b Epist. 80. ad Hesychium cit.

Serm. 7.

Serm. 19.

Luc. 3. 14.

¶ 132.

plurimæ inter religiosos, de maiori suæ religionis perfectione, & de maiori fundatoris sui sanctitate? Nonne ex maiori suæ gloriæ, & laudis appetitu? In quos quadrat illa Apostolica reprehensio: *Cum sit*, ait, *inter vos zelus, & contentio; nonne carnales estis, & secundùm hominem ambulatis? Cùm enim quis dicat: Ego quidem sum Pauli, alius autem; Ego Apollo, nonne homines estis? Quid igitur est Apollo: quid verò Paulus? Ministri eius, cui credidisti, & vnicuique sicut Dominus dedit.* Esse carnales, & ambulare secundum hominem, est terrena carnalia que bona per huiusmodi contentiones quærere, & humanæ gloriæ affectibus deseruire. Gloriam itaque suam, non Dei per huiusmodi contentiones apud homines promouere contendunt. Quidnam innumeros prædicatores cogit, & impellit, diligenter scripturarum sanctarum studio intendere, curiosa quæ dicere possint perquirere, suggestum nobilius ambire, & optare se excellentes exhibere concionatores? Quidnam multos confessarios solicitos reddit, vt multos sibi à confessionibus filios faciant; qui tunc magis sibi satisfactum credunt, quando nobiliores ac primos Reipublicæ viros, & illustriores fœminas sortiuntur suum confessionale circundantes; Quidnam intendunt innumeri, qui sacræ Theologiæ Magisterij gradu decorari, omnibus modis procurant, affectantque non minori studio, quàm Pharisæi, ab hominibus appellari Rabbi? Quid quærunt quamplures, scribendi spiritualibus libris intenti, nisi celebre nomen suum facere? Nonne omnes isti suam gloriam, & laudem ex bonis operibus quærunt, apparereque omnibus hominibus honorabiles, sicut Pharisæi exterminabant facies, vt apparerent hominibus ieiunantes, tes, *& omnia faciebant; vt viderentur ab hominibus*, & grandi apud eos æstimatione haberentur? Neque dicere volo, oportere, quod quicunque bonum aliquod suo statui congruum operatur, teneatur explicitè aut immediatè in Deum illud referre: id enim necessarium non est, vt ex Diui Thomæ doctrina optimè explicat Caietanus: cæterum ita agere opus bonum, vt nec directè, nec indirectè, nec mediatè, nec immediatè propter Deum fiat, est facere opus pietatis, vacuum virtute charitatis, & est habere speciem pietatis, virtutem autem eius abnegare, ac hypocritarum labe infici. Plenus igitur mundus est hypocritis: & vt dixit Augustinus: *Hypocriseos maculam non habere, aut pauorum, aut nullorum est.* *Serm. 59. de tempore*

1. Cor. 3. 3.

§. 5. *Pauciſſimi ſunt, qui hypocriſim plenè fugiant: latenter enim appetitus propriæ gloriæ ingreditur, & ſurrepit, vt in ſeipſis ſancti Patres experti fuerunt.*

¶ 133.

HIs adde, iuxta doctrinam Augustini *a*, Gregorij *b*, & Bernardi *c*, multos quidem esse, qui cùm opus bonum facere proponunt, & aggrediuntur, hypocritæ non sunt, nec suam intendunt gloriam: pauciſſimos tamen, qui cùm illud perficiunt hypocrisis pestè, aut propriæ gloriæ appetitu, non remaneant aliqua ratione infecti. Facilè namque est, proponere opus aliquod agere propter Dei amorem, obsequium, & gloriam, imò & tunc laudem humanam non curare: difficilè tamen est, inquit Augustinus, mirabile, inquit Bernardus, & rarũ, inquit Gregorius *d*, & quasi impossibile, inquit Hieronymus *e*, non delectari humanis laudibus, propter bonum, quod agitur oblatis, & hominem nõ nimis sibimetipsi in bono opere à se edito complacere; sed seruare purum erga Dei honorem, & gloriam affectum. Vt namque Diuus Basilius indicauit, (dicemusque infra) appetitus propriæ laudis, & gloriæ, ingreditur blandè, leniter, suauiter, insensibiliter; & absque eo quod homo aduertat, vniuersum bonũ opus inficit, & totam illius pulchritudinem consumit. Quod in supremo dæmone primo omnium hypocritarum patre, & super filios superbiæ rege videre licet. Difficile sanè est apud Theologos explicare, quomodo ille peccauerit, atque ea supremo Angelo, pulcherri-

a *Epiſt 64. ad Aurelium Epiſcopum.*
b *35. Mor. c. vltimo.*
c *Serm. 13. in Cant.*
d *3. Moral. c. 38.*
e *Lib. 2. contra Pelagian.*
De conſtitutionibus monaſticis. cap. 11.

cherrimæque omnium creaturarum, supremus dæmon omnibus creaturis deformior redditus fuerit. Nam aut peccati illius principium fuit aliquis error in intellectu, aut aliquis prauus in voluntate affectus. Non potuit esse primum, quoniam ante peccatum nullum potuit ille in mente habere errorem. Nec videtur esse posse secundum, nam voluntas eius recta fuit condita, & non poterat aliquo malo affectu deprauari, nisi præcederet aliqua prava intellectus propositio, nihil enim appetere voluntas potuit, nisi quod intellectus proponeret. Vt tamen multa relinquamus, quæ cùm de Angelis in scholis disputauimus, prosecuti sumus, dicendum est iuxta D. Thomæ mentem, latenter, & inaduertenter laudis propriæ appetitum primò fuisse ingressum, qui tandem plenè eius voluntatem occupauit, & omnia illius bona perdidit. Creatus ille fuit excellentissimis donis naturalibus, & supernaturalibus ornatus, omni virtutum choro decoratus, qualem Deus per Ezechielem descripsit *a*, & D. Gregorius *b*, ex professo explicauit. Et in primò quidem suæ creationis instanti, vt Diuus Thomas *c* demonstrat, cœpit rectè excellenterque agere, & operari, & egregiè beatitudinem æternam promereri, Deum amando, credendo mysteria fidei, quæ sibi erant exposita, sperando, &c. se, omniaque sua in Deum feruenti charitatis actu referendo; deinceps tamen in secundo instanti, ad suam grandem excellentemque donorum, & operationum pulchritudinem contemplandam, & operum suorum excellentiam conspiciendam, mentem applicauit, plus iusto in hac consideratione insistens; tuncque inaduertenter surrepsit nimia quædam de illis complacentia, cœpitque illorum inspectione allectus sibimetipsi gloriosus apparere, & non attendens, prout attendere debebat, omnem gloriam, quæ inde procedere poterat, ad Deum omnium bonorum authorem, & liberalissimum largitorem referre, dicens: Tibi laus, tibi gloria, tibi gratiarum actio, &c. in semetipso, de semetipso, donis, operibusque suis complacentiam habuit immoderatam; indeque sibi gloriam de illis omnibus affectauit tribuendam. Sicque tandem ille affectus plenè voluntatem ipsius possedit, & bona illa omniaperdidit, atque consumpsit, & vt dixit Beatus Chrysostomus, diabolum cum non esset diabolus, sed excellentissimus Angelus, diabolum fecit. Hoc itaque idem fuit, ac si Rex, aut Imperator supremus liberaliter agere volens, seruum quendam, qui nusquam in oculis hominum comparuerat, grandi honore affectum in palatio suo constitueret, splendidissimis vestibus, lapidibus pretiosissimis intertextis, ornaret: tuncque seruus quamuis in principio aliquas breues regi gratias egisset, statim se totum conuerteret ad suam pulchritudinem contemplandam, conspiciendumque splendorem, quem emitteret ex radiantibus gemmis, non attendens, nec aduertens, sicut attendere, & aduertere deberet, omnem gloriam, quæ inde nasci potest in Regem suum referre; sed in seipso, & de ipso esset sibimet complacens. Vt hinc attendas, quod Sanctus Petrus Chrysologus dixit, hoc malum, subtilissimum esse virus, & latentissimè eos impetere, qui recta agere cœperunt; & Sanctus Chrysostomus, hoc vitium esse malam bestiam, quæ clam ingreditur, & cuncta benè orientia intus maxima cum quiete, & absque vllo sensu perdentis exportare. Hoc vitium latenter, & inaduertenter ingredi incipiens, in semetipso deprehendit Gregorius, a quo tam valide se inaduertenter impetitum fuisse sensit, vt ad suffragia, & orationes aliorum quærendas, se conuerterit. Cœpit ille opus illud insigne expositionis moralis in librum B. Iob: & quidem sine dubio ad id agendum, excitatus fuit Dei amore, & desiderio laudis, & gloriæ ipsius, & idipsum intendens cœpit, & prosecutus fuit opus; sed quid ad finem operis ei acciderit, nullus ipsomet poterit melius explicare. Ad me, inquit, intrinsecus rediens, dum ipsam subtiliter radicem meæ intentionis inspicio, Deo quidem ex ea me summoperè placere voluisse cognosco, sed eidem intentioni, qua Deo placere studeo, furtim se

1.p.q.63.

a Ezech.28
b 32. Mor. c.24.
c 1.p.q.62. art.4.
¶ 134.

Hom. 1. in illud, Vide Dominum.

Serm. 7.

Homil.19. in Matth.

35. Moral. c.vlt.

¶ 135.

se (nescio quomodo) intentio humanæ laudis interserit, quod cum iam postmodum tandem discerno, inuenio me aliter agere, quod scio me aliter inchoasse. Si etenim sæpè intentionem nostram, dum ante Dei oculos rectè incipitur, occultè sibi subiuncta, & eam velut in itinere comprehendens, intentio humanæ laudis assequitur: sicut pro necessitate quidem cibus sumitur; sed in ipso esu, dum furtim gula surrepit, edendi delectatio permiscetur. Vnde plerumque contingit, vt refectionem corporis, quam salutis causa cepimus, causa voluptatis expleamus. Fatendum est igitur, quod rectam quidem intentionem nostram, quæ soli Deo placere appetit, nonnunquam intentio minus recta, quæ de donis Dei placere hominibus quærit, insidiando comitatur, &c. Et paulò inferius: Laceratione igitur vulnerum meorum non absconde; vt quisquis hæc legerit, apud districtum iudicem solatium mihi suæ orationis impendat, &c. Quibus concinunt, quæ Sanctus Augustinus annotauit, huiusmodi inanis gloriæ affectum, si non incipientes, proficientes tamen animos non cessare tentare, qui talis est, vt ipsemet S. Augustinus expendit, quod ex eo ipso quo expellitur, viam sibi ingrediendi facit. Nullos enim fortius aggreditur, quàm eos qui humanam gloriam, & fastum contempserunt, quos ex hoc ipso fortius pulsat ad laudis, & honoris proprij cupiditatē, quòd laudes, & honores mundi apertius calcare proposuerunt. Non tam appetitu laudis pulsatur ccr speciosissimi equitis ex splendore vestium, & mulieris nobilis ex cultu ornatuq; splendido; & mens hominis in dignitate excelsa constituti ex suæ maiestatis celsitudine q̄ cor monachi pauperrimi, pannosi, in angulo pauperrimi monasterij agentis, ex pannis, habitu laterato, & resarcito, ex nuditate pedum, paupertate cellulæ, & ex ipsiusmet fastus, & gloriæ mundanæ contemptu: de quibus infra: Ex his igitur liquidò quod proposuimus constat, hypocrisim omni tempore apud omnes nationes, omne hominum genus, omnem statum, esse communissimam vsitatissimamque, quæ aut bonum opus præuenit, aut comitatur, aut subsequitur, ad totam illius substantiam, & bonitatem consumendam, & destruendam. Insidiatur enim bonis operibus crudelius, quam quiuis latro, aut depredator acerrimus. Hic enim tantùm potest viatori insidiari antequā transeat, & in ipso transitu, nō tamen post transitum. Hæc autem (quam bonorum operum depræ datricem vocat D. Basilius) non tantùm antequā illa veniant, aut dū in transcursu, & exercitio sunt; sed & post transitum, & postquam perfecta sunt, rapit, & absumit; imò, vt inquit Chrysostomus, aliquando etiam illa quæ homo apud Deum repositerat conseruanda, consumit, & perdit, vt infra dicemus. Meritò itaque hoc tempore, quod singulariter operibus sanctis perficiendis est dicatum, hæc lectio Euangelica prima inducitur, in qua Christus illius malitiā breuissimis verbis expressit, quæ totius boni operis structuram, & sanctiam perdit. Propterea ad ipsius naturam, conditiones, & damna quæ infert explicanda, ex ipsismet Christi Domini verbis nos conuertamus.

De constit. monasticis c. 11. citat.

Hom. 1. in illud, Vidi Dominum.

3. de ciuit. c. 14.

Epist. 64. ad Aurel.

§. 6. *Inanis gloriæ appetitum solicitè fugiendum, docuerunt eleganter Basilius, & Chrysologus, elegantius autem Ieremias, & Paulus.*

Nolite fieri sicut hypocritæ tristes. Multam hoc præceptum, ait S. Chrysostomus, continet cautionem, & ineffabilem quandam Dei erga homines curam, id vtique prouidentis, ne alicuius operis sui mercedem homines amittant. Vbi Deus, Dominum mutauit in patrem (ait beatus Petrus Chrysologus) voluit charitate magis quam potestate regnare, & amari maluit quàm timeri: ideò Christus paterno nos prosequens affectu, nullatenus vult nostra nobis deperire: idcirco quomodo ea incorruptè seruare possemus, explicandum assumpsit. Venit ille, vt nos ad cœlestem patriam recto dirigeret tramite:

Hom. 19. in Matth. serm. 7.

Serm. 7.

& quoniam in hoc mari magno multi se offerunt scopuli, ad quos animæ nostræ nauis potest illidi, & submergi; eos quasi digito indicando monstrare voluit. Quoniam autem nihil magis opera nostra corrumpit, quam inanis gloria, & ad nullum scopulum ita nauis illisa perit, sicut opus bonum ad hypocrisim; hanc singulariter constituit fugiendam. Est enim inanis gloria vermis ille, qui omnem hederæ viriditatem breuissimo tempore corrodit, & penitus exiccat: est ventus irruens è regione deserti, domum mentis funditus euertens, & omnes animæ filios, id est, bona opera misero interitu obruens; est locusta illa, omnium fructuum, florum, immo, & foliorum deuoratrix. Optimè Diuus Basilius, Fugienda ait, cum primis inanis gloria est, quæ non ante labores, à laborum nos susceptione deterret (si quidem leuius hoc esset malum), sed ijs iam transactis, mercedis præmijs exuit, spoliat ve. Illa expugnatu difficilis, & callida salutis nostræ insidiatrix, illa vel in ipsius cœli conuexis insidiarum aduersum nos collocatrix, virtutes ramis in cœlum vsque licet expansis, ac porrectis adornatas, profligare, ac deturbare pertinacissimè contendit. Simulac enim illa pietatis mercatorem cuiusq; modi virtutum mercibus onerariam mentis nauem subsarcinasse, & complesse animaduertit; procella sua ocyus excitata, in eo omni conatu operam dat, vt illam euertat, atque aquis pessumdet. Illius enim qui ad regnum supernum, nauigationis suæ cursum instituerat, mente illa ad res humiles, gloriasque hominum contemplandas detorta, vniuersas repentino spiritu ex animo diuitias exsufflat, & subrutis virtutum fundamentis, proceritate sua ad cœlum vsque pertingentes labores deturbat, & terræ allidit. Ita Basilius; & paulò inferius eloquentissimè inanis gloriæ naturam describens: Fugiamus, inquit, inanem gloriam, *dulcem spiritualium operum expolitricem, iucundum animarum nostrarum hostem, tineam virtutum, blandissimam bonorum operum depradatricem, eandemque mellis illitu fraudis suæ veneni coloratricem, & mortiferi hominum mentibus poculi porrectricem, &c.* Singula expende epitheta appositissima. Est enim dulcis *spiritualium operum spoliatrix*, similis seductrici Dalidæ, quæ dulcissimis blanditijs Sampsonē omni sua fortitudine spoliauit; denudatumque suis hostibus tradidit illudēdū. *Iucundus animæ hostis.* Delectans enim animam, illam tanquam durus hostis expugnat, & tanto maiori impetu hostili inuadit, quantò magis delectat, & iucunditate afficit, & vt aptè dixit Cyprianus, dum extollit, emollit, & pungit, cùm vngit. *Tinea virtutum:* Sicut enim ex precioso rebus vestibus validior tinea oritur insensibiliter, illas lacerans, & corrodens; ita ex præstantioribus virtutibus illa procedit, easdem deuorās, & absumens. *Blandissima bonorum operum depradatrix*, suaui enim blandissimaque manu quasi demulcens, delectans, & alliciens, omnia animæ bona rapit, &c. Egregiè iidem D. Chrysostomus: O furiosam (inquit de inani gloria agens) perturbationem: quæ tinea corrodere non potest, nec fur violare, ea inanis gloria omninò dispergit. Hęc est enim tinea cœlestis thesauri, hic est fur, qui æterna regna furatur, qui immarcessibiles à nobis diuitias auferr, qui tanquā cōtagiosus morbus omnia corrumpit. Ita quoniam prospexit diabolus, tam latronibus, & tineis, quàm alijs machinis, inexpugnabile illud esse præsidiū, per inanem gloriam illud expugnat. Nihil itaque ab hoc inimico securum. Christus Dominus hortatus fuit, vt thesauros nostros in cœlo reconderemus, quò fur non appropinquat, & vbi tinea non demolitur. Nihilominus inanis gloria eò pertingit, & sæpè quę quis in cęlo per bonorum operum fructum thesaurizauerat, vnicus inanis gloriæ impetus perdit, consumit, & expugnat. Sed eloquentissimè D. Petrus Chrysologus. *Subtile est, inquit, est malum, secretum virus, venenum latens, virtutum sucus, tinea sanctitatis.* Subtile malum, imò vt Cyprianus dixit, subtilissimum, quod reconditoria cordis arcana, penetrat, & spiritualioribus mētibus insensibiliter se infundit. Nec enim supremus Angelus, cùm primò illa introire cępit, eam persensit, aut explicitè aduertit, vt Theologi expli-

Bonæ 4.

Iob 2.

Exod. 6. 5.

De conflit. Monastic. c. 11.

Iudic. 16.

Lib. de ieiunio, & tentation. Christi in principio.

¶ 137.

Hom. 72. in Matth.

Serm. 7.

Lib. de ieiunio cit.

explicant. *Virtutum fucus.* Sunt fuci, qui in aluearibus nati, fauos excellentissimè ab apibus compositos edunt, & deuorant: & si non statim ab apibus extinguantur, omnia consumunt. *Tinea sanctitatis.* Intra pomum insensibiliter generatur aliquando tinea, aut Vermis, qui dimittens externa intacta, & pulchra oculis spectantium, interna penitus corrodit, & in putredinem fœtidam conuertit. Hoc clarius explicat Chrysologus subdens: *Aduersa omnia nituntur viribus suis, armis suis pugnant, impugnant palam: vnde, & cauentur tam facilè quam videntur; hæc tamen crudeli arte virtutes truncat mucrone virtutum, ieiunii ieiunio perimit, oratione orationem euacuat, misericordiam miseratione prosternit.* Vide excellentem ponderationem, quam eisdem ferè verbis S. Cyprianus prosequitur. Res quæuis suis pugnat viribus contra sibi contrariam, & quantò vnius vires fuerint fortiores, tanto alterius robur magis lãguescit. Sed quis vnquam vidit, inimicum aliquê tanto maiores vires resumere: quanto ipsius inimicus potentior fuerit factus? Luxuria non sumit vires ex castitate, quæ potius quando castitas fuerit potentior redditur infirmior. Auaritia non roboratur ex liberalitate, imò quãto hæc robustior, tanto illa debilior. Infirmitas non sumit vires ex sanitate; sed potius quanto sanitas validior, tanto infirmitas impotentior. Inanis tamen gloria, & superbia, quanto virtutes fuerint potentiores, tanto magis acuitur, & potentiori impetu insurgit, & ad mensuram, qua virtutes augentur, illius etiam augetur vis, & impetus. Virtutes propterea truncat mucrone virtutum; nam ex earum excellentia vires resumit ad easdem obtruncãdas, & ieiunio ieiunium perimit, quia ex ipso vires sumit ad ipsummet perdendũ, &c. Castigat o carnis, inquit Cyprianus, spiritum inflat, & macies corporis extenuatum arrogantem impinguat: contemptus venerationem venatur, fames, & calamitas laudibus saturatur, mens hoc veneno imbuta in miserijs deliciatur, & occupata hac scabie in vlceribus gloriatur, religio fit superstitio, &c. In huius confirmationem obseruandum est, quod D. Augustinus de se ipso fatetur, quod tantò maiori impetu hunc inimicum contra se agẽtem sentiebat: quantò validius illum assumebat expugnandum. Aliquando enim quando validè contra hanc bestiã arma conuertebat, eius fraudes detegebat, vires eneruare procurabat, quãtum, & quomodo esset fugienda exponebat: quantò id potentius efficaciusque agebat, tantò validius cõtra se ipsum illam sentiebat caput erigere, & cor pulsare, quam audiebat quasi dicentem: O quam excellenter inanem gloriam, & superbiam expugnas: quã eleganter eius malitiam ostendis: quã efficaciter eam fugiendam demonstras, nullus erit, qui te audierit, qui non eam abijcere procuret, &c. Ex ipsa itaque eius expugnatione se ipsum acrius impugnari sentiebat, atque ex eo quod validè eam abijciendã demonstrabat, viam illi faciebat, & ostium aperiebat, vt ad se veniret, ad cordisque sui ostia pulsaret, & vehementer cum aduersario dimicans (inquit Augustinus) sæpè ab eo vulnera capio. Qualis esset bestia, quamque formidanda, quæ ad maiorem ictum, maiores contra inferentem, & percutientem vires resumeret, & quantò magis deiecta, tanto validius esset roborata? Rem propterea D. Petrus Chrysologus concludens, *Fratres*, inquit, *fugiendum est hoc virus, pestilentia cauenda, quæ de remedijs creat morbos, conficit de medicina languorem, sanctitatem vertit in crimen, placationem facit reatum, generat de propitiatione discrimen.* Congruè vocat hoc vitium, *virus, & pestilentiam*. Pestilentia liquidem omnia consumit, corrumpit, & perdit. Vnde Deus quando populum voluit penitus absumere, quia de eo desperauerunt, quod posset illos introducere in terrã repromissam, dixit *a*: *Feriam eos pestilentia, atque consumam, &c.* Talis est inanis gloriæ vitium, de quo S. Gregorius *b* illud intelligit, quod Deus per Ieremiam *c* dixit: *Oliuam vberem, pulchram fructiferã, speciosam vocauit Dominus, nomen tuum, ad vocem loquelæ grandis exarsit ignis in ea, & combusta sunt fruteta eius.* Mirum est, quod ad solius loquelæ vocem, talis ignis accẽdatur,

Lib. de ieiunio cit.

¶ 138. *Epist. 164. ad Aurelium Episcopum.*

a *Num. 14. 12.*

b *Hom. 22. in Ezech. post medium.*

c *Ier. 11. 16.*

datur, qui oliuam vberem, & pulchrã succendat omniaque fruteta comburet. Scriptura sacra ad indicandũ hominem multis operibus sanctitatis redundantem, oliuæ metaphora vti solet, quoniam hæc est, quæ inter arbores fructum abundantem ad lucem nutriẽdam aptum, ad vnctiones, & medicinas congruum, profert. Vnde Dauid
Ps. 51. 10. dixit: *Ego autem sicut oliua fructifera in domo Dei*. Non, inquit sicut malus, aut pyrus, aut pynus, aut buxus, sed sicut oliua fructifera. Hanc suauis, & blanda vox loquelæ succendit, & omnia eius fruteta consumit: quantumcumque enim quis sit pulcherrima oliua, fructibus bonorum operum vndique plenus, ad vocem loquelæ suauis, & blandæ, dum scilicet laudantium vocem auscultat, & suis laudibus delectatur: inanis gloriæ ignis omnia con-
¶ 139. sumit, & comburit. Leuissimus est aer pestilens, & infectus, blande fluit, & faciem dum sentitur, delectat: tamen omnia inficit, & perdit. *Grandis*, inquit, *exarsit ignis in ea*. Volens sanctus
Ioel. 2. 3. Prophera Ioel explicare quam grande malum Iudæis immineret ab exercitu Chaldæorum, qui venturus erat cõtra eos: *Ante faciem*, inquit, *eius ignis vorans, & post eum exurens flamma*, id est quauis ex parte comburet, & absumet: inde enim ignem vorantem, hinc flammam exurentem emittet. Quid inde fiet? *Quasi hortus voluptatis terra coram eo & post eum solitudo deserti: nec*
Genes. 13. 10. *est qui effugiat eum*. Videtur loqui metaphora sumpta *ab igne descendente in Pentapolim*. Erat terra illa prius *sicut Paradisus Dei*, omnium fructuum, florum, herbarumque abundantia plena: sed descendente igne in eam, vidit Abraham ipsam penitus consumptam,
Gen. 19. 28 & *in fauillam* redactam, & hoc factum fuisse *in momento*, dixit Ieremias. Horrenda certè vis talis ignis. Ita voluit
Thre. 4. 6. Propheta dicere, ante aduentum Chaldæorum Ierusalem floridam quidem fuisse ciuitatem, diuitijs, & cunctis bonis redundantem: sed illis aduenientibus, & ignem emittentibus, omnia fore absumenda, & ciuitas plena populo, relinquenda erat tanquam solitarium desertum, cuius omnia bona essent peritura, *nec est qui effugiat*, &c.

Et verè talis est inanis gloria, vndique ignem absumentem spirat: quasi hortus voluptatis terra coram ea, post eam solitudo deserti. Videbis pharisæum Luc. 18. quasi hortum voluptatis, fructu omniũ bonorum operum redundantem: sed ad huius ignis ardorem, relictus fuit quasi solitudo deserti, cuius bona opera in fauillam fuerunt redacta. Id quod clarius in ipso supremo Angelo videre licet, quem Deus tanquam Paradisum creauit, in quo omnes virtutum ac donorum arbores erant, vt per Ezechielem Deus ipse exposuit: sed *elea-* Ezechielis 28. 17. *natum*, inquit, *fuit cor tuum in decore tuo*: ignis inanis gloriæ exurgens, omnia in fauillam redegit, & supremum Angelum, in supremum dæmonem conuertit. Potestne dari pestilentia deterior, & potentior ad perdendum, & destruendum? Potestne dari virus ita inficiens, & perdens? Optimè insuper dicit Chrysologus, hoc vitium de remedijs creare morbos, & de medicina conficere languorem. Etenim remedia, & medicinæ ad morbos animę curandos sunt ieiunia, & mortificationis ac pœnitentiæ opera, vt supra diximus. Ex his animam potius languidam, & infirmiorem reddit, nam non solum per huiusmodi remedia infirmitates peccatorum, quæ extabant, non curantur: sed nouus languor, nouaque infirmitas oritur, vt videre licet in illis, quos Esaias refert, qui quantò ma- Esaiæ 38. gis ieiunabant, & se ipsos mortificabant, infirmiores coram Deo reddebantur, qui infecti inanis gloriæ affectu, non Dei, sed suam ipsorum gloriam intendebant, & quærebant. Idcirco Dominus aptè hoc tempore, cum ad curandas animas per ieiunia, & opera sancta processuri sumus, clamat, & admonet: *Nolite fieri sicut hypocritæ, &c.* Quasi dicat: Fugite vitium, quod omnia bona consumit, & perdit; attendite, ne ex medicina nouus languor, & de remedijs grandis oriatur morbus. Hocque est quod Apostolus dicere voluit ad Philippenses scribens: *Hoc* ad Phi. 1. 9 *oro, vt charitas vestra magis ac magis abundet, in scientia, & in omni sensu, vt probetis potiora, vt sitis sinceri, & sine offensa in diem Christi, repleti fructu iustitiæ per Iesum Christum, in gloriam, &*

laudem

laudem Dei. Exoptat Apostolus, vt repleti sint fructu iustitiæ, id est, omnis virtutis, quam scriptura iustitiæ nomine sæpè solet explicare, vt Sanctus Ambrosius annotauit. Et id quidem, *in diem Christi*, id est, iudicij vel mortis, qui dies Christi dicitur, propter rationes alibi tradendas. Multi sunt qui fructum abundantem referunt iustitiæ, ieiunant, eleemosynas dant, orant, &c. sed non hunc fructum in diem Christi referunt: quoniam ab hominibus gloriam affectantes, iam *receperunt mercedem suam*. Miseri tales, & deplorandi. Hoc curandum, ita fructum ferre, vt integrum illum seruemus in diem Christi, recepturi ab illo bonorum operum præmium. Vt autem ita fiat, expoſcit Apostolus subdens: *Vt ſitis*, inquit, *ſinceri*, aut vt communiter multi legunt, *ſinceres*. Quid hoc est? Sinceres, inquit Anselmus, id est siue carie, aut verme corrodente. Qui namque nos cupit repletos fructu: ab arbore metaphoram sumpsit, in qua si caries, aut vermis nascatur, cor eius corrodit, & omnem perdit fructum: hocque curandum agricolæ, qui vult commodum reportare, procurare ne caries arborem inuadat, vt in diem quo fructus in emporium sunt deferendi, quo debitam pro illis mercedem recipiat, seruentur. Arbores sumus nos, quos posuit Christus in Ecclesia, vt fructum iustitiæ referamus, exhibendum coram eo maturum, & perfectum in diem mortis, vel iudicij: curandum propterea, esse sinceres, sine carie, aut verme corrodente, id est, sine propriæ gloriæ, & laudis affectu, qui non minus cor corrodit, & lacerat, ac bona opera perdit, quam caries, aut vermis, fructus arboris. *Hoc* propterea *oro*, inquit Apostolus, *vt charitas vestra magis ac magis abundet*, &c. Annotabamus paulò ante ex Chrysostomo difficile esse inuenire virtutem, per quam hoc vitium pellatur, & destruatur: cætera namque omnia vitia suas habent contrarias virtutes, quarum actibus expugnantur: hoc autem potius per eos excitatur, & acuitur. Orationem propterea Chrysostomus credit esse, per quam potentius possumus illi bellum indicere, nec enim odius remedium, quam ad Dei præsidium confugere, fauorem eius implorantes, ad hunc inimicum reuincendum. Optimè tamen Beatus Augustinus docuit, illi non melius quam per charitatem resisti. Est namque charitas virtus quædam Theologica, per quam Deum tanquam vltimum finem diligimus, ideoque per eam omnia quæ agimus in illum tanquam in vltimum finem ordinamus, & referimus. Est inanis gloriæ vitium quoddam generale, & commune ad omnes virtutũ actus se extendẽs, illos omnes inficiens, & interficiens, ex eo quod in nos ipsos, & gloriam nostram tanquam in finem refert: charitas similiter est virtus quædam generalis, & communis, vitificans omnes virtutum actus, ex eo quod illos in Deum, & ipsius gloriam, & laudem tanquam in finem vltimum ordinat, & dirigit, vt cum Diuus Thoma omnes Theologi docent. Vt ergo caries, aut vermis inanis gloriæ expellatur. *Oro vt charitas Dei magis ac magis abundet*. Non charitatem exiguam, aut tepidam expeto; sed abundantem, quæ dum primò opera quædam virtutum producit, secundò ad insurgentem vanæ laudis, & gloriæ appetitum expellendum, & euacuandum se accingat: quæ fructum bonorum operum proferat, & eundem à carie sanum custodiat. *Abundet in omni ſcientia, & in omni ſenſu*, id est, vt plenè cognoscatis, omnia quæ per Christi virtutem, & fauorem agitis, referre *in gloriam, & laudem Dei*. Nullum fructum seruabis in diem Christi, nisi quẽ charitas ab inanis gloriæ carie defenderit, illum ordinans in Dei gloriam, & laudem, ieiunia, orationes, eleemosynę ita agendæ, vt sint in solius Dei laudem, & gloriam; hocque contendendum, vt patri tuo videaris ieiunans, & pater tuus qui videt, reddet tibi.

Libro. 2. in Lucam.

In ca. 1. ad Philipp.

¶ 141. *Homil. 15. in imperfecto.*

Epiſt. 64. cit.

2. 2. q. 73.

§. 7.

§. 7. *Infœlix hypocrita, ipso suo triumpho, sicut Eleazarus occumbit; habet pennas similes herodio, cum sit Struthio, qui per victimas in profundum tendit, vt dixit Oseas.*

¶ 142. *Nolite fieri sicut hypocritæ.* Aptum consilium, & necessarium ijs qui sicut supra diximus, ad prælium agendum, & inimicis resistendum vocati sumus. Obseruat Beatus Gregor. ad hoc
19. Moral. cap. 17. 1. Mach. 7. institutum, quo modo accidit excellēti viro illi Eleazaro filio Saura, qui *acquirere sibi nomen æternum* concupiuit. Prouocati sunt filij Israel ab inimicis ad prælium, sed quod maiorem illis incutiebat timorem, erant territi illi Elephantes, de quibus alibi diximus. Detreuit Eleazarus illorum maiorem, & præcipuum deijcere, quem lorieis regis phaleratum vidit; *Visum est enim ei, quod in eo esset rex.* Id quod perfecit: currens enim audacter in medio legionis, & sub Elephante se constituens, gladio, aut pugione ventri eius infixo, occidit eū.
1. Offic. c. 40. Sed sub ipso quem extinxit ipse & ferit occubuit; & vt dixit Ambrosius, suo remansit triumpho sepultus. Mirandum sanè factum. Ad prælium excitari fumus contra dæmones, & vitia, vt sæpè dictum est. Crudelius bellum illud est, quod carnis nostræ Elephantus nobiscum agit; hanc propterea bestiam primò deijciendam assumere debemus, ieiunij gladio, vētrem lacerantes, & percutientes. Miseri tamen hypocritæ, quos suamet Victoria opprimit, & extinguit, & sub ipso hosto, quem interimunt, cadunt. Per ieiunium siquidem, & cætera mortificationis opera carnem comprimunt, eius concupiscentiam, & lasciuiam eneruant, & eam mortificatam tenent: *Exterminant enim facies suas*, & carnem ipsam quasi conficiunt, sed hoc ipso suo triumpho, quem de carnis concupiscentijs, & ardoribus reportant, occumbunt, & cadunt, dum de illo gloriam requirunt humanam, & omnia faciunt, vt videantur ab hominibus. *Nolite*, inquit, *fieri sicut hypocritæ tristes.* Quid illi faciunt? *Exterminant facies suas.* Hoc primò expendendum est. Exterminant, demoliuntur, & conficiunt facies, vt supra dicebamus. Vide, inquit Chrysostomus, hypocritarum miserandam infœlicitatem: laborant, torquentur, se ipsos fame cruciant, mortificationibus conficiunt, sine aliquo fructu, immo cum grandi eorum detrimento. Inter admiranda naturæ opera, quæ Deus Beato Iob proposuit, fuerunt, quæ de
Hom. 2. in Ioan. Struthione longa exposuit verborum serie. Illum asserit singulari stoliditate, & stultitia affectum *a*: *Priuauit eum Deus sapientia, nec dedit illi intelligentiam.* Symbolum fuit Struthio stultitiæ, & stoliditatis, vt Pierius *b* annotauit, dixeratque Philippus Diaconus *c*, expendens illud, quod idem Iob prædixit *d*: *Socius fui Struthionum*, ostendens Struthionem, auem esse stultissimam. Quod vel ex eo statim conijci potest, quia cum omnibus auibus maior sit, ipsi camelo æqualis (vnde Struthio camelus communiter vocatur, vt dixit Diodorus Siculus *e*,) & altitudinem equitis equo insidentis excedens, vt dixit Plinius *f*, caput habet paruum ad modum anatis. Et certum est, paruitatem capitis stoliditatem, & insipientiam apud Physiognomicos indicare. Quid habet Struthio? *Penna Struthionis*, inquit Deus ad Iob, *similes sunt pennis, & herodij, & accipitris.* In hebræo habentur nomina, quæ variè ab hebraizantibus transferuntur, rectè tamen Vulgatus herodium, & accipitrem posuit, quomodo Sancti patres legunt. Voluit enim Deus eas aues exprimere, quæ in sublime, pernici volatu feruntur, vt naturam Struthionis declaret: hæ autem sunt herodius, & accipiter, quas notum est, inquit Gregorius, cæteras omnes volatus sui velocitate transcendere. Struthio pennas habet similes pennis herodij, & accipitris, subtiles magnas, latas; sed diuersus est ab illis. Nam cum accipiter, & herodius per pennas quas habent sublimia petant, & cœlum ipsum videantur cōtingere: Struthio nequaquā vel per latum vsquē à terra se eleuat. Vnde medium quid dicitur à Diodoro *g* inter aues, & bestias, Habet enim alas sicut aues; sed à terra nō eleuatur, sicut
a Iob 39. 17.
b Lib. 25.
c In ca. 30. Iob.
d Iob 30. 29.
e Lib. 3. rerū antiquarum.
f Li. 10. c. 1.
Iob 39. 13.
¶ 143.
21. Moral. cap. 5.
g Li. 3. cit.

bestiæ:

beſtiæ: Ideoque credo ſtruthiones ab eodem Diodoro *h*, & Strabone *i* vocatos, aues ceruinas, quod etſi alas habeant ſicut aues, ſed per terram currunt ſicut cerui: curſu enim velociſſimo feruntur, vt Ælianus *k*, Plinius *l*, & Xenophon *m* dixerunt. Alis itaque vtitur ſtruthio, non ad volandum, ſed ad currendum. Propter quod Deus dixit *n*, quod aliquando *in altum alas erigit, & deridet equum, & aſcenſorem eius*. Velocius enim alis erectis currit, quam velociſſimus equus. Secundò habet hoc ſtruthio, quod *o derelinquit oua ſua in terra, obliuiſcitur, quod pes conculcet ea, aut beſtia agri conterat*. Fœcundiſſimus eſt inter aues ſtruthio, adeò vt pluſquam octoginta oua ex ſe ſe pariat, ſicut dixit Ælianus *p*, nullum tamē eorum protegit, aut fouet, inquit D. Iſidorus *q*, ſed in arena, aut puluere omnia relinquit, non attendens neque curans, quod viatorum pedibus, aut beſtiarum inceſſu conculcentur, & diſſipentur. Mirandum ſanè quod oua, quæ cum magno peperit dolore, omni cura deſtituta relinquat. Nec tantum erga oua iſtam habet incuriam, ſed etiam erga pullos iam ex ouis productos: *Duratur adſilios ſuos, quaſi non ſint ſui, fruſtra laborauit nullo timore cogente*. Pagninus, *Crudelis fuit pullis ſuis, ac ſi non eſſent ſui*. Regia, *Duriter tractat filios ſuos, non ſibi*. Hoc vt intelligatur obſeruandum eſt, in ſcriptura duo de ſtruthione dici, quæ contraria videntur. Primum, quod pullos ſuos ſummo amore diligit. Ita Deus apud Michæam indicauit *r*, & Gylius ex Ælian o *ſ*, alijſque authoribus comprobauit: vt alibi tradidimus. Secundum, quod circa filios ſuos eſt omnibus animabus crudelior, quos non fouet, nec paſcit: cui alludere voluit Ieremias dicens: *Filia populi mei, crudelis quaſi ſtruthio in deſerto*. Hinc Philippus diaconus illud, quod Iob dixerat, explicauit: *Socius fui ſtruthionum*. In Hebræo: *Socius filiabus ſtruthionis*. Sicut enim filij ſtruthionis à parentibus relinquuntur, abſque eo quod aliquam eorum paſcendorum curam habeant: ita ab hominibus relictus ſum, vt nullus mei vel leuem habeat curam. Vtiſque autem verum eſt: nullum ſiquidem animal ita filiorum viſu delectatur, ſicut ſtruthio, & nullum eſt, quod minus curet eos alere, ſeruare, & defendere. Vnde ſubdidit Deus: *Fruſtra laborauit, nullo timore cogente*. Pagninus, & Regia: *In vanum labor eius, abſq; pauore*. Loquitur de labore, quem ſuſtinuit ſtruthio in partu. Naturæ author (vt benè doctus Pineda annotauit) parentibus in partu, & educatione filiorum laborem immiſcuit, & dolorem, vt ille amorem erga filios augeret. Quæ enim cum labore acquirimus, amplius diligimus, & quo maiori labore proles ſtetit, eo plus à parente diligitur. Vnde aiunt, plus à matribus, quàm à patribus prolem diligi, quæ maioribus matris doloribus editur: & ab vtroque parente filios primogenitos magis amari, quod prima procreatio vtrique parenti laborioſior exiſtat. Vnde Iacob alloquens primogenitum ſuum Ruben: *Tu*, inquit, *principium doloris mei*. Hic amor, quem in parētum viſceribus naturæ author indidit, duos affectus excitat in eis: vnum audaciæ, & fortitudinis, ideoque animalia, & aues timidiſſimas, facit audaciſſimas, alterum timoris, & anxiæ ſolicitudinis; ideoque animalia fortiſſima, reddit timida, vt illo timore ſolicita ſint, & anxia ad ſeruandos fœtus. Ita Plutarchus annotauit: imò, & Spiritus ſanctus dixit, loquens de parente diligente filios: *Pro animabus filiorum colligabit vulnera ſua*, id eſt, erit audax, vt vulnera non timeat pro eorum defenſione, *& ſuper omnem vocem turbabuntur viſcera eius*. Quicquid enim audit, ſtatim ſolicitum reddit vt de filijs defendendis cogites. Struthio autem, nullo timore ſolicitus, aut anxius redditur ad filios ſeruandos, nec illorum timet amiſſionem: omnis propterea eius labor, quem ſuſtinuit pariendo oua, inanis eſt, & fruſtraneus. Pullorum ſuorum amiſſionem non timet, inquit Nicetas, & ita omnem operam ſine dolore perdit. Quis credat Deum tam latè, & ex profeſſo hæc tractare voluiſſe, vt ſolummodo ſtruthionis exponeret ſtultitiam, & naturam? Si de bobus, quando de eis loquutus fuit non curabat, vt dixit Apoſtolus, ſed quæ ab hominibus requirerer,

indicare

h Lib. 4.
i Lib. 16.
k Lib. 14. 20.
l Lib. 10. cap. 1.
m Li. 1. de Cyri expedit.
n Iob 39. 18
o Iob 39. 14. 15.
p Lib. 14. c. 19. 20. & 21.
q Lib. 12. cap. 7.
Iob 39. 16. Pagninus. Regia.
r Mich. 1.
ſ Lib. 14. c. 21.
Thren. 4. 3
Iob 3. 39.
¶ 2 4.

Iob 39. 16. Pagninus. Regia. in Iob. 39.
Geneſ. 49.
Lib. de amore prolis
Eccl. 30. 7.
1. Cor. 9. 9.

indicare per boues contendebat: credisne totam eius curam de ſtruthione fuiſſe, cum de ſtruthione locutus fuit? Multæ quidem eius ſententiæ, inquit
21. Moral. cap. 1 D. Gregorius, tanta allegoriarum conceptione ſunt grauidæ, vt quiſquis eas ad ſolam hiſtoriam tenere nititur, earum notitia per ſuam incuriam priuetur. Oportere propterea nos ſimiles ſancto Iacob eſſe debere admonet, qui virgas populeas, virides amygdalinas, & ex platanis, partim decorticauit, oculiſque ouium, cortice detracto expoſuit, vt congruos ſibi proficuoſque fœtus conciperent, & ederent
Geneſ. 31. Hincque in eam ſententiam adducor, quem ſæpè inculco, multa admiranda opera naturæ à Deo producta fuiſſe, vt ex eis mentem iuuaret, ad opera myſteriorum gratiæ intelligenda. Iuſtum eſt enim, vt natura gratiæ deſeruiat. Cenſet itaque idem Gregorius,
¶ 145. 31. Moral. cap. 5. Deum hoc in loco hypocritam deſcribendum ex profeſſo aſſumpſiſſe, illius ſtultitiam, & ſtoliditatem exponentem, vt inde nos ſapientes efficiat. Id quod ex nomine, quo ſtruthionem vocat, apertè ſatis mihi colligere videor. Decem vicibus in ſcriptura ſtruthio nominatur, & nouem ex illis in
Leuit. 11. 16. Deut. 14. 15. & Iob. 30. 29. Iſai. 13. 21 & 34. 13. & 43. 20. Ierem. 50. 39. Thren. 4. 3. Mich. 1. 8. hebræo vocatur *laghenah*, & tamen nunc vocatur à Deo *Renanim*, quod nomen eſt numeri pluralis, tantummodo hoc in loco in tota ſcriptura ſacra poſitum, quod propterea dubium eſt, quid ſignificet. Dicitur enim à radice *Ranan*, quæ ſignificat lætari, gloriari, ouare, vt transferre poſſis, lætantes, ouationibus, & vocibus laudum intendentes, vnde hebraizantes transferunt, *Pauonem*, quo Deus dicere voluit, ſe illi contuliſſe pennas tam pulchras, & formoſas, vt inde ille glorietur, & ouationes ac laudes expectare videatur; de quo Plinius ait,
Lib. 10. c. 20. quod gemmantes cum laudatur, expandit colores, aduerſo maximè ſole, quia ſic fulgentius radiant, quos ſpectari gaudet. Ita Pagninus tranſtulit: *Alis pauo exultat*. Thargum intelligit *gallum ſylueſtrem*, qui etiam inſtar triumphātis erecta criſta exultat,
Pagninus. Thargum. Regius. ouatque. Regius, *lætantes* transfert, ſed excellenter Vulgatus ſtruthionem expreſſit, in quem manifeſtè quę Deus dixit conueniunt; qui, quoniam non tam illum deſcribere curabat, quam hypocritam, quem oculis noſtris volebat exprimere: non illum conſueto nomine *laghenah*, ſed appoſitiſsimo, *Renanim*, in plurali vocare voluit, quo indicaret, totam illius mentem, & curam poſitam in ouatione, laude populi, ac hominum acclamatione, de quibus Chriſtus dixit, quod *omnia faciunt vt videantur ad hominibus; & exterminant facies ſuas*: ſeqsieiunjs conficiunt, *vt appareant hominibus ieiunantes*. Vide igitur quam excellenter eos deſcribat: *Pennæ ſtruthionis ſimiles ſunt pennis herodij, & accipitris*. Herodij, & accipitris nomine, viros ſanctos intelligit, qui in ſublime ſe eleuant, nubes tranſcendunt, & ſuo volatu cœlos ipſos contingunt: qui corpore in terra poſiti, cogitatione, & auiditate æterna patria conuerſantes: ex quorum perſona dixit Apoſtolus: *Noſtra conuerſatio in cœlis eſt*. Pennæ, per quas diſponuntur ad volandum, & ſe eleuandum, ſunt mortificationis opera, ieiunia, vigiliæ, diſciplinæ, quibus carnem extenuant, vt mens eleuari poſſit. Ideoque per Eſaiam Deus munimenta ſaxorum, vocauit ſublimitatem iuſti. *Munimenta*, inquit, *ſaxorum ſublimitas eius*. Opera ſiquidem mortificationi, & pœnitentiæ ſunt, quibus ſe muniunt contra inimicos, & quibus præparāt ſe, vt ad ſublimia eorum animus feratur; tantoque ſunt habiliores ad petendum ſublimia: quanto malorum horum ſaxorum congeriem coplarint; vt ſupra expoſitum fuit. Similes pennas habent ſtruthiones, hypocritæ inquam: & tamen nullatenus à terra eleuantur. Ieiunant, mortificant carnem, conficiunt ſe ipſos ieiunijs, vigilijs, & abſtinentijs, orationibus inſiſtūt, eleemoſynas largiuntur: ſed nullatenus terram tranſcendunt, aut ab illa eleuantur: quia huiuſmodi pennas, non ad volandum producunt; ſed vt hominum, qui in terra commorantur oculis videndæ conſpiciendaq; exponant. Miſeri illi, qui laborant, & opera pœnitētiæ, mortificationis, & cœterarum virtutum agunt, ſimilia operibus iuſtorū: & tamen cum per ea iſti cœlum attingāt, &
Ad Phil. 3. 20.
Eſa. 33. 16
con-

consequantur, illi terram nō deserunt, nihil consequuntur cœlestes; sed in profundum potius se ipsos demittunt. Ex quibus D. Gregor. illud explicat, quòd ¶ 146. *Lib. 5. in c. 14. 1. Regū* à Deo per Oseam dictum fuit ad sacerdotes: *Victimas declinastis in profundum.* *Osee 5. 2.* Obscura multis hæc sententia videtur; sed quam intelliges, si obserues, Deum sacerdotes arguere, quòd omnia quæ in bonum erant constituta, illi in malum detorquerent; & quæ ad profectum esse debebant, conuertebant in perniciem. Inter ea, quibus ad Deum placandum, mente & animo tendere debebant, erant sacrificia, & victimæ, quæ ad hoc ab ipso exigebantur, vt dicemus. Illi autem nō solum per ea, non ad Deum, sed ad profundum potius declinabant. שחטשחתה *Victimas*, inquit, *declinastis in profundum*. In Hebræo vox *Sahhatah*, à verbo *Satah*, quod est iugulare aut mactare, quasi dicas: iugulationes vestras, aut mactationes. Hæc eorum miseranda infœlicitas, quod per victimas iugulando, mactandoque animalia, quæ sacrificabant, in profundum *Pagninus.* declinabant. Pagninus: *Declinantes à* *Regia.* *via recta in profundum*: Regia: *Declinantes profundauerunt*, id est, in profundum demiserunt. Per sacrificia, & mactationes, quibus sancti viri ad cœlum volabant, illi ad profundum tendebant, qui non in cœlum ad Dei gloriam opera dirigebant: sed ad suam ipsorum laudem conuertebant. Hæc hypocritarum grandis stultitia, quod mactationem, & iugulationem carnis, per quam iusti cœlestia petunt; tendunt in profundum. Quod in profundum feratur peccator per grandia peccatorum opera, & graue pondus iniquitatis, non mirum, sed quod per opera sancta, quæ pennæ sunt, quibus ad cœlum sancti volant, in profundum tendant, hoc mirandum est. Quod in infernum tēdat Cain a *Gen. 4.* per inuidiam, & fratricidium *a*, & Giezi per simoniam *b*, & Balaam per auaritiam *c*, & Zambri per impudicam, & d *Num. 25.* inuerecundiam fornicationem *d*, &c. non mirum: sed quod per ieiunia, orationes, eleemosynas in tartarum tendat homo, hoc grandi compassione est dignum. Simili ratione possumus expendere illa eiusdem prophetæ verba: *Osee 8. 11.* *Multiplicauit Ephraim altaria ad peccandum: facta sunt aræ ei in delictum.* Quod lupanaria sint in delictum luxuriæ, nundinæ in delictum auaritiæ, ciuitates in delicta totius generis, non mirum: sed quod aræ, & altaria sint in delictum, & perditionem; hoc mirandum, miserandumque est. Si videres duos agricolas æqualiter laborantes, eiusdem generis semina iacientes, easdem expensas facientes; quorum vnus abundantissimos fructus colligeret, alter vero nollet nisi spinas, & tribulos reportare: quid de isto diceres? Si duos aspiceres in aurifodinis laborantes, æqualiter desudantes, & simili lassitudine se conficientes; quorum vnus aureos lateres extraheret, alter verò cùm similes posset, nollet nisi vermes fœtidos ex eodem labore reportare: quantum miseriæ istius compatereris? Ex eodem labore? Ex eodem sudore? Per easdem victimas, & iugulationes, per quas iusti æternum gloriæ pondus reportant, & tanquam herodij, & accipitres ad cœlum aduolant; hypocrita non nisi spinas, vermes, & æternam confusionem reportaturus est. Grandis eius stultitia. Quis explicare valeat, quàm grandis futura sit in extremo iudicio hypocritarum confusio, quādo videbunt sanctos ineffabili gloria donari propter misericordiæ opera, quæ egerunt, & propter mortificationis, & pœnitentiæ actus, quos exercuerūt; se autem ipsos, qui similia perfecerunt opera, videbunt, non solum non propter illa præmio affici, sed horribili verecundissimæq; confusioni tradi? Id quod, vt idem D. Gregorius annotat, eleganter dixit Sophar Naamathites: *Gaudium hypocritæ ad instar puncti.* Id est ad momentum. Tantum enim durat vitæ præsentis tempore, quod totum momento est simile. *Si ascenderint vsque ad cœlum superbia eius, & caput eius nubis tetigerit, quasi sterquilinium in fine perdetur, & qui eum viderant dicent: Vbi est, &c. Et manu illius reddent ei dolorem suum.* Superbia hypocritæ, inquit Diuus Gregorius, vsque ad cœlū ascendere dicitur, quando eius elatio cœlestem vitam agere videtur: cuius etiam caput quasi nubes tangit, quando principalis pars, videlicet intellectus illius, sanctorum præceden-

¶ 147. *15. Moral. c. 3. & 4. Iob 20. 5. 6. 7. 10.*

dentiũ coæquari meritis creditur. Sunt multi qui iudicantur habere ieiunium Pauli, vigilias Petri, eleemoſynas Abrahæ, &c. ſed in fine, inquit, quaſi ſterquilinium perdetur, id eſt, erit execrabilis tanquam ſterquilinium fœtidum, immũdum, & abominabile, & qui eum in mundo viderant, dicent: vbi eſt? Per contemptum ſanc, & admirationem D. Chryſoſtomus illud quod Deus dixit: *Adam vbi es?* expendit, quaſi voluerit Deus mentem eius conuertere ad miſeriam conſpiciendam, ad quam deuenerat, & in quam ex grandi fœlicitate fuerat deiectus. Ita ſancti in extremo iudicio ad hypocritam dicent: Vbi es? In quam miſeriam es deductus? qui ieiunabas, orabas, eleemoſynas faciebas; vbi es? Per hæc opera, ecce vbi nos ſumus perducti, & tu per eadem, vbi es? vbi eſt ieiunium? vbi abſtinentia? vbi elemoſinæ? Tunc *manus eius reddent ei dolorem ſuum.* Quid per manus, inquit Gregorius, niſi opera deſignantur? Manus, inquit Nicetas, actiones ſunt: ſunt etenim illæ, inſtrumenta agendi. Sicut iuſto tunc manus ſuæ reddẽt gaudium, delectationem, & gloriam, illudque adimpletum erit, *Dicite iuſto, quoniam bene, quoniam fructum manuũ ſuarum comedet*: ita manus hypocritæ, *reddent dolorem ſuum*, id eſt, quem ipſemet manibus ſuis ſibi procurauit, & debitum fecit. Et ſi quæras: Quæ illius manus? quæ opera? Nonne ieiunia, orationes, eleemoſynæ? Nonne huiuſmodi manus reddent iuſtis ineffabile præmium? Ita quidem: ſed iſti fuerunt veri herodij, & accipitres, qui per pennas talium operum, in ſublime euolarunt, omnia quæ egerunt in Dei gloriam referentes; ille tamen fuit ſtruthio, ſublimibus quidem pennis ornatus; ſed per quas non terrena tranſcendit, qui omnia quæ agebat, propter terrenam gloriam operabatur.

Serm. contra Iudæos & gentil. de nuptijs 10m 3.

Eſa. 3. 10.

§. 8. *Struthionis ſtoliditatem tenet hypocrita, quæ cum dolore peperit relinquens tranſeuntibus conculcanda: ſapiens mulier filium ad Dei thronum miſit.*

IN eo autem præcipuè ſtoliditas, & ſtultitia ſtruthionis oſtenditur quod oua ſua, quæ cum dolore, & labore edidit, quamuis ex vna parte pluſquã aliæ aues æſtimare videatur, ex alia nihil penitus curat; quæ ſinit in terra, aut in puluere, vt conculcentur à tranſeuntibus, & pereant. *Priuauit*, inquit, *eum Deus ſapientia, nec dedit illi intelligentiam.* Quibus verbis indicat Deus, ſe non tam de ſtruthione loqui, quam de hypocrita, quem illius typo voluit adumbrare. Expende enim cum D. Gregorio, verbum *Priuauit*, quo vulgatus vtitur. Ille namque priuari aliqua re dicitur, qui eius eſt capax, & aptus eſt eam habere. Eſt enim priuatio, negatio formæ in ſubiecto apto ad eam. Ideoque ſicut propriè loquendo Deus non dicitur priuare lapidem viſu, quia aptus non eſt lapis ad viſum recipiendum: ita nec ſtruthionem propriè loquendo ſapientia, & intelligentia priuauit, ad quam recipiendam aptitudinem non habet. Nihilominus aptè dictum eſt: *Priuauit eum*, vt intelligat, quod ſupra annotabamus, non tam de ſtruthione ipſo, quam de hypocrita, quem deſcribere volebat, locutum, cui Deus exigentibus illius demeritis, lucem ſapientiæ quam habere poterat, non contulit. Hæc itaque eſt ſtruthionis, ſtultitia ac ſtoliditas, fœtus ſuos quos cum dolore, & labore peperit, relinquere in puluere conculcandos, & conſumendos tranſeuntium pedibus. Omnia animalia, vt paulo ante dicebamus, fœtus ſuos nituntur ſeruare, ideoque quantum fieri poteſt, quærunt loca ſecura, vbi oua reponant, & filios conſtituant. Paſſeres quærunt loca eminentia, aquilæ inacceſſas rupes, vulpes foueas abſconditas, lepores, & mures abdita receptacula, ſolus ſtruthio relinquit omnibus tranſeuntibus expoſita oua, conculcanda, & proterenda.

¶ 148.

Iob 39. 17.

Lib. 31. Moral. cat. c. 11.

Vide

Vide si possit viuacioribus coloribus hypocrita depingi, cui hoc proprium est, quod bona opera, quæ tanquam fœtus animæ parit, ex vna quidem videtur summoperè diligere, & maximè æstimare, quæ ab omnibus laudari, & æstimari concupiscit, cupiens mihi suorum operum oculos spectatorũ fugere, vehementer sibi in illis complaceus, adeò vt iusti nunquam tantã habeant de suis operibus æstimationem, quãtam huiusmodi struthiones aut hypocritæ, qui laudanda volunt opera sua: ex alia tamen parte tales fœtus nihil æstimare comprobatur, quos non in abditis aut securis locis curat collocare, quæ potius in publico constituit, omnibus videnda; imò potius conculcanda, & perdenda. *Exterminant faciem suam, vt videantur ab hominibus.* Hæc illius crudelitas, non curare seruare seruare partus suos, nec aliqua solicitudine angi ad eos custodiendos; nec aliquo dolore affici, cùm eos conculcari videt. His concinunt, quæ sanctus Propheta Oseas, deplorans stultitiam Ephraim, dixit, vt Hieron. exposuit: *Factus est Ephraim quasi columba* Oseæ 7. 11. *seducta non habens cor.* In Hebræo pro *Seducta* est nomen *Potah*, quod significat stultam, insidientem, stolidam, vecordem: quod clarè Vulgatus expressit, subdens: *Non habens cor*, non curans, non attendens, non dolens. Annotat Hieronymus, meritò inter omnes aues columbam vocari stultam, & fine corde; nam plures fœtus, quam aliæ aues emittit, quolibet siquidem mense pullificat: sed illa est, quæ eos minori cura custodit, & defendit. Omnes aues custodiunt, & defendunt pullos, quos cum labore extraxerunt; gallina namque quamuis tam imbecilla sit, vt pusillanimitatis fuerit symbolũ; rostro tamẽ, vnguibus, & alis pro pullis suis defendendis, se opponit miluo, cæterisque rapacibus auibus, quasi leonis fortitudinem induens. Passerculus anxia custodia pullos custodit, circumuolans, & pipens, quando ab aliquo videt eos capi. Omnes denique aues curant in tuto nidos suos locare, & in locis inaccessibilibus: sola colũba non curat custodire oua, aut pullos suos; nec enim si auferri eos videat, defendit illos, aut tristitiæ vel anxietatis ostendit signum, vt videatur non habere eor, per quod aliquo affectu erga pullos excitetur; imò tunc lætari videtur, quæ editos pullos raptos videns, ad alios edendos statim se conuertit, quasi ad hoc tantùm eos extrahat, vt rapiantur, & absumantur. Excellenter hoc typo voluit Deus deplorare infœlicem miseriam, & grandem stultitiam hypocritarum, & eorum qui humanas laudes appetunt, quibus nomen Ephraim, & figura columbæ aptè conuenit. Ephraim enim significat *Frugiferum*, & inter omnes aues columba magis frugifera est, vt diximus. Hypocritis namque est commune, multis bonis operibus abundare, ieiunant, orant, eleemosynas faciunt, sicut ille qui dicebat: *Ieiuno bis in Sabbatho, & decimas do, &c.* Stulti sunt tamen, & stolidi: quia cùm omnes eorum pulli absumantur, & rapiantur ab inani gloria, id non sentiunt, nec curant, imò tunc lætiores esse videntur, quando spectatorum oculi fœtus suos rapiunt, & ad alios edẽdos, similiterque rapiẽdos, se statim conuertunt. Expẽde quæ S. Esdras, ieiunijs, & orationibus vacans enarrat. Orationi erat ille intentus, & respexi, inquit, oculis meis, & vidi mulierem in dextera parte; & ecce hæc lugebat, & plorabat cum voce magna, & animo dolebat valde, & vestimenta eius discissa, & cinis super caput eius. Et dimisi cogitatus, in quibus eram cogitans, & conuersus sum ad eam, & dixi eis: Vt quid fles, & doles animo? Et dixit ad me: Dimitte me Domine meus, vt defleam, & adijciam dolorẽ; quoniam valde amaro sum animo, & humiliata sum valde. Et dixi ei: Quid passa es? dic mihi Et dixit ad me: Sterilis ego fui famula tua, & non peperi habens maritum annis triginta. Ego enim per singulas horas, & per singulos dies, & annos hos triginta, deprecor altissimum die, ac nocte. Et factum est post triginta annos, exaudiuit me Deus ancillã tuam, & vidit humilitatem meam, & attendit tribulationi meæ, & dedit mihi filium, & iucundata sum super eum valde, ego, & vir meus: & nutriui eum cum labore multo, Et factum est cũ creuisset, & veniisset accipere

In c. 7. Oseæ.

¶ 149.

Luc. 18. 12

4. Esd. 9. & 10.

cipere vxorem, feci diem epuli, & factum, est cùm introisset filius meus in thalamo suo, cecidit, & mortuus est. Et euertimus omnes lumina, & surrexi nocte, & fugi, & veni sicut vides in hoc campo, & cogito iam non reuerti ciuitatem, sed hic consistere, & neque mãducare, neq; biberes sed sine intermissione lugere, & ieiunare, vsq; dum moriar, &c. Hæc quidem secundum quandam repræsentationem facta fuerunt, & ostensa sunt S. Esdræ; vt inde mysteria, quæ Deus intendebat, eidem ¶ 150. posset exponere. Sed hæc eadem, nobis iustam doloris ac grandis mœstitiæ causam repræsentant. Plorat illa mulier irremediabilibus lacrymis, quia filius quem Deo fauente, cùm doloribus fuit enixa, & cum doloribus nutriuit, ex cuius vita, totum illius gaudium, & consolatio pendebat, subitò extinctus fuit. Quidnam est opus bonum, nisi filius, quẽ anima nostra Spiritus S. fauore adiuta parit: Sterilis illa est ex se, cui dictum est *a*: *Perditio tua Israel, tãtummodo in me auxilium tuum*: & iterũ *b*: *Non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est*: & *c Ipse est qui dat velle, & perficere pro voluntate sua*: & *d In ipso viuimus, mouemur, & sumus, e sine quo nihil possumus facere*. Parit autem huiusmodi filiũ cum dolore, & angustijs cùm dolore. & afflictione perficit ieiunium, mortificationẽ, vigilias, eleemosynas, &c. De huiusmodi filijs potius quam de carnalibus dictum fuit, *In dolore paries filios*. Ex huiusmodi filio pendet omnis spes gaudij, & solatij illius; quia tale gaudium quiuis sperare põt, qualia fuerint eius opera, cum scriptum sit: *Tu reddes vnicuiquiuxta opera sua*. Idcircò grandi, summaque cura attendunt iusti, huiusmodi filios seruare. Quod si fortè per peccatum aliquando mortificari videãt, fletibus magnis eos prosequuntur, & irremediabilibus lacrymis deplorant. Vide quàm ingẽtes fletus S. Anselm. emittẽdos docet pro virginitate amissa, quam frequentes iugesq; lacrymas hortetur Hieron. pro castitate violata effundendas, &c. Solus hypocrita est, qui huiusmodi filios non curat: ieiunat, orat, carnem affligit, & atterit, faciem demolitur, facultates suas distribuit, &c. & tamen hæc omnia in terra relinquit cõculcanda, & proterenda, &c. Frustra propterea laborauit, ex eo quòd nullo timore cogente, aut vrgente, excitatur, aut inducitur ad opera sua in tuto reponenda: inanis fuit labor eius, vani sudores, & dolores, quos pariendo sustinuit.] Longè aliter fecit mulier illa admirabilis, quam Ioannes in cœlo vidit tanquam *Signum magnũ*: quia quæ nobis agenda sunt, significauit. Erat illa in cœlo residens, *Amicta Sole*, splẽdidissimaque luce refulgens. Cõceperat, & cùm tempus pariendi adueniisset, cruciabatur, doloribusque diris torquebatur, vt pareret. Statim autem *Draco magnus, & ruffus habens capita septẽ, & cornua decem, stetit ante mulierem quæ erat paritura, vt cùm peperisset, filium eius deuoraret. Peperit autem filium masculum, & raptus est filius eius ad Deum, & ad thronum eius, & mulier fugit in solitudinem*. Multa continet hæc visio annotatione digna, quę breuiter sunt percurrenda. Mulier hæc, primaria significatione Ecclesiam sanctam expressit, vt cõmuniter S. Patres docent, Methodius antiquus Doctor, & Martyr. *a*, (quem refert Andreas Cretẽsis *b*.) Gregor. *c*. Beda *d*, Rupertus *e* D. Thom. *f*, & alij: & proinde secundario sensu potest q̃uis fidelem, sanctamque animam designare, iuxta regulam Ticonij, quam D. Augustinus approbat, quod quæ de Ecclesia dicuntur, possunt ad aliqua eius membra applicari. Et meritò sub mulieris figura exprimitur anima, quam Deus sibi in Sponsam assumit, cui dixit per Prophetam *h*: *Desponsabo te mihi in fide*, de qua bonorum operũ filios generat, vt dicemus. Hæc in cœlo constituta videtur: nam iustus, & sanctus, etsi corpore in terra resideat, cogitatione tamen, & auditate in cœlo positus est, qui cum Apostolo dicere potest: *Nostra conuersatio in cœlis est*. Et verè idem Apostolus iam iustos in cœlo residentes considerabat, qui dicebat, Christum eos con resuscitasse, *Et consedere fecit se in cœlestibus*. De illis n. iustis, qui hanc vitam agunt ẽt locutum, demonstrant S. Crysost. & D. Th. Amicta erat Sole. i. intelligentia, & sapientia præstans, vt B. Greg. intelligit, non erat ex virgi-

¶ 151.

Apoc. 12.

a Ose. 13. 9
b 2. Cor. 3. 5.
c ad Phil. 2. 13.
d Act. 17. 28.
e Ioan. 15. 5.
Gen. 3. 16.
Psal. 61. 13
In meditationibus.
Ep. 22. ad Susannam Lapsam, tom. 9.

a *in Symposio.*
b *in Ca. 12 Apoc.*
c *3 4. Mor. cap 7.*
d *In ca. 12. Apoc.*
e *Lib. de victoria verbi Dei.*
f *In c. 12. Apoc.*
g *3 de doct. Christi, ca. 31 & seq.*
h *Ose. 2 19. ad Phil. 3. 20. Eph. 2. 6. in ep. ad Eph. 34. Moral. c. 6.*

virginibus fatuis, non ſtultitiam aut ſtoliditatem tenebat ſtruthionis. In cœlum euecta concepit. Sancti enim viri cùm mente in cœleſtia ſe extollunt cogitantes Dei maieſtatem, & quod dignum ac iuſtum eſt ei inſeruire, à quo innumera accepimus beneficia, conſiderantes itidem magnitudinem gloriæ repoſitam ijs, qui Deum diligunt, & ſtrenuè decertarint; proponunt in animo bona opera perficere. Huiuſmodi namque propoſitum, quædam eſt animæ conceptio. Hæc ſiquidem ſine dolore, & cruciatu fit: facile eſt enim cõmuneque ſatis, mente concipere propoſitum bene operandi: ſed partus non eſt ſine dolore, & torſionibus. Quis enim poteſt negare magnos dolores incutere diſciplinę ictus, ieiunij rigorem, vigilias grandes, remiſſionem offenſæ, longas eleemoſynarum largitiones? Hæc cauſa eſt, cur multi concipientes ſint, pauci autem parientes; reformidant namque quamplurimi dolores, & cruciatus partus, de quibus illud dici poteſt, quod ſanctus rex Ezechias dixerat: *Venerunt filij ad partum, & non erat virtus pariendi.* Quando mulier doloribus affecta virtutem pariendi remittit, de illa actum eſt, oportet enim magna vi, & infracto animo, dolores ſuperare, & ſuſtinere, ne mater, & filius ſimul pereant. Multi conceperunt bonum opus; ſed tempore partus dolorum formidine deficit pariendi virtus: mulier tamen ſancta in cœlo reſidens, non propter dolores, quos ſentiebat, à pariendo ſe continuit; ſed potius peperit filium maſculum, quo nomine, opus virile, ſanctum, & perfectum intelligendum docet Cyrill. Alexandrin. *a* docueratque ex profeſſo Origen. *b*, longo diſcurſu explicãs Pharaonis decretum, quo filias Iſraelitarũ viuificandas, maſculos occidendos obſtetricibus cõmiſit. Eo autem ipſo quod mulier grauida extitit, ſteterit cõtra eam draco rufus, procurans partum impedire; & cùm non poſſet, omnia ſua capita conuertit ad deuorandum filium ipſius. Draco iſte, diabolum exprimebat, qui hoc nomine in ſcriptura communi locutione vocatur, vt Tertullian. *c*, Hieronymus *d*, Auguſtin. *e*, & cæteri Patres docuerunt, & hoc in loco ipſe Ioãnes expreſſit, qui ſubdit, proiectum fuiſſe *Draconem aut ſerpentem antiquum, qui vocatur diabolus, & ſatanas.* Rufus autem dicitur, tum quia crudelis, tum quia inuidia, & odio contra homines eſt nimis ſuccenſus. Multa habens capita, mille ſcil. nocendi machinas, vt alibi expoſuimus. Hic eo ipſo quod videt, animam ſanctam concepiſſe propoſitum boni operis, ſeipſum accingit, vt partum impediat, multa ſuggerens, & repræſentans, quibus à cæpto propoſito iuſtum contineat, & reuocet. Cùm autem id non poteſt obtinere, nec impedire boni operis productionẽ, omnes ſuas machinas, & vires conuertit, vt filium natum deuoret, & deglutiat. Hoc facit; excitans inanis gloriæ affectum, & inſtigans, vt iuſtus nimis in ſuis operibus ſanctis ſibi complaceat, laudibuſque, & populi acclamationibus delectetur. Quamuis enim difficile valdè non ſit, gloriam per bona opera non quærere, difficillimũ tamen eſt, eam oblatam non placere, & nos non delectare cũ offertur, vt S. Auguſt. *f* & D. Gregor. *g* annotarunt. Similis eſt dæmonis aſtutia, ei qua Madianitæ, Amalechitæ *h*, cæteræque orientales barbaræ nationes cõtra populum Dei agebant: ſcientes enim ſine frugibus, & meſſe non poſſe vitam duci, procurabant primò impedire Iſraelitas, ne fererent; & cum id non poſſent obtinere: *Apud eos figebant tentoria, vt ſicut erat in herbis, cuncta vaſtarent.* Quid igitur agit mulier ſapientiæ luce ſplendidiſſima circundata? Num filium doloris dimittit deuorandũ? Num fœtum, quem cum grandi cruciatu enixa fuit, in puluere relinquet cõculcandum à beſtia? Nequaquam ſanè: ſed hoc ipſo quod peperit maſculum, ad Deum, & ad eius thronum magno impetu direxit, & deſtinauit: *Raptus, inquit, eſt filius eius ad Deum, & ad thronum eius, & mulier fugit in ſolitudinem.* Singula verba expende. Annota in primis, Ioannem vidiſſe thronũ Dei, in quo Deus ſedebat ſanctis circumdatus, cui dabãt gloriam, & honorem, & mittebant coronas ſuas ad illius pedes, & tam ipſi quam Angeli ſummo conſenſu cantabãt, eidem gloriam omnium bonorum referentes, & dicẽtes: *Dignus eſt agnus, qui occiſus eſt, accipere gloriam, & honorem,*

4. Reg. 19.

¶ 152.

a Lib. 4. de adoratione
b Hom. 2. in Exod. & ho. 1. in Numer.
c Lib. de habitu mulieris c. 6.
d in Pſ. 103
e in Pſ. 73.

f Ep. 64 ad Aurel
g 1. Moral. c. 38.
h Iud. 6. 3.

Apoc. 4. 7.

¶ 153.

Ap. 7. 12. rem, &c. Et, *Benedictio, & claritas, & sapientia, & gratiarum actio, honor, virtus & fortitudo Deo nostro*. Ad huiusmodi thronum direxit mulier filium, quem peperit, vt id ille ageret, quod illi qui throno assistebant, agebant, Dei scilic. gloriam & laudē decantare, & promouere, & ad eius pedes coronæ suæ gloriam demittere, dicens: *Omnia operanc-*
Isa. 26. 12. *stra operatus es in nobis Domine*: &, *Non*
Ps. 113. 1. *nobis Domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam*. Obserua secundò illud: *Raptus est*, quod significat virtutem potentem diuinam, per quam filius ad Deum ipsum fuit destinatus, vt verius dicatur à cœlo raptus, quàm à muliere directus: grandis enim potentissimaque virtus necessaria est & singularis Dei fauor: vt per illum possit anima perfectè opus bonum in Deum ex charitate destinare. Significat itidem celeritatem, qua filius ad Dei thronū fuit directus, vt periculum præsentissimū euaderet, quasi allusione facta ad id, quod S. Patres, Cyprianus *a*, Ambrosius *b*, Augustinus *c*, Prosper *d*, & Fulgentius *e*, de iusto in magno pereundi periculo constituto dictum intelligunt *f*: *Raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam illius: fascinatio enim nugacitatis obscurat bona*. Sicuti datur fascinatio, quæ filios recenter natos perimit: ita datur fascinatio, quæ opera bona, quæ animæ sunt spirituales filij, absumit: *Arrebatolo, porque no lo tomassen de oje*, de quibus inferius latè. Raptus ergo dicitur filius ad Deum, ad indicandam celeritatem, qua opus bonum est in Deum destinādum, cui præsentissimum periculum adest, ne deuoretur à Dracone, & ne fascinatione pereat. Tandē Raptus dicitur, vt ostendat magna vi ac potētia oportere agere, vt opus bonum quod facimus, in tuto reponamus, illud in Deū, & eius gloriam destinantes, & dirigentes: *Et mulier*, inquit, *fugit in solitudinem*. Opus bonum in Deū ipsum est destinandum, sicque in cœlo reponendum, & iustus se ab humanis conspectibus debet abscondere. Hæcque duo sunt, quæ Christus iniunxit: *Ne videaris hominibus ieiunans*, te in solitudinem recipe, fuge hominum aspectum: &, *Thesaurizate vobis thesauros in cœlo, vbi fures non effodiunt, &c.* Opera vestra bona ad Deū, & ad thronum gloriæ eius destinate, ibi ea constituite.

a Lib. de mortal. & 3. ad Quirin. c. 58.
b in Ps. 45.
c Ep. 105. & 107.
d Lib. de ingratis, c. 32.
e Ep. 2. c. 4.
f Sap. 4. 11

§. 9. *Nihil stolidius ac stultius, quàm non oculis Dei, sed hominum satisfacere velle, quorum iudicium falsum, insipiens, instabileque est.*

¶ 154. EXterminant facies suas, vt appareāt hominibus ieiunantes. Singula verba excellentissimè hypocritarum stultitiam demonstrant, & quam sit eorum vitium detestandum, ostendunt. Vide quid faciunt, & quid intendunt. Quid faciūt? *Exterminant facies suas*, carnem suam affligunt, corpora conficiunt, & mortificant, tam grandes subeunt labores, vt & facies demolitas, consumptasque exhibeant. Hoc enim voluit Christus dicere, vt supra ex Hieronymo dictum est. Quid intendunt? *Vt appareant hominibus ieiunantes*. Apparentiam sanctitatis oculis spectantium offerre, vt ab illis laudentur, & commendentur. Obseruauit S. Gregorius quod Baldad Suhites dixit ad Iob, hypocritā describens: *Non ei placebit vecordia sua & sicut tela aranearum fiducia eius*. Vecordia illius digna est omni abominatione. In Hebræo vox *Chesel*, quæ stultitiam, & fatuitatem significat. Est hypocrita excors, sine corde, sine solicitudine, & cura erga sua bona opera conseruāda, similis struthioni stulto, & stolido, qui ova sua in terra relinquit, ab omnibus calcanda. Magna quippe stultitia aut vecordia est, inquit Gregor. laborioſa agere, & auræ laudis inhiare, forti opere præceptis cœlestibus inseruire, & terrenæ retributionis præmiū quærere. Hanc illius stultitiam eleganter demonstrat Baldad, in eo quod subdit: *Sicut tela aranearum, fiducia eius*, in Hebræo, *Sicut domus aranearum*. Considerandæ sunt cum D. Gregorio multa circa aranearum telas, ex quibus domunculas sibi faciunt. Primum, nullum esse opus subtilius, nec maiori ordine compositum inter animalium opera, quàm telam araneæ, quam sæpè admirantes conspicimus. Secundum, nullum

in Cap. 6. Matth.
8. Mor. c. 29. 30. & 31.
Iob 8. 14. בס
Brix. to. 1. fol. 328.

nullum esse animal, quod ita laboret in opere suo sicut aranea. Cætera namque conficiunt opera ex his, quæ extrinseca sibi sunt: ex paleis, & luto collectis, hirundo cæteræque aues nidum extruunt, aranea verò ex intimis præcordijs, ex ipsismet suis visceribus fila trahit, quibus telam ordiatur. Deinde cætera animalia domum culas, aut nidos, aut foueas sibi sub breui spacio conficiunt: aranea autem hinc inde texens procedit, egreditur, & regreditur, & sæpè ab vno loco in alium longè distantem opus extendit. Tertium, nullum esse opus, quod facilius dissipetur, & pereat; nec enim requiruntur mallei ferrei, aut secures aut bombardarum ictus, aut lanceatum vibrationes: sufficit leuis aer ad telam penitus dissipandam, vt vltro non solum ipsa tota, sed nec eius pars aut filum appareat. Tandem, totum opus tanto labore confectum, ordinatum tantummodo est, ad muscas, & cinifes capiendos, quibus aranea sustentatur: talis certè pastus, tali animali dignus. Vide quid hypocritæ agant, ¶ 155. telas aranearum. Videntur primò eorum opera ordinatissima, magna discretione perfecta, hoc enim tanto magis procurant, quanto solicitius contendunt, ne aliquis defectus in eorum actionibus deprehendatur, Secundò, summo cum labore talia opera faciunt. Mira abstinentia se affligũt, inquit Gregorius, omne robur corporis attenuant, & quasi carnis vitam in carne viuentes extinguunt, sicque per abstinentiam morti appropiant, vt penè quotidie morientes viuant, veritate attestante, quæ ait; *Exterminant facies suas, vt appareant hominibus ieiunantes.* Nam ora palleſcunt corpus debilitate quatitur, pectus interrumpentibus suspirijs vrgetur, &c. Tertiò, tam facilè opus dissoluitur, & tela quæ orsi fuerunt, consumitur, vt leui flatu venti dissipetur, & pereat: quia quicquid hypocrita cum labore peragit, inquit Gregorius, aura humani fauoris tollit, & dum in appetitu laudis opus deficit, quasi in ventum labor euanescit. Tandem, si inquiras: Quid miser grandi suo labore intẽdat, inuenies eius spẽ simulem esse aranęæ, quæ nihil aliud nisi muscas, & cinifes resonantes captare constituit, humanam scilicet laudem, transitoriamque momentaneam ac inanem gloriam, qua pascitur, quam aucupatur, similis Ephraim, de quo paulò ante induximus Prophetam dicentem *a*: *Ephraim pascit ventum*. Obseruauit Sanctus Maximus Taurinensis Episcopus *b* illam Apostoli sententiam *c*: *Non efficiamur inanis gloriæ cupidi*. Neque enim Apostolus prohibet homini, gloriæ, honoris atque laudis appetitum: nam hæc appetere, est illi connaturale: est enim nobilissima creatura, habens animam spiritualem ad honorem, & gloriam natam atque propensam. Deinde, quia Deus homini imposuit viuere secundum virtutem: ad huiusmodi autem vitam consequitur, & honor, & gloria, vt idem Apostolus illa celebri propositione statuit: *Gloria, & honor omni operanti bonum*. Prohibet autem appetitum inanis, & vanæ gloriæ, qualis est illa, quæ ex hominum æstimatione procedit. Hęc enim vana est, & inanis. Vanum est enim, & inane, vt idem Maximus prosequitur, & fusius explicat D. Thomas, quod nec solidicate firmatur, nec veritate fulcitur, nec vtilitate amatur, quod nec firmũ; nec verum, nec vtile est. Talisque est gloria huius mundi, vana, quia non solida nec firma, aut stabilis: *Omnis enim caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos agri: exiccatum est fœnum, & cecidit flos.* Sancti senis Matathiæ verba Diuus Thomas annotat *d*: *e Verbis, inquit, viri peccatoris ne timueritis, quia gloria eius fœtus & vermis est: hodie extollitur, & cras non inuenietur, quia conuersus est in terram suam, & cogitatio eius perijt*. Vide quam sit infirma, & instabilis; certè non potest stabilior, ac firmior esse gloria ab hominibus procedens, quam sint homines ipsi. Hi autem tam infirmi sunt, & debiles, vt meritò dicat Iob *f* *Homo fugit velut vmbra*, & Dauid *g*: *Vniuersa vanitas omnis homo viuens*. Et iterum *h*: *Vani sunt filij hominum &c.* Quam ergo debilis gloria, quæ non in hominum substantia sed in eorum vocibus, quæ infinitè vaniores, & debiliores sunt, fundamentum habet subsistẽtiæ?

a Oseæ 12. f
b Hom. in hoc Euãg.
c ad Gal. 5 26.
Rom. 2. 10.
In cap. ad Gal. lect. 7.
Isa. 40.
d In c. 5. cit.
e 1. Mach. 2. 62.
f Iob. 14. 2.
g Psal. 38.
h Ps. 61. 10

¶. 156. Deinde est huiusmodi gloria falsa, non veritate nitens. Veritas depingebatur super lapidem quadratum, ad eius firmitatem ostendendam: falsitas autem, aut mendacium, supra lapidem rotundum, qui instabilitatis signum est: nūquam enim fixus securè permanet: ideò quod veritati non nititur firmum esse non potest. Talis est laus, & gloria ab hominibus procedens, fundatur enim in eorum iudicijs, quæ falsa sunt penitus, & mendacia: *Isa 5.20.* *Dicunt enim malum bonum, & bonum malum, ponunt tenebras in lucem, & lucem in tenebras*, vt dixit Isaias: Fastum, & superbiam animi, magnitudinem æstimant; petulantiā, & libertatem, vocant venustatem; prodigum iudicant liberalē: crudelem vindicatorem dicunt fortem; loquacem murmuratorē, censent esse sapientem: & è contra, humilitatem iudicant esse animi demissionem; obedientiam, vilitatem spiritus, parsimoniam asserunt auaritiam, remissionem offensæ, pusillanimitatem, &c. Optimè de illis Deus perpetuò cōqueritur, quod sunt iniqui rerum æstimatores, tanquam dolosa statera res ponderantes: *Osee 12.* *Chanaan*, inquit, *stetera dolosa in manibus eius, calumniam dilexit.* Et iterum: *Ps. 61. 10.* *Veruntamen vani filij hominum, mendaces filij hominum in stateris, vt decipiant ipsi de vanitate in idipsum.* Vani sunt illi, idque quod vanitati congruum est, præferunt, & anteponunt, & vt vno verbo omnia concludamus, hominum iudicia talia sunt, vt Barrabam absoluendum, & Christum crucifigendum decernant: de quibus optimè S. Hieron. & B. Gregor. Tandem, quia inutilis, & infructuosa, nam quātamcunq; gloriam habeat quis ex hominū approbatione, & laude, non propter hoc consequitur finem suum, ad quem possidendum creatus est. Huiusmodi gloriam appetere, iure prohibet Apostolus: qui tamen ad solidam, veram, & vtilem gloriam procurandam semper hortatur. Vtitur ad huius explicationem Chrysostom sæpissimè familiarissimo exemplo. Si gloriam, inquit, quæris, veram gloriam quære, & concupisce. Si gloriam amas, magis ama eam, quæ à Deo est. Si essent luctatores in stadio constituti, vbi ex vna adesset rex in regali solio sedens, cunctis regni sui principibus comitatus, coronam auream gemmis pretiosissimis ornatam, manu tenens, victori conferendam: adessent ex alia homines quidam, ex quibus quidam essent stulti, alij cœci, aut oculis velati, habentes paleæ, aut ferri stipulam, dandam ei quem victorem iudicarent: qualis esset athleta, quàm stolidus, excors, & fatuus, qui relicta cura placendi regi, eiusque principibus, totus in eo esset positus, vt stultis, & obcæcatis satisfaceret spectatoribus? Cogita differentiam inter spectatores, considera differētiam iudiciorum: quale enim iudicium qui stulti sunt ac cœci possunt proferre? Considera tādem differentiā præmiorum. In stadio sumus, bellum indictum nobis est cum mundo, carne, dæmone, & vitijs: *1. Cor. 4. 9.* *Spectaculum facti sumus*, ex vna, *Deo, & Angelis*, ac beatis omnibus, ex altera *hominibus*, hanc vitam agētibus. Adest Deus ad spectaculum, beatorū multitudine sociatus, cum eo sunt Angeli, Archangeli, principatus, potestates, omnesq; cœlestes spiritus, Apostoli, Prophetę, martyres, doctores, &c. coronam gloriæ æterni ponderis paratam ostendens. Adsunt homines, ex quibus quamplurimi stulti sunt: *Stultorum enim infinitus est numerus*, & saltem ex decem virginibus, *quinq; fatuæ sunt*, & omnes velatis sunt oculis, non enim possunt interna tua suis oculis penetrare, nec cōspicere, an virtutis verè sit actus quem facis, nec ne: stipulā Paleæ offerunt victori, laudem humanā, quam leuis aura dissipat, & perdit, & citissime finitur: cōtra spectatores inter se, eorum iudicia, & præmia. Qualis athleta, qui oculos mentis à Deo sanctisque eius reuocans, tātùm contendit hominibus stultis, & cœcis satisfacere? Præsius vrget Chrysost. Si duo, inquit, illi luctatores, ex vna haberent Regem, aut Imperatorē, cum maioribus imperij sui principibus, offerentem victori gloriosum regnum; ex alia multitudinem muscarū, & cinifum, ex quibus tātùm spectaret stridorem quēdam resonātem, qualem cinifes, & muscæ solent inferre: qualis athleta esset, qui contēpto Imperatore, & glorioso præmio, quod offert, totus

Eccl. 1. 13. *Matth. 25. 4.*

¶ 157. *Hom. 28. in Ioann.*

Ho. 21. & 73. in Mat. Hom. 2. & 28. in Ioā. & 28. in Act.

totus esset in hoc quod muscis, & cinifibus satisfaceret, vt rumorem aut stridorem, quem illi referre solent, reportaret? Talis est, qui in stadio spiritualis pugnæ constitutus, hominibus placere constituit; æque enim muscarum, aut cinifum rumoribus, & stridoribus, in-
37. ad finē. quit Chrysost. vlla ex parte potiores hominum laudes inueniuntur. Quid curas hominibus placere, inquit Origenes, & ab eis laudari? Stulta enim
Hom. 2. in Ps. 37. ad fin. est cogitatio. Impossibile est namque homini in hac vita posito omnibus satisfacere, & ab omnibus laudari. Christus Iesus, qui nihil non summa laude dignum egit, odio, & ludibrio habitus est, & pleno sacerdotum, & principum concilio condemnatus, dignusque infamissima morte iudicatus. Et quid dico in hac vita posito? Deus ipse, qui extra hanc vitam agit, & gloriosus in cœlo residet, odio habetur, & maledicitur à
Ps. 138. 21. multis, dicente propheta: *Nonne qui oderunt te Domine oderam?* Multi, *Ps. 77. 19.* *malè locuti sunt de Deo*, multi ac innumeri, eius detrahunt honori. Christus Iesus vsque in hodiernum diem à multis adhuc iudicatur seductor, & anathema ei dicitur à Iudæis, & Gentilibus, & tu existimas te posse ab omnibus diligi,
ad Gal. 1. 10. amari, & benedici? Audi Apostolum dicentem: *Si hominibus placerem, seruus Christi non essem.* Ita Origenes. Dic mihi,
Hom. 41. ad populū. inquit Chrysostomus, si paruorum videas multitudinem puerorum, lactentium dico, nunquid ab eis gloriam concupisces? Tales cunctos seculi homines æstima, ad quos Sapientia clamat
Prou. 1. 22. dicens: *Vsquequo paruuli diligitis infantiam? &c.* Age, respondet, ait idē Chry-
Hom. 72. in num. sostom. si luctas exercitatorias discere, ad quosnam spectares, aut quibus te in palæstra ostenderes? Olerane pisces vendentibus, an huius luctationis principi, atque Magistro? Et certè quidem illi multi sunt, hic verò vnicus. Nonne igitur si hic te admiratur illis derident ibus, tu quoque cum Magistros illos irridebis? Quid si eloquentiæ artibus præstare velles? nonne à præcipuis oratorib. laudari velles, multitudinis verba contemneres? Quomodo igitur turpe non est, in cæteris quidem artificijs, ac certaminibus, ad magistrum te dumtaxat respicere, hac verò in re contrarium penitus facere? præsertim cum æquale detrimentum non sit: nam si ad voluntatem multorū, non ad iudicium magistri luctaris, in ea re solummodo damnum est, si verò ostentatione iactas, vitam æternam perdidisti.

§. 10. *Stultum est gloriam ab hominibus intendere, quæ vanior est vmbra, instabilis, & transiens sicut visio nocturna.*

¶ 158.

HOc ipsū eleganter ipsemet Chrysostom. prosequitur demonstrās, humanam istam gloriam, non veram gloriam, sed vmbram quandam esse gloriæ; ex illo: *Veruntamen in imagine pertransit homo, veruntamen frustra conturbatur.* Et fumum, & florem graminis vocat res humanas, qui dixit: *Homo sicut fœnum*, alij sicut fumus. *& dies eius sicut flos agri.* Nullus videns panem pictum, inquit Chrysostomus, etsi multum à fame vexetur, picturam attinget: igitur neque tu vmbras. Vmbra enim gloriæ hæc est, non gloria, quæ & oritur à mente puerili. Desinamus igitur esse pueri, & fiamus viri, & vbique veritatem, non vmbras sectemur; vmbram enim sequi insanientis est. Dic obsecro, si quis ventum sectaretur? nonne diceremus illum insanire? Quid autem est tenere vmbram, neglecta veritate? Si quis mulierem suam odio habeat, vmbram autem eius amplectatur; vel filium auersetur, & vmbram illius diligat, panem conculcet, & oblatum spernat, & illius picturam, aut leuem similitudinem toto pectore amet, quæreres ne aliud infamiæ certius indiciū? Ita Chrysostomus. Quæ ratio illud supponit, quod alibi annotabamus, bona hæc, quæ oculis cernimus, à Deo data esse, & exposita vt vmbra sint, & quædam picturæ, aut imagines futurorum bonorum; & maior distantia est inter huius vitæ, ac futuræ bona, quàm inter viuum, & pictū. Idcircò Deus tot tantaque in mundo posuit, vt his visis, di-
Hom. 29. in 2. ad Cor. Ps. 38. *Ps. 102.* *Ps. 30. 20.* ceres: *Quā magna multitudo dulcedinis*

tua Domine, quã abscondisti timentib. te. Considera omnem mundi gloriã quam habuerunt imperatores in triumphis sibi à Romanis exhibitis, duces in coronis, quas propter grandes victorias reportarunt, &c. Omnia hæc vmbra sunt, & leuissima pictura illius gloriæ, & coronæ, quam suis militibus legitimè decertantibus, Deus repositam habet. Vmbra & pictura hæc, non est exposita, vt illam concupiscas; & ea sis contentus; sed vt illam gloriam, quæ veritatem ipsam continet, & vera est, solida ac stabilis, appetas, & inquiras. Posset ne igitur esse maior stultitia alicuius ducis, quam veram coronam in ciuitate præparatam non curare, & solummodo intendere quandam illius picturam in papiro depictam, quam vna aquæ gutta posset lacerare, & perdere, quæ verè caput non ornaret? Vocatur etiam talis gloria vmbra, ad ostendendum quàm instabilis, & quàm breuis illa sit. Vmbra sequitur solem aut eius motum. Nihil autem in rebus, quæ oculis conspiciuntur, magis mobile inuenimus, quàm solem, qui nec per breue momentum in vno insistit loco. Semel tantùm ab eius creatione fixus ad breue tempus mansit, tempore Iosue (tempore enim Ezechiæ non firmus stetit, sed retro fuit conuersus) id tamen per grande miraculum factum fuit. Deinde nihil ex his quæ videmus, velocius currit aut pertransit, quàm Sol: intra vnius cuiusque enim diei spatium manifestè totum orbem percurrit, & lustrat. Vnde eius incessus vocatur, *Cursus gigantis*, cum grãdi exultatione currentis. Quia verò vmbra sequitur Solem, adeò nihil ex his, quæ apertè possumus obseruare inuenimus, quod magis sit instabile, nec quod celeriori cursu finiatur. Idcircò ad exprimendam rem nulla securitate firmam, & quæ celerrimè finitur, aptè vmbra inducitur. Ita Sanctus Dauid, ad vitæ præsentis instabilitatem indicandum, quæ nec per momentum secura, aut fixa manet: *Dies*, inquit, *nostri quasi vmbra super terram, & nulla est mora*. Impij similiter ad exprimendam vitæ breuitatem, *Vmbra transitus*, inquiunt, *est tempus nostrum*. Et vt hæc duo S. Iob de homine explicaret, dixit: *Fugit velut vmbra*. Talis est g'oria humana, primò instabilis, nulla securitate firma consistens: quem enim homines nunc laudant, subitò vituperant, & quem heri ad sidera extollebant, hodie ad profundum mergunt. Id quod ex scripturæ sacræ historijs apertissimè constat, vt humanas missas faciamus, quæ nulla in re magis abundant. Aman vna die omnibus regni principibus erat prælatus, summo honore affectus ab illo grandi monarcha Assuero, & sequenti, ab eodem fuit patibulo suspensus. Moysen ita nunc æstimabant Israelitæ, vt sine illo se esse esse non posse clamarent, quem statim lapidibus occidendum iudicarunt. Paulum, & Barnabam Lycaones ita glorificabant, vt clamantes dicerent: *Dij similes facti hominibus descenderunt ad nos*, & sacerdos Iouis tauros, & coronas afferens, volebat cum populis illis sacrificia offerre; & ad leuem quandam vocem quorundam, statim ita contra eos conuersi sunt, quod *Lapidantes Paulum, traxerunt extra ciuitatem, existimantes eum esse mortuum*. Similiter in insula Melitæ, cum viperam manui Pauli adhærentem Melitenses viderunt, dixerunt: *Vtique homicida est homo hic, qui euaserit de mari, vltio non finit eum viuere*. Quoniam autem viderunt eum viperam excutientem, è vestigio, *Conuertentes se dicebant, eum esse Deum*. Ex homicida subitò eum Deum faciebant, vt B. Chrysostomus annotabat. Et vt rem totam concludamus, vide Christũ Dominum, quem tota ciuitas Ierusalem tam grandi glorioso que triumpho excepit, diuinis acclamationibus prosequẽs, & post quinque dies infami damnatum morte extra se iecit, crucique affixit, magis vita, & honore Barrabam æstimans dignum, quam Christum. Finitur insuper breuissimè humana gloria. Nec enim potest illa magis durare, quam homo ipse, qui illius subiectum est. Homo autem breui viuit tempore. Vbinam gloria illa Alexandri totum orbem sibi subijcientis? Vbi Cæsaris triumphales coronæ? &c. Ipsis enim finitis, absumpta fuit eorum gloria. Quid enim confert Alexandro, laudari in mundo, in quo non est, qui dignis-

Iosue. 10. *4. Reg. 20.*

Psalm. 18. *¶ 159.*

1. Par. 29. 15.

Sap. 2. 5. *Iob. 14.*

Esth. 3. 5. & c. 7. 9.

Nu. 14. 10.

Act. 14. 10. 18.

Act. 28. 4.

Hom. 54. in Act.

rissimis tormentis torquetur, vbi est? Quid prodest Cæsari, triumphos illius in mundo recoli, qui ipsis dæmonibus torquentibus subiacet? Sicut Sanctus Hieronymus de Aristotele dixit, quod laudatur, vbi non habet sensum, neque vitam, neque esse, & torquetur vbi verè, & realiter exilit. His concinunt quæ D. Gregorius annotat, expendens illa verba Sophar Naamathitis, qui id quod præmisit, videlicet hoc sibi notum fuisse à principio, ex quo positus est homo super terram, quod gaudium hypocritæ ad instar puncti, probare contendens, subdidit? *Velut somnium auolans non inuenietur, transiet sicut visio nocturna.* Rectè, inquit Gregorius, somnio comparatur, quia ab hypocrita, omnis laus, & gloria, quasi dum tenetur amittitur. Sæpè namque in nocturna visione nonnulli pauperes, factos se diuites admirantur, deferri sibi honores aspiciunt, diuitiarum moles, obsequentium multitudinem, pulchritudinem vestium, abundantiam ciborũ sibimet adesse confiderant: gaudent se euasisse penuriam, quam cum gemitu tolerabant: sed repente cum euigilãt, inueniunt quam falsum fuerit, quod gaudebant: eodemque euigilasse pœnitet, quia vigilantes inopia vera terret. Sic hypocritarum mentes, dum aliud est quod agunt, atque aliud quod hominibus ostendunt, laudes de ipsa sanctitatis ostentatione recipiunt: in æstimatione hominum multis melioribus præferuntur. Sed cum ab hominibus immoderatè laudantur, occulta vocationis hora surrepit, & cum carnis oculos claudũt, mentis aperiunt, moxque vt supplicia æterna receperint, ibi vident, quia virtutum æstimatione diuites in somnijs fuerant. Benè ergo de hypocrita dicitur: *Transiet velut visio nocturna:* quia hoc quod se ad momentum diuitem humanis æstimationibus videt, de ostensione est phantasmatis, non de soliditate virtutis. Nam cum mens eius in morte carnis euigilat, cognoscit procul dubio, quia fauores circa se hominum dormiens videbat, &c. Gloriam ergo humanam, & laudem appetere, nihil est aliud, quam illam in visione phantastica, aut nocturno somnio exoptare. Hanc D. Chrysostomus obseruat meritò non gloriam absolutè, sed inanem appellatam. Inanem gloriam hanc, inquit, maiores nostri meritò dixerunt. Inanis namque est, nihil in se habens, neque clarum, neque gloriosum, neque stabile, neque firmum &c. Ex his annotat idẽ D. Chrysostomus aptè Christum dominũ, vt huius gloriæ appetitum in nobis compesceret, eiusmodi gloriæ appetitores, vocasse *Hypocritas*, id est, impostores, simulatores histriones: id enim hoc nomen significat, vt supra diximus. Quis autem nesciat, quam inanis esset gloria histrionis, aut mimi, quam haberet ex eo quod repræsentat personam regis, & illius imaginẽ refert, cuius nec personam nec diuitias, nec potestatem se habere agnoscit, intelligitque illã apparentiam tantum duraturam, quamdiu in theatro assistit coram spectantiũ multitudine: theatro tamen dissoluto, qualis sit homo, omnibus manifestissimè apparebit? Ex quibus etiam manifestum relinquitur, quàm grandis sit stultitia eorum, qui hanc tantummodo per opera sua gloriam, & laudem ab hominibus intendunt, quibus tantummodo placere procurant.

15. Mor. 4.3.

Iob 20.8.

Hom. 2. in Ioannem.

§. 11. *Tam stultum est gloriam ab hominibus quærere, vt quamuis videret Apostolus necessarium, se commendare, insipientem se sæpius primò vocauit.*

IN huius tandem confirmationem obserua, quæ Chrysostomus *a*, Anselmus *b*, & D. Thomas *b*, annotarunt, expendentes quædam Apostoli verba, quæ ad Corinthios scripsit. Insurrexerunt quidam pseudoapostoli, quos Paulus vocat, *operarios subdolos, transfigurantes se in Apostolos Christi*, qui honori Apostoli multis modis detrahere procurabant, seipsos commẽdantes, & illo multo superiores facientes: necessarium propterea fuit Apostolo fuit, pro suo honore respondere, non gloriam ab hominibus quærens, sed suo muneri satisfaciens. Hoc autem quod agebat, gloriam scilicet suam apud homines statuere, & pro-

¶ 161.

a Hom. 11. in Gen. 23. & 27. in 2. ad Cor.

b In c. 11. 2. ad Corinth. 2. Cor. 12. 13.

Homi. 21. in Matth.

& pro ea respondere non semel, sed sæ-
2.Cor. 11. 1. pè insipientiam vocat: *Vtinam*, inquit, *sustineretis modicum quid insipientiæ meæ*, id est, glorificationis meæ, aut quæ ad gloriam meam dicturus sum,
Ibi. nu. 16. & *Velut insipientem accipite me, vt ego modicum quid glorier: quod loquor, non loquor secundum Deum, sed quasi in insipientia, in hac substantia gloriæ*, id est, in comendationem apud homines, *quoniam multi gloriantur secundum carnẽ, & ego gloriabor*. Et, *in quo quis audet (in insipientia dico) audeo, & ego*. Et *ministri Christi sunt, vt minus sapiens dico, plus ego*. Remque totam post illustrissimas sui excellentias expositas concludere volens; *Factus*, inquit, *sum*
2.Cor. 12. 11. *insipiens, vos me coegistis*. Absoluto de proprijs laudibus sermone, inquit
Homil. 27. in 2. ad Cor. in pri. Chrysostomus, eo non contentus, rursum excusat, & veniam dictis deprecatur, necessitatis esse dicens quod fecit, non consilij. Attamen licet etiam vrgeat necessitas, insipientem se tamẽ pleno ore vocat. Initio quidem dicebat: *Tanquam insipientem suscipite me; & tanquam in insipientia*: nunc verò hac dictione, *tanquam*, ablata, insipientem se absolutè vocat, dicens: *Factus sum insipiens*. Certè Apostolus hoc in opere insipiens nullatenus fuit, imò vt idem Chrysostomus suppositit, magnoperè se sapientem comprobauit. Quare ergo tot tamque repetitis vicibus, se insipientem vocat? Annotanda
Eccl. 10. 1. est illa Sapientis sententia: *Preciosior est super sapientia, & gloria, parua, et ad tempus stultitia*. Vetus translatio clariorem reddidit sententiam: *Pretiosior est super sapientiam, & gloriam, stultitia parua*. Id est, nihil sapientius esse potest, quam cum occasio id exposcit, aliquantulum stultum, aut insipientem se exhibere. *Gran sabiduria hazerse*
Eccl. 7. 17. 18. *vn hombre aratos necio. Noli*, dixerat Sapiens, *esse stultus multum*. Multa prolixaque stultitia intolerabilis est, parua tamen, & ad tempus, preciosior est quam sapientia. Illa enim tunc, non stultitia, sed summa sapientia iudicanda est; quo pacto dixit D. Augustinus
Ep. 121. ad Proba. cap. 15. dari quandam doctam ignorantiam. Id quod in Dauide videre licet, qui per simulatam stultitiam ad breue tempus,
1. Reg. 21. mortem euasit. Huiusmodi breuem insipientiam Paulus ad modicum tempus assumpsit, non quæ verè esset insipientia: sed quæ talis communiter posset reputari, & dixit se ad tempus velle fieri insipientem, eo modo quo vir cordatissimus dicere solet: *Quiero hazer vna necedad* non quod insipientia sit quam facit: sed quod communiter insipientia reputatur. *Quiero ser vn poco necio*. Et quid agebat Paulus? Gloriam, & honorem suum coram hominibus promouere curabat, & quod ab eis in æstimatione haberetur, & pretio. Id namque suo erat ministerio necessarium, & in simili occasione, gloriam ab hominibus quærere, non solum non reprehensione, sed laude potius esse dignum, ex professo Chrysostomus ostendit. Nihilominus hoc, quod ipsa sapientia præstantius est, tot tamque repetitis vicibus Apostolus insipientiam vocat, & se id contendentem, vocat insipientem. Hæc omnia peculiari, longoque tractatu ipse Chrysostomus versat, considerans quomodo Paulus dum aggrederetur exponere, quę ad laudes suas conducebant statim resiliebat, & quemadmodum equus præcipitium aliquod præruptumque cliuum transiturus, se colligit, quasi hunc vno saltu exuperaturus foret: verum profundum respiciens huius subiacere, obstupescit metu, contrahiturque, deinde cum sentit equitem vehementius vrgere, rursum aggreditur, idemque quod antea profert, necessitatem, & vim indicans, subsistit aliquamdiù, hinnitum mussitans super oram foueæ: resumpto tandem animo se vltrò fidenter adigit: sic, & B. Paulus veluti se daturus in præceps in laudum suarum recitationem, semel, atque iterum ac tertiò, & subinde sæpius retrocedit, sic dicens: *Vtinam tolerassetis paululum quiddam insipientiæ meæ*, & rursum, *ne quis me putet insipientem esse, alioquin vt insipientẽ accipite me, &c. Quod dico non dico secũdum Dominũ, sed in insipiẽtia*, in hoc argumento gloriationis. Et rursum: *Quando quidem multi gloriantur secundum carnẽ, & ego gloriabor, libenter enim sufferetis insipientes, cũ sitis ipsi sapientes*. Et rursũ: *In quocũq; audet aliquis, in insipiẽtia loquor, audeo, & ego*. Et cũ millies

¶ 161.

Hom. in illud Vtinã sustineretis modicũ. post 2. ad Corinth.

se

se insipientem nominasset, & stultum, vix tandem audet in proprias laudes descendere: *Hebræi sunt, & ego Israelita sum, & ego, &c.* At nondum sibi excidit, sed iterum præmittit hoc pacto: *Delirans*, inquit, *loquor plus ego.* Neque hic desinit: nam absoluto laudum suarum catalogo, *Factus sum, inquit, insipiens gloriando, vos me cogitis.* Non dixit Pseudoapostoli me coegerunt, quoniam eorum rationem non habuit: sed vos, inquit me cogitis, id est, vestræ vtilitatis necessitas. Hæc & alia prosequitur Chrysostomus expendens similiter, quomodo Apostolus, qui insipientiam iudicabat, quæ ad laudem suã spectabant explicare, sapientissimum censebat peccata sua, & quæ suæ erant humilitatis, in publicum dare, &c. Si ergo quæ ad humanã gloriam spectant attendere, etiam cum necessarium est, insipientiam vocat Apostolus: & cum tot, tanta ac tam grandia haberet quæ posset, ad sui gloriam, & laudem oculis omnium videnda exponere, id agere, vocauit, & reputauit insipientiam, quãtumcumque necessarium agnoscere, & quod per illud nullatenus excellẽtes virtutes, actus, & dona sibi deperirent: qualis erit insipientia illius quæ exigua quæ agit, & parui valoris opera, contendit omnium oculis offerre laudanda, quæ hoc ipso penitus sibi pereunt, & absumuntur? Qualis erit insipientia illius, qui totus est positus in humanæ gloriæ cupiditate, & appetitu: qui omnia quæ agit, ad eam conquirendam destinat, & ordinat, quæ est vana, inanis, instabilis, vmbra, aer, visio nocturna, somnium lubrico auolans, & pertranseuns? Rectè propterea idem Apostolus apud Deum quærendam esse gloriam, & *Vt qui gloriatur in Domino glorietur* hortatur, id est, (vt multas expositiones prætermittamus,) apud Dominum illam quærat gloriam, quæ est firma, secura, stabilis, permanens, & solida. Non eorum laudibus delectemur, inquit, Hieronymus ad Oceanum scribens, qui non alios quam sibi similes laudant: nos potius laudent Prophetæ, & Apostoli: laudet in Euangelio suo Christus. Tunc erimus vere felices, si a talibus laudari digni fuerimus. Hanc expetebat Dauid laudem, iuxta Diui Augustini mentem: *Apud te laus mea in Ecclesia magna.* Quamuis enim quidam intelligant. Dauidem dicere voluisse, se de Deo eiusque laudibus acturum in Ecclesia, aut congregatione: sed id indicauit, quod apud Deũ laudem suam quærebat, illam ibi seruatam, expositamque cupiebat. Sanctus Basilius credit, Dauidem idipsum dicere voluisse, quod postea Christus: *Ego ab hominibus claritatem non accipio.* Id est, nihil facio hominum laudes, & acclamationes: ideoque tantum intendebat ab æterno Patre laudari, & commendari, cuius laus est vera, firma, perpetua, secura, quam Christus, vt appetamus hortatur, dicens: *Tu autem cum ieiunas, vnge caput, ne videaris hominibus ieiunans, sed Patri tuo, qui videt in abscondito.*

¶ 163.

2. Cor. 10. 17.

Epi. 50. Ad Ocean. de ferend. op. tom. 9.

In Psal. 21. Psal. 21. 28.

Schol. in Psal. 21. Ioan. 5. 41.

§. 12. *Valorem operis meritorij solus Deus per semetipsum potest compensare: iniustus est propterea, qui pro mercede est humana laude contentus.*

¶ 164.

Hom. 2 in Ioannem.

VT *appareant hominibus ieiunantes.* Ecce quid hypocritæ intendunt, & quærũt per opera Sancta, quæ faciunt. Acutè Beatus Chrysostomus annotauit, Christum Dominũ ijs verbis excellentissimè demonstrare, quam sint iniqui, iniustique rerum æstimatores hypocritæ, qui res pretiosissimas, & immensi valoris, vilissimo pretio vendunt, & compensant: opera scilicet Sancta quæ faciunt, pro eo quod ab hominibus æstimentur, & videantur. Indeque Beatus Gregorius demõstrat, congruentissimè illum amicum beati Iob, Baldad Suhitem, vocasse hypocritam. Vecordem, seu stultum, aut quod habeat vecordiam, vel stultitiam: qui enim pro virtute quam agit, humanos fauores desiderat, rem magni, ac ingẽtis valoris vili pretio venalem portat. Vnde cœli regnum mereri potuit, inde numum transitorij sermonis quærit: vili ergo pretio opus vendit, quia ma-

8. Mora. c. 28 ad finẽ, 29. & 30. Iob 8. 14.

gna

gna impendit, sed minima recipit, &c. Nullus sermo etiam si quis loquatur linguis hominum, & Angelorum, explicare potest valorem alicuius boni operis, quantumcumque minimi, si ficuti oportet fiat. Tantus enim tam grandisque est, vt totius vniuersi, & omnium creaturarum à Deo extra se productarum, & producibilium valorem longo excedat interuallo; nulloque alio pretio iustè potest compensari, nisi per rem infiniti immensique valoris, qualis Deus est. Excellenter id Apostolus dixit: *Quod in præsenti momentaneum est, & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis.* Omnia verba minutatim expendit Diuus Thomas, suntque grandi expensione digna. Non enim potuit Apostolus quantum existimo, elegantius explicare paruitatem operis, & magnitudinem valoris. Potestne esse opus magis paruum, quam quod fuerit *momentaneum, & leue*, quod nec in se est graue, nec nisi per momentum durat? Certè leue suspirium, guttula aquæ propter Deū data pauperi, tale est opus, quo nihil videtur posse inueniri, quod minus sit. Potestne autem maior esse valor, quā quod operari potest in nobis, & mereri id quod est *supra modum*, id est, vt D. Thomas exponit *a*, supra omnē mēsuram, aut vt Anselmus *b*, supra omnem comprehensionem humanæ mentis, & rationis? *Nec enim oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, &c.* Cogita rem quantumcumque magnam, excellentē, pretiosam illa quantumcumq; grandis, minor est, nec potest adæquare valorem minimi operis meritorij. Beatus Chrysostomus quod vulgatus legit *supra modum*, legit ipse, *excellenter, secundum excellentiam*, annotans vim geminatæ dictionis, rem omnibus modis supremam indicare. Deinde, potestne esse maius aliquid, quam *æternum gloriæ pondus*? id est, immensum, & infinitum gloriæ pretium? Pondus enim, inquit Diuus Thomas, pro re pretiosa ponitur: nam pretiosa solummodo ponderari consueuerunt. Opus summa est, vt ita dicam, paruitate paruum, *momentaneum*, scilicet, & *leue*; pretium quod eius valorē æquat, est summa magnitudine magnum: nam est supra mensuram, & comprehensionem mentis, & æterni ac immēsi pretij. Hinc sequitur, quod si pro minimo opere bono in gratia Dei facto, tibi rependerentur omnia mundi imperia, & vniuersa orbis regna, & quicquid in eis est gloriæ, honoris, splendoris, valoris, ac diuitiarum: non sufficienter valor illius operis persolueretur. Omnia enim creata, finita sunt, & comprehēdi possunt mente, & suo determinato modo sunt constituta: illud autem quod opus tale meretur, & operatur, est supra modum, & æternum gloriæ pōdus, ac pretium. Sequitur secundò, solum Deum per suam infinitam potētiam, & infinitas diuitias, posse huiusmodi minimi boni operis valorem cōpensare: non quidem dādo regna, aut diuitias terrenas, nam etsi daret omnes, quas dare potest nequaquam per illas omnem valorem talis operis cōpensaret: nec dādo orbes cælorum: dominiū Stellarum, planetarū, Angelorum, &c. nā nec ista æquant valorem boni operis: sed dando semetipsū, & omnes suæ maiestatis diuitias, & bona. Hæc quidem certa sunt secundum veram Theologiā: sed quæ homines pariū considerant. Quod si vrgeas, quomodo hoc possibile esse possit, cum idē Apostolus clarè dicat: *Non sunt cōdigna passiones huius temporis, ad futurā gloriam, quæ reuelabitur in nobis*, indicans omnia, & vniuersa quę potest homo agere, & pati, imo quæ omnes homines facere possunt, & pati, non esse condigna minimæ gloriæ futuræ. Quāto igitur minus, minimum opus erit futura gloria dignum? Vnde opus bonum talē valorem habet, & contrahit? Respōdebo, id prouenire ex Dei gratia, quā animæ Deus confert, quam sibi in spōsam assumpsit. Si rex aliquis supremus ex suo mero beneplacito sibi desponsaret pauperculā quandam virginem (sicuti ille magnus Assuerus: *Qui regnauit ab India, vsque ad Æthiopiam, super centū viginti septē prouincias*, sibi despōsauit pauperculā Esther, vtroq; parente orbatā, auunculo suo Mardochæo adoptatā, ex eorum numero, qui captiui tenebantur) si filius ex ea generaret, illi hæredes essent de iustitia regni ipsius: nō quidē secundum quod à matre procedunt,

1. Cor. 4. 17.

In c. 4. 2. ad Cor. lect. 5.

a Vbi supr.

b In c. 4. 2. ad Cor.

1. Cor. 2. 9.

Homil. 9. in 2. ad Cor.

Lect. 5. cit.

¶ 16.

Rom. 8. 18.

Esther. 1. 1

dunt, quæ nihil poteſt illis præſtare, aut dare; ſed ſecundum quod ex regio ſemine Patris ſunt progeniti, & orti. Anima noſtra pauperrima eſt ex ſe, quæ nec bonum cogitare poteſt: illam tamen Deus ſibi per fidem deſponſat ex ſuo mero beneplacito, ex qua generat bonorum operum filios per gratiã ſuam; ipſe eſt enim *quidat velle, & perficere pro bona voluntate ſua*: per gratiam, inquam, quæ eſt ſemen quoddam regium, diuinum; *& participatio quædam diuinæ naturæ*, vt dixit Petrus, & per charitatem, quæ eſt etiam ſemen quoddam diuinum ab ipſo Deo deciſum, *& infuſum per Spiritum Sanctum qui datur nobis*. Hinc huiuſmodi filij tantam nobilitatem, & valorem ſortiuntur, vt paternum regnum, & æternam vitam de iuſtitia promereantur, eo modo, quo Diuus Thomas, & Theologi explicant. Solus itaque Deus poteſt valorem boni operis plenè perſoluere. Vnde Paulus: *Repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die, iuſtus iudex*: ſolus ille poteſt reddere, cui dictum eſt: *Tu reddis vnicuique*. Et quidem non alio modo, quam dando ſeipſum totum, cunctaſque theſaurorum ſuorum diuitias. Vnde Angelicus Doctor, qui hanc doctrinam probè nouerat, quando in aera eleuatus orans, (quod illi familiariſſimum fuit) audiuit clarè, & perſpicuè à Chriſti crucifixi imagine ad ſe delatam vocem: *Bene ſcripſiſti de me Thoma, quam ergo recipies pro tuo labore mercedem?* Reſpondit ille: *Domine non aliam præter te*. Hinc intelligitur illud Apoſtoli, agentis de ſtatu beatitudinis, cùm Deus reddet iuſtis mercedem bonorum operum: *Cùm euacuauerit omnem principatum, & poteſtatem, & virtutem*. Multa, & ferè omnia nunc nobis Deus confert per creaturas, aut viſibiles, vt per cœlum, Solem, Lunam, Stellas, aquas, arbores, &c. aut inuiſibiles, vt per Angelos, quos *omnes ſecit adminiſtratorios ſpiritus in miniſterium*, &c. Tunc autem omne miniſterium ceſſabit creaturarum, & Deus ipſe per ſemetipſum omnia bona iuſtis conferet, in mercedem meritorum ſuorum, de quo dicit Apoſtolus, quod *erit omnia in omnibus*. Talis enim merces eſt operibus iuſtis debita, vt nulla creatura quãtumcunque excellens, ſufficiens ſit ad illam plenè perſoluendã, ſed ſolus Deus ipſe per ſemetipſum, de quibus alibi. Hinc illa Apoſtoli exclamatio, & oratio, ſumma expenſione digna: *Non ceſſo gratias agens pro vobis, memoriam veſtri faciens in orationibus meis, vt Deus Domini noſtri Ieſu Chriſti. Pater gloriæ, det vobis ſpiritum ſapientiæ et reuelationis in agnitionem eius, illuminatos oculos cordis veſtri, vt ſciatis, quæ ſit ſpes vocationis eius, & quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in Sanctis*. Vide quid optabat eis, & quid cõtinuè orabat pro eis, vt Deus illis largiretur, *Spiritum ſapientiæ, & reuelationis*. Talia ſunt, quæ Deus parata conſtituit ad perſoluendũ valorem boni operis, vt illa nullatenus poſſint cognoſci per omnium Philoſophorum ſapientiam, quantumcunque per eam crederent ſe cœlos poſſe metiri, nec per intellectũ naturalẽ etiam Angelorum, ſed requiruntur peculiaria quædam ſupra omnes naturæ vires lumina, nõ de terra, ſed de cœlis emiſſa à Patre luminum, ſingularia quædã ipſius dona, illuſtrantia mentem, vt explicat D. Thomas: primò donum *ſapientiæ*, quod nullus põt dare niſi Deus (*Senſum tuum quis ſciet*, dixit hominum Sapientior, *niſi tu dederis Sapientiã, & miſeris Spiritum Sanctum tuum de altiſſimis*) ſecundò donũ intellectus, quod conſiſtit in reuelatione ſpiritualium ſecretorum, quod vocat *Spiritũ reuelationis*, quod etiam eſt à ſolo Deo, dicente Daniele: *Eſt Deus in cœlis reuelans myſteria*. Huiuſmodi dona neceſſaria ſunt, vt eum cognoſcatis, & ſciatis, *quæ ſit ſpes vocationis veſtræ*, id eſt, quod vobis ſperandum ſit, pro bonorum operum labore. Nõ enim minima aliqua vobis expoſita ſunt, aut ad res parui momenti poſſidendas eſtis vocati, *Vocauit vos*, inquit alibi idem Apoſtolus, *in ſuum regnum, & gloriam*, id eſt, ad poſſidendum totum ſuum regnum, omnemque eius gloriam. Quis vnquam rex tale conſtituit præmium ſibi inſeruienti, aut pro ſe vitam exponenti? Supremum donum, quo rex aliquem affecit, aut propoſuit, fuit illud, quod Aſſuerus poſt quã vino incaluerat, Reginæ Eſther dicens: *Quæ eſt petitio*

ad Phil. 2. 13.

2. Pet. 1. 4.

ad Rom. 5. 5.

1. 2. q. 114. art. 3. & 4. 2. ad Tim. 4. 8.

Pſa. 61. 13.

¶ 166.

1. Cor. 15. 24.

ad Hebr. 1. 14.

2. Cor. 15. 28.

Ephes. 1. 16

In cap. 1. ad Epheſ. lect. 6.

Sap. 9. 17.

Dan. 2. 28.

Epheſ. 1. 18

¶ 167.

1. ad Theſſ. 2. 13.

Esther 7.2. petitio tua Esther, vt detur tibi? Et quid vis fieri? etiam si dimidiam partem regni mei petieris, impetrabis; & quod Herodes temulentus (vt Chrysostomus annotauit) proposuit saltatrici: *Quicquid petieris dabo tibi, licet dimidium regni mei.* Ad hoc suprema dona regũ se extendunt, ad dimidium regni: & quidem regna erant temporalia, corruptibilia: Deus autem totum *suum regnum, & gloriam*, regnum tale, quod Apostolus vocat, *immobile*, æternum, infinitum, immensum, hoc proponit pro operibus bonis. Subdit autem Apostolus: *Et quæ diuitiæ hæreditatis eius in sanctis.* Quatuor ponit Apostolus, inquit D. Thomas, ad explicandam magnitudinem præmij, & bona reposita. Primum, quod sunt copiosissima, & quantum ad hoc dicit, *diuitiæ*, de quibus dicitur *a*: *Abundantia perfruetur terrore malorum sublato*: Et *b gloria, & diuitiæ in domo eius.* Et *c, mecum sunt diuitiæ, & gloria.* Secundò, quod sunt clarissima, & quantum ad hoc dicit, *gloria.* Non enim sunt diuitiæ auri, argenti, aut pretiosorum lapidum, sed gloriæ. Hæ enim repositæ sunt, dicente Apostolo; *gloria autem, & honor, & pax omni operanti bonum.* Tertiò, quod sunt stabilissima, & quantum ad hoc dicit, *hæreditatis*, ea enim quæ hæreditaria sunt, stabiliter possidentur, *stabilita sunt bona illius in Domino.* Quartò, quod erunt intima, & quantum ad hoc dicit, *in Sanctis.* Non enim extra nos erunt talia bona, sed intra nos ipsos recipiemus: quod idē Apostolus expressit, dicens: *Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis*, id est, intra nos ipsos: Et *æternum gloriæ pondus operatur in nobis.* Et vt vno verbo rem cũ Anselmo concludamus, orat Apostolus, vt Deus det vobis spiritum sapientiæ, & reuelationis, id est, illuminet mentem vestram, & rationem, vt perspicuè remota vmbra phantasmatum aduertat ratio vestra, quod præmium sperandũ sit pro bonis operibus illuminet oculos vestros, vt intelligatis, qualis, & quanta sit gloria, quam speratis, & ad quam vos vocauit, quã pro vestris bonis operibus constituit tradendã. Hinc illa Diui Hieronymi exclamatio: *O quanta apud Deum merces, si homines in præsenti pretium non sperarent*, id est, si non ad præmia terrena solummodo attenderent, & oculos conuerterent. Infelix mercenarius, qui pro suo labore cõtentus est temporali solummodo stipendio, qui si non pro illo tantum laboraret, sed & propter Deum, intendens illi obsequi, & facere quæ præcepit, regnum immobile posset sperare. Miser seruus, qui ad oculum tantũ dominis suis seruit, mercedem corruptibilem solummodo ab eis sperans, qui si Deo in eodem seruitio, quod dominis exhibet, placere contenderet, æterni pretij præmium reportaret, dicēte semel, & iterum Apostolo: *Serui, obedite per omnia dominis carnalibus, non ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes, sed in simplicitate cordis, timentes Deum. Quodcumque facitis ex animo operamini sicut Domino, & non hominibus; scientes quod à Domino accipietis retributionem hæreditatis. Domino Christo seruite.* Quasi dicat: Seruite quidē dominis vestris, sed in hoc ipso seruitio, præcipuè cõtendite seruire Christo, illud quod vobis imposuit solicitè curãtes exequi, videl. dominis carnalib. obtẽperare. Stulta mulier, quę marito satisfaciens, eo tantum contẽta est, quod sibi gratiã maritus repẽdat: quæ si hac in re Deo præcipuè intenderet inseruire, diuitias æternas sibi promereretur, dicẽte Apostolo: *Mulieres subditæ estote viris, sicut oportet in Domino, &c.* Inde inferto, sicut infert B. Chrysost. iniuriã grandẽ facere bonis operib. meritorijs illũ, qui alio quocũque præmio pro eis cõtentus est, quod minus valet, quàm Deus ipse, & minus est quàm omnium bonorũ, & diuitiarũ suarũ thesaurus, multò certè magis, quàm si pretiosissimũ adamãtẽ quis cẽseret viliſſima fœni stipula cõpensandum. Ideoque Chrysostomus egregiè asseruit, tyrannidem exercere contra opera bona eos, qui temporalia tantum pro illis sibi expendi reputant, multò magis quam si quis filium regis vendendum traderet pro vili quodam latere luteo. Si quis opus aliquod tam grande, in regis obsequiũ faceret, per quod iustè posset sibi vnius ciuitatis dominium iure prætendere, quam esset erga seipsum, & opus

¶ 168.

Matt. 6. 23

ad Heb. 12. 28.

ad Ephes. 1. citat.

a Pro. 1. 33.
b Ps. 11. 3.
c Prou. 8. 18.

ad Rom. 2. 10.

Eccl. 31. 11

Rom. 8. 18.

2. Cor. 4. 17 in c. 1. ad Ephes.

Epist. 2. ad Nepotian.

ad Coloss. 3. 22. & ad Ephes. 6. 4.

ad Coloss. 3. 18.

Homil. 21. in Matth.

Homil. 2. in Ioan.

ſuum iniuſtus, & tyrannus, ſi ſolum quæreret, in pretium illius, vile pomum, aut parum fumi ſuaue olentis.

§. 13. *Cor nobile nulla re minori ipſo Deo eſt contentum, vt oſtendit Diuus Thomas, & Abraham. Infælix qui mercede Balaam effuſus eſt.*

¶ 169. *In oratione quam quotidie dicebat.*

HInc Diuus Thomas inter alia, quæ quotidie orabat hoc erat: *Da mihi Domine cor nobile, quod nulla deorſum trahat terrena affectio.* Cor nobile, quòd omnia terrena tanquam ſtercora ſpernat, quod non ſit contentum rebus vilibus, aut caducis; quod nihil minus te ipſo intendat. Nouerat Doctor Sanctus doctrinam D. Baſilij, qui duplicem conſtituit elationem cordis, vnã malã; imò totius mali originem, quæ eſt per ſuperbiam, de qua dictum eſt: *Initium omnis peccati ſuperbia*: aliam bonam, & totius boni quandam originem, illam videlicet, per quam homo animæ ſuæ dignitatem cognoſcẽs, & bonorũ operum valorem expendens, omnia creata parui facit, & ſibi inſufficientia reputat, & indigna, quibus cor apponat, & nihil minus ipſomet Deo intendit. Talis animi elatio, inquit Baſilius cõmendatione eſt digna: & qui eam habet, in cœlis cõuerſatur, & gaudio cordis perfunditur, ob theſauros illic ſibi reconditos, &c. Hæc potius animi celſitudo dicenda eſt, & nobilitas cordis. Hanc igitur Angelicus doctor poſtulabat, fortè memoria repetens illam cordis nobilitatem, quam S. Cyrillus Alexandrinus in Abrahã annotauit. Quatuor reges potentiſſimi congregati ſunt, *Amraphel rex Senaar*, quem Hebræi putant fuiſſe Nembrod, illum fortem tyrannum, verius alij Ninum filium Semiramidis, *Arioch rex Ponti, Chodorlahomor rex Elamitarum, & Thodal rex gentium*, & venerunt contra regem, & regnum Sodomorum, omniſque ſibi ſubijcientes, *tulerunt omnem ſubſtantiã Sodomorum*, & innumeram gentem virorum, ac mulierum, inter quos etiam captiuum ducebant Lot nepotem Abrahæ. Hoc cum Abraham reſciret, qui habitabat in conualle Mambre, numerauit expeditos vernaculos ſuos, trecentos decem, & octo, & perſecutus eſt illos. *Irruenſque in eos, percuſſit illos, reduxitque omnem ſubſtantiam, & Lot fratrem ſuum cum ſubſtantia illius, mulieres quoque, & populum.* Et autem reuertenti cum triumpho, & victoria, ſecum ferenti homines, & ſubſtantiam; q. à regibus recuperauerat, *egreſſus eſt in occurſum eius rex Sodomorum*, & dixit ad illum: *Da mihi animas, cætera tolle tibi.* Phraſi Hebræa, homines, & mulieres, quas Abraham liberauerat, animarum nomine intellexit, voluitque dicere: Homines, & mulieres, quos libe raſti, in priſtinam libertatem ire concede, & ad ſuas domos in Sodomis redire permitte, cætera omnia ſpolia, quæ recuperaſti, tibi reſeruato, & accipito, tanquam præmium pro labore pugnæ ſuſcepto. Cui reſpondit Abraham: *Leuo manum meam ad Dominum Deum excelſum poſſeſſorem cœli, & terræ, quod à filo ſubtegminis vſque ad corrigiam caligæ, non accipiam ex omnibus, quæ tua ſunt, ne dicas: Ego ditaui Abraham: excepti his quæ comederunt iuuenes, &c.* Poterat iure Abraham omnia illa ſibi retinere, inquit Diuus Ambroſius. Cum enim nõ eſſet ſubditus, aut vaſallus Regis Sodomorum, nec eius ſtipendijs militaret, ſed proprijs ſumptibus, adiuncto ſibi amicorum auxilio bellum confecit; iure belli cuncta ſpolia, quæ cœperat, poterat iuſtè poſſidere. Cæterum nihil penitus inde ſibi voluit retinere. *Leuo*, inquit, *manum meam ad Deum excelſum poſſeſſorem cœli, & terræ quod à filo ſubtegminis, &c.* Hebraiſmus. eſt, id eſt, nihil penitus, nec magnum, nec paruum, nec grãde, nec minimum: *Ne dicas, Ego ditaui Abraham*, id eſt, ego perſolui Abrahæ, quod pro labore ſuo merebatur. Quaſi dicere vellet; Nõ tam vilis eſt Abraham, qui pro ſuo labore contẽtus ſit omnibus, quæ tu præſtare potes, etiam ſi omnes diuitias Sodomorum offeras. *Leuo manum meam ad Deum excelſum poſſeſſorem Cœli, & terræ.* Communiter omnes intelligunt, his verbis indicari, Abraham iuraſſe; nam modus iurandi apud illos veteres iſte erat, eleuata manu, & digito, indicare

¶ 170. *Lib. de Abraham. c. 3.*

In illud Iſai. 2. ſuper omnẽ montẽ excelſum. Eccleſ. 10. 14.

Libro 4 de adoration. Gen. 14.

Iſtella in c. 14. Geneſ.

care Deum veritatis testem, & speculatorem. Sed credo aliquid altius voluisse significare, illum scilicet à quo laboris sui præmium sperabat, & mercedem. Quasi dicens: Pauper es tu, ad meos labores persoluendos, alium ego intendo, & quæro solutorem, qui ditior sit, Deum scilicet excelsum possessorem cœli, & terræ, id est, qui omnium rerũ, plenum, perfectum, & integrum habet Dominium, qui solus potest pro dignitate ad æqualitatem laborum meorum valorem compensare. O nobile cor: O iusta bonorum operũ æstimatio. Quid inde factum est? *His itaque transactis, factus est sermo Domini ad Abraham per visionem, dicens: Noli timere Abraham, Ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis.* Statim è vestigio, his transactis; in Hebræo, *Post hæc verba*, quomodo Chaldæus, & Septuaginta legunt; Deus seipsum Abrahæ manifestũ fecit, & solutionem suorum laborum præstitit, & mercedẽ, qui videlicet ipsemet solueret, Abrahę, nõ pretio quod minus valeret se ipso. *Ego*, inquit, *tuus protector*, & laborũ tuorum retributor, *Et ego merces tua*, non quiliscumq; sed *magna nimis*. Ita qui verè iusti sunt agere consueuerunt, qui hac cordis nobilitate præstant. Ita Dauid, *homo secundum cor Dei*, cui nihil minus quam Deus ipse satisfaciebat, non solùm in terra, sed nec in cœlo. *Quid*, inquit, *mihi est in cœlo, aut à te quid volui super terram?* Ita & omnes quos eleganter Spiritus sanctus descripsit, dicens: *Iusti in perpetuũ viuent, & apud Dominum est merces eorum, & cogitatio illorum apud altissimum. Ideo accipient regnum decoris, & diadema speciei de manu Domini.* Omnia verba sunt grandi expensione digna, sed præcipuè illa: *Apud Dominũ est merces eorum, & cogitatio eorum apud altissimum.* Non ab aliqua creatura expectãt mercedem, nec intendunt præmium ab alio, quàm ab altissimo; nec minorem mercedem prætendunt, quã ipsummet altissimum. Ideo accipient regnum decoris, & diadema de manu ipsiusmet Dei. Ita certè Christianum agere decet; talem de suis operibus bonis debet iustus æstimationem facere, tanta cordis nobilitas illi congruit: vt omnia mundi huius bona, tanquam stercora reputet. Huic doctrinæ innititur illa vrgentissima Dauidis increpatio, qua homines terrena bona intendentes alloquitur: *Filij hominum, vsquequo graui corde? vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?* In Hebræo habetur vox *Isch*, vt doctus Titelmanus expendit, quæ significat virum nobilissimum, & inclytum, & eam vocem in casu nominandi quidam legunt, quasi dicat: Filij viri, aut viriles. Genebrardus. O *potentes clari, & nobiles*: alij in casu gignendi, q.d. O filij viri inclyti, & nobilis, quod dictum credunt quidam, quasi Dauid ad Iudæos loquens, ad memoriã reuocaret nobilissimum eorum parentem Abraham, sicut Deus per Isaiam: *Attendite ad Abraham patrem vestrum, &c.* cuius nobilitatem cordis paulò ante expẽdimus; sed aptius verba ad Christianos videntur directa, quibus Christus Dominus concessit, vt Deum vocarent pleno ore Patrem, dicentes: *Pater noster qui es in cœlis.* Quasi dicat; Vos qui estis filij altissimi, qui Deum pleno ore Patrem vocatis, vestræ nobilitatis, quam ab isto Patre sortiti estis, memẽtote. Filios Dei, nobilissimum cor decet, quod magna à Deo ipso intendat. Cur ergo in hoc positi estis, *quod diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?* cur ea toto corde appetitis, quæ vana, & falsa sunt bona? mentem erigite, & *scitote, quia mirificauit Dominus Sanctum suũ*: Hieronymus legit, *mirabilem reddidit*, miris affecit beneficijs, ipsemet est, qui Sanctos suos assumit admirandis bonis, & donis ornandos, & afficiendos. Et verè Christus Dominus in hac Euangelica lectione simili ratione vnumquemque fidelium vrget, exponẽs, minus benè ab hominibus in terra agentibus expectandam mercedem ijs, qui Patrem habent in cœlis, qui reddit mercedem eis, qui ipsi placere contendunt. Ex his iam expendere incipiamus hypocritarum stultitiam, immo iniustitiam tyrannicam, quam operibus suis inferunt. In primis siquidem homines sibi proponunt suorum bonorum operum solutores, non quidem illos, qui in cęlis iam cum Deo regnant, sed qui mortalem hanc, & caducam agunt vitam. Ab his solummodo pretium, & præmium expectant, & præstolantur.

Gen. 15.

2. Paralip. 8. 14.

Ps. 72. 25.

¶ 171.

Sap. 5. 16.

Ps. 4.

Vide In Ps. 4. in annota. ex Hebræo.

Isa. 51. 2.

Matt. 6. 9.

Quam

¶ 172. *Hom. 72. in Matth.*

Quam grandem iniuriam iniuſtamque offenſam (vt Chryſoſtomus ad hoc inſtitutum expendit) nobiliſſimæ alicuius regis filiæ inferret, qui illam ſibi à rege commiſſam, à thalamo paterno, & amantiſsimi patris oculis ſubtrahens, viliſsimis ſeruis traderet violandam, corrumpendam, & proſtituendam? Deinde vide quodnam pretium à talibus ſolutoribus exigant. Nō quidem poſtulant, eorum ſibi animas ſubijci, aut corpora in ſeruitutem tradi, vt illos habeant ſeruos, & ancillas, neque verò eorum ſubſtantias, aut diuitias: ſed ſolam, & nudam oculorum conuerſionem, *vt appareant hominibus ieiunantes*. Quinam tam crudelis execrandúſque pater, qui filiam ſuā pulchorrimam, ac diuiſsimam proſtituendam traderet alicui, propter id ſolum, quod eam vellet aſpicere, contueri, & laudare illius pulchritudinē, & venuſtatem? Quiſnam negotiator, aut mercator tam horrenda ſtoliditate

Hom. 2. in Ioan. eſt affectus, inquit Chryſoſtomus, qui pretioſiſsimas telas ex auro, & argento multo ſudore, labore, & expenſis contextas, & confectas, adamantem, aut vnionem inæſtimabilis valoris, pro eo ſolum pretio daret, quod viderentur ab aliquo, & laudarentur ab illo.

Iudæ verſu 11. Sæpè attenta meditatione conſideraui illa Sancti Apoſtoli Iudæ verba. *Væ illis, qui in via Cain abierunt, & errore Balaam mercede effuſi ſunt, & in contradictione Core perierunt*. Tria perſonarum genera exprimit, quibus quaſi iam damnatis compati poſſumus, quibus Sanctus Apoſtolus grande comminatur ſupplicium, illam præmittens comminatricem interiectionem, *Væ*, quæ quando inducitur, vt

Hom. 7. in Geneſ. & l. de virg. cap. 21. Chryſoſtomus annotauit, horrendam, ſupremam, & irremiſsibilem pœnam exprimere ſolet. Primum illorum, *qui in via Cain abierunt*. Inuidos ſignificat, hoc namque fuit peccatum Cain, per quod ad execrandum fratricidium peruenit, cui ipſemet Deus quaſi compati viſus fuit, volens illum à ſuo torquenti affectu reuocare, dicens: *Quare iratus es, & quare concidit facies tua? Nonne ſi bene egeris recipies? &c.* Quaſi dicat: Cur de fratris tui bono iraſceris, & doles, qui magis inde lætari debes? Non imputes fratri tuo, quod à me contemnaris, ſéd tibi, qui ſi ſimilis illi volueris eſſe, ſimiles reportabis fauores. Aliud eorum, *qui in contradictione Core pereunt*. Iſti ſuperbi ſunt, & ambitioſi, & prælatis ſuis qui loco Dei ſunt conſtituti, rebelli ſe contradictione opponūt. Aliud eorum, *qui cum Balaã mercede effuſi ſunt*. Nota eſt hiſtoria. Fuit Balaam, vt Origenes *a*, & Auguſt. *b* dicunt, famoſiſsimus in arte Magica, & carminibus noxijs præpotens incantator. Baſilius *c* vocat augurem, & diuinatorem, qui dæmoniacam ſibi doctrinam per augurandi curioſitatem, & ſuperſtitionem comparaſſet, quem, & falſum prophetam fuiſſe, probat *d* Ambroſ. *e* vocat ariolū. Nihilominus quando vocatus à rege Balac fuit, vt populo Dei malediceret, veri Dei ſpiritu actū fuiſſe, & veriſsima prophetaſſe, docent Patres Origenes *f*. Auguſt. *g*. Baſilius *h*, Chryſoſtom. *i*, & ſignanter D. Greg. K cenſet grandi ſpiritu Dei fuiſſe illuſtratū, per quem cognouit veri Dei maieſtatē, & populi illius excellentiam, & fœlicem ſortē eorum, qui ipſi obſequuntur: ideoq; exclamaſſe: *l Moriatur anima mea morte iuſtorū, & fiant nouiſſima mea horum ſimilia*. Veri ergo Dei ſpiritu actus fuit, & vero ſpiritu prophetico tūc illuſtratus: *Sed mercede effuſus fuit*: quia vt eleganter dixit Origenes *m*, prophetiæ verba tantū: habuit in ore: vnde dictum fuit illi à Deo: *Verbū quod cumq; dedero in ore tuo, hoc loqueris*: in corde aūt deſiderium erat mercedis, et cupiditas pecuniæ à rege percipiendę. Ideoq; quod per prophetiam, quam in Dei, & populi eius honorem, & gloriam protulit, poterat conſequi, non intendit à Deo: ſed quam mercedem poſſet ab hominib. reportare ſolūmodo concupiuit. Vnde meritò, inquit Origenes, vocatus eſt, *Balaam*, qui interpretatur, *populus vanus*, qui excellēter populi ſcribarum, & phariſęorū tenuit typum, quos iure Chriſtus reprehendit, quod per opera bona, quæ agebant, ſolam ab hominib. intendebant mercedem. Et expende illud, *Mercede effuſi ſunt*. Effundere eſt ſe totum omni affectu, ex toto corde in aliquid demittere. Quomodo Dauid: *Effundite coram illo* *Pſal. 61. 9.*

¶ 172.
a Ho. 13. & 14. in Numer.
b Serm. 103 de tempor.
c Epiſt. 80. ad Euſt. ad medium.
d In cap. 6. Iſaiæ ad medium.
e In illud 1. Cor. 13. Si habuero prophetiã.
f Hom. 13. & 14. cit.
g Ser. 103. cit. & li. 4. qq. ſuper Numer. & libr. qq. ad Simpl. q. 1.
h Hom. de humana Chriſti gener. & epiſt. 64.
i Hom. 21. in Gen. & 25. in Mat.
k Hom. 15. in Euang. & 3 p. Paſchoral. admonit. 31.
l Num. 23. 10
m Ho. 14. in Numer. poſt med.

corda vestra, & iterū: *Sicut aqua effusus*
Psal. 21. 15 *sum.* Totam mentem, affectum, & omne cordis sui desiderium, in intendenda à rege Balaac mercede pro opere illo, quod Deo suggerente perficiebat constituit, Cum eo autem illi dicuntur mercede effusi, qui solam mercedem temporalem ab hominibus expectant, & requirunt. Et quidem Balaam diuitias multas accepit, quæ apud carnales homines magnopere æstimātur. Quid si non nisi solam, & nudam exteriorem laudem pro pretio, & mercede requireret? Væ hypocritis, qui in hac via Balaam ambulantes minorem mercedem, quam Balaam ab hominibus exposcunt, à quibus tantum quærunt, conspici, & videri. Iuxta quam doctrinam possumus intelligere, quod supra ex Osea cœpimus explicare, contra eos prædictum: *Victimas declinastis in profundum.* Victimæ res erant Deo dicatæ, & oblatæ: magnæ propterea æstimationis esse debebant, quas in profundum declinabant: quia per eas solam suam ab hominibus intendebant laudem, & gloriam. Idem faciebant, ac si quis pretiosas margaritas, ex quibus ditissima posset pretia reportare, in profundum maris proijceret: vt inde ampullas, aut bullas aere ipso leuiores excitaret. Ita qui amore humanæ laudis bene operatur, Victimas in profundum demittit, ieiunium, orationes, eleemosynas, etc. Quod quis in sterquilinio mittat res putridas, aut quæ nullius sunt vilitatis, non miror; sed quod pretiosiores vniones, & gemmas, ac vestes, summæ est stultitiæ, & stoliditatis. His concinunt quæ Chri-
Matt. 7. 6. stus dixit: *Nolite sanctum dare canibus & margaritas nolite mittere ante porcos.* Quid facturi sunt porci de pretiosis margaritis, quas ante eos miseris? Optimè expendit ad hoc institutum Diuus Cyrillus Alexandrinus, quod Deus statuit, præcipiens filijs Israel, vt nullibi offerrent sacrificia sua, nisi ad ostiū tabernaculi. *Homo de domo Israel*
Libr. 10. de adorat. Leuit. 17. 3. 4. *si occiderit ouem, aut bouem, seu capram in castris, seu extra castra, & non obtulerit ad ostium tabernaculi, sanguinis reus erit: quasi si sanguinem fuderit, sic peribit de medio populi sui.* Huius præcepti varias rationes tradit Cyrillus, signanter autem illam, quod indecentissimum est tam excellens opus, quale est sacrificium, alteri nisi soli Deo dicare, & esset margaritas ad porcos mittere, si opera quæ Deo sunt digna hominibus exhiberentur. *Nolite* ergo *fieri sicut hypocritæ, qui exterminant facies suas, vt appareant hominibus:* sed potius tu à solo Deo præmium tuorum ieiuniorum, ac bonorum operum intende, qui solus potest æqualem illis mercedem reddere.

§. 14. *Insipiens qui merces excellentes ad vile emporium, & inopes mercatores defert, sicut Iudas, & qui radices super lapides vult mittere, vt dixit Baldad.*

¶ 174. Osea 5. 2.

¶ 175. Hom. 2. in Ioannem.

VT *appareant hominib. ieiunantes.* Stultos mercium suarū venditores vocat hypocritas, B. Cryso st. Quis venditor quarūcumq; mercium, ea emporia quærit in quibus illas carius vendere possit. Si duo essent emporia, in quorum vno tantū sunt mercatores miserrimi, pauperrimi, & auaritia pleni, qui nihili merces facerent, pro quibus nōnisi puluerē, vel arenam vellent nec possent persoluere: in altero autē essent liberalissimi, ditissimi, ac nobilissimi mercatores, earundē mercium cupidissimi, qui grandi pretio auri, & argenti ēt minores merces emerent: qui merces haberet vendendas, quodnam horum emporium eligeret? Nonne illud omninò fugeret, & ad hoc lætissimo animo merces suas deportaret? si isto relicto, omnes suas merces ad illud primum deferret vendendas: nonne stultissimus iudicaretur? Bona opera quæ homines faciunt, merces quædā sunt, pro quibus pretium vnusquisque accepturus est. Duo autem sunt emporia, in quibus merces vendi possunt, vnum est huius mundi platea, in qua quāplurimi residēt mercatores: sed oēs paupertimi, & inopes. Vnus eorū qui rex erat, suo, & cęterorū omniū
Psal. 78. 8. nomine clamabat: *Pauperes facti sumus nimis,* & verè quidē: nā eorum nullus vel vnam bonam à se ipso cogitationē

potest

poteſt habere: præterea non ſint cupidi huiuſmodi mercium, iudicat enim vnuſquiſque, quod bonum opus ab altero perfectum, parum ſibi proficit. Tandem non poſſunt pro pretio dare, niſi puluerem, vocem ſcilicet laudis, acclamationis, & ouationis. Si namque homo in ſe ipſo nõ eſt niſi puluis: quid erit eius vox, quantumcumque ſonora, quæ minus aliquid eſt? Alterum eſt cœlum, vbi non niſi viri ditiſſimi reſident, vbi ſolummodo veræ diuitiæ reperiuntur: *Gloria enim, & diuitiæ in domo eius*: Ibi tanta æſtimatione bona opera habentur, vt eorum minimum non minus, quam quodam infinito theſauro perſoluatur. Pro potu aquæ frigidæ collato ſitienti, pro veſte lacerata data miſericorditer nudo, pro ſuſpirio ex corde ad Deum emiſſo, æterni ponderis pretium promiſſum eſt. Quod ergo emporium quærendum? Inſipientes ſine dubio hypocritæ, qui merces ſuas ad hoc mundi emporium deferunt vendendas exponentes illas mercatoribus miſerrimis, qui non niſi puluerem humanæ laudis referunt. Non ſolum Iudas fuit impijſſimus vendendo Chriſtum: ſed inſipientiſſimis, & ſtultiſſimus. Erat Chriſtus, in quo omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ Dei erant abſconditi, erat is de quo dictum fuit: *Neſcit homo pretium eius*. Et iterum: *Omne aurum in comparatione ipſius, arena eſt exigua, & quaſi lutum reputabitur argentum in conſpectu illius*. Decreuit Iudas illum vendere, & tanquam mercem quandam exponere venalem. Et quibus perſoluendum tradidit? In quo emporio eum vendendum expoſuit? *Abijt ad principes ſacerdotum, & ait illis: Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam?* Vide inſipientiam, & ſtultitiam venditoris. Primo illud elegit emporium, in quo Chriſtus nulla æſtimatione habebatur. Erat ille, vt dictum eſt, pretij ac valoris omnibus modis infiniti, & ſolus Deus poterat iuſtè illum æſtimare, qui ſolus verũ ac legitimum ipſius comprehendebat valorem quem nulla creatura poterat comprehendere. Si autem, vt dictum eſt: *neſcit homo pretium eius*, multo minus illi quos excæcatos in Chriſti cognitione, & æſtimatione tenebat malitia. Inſuper

Pſal. 111. 3.

Iob 28. 13.
Sap. 7. 9.

Mat. 26. 14.

¶ 176.

mercatores illi huiuſmodi mercem non quærebant à venditore: ſed ipſe eam eiſdem offert, & non vocatus nec rogatus, ad eorum defert emporium vnde minori pretio erat æſtimanda: nam vltroneæ, ac oblatæ merces à venditore, vileſcunt. Tertiò erant illi mercatores auari, imo & ipſamet auaritia, quos iam à longe Propheta Amos contemplatus dixerat: *Auaritia in capite omnium*, loquitur enim de illis emptoribus, quos auariſſimos fuiſſe, deſcribunt Euangeliſtæ: & dicitur *auaritia in capite eorum*, quia illis plene dominabatur, vt D. Hieronymus exponit: ſicut de inimicis Ieruſalem dixit Ierem. quod *facti ſunt in capite*: tales erant, quod pro vno obolo animam venalem exponerent. Quarto erãt crudeles, qui nullatenus alieno damno cõpatiebantur, tantummodo quæ ſibi ipſis vtilia iudicabant, intendebant. Vnde quando Iudas ſuæ perditionis, & peccati commiſſi eos admonuit, dicens: *Peccaui tradens ſanguinem iuſtum, reſpondêrunt*: Quid ad nos? *tu videris*. Tandem non Iudas aliquod magnum pretiũ poſtulauit: ſed illis reliquit, vt ſibi bene viſum pretium impenderent, hoc ipſo intelligere volens, exiguum omnibus modis ſibi exhibendum. Si enim quis auariſſimo mercatori mercem aliquam emendam rogando offerat, cui relinquit pretium ad ſuã voluntatem dare: certum eſt non niſi viliſſimum pretium accepturum, quantumcumque pretioſa ſit res, quã vendit. Quantum ergo pretium poterat Iudas ab huiuſmodi emptoribus ſperare, qui auariſſimi erant, & rem quam ipſis vendebat, non æſtimabant: imo contemnebant, quam ipſe vltro eis offerebat, & vt emerent rogabat, pretium illis conſtituendum relinquens? *At illi conſtituerunt ei triginta argenteos*. Vide quam vile pretium. *Decorum pretium*, inquit Deus, ironicè, & irriſoriè loquens, *quo appretiatus ſum ab eis*. Et certum erat, viliſſimo pretio eos appretiaturos fuiſſe, quibus appretiandus Chriſtus relinquebatur. Grande facinus Iudæ: grandis dementia. Si attenderes ò Iuda, inquit Chryſoſtomus, quem tradis: nec his traderes, nec tam vili pretio eſſes contentus. Simile hic aliquo modo eſt, quod hypocritæ faciunt. Quamuis enim infinita ſit di-

Amos 9. 1.

Mat. 15. & 23.
Luc. 16.
In cap. 9. *Amos.*
Thren. 1. 5.

Zachar. 11.

Homil. de proditione Iudæ to. 3.

ſtantia in valore, inter Chriſtū, & opera noſtra bona: ſed aliquam poſſumus
¶ 177. conſiderare proportionem. Diximus enim ſupra, opus bonum poſſe filium Dei dici, cuius virtute generatur, &
Iſa.26.12. naſcitur, dicente Propheta: *Omnia opera noſtra operatus es in nobis Domine.* Quid facit hypocrita? Hunc Dei filium vendendum exponit hominibus, qui in primis *neſciunt pretium eius*. Talis eſt enim valor operis meritorij, vt non ſolum homines: ſed nec omnes intellectus Angelici per ſuas vires poſſint illius iuſtam æſtimationem appendere: quam, vt quidam cenſent, ſolus Deus poteſt perfectè, & plenè comprehendere. Nam talis eſt valor, vt ſolus Deus ipſe correſpondeat ei pro iuſta mercede: Deū autem nulla creatura comprehendere poteſt. Et certè paruæ ſunt æſtimationis in oculis hominum operæ meritoria, quibus communiter ea omnia anteponere ſolent, quæ aliquod tēporale lucrum inducunt. Ideoque ſi aliquid ſe offerat agendum, quod temporali lucro congruat: dimittunt omnia opera, quæ magni poſſunt eſſe apud Deum meriti. Illis itaque vendit hypocrita huiuſmodi mercem qui non pro dignitate eam æſtimant. Deinde, ipſis vltro eam offert, quam illi nec concupiſcunt, nec quærunt. Nihil enim minus quærit aliquis, aut concupiſcit quā bona opera alterius, quæ parū ſibi prodeſſe iudicat. Tertiò, ſunt homines auari: *A maiori vſque ad minorem*, in-
Iarem.6.13 quit Ieremias, *omnes auaritiæ ſtudent*. Expende verbum *Student*, quod maximam ſupremamque curam indicat, & exprimit, quo vſus Paulus: *In hoc*, in-
Act.24.16 quit, *& ipſe ſtudeo*, id eſt omnem operam do, vniuerſam mētem, & animum conuerto, *ſine offendiculo conſcientiam habere ad Deum, & ad homines ſemper*. Pagninus legit: *Omnis ipſe auarè ſe ſtatuat auaritiam*. Expende illam geminationem *auarè auaritiam* ſectatur: quam etiā ſub alijs verbis expreſſit Regia: *Omnis ipſe concupiſcens cupiditatē*. Omnes itaque in hoc poſiti ſunt: vt ſibi vniuerſa acquirant. Sunt inſuper homines ſeculi, quantum in ſe ipſos blandi, in alios crudeles, nulla cura ſalutis, aut perditionis aliorum vrgentur: omnes dicunt cum Cain: *Num-*

quid cuſtos fratris mei ſum ego? & cum phariſæis: *Quid ad nos? tu videris*. Tandem illis relinquit hypocrita pretium perſoluendum conſtituere: vt ſcilicet rependant, quod velint, laudent opus bonum quantum eis apparuerit laude dignum. Vide inſipientiſſimum venditorem. Et quodnam pretium te repoſtaturum credis ab huiuſmodi mercatoribus? Summum, quòd rependent, erit, ad te oculos conuertere, nonnulla laudis verba proferre. Decorum ſane pretium reportas, & nullum aliud ab hominibus reportandum, certum eſt. Ex- ¶ 178.
cellentiſſimè amicus ille B. Iob, Baldad Suhites, hypocritam deſcribendum aſſumpſit, cum ſimilem ſcirpo, & carecto
Iob 8.11.13 deſcribens, *Nunquid virere poteſt ſcirpus abſque humore, aut creſcere carectum ſine aquis? &c. ſic ſpes hypocritæ*. Scirpi
3. Moral. c. 26. & 27. vel carecti nomine, inquit D. Gregor. hypocritæ vitam ſignat, quæ ſpeciem quidem viriditatis habet: ſed ad humanos vſus fructum vtilitatis non habet, quæ ſterilitate operis arida permanēs, ſolo ſanctitatis colore vireſcit, &c. Scirpus ſine humore non viret, nec pulchrā viriditatis refert apparētiam: quia hypocritæ, ſi non adſint ſpectatorum oculi quorum laudem exoptant, ab operibus bonis ceſſant, & illam, qua præſtare ſolebant viriditatem deponunt. In cuius confirmationem id poſſumus obſeruare, quod Scholiaſtes Auguſtini, de
Viues. 21. de ciuit. cap. 16. Diogene Cynico refert. Ille ſicuti cæteri illi Philoſophi ſolam hominum intendebant laudem, vt Diuus Auguſtin.
21. de ciui. cit. docet, multa propterea horrenda, miranda ac ſtupenda faciebat, vt omnium oculos ad ſe ſuſpiciendum, mirandumque conuerterent. Idcirco, cum media hyeme in rigidiſſima ſe lauaret aqua, & frequens populus id ſpectans, miſertus hortaretur, vt ſibi parceret, Plato qui ſimili infirmitate laborabat, & ex ſe ipſo, quid Diogenes intenderet, nouerat, exclamauit: *Si vultis eius miſereri, diſſoedite*. Ceſſantibus enim oculis ſpectatoribus, ceſſabit eius opus, quod tantum durabit quantū permanentes oculos ſpectantes ſe viderit. Non itaque *Iob 8.16.* viret ſcirpus ſine humore, &c. Deinde 17.
inſequens Baldad, quam caperat meta- *8. Mor. c. 33.*
phoram, ſubdidit: *Humectus videtur ſcirpus* (ita legit Gregorius, quāuis in-

vulgata,

Geneſ.4.8. Matth.26.

vulgata, vox *ſcirpus* diſpuncta videatur) *antequam veniat ſol, & in ortu ſuo germen eius egredietur, ſuper aceruum petrarum radices eius denſabuntur, & inter lapides commorabitur.* Difficilis locus, & omninò de obſcuris, quê variæ translatorum lectiones, & authorũ expoſitiones difficiliorẽ reddunt. Sed non errabimus ſequentes mentem ſanctorũ Patrum, tam Græcorũ, quam Latinorum, ſignanter Philippi Diaconi, B. Gregorij, D. Thomæ, & Bedæ, qui exiſtimant Baldad, his verbis perſiſtere in ea quam cœperat metaphora ſcirpi, explicaturus hypocritæ mores, & ſortem: quam quantum exiſtimo, ita ad vnum exponere conatus fuit, vt inciens deſcribere hypocritam à ſcirpo, deinceps ita de ipſo hypocrita ſolummodo loquatur; & quæ dicit non ſcirpo, ſed hypocritæ tantum cõueniant.

¶ 179.

2. Cor. 4. 5. Solis nomine, inquit Gregorius, Chriſtus exprimitur. Hic aduenier tanquã ſol, & orietur clarus in die iudicij; *Quando illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium.*

Malac. 4. 3 De quo ad literam per Malachiam dixit Deus: *Ecce dies veniet ſuccenſa quaſi caminus* diem iudicij indicat; *Et orietur vobis timentibus nomen meum ſol iuſtitiæ.* Aptè, inquit Hieronymus, dicitur; quod orietur vt Sol: quia omnia patefaciet, & manifeſtiſſima reddet.

In cap. 4. Malach.

Virgil. 6. Æneid. Sol (inquit doctus piuſque Ribera) quaſi reſtituit rebus ſuum colorem; quem nox abſtuliſſe viſa fuit, iuxta illud Poetæ: Et rebus nox abſtulit atra colorem. Quod imitatus Prodentius dixit: Rebuſq; iam color redit, Vultu nitentis ſyderis, Orietur propterea Chriſtus ſicut Sol, quia vnuſquiſque ſuum verũ genuinum referet vultum ſub claritatis illius ſplendore. Vnde quod noſter Vulgatus legit: *ijs qui diligunt aduentum eius.* S. Auguſtinus ſic legit: *Qui diligunt manifeſtationem eius*, quaſi aduentus eius, futura ſit illius manifeſtatio, & tanquam quidam Solis ortus, qui ſe ſplendentem, & omnia illuminantẽ exhibebit. Antequam hic Sol veniat, inquit Gregorius, humectus videtur ſcirpus: quia priuſquã diuina diſtrictio in iudicio cãdeat, omnis hypocrita infuſum ſe ſanctitatis Gratia oſtentat: quaſi virens aſpicitur, quia iuſtus æſtimatur: honoris locum obtinet, de gloria ſanctitatis pollet, à cunctis veneratio defertur, opinione laudis extenditur. Ante ſolis aduentum germen ſuum ſcirpus oſtentat, quo pulcher apparet, &c. Et ſi quæras, quid intendat per huiuſmodi opera hypocrita: *Super aceruum*, inquit, *petrarum, radices eius denſabuntur, & inter lapides commorabitur.* Septuaginta: *In cõgregatione lapidũ dormit, aut quieſcit.* Scholia Græca: *Super colles radices eius.* Hæc verba difficilia ex eo ſunt, quod ſcirpo non videantur conuenire, qui non radices ſuper petras mittit, nec inter lapides oritur: ſed ad aquarum decurſus, & in locis humentibus: non in collibus naſcitur, ſed in conuallibus. Omnem tamen difficultatem auſert, quod diximus, Baldad, qui in ſcirpo hypocritam primo deſcribendum aſſumpſit, nunc relicto ſcirpo, quæ ipſi tantum hypocritæ conueniunt elegantiſſimè exprimere. Quid radicum nomine, inquit D. Greg. niſi latentes cogitationes, & intẽtiones accipimus? quæ in occulto prodeunt, ſed in oſtenſione operum per apertum inſurgunt. Sicut, & de verbi ſemine per prophetam dicitur: *Hoc quod ſaluatum fuerit de domo Iuda, & quod reliquum eſt mittet radicem deorſum, & faciet fructum ſurſum.* Radicem quippe deorſum mittere eſt, cogitationem bonam in abditis multiplicare: fructum verò ſurſum facere, eſt per efficaciam operis recta quæ cogitauit oſtendere. Lapidum vero nomine, in ſãcta ſcriptura homines deſignantur, ſicut ſanctæ Eccleſiæ per Iſaiam dicitur: *Ponam iaſpidem propugnacula tua, & portas tuas lapides ſculptos.* Quid namque lapidum nomine, intelligere vellet explicuit ſubdens: *Vniuerſos filios tuos doctos à Domino.* Et ſicut admonente Petro dicitur: *Et vos tãquã lapides viui ſuperædificamini domus ſpiritualis.* Hoc itaque loco, quia *lapides* dicti ſunt: ſed tamen *viui* minimè dicuntur, nuda appellatione lapidum, permixti poſsũt reprobi, & electi figurari. Scirpus itaq. ille, qui inter lapides cõmoratur, ſuper aceruũ petrarum radices denſat, quia hypocrita oẽs ſuas cogitationes in exquirenda hominũ admiratione multiplicat: Per omne

8. Moral. c. 34. 35. & 36.

Iſai. 37. 31

¶ 180.

Iſa. 54. 12

1. Pet. 2. 5.

enim quod hypocritę faciunt, quia occultis cogitationibus laudes hominum requirunt, quasi radices scirpi in acervum petrarum mittunt. Vnde, & factis suis perpetuò arbitros inquirunt, ibique mentis suæ intentionem auidius reponunt, vbi maiorem hominum acervum, & congeriem vident, de quibus Dominus: *Exterminant facies suas, vt appareant hominibus ieiunantes, &c.* Ex his intelligere illorum stoliditatem, qui petras inquirunt, vt super eas mittant radices. Quem humorem putas extrahere posse herbam, quæ super aceruũ lapidum suas radices miserit? paruum certè, & exiguum, adeo vt, & semen, quod *cecidit super petras, natum statim aruit, quoniam non habebat humorem.* Sunt homines lapidibus ipsis duriores, ex quibus aquam abundantem trahere, opus est diuinæ virtutis, per quam eluxit aquam de petra. Optimè hominum duritiem Philosophus ille intellexit, qui vt assuesceret non commoueri, nec irasci contra homines petita negantes, primo ad petras accedebat, petens supplex ab eis, quod ab hominibus postulare intendebat: sæpè enim idem est ab hominibus, atque à durissimis petris aliquid prœstolari, aut expectare. Qui omnes mẽtis suæ cogitationes, ac intentionis suæ radices, super petras collocat, quem credis extracturum humorem? Exilem sanè, & exiguum: ad minimum caloris æstum, aut ad leuem flantis venti auram exsiccandum, & consumendum. Aliud igitur emporium Christus ostendit suis, ad quod merces suorum bonorum asportent, iusto persoluendas pretio, & digna æstimatione compensandas: illud est cœlum: *Thesaurizate*, inquit, *vobis thesauros in cœlo*, merces vestras cœlo inferte per intentionem placendi Deo, vbi tanquam indeficiens thesaurus reseruatæ consistent iusto, & condigno æternæ gloriæ præmio persoluendæ. Alium item designat locum, in quo radices mittamus, ipsum scilicet Patrem cœlestem, qui est pelagus infinitæ substantiæ, ex quo omnia bona procedunt, in quem qui radices miserit, non erit *solicitus in tempore siccitatis, nec cum venerit æstus*, vt dixit Ieremias. In Deo iustorum radices fixas exponebat Spiritus sanctus de illis: *Cogitatio illorum apud altissimum.*

Luc. 8. Matth. 13 Marci 4.

Ierẽ. 17. 8. Sap. 5. 17.

§. 15. *Docet Christus ad cœleste emporium merces nostras deferre persoluendas à Deo, qui illarum iustum pretium solus reddere valet.*

¶ 181. Hom. 43. ad populũ. Io an. 8.

SImiles sibi Christus vult nos esse, inquit Chrysostomus, & quod aliquatenus ex hac parte Deo ipsi simus æquales. Quid enim ipse dicit? *Ego gloriam ab hominibus non accipio.* A quo voluit Christus glorificari? Audi Apostolorum principem dicentem: *Accipiens autem à Deo patre honorem & gloriam.* Audi ipsum ad finem vitæ orantem, & dicentem: *Opus consummaui, quod dedisti mihi, vt faciam: & nũc clarifica me tu Pater apud temetipsum.* Circa quæ verba multa sancti Patres annotant, nunc tantum considera, quod opera in hominum oculis, & in conspectu discipulorum suorum fecit Iesus talia, qualia Ioannes indicat dicẽs scribi nõ posse: opera sanè heroica, suprema, omni laude etiam Angelorum superiora: ad talia autem opera, laus, gloria, & honor necessario cõsequuntur, *Gloria enim, & honor omni operanti bonum, Iudæo, & Græco*, & multo magis Christo Domino legitimo Dei filio. Quam gloriam Christus expetet? ad quodnam emporium merces factorum & mẽritorum suorũ reportabit, vt debite persoluãtur? Nũ ad hominũ emporium? Nequaquam: sed ad cœleste. *Et nunc clarifica me tu Pater apud temetipsum.* Quasi dicat: Claritatem, glorificationem, & honorem à te intendo, & expecto, qui nosti debitam gloriam, & honorem operibus sanctis impendere. Et ad idem institutũ considera quo fecit, quando cum tam solemni, illustri, & glorioso triumpho ingressus est Ierosolymam, quali nunquam Rex, Imperator, aut victor aliquis triumphator fuit vnquam exceptus, cum ramis, & hymnis glorioſis; quãdo omnis turba hominum ac mulierum, virorum, ac infantium suprema gloriæ acclamationibus applaudebant. *Benedictus qui venit in nomine Domini, rex Israel.* Talis fuit huiusmodi gloria Christo ab homi

Ad Rom. 2. 10. Ioan. 21. 2. Ioan. 17. Ioan. 17. 5. Matt. 21.

nibus

nibus exhibita, vt Dauid in ſpiritu multis retro annis eam conſiderans, & eius conſideratione exultans, & gaudens illum ediderit pſalmum, cuius verſum, nunc Chriſtus retulit, & ad impletum exhibuit: *Domine Dominus noſter, quam admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra; quoniam eleuata eſt magnificentia tua ſuper cœlos, ex ore infantium, & lactentium, &c.* Quæ omnia verba ad hoc inſtitutum elegantiſſimè ſanctus expēdit Chryſoſtomus. In huius igitur ſuprēmæ laudis, & gloriæ medio Chriſtus conſtitutus, circundatus vndique omni hominum genere, *nam qui præcedebant, & ſequebantur*, omnes inaudita ouatione illi acclamabant: ad æternū Patrem ſe totum conuertit, orans, & dicens: *Pater elarifica nomen tuū.* Theodoretus Heracleotes intelligit Chriſtū poſtulaſſe ſui clarificationem, per quam nomen Dei glorificaretur, vt idem ſit quod dicit: *Pater clarifica nomen tuum*, cum illo quod poſtea dixit: *Pater clarifica filium tuum, vt filius tuus clarificet te.* Et verè hoc conſonum eſt reſponſioni, quam pater dedit. *Venit enim vox de cœlo dicens, & clarificaui, & iterum clarificabo.* Quod de clarificatione, qua pater clarificauit Chriſtū manifeſtè intelligendum eſt, quem Pater clarificauit in vita ſemel, & iterum clara voce dicens: *Hic eſt filius meus dilectus*, &c. & per miracula ſtupenda, quæ Chriſtus operatus fuit: & clarificaturus erat in morte, & poſt mortem, vt omnes SS. Patres Græci, & Chryſoſtomus *a*, Cyrillus *b*, Leōtius *c*, Theophylactus *c* Euthymius *c*, & Theodorus Moſueſtenus explicarunt. Poſtulauit igitur Chriſtus ſui clarificationem, honorificationem, & glorificationem. Mirum ſanè eſt, quomodo illo tempore eam poſtularet à Patre, quando ſumma ab hominibus gloriſicatione ſe videbat illuſtrem. Si illam poſtulaſſet, quando in cruce ab omnibus irridebatur, & deſpiciebatur, non mirum, ſi quando vitam finiuit, ſicut dixit *d*: *Deus meus vt quid dereliquiſti me*, dixiſſet: *Pater clarifica nomen tuū*, aut filium tuum, non mirum, ſed quod quando ſuprema gloria circundabatur, peteret à Patre carificari, admiratione dignum videtur. Optimè tamen cœleſtis magiſter, quam de ſuprema humana gloria æſtimationem debemus facere indicauit, nihil enim illa facienda eſt, niſi ſuppoſita tanquam fundamentum firmum, & ſolidum glorificatione, & clarificatione, quæ eſt à Deo: & in tantum ſumma gloria ab omnibus oblata eſt æſtimanda, in quantum decreta, & ordinata eſt à patre, qui in cœlis eſt. Si Chriſtus tantum intendiſſet ab hominibus gloriam, radices in lapidibus miſiſſet, ideoq; ſtatim fuiſſet arefacta; nam ipſimet homines, qui tam grandi, inauditaque gloria eum exceperunt, & proſequuti fuerunt, non poſt multos annos, mēſes, aut hebdomadas, ſed poſt ſolos quinque dies, maiori ignominia affecerunt. Quia tamen Chriſtus ad cęleſte emporium merces ſuas tranſmiſit, tam excellenter à Patre fuerūt perſolutæ, quod *Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, vt in nomine Ieſu omne genuflectatur.* Hinc D. Bernardus explicat efficacem Chriſti ad Phariſæos obiurgationē, *gloriam ab inuicem accipitis, & gloriam, quæ à ſolo Deo eſt non quæritis.* Quaſi dicat: Qui cupidi eſtis gloriæ, cur tā ſtulti eſtis, vt gloriam ab inuicem quæratis? quæ inanis, & nullius eſt ſtabilitatis, & non quæritis gloriam, quæ à ſolo Deo eſt, quæ eſt ſtabilis, firma, & ſecura.

In Pſal.8. *Pſal.8.* *Ioñ.12.28* *Matt.17.5* *a Hom.66. in Ioannē.* *b Lib.8. in Ioan.c.15.* *c In cate. Græca in c. 12. Ioan.* *d Matth. 27.46. & Marc. 15. 34.* *Ad Phil. 2.9.* *Ser.13.in Cant.* *Ioan.5.44.*

§. 16. *Quātum auerſetur Chriſtus hypocritas, oſtendit maledicens ficulneæ, ex eo quod illorum ſymbolum, & figuram tenebat.*

¶ 183. VT *appareant hominibus ieiunantes.* Indicans Chriſtus Dominus hypocritarum ſtultam ſtoliditatem, vt diximus; ſimul etiā declarat illos ſibi vehementer infenſos, qui ex bonis operibus id ſibi aucupantur, & tribuūt, quod Deo ipſi debitum eſt, gloriam ſcilicet, & laudem: qua de cauſa ſacrilegi furti eos conuincūtur Auguſtinus *a*, & Gregorius *b*. Obſeruauit D. Cyrillus Alexandrinus *c*, hypocritarum peccatum maxime ad iram commouere diuinam mentem, & maieſtatem. Quod apertè & clarè ille Eliu amicus beati Iob expreſſit *d*. *Simulatores, & callidi prouocāt iram*

a Lib. Soliloq.c.15. *b 18. Mor. c.4.* *c Li.7.de adorat in Spiritu.* *d Iob.36.13*

ram *iram Dei*. In Hebreo habetur nomen *Hhaneph*, quod Vulgatus ferè semper *hypocritas* trâsferre solet, quamuis hoc loco simulatores transferat; quia hypocritæ nomen simulatorem significat, vt diximus supra. Apte autem cum simulatores dixisset (inquit Gregorius) addidit *& callidi*, quia callidè procedit, quicumque simulator est, vnum tenēs, & alterum ostendens, quod & Augustinus obseruauit. De eis nō dicit, quod merentur iram Dei: sed quod *prouocāt*, vt idem Gregorius obseruat; quia non tantùm iram Dei sicut cæteri peccatores promerentur, sed eam vrgent, & excitant contra se ipsos. Septuaginta iuxta hebræum, vertunt: *Ordinant furorem*, id est, omnem Dei furorem contra se ipsos dirigūt, & ordinant eo modo, quo per oppositum Sponso dixit, Sponsum *suam in eam ordinasse charitatem*, id est, totum suum amorem, ita quod illam totius amoris sui fecit quasi terminum. Pagninus: *Ponunt furorem super se*, id est, firmiter statuunt, & disponunt, eo modo, quo dux dicitur ponere fortitudinem exercitus super aliquam ciuitatem, & Deus ad Ezechielem constituit, quod *poneret arietes*, id est, instrumenta quatiendi, *in gyro* Ierusalem. Regia: *Ponent nasum*, id est, vehementem iram, quam scriptura per nasum solet significare, quo fortiter spiramus quando forti ira succensi sumus. Hoc autem satis ostēdit factum illud, quo Christus dominus, postquam cum pharisæis hypocritis contendit, videns ficiarborem vnam secus viam, venit ad eam, & nihil inuenit in ea nisi folia tantùm, & ait illi: *Nunquam ex te nascatur fructus in sempiternum*, aut vt Marcus: *Iam non amplius in æternum ex te fructum quisquam manducet*: & arefacta est continuò ficulnea, & videntes discipuli mirati sunt dicentes, *Quomodo continuò aruit?* Mirantur SS. Patres huiusmodi factum, & inquirūt, cur Christus Dominus ficulneam tam grandi maledictione prosequutus fuerit. Id enim non processit ex aliquo iræ impetu, sicut accidit ijs, qui contra res inanimatas se conuertunt, vt cùm contra calamum non reddentem atramentum irascimur, & illum conterimus, hic enim inordinatus affectus est, ex infirmitate nostra procedens, vt B. Augustinus annotauit, qui propterea in Christo esse non poterant. Neque verò animo puniendi ficulneam, quam probe Christus nouerat nullius culpæ capacem, eò præsertim, quòd vt Marcus aduertit, *non erat tempus ficorum*. Imò sciens, & prudens, quod ficus non habebat, ad eam accessit; non enim poterat (inquit Gregorius) creator omnium nescire, quia fructum ficus non habuit, quod quia tempus ficorum non erat, omnes poterant scire. Ad magnum ergo mysterium declarādum factum fuisse, colligunt sancti Patres, Hilarius *a*, Hieronymus *b*, Gregorius *c*, & Ambrosius *d*, sicut prius collegerat Origenes *e*, ostendere siquidem voluit, grauissimè, & iustissimè se contra Pharisæos magna ira commotum. Illorum singulare peccatum, erat hypocrisis, quod Christus ipse apertè discipulis notum fecit, dicens *f*: *Attendite à fermento pharisæorum, quod est hypocrisis*. Optimè autem vt Tertullianus *g*, & Cyrillus Alexandr. *h*, annotarunt, hypocrisis vocatur fermentum: nam sicut *i*, *fermentum totam massam corrumpit*, & illius puritatem inficit; ita hypocrisis omnia bona inficit, & corrumpit. Iusserat Dominus *k*, inquit Cyrillus, fermentum procul abesse ab omni sacrificio: quia ab omni bono opere voluit hypocrisin, aut inanis gloriæ appetitū excludi: Pharisæi ad omne sacrificium adhibebant fermentum, qui, vt dixit Christus *l omnia opera sua faciebant, vt viderentur ab hominibus*: externam apparentiam affectabant. Hos hypocritas iam Christus per ficulneam vero fructu carentem, folijs redundantem expresserat apud Lucam; nunc quando grauissimè ab eisdem fuit offensus, ab eis declinans, ad ficulneam quæ illorum gerebat typum, se conuertit, illamque maledixit: vt hinc consideres, & inferas, quanta ira fuerit contra hypocritas prouocatus, qui arborem omni culpa expertem, à qua nihil fuerat læsus, maledixit, & contra eam grandi ira se excitatum ostendit, ex eo solùm quod hypocritarū typum, & effigiem quandam referebat. Vidi ego aliquando illustrissimum Comitem, qui cum à filio graui offensione pro-

26. *Moral.* c. 28.

5. *De Ciui.* c. 19.

Cant. 2. 4.

Ezech. 4. 2.

Matt. 20. 19.

Marc. 11. 14.

¶ 184.

Mar. 11. 13

Lib. 8. *Epi.* 42. *ad Eulog. Patri. Alexand.*

a *Canō.* 21 *in Matth.*

b *In ca.* 20. *Matth.*

c *Li.* 8. *Epi.* 42. *ad Eulog citat.*

d *Lib.* 7. *in c.* 13. *Luca.*

e *tract.* 17. *in Matth.*

f *Luc.* 12. 1

g *Li.* 4. *cōt. Marcionē. c.* 28.

h *Li.* 10. *de adorat. in spiritu.*

i *ad Gal.* 5. 6.

k *Exod.* 23

l *Matt.* 23 5.

1. *Luc.* 3. 67

prouocatus fuiſſet, nolens contra eum manus conuertere, quem perdere nolebat, quia tempus ad tale ſupplicium erat inopportunum, videns quanquam illius imaginem, ſe totum ad eam lacerandam conuertit, vt oſtenderet, quantum per filij offenſam eſſet exacerbatus, & exaſperatus. Ita fecit Chriſtus Dominus. Grauiſſimè prouocatus fuit à Phariſæis propter intolerabilem illorum hypocriſim, noluit contra eos plenè manus conuertere, quia non erat tempus ad puniendum opportunum, diſcipulis enim poſtulantibus vindictam inferri quibuſdam ipſius offenſoribus, id omninò negauit, dicens: *Luc. 9. 56.* *filius hominis non venit animas perdere, ſed ſaluare*; idcirco ab eis declinãs, ad eorum effigiem deſtruendam ſe conuertit, vt in eo quod eos nolebat punire, charitatem, & amorem ſuum oſtenderet, in eo autem, quod ipſorum figuram perdendam penitus aſſumebat, quantum ſibi diſplicerent, demonſtraret. Non poterat meo iudicio excellentius explicare ſuam contra hypocritas iram, & quam grauem ab illis ſentiret offenſam. Argumentum maius, & euidentius, quo oſtenditur quãtum Deus odio habeat veros peccatores, ex eo deſumitur, quod ſuprema ira ſe ipſum excitatum exhibuit contra nudam, ac meram eorum imaginẽ, & figuram, contra quam omnes irę ſuę fluctus videretur conuertiſſe. Quod aperte in Chriſto Domino videre licet. Erat ille legitimus Dei filius, & infinitè quidem placens, & dilectus, nihilominus videbis, Deum ſupremo illum ſupplicio afficientem, in cuius perſona Dauid clamabat, *a*: *Omnes fluctus tuos induxiſti ſuper me*. Cur id factum eſt? Quia Chriſtus peccatorum perſonam ſuſcepit, & *b apparuit in ſimilitudine carnis peccati*. *c*. *Cùm enim in forma Dei eſſet, ſemetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens*, ideſt, peccatoris figuram, quam ſuſcipiens veram humanitatem noſtram, excellentiſſimè retulit. Nunquid Pater æternus hac figura filium occultatum non cognouit, aut verum eum peccatorem reputauit? Fuitne ſicut Iſaac, cuius oculi caligauerunt, & filium qui Eſau figuram ſuſcepit, & eius veſtes induit, verum Eſau reputauit? Minimè quidem. Se enim verè illum cognouiſſe, apertè voluit manifeſtare, qui ſtatuit, quod quando peculiari, ac proprio peccatoris ſigno afficeretur in circuncifione, nomen Ieſu illi imponeretur, qui non circuncidebatur quaſi peccator, ſed quaſi peccatorum ſaluator: Qui etiam quando Chriſtus ad baptiſmum inter peccatores baptizandus veniebat, quaſi vnus eorum eſſet, voluit cęlos aperiri, & ſupra eum Spiritum ſanctum viſibili columbæ figura deſcendere, tanquam propriam Spiritus ſui ſedem recognoſcens, inquit Tertullianus, eiuſdemque patris vox intonuit: *Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui*. Cur ergo tali ſupplicio eum afficiendum voluit? cur in cruce ſuſpenſum teneri? cur infamiſſima morte extingui? Reſpondet Paulus: *Ad oſtenſionem iuſtitiæ ſuæ*, vt videlicet oſtẽderet iuſtitiæ ſuæ rigorem contra peccatores. Ita enim contra filium manus conuertit, (eo modo quo per Eſaiam dixit, *ſe percuſſiſſe eum*) quoniam ſimilitudinem, & perſonam peccatorum in eo vidit, & peccatorum perſonam ille repræſentabat, & referebat: ad oſtenſionem iuſtitiæ ſuæ: vt ex eo colligas, quantum Deus contra veros peccatores ſit ira concitatus, & quantum iuſtitiæ ſuæ vindictam exercere contra eos ſit paratus, qui contra dilectum filium ſuum, tam acerbam, & rigidam iuſtitiæ exequutionem fieri voluit, ex eo quod in eo perſonas peccatorum repræſentari vidit. Hocque eſt, quod Chriſtus ipſe expendi voluit, quando ad mulieres flentes conuerſus dixit: *Nolite flere ſuper me, ſed ſuper vos ipſas: quia ſi in ligno viridi hæc faciunt, in arido quid fiet?* Si videres ignem ſuccendentem acerrimis flammis lignum viride, ex eo quod lignum eſt: quantum crederes, illius flammas ſuccenſuras lignum aridum, quod propria eſt atque apta materia, in qua flammæ ignis agant, & operentur? Fuit igitur ficulnea illa quædam hypocritarum imago: communiter namque ſcriptura ſacra illos typo earum arborum ſolet exprimere, quæ ſecundum externam apparentiam per viriditatem, & foliorum multitudinem nitentes, nullum

Luc. 2. 18. *Lib. de baptiſmo.* *Matth. 17.* *Rom. 3. 25.* *Eſa. 53. 8.* *Luc. 23. 31.*

¶ 181. ¶ 182.

a Pſ. 87. 8. *b Rom. 8. 3.* *c ad Phil. 2. 7.* *Gen. 27.*

nullum fructum ad maturitatem perdu
Iud. 12.13 cunt. Ita Sanctus Iudas Apostolus eos describit, quod sint *Nubes sine aqua*, quæ pluuiam abundantem promittere videntur, & tamen in ventum penitus conuertuntur: *Sidera errantia*, quæ stellæ apparent, & non sunt nisi leues vapores: per cœlũ videntur discurrere, & aeris mediam regionem non transcendunt; lucem referunt oculis quasi cœlestem, quæ subitò in vaporem leuem commutatur: *Arbores autumnales*, quæ plenæ sunt foliis, & excellenti viriditate oculos delectant: sed intra se nullum cõmunent fructum. Et quia singulariter talis tunc erat sicu lnea illa, singulariter eam illos exprimebat, vt latè Diuus
Li 7 in c. 13. Luc. Ambrosius prosequitur, & in illa, cui maledixit, ipsos Christus præuidebat, quam propterea tam acri, rigidaque maledictione fuit prosecutus. Qui in hypocritarum effigiem ita se exhibuit iratum: quantum credes contra ipsos veros hypocritas prouocatum, & cõmotum? Apertè satis id Dauid exposuit, vt Beatus Augustinus annotauit, dicens: *Deus conteret ossa eorum, qui hominibus placent, confusi sunt, quoniam Deus spreuit eos.* In ossibus omnis virtus corporis consistit; si autem illa conterantur, totum corpus penitus contritum intelligimus.

in Psal. 7. Psal. 52.5.

§. 17. *Hypocrita fur est, qui non contentus vtilitate, quam bonum opus inducit, etiam gloriam quam sibi Deus ex illo reseruarat, aucupat.*

¶ 387. QVidam igitur habet hypocritarũ vitium, quo tam grauiter Deus se perhibet offensum? Illud certè quod Christus indicat, quod scilicet ex bonis operibus sibi gloriam, honorem, & laudem accipere contendunt, qui propterea faciunt ea coram oculis hominum *vt appareant*, inquit, *hominibus*. Hoc autem est quoddam execrandum genus sacrilegi furti contra diuinam Maiestatem, vt Sanctus Augustinus, & Beatus Gregorius demonstrãt. Honor namque, & gloria ex bonis operibus, ad ipsum Deum spectat, tanquam ad præcipuum authorem, cuius virtute fiunt; ideoque qui illam sibi arrogat, quę Dei sunt accipit, & furatur. *Tuum* (inquit Augustinus) *Domine est bonum, tua gloria. Ideoque qui de bono tuo gloriam sibi quarit, & non tibi quærit, hic fur est, & latro, & similis est diabolo, qui voluit furari gloriam tuam.* Iãque grande hoc crimen D. Augustinus considerat, quod inter omnia, quę instantissimè à Deo petijt, hoc singulare fuit, à tam impio scelere liberari. At tu Domine formator meus, inquit Augustinus, ex vtero matris meæ, non me sinas cadere in illam exprobrationem, vt exprobretur mihi furari voluisse gloriam tuam. Tibi enim sit gloria, cuius est omne bonum: *Nobis autem confusio faciei,* Dan. 9.7.8 & miseria, quorũ est omne malum, nisi tu volueris misereri, &c. Hinc infert D. Gregorius optimè dictum à B. Iob: *Quæ est spes hypocritæ, si auarè rapiat?* Iob 27.8. Rapit hypocrita auarè, quia laudem, & gloriam, quæ alieni sunt iuris, sibi aucupat. Hoc extremæ cuiusdam esse iniustitię etiam ex Platonis doctrina demonstrat S. Basilius in illa celebri homilia ad adolescentes, quomodo ex gentilium doctrina proficiant, refellẽs quoddam commune ac familiare Euripidis dictum: *Cupio bonus videri, magis quàm esse.* Hæc autem explicãtur manifestè, si attẽdas primum omniũ nostrorum bonorum operum authorem, Deũ esse, *in quo viuimus, mouemur, et sumus.* Act. 17.28 Quamuis enim verè homo operetur, & liberè quidem; quicquid tamen in bono opere est, à Deo ipso authore procedit, de quo dixit Apostolus: *Ipse est qui operatur velle, & perficere pro bona voluntate sua.* ad Phil. 2. 13. Quæ verba sæpè S. Augustinus expendit, annotans, Apostolum egregiè explicuisse Deum totius boni operis nostri authorẽ. Quando scriptura sacra totum aliquod vult plenè comprehendere, & nihil penitus illius relinquere, solet extrema illius exprimere, vt sub illis omnia media complectatur: sicut cùm dixit Moyses: *In principio creauit Deus cœlũ & terram.* Gen. 1.1. Voluit ille hoc tãquã fundamentũ statuere, omnia quæ habuerunt esse, à Deo cõdita fuisse, & ipsum omniũ penitus extitisse authorẽ, vt Chrysostomus a, Augustinus b, Gregorius Nyssc-

Li. soliloq. 15. 18. Moral. c. 4.

a Hom. 2. in Gen.

b 2. Cõtra

Manicha. c. 3. & 12. de ciu. ca. 23.

c *Li. in hexaem. in princ.*

d *Homil. 3. in Gen.*

¶ 188.

Matt. 28. 18.

Rom. 1. 7. & 1. Cor. 3. & 2. Cor. 1. 2. ad Phil. 4. 23. &c.

Nyſſenus *c* docet; & Baſilius *d* à maioribus traditum refert: ideoque omnia complecti volens, extrema ſolummodo expreſſit, vt cũ audis, Deum creaſſe cœlum, & terram, omnia alia quæ inter cœlum, & terram continentur, ab eodẽ creata fuiſſe intelligas. Quomodo etiam Chriſtus Dominus ad exprimendam plenam poteſtatem, quam ſuper omnem creaturam acceperat, dixit: *Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra.* Qua eadem phraſi ſæpè vtitur Apoſtolus: *Gratia*, inquit, *vobis, & pax à Deo.* Nonne alia etiam à Deo tradenda exoptas fidem, ſpem, charitatem, &c. Ita quidem; ſed duo extrema exprimens, omnia alia complecti voluit: vita namque ſpiritualis incipit per gratiam, per quam homo diuinam vitam, & eſſe accipit, finitur verò per pacem gloriæ: ſub his extremis omnia alia intelligenda reliquit. *Velle, & perficere*, Duo extrema ſunt, inter quæ totius boni operis ſtructura continetur, vt Diuus Auguſtinus demonſtrat; cuius primum principium eſt velle, finis eſt perficere. Ideoque Apoſtolus dicens, Deum in nobis operari, velle, & perficere, dicere voluit: Deum totius noſtri boni operis eſſe authorem, & nihil eſſe in eo, quod non Deus ipſe in noſtris pro bona ſua voluntate operetur. Dixerat Iſaias, Deum *operari in nobis omnia noſtra opera.* Apoſtolus tamen non ſolùm hoc dixit, ſed addidit, ita omnia opera noſtra in nobis operari; vt quicquid bonum eſt in vnoquoque eorum, operetur: non quod homo ſit tanquam inanime organum, vt hæretici contendunt: ſed quia ab ipſius Dei virtute, & auxilio procedit, quicquid eſt boni, in opere quod homo operatur. Quod, & Dauid dixit, illis verbis, quæ Sancti Patres, ſacraque obſeruant Concilia, *Quoniam gloria virtutis eorum tu es, & in beneplacito tuo exaltabitur cornu noſtrum.* Habet homo potentiam, aut virtutem benè operandi, ſed huic virtuti Deus dat virtutem, ſine qua nihil penitus operabitur. Cornu; vt Beatus Theodoretus obſeruat, idem eſt, quod potentia aut fortitudo. Habet homo cornu, id eſt, potentiam operandi, intellectum ſcilicet, & liberam voluntatem: ſed hæc vt exaltentur, & operentur, egent auxilio Dei efficaci ex ipſius mero beneplacito proueniente, & comitante. Hinc ille communis loquendi modus, quo ſingulariter Apoſtolus vtitur, quod Deus operatur in nobis, quicquid boni agimus *a*: *Qui tribuit*, inquit, *vobis ſpiritum, & operatur virtutes in vobis, &c.* Et *b*, *Qui operatur in vobis, qui credidiſtis, &c.* Si Chriſtus, vt annotauit Bernardus *c*, qui virtus eſt, & potentia Patris, dixit: *Pater in me manens ipſe facit opera*: quanto magis homo, qui nihil virtutis, aut potentiæ ex ſe habet, id ipſum dicere debebit? Vnde ſi qua ſanè in Sanctis digna laude, vel admiratione intueor, inquit Bernardus, profectò reperio, vnum apparere laudabilem, & mirabilem, & alium verè eſſe laudabilem, & mirabilem. Homo namque mirabilis, & laudabilis apparet: ſed Deus eſt, qui verè laudabilis eſt, & mirabilis in illo. Et ita iuxta Dauidis admonitionem, *laudabo Deum in Sanctis eius*, ſiue ſit Enſeus, ſiue ille magnus Elias mortuorum vterque ſuſcitatores; Deus enim in ipſis manens, ipſe facit opera, inuiſibilis, & inacceſſibilis in ſe, in ſuis ſpectabilis atque mirabilis eſt, ſolus mirabilis, qui facit mirabilia ſolus, &c. Hinc ſequitur, poſſe Deum omnem bonorum operum noſtrorum fructum, & quicquid per ea poſſumus conſequi, ſibi reſeruare, potiori ratione, quàm quicumque alius Dominus, ad quem pleno iure ſpectat quicquid ſeruus operatur. Nihilominus miſericordiſſimè nobiſcum agere voluit, ſibi ſolam gloriam, & honorem ex bonis operibus referuans, nobis relinquens quicquid commodi, vtilitatis, & profectus illa poſſunt adducere. In bono ſiquidem, meritorioque opere duo reperiũtur: vnum eſt vtilitatis, & profectus, quoniam eſt ſatisfactorium pro peccatis, & meritorium regni æterni, ac theſauri infiniti gloriæ. *Æternum enim gloriæ pondus operatur*, vt dixit Apoſtolus: alterum eſt, gloriæ, & honoris: ſicut enim ad opus prauum ſequitur confuſio, & ignominia, ita ad bonum, gloria, honor, & laus. Quicquid igitur eſt vtilitatis, nobis Deus reliquit, qui nihil penitus illius aſſumit:

a *ad Gal. 3. 5.*

b *ad Theſſ. 2.*

c *Ser. 13. in Cant.*

Ioann. 14. 10.

Pſ. 150. 1.

Pſ. 71. 18. ¶ 189.

2. *Cor. 4. 17.*

Pſ. 26. 12.

Pſ. 88. 12.

In Pſa 88.

mit: sibi autem solummodo gloriam, tanquam totius boni authorem reseruauit. Pictor, qui egregiam depinxit imaginem, benè tecum agit, si totum, quod est in imagine, tibi tribuat, sibi solummodo relinquat in ea poni: Talis pictor fecit. In cuius explicationem expende illud, quod communiter in sacrificiorum oblatione Deus statutum volebat, vt cum carnibus, aut panibus, aut alijs similibus, offerretur simul thus lucidissimum, id est suauem, & purissimum fumum spirans: & ita sacrificium agi disponebat, quod quicquid erat vtilitatis, & commodi, in sacrificantium vtilitatem conuerteretur; solummodo Deus sibi accipere velle videbatur fumum odoriferum ex thure ascendentem. Est honor & gloria quidam vapor, aut fumus ex bonis operibus procedens, vt alibi exposuimus: hunc solummodo Deus sibi reseruauit: quicquid, autem est commodi, & vtilitatis, & quicquid, vt ita dicã, est comestibile, tibi relinquit. In hunc sensum explicari posse credit Chrysostomus, quod Deus dixit ad Cain sacrificantem, & sacrificia offerentem, iuxta Septuaginta: *Nonne si benè egeris, recipies? Et ad te conuersio illius?* Cuius, illius? inquit Chrysostomus. Illius certè, quod benè egeris, illius sacrificij, quod bene obtuleris: ad te conuertetur tale opus, quia quicquid vtilitatis est, in tuum commodum redundabit: nihil ego illius reporto, quod in solum tuum profectum destinatum declaro. Cui fortè Dauid alludere voluit dicens: *Oratio mea in sinu meo conuertetur.* Solam autem gloriam sibi Deus reseruat. In cuius confirmationem Diuus Thomas expendit illud, quod dixit Deus per Ieremiam, cùm erga populum suum bona se operaturum promittebat: *Et erit*, inquit, *mihi in nomen, & in gaudium, & laudem.* Quasi dicens: quicquid vtilitatis futurum est vobis trado, mihi tantùm reseruo, quod est in honorem, & gloriam. Tolle igitur quod tuum est, & caue ne ad ea, quæ diuini iuris, manum extendas. Hæc Diuus Bernardus considerat, excellenter expressa in illo Angelorum hymno, quo Christo nascente cecinerunt: *Gloria in Altissimis Deo, & in terra pax hominibus bona voluntatis.* Pacis nomine, omnia bona simul iuncta diuinus sermo solet exprimere. Vnde Esaias dicens. *Quam pulchri pedes Euangelizantium pacem*, subdidit: *Euangelizantium bona*, quia vera pax non est, vbi omnia bona non sunt, ideò beatitudinis status vocatur locus *refrigerij, lucis, & pacis*, quia est omnium bonorũ aggregatione perfectus. Gloria quidẽ Deo cedere debet, qui dicit, inquit, Bernardus; *Gloriam meam alteri non dabo.* Quid ergo dabis nobis, Domine? *Pacẽ*, inquit, *do vobis pacẽ relinquo vobis.* Expende verbũ, *relinquo*, Mihi aliquid assumo, vobis multa relinquo, mihi gloriam vendico, vobis pacẽ relinquo. Et ideo dictum est: *Bona voluntatis*, nõ enim bonæ, inquit Bernardus, sed planè iniquę voluntatis est, qui nequaquã pace contẽtus, *superbo oculo, & insatiabili corde* inquietus, anhelat, & ad gloriam Dei: nec pacem proinde retinens, nec gloriã apprehẽdens. Sufficit mihi, gratãter suscipio Domine, quod relinquis, & relinquo quod retines: sic mea interesse non dubito. Abiuro gloriam prorsus, ne forte si vsurpauero nõ cõcessam perdam meritò, & oblatã. Tibi Dñe, tibi gloria tua maneat illibata, mecũ benè agitur, si pacẽ habuero, &c. Iniquũ autẽ valde illum esse, qui gloriã quę ad Deum spectat, sibi accipere cõtendit, egregiè probat Bernard. Quando paries, inquit, radio Solis ingrediente per fenestras illuminatur, nunquid sibi talẽ splendorẽ arrogat? Si glorientur nubes, q̃ imbres genuerint, quis nõ irrideat? Si calamus scripturæ gloriã scriptori debitam sibi arriperet: si penicillus laudẽ pictori tribuendam, quis nõ rideret? Audi Prophetam: *Nunquid gloriabitur securis contra eũ, qui secat in ea, aut exaltabitur serra contra eum, à quo trahitur? Quomodo si eleuetur virga cõtra eleuantẽ se, & exaltetur baculus, qui vtique lignum est*, sit contra Dominum omnis qui gloriatur, nisi in Domino glorietur, &c. Sentẽtia hæc est increpatoria (inquũt Basil. Hierony. & Theodoret.) aduersus superbiã principis Assyriorũ, qui grãdes victorias cõsequutus, illas manuum suarũ virtuti tribuebat, sibiq; earundẽ aucupabat gloriam.

Ex-

Gen. 1. 1. 2. & cap. 6. 15. & cap. 29. 7.

Hom. 19. in Genes. Gen. 4.

Psa. 34. 13. In ca. 1. ad Phil. lec. 1.

Ierem. 33.

¶ 190. Serm. 13. in Cãt. & Ep. 123. ad Epise. Aquitan.

Luc. 2. 14.

Esa. 52. 7.

Esa. 42. 8. Ioa. 14. 27.

Psal. 100. 3.

Esa. 10. 15

In Cap. 10. Esai.

Excellentibus propterea metaphoris, aut ſimilitudinibus, eius ſtultitiam, Deus demonſtrat, oſtendens, illū nullam penitus à ſe habuiſſe virtutem, nec motum, ſicut nec ſecuris, aut ſerra cùm ſecat, aut baculus vel lancea, cùm vulnerat, aut transfigit alicuius latera. Quaſi dicat, inquit Baſilius: Quid ſupra te ipſum eleuaris ſuperbia, quaſi verò tu ſis qui concidas gentes, & potentatus ciuitatum demoliaris? An iuſte poteſt gloriari ſecuris, & de ſe aliquid magni ſentire, quod redundantia arborum cacumina in terram decutiat, &c. Inſana igitur erat Aſſur gloriatio, qui per ſe, & ex ſe nullas vires, neque motum habuiſſet vllum, vt noceret populo Dei, & tot aliena regna occuparet, niſi hæc Deo adiuuante, & agente accepiſſet: ipſe verò nihil aliud eſſet, in cōſpectu Dei, quàm quoddam lignum putridum, & mortalis quidam homuncio. Quæ ſententia ſi mētibus hominum inſediſſet, non adeò delirarent principes, & reges, neque verò ita bonorum operum gloriam ſibi ſtulti homines arrogarent, ad quos Paulus clamat: *Quid habes, quod non accepiſti? Et ſi accepiſti, quid gloriaris?* quem Deus ſimilem ſecuri, ſerræ, & baculo perhibet. Quamuis enim non in omnibus ſit eis ſimilis, hæc enim nullam in agendo habent libertatem, ideò non tam agunt, quam aguntur, homo autem verè liberè operatur, ideò, & ipſe agit: ſed ſimilitudo in hoc poſita eſt, quod ſicut nihil penitus ſecuris, ſerra, aut baculus operatur, niſi ſecūdum quod motum, & in fluxum ab operante participat, & accipitita nihil omninò in bono opere homo agit, niſi Deo auxiliante, & efficaciter mouente, & ſui auxilij virtute agente, quamuis hic motus, aut influxus nullatenus libertatem tollat, qui in agente libero, liberam efficit, & perficit actionem, ſicut in contingenti contingentem, & in neceſſario neceſſariam, de quibus in noſtris de auxilio efficaci diſputationibus. Cautus ergo eſto, inquit Bernardus, & Deo qui tibi pacem relinquit, & offert, gloriam intactam reſeruans ne ſi quæ Dei ſunt tibi rapere velis, etiam quæ ille tibi reliquit penitus amittas, ſicuti Angelo ſupremo accidiſſe conſiderat Auguſtinus, qui dum gloriam, quæ ex bonis, quę in ſe conſiderauit, ſibi voluit vendicare, non ſolum illam, ſed, & omnia bona miſer penitus amiſit. Hæc omnia poſſunt breuius, faciliuſque explicari ex illa Ioannis Apoſtoli ſententia, dicentis, Sanctos habere *ſocietatem cum Deo*. Quando duo negotiatores ſocietatem ineunt, quiuis eorum aliquid ponit, per quod negotiatio fiat. Aliquando vnus eorum ponit omnes expenſas, alter induſtriā, aliquando æquas pecuniæ portiones ponunt, aliquando æquales mercium quantitates, lucrum quod ex negotiatione ſequitur, inter eos diuidendum eſt: & ſi qui negotiationem agit, vellet illud omne ſibi accipere, iniuſtus eſſet, à ſocietate penitus expellendus. Ad negotiationem æternæ beatitudinis, Deus, & homo ſocietatem ineunt, quam nec ſolus Deus, nec ſolus homo perficit, qui enim fecit te ſine te, non ſaluabit te ſine te: vt habet celebre axioma Auguſtini. Quid vnuſquiſque ponat in hac negotiatione, non vacat nunc explicare. Sufficiat intelligere Deum ponere omnia quę neceſſaria ſunt ad negotiationem, *Qui operatur velle, & perficere pro bona voluntate ſua*, vt dixit Apoſtolus. Ex hac negotiatione ſequitur lucrum beatitudinis æternæ, & omnium diuitiarū Dei, honoris itidem, & gloriæ apud homines, hæc enim omnia ex bona negotiatione conſequuntur. Iuſtum eſt, vt inter Deum, & hominem huiuſmodi lucrum diuidatur. Deus contentus eſt ſolo honore, & gloria: homini relinquit quicquid eſt beatitudinis, & diuitiarum, quas benè negotiando lucratus fuit. Fiat igitur bona diuiſio: gloria ſit in excelſis Deo, & tibi pax, aut omnium bonorum poſſeſſio. Qui quod ad Deum attinet ſibi arrogat, meretur ex ſocietate eijci, & omnibus bonis priuari, vt optimè S. Auguſtinus conſiderat. Talis fuit Cain, de quo iuxta Septuaginta Deus conqueſtus, fuit, quod malè diuideret, cum ſacrificabat, dicens: *Nonne ſi rectè offeras, & male diuidas peccaſti?* Si rectè opereris, & malè diuidis lucrum, quod ex boni operis negotiatione prouenit, id quod mihi debebas dare, tibi retinere volens

Forer. in c. 10. Eſai.

1. Cor. 4. 7. ¶ 191.

Li. Soliloq. c. 15.

1. Ioan. 1. 6

ad Phil. 2. 13.

Li. ſoliloq. c. 15. fin.

Gen. 4.

volens, peccasti. De quibus infra late.

§. 18. *Deum sic prouocat hypocrita, sicut prouocat virum zelotypum, qui illius vxorem accipit. Id quod in Adam, & Herode Deus manifestauit.*

¶ 192. 15. de ciu. 2.7.

BEnè agit ille (inquit Augustinus expendens verba paulò ante inducta, quæ dixit Deus ad Cain) qui legitimum verò Deo sacrificium offert, & qui boni operis victimam perficit: malè autem diuidit, qui ex duobus quæ in tali sacrificio reperiuntur, vtilitate scilicet, & gloria, sibi gloriam vendicat, & Deo vtilitatem relinquit, quasi Deus manducaturus sit carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potaturus, aut nostris operibus egeret. Iniqua sanè diuisio, per quam quæ tibi congruunt, Deo cui incongrua sunt, defers, & quæ Deo conueniunt, tibique nullatenus sunt vtilia, tibi tribuis.

Ser. 13. in Cant. Mat. 25. 21.

Fideliter ergo agendum, inquit Bernardus, vt audire illud possis: *Euge serue bone, & fidelis, qui in modico fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium domini tui.* Quid *est in modico?* Quid magis modicum, quam gloria, & laus quæ ab hominibus præstari potest? Fidelis esto in modico, hanc Deo fideliter *reseruans, & deferens, vt super omnia bona illius constituì merearis.* Hæc omnia Bernardus excellenter explicat, expendens Deum

Gen. 39. 9. Serm. 8. de prouid.

similem esse principi Putiphar, qui omnia quidem tradidit, & posuit in manibus Ioseph, solam sibi suam legitimam reseruauit vxorem. Quam historiam eloquentissimè Theodoretus annotauit. Nihil est quod homo ardentius zelet vxore, nihilque magis illius prouocat iram, quàm si videat aliquem etiam per iocum manum mittere ad vxorem suam. Et nullus est, qui quantumcumque in alijs rebus sit liberalissimus, & mitissimus, in hac vel minimam admittat communicationem,

In 1. Reg. c. & habetur in Gloss.

vel patientiam aliquam teneat. Vnde Deus, vt egregiè annotauit Theodoretus, volens acuere, & prouocare irâ & furorem Dauidis contra Amalechitas, quos perdere propter peccata sua volebat, ita res disposuit, vt permittendo ordinaret, aut ordinâdo permitteret, quod Amalechitæ manus extenderent ad vxores Dauid, & virorum, qui cum illo erant, quas secum ducebant captiuas, nihil enim facere poterant quo magis Dauidem, & eius socios, ac milites contra se acuerent, vt ex hoc tam Dauid quam cæteri expeditionem facerent cõtra Amalechitas, & eos perderent: sicuti de facto perdiderunt. Id quod ipsemet Spiritus Sanctus singulariter annotauit circa Sampsonem, vt sapienter expendit Sãctus Ambrosius. Voluit Deus Philisthæos castigare, & punire propter iniquitates suas. In hunc finem Sampsonem misit peculiaribus fauoribus conceptum, natum, & alitum, cui fortitudinem contulit insuperabilem. Vt autem Sampson suprema ira contra eos concitaretur, disposuit secreto sapientiæ suæ consilio, vt ex eis, & inter eos vxorem acciperet. Vnde descendens in Thamnatha, videnſque ibi mulierem de filiabus Philisthijm, ascendit, & nuntiauit patri suo, & matri dicens: Vidi mulierem in Thamnatha de filiabus Philisthinorum, quam quæso, vt mihi accipiatis vxorem. Cui dixit pater, & mater sua: Nunquid non est mulier in filiabus fratrum tuorum, & in omni populo meo, quia vis accipere vxorem de Philisthijm, qui incircumcisi sunt? Dixitque Sampson ad patrem suum; Hanc mihi accipe, quia placuit in oculis meis. Subdit autem Spiritus sanctus: *Parentes autem eius nesciebant, quod res à Domino fieret, & quareret occasionem contra Philistijm.* Et verè ita factum est: nam ex eo quòd vidit vxorem suam alteri viro traditam, ita in Philisthæos exarsit, vt ab illa die non cessauerit eos persequi, innumera illis inferre mala, & quàm plurimos occidere. Nota siquidem est Spiritus Sancti sententia: *Quia zelus, & furor viri non parcet, nec acquiescet cuiusquam precibus, nec susti-*

Lib. 2. de S. Sancto in prologo. ¶ 193. Iud. 14.

Iud. 14. 4.

Iudic. 15. Prou. 6. 34.

net pro redemptione dona plurima. Ad alienam vxorem se conuertere dixit Iob apud vulgatam, quod est *iniquitas maxima*: & Septuaginta transtulerunt; *Furor ira indomitus commaculare*

Iob 31. 28.

alie

viri vxorem, id est, furorem indomitum, & nulla ratione placabilem excitat in viro, suam vxorem commaculari. Rationem horum Bernardus insinuat, ex eo quod Apostolus dixit: *Mulier gloria viri est*: Cui concinit illud quod Sapiens dixerat: *Mulier diligens, corona est viro suo*. Nouerat propterea vir ille sapientia Dei prudens Ioseph, virum fortiter vxorem tanquam propriam gloriam, & capitis sui coronam zelare, sibique ipsi retinuisse seruandam, nullatenus alteri credidisse. Considerabat insuper se ingenti gloria ab eo fuisse affectum, qui omnia quæ habebat, in manibus suis posuit, ideoque manum ad inconcessum, & reseruatum extendere nullatenus præsumpsit, & iniquum sibi iudicauit vice contraria inglorium facere illum, qui se fecerat glorioſum. Quæ omnia breuissimis verbis complexus, *Non est*, inquit, *ex omnibus bonis Domini mei quod non in mea potestate sit, vel non tradiderit mihi præter te, quæ vxor eius es*. Ex his argumentum efficacissimum constituit Bernardus. Quid ergo? Homo zelat gloriam suam, & Deum audet fraudare de sua, quasi non zelantem? Sed audi, quid dicat. *Gloriam meam alteri non dabo*. Zelat vir vxorem tanquã gloriam suã: zelat Deus gloriam suam tanquam legitimam, & sibi congruam vxorem. Omnia tibi cõcessit: hanc solam sibi ex omnibus reseruauit. Vniuersa quæ habet, manibus tuis tradidit, terram quæ sustentet, aquam quam bibas, aerem quẽ spires, ignem qui foueat, fructus quos comedas, fontes qui refrigerent, cœlos qui influãt, Solem qui te illuminet die, Lunam, & Stellas nocte, Angelos qui custodiant, Prophetas qui præueniant, Apostolos qui doceant: Pater sic te dilexit, quod filium suum vnigenitum tibi tradidit: Filius dedit se ipsum tibi nascens in socium, conuescens in edulium, moriens in pretium, regnans in præmium, dedit tibi corpus suum, quod comederes, sanguinem quem biberes, in manibus tuis posuit suum sanguinem, merita, redemptionem, & ille Spiritum Sanctum tibi tradidit, *qui de Spiritu Sancto suo dedit nobis*: hic nos disponit, vt se tota Beatissima Trinitas nobis det, dicente Domino: *Ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus*. Meritò clamat Apostolus: *Omnia vestra sunt, siue mors, siue vita, siue Angeli, siue Principatus, siue instantia, siue præsentia: omnia vestra sunt, &c.* Omnia ergo manibus tuis tradidit, præter vxorem, quæ gloria est viri. Horrendum facinus existimauit Ioseph contra eum, qui omnia sibi tradiderat, & glorioſum se fecerat, manum extendere, & contingere, quam sibi solummodo reseruauerat vxorem. Ideoque non dixit: Non debeo, Non licet, Non est iustum: sed, *Quomodo possum hoc malum facere?* Non inuenit nomen, quo tam execrandum peccatum exprimeret. Nec fuit contentus dicere; *Hoc adulterium*, quamuis hoc nomine, execrandum omninò facinus satis exprimeret, sed dixit: *Hoc malum*, quasi vniuersam malitiæ rationem in hoc facto videret vnitam. Hanc Sancti Ioseph rationem expendens Theodoretus, considerat iniquitatem Adæ. Multi mirantur, cur Deus tam acri rigidaque pœna primos parentes affecerit propter vnius vetiti pomi esum. Quis enim vnquam Rex, aut Imperator, quantumcumque Phalaris, aut Nero, multos homines ad mortem damnauit, propter vnum pomum, aut ficum? Etiam si pomum aureum esset, videretur durum vnam ciuitatem propter illud perdere, aut in ore gladij omnes illius habitatores occidere. Cur igitur Deus, non vnum hominem, aut duos, sed omnes quotquot sunt, fuerunt, & erunt, propter vnius solius pomi comestionem peremit, patres, filios eorum, & filios filiorum vsque in seculum? Quando Deus summè iratum se exhibet, dicit se punire *vsque in tertiam, & quartam generationem*, illud tamen delictum, non solùm in tertiam, & quartam; sed vsque in millesimam immo, & vsque in vniuersam in omnia secula generationem. Puerile præceptum videbatur illud: *De ligno hoc ne comedas*, inquit Theodoretus, puerile quidem, & paruulis infantibus conueniens. Cur ergo tam acri seueritate punita illius transgressio? Merito sanè, ex hoc quòd quasi puerile præceptum seruare noluit homo

Ser. 13. cit. 1. *Cor.* 11. 4. *Prou.* 12. 4. *Gen.* 39. 9. ¶ 194. *Esa.* 42. 8. 1. *Ioan.* 4. 13. *Ioan.* 14. 23. 1 *Cor.* 3. 22. *Serm.* 8. *de prouident.* ¶ 195. *Exod.* 20. 5. *Ser.* 10. *de prouident.*

mo

mo. Si Deus grandia, aut difficilia homini imponeret; non mirum quod trãsgressus fuisset. Dixit autem illi Deus: *De omni ligno paradisi comede, de ligno autem scientiæ boni, & mali ne comedas.* Erat in Paradiso, omne lignum liberalissimè Adæ concessit, vnicum solummodo sibi reseruauit. Si Deus vnicum concederet, cætera sibi reseruans, non mirum quod ad aliquod cæterorum manum conuerteret: sed quod videns omnia sibi tradita vnico tantummodo excepto, illud solummodo concupisceret, & sibi vendicare vellet, intolerabile fuit facinus, & tam grandi pœna, ac supplicio dignum. Hinc iam patere incipit, cur Deus iustè contra superbos hypocritas, qui ex bonis operibus gloriam sibi arrogant grauissimè irascatur. Indeque Diuus Thomas vt alibi annotabamus, explicat, cur singulariter dictum fuerit, quod *Deus superbis resistit*. Contra nullum enim peccatorum genus ita se exhibet oppositum, & contrarium. Cæteros peccatores dimittit fæpenumero sequi cordis sui desideria, inquit Chrysostomus: sed superbis statim se opponit contrarium. Eadem hora, qua Nabuchodonosor verba superba protulit, quibus sibi arrogabat gloriam conditæ ciuitatis Babylonis, & *cùm sermo adhuc esset in ore Regis*, Deus se illi opposuit vehementi humiliatione illum inter bestias, & inter feras, quasi fera esset, & bestia dejciens, formam bestiæ ei conferens, & mittens, vt herbas inter bestias, tanquam vna earum, pasceret. Quodam *statuto die Herodes vestitus veste Regia sedit pro tribunali, et concionabatur ad eos, qui conuenerant Tyrios, & Sydonios*. Erat dies solemnis festiuitatis, quem Syrus *percelebrem* vocat, Iosephus ait fuisse diem ludorum pro Cæsaris salute. Herodes vestem regiam induit, totam, inquit Iosephus, ex auro, & argento, mirabili opere contextam, quæ radijs Orientalibus perculsa, & diuinum quendam fulgorem emittens, venerationem cum horrore incutiebat spectantibus. *Populus autem acclamabat Dei voces, & non hominis*, id est, cœperunt ei diuinos tribuere honores, & acclamare illum Deum: satis enim commune id hæc erat. Aut verò, loquente illo ad eos, qui astabant, cæperunt illius sermones tanquam diuinos, potius quàm humanos commendare. *Confestim autem percussit eum Angelus Domini, eo quod non dedisset honorem Deo, & consumptus à vermibus expirauit*. Ad oblatam gloriam ille manum extendit, & sicut qui zelat vxorem suam, quem videt ad illam extendentem manum, subito perimendum assumit: ita Deus se habuit erga Herodem, in quo id adimpletum est, quod dixit Eliu agens contra hypocritas, de quibus postquam dixit verba, quæ exposuimus supra, *Simulatores, & callidi prouocant iram Dei*, subdit: *Morietur in tempestate anima eorum, & vita eorum inter effœminatos*. Quam sententiam ita Septuaginta transferunt: *Morietur in iuuentute anima eorum, & vita eorum vulnerata ab Angelis*. Et Nicetas: *Immaturè decedunt, ab Angelis mortem inferentibus saucianti*. Quando fidelis seruus alicuius viri nobilis, videt aliquem volentem vxorem Domini sui ad se trahere, eum percutit, & pro honore Domini sui respondens, manus suas in illum conuertit. Ita fecit Angelus contra Herodem volentem Dei gloriam arripere. Hoc ipsum in supremo Angelo similiter possumus expendere, & in cæteris apostaticis, qui illum sequuti, gloriam Deo debitam sibi arrogare contenderunt; quos Angeli Sancti, signanter Michael cœlo expulit, de quibus latius statim. His omnibus consideratis, rem totam concludit Bernardus *a*, dicens: Eant ergo *b*, vani filij hominum, mendaces filij hominum: eant, & decipiant ipsi de vanitate in idipsum: nam *c*, *gloria in confusione eorum, qui terrena sapiunt*, dicente etiam Dauid *d*. *Qui hominibus placent, confusi sunt, quoniam Deus spreuit eos*. Fratres si hæc scitis, nemo vestrum velit laudari in vita ista, quia quicquid hic fauoris captas, quod ad Deum non retuleris, ipsi furaris. Tibi enim vnde gloria, putidè puluis? Tibi vnde de vitæ sanctitate? sed spiritus est qui sanctificat: spiritus dico, non tuus, sed Dei: Et si de prodigijs, aut signis effulgeas, in manu equidè tua sunt, sed de virtute Dei. An blãditur popularis fauor, quod ver-

Gen. 2. 17.

2. 2. q. 162 art. 6.

Iacob 4. 6.

Hom. 3. in illud Vidi Dominum ad medium. Dan. 4. 28.

Act. 12. 21.

19. Antiq. cap. 7.

¶ 196.

Iob 36. 14.

a Ser. 23. in Cant. circ.

b Psal. 91. 10.

c Ad Phil. 3. 19.

d Ps. 52. 6.

verbum bonum, & bene forte deprõpseris? sed Christus donauit os, & sapientiam: nam lingua tua, quid nisi calamus scribæ? & hoc ipsum mutuo accepisti. Talentum creditum est, repetendum cum vsura: si inuentus fueris ad opus impiger, ad fructum referendum fidelis, pro labore tuo mercedem accipies: si quo minus, tolletur à te talentum, & nihilominus exigetur lucrum, & vocaberis *seruus nequam, & piger*. Omnis igitur de bonis multiformis gratiæ apparentis in vobis referatur ad ipsum laus: Laudabilium siquidem vniuersorum authorem. Ita Bernardus.

Matth. 25.

§. 19. *Iniquitatem maximam, & negationem contra Deum vocauit Iob, arrogare sibi gloriam ex bonis operibus, quã sibi Deus vnicè in Deitatis suæ signum reseruauit.*

¶ 197. 22. *Moral. cap. 3.*

OMnia hęc excellentissimè confirmantur, & explicantur, ex eo quod, vt Beatus Gregorius obseruat, peccatum hypocritarum, & illorum qui sibi ex bonis operibus gloriam arrogare contendunt, vocatur à beato Iob: Iniquitas maxima, & Negatio contra Deum. *Si vidi*, inquit, *solem cum fulgoret, & lunam incedentem clare, &c. quæ est iniquitas maxima, & negatio contra Deum altissimum*. Quidam censent, beatum Iob voluisse asserere, se nunquam idololatriæ vitio fuisse inquinatum: idcirco antiquiorem, communioremque idololatriam expressit, qua homines solem, quem Apollinem, & lunam, quam Dianam vocabant, adorare soliti fuerant: quam antiquiorẽ fuisse omni Idolorum cultu Sapiens insinuat, qui cum primum *a*, prædixisset, homines vanos conuersos ad adorandum ignem, aerem, gyrum Stellarum, Solem, Lunam, &c. *b*, postea tradit introductam idolorum nefandam culturam: de quibus Diuus Augustinus *c*, & nos alibi. Beatus tamen Gregorius *d*, hunc locum expendens, huiusmodi sensum indignum iudicat, quem sanctus Iob intenderet, quod similiter Diuus Chrysostomus *e*, iudicauit. Beatus enim ille vir, propter vehementes amicorum suorum detractiones, quibus vrgebant, compulsus fuit suarum virtutũ catalogum recensere: sicuti postea Paulus id ipsum coactus præstitit. In eius autem exordio, excellentissima sanctitatis opera exposuit, & egregios virtutum actus enarrare nitebatur. Quomodo ergo credendum est, voluisse tanquam rem magnam, & grandem proponere, quod cõmune omnibus fidelibus erat, non adorare tanquam Deos Solem, & Lunam? Aliquid ergo altius de seipso exponere. Illud autem fuit, se nunquam sibi arrogasse gloriam, & honorem ex bonis suis operibus: quod maius esse ipsismet bonis operibus Augustinus *f*, & Bernardus *g*, demonstrant. Fulgentis enim solis, & lunæ clare incedentis typo, diuitiarum suarum fulgorem, & bonorum operum splendorem voluit indicare. Hæc nequaquam vidit, non quod esset cæcus, aut quia non videret, quæ agebat: sed quia non vidit concupiscendo ex eis gloriam. In Hebræo habetur verbum *Raah*, quod non significat videre quomodocumque sed cum concupiscentia, & desiderio. Ita Deus de superbo dæmone ad eundem Iob dixit, vt idem Gregorius annotauit; *Omne sublime vidit*. Creatus enim à Deo excellentissimis donis fulgens, ita suæ mentis oculos ad ea conuertit, vt sibi ex illis gloriam vellet aucupari. Non humile quid sensit, inquit Nicetas, Deo dans gloriam, & honorem: sed illum rapere voluit. Sanctus ergo Iob excellentissimis donis, ac dotibus naturæ, ac fortunæ fulgens, & operibus egregijs splendens, hæc non ita vidit, vt inde glorioſus ipse vellet apparere: hoc enim *est iniquitas maxima, & negatio contra Deum altissimum*: id est, est quoddam Idololatriæ execrandum facinus, quo homo Deum de sua diuina fede deturbare velle videtur, & seipsum in illa collocare: & dum Deo denegat, quod illius est proprium, sibique illud tribuit, Deum negare, & seipsum velle statuere Deum, apparet. Hæc manifesta

Iob 31. 26. 28.

a Sap. 13. 1 2. 3.
b Sap. 14. 12. 13.
c 7. de Ciu. c. 16.
d 22. Mor. cis.
e in Catena græca.
2. Cor. 11. 12.
f In Psal. 7.
g Ser. 13. in Cant.
34. Mor. c 13. & 14. Iob 41. 25

apertissimè fient, si iuxta doctrinam ¶ 198. Augustini *a*, & Chrysostomi *b*, verba quædam Dei, quæ per os Dauidis dixit, expēdamus *c*. *Audi*, inquit, *populе meus, & loquar, Israel, & testificabor tibi: Deus Deus tuus ego sum.* Id est, vt exposuit S. Augustinus *d*, Israel audi, populus meus audi. Israel nomen electionis est, *Non vocaberis*, ait *e* *Iacob sed vocaberis Israel*: ergo audi Israel, videns Deum, & ñ non in specie, sed iam in fide, Qui habet aures audiendi audiat, qui habet oculos videndi videat. *Et testificabor tibi*, tanquam rem certam, securam, & firmam. Quid loquitur? quid testificatur, qui tantam petit attentionē? *Deus Deus tuus ego sum.* Hoc tanquam primum totius ædificij fundamentum supponendum est, quod me debes habere, & colere, tanquam verum ac legitimum dominum Deum. Cuicumque autem legitimo domino impendenda sunt à seruis aliqua seruitutis officia, quibus illius dominium, & suam profiteantur seruitutem. Quid igitur, inquit Augustinus quæris ab homine Deus noster, Imperator, & Rex noster, qui hoc statutum esse voluit: Deus Deus tuus ego sum? quod vectigal nobis indicit? quid à nobis exigit? Audiamus. *Non in sacrificijs tuis arguam te.* Non tibi dicam: Quare non mihi pinguem taurum mactasti? quare non de grege tuo optimum hircum elegisti? quare aries ille ambulat in ouibus tuis, & in ara mea non ponitur? Non dicam: Inspice agros tuos, & correm tuam, & parietes tuos quærendo quid mihi des. Non super sacrificia tua arguam te. Hæc abunde mihi offers, & perpetuò alcaria mea plena sunt: *Holocausta enim tua in conspectu meo sunt semper. Non accipiam de domo tua vitulos, &c. mea sunt omnes feræ syluarum.* Quid à te quærā? quod ego cōdidi? Magisne est hoc tuum, cui possidere dedi, quam meum qui feci? Sed forte, ait Israel: Bestiæ Dei sunt illæ ferę, in montibus discurrentes, quas non includo in corte mea, quas non alligo ad præsepe meum: cæterum bos, & ouis, & hircus mea sunt: *Iumenta in montibus, & boues*, mea sunt illa, quæ non possides, mea sunt ista, quæ possides. Si enim seruus meus tu, totum peculiuum tuum meum est. *Cognouī omnia volatilia cœli*, & numerum eorum apud me descriptum habeo, tanquam quæ subsint omnia ditioni meæ, & quæ singula possim proprijs nominibus aduocare, & dicent: Adsumus. *Et pulchritudo agri mecum est.* Aut, vt Hieronymus legit, *vniuersitas agri*, hoc est, quicquid in campo pulchrum est, & speciosum, *mecum est*, id est adest mihi præsens: vt non oporteat longa agere itinera, ad illud tenendum. *Si esuriero non dicam tibi, &c.* Dic ergo Domine Deus noster, inquit Augustinus, quid indicis populo tuo, Israeli tuo? quid abillo postulas? quid tibi præstari vis, quo profiteatur te tanquam legitimum suum Deum habere? *Immola Deo sacrificium laudis, & redde altissimo vota tua.* Deo aliquod offerre tenemur seruitutis officium (inquiunt August. *f*, & Chrysostom *g*,) quo profiteamur, nos illum tanquam Deum verum habere, & colere. Et quidem nuda sacrificia, aut animalium oblationes puras, ille non requirebat, quæ ipsi parum poterant prodesse, qui bonorum nostrorum non eget. Quod principaliter requirit est sacrificium laudis. Quid est sacrificium laudis? Sacrificium glorificationis, inquit Basilius, cum scilicet omnium bonorum nostrorum laudem, & gloriam, in ipsum tanquam in eorum authorem referimus. Et alludere visus est Dauid ad id q̄ supra dicebemus de sacrificijs, q̄bus Deus thus lucidissimum admisceri volebat, vt thus coram ipso cremaretur, sacrificiorum verò carnes in sacrificantium vtilitatem cederent: quo indicaret, solum fumum laudis, & gloriæ sibi ex sacrificijs reseruari. Vnde in tantum sacrificia præcipiebat, & acceptabat: in quantum illa ad ipsius laudem, & gloriam referebantur. Ideo dicebat, inquit Chrysostomus: *Sacrificium laudis honorificabit me*, & iterum: *laudabo nomen Dei cum cantico, & placebit Deo pluſquam vitulus nouellus cornua producens, & vngulas.* Hic igitur actus est, quo Deum peculiariter colimus, quo profitemur nos illum tanquā verum, legitimumq; Deum habere. Id quod clarius explicat subdens: *Et redde altissimo vota tua.* Horum verbo-

a tom. de Ciuit c. 5. 6. 7
b Ho. 20. in op. ad Rom.
c Psa. 49. 8
d In Ps. 49.
e Gen. 32. 28.
f 10. de Ciuit. cit.
g Hom. 20.
Schol. in Psal. 49.
Psa. 36. tit.
Psal. 68. 31

rum communis est intelligentia, Deum expoſcere ab illis, qui ſe tanquam verũ Deum habent, quod vota, quæ illi promittendo emiſerunt, adimpleant. Vnum ex præcipuis argumentis, quibus ſanctus Propheta Baruch, aut potius Ieremias, docebat cognoſci poſſe, idola non
Baruch 6. eſſe veros Deos, hoc erat, *Quod ſi quis illis votum vouerit, & non reddiderit, neque hoc requirunt.* Deus autem ex hoc ſingulariter ſe verum Deum demonſtrat, quod requiſiturus eſt, quicquid ſi-
Deu. 23. 21 bi fuerit promiſſum. *Cum votum voueris Domino Deo tuo, non tardabis reddere: quia requiret illud Dominus Deus tuus.* Redde ergo altiſſimo vota tua, quo oſtendes, te eum tanquam verum Deum habere. In Hebræo habetur nomen *Neder*, quod ſignificat ſacrificium
נדר voto promiſſum, vnum ex ſacrificijs pacificis. Duplex enim erat ſacrificium,
זבח pacificum, vnum dictum *Neder*, ex vo-
Genebr. 3. in Pſ. 49. to ſcilicet redditum, alterum *Nedaba* ſponte oblatum, de quibus in libro Le-
Leui. 7. 16. & 22. 21. & 27. per totum. uitici. Ita communiter ſancti Patres, Auguſtinus, Baſilius, Hieronymus, Gregorius, Chryſoſtomus, &c. Hac tamen expoſitione nullo modo explo-
In Pſ. 49. ſa, imo ſuppoſita tanquam vera, poſſumus adhuc diuina verba preſſius expendere. In Hebræo ſiquidem habetur verbum *Silam*, quod, vt noſter Fo-
שלם
a *In ca. 42.* rerſus *a*, & Brixianus *b*, oſtendunt, ſi-
Eſai. v: 19. gnificat reddere aut exhibere non quo-
b *Tom. 2 f.* modocumque ſed perfectè, & comple-
224. p. 2. tè, aut vero perficere, & complere. Ita
c *3. Reg. 9.* habetur vbi noſter Vulgatus tranſtulit
8: Perfectumque eſt templum, & apud Iob
d *Iob 8. 6.* *d. Si mundus, & rectus inceſſeris, pacatum reddet habitaculum iuſtitiæ tuæ*, id eſt, integrum, perfectũ, omni complemento abſolutum. Ita & Deus apud Eſaiam, populum ſuum per ironiam vocat *perfectum*. Vbi enim legit Vulgatus:
Iſa. 42. 19. *Quis cæcus niſi ſeruus meus?* in hebræo habetur, *Quis cæcus ſicut perfectus?* quo modo Pagninus, & Regia: id eſt, ſicut populus iſte, qui ſe perfectum reputat, &c. Sacrificia, inquiunt Chryſoſtomus
e *Hom. 20. cir.* *e*, & Auguſtinus *f*, imperfecta ſunt, imo
f *10. de Ciu. cir.* & inutilia, quantumcumque quis offerat quæ ſecundum legem Deus ſibi oferenda ſtatuit, niſi in Dei gloriam, & laudem relata ſint, & deſtinata: qui hoc tantummodo ex ſacrificijs ſibi intendit externis, vt inferius latius exponemus. Tunc igitur perficiebantur, & complebantur ſacrificia, quãdo in Dei laudem, honorem, & gloriam ordinabantur. Idcirco Deus quæ huiuſmodi perfectione carerent, ſibi prædixit ſuperfluas; qui non ea expetebat, quaſi manducaturus carnes taurorum, nec quod ſibi aliquid deficeret. Perfecta exhibe erga altiſſimum vota tua, aut ſacrificia tua, ſiue voto promiſſa, ſiue ſponte oblata. Deus non tantum petit bonum opus fieri: ſed quod completè, & perfectè fiat. Tunc opus bonum fit, quando ſecundum regulas rationis fit. Tunc autem completur, & perficitur, quãdo in Dei laudem, & gloriam refertur, & ordinatur. Et hoc eſt fundamentum illius doctrinæ celebris Theologorũ, virtutem quamuis facere bonum opus, charitatem tamen illud perficere, & complere, ideoque nullum opus bonum, cuiuſcumque virtutis, perfectum eſſe, & completum niſi per charitatem: quoniam illa eſt, quæ opus in Deum tanquam in finem deſtinat, & ordinat, & refert. Quoniam igitur hac ordinatione operis boni in Dei gloriam, profitemur illius veram diuinitatem, & nos eum tanquam legitimum, & verum Deum habere, Deus à populo ſuo electo, hanc expoſcit ordinationem, quam vocat ſacrificium laudis, & votum perfectum, aut ſacrificium à ſe ſtatutum, & requiſitum. Id quod ad finem Pſalmi, clarius explicauit ſubdens: *Sacrificium laudis honorificabit me.*

§. 20. *Idololatriæ genus esse, si bi gloriam ex bonis operibus quærere, indicauit Iacob vouens votum suum: & vere disponit ad amittendam fidem.*

¶ 200. ET vere credo, Deũ qui verbis paulo ante inductis, alloqui volẽs populum suum, vocauit primo eum Israel, (quod nomen beato Iacob fuit impositum, vt ante diximus) dum ab eo petijt, dicens: *Redde altissimo vota tua*, voluisse alludere ad excellentissimum illud votũ sancti Iacob: idem enim nomen *Neder*, vtrobiq; positum est. Postquam Iacob vidit Deum innixum scalæ, & audiuit consolantem se, & multa ac grandia promittentem: *Vouit votum dicens: Si fuerit Deus mecum, & custodierit me in via per quam ego ambulo, &c. erit mihi Dominus in Deum, cunctorumque quæ dederis mihi, decimas offeram tibi.* Expende votum, in quo illud tanquam rem præcipuam singulariter promittit: *Erit mihi dominus in Deum.* Quid dicit Iacob? & quid his verbis Deo offerre contendis? votum, vt D. Thomas ex sacra Theologia demõstrat, debet esse de meliori, & spontaneo bono: at te habere dominum in Deum, nõ spontaneum, sed obligatorium est. Deinde, quodnam Deo accrescit, quod tu illum tibi constituas in Deum? Nunquid ipse non erit Deus, si à te Deus non fuerit habitus? Nunquid tu per hoc, quod eum tibi in Deum proponis, Deum illum esse facis? Quo argumento vrget Hilarius hypocritas, qui Deo dicunt: *Domine Domine*, quasi Deus non sit Dominus, nisi ab illis fuerit ita vocatus. Multa in huius expositionẽ Doctores dicunt. Communis sententia est, sanctum Iacob promisisse, habiturum se dominum in Deum, non absolutè: nam iam ad hoc ex diuina lege erat obligatus: sed per specialem aliquem cultum, ad quem non tenebatur sicut per erectionem altaris, & oblationem decimarũ, & alia quæ ipsemet exposuit. Itaque non tam vouit, habiturum se dominum in Deum, quam erigere altare in eius honorem, & decimas omnium bonorum suorum deinceps eidem offerre. Ita visus est dicere Sanctus Thomas. Alij censent, Iacob verè se voluisse adstringere peculiari voto, ad id quod iam per diuinam legem erat obligatus, habere scilicet dominum in Deum: nam votum etiam esse potest de ijs, ad quæ iam alias homo tenetur, ad quæ seruanda post votum non tantum tenebitur ex virtute legis: sed ex peculiari virtute religionis, qua obligamur Deo reddere, quæ illi promisimus. Hoc excellenter ingenioseque more suo exposuit noster Caietanus *a*, qui egregiè explicat quod D. Th. *b*, dicere visus fuerat, promissionem Iacob non propriè fuisse votum, sed largo modo. Si tamen attentè expendamus verba D. Thomæ, videbimus votum illud fuisse excellentissimum, supremaque, ac cœlesti Philosophia plenum: per quod peculiarem quendam cultum, & affectum cordis sui erga Deum in suis operibus sanctus Patriarcha promisit, cum dixit: *Erit mihi dominus in Deum.* Dei siquidem nomine, omnes nationes intelligunt, primam omnium rerum causam, à qua cuncta procedunt: & vltimum finem, in quem omnia diriguntur. Vnde & Apostolus ventrem vocat Deum epulonum (*Quorum*, inquit, *Deus venter est*) quia, vt supra ex Basilio, & Ambrosio dicebamus, omnia, quæ illi cogitant, & faciunt, omnisque illorum actio ex ventris instigatione procedit, & in ipsius satietatem se suaque omnia ordinant. Habere ergo dominum in Deum est, ab illo omnia bona tanquã ab omnium bonorum fonte, & origine expectare: & in illum se, suaque omnia quæ homo habet, tanquam in finem referre, dirigere, & ordinare. Hoc ergo promisit Iacob, se à nullo expectaturum bonum aliquod, nisi à Dei virtute, & fauore, & quod in nullius creaturæ potentia spem suam esset repositurus: & quod se, ac omnia quæ haberet, & faceret, in illum tanquam in finem esset destinaturus. Idcirco non dixit: Erit mihi dominus pro Deo, sed *Erit mihi Dominus in Deum*: vt enim ex S. Augustino *c*, D. Thomas *d*, annotauit, præpositio *In* significat motum

a 2. 2. q. 88. art. 3. ad 2 & 4. d. 38. q. 1. art. 1. q. 2. ad 1.

b 2. 2. q. 88. art. 3. b 4. d. 38. q. 1. art. 1. q. 2. ad 1.

Genes. 28. 20.

2. 2. q. 88. art. 2.

Ad Philip. 3. 19.

Canon. 6. in cap. 7. Matth.

¶ 201.

c Tract. 19 in Ioan. & serm. 6 de verb. Domi.

d 2. 2. q. 2 art. 2.

motũ animi intendentis in aliquid: ex quibus illud explicat, quod dicimus: *Credo in Deum*, &c. Esse itaque Dominum in Deum, est, in illum affectu, desiderio, & intentione mentis ac cordis ferri, in illum ordinando omnia opera, factaque. Et quidem si Scripturæ sacræ verba, prout decet, expendas, inuenies, tanquam quid singulariſſimum dici, quod quis habeat Dominum in Deum. Est ad hoc institutum (vt multa relinquamus) insignis locus beati Ioannis Euangeliſtæ. Ostensus fuit illi (ſicut S. Augustinus, ex professo demonſtrat) ſtatus futuræ beatitudinis, & fœlicitatis æternæ, quam finito mundo ſancti habituri ſunt, ſub typo ciuitatis ſplendidiſſimæ Ieruſalem, quam vidit omnibus modis pretioſam, & ornatam: quam cùm attentè contemplaretur, audiuit vocem magnam dicentem: *Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis, & ipſi populus eius erunt; & ipſe Deus cum eis erit eorum Deus.* Singula verba expendit Rupertus. *Ecce*, demonſtrantis inquit, aduerbium, magnum eſt magnæ gratulationis indicium, lætantis ore prolatum, quia quemadmodum Pſalmiſta dicit: *Lætabitur Dominus in operibus ſuis.* Hoc namque tabernaculum, opus Domini eſt: vniuerſa ornamenta eius ab intus, & deforis pulchra, ſunt opera Domini: Deus qui ab æterno ſubſtitit in ſemetipſo, voluit producere in tempore quoddam tabernaculum, in quo extra ſeipſum habitaret, & ſederet. Quodnam illud fuit? Num cœli, aut ſtellæ, aut aliquid ſimile? Nequaquam: nam etſi communiter dicatur habitare in cœlis, tamen iam dixit Salomon, quod *cœli cœlorum eum capere non poſſunt*: carent ſiquidem ratione, & mente, ideoque non poſſunt illum capere, aut apprehendere. Tabernaculum ergo, aut thronum, quem ſibi fecit, vt in eo ſederet, & habitaret, fuit congregatio iuſtorum, & ſanctorum, qui faciunt ciuitatem illam cœleſtem Ieruſalem. Est quidem, inquit Auguſtinus, ciuitas ciuium vnitas, ideoq; cœleſtis ciuitas quam Ioannes vidit, erat vnitas, & congregatio cœleſtium illorum ciuium: ideoque cum illam intueretur Ioannes, audiuit: *Ecce tabernaculum Dei cum hominibus*. Quod addit; *cum hominibus*, inquit Rupertus, idem eſt, ac ſi dicat, ex hominibus. Totum namque hoc tabernaculum ex hominibus ædificatum eſt. In huius explicationem, & confirmationem obſeruat Rupertus, non ſine magno myſterio dictum fuiſſe, quando ex formato homine Deus tulit vnam de coſtis eius, quod illam *Aedificauit in mulierem*. Cur cum Deus mulierem ex coſta viri fecit, dicitur, quod ædificauit? Cur ædificandi verbo vſus fuit Moyſes, in mulieris formatione? Eſtne forſitan mulier ædificium aliquod extructum ad alicuius habitationem? Certè ad grande Sacramentum exprimendum, vt Apoſtolus ipſe expoſuit. Ibi namq; tanquam in typo expreſſa fuit Eccleſiæ ſanctæ productio ex Chriſti latere, & virtute, tanquam ex illius coſta, quã ædificauit, vt eſſet tabernaculũ quoddam, & domus excellentiſſima, & ciuitas pulcherrima, in qua Deus habitaculum ſuum, & ſedem in æternum conſtitueret. Vnde meritò cum ciuitas illa ſancta Ioanni oſtenſa fuit, inſonuit vox dicens: Ecce tabernaculum Dei ex hominibus; & habitabit cum eis, id eſt, in eis, & ipſi populus eius erunt. Subditque tandem: *Et ipſe Deus cum eis erit eorum Deus*. Ecce ſtatum perfectiſſimæ futuræ beatitudinis: *Erit Deus cum eis*, ſe totum beatis tradẽs plenè, ac perfectiſſimè ſe ipſum illis communicans, plena quedam communicatione, illa videlicet de qua dixit Apoſtolus: *Erit Deus omnia in omnibus*, omnem ſatians appetitum; vt nihil habeat Deus, quod non illis plenè communicet, vt nihil amplius reſtet deſiderandum. Et ipſe *erit eorum Deus*. Quid hoc eſt? Nihil aliud diligent, niſi Deũ ipſum, aut propter Deum: omnem ſuum affectum, & appetitum in eo poſitum habebunt, quod ſolam illius gloriam concupiſcant: erunt totaliter in ipſum relati, ita vt omnia quæ habent, ad ipſius referant gloriam, & honorem: qui tunc illud agent, quod idem Ioannes vidit, quod *procidebant, & adorabant viuentem in ſecula ſeculorum, & mittebãt coronas ſuas ante thronum, dicentes: Dignus es Domine Deus noſter accipere gloriã, et honorẽ, & virtu*

20. de Ciuitat. c. 16. & 17.

Apoc. 21. 3

Lib. 11. in Apoc. ad finem.

Pſ. 103. 31

Lib. 11. cit.

Gen. 2. 22.

Ad Epheſ. 5. 31.

1. Cor. 15. 28.

Apoc. 4. 10. 11.

rem, quia tu creasti omnia, & propter voluntatem tuam erant, & creata sunt. Hoc igitur est, illos habere Dominum in Deum, toto corde, & animo se suaque bona omnia in illum tanquam in omnium illorum authorem referre, cui propterea vniuersam gloriam, quæ inde procedere poterat, offerebant. Hoc igitur est, quod iusti, & sancti in beatitudine agent, vbi Dominum plenè, perfectè, & sine intermissione aut cessatione habebunt in Deum. Id nunc eo modo quo possunt, agunt, dum in mũdo viuunt, qui ex eo ostendunt se habere Dominum in Deum; quia in illum omnia bona, quæ agunt, & operantur, tanquam in omnium illorum authorem, principium, & finem referunt. Hoc quoq; vouit Iacob se acturum, non solùm sub quadam communi; aut vt Theologi dicunt, virtuali aut habituali, aut implicita, sed actuali, & explicita quadam relatione, eidem tanquam legitimo authori, gloriam omnium referre. Idque est, quod Christus nunc à te expoſcit, vt cęlestem Patrem tanquam Deum habeas, in quem gloriam omnium bonorum, quæ egeris, & tenueris, ac referas ac reducas. Hoc siquidem actu profiteberis, te illum tãquam Deum habere, omnium bonorum tuorum principium, & finem. Et certè si cupis esse ciuis cœlestis Ierusalem, hoc nunc iam incipe, & interpolatis actibus facito, quod ibi in perpetuum iugi quodã perenniq; ac nullatenus interrumpendo actu facturus es. Patet igitur ex his, quale fuerit votum Iacob, quo vouit, se habiturũ Dominum in Deum. ¶ 283. Nec tamen tunc dicendi finem fecit, sed subdidit: *Et de omnibus quæ dederis mihi, decimas offeram tibi.* Non dubium, quin Deo promiserit decimam partẽ omnium bonorum, quæ ab eo acciperet, in sacrificiũ offerendam; sed aliquid amplius voluit exprimere. Numerus denarius perfectus est, vt S. Augustinus *a*, & B. Gregorius *b* ostendunt. Est namque tanquam complementum omnium numerorum simplicium, quos singulos ille capit & continet, & in quem illi omnes terminantur. Vnde meritò homines ex his, quæ à Deo accipiunt decimam partem offerunt, vt D. Augustinus expendit, ad reddẽdas illi gratias pro bonis receptis, qua profitentur se ab illo omnia accepisse. Propterea, vt idem Augustinus obseruat, in Scriptura sacra, offerre decimas, & primitias, dicitur honorare Deũ. *Honora*, inquit, *Deum de tua substantia*, &c. quia per hunc actũ Deo defertur honor, & gloria eorum omnium quæ accipimus. Idem est ergo, *Eorum quæ dederis mihi, decimas offeram tibi*, ac dicere: Tibi offeram honorem, & gloriam: mihi retinebo quæ vtilitatis fuerint, tibi eorum omnium gloriam referuabo, & offeram sacrificium laudis, sicque oĩa mea perficiam sacrificia. Prudentes illi atque fęlices, qui ita sacrificant. *Beata gens, cuius Dominus Deus eius*, inquit Dauid: non ille beatus, qui operatur bonum sed qui ita operatur, quod illum habet tanquam Deum, id est, qui in illius gloriam opus destinat, & ordinat: ex hoc enim demonstrat, se tanquam supremum Dominum habere Deum. Ex his patet, cur Deus tam grandi cura procurauerit; vt sibi soli, & non alteri deferretur gloria ex bonis operibus. Idololatriæ enim quoddam genus est, quod homo, quæ Deus in suæ veræ deitatis protestationem expoſcit, alteri tribuat; ideoque per illud Deum negare videtur, & alterum illius loco tanquam Deum substituere. Optimè propterea sanctus Iob verbis supra citatis dixit: *Hoc enim nefas est, & iniquitas maxima, & negatio contra Deum altissimum.* Quæ verba, vt accuratius illa expendamus, duobus modis possumus explicare. Primò, quod huiusmodi crimen aliquam habet cum idololatria similitudinem, propter rationem traditam. Quomodo Samuel dixit ad Saulem: *Quasi scelus idololatriæ est nolle acquiescere.* Non dixit absolutè esse scelus idololatriæ, nec enim omnis qui Dei mandatis non acquiescit idololatra est, aut à fide deficit: sed *quasi scelus idololatriæ*, id est, habet cum illo scelere similitudinem quandam: sicut enim idololatra ex eo infectus est crimine idololatriæ, quia denegãdo ipsi Deo debitum seruitutis obsequium, & obedientiam

a 15. *de Ciuit. cap.* 20. & *lib.* 20. *cap.* 33.
b 35. *Mor. c.* 19 & 20. *Ser.* 219. *de tempore.*
Prou. 3. 9.
Psal. 32. 12 & *Psal.* 143. 15.
Iob. 31. 11.
1. *Reg* 15. 23.

tiam se ipsum conuertit, vt idolo obsequatur, & eius præceptis obtemperet, quem Deũ credit per intellectum: ita qui Deo non acquiescere vult, ipsomet opere, negat Deo debitam obedientiam, & se conuertit, vt suo ipsius appetitui inseruiat, se ipsum tanquam Deum, & vltimum finem (non intellectu, sed affectu) proponens. Hinc Rex Tyri, qui sibi gloriam, honorem, & laudem, ex bonis quæ habebat arrogabat, dicitur quod se ipsum haberet tãquam Deum, & quod vellet ipse, Deo è sua sede deiecto, in Dei cathedra sedere, cui honor, & gloria, quæ soli Deo obsequi debent, inseruirent. *Hæc*, inquit, *dicit Dominus Deus: Eleuatum est cor tuum, & dixisti: Deus ego sum, & in cathedra Dei sedi, &c. dedisti cor tuum quasi cor Dei, &c.* de quibus alibi. Secundò, quia vt docet Diuus Chrysostomus *a*, & ex professo demonstrat Diuus Augustinus *b*, inter omnes affectus prauos, qui disponunt ad negandum Deum, & iniquitatem maximam infidelitatis inducendam, primas tenet appetitus proprij honoris, laudis, & gloriæ. Notum est enim ex vera Theologia, quod Sanctus Thomas sæpenumero docet, affectus prauos voluntatis aut concupiscentiæ, esse dispositiones ad amittendam fidem, & negandũ Deum. Quamuis namque fides sit in intellectu: sed pendet etiam à recto, atque bono affectu volũtatis, eo modo, quem ipsemet D. Thomas ex legitima Theologia declarat. Hunc bonum affectum, rectitudinemque voluntatis inficiunt, minuunt, debilitant, & sæpè totaliter eorrumpunt affectus praui; vnde fidei amissio consequitur. Ita Beatus Gregorius Nyssenus asserit quosdam negasse Christum futurum omnium iudicem, & vniuersalem resurrectionem, & iudicium, propter affectum laxioris, luxuriosæque vitæ, quem fides iudicij & resurrectionis impediebat. Alij, vt Augustinus tradit, negauerunt æternam pœnarum durationem in inferno; ne illarum metu, affectum erga voluptates remitterent. Nouatianus, vt Ambrosius refert, à fide defecit propter dolorem Episcopatus amissi. Paulus Samosatenus, vt Chrysostomus tradit, à fide propter amorem fœminæ cuiusdam fuit effectus Apostata. Auaritia multos continet, & continuit, vt Gregorius ostendit, ne fidem reciperent: & vitia fuerunt, quæ antiquitus homines à legitima deturbarunt fide, aut ab ea recipienda reuocarunt, & in idolorum cultu retinuerunt, vt Diuus Athanasius probauit, & elegantissimis verbis, S. Gregorius Nazianzenus idolatras alloquens exposuit: *Stulti*, inquit, *idolorum cultores, qui hoc vitijs veteris sulsidium excogitastis, vt flagitiosos, mendaces, sicarios, versutos fluxuosos, raptores, cinædos, adulteros, pædicones, vobis Deos fingeretis, nec eo contenti, vitijs etiam ipsi sacra instituistis, alios nimirum atque alios alijs atque alijs sceleribus, flagitijsque nobiles & prapotentes, diuinis honoribus afficientes: ex quo illud efficitur, vt non solùm impunitum maneat quoduis crimen, sed etiam laudabile atque honestum habeatur, velut Deo, qui id coluit, gratum, & iucundum &c.* Quæ omnia aptè doctus quidam nostri temporis author prosequitur, & quæ oculis nostris, nostro seculo videmus, confirmant, innumeros à fide defecisse voluptuosæ vitæ affectu, aut bonorum temporalium appetitu. Inter omnes autem affectus, qui potentius, validius, & efficacius humanam deprauant volũtatem ad fidem non recipiendam, aut receptam mittendam, est appetitus proprij honoris, laudis, & gloriæ: ideo illum Augustinus *a* vocat, *vitium valdè pia fidei inimicũ*. Id quod ostendit ipse, Deus etiam demonstrat Chrysostomus *b* ex illis verbis Christi Domini dicentis ad Pharisæos: *Quomodo vos potestis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis, & gloriam quæ à Deo solo est, non quæritis?* Gloriam ab inuicẽ accipere, est gloriam ab hominibus homines, alios ab alijs aucupari, & captare. Hilarius hæc verba Christi ita legit: *Quomodo potestis credere, qui honorem ab hominibus accipitis, & honorem eius, qui solus Deus est, non quæritis?* In eiusdem confirmationem expendit etiam Augustinus illa sancti Ioannis Euangelistæ verba: *Ex principibus multi crediderunt in eum, sed propter Pharisæos*

¶ 204.

Ezec. 28. 2.

3 Hom. 2. in Ioan.

b 5. de Ciuit. c. 14.

2. 2. q. 4. art. 2.

Orat. 3. de Resurrect.

21 de Ciuit. c. 18.

1. de pœnit. c. 15. Homil. 7. in Ioan.

2 Moral. c. 12.

Oratio. cõtra idol.

Oratio. ad Nemesiũ.

Tolet. in c. 5. Ioann.

¶ 205.

a 5. de Ciu. c. 14. cit.

b Homil. 2. cit.

Ioan. 5. 44.

Lib 9. de Trinit.

Ioan. 12. 42. 43.

non confitebantur: vt è ſynagoga non eiȝerentur: dilexerunt enim gloriam hominum magis quàm Dei. Quoſdam hic affectus continuit, ne fidem Chriſti reciperent, & quam plures ne receptam in corde fidem, confiterentur ore; ſed de his alibi. Ecce ergo huius affectus impietatem, per quam homo coronam gloriæ ipſi Deo debitam, ab ipſius Dei capite videtur aufferre velle, & ſibimetipſi imponere. Diſponitur propterea per illum ad negandum Deum, & ſeipſum tanquam Deum colendum. Hinc tam acriter Deus contra hypocritas excitatur, quantum expoſuimus ſupra, exprimitque ipſe per Iſaiam dicens: *Aſſur virga furoris mei: ad gentem fallacem mittam eum, & contra populum furoris mandabo illi, vt auferat ſpolia, & diripat prædam, & ponat illum in conculcationem quaſi lutum platearum.* Iſai. 10. 5. Summa ira commotum ſe his verbis exhibet Deus, imò & quaſi furioſum. Quod tamen quamuis indecẽs Deo videatur, & in eum propriè loquendo quadrare nõ poſſit; tamen Scriptura ſacra eo vtitur, quando Deum ſupremè iratum vult exhibere: ſumpta metaphora ab homine, qui quando furioſus eſt, baculum aut gladium manu arripit, quem in hanc, & illam partem conuertit, percutiens vndique, & vulnerans, atque deijciens, proſternens, & conculcans omnes quotquot obuios habet. Ita quaſi furioſũ ſeipſum deſcribit Deus, ſumma ira contra quoſdam homines prouceatum: qui propterea arrepturus erat Regem Aſſyriorum tanquam gladium ancipitem, & acutum, aut tanquam baculum fortem, per quem omnes percuteret, vulneraret, & conculcaret, auferret eorum bona, & libertate ſpoliaret, ac in captiuitatem duceret: & relinqueret illos extrema delectione depreſſos, conculcandos, tanquam lutum platearum. Quod ſi inquiras: Et contra quos talis ira? Reſpondet ſubdens: *Contra gentem fallacem,* in Hebræo habetur nomen *hhaneph*, quod, vt ſupra annotabamus, Vulgatus ferè ſemper, *hypocritas* vertit, fallaces quidem, & ſimulatores, qui decipere intendũt, procurantes, vt ſancti ab hominibus iudicentur, cum ſint impij, vt ab illis gloriam, & honorem pro bonis ſuis reportent. Poſſemus nunc D. Bernardi verba, quæ ſupra retulimus inferere, contra homines, qui gloriam ſibi ex bonis, quæ habent arrogantes, leue peccatum aut nullum committere credunt: Sant ergo nunc vani filii hominum, sant, & decipiant ipſi ſe vanitate, &c. Et Deum inuenient, perdẽtem gentem decipientem, & fallacem. *Serm. 13. in Cantica.*

§. 21. *Fumus thymiamatis ſoli Deo reſeruabatur, quem nullus ſub pœna mortis poterat ſibi quærere, quod Oziæ factum confirmat.*

¶ 206.

POſſumus inſuper, quæ diximus, amplius explicare, & cõfirmare ex his quæ B. Baſilius annotat, expendens quæ Deus circa thymiama, quod cõfici iuſſit, ordinauit. Voluit Deus ſuauiſſimum odorem ſibi offerri, ideoq; ſtatuit thymiama cõfici. *Sume tibi*, inquit ad Moyſen, *aromata*, aut, legit Baſilius, ſume tibi odoramẽta ſuauè fragrantia, *Staccen, & onycha gallanum boni odoris, & thus lucidiſſimum, æqualis ponderis erunt omnia faciesque thymiama, & c. purum, & ſanctificatione dignißimum*, id eſt, quod Deum deceat, aptumq; ſit ei offerri, & illo ſubfumigari. *Sanctum ſanctorum erit vobis thymiama*, id eſt, ſanctiſſimũ, puriſſimum, Deo ſoli reſeruatum. *Talem compoſitionem non facietis in vſus veſtros, quia ſanctum eſt Domini*, id eſt, quia Deo ipſi conſecratum, & dicatum. *Homo quicumque fecerit ſimile, vt odore illius perfruatur, peribit de populis eius.* Supponit in primis Baſilius, Deum non iuſſiſſe thymiama confici, & componi, nec eius ſuffimentum ſibi ſoli reſeruaſſe propter odorem ipſum materialem, & corporale thymiama. Reuera enim execrabile eſt aſſerere, Deum præcepiſſe confici pigmentariam compoſitionem propter ſe ipſum, quaſi gratiſſimum habeat illius ſuauem odorem: eſt ſiquidem Deus incorporeus penitus, quem propterea, vt omnis philoſophia docet, nec bonus, aut malus odor corporalis, poſſunt afficere, delectare, aut *In c. 1. Eſa. in illud: Si obtuleritis mihi ſimilaginem.* *Exod 30. 34.*

aut offendere: ſed propter id, quod per illam voluit ſignificare. Secundò expẽde, diuerſa eſſe inter ſe, thymiama, & odorem, qui ex illo conſurgebat. Non enim thymiama ipſum Deus ſibi penitus reſeruabat; ſed illius tantummodo odorem. Ideò non ſimpliciter prohibebat, thymiama ab alijs teneri: ſed quod *non fieret in vſus eorum*, aut *eius odore perfruerentur*. Per thymiama igitur ex omnibus aromaticis ſpeciebus compoſitum, omnium virtutum operationem intellexit: nec enim contentus eſt Deus, ſi vnam ſolummodo teneas virtutem, qui te omnibus perfectum expoſcit. Et ideirco, vt Baſilius annotat, eas aromaticas ſpecies expreſſit, quæ vniuerſa continere videretur. Quatuor enim ſpecies aromaticæ, ex quibus componẽdum erat thymiama, ad quatuor referuntur elementa, ex quibus omnia componuntur, quorum ſingularem tenent ſimilitudinem. *Stacte* namque refertur ad aquam, quia eſt recentis myrrhę inciſæ pinguedo, cum aqua expreſſa, aut vt alij volunt, gutta, quam arbor quædam aromatica diſtillat: *Onyx* ad terram, ob retoridam ariditatem: *Galbanus*, ad ignem, propter calorem præferuidum: *Thus* verò aerem repræſentant, quod tranſparentis ſit, & dilucidæ perſpicuitatis. Quod Deus ſibi reſeruat, eſt ſuffimentum, aut odor ex his ſpeciebus aromaticis conſurgens. Ex virtutum namque vniuerſarum operibus inter ſe commixtis (quando ſcilicet, ieiunij eſt humile, miſericors, & orationi coniunctum, quando oratio eſt copulata ieiunio, miſericordiæ, & humilitati, quando humilitas ſecum tenet orationem, & miſericordiam, &c. vt Ambroſius *a*, Auguſtinus *b*, & Gregorius *c*, loqui ſolent, quorum doctrinam excellenter D. Thomas *d*, explicat) conſurgit odor ſuauiſſimus, aut ſuffimentum laudis, honoris, & gloriæ. Hoc Deus ſibi ita reſeruat, vt prohibeat dicens: *Talem compoſitionem non facietis in vſus veſtros*, id eſt, ad veſtri gloriam, & honorem, *quia Sanctum eſt Domini*, id eſt, Deo dicatum, & debitum, Ideoque *homo quicunque fecerit ſimile, vt odore illius perfruatur, peribit de populis ſuis*. Pereat Lucifer, & æternæ perditioni tradatur: quia odore virtutum, donorum, & gratiarum, quibus fuit ornatus, perfrui voluit, gloriam, & honorẽ inde procedentem ſibi aucupare volẽs, cui dictum eſt: (vt S. Thomas explicat) *Eleuatum eſt cor tuum in decore tuo, &c. in terram proieci te*. Pereat Rex Tyri, qui gloriam, & honorem, quam in Deũ referre debebat, propter diuitias, & potentiam, quibus fuit donatus, in ſuum voluit vſum cõuertere, cui dictum eſt: *Eo quod eleuatum eſt cor tuum quaſi cor Dei*, id eſt, intendens gloriam, quæ Deũ tantummodo decebat: *ideirco ego adducam ſuper te alienos robuſtiſſimos, & interficient te*. Pereat Herodes, qui ſplendore regio fulgens, gloriam ab adulatoribus ſibi delatam, quam Deo tenebatur ſeruare, acceptauit: ideo percuſſus ab Angelo expirauit, de quibus ſupra. Expendit Sanctus Chryſoſtomus iuſtam Regis Oziæ percuſſionem, quẽ Deus inſanabili lepra percuſſit, ex qua mortuus fuit: verè enim res digna eſt grandi animaduerſione. Fuit Ozias (quem aliquando ſcriptura *Azariam* vocat) Rex, *qui fecit quod rectum erat in oculis Domini, &c. Cumque requireret Dominum direxit eum* Dominus *in omnibus*: vnde inſignes comparauit victorias, reſque grandes fuit adorſus. Hinc *e*, *egreſſum eſt nomen eius procul, eo quod auxiliaretur ei Dominus, & corroborateſſet illum*. Nihilominus *f*, *percuſſit eum Dominus* g, *Orta eſt enim lepra in fronte eius coram ſacerdotibus, in domo Domini ſuper* (id eſt iuxta) *altare thymiamatis, &c.* & ſacerdotes, *feſtinato expulerunt eum, &c. & fuit leproſus vſque in diem mortis ſuæ*. Inquirit, & proſequitur Chryſoſtomus expendẽs, cur tam grande ſupplicium intulerit Deus Regi, qui fecerat quod rectum erat in oculis eius: & tandem docet rationem fuiſſe eam, quam ipſamet Scriptura ſacra expreſſit: quia ſibi voluit arrogare gloriam, & honorem, non Deo ipſi, ſed eius ſacerdotibus reſeruatum, circa thymiamatis ſuffimentum, aut oblationem. Hoc enim coram Deo offerre, & incendere, ſolis ſacerdotibus volebat Deus eſſe conceſſum. *Cum autem Ozias roboratus eſſet, eleuatum fuit cor eius in interitum ſuum, & neglexit Dominum Deum ſuum. Ingreſſus enim templum*

Exod. 30. 37.

1. 2. q. 145. 2. ad 3.

Ezechiel. 28. 17.

Ezec. 28. 6.

Act. 12. 22.

¶ 207. *Ho.* 1. & 4. *in illud Vidi Dominũ*

4. *Reg.* 15. 2

e 2 *Paral.* 26. 4. 5.

f 4. *Reg.* 15. 1.

g 2. *Paral.* 25. 19.

2. *Paral.* 26. 16.

a *Lib.* 5. *in Lucam in illud Beati pauperes.*

b 6. *de Trinit. c.* 4.

c 21. *Moral. c.* 1.

d 1. 2. q. 63 *art.* 1.

plum voluit adolere incensa super altare thymiamatis. Singula verba expende. *Eleuatum*, inquit, *est cor eius in interitū suum.* Nihil est, quod magis ad interitum, exitium, & perditionem disponat, quam cordis elatio, per quam quis gloriam alteri reseruatam sibi vsurpare contendit. Deinde si scire vis, circa quid eleuatum fuerit cor eius: audi. *Voluit*, inquit, *adolere incensum supra altare thymiamatis.* Hoc solis sacerdotibus erat reseruatum: id quod ei exposuerunt sacerdotes ipsi dicentes: *Non est tui officij Ozia, vt adoleas incensum Domino, sed sacerdotū qui consecrati sunt ad huiusmodi ministerium.* Voluit ergo gloriam sacerdotibus reseruatā in oblatione thymiamatis, aut incensi vsurpare. Si propter hanc causam tā acerbè illum puniuit, lepræ insanabilis percussione, (quæ talem ac tantum horrorem incutiebat, vt misere, & contemptibiliter fuerit eiectus è templo, imò, & ciuitate) qua pœna Deus illum castigaret, si ipsummet odorem incensi oblati super altare thymiamatis ipsi soli Deo reseruatum, sibi vellet arrogare? Si ex eo quod sibi assumere voluit quod sacerdotes tantum decebat, Deo scilicet offerre odorē incensi, aut thymiamatis: qua pœna mulctaretur, si ipsummet odorem soli Deo decētem, & reseruatum vsurpare vellet, & sacerdotibus imponeret, vt odorem illum, quem Deus sibi soli reseruatum tenebat, sibi ipsi impenderent? Et verè aliqua ratione hoc faciunt, qui gloriam, & honorem ex virtutum operibus sibi arrogant. Tu enim ipse, cui datum est talia opera facere in Dei honorem, & gloriam, contendis odorem illum ex ipsis procedentem, in te ipsum conuertere: & gloriam quam homines videntes bona opera tua Deo deberent impendere, procuras tibi arrogare: tuis ex tuis operibus laudari, honorificari, & glorificari ab hominib. &c. Impium sanè, execrandumq; facinus, grādique supplicio dignum. Fumū itaque ex aromaticis speciebus, aut sancto thymiamate procedentem, & odorē quē odorifera aromata spirant, intellige Deo ipsi dicatum, & offerendum, sicuti offerebat Paulus (vt D. Basilius annotat) cum dicebat: *Christi bonus odor sumus Deo*: q.d. Hoc contendimus, virtute, & fauore Christi bonū spirare odorē, ex virtutū aromatibus procedētem, non quidem nobis: *Non enim quæro ab hominibus gloriam*, sed Deo. Idcirco idem Apostolus, vt alibi annotabamus, vocat Apostolos ipsos, gloriam Christi. *Apostoli*, inquit, *Ecclesiarū gloria Christi*: quia sicut thymiama dicebatur gloria quædā Dei, quod cōpositum erat, vt Deo solummodo suauem spiraret odorem: ita Apostoli in hoc electi, & positi fuerūt, vt solius Dei gloriam, & honorem per sua virtutum opera, quæ ex ipsius Dei fauore faciebant, intenderent, & promouerent.

In cap. 1. Isa. circ.

2 Cor 2. 15.

2. Cor. 8. 23.

§. 22. *Acute S. Augustinus reuincit Philosophos contendentes humanam gloriam quærendam ex tabula quadam ab eisdem sapienter depicta, quæ manifestè hypocritarum vitium confundit.*

¶ 208. 5. de ciuit. cap. 7.

EX his proceret S. Augustinus ad impugnandam quandā Philosophorum doctrinam, qui censebant appetere gloriam, honorem, & laudem, ex bonis operibus, non solum non esse vitium fugiendum: sed potius quendam studiosum vtilemque, ac necessarium affectum, ad excitandum, & accedendū ad Reipublicæ vtilitatem, & studiosæ vitæ promotionem. Per hunc namque homines excitantur ad egregia virtutum opera, fugiunt vitia, sequuntur virtutes, magna, & grandia aggrediuntur. Ita tradit sensisse Ciceronem, qui in huius confirmationem hanc intulit vniuersalem, generalemque sententiam: *Honor alit artes, omnesque accenduntur ad studia, iacentque ea semper quæ apud quosque improbātur.* Ideoque in libris, quos de Republica scripsit, vbi de instituendo Principe Ciuitatis loquitur, dixit, *illum alendum esse gloria*, id est, humanæ laudis, & gloriæ cupiditate: qua maiores duces excitatos, multa mira, atque præclara fecisse cōmemorat. In cuius cōfirmatione longo discursu demonstrat Sanctus Augustinus duos affectus inter cæteros, excitare homines ad grandia, difficilia, & quasi impossibilia: affectum scilicet

In proœm. Tusc. qq.

5 De ciuit. cap. 13.

licet dominandi, & affectum honoris, & gloriæ, huncque illo multò esse superiorem, ad quem ille tanquam ad finem destinatur, & ordinatur. Huiusmodi affectu Philosophos ad grandia, & admiranda virtutum opera impulsos, idem Augustinus demonstrat, & ex Platonis, Diogenis Cynici, & aliorum Philosophorum historijs, eius Scholiastes comprobat. Eodem appetitu ductos Romanos fuisse ad bella fortissimè gerenda, & excellentes virtutum actus sequendos similiter Augustinus demonstrat. Cæterum quam impia sit, & execranda hæc Philosophorum sententia, ipse Augustinus comprobat. Primò, ex eo quod & ipsimet Philosophi ita aliquando confiteri, ipso rationis lumine ducti, coacti sunt. In cuius confirmationem Horatij, & eiusdem Ciceronis verba quædam expendit. Deinde, idem probat ex eo quod congruum est honorem, & gloriam, quæ bona aliqua opera consequitur, in eum referre, qui totius bonis est author. Quibus multa addit, probans, alienam penitus esse debere à Christiano corde elationem, & iactantiam, & appetitum gloriæ ex bonis operibus. Tandem argumento quodam ad hominem, Philosophos plene convincit *a*, desumpto ex quadam tabula, quam depictam hominum oculis offerebant. Sunt quidem picturæ: vt Sanctus Damascenus *b*, docuit, & ex professo tradidit Beatus Gregorius *c*, indoctorum hominum libri & scripturæ: nam quod legentibus scriptura (inquit Gregorius) hoc idiotis præstat pictura cernentibus: in ipsa etiam ignorantes vident quod sequi debeant, & in ipsa legunt qui literas nesciunt. Quod dictum Gregorij, expendit secunda synodus Nicæna, quæ est septima generalis, trecentorum quinquaginta Episcoporum, quæ potentiorem ad mouendum affectum picturam, quam scripturam demonstrat, ex variis Sanctorum Patrum dictis, & factis. Sanctus enim Chrysostomus *a*: Ego, inquit, & ex cera fusilem picturam pietate plenam amaui. Diuus Gregorius Nyssenus *b*, de quadam pictura Abrahæ ad altare constituti, immolare volentis filium: Vidi, inquit, sæpius inscriptionis imaginem, & sine lachrymis transire non potui, cum tam efficaciter pictura ob oculos poneret historiam. De qua re loquitur optimè Diuus Augustinus expendens, quantum mouerit insensatum iuuenem figura illa Iouis in virginem luxuriantis. Propterea eadem Nicæna synodus hortatur, vt imagines sacræ doctissimi pictoris opera depictæ fidelium oculis exponantur, &c. Et benè dicit; *Doctissimi pictoris opera*, qui aptè, & eleganter res per picturam referat: qui enim talis non est, risum potius mouere solet. Vt ergo Philosophi, omnes homines à voluptate, & luxuria reuocarent, oculis eorum tabulam quandam offerebant depictam: vt videas quam stulti sint hæretici, qui imaginum, & picturarum vsum tollere nituntur, quoniam Philosophi, secreta Philosophiæ etiam communibus hominibus, & vulgaribus, per depictas imagines explicabant. Et quamuis Augustinus dicat Philosophos tabulam verbis pinxisse, inuenis non penicillo depictam exhibuisse oculis: sed si attentè legas, intelliges tabulam coloribus pictam, à Philosophis spectantium oculis exhibitam, cuius figuræ quidnam significarent, exprimebant verbis, & excellenti doctrina. Talis autem erat pictura. In tabula quadam depicta erat voluptas, quæ in sella regali quasi delicata quædam, deformisque Regina confidebat, eique virtutes quasi pulcherrimæ nobilissimæque virgines, tanquam ancillæ subseruientes famulabantur, obseruantes eius faciem, vt ad illius nutum facerent quicquid illa, vel solo nutu imperabat: Mandabat prudentiæ, vt vigilanter inquireret, quomodo voluptas regnare posset, & salua esse. Iubebat iustitiæ, vt præstaret omnia, quæ posset beneficia ad comparandas amicitias, corporalibus commodis necessarias: nulli faceret iniuriam, ne offensis legibus voluptas ipsa secura viuere non posset. Fortitudini imponebat, vt si corpori dolor acciderit, qui non compellat in mortem, teneat Dominam suam, id est, voluptatem, fortiter in animi cogi-

21. *de ciui. c.16. Lud. Viues ibid.*

5. *de ciui. c. 17. & seq.* 5. *de ciu. c. 13.*

Cap. 14. & seqq. vsque ad 19.

¶ 209.
a *Cap. 20.*
b *4. Fidei orth. c. 17.*
c *Lib 9 ep. 9 ad Serenum Epis. Massilien.*

Actione 2.

Action. 4.
a *Oration. quod vet. & nou. test. vnus sit legislat.*
b *Orat. de vnit. Filij & Spiritui Sancti.*

2. *de ciu. c. 7. 8. 10.*

cogitatione, vt per priſtinarum delitiarum ſuarum recordationem, mitiget præſentis doloris aculeos. Temperantiæ mandabat, vt tantum capiat alimentorum: & ſi qua delectant, ne per immoderationem, noxium aliquid valetudinem turbet, & voluptas quam etiam in corporis ſanitate maximam ponunt, grauiter offendatur. Ita virtutes pingebant cum tota ſuæ gloriæ dignitate, tanquam imperioſæ cuidam, & inhoneſtæ mulierculæ ſeruientes voluptati. ¶ 210. Egregia ſanè pictura, quam oculis omnium exhibentes, per eam apertè oſtendebant, nihil ignominioſius, & deformius, & quod minus bonorum ferre poſſit aſpectus, deformi ſcilicet, fœdiſſimæ, ſordidæ, vili, ac omnibus modis contemnendæ, & conculcandæ mulieri, ſeruire tanquam ſupremæ Reginæ, virgines quaſdam pulcherrimas, nobiliſſimas, & ſumma æſtimatione dignas. Huius tabellæ meminit Cicero, cuius author fuit Cleanthes Stoicus. *Li. 2. de finibus.* Benè quidem, inquit, Auguſtinus, rem quam volebant tali pictura Philoſophi oſtendebant, & quod verum eſt, & ſequendum apertiſſimè per illam demonſtrabant. Sed quos ſimilis pictura manifeſtè reuincit. Depingamus enim ſimilem tabulam, in qua virtutes omnes, ſeruiant humanæ gloriæ, & laudis affectui: licet enim gloria iſta, delicata mulier non ſit, inflata tamen eſt, & multum habet inanitatis. Vnde pingatur mulier tumens inflataque cui pulcherrimæ virgines, virtutes ſcilicet deſeruiant, & obediant imperanti: vt nihil prouideat prudentia, nihil diſtribuat iuſtitia, nihil toleret fortitudo, nihil temperantia moderetur; niſi vnde placeatur hominibus, & ventoſæ gloriæ ſeruiatur: ſi virtutes inſeruire voluptati, ex illa tabula comprobatur iniquũ, quanto ex iſta oſtendetur iniquius, virtutes humanæ gloriæ inſeruire? Tabulam depinge, in qua tanquam Regina ſedeat tumida quædam Æthiopiſſa, viliſſimo genere nata, cui in circuitu adeſſent pulcherrimæ virgines nobiliſſimi Regis filiæ, quæ omnes cogerentur intentis oculis coram illa ſtare, vt illi obſequerentur. Quid enim inanis gloria, aut appetitus laudis humanæ? Nonne vilior eſt Æthiopiſſa ancilla, procedens ex improbo, & faſtidioſo ſuperbiq; ſpiritu? Quid virtutes, niſi quædã nobiliſſimæ virgines, diuina quadam progenie ab ipſo Deo procedentes? vt ſupra dictum eſt. Quid intẽdit hypocrita ieiunans, orans, eleemoſynas faciens, religionis actus, & pietatis exercẽs: niſi vt iſtæ virgines, illi viliſſimæ Æthiopiſſæ tanquam eius ancillæ inſeruiant? Similia tradere viſus fuit Chryſoſtom. *Homil. 72. in Matth.* Hæcque ſunt, quæ Deus vitio dedit improbis illis Sacerdotibus, vt ſupra inducebamus: *Victimas declinaſtis in profundum.* *Oſee 12.* Improbum, inquit Chryſoſt. & execrãdum eſſet legitimos Regis filios, regni paterni hæredes, compellere, & demittere, vt inſeruirent viliſſimo alicui mancipio; & quod in eius obſequiũ omnem ſuam nobilitatem expenderẽt, & ius ad paternum regnum perderẽt: nihil minus facit, qui virtutum opera in ſui honorem, & gloriam cõuertit, quorum nobilitatem perdit, & ius ad regnũ cœlorum, quod pretendere poterant abſumit: adeo vt iam nulla illis relinquatur merces, vt ſtatim dicemus. Ex his ad Philoſophorum rationes reſpondet Auguſt. ¶ 211. Arguebant Philoſophi dicentes: id rectè intendi poſſe per virtutum opera, quod ad eadem opera cõſequitur: certũ eſt autem nihil magis ad ipſa conſequi quam laudem, honorem, & gloriam: ſicut ad vitiorũ actus ſequitur dedecus, & ignominia, naturali quadam ſequela. Vnde commune apud illos erat prouerbium. Laudem, honorem, & gloriam, eſſe præmium virtutis: ſicuti ignominiam, & dedecus ſtipendium vitioſæ vitæ. Quæ omnia ipſemet Apoſtolus dicere viſus fuit: *Tribulatio,* inquit, *& angoſtia in omnem animam hominis operantis malum: gloria autem, & honor, & pax omni operanti bonum.* *Rom. 2. 9.* Deinde, quia quis negare poterit, vtile eſſe intendere illud, quod animam ad virtutem acuit, & inſtigat, à vitijſque reuocat? Nihil autem potentius id operatur quam appetitus laudis, & gloriæ. Ad hæc omnia reſpondet Auguſtinus, iuſtum quidem eſſe; hominem per bona virtutum opera intendere honorem, & gloriam: non tamen vanam

nam, & inanem, sed solidam, & firmã, & quæ sit præmium condignum, & cõdecens valori bonorum operum. Gloria quidem apud homines vana est, & inanis: gloria autem apud Deum solida, firma, secura, & quæ totius boni operis valorem adæquat, de quibus optimè D. Bernardus, & nos supra multa diximus: ideoque illa non solum nõ est intendenda; sed cõtemnenda, hæc autem est toto corde appetenda, & quærenda. Hoc etiam pacto D. Thomas Philosophorum argumenta soluit.

Ser. 13. in Cantic.

2. 2. q. 132. art. 1. ad 2

§. 32. *Amen, iurandi est notæ, qua Deus vtitur ad immutabile decretum indicandum, quo hypocritas terrere vult.*

AMen dico vobis, receperunt mercedem suam. Infelicissimam hypocritarum sortem vult Christus Dominus explicare, qui pro suis bonis operibus nullã penitus à Deo sunt recepturi mercedem, quippe qui iam quã intendebant, receperunt. Vendiderunt opera sua hominibus pro laudis, & gloriæ mercede, quam sibi impendi procurarunt, illam receperunt, proinde nulla alia eis à Deo expectanda relinquitur, & quod superius initio capitis admonuerat, simpliciter dicens: *Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis, alioquin mercedem non habebitis apud patrem*, nunc iuramento confirmat: *Amen dico vobis, receperunt mercedẽ suam*, subintelligendum relinquens, nullam aliam eos manere. Annotauit S. Augustinus, Christum Dominum, cùm illam vocem *Amen* inducit, velle attentos, & intentos nos reddere, & ab omni somno excitatos. Non est dubium, vocem, *Amen*, Hebræam esse, vt Hieronymus *a*, Ambrosius *b*, Augustinus *c*, & in vniuersum omnes fatentur: sumitur autem ab Hebræis duobus modis, primò tanquam nomen masculinum substantiuum, quod primò significat ipsammet, firmitatem, & stabilitatem. Et quia nihil firmius stabiliusque est ipsa veritate, transfertur ad significandam veritatem ipsam, quam etymologiam certiorem credo illa, quam communiter multi hebraizantes solent afferre dicentes: *Amen*, procedere à verbo *Amen*, quod est credere, quia id maximè credendum est, quod est fidele, stabile, & verum, nam longè petita talis etymologia est, præterquam quod verbum, quod significat credere, non est *aman*, sed *heumin*, de quo Brixianus. Est igitur Amen nomen, quod firmitatem, stabilitatem, veritatemque significat. Hac de causa Christus ipse aliquando in scriptura vocatur, Amen. *Hæc*, inquit Ioannes, *dicit, Amen, testis fidelis, & verus*, id est, veritas ipsa, & firmitas ipsa. Ex quibus credit idem Brixianus explicari locum illum Isaiæ: *Qui benedictus est super omnem terram, benedicitur in Deo Amen, & qui iurat in terra, iurabit in Deo Amen*, id est, in Deo veritatis, aut in Deo, qui est veritas ipsa. Ideoque credit apertum vaticinium de Christo, qui sæpissimè vocatur *Veritas*. Secundò sumitur aduerbialiter, & significat *Verè, aut verum*, vt omnes SS. Patres annotant, & hoc modo sumptam, varia significat, vt S. Ambrosius ex professo prosequitur. Interdum enim est aduerbium imperantis, interdum precantis, interdum confirmantis. Imperantis est, quando superior inferiori statuit, quid faciendum sit, vel sequendum, cuius nullum exemplum subijcit Ambrosius. Precantis, sicut illud Amen, quod subditur post illam petitionem, *Fiat voluntas tua*. Ita sumitur à Ieremia, qui pseudoprophetæ Hananiæ prædictione falsa Dei nomine promittenti, & dicenti: *Contriui iugum Regis Babylonis, &c.* respondit: *Amen, sic faciat Dominus, suscitet Dominus verba tua, quæ prophetasti, &c.* Confirmantis autem, sicut cum Dominus dicit in Euangelio: *Amen dico vobis*. Ita credit Ambrosius positum à Dauid, cùm dicit in fine aliquorum Psalmorum: *Fiat fiat*. In Hebræo; *Amen Amen*: quibus vocibus plenè confirmat quæ dixerat: quasi dicat: *Certissimè fiet*: Similiter cum Deus statuit, vt quando maledictiones, & benedictiones contra transgressores, & obseruatores legis promulgarentur, *responderet omnis populus*: *Amen*: certissimum euentum indicans, confirmansque quod dictum fuit. Id ipsum etiam signi-

Matth. 5. 1

¶ 212.

Tract. 41. in Ioan. ante med.

a Epist. 134. ad Sophro. & 137. ad Marcel.
b In Psal. 40. ad fin.
c 1. 5. contra Faust. c. 9. 2. de doctrin.

Chrisost. tract. 41. in Ioan.

Tom. 1. fol. 125. p. 2.

Apoc. 3.

Tom. 1. fol. 33. p. 2. Isai. 65. 17

In Psal. 48

Matt. 6. 13.

Ier. 28. 2.

Psal. 40. 14. & Ps. 71. 19. & Psal. 88. 52.

Deut. 27. 15. 16.

¶ 213.

significat', inquit Ambrosius, quando benedicente Sacerdote, respondet populus, *Amen*: *Confirmatio enim benedictionis, magis quam deprecatio est*. His concinunt, quæ Apostolus ait, eum qui audit aliquem concionantem, aut benedicentem, si non intelligit quę audit, non posse dicere *Amen*: id est, vt Hieronymus explicat, non poterit confirmare, aut certissima confirmatione statuere. Hoc ex eo etiam patet, quod idem Ambrosius refert, ostendens veritatem, quam Catholica fides de Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento profitetur. Consuetum enim erat, quòd cum Sacerdos eleuabat hostiam consecratam, quam fidelibus traderet, clamabant: *Corpus Christi*: qui communicaturi erant respondebant: *Amen*. Certè hoc otiosè non fiebat, inquit Ambrosius, sed vt hoc verbo fidelis quilibet profiteretur certissimam fidem, quam de Eucharistiæ Sacramento sanctissimo tenebat. Hæcque communior est huius vocis significatio, quod scilicet est confirmatio eorum, quæ dicuntur, & quædam iurandi forma, quasi dicas: *Verè*, aut *In veritate*, quomodo Deus iurare solitus fuit, *sicut iurasti*, inquit Dauid, *In veritate tua*. Et hac voce vtebatur Christus tanquam iuramento quodam graui, volens, quæ dicebat confirmare, vt Ambrosius *a*, & Augustinus *b*, annotant, & clarius Chrysostomus *c* expendens illud, quod dicit Christus: *Amen dico vobis*. Iurat Christus, inquit Chrysostomus, quod enim in veteri testamento dicitur: *Viuo ego dicit Dominus*, in nouo dicitur: *Amen, id est, verè, &c.* Et duo annotanda sunt circa huiusmodi vocem, hoc modo sumptam, primum est, quod obseruat Augustinus illam habere aliquid velati secreti, & singularis Sacramenti, sicut vox *Hosanna*, quam propter hoc interpretes in translatam reliquerunt. Amen interpretatur, *Verè*, *aut Verum*, posseque interpres illam transferre, sed nec Græcus ausus est facere, nec Latinus, inquit Augustinus, vt honorem haberet velamento secreti, &c. Ex quibus annotat Augustinus, cùm Christus hoc verbum inducit, singulariter velle, quæ dicit commendare, & intentos reddere, atque excitatos auditores. Secundum est, quod obseruant Ambrosius *a*, & Augustinus *b*, hanc iurandi, seu confirmandi notam, peculiariter induci à Christo Domino, cùm aliquid dicit, quod certissimam, & supremam, difficilem tamen continet veritatem: vt videntes illam ab ipso non solùm dictam, sed iuramento firmatam pleniori fide credamus. Quamuis enim ad plenam fidem adhibendam, sufficeret illius simplex verbum, qui cum veritas sit, mentiri non potest: tamen vt firmiorem credendi habeamus rationem, iusiurandũ aliquando interponit, vt Apostolus annotauit. Quod cum apud Ioannem Christus loquitur, frequentius facit, imò, & apud ipsum tantummodo duplicare consueuit hanc iurandi notam, dicens: *Amen amen*; quia vt idem Ambrosius *a*, Rupertus *b*, & D. Antonius *c*, considerant, Christus apud Ioannem maximè de cœlestibus, & profundis mysterijs est locutus, grauioraque Sacramenta exposuit, vt cum ad principẽ pharisæorum dixit *d*: *Amen amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit, &c.* & ad pharisæos ac scribas *e*: *Amen amen dico vobis, nisi manducaueritis carnem, &c.* Statuebat Deus, hanc vocem *Amen* geminari, quando supremam indubitatamque omninò fidem postulabat, & certissimam rem indicari volebat. Ita præcipiebat, vt in sacrificio zelotypiæ, imprecationibus Sacerdotis *responderet mulier, Amen amen*, vt supremam certitudinem futuri euentus hoc ipso ipsamet mulier exprimeret. Ita, & populus suprema confirmationis nota, quæ Sanctus Esdras proposuerat, volens firmare, respondit: *Amen amen*. Qua etiam ratione, Ioannes ipse volens plenum firmitatis signum ijs, quæ dicebat adhibere, duplicauit affirmandi notam, eam Græcè, & Hebraicè subijciens; *Ecce*, inquit, *venit cum nubibus, &c. etiam, Amen*. Vt quæ dicta sunt, firma esse testetur, sigillo obligauit dicens: *Naimin*, id est, *Etiam amen*. Nai quidẽ, ex Græcorum consuetudine perfectam immutabilitatem notat: Amen verò apud Hebræos significat, nihil posse obstare, quo minus ea quę promissa sunt, eueniant. Hinc Hieronymus vocat

1 Cor. 14. 16.

Lib. 4. de Sacra. c. 5.

Psa 88. 36.

a In Psal. 40 citat.
b Hom. 41. in Ioan.
c Hom. 10. in Matth. in princip.

Tract. 41. citat. & 15 conser a Exod. c. 9.

a In Ps. 40. citat.
b Tract 42 citat.

Ad Heb. 6. 17. 18.

¶ 214.

a In Ps. 40. citat.
b In cap. 3. Ioan.
c 1. p. hist. c. 3. tit. 5. §. 8.
d Ioan. 3.
e Ioan. 6.

Num. 5. 22

2. Esdr. 8. 6

Apoc. 1.
In cap. 1. Apocal.

In cap. 6. Matth.

hanc vocem *Amen*, ſigillum eorum quę dicuntur; tunc enim literis plena vndique fides adhibetur, cùm Rex ſigillo ſuo eas munit. Vt autem tandem ad inſtitutum veniamus, obſeruandum eſt ex Diuo Thoma, quando Deus ei quod dicit, addit iurandi notam, velle certiſſimum euentum eorum quæ dicuntur exprimere. Duobus enim modis Deus aliqua prædicit, primò indicans ſucceſſum rei ſecundum præſentem iuſtitiam; hæcque prædictio mutari poteſt, vt alibi expoſuimus, ſicuti videmus in eo, quod dictum fuit Ezechiæ: *Diſpone domui tuæ, quia moreris tu, & non viues*: habebat enim talem infirmitatem Ezechias, quod ſecundum eius naturalem curſum, mortem erat incurſurus. Similiter dixit ad Niniuitas: *Adhuc quadraginta dies, & Ninive ſubuertetur*, quia ipſa meruerat ſubuerſionem ſui ipſius, & ſi in malitia ſua perſeueraſſet, ſine dubio fuiſſet ſubuerſa. Quomodo etiam Deus per Ieremiam dicit: *Repente loquar aduerſus gentem, & aduerſus regnum, vt eradicem, & deſtruam, & diſperdam illud. Si pœnitentiam egerit gens illa à malo ſuo, quod locutus ſum aduerſus eam, agam & ego pœnitentiam ſuper malo, quod cogitaui vt facerem ei.* Secundò, expreſſe volens firmum, & immutabile conſilium ſua æterna præordinatione diſpoſitum, de quo dixit Samuel ad Saul, petentem, vt quæ Dei nomine prædicebat, reuocari procurat: *Triumphator Iſrael non parcet, nec pœnitudine flectetur.* Et quando Deus vult talem ſuam prædictionē oſtendere, iuramentum adijcit, indicans, quod promittit, aut aſſerit, eſſe firmum, ſtabile, & immutabile prædeſtinationis ſuæ conſilium. *Volens*, inquit, Apoſtolus, *oſtendere immutabilitatem conſilij ſui, interpoſuit iuſiurandum.* Ideo, vt idem Apoſtolus annotauit, Sacerdotium Chriſti, non ſimpliciter aſſeruit, & prædixit Deus, ſed ſub iuramento; *Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum, Tu es ſacerdos in æternum, &c.* Multi ſiquidem facti ſunt Sacerdotes Dei prædictione, & verbo, inquit Apoſtolus; ſed ſine iuramento: quia eorum Sacerdotium perpetuum, & immutabile non erat: Chriſtus autem cum iuramento, quòd ſempiternum habiturus erat Sacerdotium. Ita quod de futuro Meſſia Dauidi promiſit, ſub iuramento affirmauit: *Iurauit Dominus Dauid veritatem, & non fruſtrabitur eam, &c.* Hoc ipſo quod iurauit, indicauit veritatem immutabilem. Hinc factum eſt, quod Chriſtus Dominus, duo inter alia ſub iuramento prędixit, de quorum vno poteramus dubitare propter noſtram grandem fragilitatem, & miſeriam; de altero propter infinitam Dei magnitudinem, & bonitatem. Vnum eſt præmium bonorum; tam grande enim eſt illud, quod in cor hominis non aſcenderit. *Beati*, inquit, *ſerui illi, quos cum venerit Dominus, inuenerit ſic facientes. Amen dico vobis, quod præcinget ſe, & faciet eos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis.* Quis huius promiſſionis magnitudinem pro dignitate expendet? Quis enim Dominus tali præmio ſeruos ſuos vnquam affecit, quamuis illis ſimilis ſit, vermis, & puluis? Nihilominus, inquit Paulus, *Volens Deus oſtendere pollicitationis hæredibus immobilitatem conſilij ſui, interpoſuit iuſiurandum: vt propter duas res immobiles, quibus impoſſibile eſt mentiri Deum, fortiſſimum ſolatium haberemus.* Hac de cauſa, quoniam incredibilia videbantur, quæ latroni ſpondebat, vt certiſſima ea redderet, iuſiurandum præmiſit, dicens: *Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiſo.* Quia verò omninò erat difficile, credere ipſum eſſe, qui quæ pauperi tribuimus recipit, ita mercedem pro illis redditurus, ac ſi ipſimet illa dediſſemus, ſimiliter dixit: *Amen dico vobis, quandiu feciſtis vni ex his fratribus meis minimis mihi feciſtis*, Et: *Amen dico vobis quandiu non feciſtis vni de minoribus his, nec mihi feciſtis.* Alterum eſt ſupplicium malorum, quod in æternum duraturum eſt. *Amen dico tibi*, (loquitur ad peccatorem trāſgreſſorem legis) *non exies inde, donec reddas nouiſſimum quadrantem*, id eſt, in æternum; nunquam enim poterunt damnati plenè peccatorum debita perſoluere. Mirum eſt, quod Deus, qui infinitè bonus eſt, qui compatitur ijs, qui in tribulatione ſunt; nunquam ſit miſerturus eorum quos damnauit. Ne id dubitares, illud ſub iuramento firmauit. Hac igitur de cauſa

Iſa. 38. ad Heb. 4.

Iſai. 38. 1.

Ioan. 3. 4.

Iere. 18. 7.

2. Reg. 15. 29.

¶ 215.

Ad Heb. 6. 17. 18.

Pſa. 109. 4.

Pſal. 131. 11.

Luc. 23. 43

Matth. 25. 40.

¶ 216.

Mat. 5. 26.

causa de hypocritis loquens, sub iuramento asseuerat; quo nullam à Deo mercedem ex suis bonis operibus, quę fecerũt propter mundanam gloriam, sint accepturi; qui enim Dei bonitatem agnoscit, intelligitque Deum pronum esse ad præmiandum, credere posset, illum opera bona non relicturum sine mercede. Propterea ad virgines fatuas, (quas hypocritarum typum tenuisse expressum docuerunt Augustinus *a*, & Gregorius *b*, cæterique Patres) dicere *c*: *Amen dico vobis, quia nescio vos*, & hoc in loco, non semel sed sæpè, semperque sub iuramento idipsum repetiuit. Loquês enim primò de his, qui eleemosynas faciunt, vt videantur ab hominibus, subiecit *d*: *Amen dico vobis receperunt mercedem suam*. Loquens deinde de illis, qui orabant in angulis platearum, vt viderentur ab hominibus, addidit *e*: *Amen dico vobis, receperunt mercedem suam*. Loquens tandem de his, qui ieiunio se conficiunt, vt videantur ab hominibus, protinus intulit *f*: *Amen dico vobis, receperunt mercedem suam*: vt hinc intelligas, nec pro eleemosyna, nec pro oratione, nec pro ieiunio, neque pro quouis alio opere, te mercedem recepturum à Deo, si illud fecisti humanæ gloriæ, & laudis appetitu. Sicut ergo per iusiurandum, voluit iustos secura spe firmare, & ad bonorum operum exercitium excitare, ita hypocritas voluit ex eo terrere, quod iureiurando confirmat, nullam iam amplius pro bonis suis operibus expectandam mercedem, qui quam ab hominibus intendebant, receperunt.

a *Serm. 23. & 24. de verbis Domini.*
b *Hom. 12. in Euang. & 18. Moral. cap. 5.*
c *Matt. 25. 12.*
d *Matt. 6. 2.*
e *Mat. 6. 6.*
f *Matth. 6. 16.*

§. 24. *Humanam gloriam fuisse iustam mercedem hypocritarum, excellenti discursu ex Romanorum factis ostendit Augustinus.*

¶ 217. Receperunt mercedem suam. Sancti Patres, Chrysostomus *a*, & Augustinus *b*, expendunt vim illius verbi, *Receperunt*, quod non simplicem acceptionem denotat; sed iustam, & debitam pro meritis. Quod vt explicent, annotant, Deum esse infinitè bonum, & iustũ. Quia infinitè bonus est, ita bonum quodcumque amat: vt nulli penitus velit irremuneratum relinquis quia iustus est, vult, vt iusta mercede ac proportionata quoduis bonum persoluatur. Sunt quædam bona opera, quæ cœlum nullatenus contingunt, nec terram transcendunt, qualia sunt multa, quæ peccatores agunt; qui quoniam charitate carent, quæ opera in supremum finem potenter eleuat, dicuntur per illa non pertingere ad cœlum. Istis decernit Deus iusta præmia rependi, illisque proportionata, qualia sunt bona terrena. Ex quibus illud explicat Chrysostomus, quod ad Epulonem diuitem dixit Abraham: *Fili recordare, quia recepisti bona in vita tua.* Fecerat miser ille aliquid boni, nullus enim hanc vitam agens, tam consummatæ est malitiæ, vt non aliquid agat boni: erãt tamen bona, quæ egerat, terrena, quæ hanc vitã non transcendebant: propterea illi talia præmia data fuerunt, quæ illis bonis congruè responderent, bona terrena, diuitię, facultates, honores, &c. Idcirco vitam illi concedebat Deus, dimittens vt comederet, & biberet splendidè, indueretur gloriosè, vt ita præmium reportaret cuiusque boni quantumcumque exigui, quod operatus erat. Idcirco non dixit Abraham, accepisti; sed, *Recepisti bona in vita tua*: præmium bonorum, quæ egisti, recepisti in vita tua; Talibus enim bonis, quæ vitam præsentem, & terrenam non transcendebant, talia congruebant præmia. Talia sunt hypocritarum bona opera, quæ terrã non transcendunt, nec hominũ oculos, & aspectũ, quia omnia agunt: *Vt appareant hominibus, & vt videantur ab hominibus*: ideo Deus tale illis præmium repẽdi disponit, aut permittit; quod oculos hominum, & præsentem vitã nõ transcendit, gloriam scilicet terrenam, & humanam laudem. Hocque est quod dicit: *Receperunt mercedem suam*, id est, præmium suis meritis dignum, mercedem suis operibus congruam. Indignæ sunt iuxta Apostolum, inquit Augustinus, huiusmodi passiones, & opera, ad futuram gloriã, quæ reuelabitur in nobis: ideo non illam accipiens pro mer-

a *Homil. 3. de diuite & Lazaro, & 67. ad populum.*
b *5. De ciu. c. 15 & 18.*

Hom. 3. & 67. cit. Luc. 16. 25.

Cap. 8. cit. ad finem.

mercede; condigna tamen sunt huius transitoriæ inanisq; gloriæ, quam propterea tanquam suam mercedem recipiunt: ex eisdem explicat D. Augustinus honorem, & gloriam terrenam, qua Deus Romanos fecit illustrissimos, mercedem fuisse bonorũ operum, quæ egerãt, & agebant. Grandia siquidem, & eximia, ac pene incredibilia erãt virtutum opera, quæ fecerunt. Priuatas namq; res suas, inquit Augustinus, pro re communi, hoc est, Republica, & eius ærario contempserunt, auaritiæ restiterunt: consuluerunt patriæ cõsilio libero, neque delicto secundum suas leges, neque libidini obnoxij: & longo eloquentique Catalogo plurium illorũ miranda acta Augustinus prosequitur. Brutus pro libertate patriæ filios suos sponte occidit, de quo Poeta: Vicit amor patriæ. Romanorũ princeps Torquatus, filium non quia contra patriam sed etiam pro patria: tamẽ quia contra imperium suum, id est, cõtra quod imperauerat pater Imperator, ab hoste prouocatus iuuenili ardore pugnauerat, licet viciſſet, occidit, ne plus mali esset in exemplo imperij contempti, quam boni in gloria hostis occisi. Furius Camillus etiam ingratam patriam (à cuius ceruicibus acerrimorum hostium Veientium iugum depulerat, damnatusque ab æmulis fuerat) à Gallis iterum liberauit: quia non habebat potiorem, vbi posset viuere gloriosus. Mutius, vt cum Porsenna rege paxfieret, qui grauissimo bello Romanos premebat, quia Porsenam ipsum occidere non potuit, & pro eo alterum deceptus occidit, in ardentem aram ante eius oculos dextram extendit, dicens: multos tales qualem se viderat, in eius exitium coniurasse: cuius fortitudinẽ, & coniurationem talium perhorrescẽs Porsenna sine vlla dilatione se ab illo bello facta pace compescuit. Curtius armatus equo cõcito in abruptum hiatum terræ se præcipitem dedit, deorum suorum oraculis seruiens, qui iusserant, vt illud, id quod Romani haberent optimũ mitteretur: nec aliud intelligere potuerunt, quã viribus armisque se excellere, vnde videlicet oportebat, vt deorum iussis in illum interitum vir præcipitaretur armatus. Decij vt iram deorum sanguine suo placarent, Romanusque liberaretur exercitus, se occidendo certis verbis, quodammodo consecrantes deuouerunt. Marcus Regulus, ne crudelissimos hostes Carthaginenses iurando falleret, grauissimis supplicijs necari elegit. Lucius Valerius, qui in suo defunctus fuit consulatu, vsque adeò paupertatis fuit amator, vt nũmis à populo collatis eius sepultura curaretur. Quintius Cincinnatus, cùm quatuor iugera possideret, & ea suis manibus coleret, ab aratro abductus fuit, vt Dictator fieret, victisque hostibus ingentem gloriam consecutus, in ea paupertate permansit. Fabritius summis muneribus Pyrrhi Epirotarum regis oblatis, promissa etiam quarta parte regni, à Romana ciuitate non potuit diuelli. Solius boni publici promotionem omnes intendebant. Ideoque cùm rempublicam, id est, rem populi: rem patriæ, rem communem haberent opulentissimam, sic ipsi in suis domibus pauperes erant; vt quidam eorũ, qui bis iam Consul fuisset (de Cornelio Ruffo id narrãt Valer. Maximus *a*, Titus Liuius *b*, & Aulus Gellius *c*,) ex illo Senatu pauperum hominum pelleretur, notatione censoria, quod decem pondo argenti in vasis habere compertus est, &c. Hæc, & alia Augustinus prosequitur. Opera igitur illorum insignia erãt sed terrena, non terram transcendebant, quippe cùm non propter Deum facta fuerint: tantum enim suam gloriam, honorem, & laudem apud homines intendebant. Idcircò dignam mercedem eis reddi statuit Deus; non quidem cœlestem, quia vt dictum est, terram non transcendebant eorum opera: sed terrenam. Quia tamen inter opera bona, quæ terram non transcendunt, illa fuerunt suprema, eximia, & excellẽtia, supremis terrenis bonis voluit conpensari: nam suprema gloria, honore, diuitijs, imperio, dominatione donati fuerunt. Honorati sunt in omnibus ferè gentibus: imperij sui leges cunctis gentibus imposuerunt, hodieque literis, & historia glorioſi sunt pene in omnibus gẽtibus. Totum orbem suo subiecerunt imperio, & omnium prouinciarum obtinuerunt dominium.

5. De ciu. c. 15. cit.

¶ 218.

5. De ciu. c. 18. 6. Aeneid.

¶ 219.

a *Lib. 2.*
b *Lib. 14.*
c *Cap. 4.*

Vt enim quæ prophani authores scribût dimittamus, aperte dicitur in scriptura, iam tempore Machabæorũ subiecisse Galatiam, Hispaniam, & eius metalla auri, & argenti, & Philippum, & Persen Ceteorum regem, & Antiochum magnum regem Asiæ, qui eis pugnam intulerat, habens centum viginti elephantos, equitatum, & currus, & exercitum magnum valde contritum ab eis, & regionem Indorum, & Medos, & Lydios, &c. Tempore quo Christus natus fuit, tori orbi imperabant: vnde *exijt edictum à Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis*, & tandem (inquit Augustinus) rectissimè illorum gloriæ donati sunt Iudæi, qui terrenis bonis erant addicti, vt istam gentem possidentes, omnium bonorum terræ dominari viderentur. Hæc omnia mercedis loco acceperunt. Ad humanam namque gloriam præsentis temporis, satis digna vita operaque illorum existimabantur, quæ condigna non erant futuræ gloriæ, quæ reuelabitur in nobis, sicut ex Apostoli dictum est. Per huiusmodi terrena bona, quod illi merebantur, Deus persoluit; ideoque non est quod aliam expectantes ab illo mercedem, de summi, & veri Dei iustitia conquerantur; perceperunt enim mercedem suam. Tales sunt hypocritæ, & quotquot ex suis bonis operibus gloriam laudemque humanam quærunt, de quibus dicitur: *Amen dico vobis, receperunt mercedem suam*. Merces sanè inanis, vilis, & contemnenda, cuius vanitatem, & inanitatem nullus melius poterit explicare, quàm ipsimet, qui ipsa donati sunt, & qui manibus comprimentes, quantæ essent vanitatis tandem experti fuerunt: nam, & Brutus, & Torquatus, & Furius Camillus, & Decij, & Scæuolæ, & Curtij, cæterique inter Romanos excellentes, ex illis sunt, quos in inferno positos exhibet Spiritus sanctus loquentes, nobisque referentes, qualis fuerit mercedis suæ stabilitas, & magnitudo. *Quid*, inquiunt, *nobis profuit superbia vitæ?* In Græco, *Iperiphania*, quæ significat fastum illum tumentem, quo quis tumens, cæteros tanquam inferiores contemnere videtur, vocaturque Latinè, *Fastus*, quantum existimo, ex sono quem aspirando ore resonat, quod Hispanè dicunt aliqui, *Fau fau*: Et *diuitiarum iactantia, quid contulit nobis?* Quis possit Romanorum diuitias enumerare, qui vt doctus quidam author refert, in publico ærario in numerata pecunia auri, & argenti habuerunt simul collectos aliquando sexcentos milliones, vt clarè quamuis barbarè loquamur. Hoc maximè credibile facit, quod de eis scriptura enarrat, quod multa *fecerunt in regione Hispaniæ, & in potestatem redegerunt metalla auri, & argenti, quæ illic sunt, & possederunt omnem locum consilio, & patientia*. Et cês orbis Reges sibi tributarios fecerunt, à quibus innumeras diuitias quotannis recipiebant. *Transierunt omnia illa, tanquam vmbra, & tanquam nuntius velociter percurrens, & tanquam nauis, quæ pertransijt fluctuantem aquã, cuius cùm præterierit non est vestigium inuenire, aut auis, quæ transuolat in aere, cuius nullum inuenitur argumentum itineris illius, sed tantùm sonitus alarum verberans leuem ventum, aut tanquam sagitta emissa in locum destinatum, diuisus aer continuò in se recluditur, vt ignoretur transitus illius: sic & nos nati, continuò desijmus esse*, &c. Singula expende, nec enim ab omnibus oratoribus posset aliquid dici, quod elegantius rẽ propositam explicaret: considera similitudinẽ à quinque rebus petitam, vmbra, & nuntio præcurrẽtibus, nauifluctuante, aut volante, sagitta emissa: considera similiter illud: *Nos nati continuò desijmus esse*. Et rectè illos iudicasse, probat Spiritus S. subdens: *Quoniam spes* inquit, *impij tanquam lanugo est, quæ à vento tollitur, & tanquã spuma gracilis, quæ à procella dispergitur & tanquam fumus qui à vento dissusus est, & tanquam memoria hospitis diei prætereuntis*, &c. Ecce quid humana gloria, terrenus honor, mundi lanugo, spuma gracilis, fumus, memoria vnius diei, &c. Hæc expendens D. Augustinus acutissimè obseruat, ipsosmet qui Romanorum facta laudant, quod per ea excellẽtem, claramque gloriam apud homines compararunt, eosdem vocasse infœlices. Vnde Poeta laudator

1. *Mach.* 8. — *Panigaro la.*

1. *Mach* 8. 13.

Luc. 2. 1.

Sap. 5. 9.

5. *de ciuit. c.* 18.

¶ 220. *Sap.* 5. 8.

tor Bruti, assumens illius laudes decantandas, quoniam ex amore patriæ filios proprios occidit, infœlicitati illius perhibet testimonium. Ait enim: Natosque pater, noua bella mouentes, Ad pœnam pulchra pro libertate vocabat, Infœlix, &c. Vicit amor patriæ, laudumque immensa cupido: Eum assumit laudandum, quod cupiditate honoris, & gloriæ, pro amore patriæ filios occiderit, & ab ipsamet rei veritate compulsus, illum infœlicem vocauit. Quæ enim maior potest esse infœlicitas, quam pro tam insigni opere, tam vilem, inanem, fallacem, & breuem reportare mercedem, postquam nullam alteram posset amplius expectare? Merces autem sanctorum, inquit Augustinus, longè alia est; quam Spiritus sanctus, postquam vtilitatē mercedis humanæ gloriæ expressit, subdidit, dicens: *Iusti autem in perpetuum viuent, & apud Dominum est merces eorum, & cogitatio eorum apud altissimum.* Longè diuersa sunt iustorum opera, quæ terram & omnia creata transcendunt, & ad Deū ipsum perueniunt; ideò apud Deum est merces eorum, illa quam Christus Dominus indicat: *Pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi.* Quid reddet? Mercedem, quam Christus non explicat: quia talis, tantaque illa est, quam nulla verba possunt pro dignitate declarare.

6 Æneid.

5 De ciui. c. 16.

Sap. 5.

§. 25. *Nulla merces hypocritis à Deo est expectanda, qui non pro illo laborant, ideo infœlicissimam eorum sortem comprobant Iob, & Chrysostomus.*

¶ 222. 5. De ciu. c. 15.

Receperunt mercedem suam. Iusta sententia, inquit Augustinus: nec possunt de summi, & veri Dei iustitia conqueri. Si haberes tu adamantem pretiosum, quem Rex summis votis exoptaret, & à te instantissimè peteret, vt sibi eū magno constituto pretio venderes; tu autem Rege neglecto venderes illū pro vilissimo pretio alicui principi vilissimo, & pauperrimo, ipsius Regis inimico, à quo intentum à te pretium reciperes: nunquid posses deinceps à Rege aliquod pretium pro illo adamante expectare? Omni pretioso adamante, pretiosius est quodlibet opus virtutis, quod Deus à te instantissimè postulat, petens vt illud eidem vendas; nec enim à te gratis aliquid vult accipere, qui pro reibus laceratis, & naui contrita solitus est regna cœlestia persoluere. Tu non vis illi vendere, sed mundo pauperrimo, illius inimico, & pro vilissimo pretio humanæ laudis, & gloriæ hoc pretium recepisti. Quam ergo deinceps poteris pro illo opere ab ipso Deo expectare mercedem aut pretium? Hocque est, quod Deus huiusmodi hominibus respondere solet, quādo ad eum accedunt mercedem postulantes: Recepistis mercedem vestram. Obseruanda sunt diuina illa verba apud Isaiam: *Non me inuocasti Iacob, nec laborasti in me Israel, non obtulisti mihi arietem holocausti tui, & victimis tuis non me glorificasti, non te seruire feci in oblatione, neque laborem præbui tibi in thure, &c. verumtamen seruire me fecisti in peccatis tuis.* Multa dicēda essent, si hæc verba plenè forent explicanda; sed breuiter annota in primis dictum fuisse: *Non te seruire feci in oblatione*, non quod Deus nō præceperit sacrificia, sed quoniam illa non propter se ipsa præcipiebat; nisi tantum vt interioris sacrificij essent signa, & occasiones, vt B. Augustinus latè disputat, de quibus alibi. Deinde illud expende: *Non me inuocasti Iacob.* Inuocare Deum, inquit D. Thomas, non est sola voce clamare, sed vocare in se aut intra se ipsum, per affectum, & deuotum cultum, quomodo dixit Deus apud eundem Isaiam: *Non est qui inuocet iustitiam.* Et, *Non est qui inuocet nomen tuum.* Aut inuocare, est vocare ad se. *Non me inuocasti Iacob:* quia etsi voce clamares, quam homines audirent, non corde vocasti me; non me vocasti ad te, vt in te, & ex te gloriam meam intenderes promouere; sed potius honorem, & gloriam ad te trahere contendebas: *Neque laborasti in me Israel:* laborasti, sed non in me, id est, erga me, aut ad laudem meam; sed in tuam ipsius gloriam, honorem, & commodum. Si non laborasti in me, quid à me pro tuo

Isa. 43. 22.

10. De ciu. c. 5. 6. 7.

In c. 10 ad Rom. lect. 2.

Isa. 59. 4.

Isa. 64. 7.

labore mercedem requiris? Mercedem quidem laboris sui mercenarius præstolatur, & postulat; sed ab eo, in quem laborauit. Si tamen aliquis, qui in vinea alterius omnes labores suos consumpsit, à quo denarium diurnum accepit, ad te veniret, postulans, vt mercedem pro suo labore redderes; quid respondéres? ¶ 222. Non laborasti in me, non est quod à me mercedem exigas, & expectes: *Non obtulisti mihi arietem holocaustí tui, & victimis tuis non me glorificasti*: quamuis enim illi sacrificia, victimas, & holocausta, quæ Deus statuebat, magna cum diligentia offerrent, & se Dei cultores ostentarent: nihil tamen minus intendebant, quàm Deum colere, & glorificare; sed solam sui gloriam, & laudem, & ideo subdit: *Verumtamen seruire me fecisti in peccatis tuis*. Peccata illorum, præcipua magisque communiora, erant hypocrises, & cupiditates humanæ laudis, & gloriæ, vt supra dictum est. Ad huiusmodi peccata Deum seruire faciebãt; quia per nullam aliam rem ita suam gloriam procurabant, & cupiditati laudis satisfaciebant, sicuti per ea, quæ Deus statuebat, & ordinabat. Nã ex eo præcipuè, quod se exhibebant diligentes Dei cultores, gloriam sibi captabant, & laudem. Ad idem institutum possumus illa diuina verba expẽdere, quæ Deus per Zachariam dixit, satisfacere volens, quærimoniæ eorũ, qui cùm ieiunassent, & multa bona egissent, quæ lege præcepta erãt, à Deo nullam reportabant mercedem. *Loquere* (inquit Deus ad Zachariam) *ad omnem populũ terræ, dicens: Cùm ieiunaretis, & plangeretis in quinto, & septimo mense per hos septuaginta annos: nunquid ieiunastis mihi? & cùm comedistis, & bibistis, nunquid non vobismetipsis comedistis, & bibistis?* Quasi dicat: Nihil vobis repẽdere teneor pro his, quæ egistis, quorum nullum propter me, sed omnia in vestrum commodum, aut honorem perfecistis. Ieiunastis, vt sancti videremini, aut vt sumptibus parceretis: comedistis, & bibistis, non in obsequium meum, sed in voluptatem vestram: quam ergo pro his mercedem à me expetitis? Ex his credo aptè explicari posse illam tam excellentem, quàm difficilem beati Iob sententiam. *Zach. 7. 5.*

Eum vrgebant amici sui, dicẽtes illum hypocritam fuisse, qui etsi bona exterius fuisset operatus, gloriam pro eis humanam captare voluisset: ideoque iustè à Deo punitum, &c. cuius occasione multa in suis collocutionibus de hypocritarum moribus tradiderunt. Voluit sanctus Iob ostendere se non solum hypocritam non fuisse; sed & hypocritarum vitium supremo odio semper prosecutum, quippe quod intelligebat omnibus modis execrandum. Hac occasione infœlicem hypocritæ sortem elegantissimè describit: ¶ 223. *Sit*, inquit, *vt impius inimicus meus, & ad uersarius meus quasi iniquus*. De hypocrita eum loqui, verba sequentia (quæ statim subinferemus) clarissimè ostendunt. Et rectè vocat *Impium*, quia patris sui cœlestis gloriæ detrahit, sicut impius Absalon gloriæ patris sui Dauid: similiterque rectè eum vocat iniquum, ad exprimendam grandem illius malitiam. Quamuis enim, inquit Gregorius, inter iniquitatem, & peccatum, nihil distare perhibeat Ioannes Apostolus, ait: *Iniquitas peccatum est*: ipso tamen vsu loquendi, plus iniquitas, quàm peccatum sonat, & omnis homo se liberè peccatorem fatetur, iniquum verò dicere, nonnunquam erubescit: & ideò S. Iob, hypocritam iniquum vocat, imò & hypocrisim (vt supra diximus) iniquitatem maximam appellauit. Dicens: *Sit vt impius inimicus meus*, &c. Credo voluisse vti cõmuni loquendi phrasi, qua cum alicuius infœlicissimam sortem explicare contendimus, dicimus: Id accidat inimicis meis, quod illi. Ita quærenti Dauid, essetne pax puero Absalon, respondit Chusi: *Fiant sicut puer inimici Domini mei regis, & uniuersi qui consurgunt aduersum eum in malum*. Ita & prudens Abigail ad Dauid: *Fiant sicut Nabal inimici tui, & qui quærunt Domino meo malum*. Sic & Daniel ad regem Balthassar: *Domine mi somnium his qui te oderunt, & interpretatio hostibus tuis sit*. Voluit itaque Iob dicere: Si inimicum haberem, cui summa mala liceret optare; nullũ aliud malum ei expeterem, quam quòd similis fieret hypocritæ, aut infœlicem eius sortem incurreret. Et huius rationem

Iob 27. 7. *2. Reg.* *11. Moral. c. 22.* *1. Ioan. 3.* *2. Reg. 18. 32.* *1. Reg. 25. 26.* *Dan. 4. 16.*

cle-

elegantissimam reddit: *Quæ est enim spes hypocritæ, si auarè rapiat, & non liberet Deus animam eius?* Thargum, & Regia legunt: *Quæ spes hypocritæ, si Deus euellat animam eius?* quam lectionem multi Hebraizantes sequuntur. Tygurina autem: *Quid hypocritæ sperandum est, cũ Deus extrahet illius animam?* Expende vim illius: *Si auarè rapiat.* Quasi dicat: Rapiat quantum voluerit, & auarè. i. suę ardenti cupiditati plenè satisfaciat, ac, vt vno verbo dicam, omnem humanam gloriã sibi arroget: quæ est eius spes? quid ei sperandum restat, cum Deus extrahẽt illius animam? *Nunquid Deus audiet clamorem eius, cum venerit super eum angustia? aut poterit in omnipotente delectari, & inuocare Deum omni tempore?* Tempore mortis, cùm Deus animam euellit, in angustia homo constituitur, & dicere potest cum Susanna: *Angustia sunt mihi vndique.* Amici in seculo manent; quæ delectabant, relinquenda sunt, temporalia bona non comitantur, solus miser homo coram Deo in iudicio constituitur: superius adest iudex iustus rigidusque, inferius infernus ardentissimas flammas eructans: interius conscientia clamat, & accusat, latera cingunt inimici apertis faucibus clamantes: *Deuorabimus, hæc est dies, quam expectabamus*: tantum ei restat, te ad Deum deprecandum conuertere, & in eo delectari, proponendo bona, quæ in illius obsequium executus fuit, clamando cum Ezechia: *Obsecro Domine, memento quæso, quomodo ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto, & quod bonum est in oculis tuis fecerim.* Nunquid audiet Deus hypocritam ita clamantem, qui non in oculis Dei bonum perficere curauit; sed tantum in oculis hominum? *In tempore afflictionis suæ dicens*, ait Ieremias: *Surge & libera nos*, & respondebit: *Vbi sunt dij tui, quos fecisti tibi? Surgant, & liberent te in tempore afflictionis tuæ.* Quid respondit Abraham diuiti in angustia constituto, clamanti? Pater Abraham miserere mei? *Fili recepisti bona in vita tua.* Ita hypocritæ respõdebit Deus: Recepisti mercedem tuam: nullusque deinceps in æternum remanebit locus, aut tempus Deum inuocandi, aut rogandi. Potestne esse infœlicior sors? Videbit miser hypocrita in tempore angustiæ, in extremo iudicio, hinc damnari quidem peccatores propter eorum peccata, adulteria, furta, homicidia, quorum damnatio manifestè iusta est: iustum est enim, quod conuertantur peccatores in infernum, & mala recipiant, qui mala egerunt. Videbit inde iustos ineffabili præmio, & gloria affici propter bona opera, quia eleemosynas largiti sunt, ieiunauerunt, orationibus institerunt &c. se autem qui horum operafecit, & ab illorum peccatis continuit, ab illorum societate, & gloria expelli, & illorum consortio coniungi, & pœna affici. Damnari se videbit cum homicidis, latronibus, periuris, ebriosis, luxuriosis, qui ab homicidio, latrocinio, periurio, ebrietate, & luxuria se continuit; & priuari se videbit ineffabili præmio, quo affectos inspiciet sanctos ieiunatores, eleemosynarum largitores, suæ carnis mortificatores, qui non minus quàm ille tenuit ieiunia, fecit eleemosynas, carnem mortificauit. Hanc infœlicissimam sortem considerare videtur D. Chrysostomus, ex eo quod miser hypocrita, pœnas cum peccatoribus recipiet, quorum voluptatibus non fuit oblectatus: erit illis socius in pœna, quibus socius non fuit in voluptate. Statuit Deus, neminem posse habere, duplicem Paradisum; neque duplicem consolationem, in hac scilicet vita, & in futura, qui clamauit: *a, Væ vobis, qui hic habetis consolationem vestram.* Et *b, Væ vobis, qui ridetis, quia flebitis.* Et *c, Qui amat animam suam, perdet eam, qui autem perdiderit animam suam propter me, inuenies eam.* Qui in præsenti vult Paradisum habere, in futuro infernum inueniet: qui autem in præsenti pati eligit, in futuro habebit delectationes vsque in finem. Id quod in epulone diuite, & Lazaro elaganter Christus expressit, & exposuit Abraham dicens diuiti: *Fili recordare, quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala: nunc autem hic consolatur, tu verò cruciaris.* Peccatores in hac vita gaudere eligunt, teneat tympanum, & gaudens

Iob 27.8.9. 10.

Dan.13.22

¶ 224. Thr.2.16.

4.Reg.20. 3. Esa.38.3.

Ier.2.27.

Luc.16.25.

Hom.2.in Ioann.

¶ 225.

a Luc.6.24
b Luc.6.25
c Ioan.12. 25.& Mat. 16.25.

ad vocem organi, & in puncto ad inferna descendunt. Iusti è diuerso, eligũt in hac vita affligi, perpetuò Christi mortificationem portare; vt qui socij nunc sunt passionum, sint postea consolationum. Misera hypocritarum sors, qui neque in hac vita cum peccatoribus, neque in futura cum iustis delectationes capiunt, & vtrorumque pœnis conficiuntur: nam in hac vita mortificationibus se conficiunt, exterminant facies suas, orant, vigilant, sicuti iusti; & in futura æternis ignibus cum peccatoribus traduntur: iustinent in hac vita laborem, quem iusti benè operando patiuntur sine futura delectatione, sustinebunt in futura pœnas peccatoribus reseruatas sine præcedenti voluptate. Itaque quod solum est durum, & onerosum, inquit Chrysostomus, hypocritis cum iustis, ac cæteris peccatoribus commune est, tàm in hoc, quàm in futuro seculo. Bene ergo dictum est à B. Iob: *Quæ est spes hypocritæ si auarè rapiat?*

Hom. 21. in Matth.

§. 26. *Ex virginibus fatuis, ostendit Christus, non quærendam ab hominibus gloriam, & meritò Sãctus Propheta Esaias clamat, non expendendum argentum in nonpanibus.*

¶ 226. 18. Mor. c. 3.

OMnia hæc (vt B. Gregor. verba Sãcti Iob paulò ante inducta expendens annotauit (elegãtissimè Christus Dominus in virginibus fatuis explicauit, quam parabolam ad hoc iustitutum aptissimè prosequuntur idem Gregorius *a*, Isidorus *b*, Anselmus *c*, Bernardus *d*, & excellentissimè Diuus Augustinus *e*. Finem concionibus suis ad populum Christus Dominus morti proximus imposuit, historiam futuri, extremi iudicij explicatissimè proponens, antequam præmisit parabolam de decem virginibus, volens, vt Sanctus Augustinus *f*, annotat, explicare, ad quos singulariter dies ille pertineat, & quinam sint, quibus peculiariter dies ille paratur, & constituitur. Omnes quidem peccatores iudicabuntur iudicio damnationis, quibus omnibus debita peccatis suis pœna decernetur, quibus omnibus dicetur *Ite maledicti in ignem æternum*: non tamen omnes iudicãdi sunt iudicio discussionis. Illi namq; qui euidentibus peccatis sunt implicati, nulla discussione indigebunt, quorum damnatio absque aliqua discussione iustissima patebit. Quomodo sancti patres dicere solent, omnes quidem peccatores perituros in iudicio; non tamen omnes iudicandos. Ita B Gregorius *h*, intelligit illud Apostoli *i*: *Qui sine lege peccauerunt, sine lege peribunt*: illudque quod Christus Dominus dixit *k*: *Qui non credidit, iam iudicatus est*: & quod Dauid *l*: *Quoniam non resurgunt impij in iudicio.* Iudicio itaque discussionis tantùm iudicandi sunt, qui bonis operibus agendis traditi fuerũt, quorum multi damnandi sunt. Et quoniam posset quis mirari, quomodo damnentur qui bona egerunt; discussione opus erit, qua examinetur, qualia fuerint talia opera. Quod attendens, & tremens Gregorius, clamare cœpit: Sæpe vos fratres charissimi moneo, praua opera fugere, mundi huius inquinamenta vitare; sed hodierna sancti euangelij lectione compellor dicere, vt, & bona quæ agitis, cùm magna cautela agatis, &c. Id enim tunc fiet, quod Deus dixit: *Scrutabor Ierusalem in lucernis*. Ecce iudicium discussionis. Non laborandum erit in scrutanda Babylone, cuius iniquitas omnibus erit cõspicua, nullo sanctitatis velamine operta: Ierusalem ciuitatem, quæ sancta in oculis hominum apparet, scrutabitur, non in vna lucerna, aut duabus; sed in multis lucernis, id est, exactissima discussione. Ex his explicat Diuus Basilius il a sancti prophetæ Isaiæ verba: *Ecce dies Domini exercituum, super omnes cedros Libani sublimes, & erectas, & super omnes quercus Basan, &c. & super omnes naues Tharsis, & super omne quod visu pulchrum est.* Non dubium, *Diem Domini* vocari diem iudicij, de qua Apostolus: *Dies Domini sicut fur in nocte ita veniet*: hæc singulariter inducetur super omnes cedros Libani

a Hom. 12. in Euang.
b Lib. 2. sent. c. 40.
c In c. 5 ad Gal. ad fi.
d Serm. 13 in Cant.
e Serm. 22. 23. 24. de verb. dom. & Ep. 120. ad Honor. cap. 31. & seq.
f Serm. 23. cit.

g Matt. 25. 41.
h 26. Mor. c. 24.
i ad Rom. 2. 12.
k Ioan. 3. 18.
l Psal. 1. 5.

Hom. 12. cit.

Soph. 1. 12.

¶ 227. *In c. 2. Isa. Isa. 2. 12. 13 15. 16.*

ſublimes, & erectas. Dicet aliquis, inquit Baſilius; Nunquid in culpa fuerunt cedri, quod erectæ ſint, & ſuccreuerint? Et quamobrem cedris Libani hæc dies ſingulariter eſt indicta? Peculiares ſine dubio perſonas hoc nomine voluit ſacer Propheta indicare. Eſt cedrus pretioſa quædam arbor, quæ ſola omnibus fructiferis æquiparatur; vnde illis eam coniunxit Dauid, arbores ad Dei gloriam aſſumens: *Ligna,* *Pſ.148.9.* inquit, *fructifera, & omnes cedri*: inter has excellebant, quæ in Libano erant, quæ erectæ, & in tantam altitudinem ſurrectæ aſcendebant, vt cœlum ipſum contingere viderentur. Ex illis voluit Deus templũ ſuum ædificari, tam quãdo primo à Salomone fuit cõſtructum, quam cum ſecundo ab Eſdra, & Neemia fuit reædificatum. Ideoque cedri illorum typum tenent, qui in Eccleſia (quæ per mõtem Libanum fuit expreſſa) conſtituti, & plantati, bonorum operum altitudine in ſublime videntur ſurgere, rectitudinem vitæ tenere. Super has cedros ſublimes, & erectas veniet dies Dominj; quoniam earum multas contriturus eſt Dominus, de quo dictum fuit: *Pſ.28.5.* *Conteret cedros Libani.* Non principaliter dies iudicij conſtituta eſt propter rubrum, ſpinas in omnium oculis proferentem, aut propter rhamnum pungentem; ſed propter cedros Libani: *Et ſuper omnes naues Tharſis, & ſuper omne, quod eſt pulchrum viſu.* Baſilius legit: *Super omnem aſpectum pulchritudinis nauium*, id eſt, ſuper omnem nauem, quæ pulchrum aſpectum præſefert, & oculos omnium delectat. Non dubium, quin naues mare percurrentes, quando plenis velis, vexilliſque ſuperpoſitis tranſcurrunt, oculos videntium magnoperè oblectent: huiuſmodi ſunt fideles, qui hanc enauigant vitam, in æternæ patriæ portum tendentes, qui pulcherrimam ſui ſpeciem omnium ſpectatorum oculis offerunt, qui videntur ſancti, iuſti, religioſi, miſericordes ieiunatores, vigiliarum amatores &c. ſuper hos peculiariter dies domini conſtituta eſt; vt examinetur, quid nauis interius porter, & teneat. Vulgatus tamen optimè trãſfert: *Super omne, quòd pulchrum eſt viſu.* Non eſt diſcutiendum adulterium, homicidium, furtum, &c. quæ oculos omnium offendunt, ſuamque fœditatem apertè produnt: ſed quod pulchrum eſt viſu, ieiunium, eleemoſyna, oratio, confeſſio, communio, &c. quæ vnico verbo ipſe Deus per Dauidem prædixit: *Cùm accepero tempus, ego iuſtitias iudicabo.* Nunc nobis tempus conceſſum eſt, & in manibus noſtris poſitum, vt quæ volumus faciamus: tunc Deus tempus accipiet, imò & tempus vitæ terminabit. Tunc autem iuſtitias iudicabit. Nonne & iniuſtitias? nonne & peccata aperta, & clara? Loquitur de iudicio diſcuſſionis, quo peccata non iudicanda ſunt, cùm non ſit neceſſaria diſcuſſio ad eorum damnationem, ſed iuſtitiæ, id eſt, opera bona, & ſancta, de quibus dixit Ioannes: *Qui facit* *1.Ioan.3.7* *iuſtitiam, iuſtus eſt.* Meritò igitur Chriſtus Dominus de iudicio extremo agere volens, virginum, & ſeruorum expectantium dominium ſuum, parabolas præmiſit, vt indicaret eos, quibus ſingulariter dies illa conſtituta eſt. Decem autem fuerunt virgines: quo numero, quia perfectionis eſt, & omnes numeros ſimplices complectitur in ſe (vt dicebamus, & expendit Auguſtinus) Chriſtus omnes fideles, qui agendis bonis operibus traditi ſunt, complecti voluit. Omnes illæ fuerunt ad nuptias inuitatæ, & vocatæ, omnes lampades accenſas manibus tenebant, ſed ex eis quinque erant fatuæ, & quinque prudentes. Harum prudentia in hoc poſita fuit, quod habentes lampades accenſas, etiam oleum in vaſis ſuis acceperunt, vt inde earum lucem fouerent, & nutrirent: illarum ſaturitas e contrario in eo fuit, quod tenentes lampades acconſas, oleum habere in vaſis ſuis non curarunt: quod quid indicet, ſtatim fiet manifeſtum. *Media autem nocte clamor factus eſt, Ecce Sponſus venit.* *Matt.25.* De aduentu Sponſi clamor in media nocte fit inquit Gregorius *a*, dixeratq; prius Auguſtinus *b*, quia ſic dies iudicij ſurrepit, vt præuideri non valeat quando venit, vnde ſcriptum eſt *c*: *Dies Domini ſicut fur in nocte ita veniet.* Tunc omnes virgines ſurgunt; quia electi, & reprobi à ſomno ſuæ mortis excitantur,

ſu. ¶ 228. *Pſal.74.3.*

Ser 23. de verb. dom. & 15. de ciu. c.20. & lib.20. c.23.

a Hom.12. cit.
b Ser.22. & 23.cit.
c 1.Th.5.2

a Hom. 12. in Euang.

tur, &c. Quæ ſequuntur Gregorius *a*, & Bernardus *b*, aptè; ſed egregiè Auguſtinus *c*, ad noſtrum inſtitutum proſequitur. Ergo ad nouiſſimam tubam (inquit Auguſtinus) ſurgent omnes: prudentes autem illæ tulerunt oleum in vaſis ſuis: ſtultæ verò illæ non tulerunt oleum ſecum. Olei nomine gloriam, & laudem intelligit Dominus, per quam hominis vita lucet, & fulget. Prudentes virgines habent oleum in vaſis conſcientiæ ſuæ, de quarum numero

b Ser. 1. in S. Ieiunij.

c Ser. 23. de Sanct.

2. Cor. 1. 12. Apoſtolus erat, qui dicebat: *Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ.* Fatuæ autem habent oleum ſolummodo apud vendentes, id eſt, apud laudantes, & adulantes. Vnde benè idem

ad Gal. 6. 4. hortatur Apoſtolus (inquit Auguſtinus) dicens: *Opus ſuum probet vnuſquiſque, & ſic tantum gloriam habebit in ſemetipſo, & non in altero.* Hoc igitur eſt

¶ 229. oleum ſecum portare: rectum conſcientiæ ſuæ teſtimonium in ſemetipſo habere, & non in ore laudantis. Tu itaque, inquit Auguſtinus, oleum tecum porta, intus porta, vbi videt Deus: ibi porta teſtimonium conſcientiæ tuæ. Qui autem ambulat ad teſtimonium alienum, oleum non portat ſecum. Si ideò abſtines ab illicitis; & facis bona opera; vt ab hominibus laueris, non eſt intus oleum. Denique cùm cœperint homines non laudare, deficiunt lampades. Intendat itaque charitas veſtra. Antequam domirent illæ virgines, non eſt dictum, quia extinguebantur lampades illarum: ſapientium lampades ardebant de oleo æterno, & conſcientiæ ſecuritate, de interiori gloria, de intima charitate: ardebant tamen, & illarum fatuarum. Quare tunc ardebant? Quia non deerant laudes hominum. Poſtea verò quam ſurrexerunt, id eſt, in reſurrectione à mortuis, *Caperunt aptare lampades ſuas*, id eſt, parare Deo operum ſuorum reddere rationem: & quia tunc nemo eſt, qui laudet, omnis homo cauſæ ſuæ vacat, nemo eſt tunc, qui non de ſe cogitet: non ergo erant, qui oleum venderent, cœperunt deficere lampades, & conuerterunt ſe fatuæ ad quinque prudentes: *Date nobis*, inquiunt, *de oleo veſtro, quia lampades noſtræ extinguuntur.* Hoc quæ-

rebant, quod conſueuerant, id eſt, alieno oleo lucere, ad alienas laudes ambulare. At illæ, *Ne forte*, inquiunt *non ſufficiat nobis & vobis, ite potius ad vendentes, & emite vobis.* Non conſulentium, ſed irridentium eſt iſta reſponſio. Quare irridentium? Quia ſapientes erant, quia ſapientia erat in illis, quæ dixit: *Ego veſtræ perditioni ſuperridebo.* Quid eſt eſt irridere? *Ite ad vendentes, & emite vobis.* Quæ non ſolebatis bene viuere, niſi quia vos homines laudabant, quia vobis oleum vendebant. Quid eſt, oleum vendebant? laudes vendebant. Qui vendunt laudes, niſi adulatores? Quanto magis non acquieſceretis adulatoribus, & intus oleum portaretis, & propter bonam conſcientiam omnia bona opera faceretis: tunc diceretis: *Emendabit me iuſtus in miſericordia, & arguet me, oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.* Quid eſt oleum peccatoris, niſi blandimenta adulatoris? Ite ergo ad vendentes, & emite vobis; hoc facere conſueuiſtis. Nos autem non vobis damus: Quare? *Ne forte non ſufficiat nobis, & vobis.* Quid eſt, *Non ſufficiat?* Non deſperatione dictum eſt; ſed ſobria, & pia humilitate: quamuis enim bonus habeat conſcientiam, vnde ſcit, quemadmodum iudicat ille, qui neminem fallit? Habet bonam conſcientiam, non illi titillant crimina in corde concepta; ſed propter quotidiana quædam vitæ humanæ peccata, licet bona conſcientia ſit, tamen dicit Deo: *Dimitte nobis debita noſtra*, quia fecit quod ſequitur, *Sicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.* Fregit panem eſurienti ex corde, veſtiuit nudum ex corde, de oleo interiori fecit opera bona: & tamen in illo iudicio trepidat ipſa bona conſcientia. Vide, quid eſt: *Date nobis oleum.* Audierunt: *Ite potius ad vendentes.* Qualia laudibus humanis viuere conſueuiſtis, vobiſcum oleum non portatis, non autem nos damus, *Ne forte non ſufficiat nobis, & vobis:* vix enim de nobis iudicamus, quanto minus de vobis poſſumus iudicare? nos ipſas non laudamus, quanto minus poſſumus oleum laudis vobis impendere? Quia cùm rex iuſtus ſederit in throno, *Quis gloriatur caſtum*

Pſ. 140. 5.

Mat. 6. 12.

Prou. 20. 9.

ſuum ſe habere cor? Cum eunt emere, cum quæruntur à quibus laudentur, & non inueniunt, cum quærunt à quibus conſolentur, & non inueniunt, aperta eſt ianua, venit Sponſus, & Sponſa. Tunc glorificata eſt cum Chriſto Eccleſia, vt ſingula membra ad totum ſe colligant: *Et intrauerunt cum eo ad nuptias, & clauſum eſt oſtium*: & illæ fatuæ poſtea venerunt. Sed nunquid oleum emerunt, aut à quibus emerent inuenerunt? Ideo ianuas clauſas inuenerunt, pulſare cęperunt, ſed ſero. Dictum eſt, verum eſt, non fallaciter dictum eſt: *Pulſate, & aperietur vobis*: ſed modò quàdo tempus eſt miſericordiæ, non quando tempus eſt iudicij: nõ enim confundi poſſunt iſta tempora, cum *Miſericordiam, & iudicium* domino ſuo cantet Eccleſia. Tempus eſt miſericordiæ, age pœnitẽtiam. Tempore iudicij illam habes agere? Eris in virginibus illis, contra quas clauſum eſt oſtium. *Domine, Domine aperi nobis.* Nunquid non pœnitentiam egerunt, quæ ſecum oleum non portauerunt? Et quid illis profuit ſera pœnitentia, quando eas irridebat vera ſapientia? Clauſum eſt ergo oſtium, & quid illis dictum eſt? *Amen dico vobis, neſcio vos.* Quomodo hoc dictum eſt? Nonne ſimiles lampades cum alijs tenuerunt? Nonne ſimili luce fulſerunt? Id ipſum fecerunt, quod aliæ, quibus dictum eſt: Eſuriui, & dediſtis mihi manducare, &c. Illæ quidem illud fecerunt, ſed non fecerunt ante illum: ſed quomodo fecerunt? quomodo prohibet Dominus, qui dixit: *Cauete iuſtitiam veſtram facere coram hominibus, vt videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud patrem veſtrum, qui in cœlis eſt. Amen dico vobis receperunt mercedem ſuam.* Emerunt oleum, pretium dederunt: emerunt, non ſunt fraudati laudibus humanis, quæſierunt laudes humanas, & habuerunt, receperunt mercedem ſuam, &c. Hucuſque Auguſtinus. Ex his igitur patet primò, quam benedixerit Iob de hypocrita, quod paulò ante induximus: *Nunquid Deus audiet clamorem eius, cum venerit ſuper eum anguſtia? aut poterit in omnipotenti delectari, &c.* Patet ſecundò, quam ſit infœlix, & miſera hypocrita-

Matt. 7.7. & Luc. 11. 9.

Pſa. 100.1

Matth. 6.1

¶ 231.

Iob 27.9.

rum ſors, & quam eleganter Chriſtus illam explicuerit, dicens: *Amen dico vobis, receperunt mercedem ſuam.* Hinc meritò poſſum iam ad omnes fideles diuina voce perſonare, qua Deus clamat per prophetam Iſaiam. Conſiderauerat Deus homines æſtuantes, & ſuccenſos deſiderio honoris, & gloriæ: ideoque ad eos conuerſus, ait: *Omnes ſitientes venite ad aquas.* In Hebræo eſt interiectio commiſerantis, & dolentis, *Heu*, quam Septuaginta exprimunt: *Heu qui ſititis, venite ad aquam*, loquitur Deus more noſtro. Si eſſes iuxta limpidiſſimum, & abundantiſſimum fontem aquarum dulciſſimarum, & clariſſimarum, & ex alia parte videres hominem aliquem ſummo labore ſe conficientem, excauando terram aridam, vt aquam inde extraheret, vbi nihil ferè humoris appareret, qui ſitim labore, & laborem ſiti augeret: nonne illius miſertus, ad eum clamares: Heu miſer, qui ſiti conficeris, vide quod inde aquas non extrahes, veni ecce fontem aquarum viuentium. Videt Deus homines ſe conficientes, vt ex terra arida, ex alijs ſcilicet hominibus, aquas gloriæ, honoris, & laudis contrahant, ipſe apud quem eſt fons vitæ, noſtri miſertus clamat: Heu qui ſititis, venite ad aquam, &c. ſubditque poſt pauca: *Quare appenditis argentum non in panibus, & laborem veſtrum non in ſaturitate?* Quidam legunt ex Hebræo: *Quare emitis argento non panem?* Si videres hominem excellentes pecunias auri, & argenti expendentem, ementem puluerem, aut furfures, cum per eas poſſet ſubſtantialiſſimum panem emere: rectè ei diceres: *Quare appendis argentum non in panibus?* Quod homo nolit optimum electumque panem, aut rem aliquam pretioſam emere, ex eo quod non vult pecunias inſumere, non mirum: ſed quod volens expendere, & emere, cum poſſit emere grandem copiam pinguiſſimi panis, nolit niſi pugillum fumi, vel puluerem emere: hoc mirandum eſſet, & iure ei diceretur: *Quare appendis argentum non in panibus?* Opus bonum, argentum eſt electum, quo poteſt homo emere panem ſolidum ſubſtan-

Iſaiæ 55.

Leo Cardinalis Stren-ſis.

stantialem æternæ gloriæ, quam *Adipem frumenti* Dauid vocauit. Et quidem, quod homo huiusmodi panem non emat: quia non vult argentum expendere, ideſt, quia non vult bonis operibus insudare, quæ laborem secum afferunt, non valde esset mirandum: quod tamen velit argenti magnâ quantitatem, & copiam expendere, volens multa, grandia, & laboriosa opera facere, vt emat gloriam, & valens illam æternam emere, totam pecuniam insumeret, emendo furfures, & pugillum hordei aut pulueris, meritò audiret: Cur appendis argentum in non panibus? Veniet tempus famis, hora mortis, dies iudicij, quando peccatores famem patientur vt canes, tunc cum posses panes emisse, fame peribis. Eodem modo poteris sequentia verba expendere: *Et laborem vestrum non in saturitate, &c.* Ad idem institutum poteris cum Gregorio expendere illa Samuelis verba ad Dei populum: *Nolite declinare post vana, quæ non proderunt vobis, neque eruent vos, quia vana sunt.* Infero tandem cum eodem Gregorio cautelam, qua vnusquisque iustus debet erga sua bona opera esse solicitus, quam explicare possumus ex historia illius prudentissimæ fœminæ Ruth, de qua scriptura sacra enarrat, quòd tota die spicas post messores diligèter colligebat, ad vesperam autem, *quæ collegerat, virga cadens, & excutiens*, paleâ à granis separabat, expendens attentè, quantum sibi laborando profecisset, Similiter agere te oporteret, Debes tota die spicas colligere bonorum operum: eleemosyna danda est pauperi, ieiunandum, orandum, visitandi infirmi, debet iudex litigantium causis attendere, iusta decernere: ciuitatis gubernator suo muneri satisfacere, pater prouidere filijs quę necessaria sunt &c. Ad vesperam, antequam somno te tradas in cubili tuo, inquit Chrysostomus quando nec amicus interturbat, nec famulus irritat, nec turba negotiorum vrget, parumper introrsus ad teipsum redi, & virga rigidi, exactique examinis, vt Diuus Gregorius dixit, omnes quas collegisti spicas excute, diligenter considerans, quid in vnoquoque opere intenderis, Deinde gloriam, an tuum honorem; Deone obsequi, an tuæ cupiditati, & auaritiæ. Si exacta discussio sit, inuenies paucissima graaa remanere; paucissima enim reperies opera, per quæ solam Dei intenderis laudem, gloriam, & obsequium. Intellige paleas esse quicquid aliud intenderis, & tibi solummodo reseruari grana: nam de his quæ propter mundi gloriam fecisti, audies: *Receperunt mercedem suam:* Deus postquam lucem homini creauit, examinandam accepit: essetne congrua hominum oculis nec ne: quãto magis tu post bona opera debes ad eorum examen descendere? De quibus latius infra. Hæc de hypocritarum, & eorum, qui sibi ex bonis operibus gloriam arrogant, nequitia, & iniquitate dicta sint.

Pſ. 147. 14 ¶ 232.

Lib. 5. in 1. Regum. 1. Reg. 19. 21.

Hom. 12 in Euang. & 35. Moral. cap. 26.

Ruth. 2. 17

In Pſ. 4.

In Pſal. 4.

Ad finem Aprilis.

Gen. 1.

§. 27. *Docet Christus non sufficere facere bonum nisi fiat benè: ideoque cuique attendendum bona exhibere plena, & perfecta coram Deo.*

TV autem cùm ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam laua, &c. Hypocritarum, & illorum qui sibi ex suis bonis operibus gloriam, & laudem conquirere contendunt, stultitiam, grande execrandumque facinus, miserrimam, & infœliciſſimam sortem, iuxta Christi Domini verba expendimus: quæ nos obligant, ad fugiendos eorum mores tanquam exitialem pestem, & aliam viam sumendam, quam tenentes, ita opera nostra agamus, vt nobis proficiant, & veram, solidam, ac firmam gloriam, illisque congruam mercedem operentur. Hanc autem ipsemet Christus Dominus quasi extento digito ostendit, subdens: *Tu autem cùm ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam laua, ne videaris hominibus ieiunans, sed patri tuo, qui est in abscondito, & pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.* Quibus verbis quidnam secundum literalem sensum dicere voluerit, supra sumus breuiter prosequuti, nunc id ipsum altius repetito sermone expendamus. Adimpletum est certè,

¶ 233.

tè, quod Deus per Prophetam Iſaiam promiſerat, dicens: *Et erunt oculi tui* Iſaiæ 30. *viaentes præceptorem tuum & aures tuæ audient verbum poſt tergum monentis: Hæc eſt via, ambulate in ea, & non declinetis ad dexteram, neque ad ſiniſtram.* Quænam via? *Tu autem cùm ieiunas, vnge caput tuum, faciem tuam laua &c.* Serm. 1. in ca. ieiunij. Breui ſermone, inquit Bernardus, hypocritas, & ſingularitatis notarat, & arguerat vanitatis: vide etiam quam paucis, & coram Deo ſuadeat bona, & coram hominibus prouidere: *Vnge caput* Homil. de ieiunio. *tuum, & faciem tuam laua.* Ad myſteria te hic ſermo vocat, inquit Diuus Baſilius; non tam enim temporalem vnctionem capitis, & lotionem faciei, quã myſticam expoſcit. In primis vult docere Chriſtus ieiunia, cæteraque bona opera, prudenter, & diſcretè agenda, debita diſpoſitione, & præparatione præmiſſa Vngere caput, & lauare faciem vt ex Diuo Petro Chryſologo Serm. 7. dictum fuit, quædam erant diſpoſitiones, quibus ſe præparabat aliquis ad conuiuium, ad quod nullus non rectè præparatus accedere debet. Non ſine præparatione, & diſpoſitione opera bona, quæ in Dei obſequium fiunt, agenda ſunt, nec vt rectè Hiſpano prouerbio dicimus, *A tontas y locas*; ſed prudenter, maxima cum conſideratione, qua attendamus, quid & propter quod agimus. Hoc Beatus Cyrillus Alexandrinus a, & Rupertus b, probarunt, & explicarunt, ex eo quod ſtatuit Deus quoduis ſacrificium ſibi offerendum, prius ſale condiri c: *Quicquid obtuleris ſacrificij ſale condies, nec auferes ſal fœderis Dei tui de ſacrificio tuo: in omni oblatione tua offeres ſal.* Vocatur *ſal fœderis Dei*, id eſt, fœderis perpetui, ac firmi: ſic enim alibi dicit, inquit Cyrillus: *Pactum ſalis eſt ſempiternum coram Domino, tibi ac filijs tuis.* Nunquid Deus carnes taurorum, hircorum arietum, agnorum, turturum, aut columbarum, manducaturus eſt, quas inſipidas ſentiet, ſi fuerint ſine ſale, ſicuti nos? Sal, inquit Cyrillus, apud omnes nationes typum ſapientiæ, & prudentiæ tenet. Omne ſacrificium, quod ſibi offertur, vult Deus ſale condiri; quia vult prudenter fieri, & offerri, vt ſit perpetuum, & firmum, ne ſubitò euaneſcat, & pereat. Id autem prudenter, & ſapienter fit, quod attenta meditatione, & conſideratione fit. Hoc excellenter explicat, & probat Sanctus Baſilius, inſtruens baptizatos, id in primis ſupponens, non ſufficere opus bonum facere: ſed neceſſarium eſſe illud benè, & rectè facere: quantumcumque enim quis bonum faciat, ſi rectè illud non facit, non ſolùm non eſt dignus præmio; ſed dignum potius ſupplicio ſe conſtituit. Quod ex locis Scripturæ ſacræ probat. *Non coronabitur*, inquit Apoſtolus, *niſi qui legitimè certauerit*: & Dominus: *Beatus*, inquit, *ille ſeruus, quem cum venerit Dominus, inuenerit ſic facientem.* Expendit Baſilius illa duo aduerbia, *Legitimè*, & *Sic.* Deus namque non tam verba, quam aduerbia præcipere videtur, non tam certare, quam *legitimè* certare, non tam ieiunare, quam *ſic*, id eſt rectè ieiunare, non tam orare, quam rectè, & legitimè orare. Verba namque indicant ſubſtantiam operis: aduerbia modum, ac diſpoſitionem animi rectam: hanc Deus pluſquam illam expoſcit, immo non illam, niſi propter hanc requirit. Quod Beatus Gregorius breuiſſimis verbis dixit: Deum nõ tam quærere quantum, quam ex quanto, ideſt, non tam quantitatem operis, quam animi diſpoſitionem, ex qua illud procedit: & breuius multò Spiritus Sanctus, dicens: *Quod iuſtum eſt, iuſtè proſequeris.* Id ipſum confirmat Baſilius ex eo, quod ſimiliter annotauit Auguſtinus de ſacrificio illorum ducrum totius orbis primorum fratrum Cain & Abel, quorum vterque bonum legitimumque obtulit ſacrificium: quia verò Deo vterque rem obtulit acceptabilem; nihilominus vnius ſacrificium acceptum fuit, per quod grande ſibi comparauit præmium, alterius fuit inuiſum, quod potius Deum ad indignationem commouit, vt inferius exponemus: vnus bonum benè, & legitimè, alter bonum malè operatus fuit. Quod ſimiliter Sanctus Chryſoſtomus proſequitur, ex eo quod Phariſæus ieiunauit, ſed poſt ieiunium deſcendit inanis, & ieiunij fructibus caſſus: pu-

¶ 234. Serm. 2. de baptiſ. c. 8. fol. 247.

2. ad Tim. 2. 5. Matt. 24. 47.

Hom. 5. in Euang.

Deut. 16. 20.

15. de Ciu. c. 7.

Hom. 3. ad populum.

a *Lib. 1. de adoratione in ſpiritu ad finem.*
b *Li. in Iudicum cap. 12.*
c *Leu. 2. 13 Nu. 18. 19.*

blicanus non ieiunauit, & Phariſæum ieiunantem præceſſit, non ieiunans: vt diſcas quod ieiunij vtilitas nulla eſt, niſi debita cum diſpoſitione, & legitimè fiat. Ieiunauerunt Niniuitæ, & Dei miſericordiam elicuerunt: ieiunauerunt, & Iudæi, & nihil plus egerunt: ſed culpati abierunt, vt ipſemet Dominus ſæpè eiſdem prædixit: vt intelligas nō ſufficere bonum facere: ſed oportere debita, ac legitima diſpoſitione illud facere: bona enim opera ſi male fiant, potius iram Dei, quam miſericordiam, & gratiam promerentur, & ¶ 235. prouocant. Ex quibus intelligitur id, quod vitio Deus dedit Epiſcopo Sardenſi, quē dura increpatione per Ioannem Euangeliſtam obiurgari voluit: *Apoc. 3.2.* *Non inueni operatua plena coram Deo meo.* Illud vocatur plenum, quod totam perfectionem ſibi congruentem, quam exterius refert, tenet interius: quomodo ſeptem illæ ſpicæ, quas in *Gen. 41.* ſomnis vidit Pharao, appellantur *Plenæ atque pulcherrimæ*: quia exterius formoſam habebant apparentiā, & interius granis erant repletæ: inane autē, & vacuū illud vocatur, quod exterius habet apparentiam, interius caret eo, quod habere debebat: ſicut corylus, nux amygdala, dicuntur vacua, aut vana, quando externam habent ſpeciem, & corticem integrum, intus nucleo carent. Quomodo etiam terra cum *Gen. 1.2.* primo condita eſt, dicitur *Inanis, & vacua*, quod ideò multi dictum credunt: quia vacua erat hominibus, & animalibus, ideoque Chaldæus vocat eam, *Horribilem*, propter ſolitudinem: ſolitarium enim deſertum, horrorem incutere ſolet: congruè tamen dicitur inanis, & vacua, quia externam tenens apparentiam, intra ſe nullam virtutem fructificandi, aut producendi aliquid tenebat, quam tunc credo ipſi datam, quando dixit Deus: *Germinet terra herbam virentem, & lignum pomiferum,* *Gen. 1. 11.* *&c.* Vnde opera tunc dicuntur *plena*, quando non ſolum habent externam apparentiam: ſed perfectionem illis congruam, quæ ſcilicet procedunt ex recto animi affectu, & diſpoſitione. Epiſcopus Sardenſis opera quidem habebat: ſed non plena, quia bonum faciebat: ſed ſine debita diſpoſitionē animi, ſine ea attentione, & intentione, quam tenere debebat. Et videtur meo iudicio aliqualem alluſionem facere voluiſſe, ad illud, quod Deus dixit ad Ieremiam, ſcelera populi ſui expendens. Dura ſupplicia ſe inducturum præmiſit: *Proȳciam*, inquit, *vos à facie* *Ier. 7. 15.* *mea, &c.* Vt autem oſtenderet, ſe infallibiliter comminatas pœnas inflicturum, conuerſus ad propheram: *Tu*, inquit, *noli orare pro populo hoc, nec aſſumas pro eis laudem, & orationem, & non obſiſtas mihi, quia non exaudiam te*, cauſamque tam iuſtæ indignationis reddere volens: *Non vides*, inquit, *quid iſti fa-* *Ibid. n. 18.* *ciunt in ciuitatibus Iuda, & in plateis Ieruſalem? Filij colligunt ligna, & patres ſuccendunt ignem, & mulieres conſpergunt adipem, vt faciant placentas reginæ Cœli, & libent dijs alienis.* Certum eſt loqui Deum de ſacrificijs, quæ offerebant Soli, Lunæ, & Stellarum Choro: vtitur tamē nomine quondā apud Hebræos inuſitato *Cauanin*, quod ideo, vt Brixianus annotat, incertum eſt quidnam apud eos propriè ſignificet. Quidam credunt ſignificare pallia, alij picturas, alij ciborū quædam genera, quæ Vulgatus *Placentas*, rectè vocat: ſed vt R. Dauid annotauit non tā ipſas placētas ſignificat, quam intentionem attentam, affectum feruidum, diligentiamq; ſolertem, qua illas faciebant. Dicitur n. *Cauanin*, aut *Cauanah*, quod intentionē ſignificat, à verbo *Con*, quod ſignificat perficere, aptare, complere: quaſi exprimere Deus velit, illos toto conatu, & attentione traditos fuiſſe, vt ad ſacrificia idolorum vndique complenda, conficerent placentas integras, perfectas, completaſque cum adipe, oleo, picturis, &c. Qua dicendi ratione id voluit iudicare, ſe non tam iratū, quod ſacrificia idolis offerrent, quam ex attentione, animo, & conatu, quo procurabant talia ſacrificia offerre, quę omni ex parte perfecta, integra, & completa extitiſſent. Hoc nobis Deus vitio dat, quod vt ſacrificemus mundo, & carni præparamus *Cauanin*, id eſt, ſacrificia vndique plena, integra attentione perfecta. Qualia opera agit homo, vt mundo ſatisfaciat? Qui conuiuium

Tom. 1. fol. 316. p. 2. ¶ 236.

Apud Capellam in c. 7. Ierem.

præ-

Præparat qui nuptias ordinat, qui hastiludium constituis, & quicumque opus aliquod, quo mundo satisfaciat aggreditur, quanta cum attentione intendit, & contendit, ne quid desit, & omnia sint plenè suis numeris absoluta? Qualia opera, vt carni indulgeat? Non contentus est cibum, & potum sumere, sed exquisita fercula, pretiosa vina, varia condimẽtorũ genera induci procurat, & nullus est, qui quantumcunque exiguum sumpturus sit alimentum, non procuret illud meliori, quo fieri potest modo condiri, & aptari. Qualia autem sunt, quæ Deo offers? *Non*, inquit, *inueni opera tua plena coram Deo meo*: opera quidem facis, non tamen plena, sed vacua; orationem sine attentione, eleemosynam sine charitate, ieiunium sine affectu mortificationis, confessionem peccatorum sine contritione, &c. opera vacua, quę cùm appendentur in statera, sicuti de Baltassar dictum fuit: *Inuenientur quod minus habeant*. Meritò conqueritur Deus, quod ipsi tantummodo relinquimus racemos acidos, & botros viridos, ac immaturos, qui mundo, & carni vuas matures centes, & perfectas tradimus: *Væ mihi*, inquit, *quia factus sum sicut homo, qui colligit in autumno racemos, non est botrus ad comedẽdum, &c.*

Daniel. 5.

Mich. 7. 1.

¶ *237.* Mirum est quam inæqualiter Deo, quæ accepimus rependamus. Deus mundũ condidit ad hominis vtilitatem: Expende autem omnes illius partes, & vide quanta perfectione plenas, & cõpletas exhibuerit, in hominis commodum, & profectum: cœlum plenus Stellis, Solem luce clarissima fulgentem, terram arboribus plenam, aquam piscibus. Quanta pulchritudo cuiusque, fructus, & cuiusque floris? quot in arboribus folia? quæ pennæ in auibus? herbas, quas homo conculcaturus erat, & fœnum, quod in clibanum erat missurus, quanta pulchritudine exornauit? Considera omnia opera Dei, quæ in tuam vtilitatem fecit, & videbis vniuersa illa fuisse perfecta. Qualia igitur debent esse opera tua, quæ in Dei obsequium agere debes? Te iraque ad bona opera agẽda dispone, & præpara. *Vnge caput*, in quo mens peculiariter refulget, attendens quidnam facturus sis, & cui sis sacrificaturus: *Faciem laua*, conscientiam rectam erga Deum exhibe, &c. Statuebat Deus, vt sacerdotes nequaquam thymiama offerrent, quin prius se debita dispositione præpararent. Idcirco duo iussit singulariter præparari, vnũ erat aqua; *Facies*, inquit, *labrum æneum cum basi sua ad lauãdum, ponesque illud inter tabernaculum testimonij, & altare: & missa aqua lauabunt in ea Aaron, & filij eius, &c. & offerant thymiama Domino, ne forte moriantur*: alterum erat vnguentum odoriferum, quo vngendi erant sacerdotes: *Aaron, & filios eius vnges, sanctificabisque eos, vt sacerdotio fungantur mihi*. Vncti itaque, & loti esse tenebantur sacerdotes, & vnctione, atque lotione dispositi, vt sacrificiũ thymiamatis Deo offerrent. Et meritò quidẽ: nam si coram rege Assuero nemo ingredi poterat, nec se præsentem exhibere, nisi qui tali habitu esset dispositus, qui congrueret præsentiæ, & oculis illius grandis regis, multò magis congruum fuit, vt sacerdotes qui coram Deo se præsentes exhibere debebant, peculiare munus eidem oblaturi, congrua dispositione se prius præpararent. Eodem igitur pacto ad bona opera facienda, quæ in scriptura særa sæpè vocantur sacrificia, ad quæ offerẽ da oẽs fideles, sacerdotes spirituales cõstituti sumus, vt dixit Apostolus Petrus, debita prius non debemus præparatione disponere. *Vnge caput tuum*, inquit S. Ambrosius, vbi sensus capitis sunt; *Oculi enim sapientis in capite eius*: à mente tua omnem torporem, & somnolentiam excute, viuidam, & attentam eam constitue, attendens quidnã offeras, cui offeras, & ad quid offeras: *Et faciem tuam laua*, conscientiam tuã mundam exhibere cura, *Et laua cor tuum à malitia*, sicut decet eũ, qui coram Deo se præsentem exhibere parat, in cuius conspectu non permanet malignus, quiq; nullius dona acceptat, nisi offerens sit innocens manibus, & mundo corde. Videndus est D. Thomas ex professo pertractans, quomodo ad hoc vt opera sint absolutè bona, multę requirantur circumstantiæ, quas omnes debet homo expendere: & certè animalia, quæ viderunt Ezechiel, &

Exo. 30. 18

Ibid. nu. 23

1. Pet. 2. 5.

Lib. de Elia. c. 10.

Eccles. iast. 2. 14.

Iuẽ. 4. 14.

1. 2 q. 7. art. 2. & 3.

Ioan-

Ezec 1.18. *Apoc* 4.6. Ioannes plena erant oculis, quæ non vnicam rem, sed multas quouis opere deberent circumspicere, vt illud rectũ fit, & Deo dignum.

§. 28. *Lætos, & quasi excipiendos conuiuio vult Christus nos esse, cùm ieiunamus propter Deum, cui nihil lætius, quàm aliquid propter nos agere; vnde hanc Sponsa diem lætitiæ cordis illius descripsit.*

¶ 238. *Lib. de Elia c.* 10. CVm ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam laua. Docere vult secundò Christus Dominus his verbis, iuxta Ambrosij mentem, ieiunium, ceteraque mortificationis, & virtutum opera, cum lętitia, gaudio, & hilaritate cordis debere fieri à nobis. Vngere namque caput, & faciem lauare, signa erant apud Palæstinos læti festiuique diei, & quædam ad actus festiuos dispositiones, signanter ad lauta, opiparaque conuiuia, vt supra tradidimus: ideoque idem est, Vnge caput tuum, & faciem tuam laua cùm ieiunas, oras, opera sancta facis, ac si dicat: Grandi cum lætitia, hilaritate, & cordis gaudio affectus esto, cùm talia operaris. Cuius rei duas rationes Christus indicat, prima, quia illa opera facis, vt placeas Patri tuo, qui in cœlis est; iustumque est, vt lætissimè omnia, quæ ad eius pertinent obsequium, & beneplacitum facias. Multa nobis scriptura sacra de Deo proponit, quibus nos ad eius seruitium excitet: signãter autem nostro loquendi more (vt ficut *In Isaiam.* Hieronymus obseruat, ex nobis ipsis, quod velit indicare, apertius percipiamus) cum nobis repræsentat tristem, mœstum, dolore acutissimo punctum, quando aliquo dolore, aut calamitate nos videt oppressos, & quando aliquid dãni, vel supplicij nostris exigentibus, aut potius compellentibus peccatis nobis inducturus est. Ita exprimit ipsum, *Gen.* 6 7. *tactum dolore cordis intrinsecus*, dicentem ad Noe: Delebo hominem, quem formaui à facie terræ: & quasi gementem, & sulpirantem, dicentem apud Esaiam: *Esai.* 1.24. *Heu, vindicabor de hostibus meis:* & precipientem gemere, & suspirare apud Ezechielem, quando punire populum quasi compellebatur: *Dic: Heu, ad omnes abominationes malorũ domus, Israel, quia gladio fame, & peste ruituri sunt.* Obseruat Philo *a*, id quod postea etiã annotauit Theodoretus *b*, ad quid nam Deus se exhibere voluit positum in medio rubi spinis acutissimis pleni ardentissima flamma à radice vsque ad cacumen ardentis, quando descendit liberare populum de dura Ægypti seruitute, qua tenebatur astrictus: *Apparuit enim Dominus Moysi in flamma ignis de medio rubi*, Et dixit ad Moysen: *Ego sum Deus Abraham &c. vidi afflictionẽ populi mei in Ægypto, &c & sciens dolorem eius descendi, vt liberẽ eum, &c.* Talem se exhibuit Deus in medio rubi ardentis, inquiunt Philo, & Theodoretus, quo significaret populum suum laboribus duris, & acutis spinis affectũ, & punctum. Erat certè populus ille in Ægypto tanquam *in fornace ardentissima, dura, & ferrea.* vt Deus Abrahæ prædixerat, & sæpè exponit, laboribus, & doloribus quasi ardente igne succensus, & spinis vndique punctus, voluit Deus se similiter exhibere quasi flãmis acerrimis circundatum, & inter spinas acutissimas positum, simili etiã afflictione, & dolore affectum, qui eum vrgeret ad populum liberandũ: eo modo, quo quem volumus explicare doloribus, curis, & anxietatibus plenum, dicimus, illum in medio, & ignis, & spinarum positum. *Vidi*, inquit, *afflictionem populi mei* In hebræo, *Raoraithi*, quomodo Septuaginta: id est videndo, vidi, seu videns vidi, alij, *Omnino vidi*, alij, *Apertis vndique oculis vidi*, quasi diceret: Non oculos auerto, aut claudo à laboribus, quos populus meus sustinet, sed attentis, & apertis vndique oculis intueor, & quod laborem illis infert, cor meum pungit, succendit, anxium, & solicitum reddit. Singulariter autem expẽde illud, *Sciens dolorem eius descendi, vt liberem eum*, verbum enim hebræum, *Iadagh* (æpissimè nõ simplicem scientiam significat, sed eam, quæ ex experimento nascitur, quo propterea vtitur Esaias de Christo Domino loquens, quẽ vocat, *Virum dolorum & scientẽ infirmitatem*, id est, vt D. Ambro-

Exod 3 2. 7 8.

Gen. 15 15 *Deut* 4 20

¶ 235. ראה ראיתי

יד

Esai 53 3. *In Psal.* 61

brosius expoſuit, ſentientem dolorem, & infirmitatem, afflictum infirmitate. Certum eſt Deum cum Moyſi apparuit in rubo, nullo dolore vere fuiſſe affectum qui nondum naturam habebat, in qua, vel minimum dolore pati, aut ſentire poſſet: iam tamen tunc ſe Moyſi, & nobis exhibuit, quaſi *ſcientem dolorem* populi, anxium ex dolore populi, ac ſi dolorem, quem populus ſuſtinebat in corpore, ipſe (noſtro loquendi more) pateretur in corde, & animo. Externa itaque figura, & apparentia ſeipſum exhibuit iam ſciẽtem dolorem, & infirmitatem, non ſuam, aut à ſeipſo ortam, ſed à populo in idipſum (vt ita dicam) translatam: cui quãtum exiſtimo, alludere voluit Sanctus Propheta Eſaias, deſiderans eum, non in nuda figura, & apparentia externa ſicut tũc ſed in veritate, & re ipſa ſuſcipientem populi dolorem, & infirmitatem, verè dolentem, & infirmantem; *Deſideraui-mus*, inquit, *eum virum dolorum, & ſcientem infirmitatem.* Huiuſmodi innumera poſſemus inducere, quibus ſcriptura Sacra exprimit Deum, ad noſtras ærumnas, & dolores, & cum ſupplicia infert, mœſtum, triſtem, atque dolentem. Quis autem poterit explicare lætitiam, hilaritatem, & gaudium, quo eadem Scriptura Sacra illum perhibet affectum, quando nos beneficijs, fauoribus, ac ſuę miſericordiæ donis afficit, & quando aliquid agit in noſtrum cõmodum, & vtilitatem? Expẽdit egregiè, & breuiter S. Baſilius illa Dauidis verba, qui poſtquam grandia beneficia expoſuit, quæ Deus erga nos operatur, non tam in ordine naturæ, quã gratiæ ſubdidit: *Sit gloria Domini in ſeculum, lætabitur Dominus in operibus ſuis.* Opera Domini erant illa, quæ expoſuerat, & verè Iſaias, *Opus Dei* illud vocat, per quę nobis bene facit, & dona ſua abundanter largitur, qui punire, & caſtigare, *alienum, & peregrinum opus ab eo* appellat. In operibus igitur ſuis *lætabitur* Dominus Genebrardus: *Sibi gratulabitur*, nulla re. dies noſtro loquendi more Deo lætior, hilarioriq; illucet illa, qua aliquid in noſtram vtilitatem, & commodum operatur: tunc ſibimetipſi gratulatur. Qui namque in conuerſione peccatoris conuocat amicos, & vicinos dicens: *Congratulamini mihi*, quaſi non plenè eorum gratulationibus ſatisfactum, ipſe etiam ſibimet de miſericordiæ ſuæ dono nobis collato, gratulatur: *Lætabitur*, aut gratulabitur Dominus: de quo? nunquid de aliqua celebri Victoria de inimicis ſuis reportata? Nũ eo quod ſubiecit ſibi aliquas prouincias, vel nationes? An verò de eo quod glorificatur, & adoratur ab omnibus? Num quia multis redundat diuitijs? Nequaquam *ſed in operibus ſuis*: lætatur enim Dominus, inquit Baſilius nõ ob id quod adoratur: ſed quod mortales ſeruãtur, & eis benefacit, ac miſericordias ſuas erga eos operatur. Hanc Dei erga nos bonitatem cõſiderans Dauid, præmiſit: *Sit gloria Domini in ſeculũ*, id eſt, vt exponit Baſilius dignum eſt, vt perpetuò laudetur ab omnibus. His concinunt illa Moyſi verba: *Lætatus eſt Dominus ſuper vos, benè vobis faciens, voſque multiplicans*: & expreſſius illa ipſiuſmet Dei verba apud Ieremiam, cui cum primò indicaſſet ſe peccatis quaſi compulſum & coactum ad infligendas Iſraelitis captiuitatis pœnas, explicaturus quod ab illis eoſdem poſt breue tempus eſſet liberaturus: *Et lætabor*, inquit *ſuper eis, cùm benè eis fecero, & plãtabo eos in terra iſta in veritate, in toto corde meo, & in tota anima mea.* Illud *in toto corde meo & in tota anima mea*, adiungẽdum eſt, quod præmiſit: *Lætabor ſuper eis, cũ benè eis fecero*, quaſi dicat: Cum eis benè fecero, non triſtis, aut mœſtus ero, ſed lætabor in toto corde meo, & in tota anima mea: qua dicendi phraſi ſupremum omnibus modis gaudium, & lætitiam voluit exprimere, quæ omnẽ lætitiam ſuperat, ſicut cum petit ſe diligi, *ex toto corde & ex tota anima*, ſupremũ ſuper omnia amorem expoſcit. Eſt itaque dies conuiuij, & ſupremæ lætitiæ, ac feſtiuiſſimæ ſolemnitatis, ipſi Deo (vt noſtro loquendi more dicamus) cũ hominibus benè facit, ideoq; recipiẽs filium prodigum ſplendenti veſtium cultu ornans, diem maxime feſtiuum in domo ſua voluit præparari. In huius confirmationem etſi multa alia poſſemus Scripturæ Sacræ loca annotare, tantum modo libet expendere illa Spõſæ diuinæ verba, de Sponſo ſuo loquẽtis. *Ingredimini*, inquit, *filiæ Sion, & videte*

Schol. in Pſ. 103.

Pſ. 103. 33.

Eſai. 38.

¶ 240.

In Pſ. 103.

Luc. 15. 9.

Deut. 28. 63.

Ier. 32. 41.

Luc. 10. 27

¶ 241.

Cant. 3. 11 *dete regem Salomonem in diademate quo coronauit eum mater sua, in die desponsationis illius, & in die lætitiæ cordis sui.* Valde se torquent Rabbini, vt locum istum de Salomone plenè intelligendum ostendant, quem dicunt dignum visu singulariter fuisse, quando plebs Israelitica, quæ illius mater dicitur, diademate honoris, & gloriæ illum coronauit, in illa suprema solemnitate, qua aream Dei in templo à se constructo, cum insigni maiestatis pompa collocauit, de qua re traditionem quãdam apud Hebræos refert Genebrardus *a*, de quibus noster Sotomayor *b*, sed quamuis in omne latus se vertant, non possunt de Salomone illud explicare: *In die desponsationis illius*, si ea quæ Sacris scripturis congruunt, dicere velint. Certum est propterea apud Sanctos Patres, non tam de illo Salomone, quàm de Christo Domino, Salomone nostro pacifico, pacisque authore, non tam per allegoriam, quam per Propheriam verba intelligenda, quem vt videamus diademate à matre sua coronatum in die desponsationis suę, & lętitię cordis sui, prouocat Spõsa cœlestis, & inuitat: multa enim sunt tam grandi consideratione digna, vt supremorum Angelorum aciem mentis superent. Duobus autem modis Sancti Patres hæc verba explicant, primò vt loquatur cęlestis Sponsa, de Christi Domini conceptione in vtero virginali: nostræ namque naturæ assumptio in Scriptura Sacra despõsatio diuini verbi vocatur, qua naturam nostram tanquam Sponsam Cęlestis Sponsus sibi perpetuò copulauit, infinitis diuinæ naturæ, & gratiæ dotibus eidem collatis: qua de causa Sancti Patres, signanter Augustinus dicere solent, in virginali verò tanquam in mundo purissimoque thalamo nuptias illas fuisse celebratas, quibus Deus coniunctus est carni, & caro adhæsit Deo, quas, vt idẽ Augustinus expendit, in spiritu vidit Dauid, considerans diem natiuitatis Christi, qua processit *tanquam Sponsus* Cœlestis *de thalamo suo*, id est, de vtero virginali, thalamo supremis Cęlestibus donis ornato: Mater eius est Beatissima Virgo, quam vel reluctantibus hæreticis, ore pleno Dei Matrem verè, & propriè vocandam, Scripturæ Sacræ tradunt, fideque Catholica profitetur. Hæc in illa die desponsationis illum coronauit diademate nostræ mortalitatis, & infirmitatis. Ita Gregor. Nyssenus *a*, Ambrosius *b*, Augustinus *c*, Gregor. Magnus *d*, Bernardus *e*, D. Thomas *f*, quam sententiã secutus Hugo de S. Victore *g*, elegantissimè verbum *egredimini* expendit, id enim inquit Sponsa dicere voluit *egredimini*, & ingredimini, *Egredimini*, & videte in eo quod mater; *ingredimini*, & videte in eo quod Pater dedit: quod enim dedit Mater, foris est, quod autẽ Pater, intus: Mater dedit infirmitatem, Pater dedit maiestatem; Mater dedit substantiam carnis, Pater dedit consortium Deitatis; Mater dedit in quo vicit, Pater dedit in quo regnauit; Mater dedit in quo victor coronatur, Pater dedit in quo regnans adoratur, &c. Hæc autem dicitur *dies lætitiæ cordis sui*: quæ verba magnam admirationis materiam adducunt. Nunquid enim filius Dei lætior fuit, aut hilarior in vtero matris carnis infirmitate circundatus, quam in sinu Patris tota Pater terna gloria splendidus? Nonne aptius, dies lætitiæ cordis eius dici potest, dies ille æternitatis, de quo Pater dixit: *In splendoribus sanctorum ante luciferum hodie genui te?* Non sine magno mysterio dies lætitiæ ille dicitur, quo dolores, pœnas, afflictiones, infirmitatesque nostras cœpit experiri, & naturam assumpsit, in qua posset dolere, ieiunare, pati, & mori; quia hæc illius singularis lætitia est, hominibus benè facere: & quia illa etsi sibi essent pœnalia, homini tamen erãt omnibus modis proficua: idcirco dicitur dies lætitiæ eius. Ab initio mundi nescio qua singulari lętitia affectum se ipsum perhibet, dicens: *Delectabar per singulos dies ludens in orbe terrarum, ludens coram ipso*, quod quidam dictum putant de illis diebus, quibus Pater per ipsum mundum creauit, & ornauit: tunc enim attendens illa omnia in hominum beneficium præparari, hoc ipso peculiari delectatione se perhibet affectum, & operantem ludendo, & hilarissimè agendo: alij de figuris, quas à mũdi exordio per singulas ætates agebat

¶ 242.

a In Chronolog. Hebr. p. 25.
b In cap. 3. Cant.
Li. 5. Homil. homil. 32. & orat. contra Iudæos quæ habetur 10. 6. in princ.
Psal. 18.
Prou. 8. 30
Psal. 109. & Psal. 2.

a Homil. 7. in Cant.
b De instit. virg. c. 16.
c Hom. 32. & oratione cit.
d In cap. 3. Cant.
e Serm. 2. Epiphan.
f In cap. 3. Cant.
g Lib. sententiar. sentent. 96. tit. de duplici gloria reg. Salom.

bat in antiquis patribus, dum ſeipſum exhibebat proditoriè crudeliterque occiſum in Abel, ad ſacrificium crucis ductum in Iſaac, illuſum ab inimicis in Sampſon, in mare paſſionis deiectũ, & à morte tanquam à ceto deglutitum in Iona, &c. hæc omnia tanquam ludi quidam erant, quibus diuina ſapientia ſe exercebat, id in figura agens, quod poſtea in veritate acturus erat, vt Diuus Auguſtinus indicat: ſicuti eques, qui haſtiludium agere parat, prius quaſi ludens per multos dies in illo ſe exercet. Exultauit tunc in figura multo magis cum ad ipſam veritatem ſe vidit peruenille per veram humanæ naturę aſſumptionẽ. Quod credo indicaſſe illis verbis, quæ ſubdidit: *Et deliciæ meæ eſſe cum filijs hominum*, q.d. Quæ in patribus antiquis agebam, erant quaſi quidam ludi, & figuræ, *eran enſayos ſolamente*, & ideo non plenam lætitiam inferebant: tunc erunt deliciæ plenæ quando ero cum filijs hominũ, & verè ac realiter dicetur; *Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis*. Intelligendum eſt igitur Dei filiũ, ea die, qua ſe naturæ humanæ cõpulatum, & deſponſatum vidit, ineffabili, & immenſo quodam gaudio exultaſſe: quia videbat tempus iam aduenille, quo viam illam noſtræ redemptionis laborioſiſſimam, ſpinis acutiſſimis vndique ſeptam, doloribus plenam, agendam, imo, & percurrendam aſſumpturus erat. Inenarrabili exultatione affectus fuit, quia iam ſe vidit in palæſtra conſtitutũ, in qua tandem infamiſſima morte occubiturus erat, quem ab æterno (vt ita more noſtro loquar) affectibus inenarrabilibus optauerat: id quod dicere voluit Dauid, qui huiuſmodi diſpenſationem prædicens, ſubdit: *Exultauit vt gigas ad currendam viam*: Exultauit, quia tempus aduenerat, quo hominibus ſuprema poſſet conferre beneficia, imo (vt ipſe pro ſua ſumma admiranda que benignitate dicere voluit) vt hominibus *miniſtraret*, & obſequeretur: aſſumpſit enim formam ſerui, quaſi ipſis hominibus obſequuturus. Huiuſmodi ſeruitia, & obſequia, vt ita ipſo permittente dicã, homini exhibiturus, exultauit: & vt lætiſſimè exhiberet, *vnctus fuit oleo lætitiæ, & exultationis*. Si igitur ille oleo lætitiæ vngitur, & diem lætitiæ ſuæ dicit illum, quo aggreditur aliquid facere in hominis beneficium: nonne iuſtum eſt, vt tu oleo lætitiæ caput tuum vngas, lætumque, & hilarem te exhibeas, quando aggrederis aliquid facere in illius obſequium, & ſeruitium vt ipſi placeas? *Dilectus meus mihi, & ego illi*, dicebat Sponſa, hæc conſiderans, quaſi dicat. Iuſtum eſt me talem erga illum exhibere, qualem ſeipſe erga meipſam perhibet. Dies igitur lætitiæ hodie debet eſſe cuiuis Chriſtiano, illud incipit tempus, quod exhibendis Deo deuotis obſequijs dicatum eſt. Hinc hunc diem omnibus alijs lætiorẽ prædicarunt Chryſoſtomus, & Ambroſius de quibus alibi. Hæc de primo ſenſu.

Lib. 2. 99. ad Simplicianum q. vlt. ¶ 243. *Ioan. 1.* *Pſal. 18.* *Matt. 21. 28.* *Pſa. 44. 8.* *Cant. 2. 16*

§. 29. *Diem lætitiæ deſponſationis, & conuiuij reputauit Chriſtus pro nobis mori, vt Sponſa dixit: Dies ergo nobis eſſe debet lætus, cum pro illo mortificamur, & ieiunamus.*

¶ 244. SEcundus ſenſus eſt, quem D. Thomas literalem reputat, vt Sponſa cœleſti loquatur de ſpinea corona, qua Synagoga mater Chriſti ſecundũ carnem, verius nouerca (inquit Bernardus) ſecundum affectum, noſtrum pacificum Salomonem vt Ioannes ſcripſit, coronauit. Fuit enim opus illud ſingulariſſimum, dignum ſumma mentis attentione: inducit nos propterea cœleſtis Sponſa ad illud contuendum: in quo duo extrema contraria in ſupremo gradu eo clarius fiunt manifeſta, quo appoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt. Ibi manifeſta apparet ſumma Synagogæ malitia erga Chriſtum, quæ filium ſuum, quem peperit, & à quo inenarrabilia accepit beneficia, tali corona inſigniuit: ſuprema etiam Chriſti bonitas erga Synagogam, cui tam horrenda pœnarum ludibrio ſe afficienti, proprium (ſi ipſa accipere vellet) ſanguinem exhibebat, & offerebat: vt æternæ beatitudinis gloriam poſſet comparare. Ita Sanctus Cyprianus, vel potius Ruffinus [a], Ifaac & Ambroſius [b], Cyrillus Ieroſolymitanus

In cap. 3. Cant. ad finem. Serm. 5. in feſto omnium ſanctorum. Ioan. 19. a.

[a] *In expoſition. ſymboli.* [b] *Lib. de 1. Iſaac & anima c. 5.*

nus c, Theodoretus d, tres Patres, videlicet Gregor. Nyssenus, Maximus, & Nilus, quorum expositio apud Theodoretum habetur e, Bernardus f, Richardus de sancto Victore g, D. Thomas, & alij h. Et verè intelligere possumus, insignem, excellentemque prophetiã fuisse, qua prædictum fuit factum illud omnibus modis admirandum, quo Pilatus improbus iudex, Christum illusoriæ vestis indutum amictu, & horrendæ coronæ spineæ opprobrioso honore redimitum, eduxit, & exposuit omnium oculis conspiciendum, dicẽs: *Ecce homo*. Hæc dicitur dies desponsationis eius, magno supremoque mysterio. In Hebræo habetur nomen *Hhethunah*. quod hac tantum vice in scriptura sacra inuenitur, vt Brixianus obseruat, à voce *Hatham*, quæ *Sponsum* significat, vocatque diem desponsationis eius illum, quo dotibus sui sanguinis, quasi de nouo Ecclesiam sanctam sibi acquisiuit in Sponsam. Antiquitus viri dotabãt quas sibi accipiebant vxores, & pro cuiusque qualitate pendebat vnusquisque per quod vxorem quasi sibi emebat, & suam faciebat: quod forte ideò fiebat, vt vxor intelligeret se pleno iure ad virũ pertinere, vtque vndique maneret illi subiecta, & intelligeret se in viri obsequiũ, & adiutorium, non in perditionem, & damnum pretio emptam: tuncque dies desponsationis propriè, ac plenè celebrabatur, cum vir dotem, qua vxorem sibi acquirebat, persoluebat parentibus illius. Hanc consuetudinem apud gentiles extitisse, ex eorum authoribus optimè probat Ribera, quam sine dubio expressã in scriptura sacra inuenimus. In primis n. id patet ex decreto legis: *Si seduxerit quis virginẽ necdũ desponsatã, dormieritq; cum ea, dotabit eã, & habebit eam vxorẽ. Si pater virginis dare noluerit, reddet pecuniã iuxta modum dotis, quã virgines accipere cõsueuerunt.* Expende in primis illud, *dotabit eam, & habebit eã vxorẽ*: quia nisi dotãdo eã, non sibi vxorem, aut spõsam faciebat. Deinde obserua illud, *iuxta modum dotis, quã virgines accipere consueuerunt*: quia hæc cõsuetudo erat, vt vnusquisque quando virginẽ sibi Sponsam volebat comparare, dotem daret, quam exhibendo sibi desponderet. Deinde id ipsum ex eiusdem sacræ scripturæ historijs comprobatur: nã volẽs Iacob sibi despondere Rachelẽ filiam Laban, prius 7. annorũ seruitium, tanquã constitutũ pro dote pretiũ persoluit, & in die qua illud tẽpus cõpleuit, sibi in sponsam tradi Rachelem postulauit, dicens: *Da mihi vxorem, meam, quia iam tempus est, vt ingrediar ad eã*, q.d. Tempus nunc completum est, & quod pretij vice dare inter nos constitutũ fuerat, persolui: da mihi filiam tuã Sponsam, & vxorem: *Tunc vocatis multis amicorum turbis ad conuiuium, fecit nuptias*. Expende illud aduerbiũ, *Tunc*, cum. s. illle plenè, & cõpletè persoluit pretium, quod persoluere promiserat. Quoniam autem tunc nõ Rachelem, sed Lyam fraude patris deceptus, accepit, qui persolutum pretium non nisi pro Lya voluit acceptare, aliòs septem annos seruitij de nouo pro Rachele spopondit Iacob, illud obsequiũ vice pretij similiter assignans, per ꝙ etiam Rachelem sibi sponsam faceret. Similiter Rex Hemor volens Dinam filiam Iacob desponsare filio suo Sichẽ, dixit ad patrem, & fratres puellæ: *Inueniã gratiam coram vobis, & quæcumque statueritis dabo, augete dotẽ, & munera postulate, &c. Date mihi hãc puellam vxorem*. Id quod clarius patet ex historia Dauidis, quam expẽdit Chrysostomus. Cũ namq; serui Saulis dixissent ad Dauid: *Esto gener regis*, ideſt, cõtende id consequi quod Saul promisit, dare tibi filiam suam vxorem: respondit ille: *Num parum vobis videtur esse generum regis? Ego autem sum vir pauper, & tenuis*: Quasi dicat: Opus grande est, contẽdere accipere filiã regis in vxorem, quã non potest quis in vxorẽ accipere, nisi magno dato pretio ꝙ dote: ꝙ ego præstare nõ possum, qui sum pauper. Hispanè rectè hoc exprimes, si motu quodam faciei verba proferas. dicens: *Si essas pocas paias ser yerno de vn Rey, ycasar con su hija, que para esto es menester dar vna grande hazienda la qual yo no tengo*. Hæc Dauidis verba, cum renũtiata essent Sauli, iussit seruis suis, vt dicerẽt ad Dauid: *Non habet rex sponsalia necesse, nisi tantùm centum præputia Philisthinorũ, vt fiat vltio de inimicis*

c *Catechis. 13.*
d *In ca. 3. Cantic.*
e *Apud Theodoret. in c. 3. Cãt.*
f *Ser. 5. cit. & serm. 2. Epiphan.*
g *In Cant. p. 2. c. 13.*
h *In cap. 3. Cant*
תהנה
To. 1. f. 267

¶ 245. *In cap. 3. Osea. Exod. 22. 16. 17. 18.*

Gen. 29. 21

Genes. 34.

Hom. 1. de Saule & Dauide.

1 Reg. 18. 22. 23.

mici regis. In Hebræo habetur nomen *Mohar*, quod significat dotem. Pagninus: *Non voluntas regi in dote*, & clarius Iosephus explicuit; Dicite, inquit, nihil me morari pecunias, aut dona. Hæc autem vocabantur sponsalia: quia tunc desponsationis dies erant, quando à viro persoluebantur. Hinc intelliges, cur Nathan volens describere, quomodo Vrias acceperit Bethsabee in vxorem, sub typo ouis, dixerit: *Pauper nihil habebat omnino, prater ouem vnam paruulam, quam emerat, & nutrierat*. Ex his patet explicatio illius difficilis loci Osee. Præcepit illi Deus, vt mulierem fornicariam, & adulteram sibi desponsaret, & amaret. Hoc ille perfecit, *Et fodi*, inquit, *eam mihi quindecim argenteis, & coro hordei, & dimidio coro hordei*. In Hebræo habetur verbum כרה *Carah*, quod primò quidem significat, excauare; per translationem autem significat, *emere*, vt Brixianus tradit, iuxta quod Pagninus transfert, *Possedi eam*: Vatablus, *Comparaui eam*: Isidorus clarius, *Emi*: Septuaginta: *Mercede eam comparaui*, quomodo lebit Ambrosius. Dato ergo pretio eam sibi desponsauit Osee, & tunc eam sibi acquisiuit, & despondit, quando pretium dedit. Qua in re expressa fuit Christi figura, vt S. Hieronymus annotauit, qui humanam naturam sibi Sponsam acquisiuit dato pretio, & dote sui sanguinis; tuncque propriè, & completè desponsationis dies fuit, quando hoc pretium persoluit, quo sponsam sibi acquisiuit, comparauit, & emit. Vnde Paulus, *Ecclesiam quam acquisiuit sanguine suo*: & iterum, *Emptiestis pretio magno*: & Petrus, *Non corruptibilibus auro, & argento redempti estis*. Expende illud verbum, *redempti estis*, quod non solum dicitur, & quia Christus nos ex diaboli tyrannide, & captiuitate redemit: sed etiam quia excedenti in infinitum pretio nos emit, quomodo dicere solemus, quâdo grande pretium pro re aliqua pendimus nos illam emisse, & reemisse. Verè Christus melius, quam Moyses potest dici *Sponsus sanguinum*, quia sponsam sibi comparauit, non vna sanguinis gutta, sed toto sanguine suo; vt videas quantum illa te æstimauerit, pro quo tale primum dedit, Agnosce ô Christiane dignitatem tuam, inquit S. Leo Papa, *pretium tuum sanguis Christi est*. Illa ergo dies desponsationis eius dicitur, qua suum sanguinem in passione abundanter effudit, & in pretium obtulit, & dotem Sponsæ. Propterea hic dicitur singulariter, *Dies lætitiæ cordis sui*. O admirandum mysterium. Quomodo potest congruè dies iste lætitiæ vocari? Doloris potius, & tristitiæ, mortis, & luctus appellãdus videtur, quando factus in agonia sanguineo sudore fuit madens: quando talis erat, qualem præuidit Esaias dicens: *Quasi absconditus est vultus eius, & despectus, vnde nec reputauimus eum, & nos putauimus eum quasi leprosum, percussum à Deo, & humiliatum*: quando traditus fuit manibus, & voluntati inimicorum visibilium, & inuisibiliũ, vt plenius quam in Iob quicquid vellent, exequerentur sine aliqua vitæ illius reseruatione: quando sol ipse luctũ agere visus fuit, radios suos retrahens, & talis Christus extitit, vt ipsi omnis creatura, sicut Diuus Bernardus considerat, compassa fuerit, nam *terra mota est, petræ scissæ sunt, monumenta aperta sunt*, &c. Sit quidem dies lætitiæ illius, dies resurrectionis, de qua ore pleno dicere potuit Sanctus Propheta: *Hæc est dies, quam fecit Dominus, exultemus, & lætemur in ea*: quod tamen dies passionis, & mortis vocetur dies lætitiæ cordis sui, cum Pilatus eum videndum populo exhibuit, tam diris vulneribus saucium, tam diris spinis punctum, vt crederet quod etiam illorum impiorum spectatorum posset corda ad compassionem flectere; hoc admirationẽ grandem excitat. Rectè tamen, & consequenter cælestis Sponsa loquitur: quem enim vocauit *Diem desponsationis eius*, consequenter vocauit *Diem lætitiæ cordis sui*. Vnum enim ex alio sequitur: nam dies desponsationis alicuius sine dubio dies est lætitiæ illius. Inquirentibus Pharisæis, cur Christi discipuli non ieiunarent, sicut discipuli Ioannis; respondit eis Dominus: *Nunquid possunt filij Sponsi* (aut vt Marcus ait, *ait nuptiarum*) *lugere, quamdiu cum illis est Sponsus*? Vocant Hebræi filios alicuius rei, qui ei intendunt, aut ei addicti, vel tra-

6. Antiq. cap. 5. ¶ 246.
2. Reg. 12. 3
Osee. 3. 2.
Tom. 1. fol. 332. p. 2. Epist. 39.
Act. 20. 28
1. Cor. 6. 20
1. Pet. 1. 18
Exod. 4. 25
Serm. de natiuit. Christi. ¶ 247.
Esa. 53. 3.
Matt. 27. 52.
Psal. 117. 24.
Matt. 9. 15. Marc. 2. 19

Luca 5.35. diti sunt: quomodo vocantur, *filij diuitiarum, filij mortis, filij regni*, &c. Vnde filij Sponsi, aut filij nuptiarum illi vocabantur qui ad Sponsum pertinebant, vel ad nuptias, aut eis erant addicti: sicuti qui ad illas erant inuitati, aut vocati, aut assistebant earum solemnitati. Commune est apud omnes nationes, nuptias cum gaudio lætitia, conuiuijs, actibusque festiuis celebrare, & qui ad eas vocantur, non nisi ad lætitiam, & gaudium vocantur. Ita Laban celebrare volens nuptias filiæ suæ Rachel cum Iacob, *vocatis amicorum turmis ad conuiuium, fecit nuptias*. Ecce quomodo nuptiæ agebantur, vocando ad conuiuium, & festos lætusque actus. Similiter quãdo Sãpson duxit vxorem Philistæam, septem diebus conuiuia celebrata sunt: tuncq; qui ad nuptias vocati erant, vt prouocarent Sponsam Sãpsonis ad explicãdum problema à Sampsone propositum: *An*, inquiunt *idcirco vocastis nos ad nuptias, vt spoliaretis?* quasi dicant: Nullus ad nuptias vocatur ad aliquid triste, infaustum, vel lugubre: sed ad læta, iocundaque conuiuia. Vnde & quando nuptiæ factæ sunt in Cana Galileæ, ad quas Christus Dominus, eiusque sanctissima mater, & discipuli vocati sunt, ad conuiuium fuerunt inuitati: & vt Christus dixit in parabola, Rex qui fecit nuptias filio suo, hoc ipso parauit prandium magnum, & qui vocati erant, debebant festiuis vestibus esse ornati: ideo ille exclusus est, qui non vestem nuptialem induerat. Tempus quo Christus venit, fuit tempus desponsationis, quo per carnis assumptionem sibi Ecclesia desponsauit, vt supra dictum est: vnde inter cætera, quæ Ioannes Baptista de illo dixit, digito ipsum indicans, & sermone declarans: *Qui habet*, inquit, *sponsam sponsus est*, se autem vocauit amicum Sponsi, ideoque magna exultatione lætantem, ideoque subdidit: *Amicus autem sponsi, & audit, & gaudio gaudet*, id est, ineffabili exultat gaudio *propter vocem Sponsi*. Similiter Apostoli erant, qui singulariter ad has nuptias vocati fuerant. Non igitur illis tempus congruum erat tristitiæ, sed lætitiæ. Si ergo singulariter dies, quo Christus passus fuit, & spinea corona redimitus, peculiariter fuit dies desponsationis eius, quo Sponsam sibi acquirebat, emebat, & comparabat, rectè dicetur dies lętitiæ cordis sui, *In die*, inquit, *lætitiæ cordis sui*. Nota est illa Spiritus sancti sententia, quam experientia ipsa confirmat: *Desiderium si cõpleatur, delectat animam*, & iterum: *Lignum vitæ est desiderium veniens*, id est, cum homo acquirit, quod magno conquisierat desiderio, Desiderium Christi erat, homines à diaboli tyrannide liberare æterno patri reconciliare, in regnum suum transferre, & filios Dei efficere: hoc fuit, quod illum è cœlis ad terram traxit, quòd ad tam dura agenda, & patienda adegit: hoc desiderium completurus erat mortem sustinẽs, sanguinem fundens, coronam spineam gestans, &c. ideo illud tempus summopere optabat, & desiderabat. Hinc illæ voces: *Baptismo habeo baptizari, & quomodo coarctor donec perficiam illud?* &, *Desiderio desideraui*, id est, summo desiderio optaui, *hoc pascha manducare vobiscum*: quia illo in paschate erat mortitradendus, qui in suprema festiuitate, quæ erat paschatis, mori voluit; quoniam nullum diem festiuiorem sibi duxit illo, quo pro nobis passurus erat. Idcirco quando completũ fuit huiusmodi desiderium, incredibili gaudio exultauit, & fuit dies lætitiæ cordis eius. Immensus & incõparabilis fuit dolor corporis eius, vt meritò posset clamare: *Attendite, & videte, si est dolor sicut dolor meus*, sed maius erat gaudium cordis illius: imò quanto magis augebantur dolores, magis crescebat cordis lætitia, quoniã dolores illi erant, per quos id perficiebat, quod optabat, & desiderabat, hominibus scilicet benefacere, eos ab omni malo liberare, & cunctis cumulare diuinis muneribus. Vnde id quòd in eisdem Canticis, Canticorum cœlestis iste Spõsus dixit, explicari potest: *Veni*, inquit, *in hortum meum soror mea, Sponsa, messui myrrham meam cum aromatibus meis*. Verbum *Veni*, præteriti temporis est, ac primæ personæ Clarius Septuaginta: *Descendi*, Chaldæus, *Ingressus sum*, Ambrosius [a] & Ruffinus [b], atque aliqui latini: *Intraui in hortum meũ*. Vocat autem Sponsus *hortũ suum*: Iudaicum populum, quẽ tanq; peculiarẽ sibi hortũ elegit, in terra repromissa

Deut.29.22.

Iudi.14.15.

Ioan.2.

Matt.22.

¶ 248.

Ioan.3.29.

Luc.12.50.

Luc.22.15.

Thre.1.12.

¶ 249.

Cant.5.1.

Prou.13.19.ib.n.12.

a Li. de bono mortis c.5.

b In expositione symboli.

planta

plantauit, vt ſæpè per Prophetas expreſſit. Deſcendit autem in hunc hortum, cum de cœlis ad terram Iudææ deſcendit, & carnem humanam ibi aſſumpſit. Quid in hoc horto collegit? pomane dulciſsima, aut mala citrea vel cotonea ſuauiſsima, an fructum aliquē guſtui placidum? *Meſſui* inquit, *myrrham meam cum aromatibus meis.* Aromata omnia amara ſunt, & ſingulariter myrrha: ideo illam ſingulariter expreſsit. Quod in horto ſuo collegit, fuit acerbiſsima amaritudo, dolor acutiſsimus, omne pœnarum inenarrabilium genus. Et ſi quæras: Qualis huius myrrhæ aromatumque ſapor? *Comedi,* inquit *fauum cum melle meo, bibi vinum meū cum lacte meo.* Nullus fauus melle repletus potuit eſſe mihi dulcior; nullum vinum, aut lac ſuauius, & dulcius guſtui meo. Nec immeritò, quia vt dixit Sanctus Bernardus, vbi amor eſt, labor non eſt, ſed ſapor: quia Chriſtus hæc omnia ex amore hominis ſuſcipiebat, per quæ eius ſalutem operabatur, tanto fuerunt cordi illius dulciora, & ſuauiora, quanto in ſe ipſis erant magis dura, & amara. Ex his iam rationem eius, quod Chriſtus dixit, conſtruamus. Si Deus illum habet lætitiæ diem, in quo acerbiora quam excogitari poſſunt, tormenta patiebatur, quia hæc in hominis beneficium conuertebat: quantò magis homo debet illum diem lætum, & feſtiuū ducere, quo aliquid facturus eſt, aut aggreditur facere, per quod aliqualiter tam grandia beneficia recompenſet? Tunc dies lætitiæ Deo, quando aliquid ſe offert, quod in hominis vtilitatem, & commodum agat; tunc lætitiæ dies homini eſſe debet, cum aliquid agendum ſe obtulerit in Dei peculiare obſequium, quodque illi placitum eſt. In cuius confirmationem iuxta Bernardi mentem, expendere poſſemus illud Apoſtoli: *Eſtote imitatores Dei ſi lij charriſſimi, & ambulate in dilectione, ſicut Chriſtus dilexit vos.* Ambulate ſeruientes Domino in lætitia, ſicut Chriſtus illum duxit diem lætiſsimum, quo formam ſerui tenēs *humiliat ſe* pro hominibus *vſque ad mortem, mortem autem crucis.* Ad hoc inſtitutū facit, q̄ de beato Petro ſcribit S. Clemens Papa, q̄ cum videret vxorem ſuam ad martyrium duci, nihil illi dixit, niſi: *Heus tu, memor eſto Domini*, quaſi diceret: Recordare qualiter Deus, quæ ad tui honorem, & gloriam pertinent operatus fuit, quàm læto corde, quàm inuicto, infractoque animo: eadem igitur quātum potes illi repende, læto hilarique animo, quæ ad eius pertinent gloriam, & obſequium exequens. Et aptè quidem: vt enim dicit Diuus Chryſoſtomus, ſi in recordationem Dei conuertimus mentem noſtram, omnia nobis facilia apparebunt, omnia portabilia, omnia leuiter ſuſtinebimus, omnibus ſuperiores efficiemur: omnia autem nobis difficilia videntur, quia Dei memoriam non habemus, ſicut oportet habere: quia non ſemper eū in mente noſtra portamus, &c. de quibus infra. Vnge igitur caput tuum, & faciem laua, cum ieiunas, aut quoduis opus mortificationis acturus es: per quod videaris, id eſt, palceas oculis Patris tui, qui eſt in cœlis.

Serm. 85. in Cant.

Ser. 83. in Cant.

ad Epheſ. 5.

ad Phi. 2. 8.

Hom. 26. in epiſt. ad Hebræos.

§. 30. *Iure Chriſtus ieiunaturis imponit lætos ſe exhibere, quibus mercedem repoſitam exponit, cuius ſpe, tam ipſe, quam eius ſancti omnem pœnam alacriter pertulerunt.*

¶ 186. *Li. de Elia, c. 10. cit.*

EXpoſuimus duobus diſcurſibus præcedentibus, primam rationem, quam Chriſtus Dominus indicat, propter quam cum homo benè in Dei obſequium operatur, debet vngere caput, & lauare faciem, id eſt, ſe lætum, & feſtiuum exhibere, iuxta Sācti Ambroſij mentem: ſecundam iam iuxta eiuſdem mentem expendamus, qui obſeruat Chriſtum meritò ei, qui bona opera legitimè exequitur, imponere, caput vngere, & faciem lauare, aut ſe lætum exhibere, & feſtiuum: quia magnam, grandemque coronam, & triumphum pro ſuis operibus exprimit paratum apud æternum Patrem, de quo dicit: *Et pater tuus, qui videt in abſcondito, reddet tibi.* Nemo namque inquit Ambroſius, triſtis ad coro-

nam properat, nequequis mœstus ad triumphum incedit. Tristetur itaque hypocrita, cui nulla post laborem relinquitur merces, qui quam intẽdebat iam ab hominibus recepit: tu autẽ vnge caput tuum, & faciem tuam laua, id est, lętum te exhibe, cui immensa apud æternum patrem merces reseruata consistit. Videtur itaq; Christus Dominus id ipsum dicere, quod iam per Ieremiam prædixerat: *Quiescat vox tua à ploratu, & oculi tui à lacrymis: quia est merces operi tuo, ait Dominus.* Habuit se Christus Dominus sicut prudens, & sapiens medicus, qui nouit non solum per scientiam, sed per experientiam, aliquod remedium validũ ad tollendum dolorem, quem cauterium carni potest inferre, qui propter quod sibi assumpsit, infirmo consulit. Christus omnem virtutis viam percurrit, bona opera egit, & mala innumera sustinuit, quæ durissimum dolorem poterant corpori, & animæ incutere: sed remedium assumpsit, ad dolorem ita leniendum, & mitigandum, tam validum, vt cum ille magis torqueret, & vrgeret corpus, maiori lætitia exultaret animus! Quodnam fuit remedium? Illud quod indicat Apostol: *Qui proposito sibi gaudio crucem sustinuit, confusione contempta.* Quæ verba duobus modis explicant Anselm. & D. Thom. primus, vt loquatur Apostolus de illo gaudio, quod Christo propositum fuit à populo, quando eum voluerunt regẽ facere: cum enim illud gaudium sibi propositum fuisset, noluit acceptare; sed potius repulit, & recusauit, & se totum ad sustinendum crucis opprobrium conuertit: præstat enim opprobrium crucis omni gaudio quod ex humanis laudibus sequi potest. Et si Moyses propositum sibi gaudium in Pharaonis palatio recusauit, maiores diuitias æstimans improperium crucis Christi omni thesauro Aegyptiorum: quanto magis id de Christo dici poterit? Huic intelligentiæ fauere videtur lectio apud Chrysostomum: *Qui pro gaudio sibi proposito, sustinuit crucem*, id est, loco illius gaudij, q̃ populus offerebat, eum regem volens constituere, potius crucem quam ipsemet populus illi intulit, voluit ab eodem sustinere: magis ab illo crucem, quàm regnum, & gaudium eligens. Secundus communiorq; sensus est, vt loquatur de præmio, quod Christus erat per tolerantiam Crucis reportaturus. Illud erat duplex, primò enim meruit sibi, nõ gratiam, neq; gloriam essentialem, aut spiritualia charismata; hæc enim omnia habuerat iam ab instanti suæ conceptionis: sed gloriam sui corporis, & exaltationem illius super omnes cœlos, & sidera, & sui nominis claritatem. Secundò meruit nobis gratiam, gloria animæ, & corporis, spiritualia dona, &c. Quando ergo tempus passionis instabat peculiariter tunc hoc gaudium ¶ 251. sibi proposuit, quod per illam erat cõsecuturus; illiusq; consideratio ita dolores temperauit, vt quamuis supremi illi essent in corpore, tamen in anima esset ineffabile quoddam gaudium, & lætitia, vt paulò ante dictum est, ideoque dicitur, *confusionem contempsisse*. Contempsus siquidem est actus animæ maxima fortitudine roboratæ conferentis vnum ad aliud, & ex magnitudine, & æstimatione vnius, spernentis aliud. Grandis quidem, & suprema confusionis magnitudo, quæ Christo se offerebat sustinenda, sed maior gaudij, & præmij excellentia: ideò considerans hanc, contempsit illam, diemque lætitiæ habuit, & duxit illum; in quo suprema, inauditaque tormẽta sustinuit. Proposuit sibi in corde (inquit Anselm.) gaudium æternum, ad quod per passionem erat transiturus, & sic libentissimè pertulit supplicia crucis. Hoc autem non solùm intelligendum est, sibi proposuisse Christum mortis suæ tempore, sed ab instanti suæ conceptionis: tunc enim mortem turpissimam, & omnia, quæ in vita, & morte passurus erat sibi propositа fuerunt; propositum item gaudium, & præmiũ; quod inde erat consecuturus: & attendens hoc, acceptauit libentissimè, & lætissimè illud. Et fortè hoc est, quod supra insinuabamus dictum à Dauide, qui Christum describit prodeuntem de vtero virginali, tanquam de thalamo purissimo, & mundissimo, magna affectum exultatione, & lætitia *ad currendam viam*, laboriosissimã, quam acturus erat ieiunando, orando, vigi-

Ieré. 31. 16

Ad Hebr. 12. 2.

In c. 12. ad Hebra. ioan. 6.

Hom. 28. in ep ad Hebra.

Psal. 18. 6.

vigilando, curãdo infirmos, misericordias pauperibus exhibendo, sustinendo opprobria, blasphemias, crucem, mortem, &c. exultans, gaudens, & grandi lætitia affectus, hanc viam percurrendam assumpsit; quia præmium, quod inde reportaturus erat, considerauit. Grande sanè remedium, quod propterea nobis tradit, vt mortificationis opera non nos terreant, sed potius ad ea agenda, læto, vultu atque festiuo nos præparemus, oculos, & mentem ad superna præmia nobis reposita attollen-
Apoc. 1. 14. tes. Ille, quem Ioannes Apostolus similem vidit filio hominis id est, Christo, habebat oculos, tanquam flammam ignis, in quo Christo similis erat. Flamma namque ignis sursum semper tendit; ideoque Christus oculos habuit tãquam flammam ignis, ad superna præmia semper habens eleuatos. Hoc faciat sanctus, qui similis Christo esse debet, oculos mentis suæ ad grande præmium, quod sibi in supremis paratum credit, attollens. Et si ille gloriam corporis attendens, tam grandia egit, & tam inaudita pertulit: quid tu vt gloriam animæ consequi possis, quæ sine dubio infinitè gloriam corporis excedit? Si ille attendens bona? quæ nobis per illas actiones, & passiones operabatur, lætus, & gaudens ad illas agendas, & sustinendas accessit, quanto magis tu pro tua ipsiusmet gloria, & beatitudi-
¶ 252. dine? Grande sine dubio remedium, efficacissimũque, quo vsus Dauid viam mandatorum Dei lætissimè percurrebat, cuius verba egregiè obseruat D.
In Psal. 81 Augustinus. *Desiderabilia*, inquit loquens de diuinis verbis, & mandatis,
Psal. 18. *super aurum, & lapidem pretiosum multum dulciora super mel, & fauum.* Quod si quæras: Et vnde talia tibi videntur Dei mandata? Respondet: *Nam & seruus tuus custodit ea, & in custodiendis illis retributio multa.* Coniunctio illa, &, vt Augustinus interpretatur, vim habet causalis, sicut sæpè in scriptura habere solet, q. d. Quia mandata Dei custodio, attendens custodientibus illa retributionẽ multam præparatam, idcirco mihi sunt dulciora super mel, & fauum. Huius præmij consideratio fecit, vt Moyses dimissis innumeris thesaurorum diuitijs, & voluptatibus, quibus perfrui poterat in palatio Pharaonis: in quo tanquam filius fuerat nutritus, & adoptatus, constanti pectore lætoque corde se transferret ad amplectendam paupertatem, angustias, flagella, persecutiones, & afflictiones, quas Dei populus patiebatur: *Erat enim*, inquit Paulus, *aspiciens in remunerationem*, aspiciebat (inquit Anselm.) plena fide in remunerationem æternã, quam Christus pro se patientibus erat daturus, & elegit esse despicabilis apud homines: quia sursum cor habebat, & de æternis honorib. cogitabat, quos se per paupertatem, & patientiam adepturum sperabat. Hæc insuper fecit, quod Apostolis flagellis, verberibusque cæsi, *illi quidem ibant gaudentes, à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt, pro nomine Iesu contumeliam pati.* Tanquam rem grandem proponit hoc sacer Euangelista, ideoque affirmandi notam præmisit, *Quidem.* Circa quod factũ obseruat in primis B. Chrys. grande mysterium. Principes namque qui Apostolos cæserunt, & flagellauerunt, erant tristes, mœsti, & post flagellationem animo fluctuabant, & in magna animi consternatione, & hæsitatione solicita erant constituti inquirentes: *Quid faciemus hominibus istis?* at Apostoli flagellis cæsi, gaudebant, exultabant, festumque diem illum ducebant, quo talia passi fuerant. Deinde obseruat, illud *Digni habiti sunt*, est enim, inquit, reuera magna dignatio, cõtumelia affici, & ligari pro Christo. Non omnes tali tantoque bono digni habentur à Deo, nec omnibus tantum, tamque singulare donum conceditur, quod magnis pro Christo, & cœlestis vitæ præmio, & tormentis, & afflictionibus afficiantur. Ex singulari Dei mi-
nere, & dignatione, inquit D. Cyprianus, martyrij corona quibusdam conceditur, & tanquam singulare Dei donum, dicit Apostolus, Philippensibus concessum, quod pro Christo paterentur, & tanquam insigne munus traditum refertur Beato Iacob, quod *certamen fortè dedit illi vt vinceret.* Non omnibus certamina grandia conceduntur, nec omnes illi sunt digni. Apostoli, qui

ad Heb. 11. *In c.* 11. *ad Hebræos.*

Act. 5. 42.

Homil 23. *in Genes.*

Hom. 2. *in Acta.*

Lib. de Laps.

Ad Phil. 1. 29.

Sap. 10. 11.

Rem. 8. 23. *primitias spiritus habebant*, digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati: & illi similiter, qui magna excellunt sanctitate. Vnde aptè considerant, qui totum librum Canticorum expendunt, quod signanter Sanctus Ambrosius indicat, in illo triplicem statum istorum in Sponsa expressum, incipientium, scilicet, proficientium, & perfectorum: & quidem in primo statu Spōsa aliquid patitur, quærens Sponsum, & orans vt sibi indicet, vbinam eum possit inuenire, dicens: *Indica mihi quem diligit anima mea, vbi pascas, &c.* In secundo, iam eius desiderans præsentiam quem quæsierat, surrexit circuiens ciuitatem illum inquirens, quam inuenerunt vigiles, sed non ipsam percusserunt. In tertio autem statu, quando eam iam omni ex parte laudarat Sponsus, & dixerat: *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te*, desiderio illius incensa, ad ipsum quærendum procedens, vulnerata, percussa, & vestibus spoliata à custodibus ciuitatis fuit: nec enim tanto fuit digna munere, & gratia, quousque ad talem perfectionis peruenit statum, de quibus alibi. Hæc similiter consideratio excitabat Apostolum, vt magnis lætitiæ signis congratularetur quibusdam, pro tribulationibus, quas patiebantur pro Christo, sibique similiter congratulari deposcebat, pro carceribus, persecutionibusque, quibus vrgebatur. *Repletus*, inquit *a*, *sum consolatione, superabundo gaudio in omni tribulatione vestra*: & *b*, *Si immolor super sacrificium fidei vestræ, gaudeo, & congratulor omnibus vobis, idipsum vos gaudete, & congratulamini mihi*. Eadem præmij consideratio Stephanum alacrem, & lætum tenuit, dum persecutores contra eum furerent, cuius faciem *c*, *videbant tanquam faciem Angeli*. Augustinus *d*, & Chrysostomus *e*, censent splendidam factam fuisse instar solis fulgentissimi, sicut quondam faciem Moysi. Gregorius Nyssenus *f*, ait, illum angelicum tunc habuisse decorem, & mutationem faciei in Angelicam formam fuisse sortitum. S. Petrus Damianus Cardinalis *g*, censet, faciem habuisse fulgentem, & luminosam, & vultum splendenti lumine

Lib. de Isaac, & anima c. 8.

Cant. 1. 6.

Cant. 4. 7.

2. Cor. 7. 4.

b ad Phil. 2. 17.

c Acto 6. 15

d Ser. 6. de Sanctis. & ser. 99. de diuersis.

e Hom. 15. in acta.

f Oratio. de S. Stephan.

g Serm. de S. Stephan.

infignitum, & vibranti splendore serenum. Egregiè tamen Sanctus Hilarius Arelatensis *h*, obseruat, illam lucem, & splendorem, & abundantia lætitiæ, gaudij, cuiusdamque gloriæ cordis prodijsse, & abundantiam cordis transisse in decus corporis: vt hinc videas quali gaudio, & lætitia interius esset affectus. Non mirum, qui mentem à cœlesti præmio nunquam reuocabat. ideo & *lapides torrentes illi dulces fuerunt*, vt Ecclesia de eo canit. Hæc præmij consideratio Laurentium in craticula tam lætum continebat, vt ad Tyrannum diceret: Infœlix, has epulas ego semper optaui. Hæc illud operabatur quod in gestis B. Vincentij Martyris dicitur de martyribus: *Tanto fœliciores se esse censebant, quanto acriora tyranni certamina pia longanimitate certassent conuincere*. Nec mirum: nam si clamauit Apostolus Iacobus: *Omne gaudium existimate fratres, quando in varias tentationes inciderits*, propter spem præmij illis repositam, quantò maiores tentationes, & labores quis patiebatur, tanto maioris gaudij sibi materiam oblatam censebat. Hinc beata Euphemia nobilissima Virgo Chalcedonensis, tam alacrem se exhibuit ad tormenta ferenda: vt tyrannum adiret grauissimè conquerens, quod grandem sibi irrogaret iniuriam, quòd alias qui nobiles non essent, sibi nobili in martyrij tormentis præponeret, quæ prior omnibus illis esse debebat, & optabat. Similiter sancta virgo & martyr Secunda, cùm videret sororem suam Ruffinam à tyranno virgis cæsam, quadam sancta, piaque indignatione excitata: Quid est, inquit ad tyrannum, quod sororem meam honore, me autem afficis ignominia? lube ambas simul cædi, quæ simul Christum Deum confitemur. Similes quærimonias proposuerunt excellentissimi martyres Dorotheus, & Gorgonius, primi, ac intimi Diocletiani cubicularij, qui videntes martyrem quendam coram Imperatore acerbissimè cruciari, in has voces eruperunt: Quid est Imperator, quod eius condemnata sententia, quæ nobis

h hem. de S. Stephan.

Iacob. 1. 2.

¶ 254.

bis cum eo communis eſt, vnum illum punis? Iſtius noſtra etiam eſt fides, i-
Lib. 3. hiſt. c. 10. demque propoſitum, &c. Vide Theodoretum enarrantem de Theodoro adoleſcente, qui magna triſtitia afficiebatur, cùm tortores ab inferendis ſibi tormentis ceſſarent. Et huiuſmodi poſſemus innumera de excellentiſſimis martyribus recenſere, de quibus illud accipere poſſumus, quod dictum eſt:
Zach. 10. 7 *Et erunt quaſi fortes Ephraim, & lætabitur cor eorum quaſi à vino.* Non dixit, erunt quaſi filij Ephraim, quos Dauid iam debiles, timidos, infirmoſque de-
Pſ. 77. 9. ſcripſerat dicens: *Filij Ephrem intendentes, & mittentes arcũ, conuerſi ſunt in die belli,* ſed *quaſi fortes Ephraim.* In Hebræo habetur nomen numeri ſingularis, quod Regia transfert, *vt fortis Ephraim*, alludens fortitan ad fortiſſimũ Ioſue, qui fuit de tribu Ephraim, qui ſpe introeundi in terrã repromiſſam, & introducẽdi populum in illam, omnibus periculis intrepidus ſe expoſuit. Aut verò ad magnum Samuelem, qui etiam fuit de tribu Ephraim, qui inuicta animi fortitudine excelluit. Aut verò ad duos ipſos ſimul lectio Vulgata, quæ in plurali legit, *quaſi fortes*, viſa eſt alludere. Et ſi quæras: Vnde tanta fortitudo? Id explicat ſubdens: *Lætabitur cor eorum quaſi à vino.* Vinum, typũ tenet æternæ beatitudinis, & gloriæ, de qua dicebat Dauid: *Inebriabuntur ad vbertate domus tuæ.* Non dicit Prophera, lætabitur cor eorum à vino, ſed *quaſi à vino*: quia ſancti in hac vita nondum habent beatitudinem ipſam in re; ſed tantùm in ſpe, à qua lætiam, & exultationem trahunt, de qua
Pſ. 35. 9. Paulus: *Spe gaudentes.* Ex his intelligitur, cur ſancti Martyres, pœnitentes,
Rom. 12. 12. confeſſores, &c. ad maiora virtutum opera, & maiores pœnarum cruciatus, maiori lætitia erant affecti quia videlicet magis eorum ſpes augebatur, & roborabatur. In cuius confirma-
¶ 255. *Lib. 16. & 17. de adorat.* tionem, & explicationem obſeruat S. Cyrillus Alexandrinus, quod Deus ſtatuebat, ad maius ſacrificium, maiorem copiam ſimilæ, olei, & vini adhibendam. Omnem victimam iubebat cõ-
Nu. 15. 28. diri ſimila, oleo, & vino, proportione tamen ſeruata; ita videlicet, vt qui agnum immolaret, decimam partem ephi ſimilæ, vini verò, & olei quartam partem hin (menſuræ ſunt, quibus vtebantur Hebræi) adijciat ſacrificio. Si aries fuerit, largior menſura ſimilæ, olei, & vini conferantur, id eſt, tertia parte; quarta enim menſuræ pars, minor eſt quam tertia. At ſi vitulus offeratur, ſimila, oleum, & vinum tertiam partem ſuperent, & ad dimidiam menſuram perueniant. Ita quæ in textu capitis quintidecimi Numerorum habentur, explicat Cyrillus, quæ clarè repetuntur eodem libro, capite vigeſimo octauo: vbi poſtquam de ſimila, & oleo actum fuit, ſubditur ſingulariter de vino infundendo: *Libamenta*, inquit, *vini, quæ per ſingulas fun-* *Nu. 28. 14* *denda ſunt victimas, iſta erunt, media pars hin per ſingulos vitulos, tertia per arietem, quarta per agnum.* Noſti inquit Cyrillus, ſimilam illam ex tritico, vitæ eſſe figuram, hilaritatis autem oleum: ſcriptum eſt enim: *Vt exhilaret faciem in oleo, & panis cor hominis confirmet*: Lætitiæ verò ſpiritualis, quæ, & ſuperba eſt, & per ſpiritum datur, nota, & ſymbolum eſt vinum. *Vinum*, inquit, *lætificat cor hominis*. Igitur pro eorum quæ quiſque, obtulerit ratione, ſequetur etiam vitæ à Deo tributæ ſubminiſtratio, hilaritati atque lætitiæ coniuncta. Ita Cyrillus, qui annotat, ſe non loqui de vita iſta corruptibili? ſed æterna, quam ſimila exprimit, de qua dictum eſt: *Adipe frumenti ſatiat te.* Iuxta menſuram *Pſ. 147. 14.* ergo ſacrificij ſequitur menſura vitæ æternæ, quam quis promeretur, modo infra explicando, & gaudium ac lætitiæ, & cordis exultatio. Hinc Sancti tunc maiori gaudio exultabant in corde, quando maioris mortificationis opus Deo offerebant, & ad maiorem pœnitentiæ actum, maior cordis hilaritas conſequebatur: quia ſpes præmij creſcebat, & augebatur. Hinc etiam tam lætos, & gaudentes Sancti Martyres tortoribus ſe offerebant, & exponebant cruciandos: vt pro magno munere expoſcerent, maiora quàm tyranni excogitauerant ſibi tormẽta inferri. Cuius ratione tradit Ambroſius *Lib. 1. de interpell. Iac. 6.* annotans, perturbationes quidem ſanctis prædictas in ſcriptura; ſed inter conſolationes expreſſas, præponderan-

tes.

tes omnibus laboribus, & perturbationibus. In cuius cõfirmationem, post aliqua quæ induxit, subintulit: *Nam de Petro quid loquar? qui crucem suam futura remuneratione indignam arbitratus, inuerso suspendi populo, ut vestigio, vt aliquid passioni suæ adderet, cuius acerbare ipse sibi supplicia non timeret.* Id ipsum in illo inuicto Christi Martyre Vincentio videmus: qui assumptus ex equuleo, atque ad patibulum raptus, moras carnificum arguendo, tam alacris ad pœnam properabat, quòd tortores ipsos præueniret, & quadam mira obiurgatione contra se acueret, vocans eos segnes, pigros, inualidos, infirmos: immo, & ad tyrannum ipsum aspicientem tormenta, quæ sibi inferebantur; Ecce, inquit, iam in sublime agor, & seculo altior tormenta tua tyranne despicio: paratus sum ad omnia tormenta, insurge, & toto malignitatis spiritu debacchare, & videbis me Dei virtute plus posse dum torqueor, quam possis ipse, qui torques. De quibus excellenter Diuus Augustinus. Ita quidem Sancti talia agentes, & patientes se lætissimos exhibebant; tum quia considerabant, se illa in Dei obsequium præstare, qui maiora pro ipsis lætissimè sustinuit, vt supra dicebamus; tum quia sibimetipsis proponebant, apud cœlestem Patrem grandem mercedem repositam, sibi suo tempore reddendam. Non ad talia tormenta te vocat nunc Christus, non ad Crucem Petri, gladium Pauli, lapides Stephani, ignes Laurentij, &c. sed ad ieiunium Sanctum, & vt conuertaris ad ipsum in ieiunio, fletu, & planctu. Eia igitur vnge caput tuum, & faciem tuam laua, lætus, & hilaris hæc aggredere, ieiuna, ora, vigila, eleemosynas facito, plange, lacrymas funde pro peccatis: sic age, vt iuxta doctrinam Augustini, de peccatis quidem doleas, & de dolore gaudeas: gaudens, & hilaris pœnitentiam agere incipe; dolens, & illacrymans pro eo quod peccasti; exultans, quia tempus aduenit, quo peccata tua Dei gratia adiutus per validam diuas pœnitentiam.

Ser. 12. de Sanctis.

§. 31. *Ieiunaturo Christus metaphoricè loquens imponit, vt omni ex parte sit compositus, et quod non tam à cibis, quam à vitijs ieiunet.*

¶ 256.

TV autem cum ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam laua, ne videaris hominibus ieiunans, sed Patri tuo. Alio modo videntur Hieronymus *a*, Augustinus *b*, Bernard. *c*, priorque illis Origene *d*, Christi Domini verba expendere, vt intelligamus, cùm petit tempore ieiunij caput vngere, faciem lauare, & te ipsũ disponere, vt patri tuo cœlesti videaris, voluisse docere, ad rectum ieiunium totum hominẽ omni ex parte oportere cõponi, & aptari: vngat caput, faciem lauet, se ipsum ita præparet, sicut decet eum, qui coram cœlesti patre se debet exhibere præsentem, vt ieiunium nõ sit particulare à cibis prohibitis ori, sed vniuersale ab omnibus prohibitis mẽti, oculis, manibus, pedib. quod D. Augustinus *e*, vocat *Ieiunium magnum, & generale*, Basilius *f*, *verum & acceptabile*, Chrysostomus *g* nõ *vulgare sed accuratum*, Hieronymus *h* *Sãctum, & pulchrum*, Gregorius *i*, & Maximus *k*, *sanctificatum*. Ieiuniũ itaque Sãctum Dominus exposcit, inquit Hieronymus, illud ipsum, quod per Prophetam postulauerat, dicens: *Sanctificate ieiunium*, id est, ieiunium sanctum efficite. Et quodnam est ieiunium sanctum? Illud certè, quo homo nõ solùm ventrem à cibis prohibitis continet, sed, & cæteras potentias ab omnibus sibi illicitis. Quid enim, inquit Hieronymus, prodest attenuari abstinentia corpus, si animus intumescat superbia? Quam laudem merebimur de pallore ieiunij, si inuidia liuidi sumus? Quid virtutis habet vinum non bibere, & ira atque odio inebriari? Tunc ergo præclara est abstinentia, tunc pulchra atque magnifica castigatio corporis, cùm est animus ieiunus à vitijs. Quid prodest quæso, corpore ieiunare, inquit Basilius, animã verò mille vitijs, mille malis esse refertam? Quid prodest, inquit Ambrosius, ieiunare visceribus, & luxuriare? abstine-

a *In cap. 1. Ioel.*
b *Ser. 172. de temp.*
c *Ser. 3. de ieiun. Quadrag. ad fi.*
d *Ho. 4. in c. 6. Matt.*
e *Tract. 17 in Ioan. & l. 2. qq. in Euan c. 18.*
f *Hom. 2. de ieiun.*
g *Hom. 3. ad populũ.*
h *In cap. 1. Ioel. & ep. ad Coll. 4.*
i *Ho. 16. in Euang.*
k *Hom. 1. de ieiun. Ioel. 1. et 2. Ep. 14. ad Cellant.*

Hom. 8. in Hexam. Ser. 33.

ſtinere cibis, & errare? caſtigare corpus inedia, & mentem exercere nequitia? vinum fortè non bibere, & ebrium cogitatione malignitatis incedere? vnde inutile, & inane eſt tale ieiunium, quod inedia membra debilitat, & animam à perditione non liberat. Si ſola gula peccauit, inquit Bernardus, ſola quoque ieiunet, & ſufficit: ſi verò peccauerunt membra cætera: cur non ieiunent, & ipſa? Ieiunet ergo oculus, qui deprædatus eſt animam, ieiunet auris, ieiunet lingua, ieiunet manus, ieiunet etiam anima ipſa. Ieiunet oculis à curioſis aſpectibus, & omni petulantia, vt benè humiliatus, coarceatur in pœnitentia, qui malè liber vagabatur in culpa. Ieiunet auris nequiter pruriens, à fabulis, & rumoribus, & quæcumque otioſa ſunt, & ad ſalutem minimè pertinentia reijciat. Ieiunet lingua à detractione, & murmuratione, ab inutilibus, vanis, atque ſcurrilibus verbis: interdum quoque, ob grauitatem ſilentij, etiam ab ipſis, quæ videri poterant neceſſaria. Ieiunet manus ab ociofis ſignis: anima ipſa ieiunet à vitijs, & propria voluntate ſua, &c. Quaſi ergo Chriſtus per ſe ipſum loquens, explicat quod antiquitus per Prophetam prædixerat: *Sanctificate ieiunium*. Ieiunium quippe ſanctificare, inquit Gregorius, eſt adiunctis bonis alijs, dignam Deo abſtinentiam carnis oſtendere. Ceſſet ira, ſopiantur iurgia: incaſſum enim caro atteritur, ſi à prauis ſuis voluptatibus animus non refrænatur. Quid eſt, inquit Beatus Maximus, ſanctificare ieiunium, niſi ieiunij cauſa, Sancta velle, iuſta facere, iniqua vitare? Sanctificat ille ieiunium, cuius iuſtitia pretio non vileſcit, qui flammas fœuientis iracundiæ, manſuetæ mentis placabilitate reſtinguit: ſanctificat ille ieiunium, qui laſciuientes oculos, turpi ab aſpectu habenis caſtitatis auertit, qui conuitiorum iacula ſcuto patientiæ repercuſſa diſpergit: ſanctificat ille ieiunium, qui conſurgentes in ſemetipſo vanarum cogitationum ſpinas, Euangelico ſulcante vomere, velut quidam pectoris ſui arator exci dit. Apprimè ſanctificat ille ieiunium, qui per omnia præceptis diuinæ legis intentus, diabolica à corde ſuo reſpuit tentamenta. Et ideò fratres chariſſimi, ſi volumus Deo placita exhibere ieiunia, ſimus in fide fortes, in iudicijs iuſti, in amicitia fideles, in iniurijs patientes, in contentionibus moderati, refugientes turpiloquia, aduerſus iniqua conflantes, in conuiuijs ſobrij, in voluptatibus continentes, in ſuſpicionibus parci, inter maliloquos taciti, inter humiles coæquales, & omni ex parte compoſiti, & ordinati, quales Chriſtus exprimere vult, vncto capite, facie lota, cæteriſque omnibus compoſitis. Quando ieiunas ò amice (inquit Origenes, Chriſti verba expendens) depone omnem malitiam, omnem zelum, omnem furorem, omnem iniquitatem, omnem iracundiam, omnem ſuperbiam, omnem litem, omne maledictum. Cum ieiunas, non manducabis carnem, hoc eſt non manducabis carnem humanam impiè agendo: non bibas vinum, non bibas ſanguinem per crudelitatem: non ſiceram, hoc eſt, non ſpires adulationem, nec bilinguis ſis in perditionem animæ. Cum ieiunas, ſicut marceſcit venter tuus, ſic efficiatur os tuum: ſed plus marceat cor tuum. Anima tua ſit ab omni mala cogitatione ſepoſita. Attende ne concipias dolores concupiſcentiæ; ſed omnia hæc mala deponens, omnia indigna expellens, ſic Sanctum, & Deo placens ieiunium ieiunabis, &c. Hæc ferè eadem eleganter Sanctus proſequitur Baſilius: Non tu puta, inquit, ſolùm in ciborum abſtinentia ieiunij bonum eſſe: verum namque ieiunium, malorum eſt euitatio, cum ieiunas ſolue omnem impietatis colligationem, ne proximo triſtitiam inferas, æs alienum illi remitte, non fora, liteſque per ieiunium exerceas, carnes non edis? fratrem nihilominus edis. Vino abſtines? at contumeliandi libidinem non cohibes. Veſperum ad cibum expectas? at totum nihilominus diem in foro, & iudicio conſumis, &c. Indicat Baſilius deinceps in huius confirmationem, magno Dei conſilio in ſcriptura impietatem vocari panem: & iniquitatem, vinum. Ita dixit Sapiens de peccatoribus; *Comedunt panem impietatis*,

Ser. 3. cit.

Hom. 4. cit.

¶ 257. *Hom. 16. in Eu. cit.*

Hom. 1. de ieiun. cit.

Hom. 1. de ieiun. circa fin.

¶ 258.

Prou. 4. 17

tis, & vinum iniquitatis bibunt, & iterum: *Suauis est homini panis mendacij.*

Pro. 20. 17. Et vere non minus inebriat ira, quàm vinum, nec minus quam illud auferet

Osee 4. 11. cor fornicatio, vt dixit Propheta. Hoc autem ideò factum est, vt cùm ieiunium tibi indicit Deus, non tantum illud intelligas de pane, & vino, quæ in ventrem vadunt; sed præcipuè de pane impietatis, & de vino iniquitatis. Vnde benè clamat Propheta, inquit Basilius: *Væ vobis ebrij, & non à vino, &c.*

Isai. 29. 9. In huius confirmationem, & expositionem multa loca Scripturæ Sacræ S. Patres expendunt, signanter tamen Hieronymus *a*, Ambrosius *b*, Basilius *c*, Gregorius *d*, Bernardus *e* Diuus Thomas *f*, illum peculiari obseruatione expendunt, quo Deus Iudæis conquerentibus, quod sua ipsorum ieiunia non probaret, aut grata haberet, eisdem per Isaiam respondit, cuius verba, singulariter Augustinus *g*, obseruat contendens, id ipsum Christum Dominum nunc intendisse per seipsum, dum dicit: *Vnge caput tuum*, quod antiquitus intenderat per Esaiam, cùm tradidit quodnam ieiunium reprobum, & inuisum, & quodnam sibi haberet gratum, dicens: *Dissolue omnem nodum iniquitatis*. Locum igitur iuxta sanctos Patres, & signanter iuxta Augustini mentem expendamus. *Clama* inquit Deus ad Prophetam *h*: *quasi tuba exalta vocem tuam & annuntia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum*. Præconis officium, inquit Gregorius *i*, Prophetæ imponit, vt non subticeat, sed apertè scelera eorum exponat. *Rogant me*, inquit, *iudicia iustitiæ: Quare ieiunauimus, & non aspexisti? Rogare* aliquem iudicia iustitiæ, est de iniustitia illum velle redarguere, & conuincere in iudicio, contendendo probare illum iniustum. Hoc illi intendebant, Deum in iudicium trahere, & illum arguere iniustitiæ, quòd non quæ merebantur reddiderit illis. Egregiè Diuus

In Psal. 7. pœnitent. Gregorius illos stultos vocat, qui cum Deo in iudicium venire volunt; cum Dauid, qui sanctior erat illis omnibus

Ps. 142. 2. tremens orasset: *Non intres in iudicium cum seruo tuo Domine, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens*: similiter, & Iob contendere cum Deo in

a *In c. 58. Isaiæ.*
b *De Elia cap. 10. & ser. 33.*
c *Ho. 1. de Ieiunio circa finem.*
d *Hom. 16. in Euang. & 3. Pasto. admon. 20.*
e *Serm. 3. Quadr. ad fin. & 71. in Cant. ad fin.*
f *2. 2. qu. 147. art. 3. ad 2.*
g *Ser. 172. de temp.*
h *Isai. 58.*
i *Li 1. Ep. 24. ad Ioa. Epis. Constant.*

iudicio refugiebat, quamuis esset vir simplex, rectus, recedens à malo, retinens innocentiam, qui dicebat: *Si repete interroget, quis respondebit ei? quatus sum ego vt respondeã ei, & loquar verbis meis cum eo? si iustificare me voluero, os meum condemnabit me: si innocentẽ ostendero prauum me cõprobabit: si lotus fuero quasi aquis niuis, & fulserint velut mũdissima manus mea, tamen sordib. intinges me, & abominabuntur me vestimenta mea.* Nulla maior esse potest stultitia, q̃ conditorem velle in iudicium trahere, qui in nullo deficiens, nos vndiq; deficientes cõprobare potest. Sed de qua re illi Deum tanquã iniustũ arguere volebant? *Quare*, inquiunt, *ieiunauimus, & non aspexisti?* Ecce querimoniam, quod Deus non conuerterit oculos ad ieiunia eorum: similes impio Cain, qui Deum iniustitiæ, & acceptionis personarũ cõtendebat arguere, quod non respiceret ad sacrificium suum, sicut ad sacrificiũ fratris sui Abel, vt B. Ambros. obseruat. Vnde sicut Deus impio Cain ostẽdit non sibi imputandum, quod non respiceret ad illius sacrificiũ, sed ipsimet Cain; quia nõ talis erat in offerendo sacrificio, qualis esse debebat: ita ad istos respõdere vult, demonstrans ipsosmet esse in causa, quod oculos ad ipsorũ ieiunia non conuerteret, *Ecce*, inquit, *in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra. Ecce ad lites & cõtentiones ieiunatis, & percutitis pugno impiè, &c.* Quasi dicat: Nõ ex quo ieiunia vestra respicium, aut tanquam mihi grata accipiã, quæ non propter me facitis, sed pro vestræ voluntatis libito: non ego respicere debeo nec acceptare, nisi quod mihi offertur, & propter me fit; vos autem vestra ieiunia nec mihi offertis, nec propter me facitis, sed pro vestræ voluntatis beneplacito. Quod excellẽti, perspicuaque ratione demonstrat ex eo quòd ieiunantes, & abstinẽtes à cibis, nõ abstinebat à maximis peccatis, crudelitate erga pauperes, contentione inter se, percussione, ira, &c. hoc enim illud significat: *Ecce ad lites, & contentiones ieiunatis*. Id est, in die ieiunij vestri non abstinetis à litibus cõtentionibus, dura debitorum repetitione, &c. Hancque conficere intendit rationem. Strictius vobis prohibui peccata,

Iob 9. 14. 15. 20. 30. 31.

¶ 249.

Lib. 2. de fide c. 4.

cata, quàm cibos, ideoque si voluntatē meam attenderetis, magis deberetis abstinere à peccatis, quam à cibis, non abstinetis à peccatis propter me, nec causa mei, igitur quod abstinetis à cibis, non propter me, aut vt mihi placeatis facitis; sed pro vestræ voluntatis arbitrio. Hac ratione vtitur D. Iacobus Apostolus ad demonstrandum illum, qui transgreditur vnum Dei mādatū, si cætera seruet, non illa verè seruare propter Deum, & ex amore Dei, sed ex suæ voluntatis beneplacito. *Quicūque*, inquit, *totam legem seruauerit offendat autem in vno factus est omnium reus*: nā ex ipsa lege possemus eos, qui tales sunt, redarguere, *Redarguti*, inquit, *à lege tanquam transgressores*: Totius enim legis author vnus est, & qui vnū mandatum dedit, dedit, & alterum. Si ergo ex amore eius vnū seruares, seruares etiam, & alterum. Si igitur vnū non seruas, non ex amore illius aliud complas, sed ex tuæ voluntatis beneplacito. Hocque est quod Apostolus subdit, dicens: *Qui enim dixit, Non mœchaberis, dixit, Non occides: quod si non mœchaberis, occidas autem, factus es trāsgressor legis*: id est, si occidas, iam amorem, & respectum, quem debes ad legislatorem, deponis, ideoque quod tūc non mœcheris, non ex amore, & respectu ad legislatorem, sed ex tuæ voluntatis affectu procedit. Eodē discursu ex vera legitimaque Theologia D. Thom. demonstrat, illum qui discredit vni articulo fidei ex hoc ipso redarguē dum, quod nullum alium articulū credat per veram fidem; sed tantùm per suæ mentis, & voluntatis opinionem, quantumcumque profiteatur, se cæteros firmissimè credere. Qui enim proposuit vnum articulum credendū, proposuit similiter omnes alios, & per idē medium, Ecclesiæ scilicet propositionem, quo proposuit vnum, proposuit reliquos omnes, eademque penitus ratio credendi ex fide vni soli, ac cæteris omnibus: qui ergo vni discredit, nullū aliorum ex fide credit, sed ex sui intellectus, & voluntatis opinione. Hac igitur eadem ratione Iudæos, qui ipsum arguere volebāt iniustitiæ, Deus conuincit iniquitatis, & malitiæ, & manifestè ostendit, iussè se non respexisse

Iacob. 2. 10.

¶ 260. 2.2. qu. 5. art. 3.

ad ieiunium, per quod tantum quis à cibis abstinet, qui non abstinet à noxijs, & iniquis cupiditatibus. *Nunquid tale est*, inquit, *ieiunium, quod elegi per diem affligere hominem animam suam? nunquid contorquere quasi circulum caput suum, & saccum, & cinerem sternere?* Quasi dicat: Nunquid hoc ego tantummodo intendo per ieiunium, quod homo se, & corpus suum inedia conficiat? quod capite demisso, & collo obtorto incedat? quod cinere aspersus, & sacco indutus ambulet? Nullo modo condemnat Deus ieiunia, sed docere vult, illa per quæ hoc tantùm intenditur, quod maceretur caro, demittatur caput, &c. sibi non esse grata, si charitate sint destituta, & varijs vitijs comitata; quomodo Apostolus scientiam condemnat, non absolutè, quippe quæ virtus est intellectualis; sed eam quam mala volūtas comitatur, & charitatis est expers: quæ ad solam superbiam, & fastum proficit, & inflat. Non tale, inquit Deus, est ieiunium quod elegi, abstinere à carnibus animalium in mensa, & deuorare carnes proximi tui in colloeutione: abstinere à vino, non ab ira, & furore, abstinere à pane, non ab auaritia, & vt Augustinus ait, abstinere à cibis, quos Deus creauit, & nō à vitijs, quæ diabolus suggerit. Abstinentię virtus, inquit Hieron. adiumentum est, non perfectio sanctitatis, & potius eligi debet tanquam medium ad cæteras virtutes conquirēdas, vitiaque purganda, quàm tanquam finis, vt suprà ex D. Thom. doctrina demōstratum est. Quid igitur proficit ex vna medium apponere ad finem, & ex alia intendere quæ fini sunt contraria? Quid prodest, inquit Chrysost. medicinam accipere, quæ medium est ad salutem, si simul cum illa manum mittas ad id, quod totaliter saluti contrarium est, eamque non solùm impedit consequendam, sed habitam destruit, & absumit? Ne autem, inquit Hieronymus, videatur Deus reprobare ieiunium, quod ipse præceperat, & dānare quod tot modis commēdatum habebat, statim se conuertit ad ostendendum, qualenam ieiunium exposcat, & gratum habeat. *Nonne hoc est magis ieiunium, quod elegi? Dissolue colligationes impie-*

1. Cor. 8. 1.

Ser 172. de tempore. Ep. 14. ad Celant.

Hom. 3. ad populum.

Lib. 16. in c. 18. Esai.

tatis

tatis, &c. Non quærit Deus afflictionẽ
¶ 261. solam, & humiliationẽ animæ per ieiu-
niũ corporis, vt instar circuli torqueat
corpus, ac colla submittat, & tristis in-
cedat, iuxta illud, quod in Psalmis di-
Isal 37. citur, *Afflictus sum, & incuruatus sum*
vsque in finem, tota die contristatus in-
grediebar: non vt sacco quis vestiatur,
& in cinere dormiant, quod de Dauid
2 2.Reg.13 a, & Achab b legimus; sed, & cum istis
b 3.Reg.21 hæc faciat, quæ sequuntur: *Dissolue col-*
c Lib 2.in *ligationes impietatis.* Hieronymus c le-
c.7.Zach. git: *Dissolue omne vinculum iniquita-*
d Hom.1. *tis*, quomodo etiam Basilius d. Hilarius
inter 29. e: *Solue omne vinculum, & omnem nodũ*
varias. *iniquitatis*: Augustinus f: *Solue omnem*
Psal 24 *nodum iniquitatis, & obstinationem ma-*
18 s.17 2. *lorum*. Præueideat tanctitas vestra fra-
dist. tres, inquit Augustinus aliter ieiunia
acceptari non posse, nisi legaliter, i. se-
cundum legem à Deo præscriptam, ie-
iunetur. Et si quæras: Vbi nam Deus le-
gem huiusmodi præscripserit? In an-
tiquis Prophetis, & in Euãgelio: ideo
que *scriba doctus in regno cœlorum debet*
de thesauro suo proferre noua, & vetera.
Quænam noua? Quę in Euangelio Do
Matt.13. minus exponit: *Cùm ieiunatis, non eri-*
22. *tis sicut hypocritæ, &c. Tu autem cùm ie*
iunas, unge caput tuum, & faciem tuam
laua, &c. Quænam vetera? Quod per
Prophetam antiquitus dixit: *Nunquid*
tale est ieiunium quod elegi, per diem af-
fligere animam suam? Nunquid non
magis hoc est ieiunium quod elegi? solue
omnem nodum iniquitatis, & obstinatio
nem malorum, &c. Id ipsum in Euãge-
lio Dominus intendit dicens: *Tu autẽ*
cum ieiunas unge caput tuum, &c. quod
antiquitus per Prophetam prædixerat:
Cùm ieiunas, solue omnem nodum ini-
quitatis. Ieiunium quod probat altis-
simus, inquit Augustinus est non so-
lum intermissa corporis refectio, ve-
rum etiam à malis actibus facta discessio: itaque si neque mens tua grauetur oppressa peccatis, neque animus tuus vitiorum illecebris delectetur, digna Deo exoluisti ieiunia. Ceterum si corpus tuum ieiunia longa consumpserit, atque illi subtraxeris cibum, cũ nõ detrahis vitia, in malis perseuerãs: magis horres, quàm placeas Deo. Tũc erunt Deo accepta ieiunia, si operibus sanctis fuerit expiata conscientia.

Cur enim corpus fame discrucias, cui turpiter peccando blandiris? Quale est humiliari cibo, & augeri peccato? Qui ergo corpori suo ieiunia deuotus indicit, principaliter renuntiet vitijs, cupiditatum fomites comprimat, frangat impetus mentis, libidines vincat, faces auaritiæ ardentes extinguat, latiusque vim dilectionis extendat, atq; in alimentis pauperum abrupti apparatus stipendia largiatur. Hæc sunt quæ diuinam commouent pietatem, quæ ad impetrandam precibus sanctitatem semper aditum faciunt. Cæterũ si caput substernas, atque cineres desuper spargas; si denique collum tuum velut circulum torqueas, atque ad exorandam clementiam Dei largos fletus effundas; nihil proficis. Commouere namque non poteris diuinam pietatem; scriptũ est enim: *Non tale ieiuniũ ego elegi*, sed quid? *Solue*, inquit, *omnem nodum iniquitatis, & obstinationẽ malorum*, Ita August. Obseruant similiter ¶ 262. Sãcti Patres locum illum apud Zachariam: *Cùm ieiunaretis, nũquid ieiunium* Zach.7. *ieiunastis mihi?* Id est, ad mei obsequiũ, aut propter me? Si meũ obsequium intenderetis, magis ab alijs ieiunandum vobis erat, à peccatis scilicet, quæ me magis offendebant. Nõ igitur meũ intẽdebatis obsequium, sed vestræ satisfacere voluntati: quẽ locum in sequentibus cõmodius expẽdemus. Hoc itaq; ieiuniũ Christus exposcit, quod totum hominẽ cõponat, & afficiat, quale erat Dauidis ieiunium, de quo dicebat: *Et o-* Psl.68. 1. *perui in ieiunio animam meam*: tale fuit ieiunium, quod anima totã, omniq; ex parte operiret. Quid nãque proficit si operiat os, & aures apertas ad audiendas murmurationes dimittat? si ventrẽ contegat, & pedes liberos, vt in malum currant, relinquat? optimè propterea nunc illam D. Chrysostomus exhortationẽ, ad eos, qui ieiunare, & pœnitentiam agere incipiebant, inducere possemus. Contendamus, inquit, ne vacuis excidamus manibus, ne ieiunij laborem tolerantes amittamus præmium; licet enim, & ieiunij laborem sufferre, & ieiunij fructum non consequi. Quomodo? Cũ scilicet esca abstinemus, peccato verò non abstinemus: cum carnibus quidem non vescimur, denoramus

Hom 8. de pœnit.

tamen pauperum domos cum vino nõ inebriamur, inebriamur tamen deſideriis prauis: cũ inedia totã tranſigimus diem, atq; eandẽ impudicis in theatris conſumimus. Quænam ieiunij vtilitas, (ait paulò inferius) dic mihi, cùm corpus quidẽ arces legitimo à nutrimẽto, iniquum verò animę nutrimentum inducis? quæ ieiunij vtilitas, cùm corpore quidem ieiunas, oculis verò mœcharis? Quæ vtilitas, cũ ego hic corrigo, tu illic corrumperis? *Vnus ædificãs, & vnus deſtruẽs, quæ vtilitas niſi labor?* *Eccleſ. 14. 28.*

§. 32. *Primò imponit Chriſtus vngendum caput, id eſt, in ipſum reducendam bonorum operum fragrantiam, quod in bonorum operum ædificio ſupponendum eſt.*

¶ 263. *TV autem cũ ieiunas, vnge caput tuũ, & faciem tuam laua, ne videaris hominibus ieiunans ſed patri tuo.* Quidnam in genere Chriſtus his verbis dicere voluit, expoſuimus: nũc ad ſingula verba expendenda nos conuertamus, quorũ vnumquodq; magna cõtinet Sacramenta. Tria Chriſtus à nobis ieiunantibus expoſcit; vngere caput, facié lauare, & nõ videri ab hominibus, ſed a Patre cœleſti. Tria hæc comitantur ieiuniũ, & quoduis opus bonum, ex quibus fit funiculus triplex, qui difficilè rũpitur. Quid igitur primò ſtatuendũ, & ſupponendũ? *Tu autem cũ ieiunas, vnge caput tuũ.* Ad myſteria vocaris, inquit Ambroſ. quæ vt addiſcas, attenta opus eſt conſideratione. Quodnã eſt caput tuũ? Audi: *Caput viri Chriſtus*, vt dixit Apoſt. *& caput Chriſti Deus.* Vnge ergo caput tuũ. i. mitte in Chriſtũ, & in caput eius vnguentũ, in illũ refundens totius boni operis odorẽ, & fragrãtiã. Hæc breuiter Ambr. quę ſimiliter prędixerat. Origen. *a*; ſed quæ elegantiſſimè explicanda Sanctus aſſumpſit Bernardus *b*. Caput noſtrum Chriſtus eſt, vt Apoſt. dixit, & tale quidẽ, à quo totũ ſpirituale oleũ in nos tanquam à capite in membra dimanat: cui propterea nos omnes in vno corpore iunctos tanquã capiti coniungi, *bonum, & iucundum* dixit Dauid, quoniam ab illo tanquam *à capite deſcendis* oleum *in barbam, & uſque in oram veſtimenti*, vt ne minima quidem fimbria careat vnctione. In capite ſiquidem plenitudo gratiarum, *de qua omnes accepimus*: in capite vniuerſitas miſerationis: in capite inexhauſtus fons pietatis diuinæ: in capite affluentia tota ſpiritualis vnguenti, ſicut ſcriptum eſt: *Vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ participibus tuis.* Vnxit Pater Filium præ participibus ſuis, accumulans ſuper eum vniuerſa chariſmata benignitatis, manſuetudinis, & ſuauitatis, abundantius replẽs eum viſceribus miſericordiæ, & miſerationis: vnctum deniq; miſit ad nos, quem nobis exhibuit plenum gratiæ, & miſerationis: ſic vnctum à Patre eſt caput, *cui non Deus ad menſuram dedit ſpiritum*, & dona, vt de eius plenitudine omnes acciperemus. Vnde omnis ſpiritualis vnctio, quam obtinemus, ab illo in nos promanaſſe certum eſt. Sic vnctũ à Patre eſt caput noſtrum, & nihilominus vngi poſtulat à nobis. *Cum ieiunaueris*, inquit, *vnge caput tuum.* Itane aquam petit à riuulo fons indeficiens? Nunquid quod nobis dedit, defectum in illo cauſat, vt ſibi iterum reſtitui poſtulet? Num illum pœnitet, in nos vnctionem effudiſſe, qui ſibi reddi quam effuderat, petit? Copioſè quidem Pater caput hoc vnxerat, Maria nihilominus vngere non veretur, quæ effudit vnguentum ſuper caput ipſius, calumniãtur quidem diſcipuli, ſed reſpondet veritas pro ea, quod *bonum opus ſit operata in ſe.* Mira dignatio ſuper eũ, eò quod vnxit eum: & nihilominus à te quoque vult vngi, cui dicit: *Tu vnge caput tuũ.* Petit ſine dubio, aut certè repetit magis, quod dedit: *Ad fontem enim, vnde exeunt flumina, reuertuntur*, non vt ibi remaneant, ſed *vt iterum fluant* abundantius. Non vt minus habens, quod dederat Chriſtus repetit; ſed ne tibi pereat, quicquid ad eum referre volueris: ſi quidem etiam fluminis aqua ſi ſtare cœperit, & ipſa putreſcet, & inundatione facta ſuperueniens repelletur: ſic planè, ſic gratiarum ceſſat decurſus, vbi recurſus non fuerit: nec modò nihil augetur ingrato, ſed & quod acceperat vertitur in perniciem. Fidelis autem in modico, cenſetur dignus munere

Li. de Elia cap. 10.

1. Cor. 11. 3.

a Homil. 4. in cap. 6. Matth.

b Ser. 1. in c. Ieiun.

Pſal. 132.

Ioãn. 1. 16

Pſ. 44. 8.

Ioãn. 3. 34.

Matt. 16. 12.

Eccl. 1. 7.

nere ampliori. Vnde igitur caput tuũ, refundes in eum, qui supra te est, quicquid in te est deuotionis, quicquid delectationis, quicquid affectionis: vnge igitur caput tuũ, vt si qua in te est gratia, referatur ad ipsum, nec tuam quæras gloriã, sed ipsius: vngit enim Christum, qui bonus odor eius est in omni loco. ¶ 264. Hypocrita vngit potius semetipsum, vt propriæ fragrantiam opinionis respergat, tu caput tuum vnge ante oculos humanos, non propriam quærẽs gloriam sed Christi. Ita Bernardus, qui hoc modo Spõsam sanctam, caput suũ, Sponsum videlicet suum (*nam caput mulieris vir*) vnxisse demonstrat, singulari quadam ratione expendens prima libri Canticorum verba, quomodo etiam expendere visus fuerat Chrysostomus. Cœpit Sponsa Sponsi sui desiderio inflammata clamare: *Osculetur me osculo oris sui*: cùm hæc diceret, statim Sponsus adfuit, & se præsentem dedit. Libens namque, inquit Bernardus appropriare de se loquentibus solet: sic euntibus in Emaus, & conferentibus inter se, iucundum se, facundumq; exhibuit comitem, nempè hoc est, quod in Euãgelio pollicetur: *Vbi duo vel tres cõgregati fuerint in nomine meo, ego sum in medio eorum*: & per Prophetam: *Antequam* (ait) *clament, ego ex audiam, adhuc loquentibus illis, dicam: Ecce adsum*. Ita ergo nunc non vocatus adfuit, atque delectatus verbis præuenit præceps. Arbitror quod interdum nec verba expectat, sed solis cogitationibus aduocetur. Ait enim homo, qui inuentus est secundùm cor Dei: *Desiderium pauperum exaudiuit Dominus, præparationem cordis eorum exaudiuit auris tua*. Dum ergo Spõsus se præsentem dedit, quantum sibi in Sponsa complaceret, explicuit dicens ei: *Quia meliora sunt vbera tua vino, fragrantia vnguentis optimis*: quibus verbis iudicare voluit ingentem donorum copiam, quibus Sponsam sua præsentia donauit, spiritualium charismatum vnctione eam complens: Sponsa tamen hanc eandem vnctionem, & fragrantiam in Sponsum referens, subitò respondit: *Vnguentum effusum nomen tuum*. In Sponsæ vberibus grandem commendauerat Sponsus suaueolentiam vnguentorum.

Serm. 9. & 15. in Can. *1. Cor. 11. 3.*

Homil. 9. in Epistol. ad Col. ad fin. *Cant. 1. 1.*

Luc. 24. 15 *Matt. 18. 20.*

Psal. 9. 17.

Quid ergo consequentius, quã vt eãdem fragrantiã Sponsa ne sibi arrogare putetur, de Spõsi beneficio recognoscat? In eũ igitur à quo vnctionis fragrantiam receperat, eandem refundit, quasi in caput suum vnctionis oleum, quod receperat reducens, &c. Ita Bernardus, quæ amplius prosequi non vacat. Itaq; vngere caput tuũ est bonorũ operũ tuorum gloriã in Deũ refundere tanquã in eorum omnium primũ præcipuumq; authorẽ, cuius gloriã, nõ propriam intendere debes. Hoc est primũ quòd à te Christus requirit, & meritò: primũ nãque quod sapiens architectus attendere debet in ædificio construendo, est fundamentum firmum, quantũcumque .n. ædificium sit pulchrũ visu, & ingentibus sumptibus extructum, si falso fundamẽto fuerit innixum, inutile est penitus, in quo oleũ et opera perduntur. Vnde Apostol. qui se architecto similẽ dixit, in prædicationis Euangelicę munere hoc primum attendisse perhibuit: *Vt sapiens architectus fundamentum posui*. i. fundamentum firmum secundumque suppositum, *ne in vanum currerẽ, aut cucurrissem*: & ex hoc dixit Christus Dominus sapientẽ à stulto distingui, quod *Sapiens ædificauit domũ suã super petram & descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domũ illã, & nõ cecidit fundata enim erat supra petram: stultus autem ædificat domum suam supra arenam, & descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerũt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina eius magna*, quia nihil penitus de eo, quod extructũ erat remansit. Qui benè operatur, ædificiũ quoddam spirituale ex bonis operibus construit, vt Apostolus latè prosequitur: ideò *Vnusquisque videat, quomodo superædificet*. Apertè Christus Dominus demonstrauit hypocritas stultos, qui totũ suorum bonorum operũ ædificium extruunt super arenam, & puluerem .i. super hominum æstimationẽ, & applausum, qui hoc tantum intendunt, videri ab hominibus, ideò magnam ædificij sui futuram ruinã prædicit, qui nullam penitus à Deo mercedem recipient: sapientes autem nos esse volens, primum omniũ imponit, vt firmũ fundamentum substituamus, Deũ ipsum, qui

1. Cor. 3. 10. *Ad Gal. 2.* *Matth. 7. 24.* ¶ 265. *1. Cor. 3. 10.*

qui caput est nostrum, securum, firmum, stabile, de quo Dauid *a; Dominus petra mea, & refugium meum:* & iterum: *b, Dominus firmamentum meum, & refugium meum; c, petra* enim *refugium herinacijs*. His consona sunt, quæ ipsemet Christus Dominus, longam concionem habens apud Lucam, qua cuncta quæ nobis ad salutem erant necessaria, voluit exponere, primò supponendum esse docuit. *Multis*, inquit, *turbis circumstantibus, ita vt se inuicem conculcarent, cœpit dicere ad discipulos suos*. In græco habetur vox *Myriadon*. Myrias vna, decem millia significat, ideò Dauid ad ostendēdam multitudinem Angelorum Christum comitantium, cum cœlum ascendebat: *Currus Dei*, inquit, *decem millibus multiplex*. In Græco, *Myroplasion*, id est, decies millecuples, aut vt ait Augustinus, *Decies millies multiplex*, seu decem millium, seu denum millium multiplex. Ad insinuandam ergo innumeram populi sequentis Christum multitudinem, eadem voce vtitur Lucas: Erant, inquit, myriades turbæ, id est, multa decem millia. Cæ autem concioni initium fecit dicens: *Attendite à fermento pharisæorum, quod est hypocrisis*. Græcè habetur aduerbium *Proton*. id est, *primum omnium*, quasi dicat: Hoc primum omnium est vobis supponendum, cauendum fermentum pharisæorum, quod est hypocrisis. Dixerat aliquando Christus apud Matthæū, & Marcum: *Intuemini, & cauete à fermento pharisæorum, & sadducæorum*, quam sententiam non intelligebant, quia de materiali fermento intelligebant eum loqui, *& cogitabant intra se dicentes, quia panem non accepimus*: Oportuit propterea vt Christus exponeret, se metaphoricè locutum. Nunc omnem dubitationem amputare volens, quid nomine fermenti intelligeret, expositi, dicens: *Attendite à fermento pharisæorum quod est hypocrisis*. Et aptè quidem hypocrisim fermenti metaphora exprimit, sicut enim *Modicum fermentum totam massam corrumpit*, sic hypocrisis excellentissimam operum conspersionem perdit. Loquitur itaque Dominus de hypocrisi rum vitio, per quod propriam gloriam aucupantes, tantum attendunt hominibus apparere, vt Beda exposuerat, exposueratque prior Tertullianus. Quod ergo tunc primum omnium supponendum docuit, nunc etiam primo loco statuit dicens: *Tu autem cum ieiunas, vnge caput tuum*, In Deum ipsum, qui caput tuum est, bonorum operum fragrantiam, gloriam, laudem reducito, intendens non hominibus apparere, sed patri tuo.

a 2. Reg. 22. 3. b Ps. 17. 3. c Ps. 103. 18. Luc. 12. 1. Mat. 16. 6. Mar. 8. 15. 1. Cor. 5. 9.

In cap. 12. Lucæ. 4. Cons. Mar. c. 8.

§. 33. *Vnge caput tum ieiunas, præstituens tibi Deum finem ieiunij tui, caueque ceraste mordentem vngulam.*

§. 265. 1. 2. q. 1.

HOc proprium est creaturæ rationali vt ex optima Philosophia D. Thomas demonstrat, agere propter finem: non quod alia omnia non agant propter finem nulla enim operatio alicuius creaturæ est, quæ non propter finem sit; sed quoniam hoc proprium est creaturæ rationali, sibi finem præstituere, & seipsam ad finem mouere, cognoscendo ordinem, & proportionem mediorum ad finem. Idcirco cuique rationali creaturæ finis primò supponendus est, & statuendus, propter quem seipsam moueat ad talem finem. Cum igitur bonum aliquod opus agendum aggrederis, non tanquam lapis, aut inanimatum quid, imò nec tanquam irrationale animal agere debes, non attendendo, nec considerando finem, nec dirigendo media ad finem, sed primo finem quem intendas statue, cuius gratia opus facias. Vnde hoc primum omnium tibi agendum Christus statuere vult, vt hoc tanquam finem initio cuiusuis boni operis intendas, & statuas, Deo placere, & opus agere solummodo propter eius obsequium, & gloriam: nisi enim ita agas, opus erit inutile, & vanum, & nullam pro illo poteris ab ipso expectare mercedem. In cuius confirmationem egregie sancti Patres Ambrosius *a*, Hieronymus *b*, & Chrysost. *c*, & Gregorius *d*, locum annotāt, & ex pendūt apud Zachariā, quē paulo ante breuis-

a *Serm. 33* b *Lib. 2. in c. 7. Zach.* c *Hom. 71. ad populū.* & 4. *in Genes.* d *Hom. 16. in Euang.* & 3 *p. pastor admonitione 20.*

breuissimè attigimus. Captiui extiterũt Iudæi in Babylone septuaginta annis, quo toto tempore consueuerunt ieiunare mense quinto, & septimo cuiusuis anni, id est, Iulio, & Septembri. Mense namque quinto succensa fuerat Ierusalem à Chaldæis, quæ mense præcedenti fuerat capta, vt ex historia Regum patet, & mense septimo sequenti interfectus fuit Godolias, quem rex Babylonis præfecerat ijs, qui relicti fuerant in Iudæa: post eius mortem, qui in Iudæa remanserant partim occisi, partim in Aegyptum fugientes dispersi sunt, vt ex eadem historia constat. De quibus Diuus Thomas breuiter agit. Post septuaginta autem annos, Deo misericorditer fauente, captiuitas finem accepit, & multi Iudæorum regressi fuerunt in Iudæam, qui reædificationem templi Ierosolym tanì intendere cœperunt: multi autem eorum in Babylonia remanserunt. Hi videntes captiuitatem finitam, & quod sancta ciuitas, sacrumque templum iam reædificabantur, dubitare cœperunt, possentne iam luctum, & ieiunium deponere, quod mense quinto, & septimo agere soliti erant: ideirco, *Miserunt ad domum Dei* In Hæbræo, *Bethel*, quo nomine sanctam ciuitatem, aut templum intelligit, miserunt inquam, non quoscunque, sed viros quosdam primarios, *Sarasar*, & *Rogommelech*. B. Hieronymus Persas fuisse, & duces excellentes Darij regis credit, alij Iudæos, & ex eorum principibus. Vnus erat *Sarasar*, alter *Rogommelech*, in Hebræo, *Reghem*, & vocatur *Melech*, quod nomen *Regem* significat, nõ quod ille reipsa rex esset; sed nomine quomodo apud nos quosdam videmus vocari ex cognomine rex, Imperator, comes, dux, qui reipsa nihil horum sunt. Hos ergo viros miserunt Iudæi ex Babylone *Sarasar, & Rogommelech, & viri qui erant cum eo*. Pagninus: *& viros eius*, id est, illos, quos in sua habebat societate: erat enim vir primarius. Illos autem miserunt primò, *Ad deprecandum faciem Domini*, id est, vt pro illis orarent, & precarentur in Ierusalem, in templo, in quo Deus ostendere faciem suam dicebatur, secundò, *Vt diceren̄t sacerdotibus domus Domini exercituum, & prophetis*, illi erant Haggæus, Zacharias, Malachias: *Nunquid flendum est mihi in quinto mense, vel sanctificare me debeo sicut iam feci multis annis?* Sanctificare, est ieiunare, vt ex Hieronymo supra exposuimus. Vt autem plenè respondere possent: *Factum est*, inquit Zacharias, *verbum Domini exercituum ad me dicens: Loquere ad omnem populum terræ, & ad sacerdotes*: non tantum ad eos, qui veniunt missi à Iudæis remanentibus in Babylone; sed ad omnem populum: hæc enim doctrina ad oẽs spectat: *Cùm ieiunaretis, & plangeretis in quinto, & septimo per hos septuaginta annos, nunquid ieiunium ieiunastis mihi? & cum comedistis & bibistis, nunquid non vobis comedistis, & bibistis? nunquid non sunt verba, quæ locutus est Dominus in manu prophetarum priorum, cum adhuc Ierusalem habitaretur, & esset opulenta ipsa?* Ieiunare, aut comedere Domino, est ieiunium, aut comestionem agere ad illius gloriam, vt Diuus Augustinus annotauit, & probauit ex illis Apostoli verbis: *Qui manducat, Domino manducat, & gratias agit Deo*: explicare enim volens Apostolus, quid sit, *Domino manducare*, subdit *Gratias agit Deo*: id est, in eius laudem: *Et qui non manducat, Domino non manducat, & gratias agit Deo*: id est, in eius gratiam nõ manducat. Vult itaq; dicere Deus: Hæc prima quam à temporibus antiquis habui querela, quam per priores Prophetas exposui, cũ cum ieiunatis, non ieiunatis mihi: id est, propter me, nec in mei obsequium, nec ad mei gloriam, similiter quando comeditis, & quando sacrificia offertis, nõ offertis mihi: id est, non intenditis mei obsequium atq; honorem; sed tantum id efficere quod vobis videtur honorificum, aut vsitatum vel commune. Alludit ad ea, quæ sæpè per priores Prophetas Deus exposuerat, signanter per Isaiam, repudians sacrificia, tyhmiamata, incensum, festiuitates, & ieiunia, quæ offerebant, nihil minus q̃ Dei honorem, & obsequium intẽdentes, tantũ ea omnia agebãt cõfulentes honori suo, quia opera agere, & talia sacrificia offerre, honorificum

erat;

2. Reg. vlt.

2. 2. q. 147. art. 5. ad 2.

Zach. 7. 2. בית אל

In c. 17. Zach.

¶ 867.

Ibid. nu. 5.

Epist. 120. ad Honoratũ c. 19. Rom. 14. 6.

Isa 1. 11. 12. 13. 14.

erat: aut verò quia ita placidum erat voluntati eorum. Hæc, inquit Deus non feciſtis propter me. Hoc demonſtrat grandi euidentique argumento, *Ib. num. 9.* vt rectè Hieronymus, Chryſoſtomus, ¶ 268. & Gregorius annotant de quo ſupra iam diximus: *Et factum eſt*, inquit, *verbum Domini ad Zachariam dicens: Iudicium verum iudicate, & miſericordiam, & miſerationes facite vnuſquiſque cum fratre ſuo, & viduam, & pupillum & aduenam, & pauperem nolite calumniari, & malum vir fratri ſuo non cogitet in corde ſuo*: hæc ſunt quæ ſtrictè præcepi in mei obſequium fieri. Hæc autem *Ib. num. 11.* nullatenus fecerunt: *Et noluerunt attendere, & auerterunt ſcapulam recedentes, & aures ſuas aggrauauerunt, ne audirent, & cor ſuum poſuerunt vt adamantem, & verba quæ miſit Dominus exercituum in ſpiritu ſuo per manum prophetarum priorum: & facta eſt indignatio magna à Domino exercituum*: quaſi dicat: Si mei gloriam intenderetis per ieiunia, & reliqua opera, quæ facitis, magis faceretis alia opera, quæ ſtrictius præcepi, & magis in meam gloriam cedunt, quæque per Prophetas omnes mandaui, iudicare ſcilicet iudicium verum, veritatem amare, neminem decipere, nullum calumniari, miſereri pauperem, &c. Hæc autem omnia neglexiſtis contemnentes me; non igitur credendum eſt, cum ieiunatis, meam gloriam, & obſequium intendere. Itaque non ieiunaſtis, nec planxiſtis mihi, id eſt, propter me. Ideoque non eſt quod me interrogetis, an ieiunare vel plangere amplius debeatis, qui nec ieiunia veſtra, nec planctus veſtros curo; quia nihil ad meipſum attinent. Loquitur metaphora à noſtro communi modo agendi deſumpta. Quando aliquis interrogat, an ab opere quod agit ceſſare debeat, nec ne, volens hoc ipſo te obligare, vt illi mercedem reddas; ſi vis oſtendere te nihil ex iſtius opere habere, reſpondes: Quid me interrogas de eo quod non propter me facis, nec ad me ſpectat? Si vis proſequi, proſequere, ſi ceſſare, ceſſa. Ita illis reſpondit Deus, & ita multis Chriſtianis poſſet reſpondere, quibus dicere poteſt: Cùm ieiunatis, nunquid ieiunatis mihi? Cum oratis, nunquid oratis mihi? id eſt, ad meam gloriam, & obſequium. Ieiunant multi, ſacrum audiunt, eleemoſynas faciunt, orationes fundunt, ſed non Deo, quia nihil minus intendunt; quàm ei placere, & gratum illi obſequium impẽdere ac ipſius gloriam promouere, ſi enim Dei gloriam intenderes, & obſequi illi conſtitueres; nunquid eius nomen ſperneres? eius mandata contemneres? tantum ergo tuum honorem ſæpiſſimè intendis, agens id quod iudicas homini Chriſtiano decens, aut verò ſæpè potius ageris ductus è conſuetudine, quàm agas, ipſius Dei gloriam intendens. Hoc igitur eſt, quod tanquam fundamentum per prophetas ſupponendum ſtatuit, in ieiunijs, ſacrificijs, eleemoſynis, & quibuſuis operibus bonis: quod ſi non ſupposueris dicet Deus, ad ſe non pertinere tua ieiunia, aut eleemoſynas, aut orationes, quaſi pro illis mercedem ſit redditurus. Nunquam Deus fuit latro, ¶ 269. aut alienorum bonorum deprædator, neque quæ alteri deferuntur rapere, ipſe ſolitus fuit: hoc quidem diaboli proprium eſt, qui in via quaſi prædator conſiſtit, cupiens quæ Deo deferuntur rapere, & ſuffurari. In ſui exordio iam voluit Dei gloriam deprædari, & rapere, nuncque quoduis munus quod Deo videt deferri, conatur in via furari, & ſibi accipere; opera enim bona, quæ in Dei obſequium fieri conſpicit, totis viribus conatur rapere, excitando deſiderium, & appetitum inanis gloriæ, auferendo ab ipſis illud ſuperpoſitum, aut ſuperſcriptum, quod illa ſeruat illæſa: *Soli Deo honor, & gloria.* Ita multa bona, quæ operatus fuerat phariſæus ille, de quo Chriſtus loquitur, rapuit, idque illi conuenire poteſt, quod ſanctus Iacob dixit de Dan: *Fiat Dan coluber in via, ceraſtes in ſemita mordens vngulas equi, vt cadat aſcenſor eius retro.* Omnibus ambulantibus in via huius vitæ ſe exponit diabolus tanquam coluber, eo modo quo primis parentibus noſtris, ſuadens Dei mandatum contemnere, terrena appetere, & in veritum lignum manum mittere. Quoniam autem multi ſunt, qui eligunt ſemitam illam ſtrictam, quæ

1. ad Tim. 1. 17.

Luc. 18.

Gen. 49. 19.

ducit ad vitam, quàm præambulant per opera sancta mortificationis, pœnitentiæ, religionis, & omnium virtutum, istis se exhibet tanquam cerastem, qui paruus serpens est, summa cupiditate exoptans deijcere equitem, quem videt pulchro, ac formoso equo currentem, ideoque inter pulueres se abscondit, & illo transeunte mordet vngulas equi, vt eleuatus equus, equitem retro deijciat, & cadentem faciat, de quibus alibi. Ita diabolus, quando videt iustum, & sanctum virum, per strictam virtutis semitam currentem, quem non potuit impedire à bonis operibus, inter pulueres humanarum laudum, & vocum se abscondens, latenter vngulam mordere conatur. Vngulæ nomine recta mentis intētio designatur qua quis mouetur, & progreditur in bono opere. Hanc mordere, & inficere summopere procurat, astutè appetitum inanis gloriæ ingerens, & complacentiam in laudibus humanis excitans, vt animus à sanctitate, & sublimitate, quam tenebat, quando Dei gloriam intendebat, per quam ad cæleſtem patriam ferebatur, cadat & deficiat. Ita omnibus bonis operibus, quę iusti Deo offerunt, insidiatur diabolus, vt rapiat, & sibi arroget. Deus autem nunquam quæ diaboli sunt sibi voluit vsurpare, nec furari quæ quis in diaboli obsequiū agere intendit. Nihil acceptat, nec acceptat, nec accipit, nisi quod illi tu dare intenderis, nihilque aliud præmio, aut mercede sua dignum ducit: id propterea primo loco tibi supponendum est, si æternæ mercedis spem vis concipere.

§. 34. *Vngebat caput suum Dauid, proponens Deum in conspectu suo: cum id egit Moyses ad petram, fœliciter successit, infœliciter cum non fecit.*

¶ 270. IN huius confirmationem annotandus psalmus quintus decimus, in quo Dauid prophetico suo more, ex ſeipſo ad grandia de Christo mysteria prædicenda, alibi à nobis explicanda, se transtulit. Psalmo huic titulus præfixus est: *Tituli inscriptio ipsi Dauid* in hebræo breuius: *Michtam Dauidi*. Dubium est autem, quidnam vox *Michtam* significet, quæ nusquam reperitur in Scriptura sacra, nisi in quibusdam titulis quorundam psalmorum triumphalium, videlicet quadragesimi quinti, quinquagesimi sexti, quinquagesimi septimi, quinquagesimi octaui, & quinquagesimi noni. Titelmanus, Iansenius, & expressius Brixianus, credunt significare aureolum, aut insigne aureum, ex auro purissimo, solidissimoque factum, coronulam videlicet, aut iocale, vel monile aliquod pretiosissimum, regia maiestate dignum: *vn iuyel pretiosissimo*, & ita regia transfert: *Insigne aureolum Dauidi*. Et verè in eo Psalmo Dauid describit æternæ beatitudinis mercedem sibi paratam, quam scriptura nomine coronæ aureæ, vel pretiosissimi iocalis, vel gemmæ solet describere. Incipit in primis suæ fœlicitatis eximiam supremamque sortem extollere, in Dei misericordiam, & gratiam referens: *Tu*, inquit, *es qui restitues hæreditatem meam mihi*: talis est hæreditas, quam tu solus potes reddere: *Funes ceciderunt mihi in præclaris*: hoc est, mihi in partem hæreditariam obuenit, quod est omnium præstantissimum, & præclarissimum, metaphora sumpta ab eo quod terra promissionis diuisa fuit, ac data in hæreditatem filijs Israel, per funium mensuram: *Nam hæreditas mea præclara est mihi*, ego illam præ omnibus pretiosissimam reputo. Contendat auarus diuitias acquirere, luxuriosus voluptatibus se tradat, ambitiosus honores sectetur, mihi qui res sicuti decet æstimo, præclara est hæreditas mea. Ita S. Augustinus. Vnde tam fœlicem sortem nactus, non cessabo perpetuas Deo gratias agere: *Benedicam dominum, qui tribuit mihi intellectum*: Augustinus: Qui tribuit mihi oculum, quo ista hæreditas videri possit, qui mihi concessit intelligere tantum, & tam grande bonum: ideo ab eo laudando, nec aduenientе nocte cessabo, sed in oratione, & gratia-

Psal. 15. מכתם

In Ps. 15.

Tom. 5. fol. 378. 2.

gratiarum actione perſeuerabo, vigilias tenens, & ſomnum fugans, quantumcunque caro mea ſomnum expetat, & increpent me renes mei, quemadmodum oculi increpare ſolent ſuis motibus nimias vigilias, veluti debitam rem expoſcentes. Id ſignificat illud: *Inſuper, & vſque ad noctem increpuerunt me renes mei.* Quoniam autem Dauid videbatur audire nos interroganres: Quomodo hanc hæreditatem ſibi feciſſet debitam, repoſitam, paratam, & ſibi reſtituendam, ſubdit:

¶ 171. *Prouidebam Dominum in conſpectu meo ſemper, quoniam à dextris eſt mihi ne commouear.* In Hæbreo: *Poſui Dominum coram me ſemper*, quomodo Pagninus, & Regia, id eſt: Ego in omnibus quæ dixi, vel feci, ſemper ad illum reſpexi, illum omnium meorum operum, ſermonum, & cogitationum finem conſtitui, in quem omnia, quæ agerem, dicerem, aut cogitarem, tanquam in ſcopum dirigerem. Vulgatus tamen verbo illo: *Prouidebam Dominum*, aliquid amplius voluit exprimere. Videtur enim loqui metaphoræ ſumpta ab eo, qui ædificium aliquod grande extructurus eſt, qui ſi ſapiens eſt, primò debet, vt Chriſtus Dominus dixit, prouidere neceſſaria, ne incipiés ædificare cogatur opus infectum relinquere. Beatitudinis mercedem aſſequi debemus per bonorum operum ædificium, tam grande, quod ad cœlum vſque pertingat: id igitur quod fuerit neceſſarium tali ædificio, primum eſt prouidendum. Hoc prouidebat Dauid. Et quidnam illud eſt? *Prouidebam Dominum in conſpectu meo ſemper*: huius rei prima, perpetuaque prouiſio neceſſaria eſt, prouiſio diuinæ præſentiæ, ſeu conſtituere Deum tanquam finem, & ſcopum, in quem figantur oculi: cum ieiunandum, cum orandum, cum eleemoſyna facienda, primò proinde Dominum in conſpectu tuo, oculos mentis in eum figens, illi placere tantummodo contendens, qui reuera ex ſua miſericordia ſe præſentem exhibet, ne declines ad dexteram vel ſiniſtram. *Propter hoc lætatum eſt cor meũ, & exultauit lingua mea, inſuper, & caro mea, requieſcit in ſpe.* Ecce totius meæ ſpei fundamentum. Deum eſſe, cuius gratia omnia bona ago. Videtur loqui Dauid alluſione facta ad illam celebrẽ Moyſi hiſtoriam, quando educturus aquam de petra Horeb, Dominus ſe coram illo conſtituit, in quem Moyſes oculos firmiſſimè collocauit, petram percutere volens. Bis ſanè Moyſes aquam de petra virgæ percuſſione magno edito miraculo eduxit. Primò namque aquam eduxit de petra Horeb, quæ vt noſter Caietanus acutè obſeruat, ita vocata fuit; quia propinqua erat monti Horeb. Caſtra metatus fuerat populus in Raphidim, qui diſtabat ab Horeb per quatuor milliaria, vt Genebrardus ait: cunque ibi aquas poſtularet, iuſſus fuit Moyſes cum ſenioribus progredi ad petram Horeb, ideſt, ad petram, quæ vicina erat monti Horeb, vt eam virga percutiens, aquam educeret, quæ verſus Raphidim, vbi populus manebat flueret. Secundo in deſerto Sin, cum populus maneret in Cades: quo in loco mortua fuit Maria ſoror Moyſi, & ſepulta. Vtraque quidem vice aquæ extractæ ſunt, volente Deo ſatisfacere murmurationi populi; ſed ex parte Moyſi magna interfuit differentia: nam prima vice tam egregiè, & excellenter opus perfecit; vt poſt illud ſtatim Deus voluerit oſtendere quãti meriti Moyſes fuerit, quo tenente eandem virgam in manu ſua, & orante, innumera Amalecitarum multitudo in ore gladij Ioſue fuit delecta, ſecunda autẽ vice Moyſes Deũ offendit, adeò vt ea de cauſa illum re ſummè ſibi optata priuarit, ingreſſu ſcilicet terræ repromiſſæ, tam firma definitaq; ſententia, vt quamuis pluries Moyſes ſibi hanc pœnam dimitti orauerit, nunquam illum voluerit exaudire, quin potius violenta morte in monte Nebo eum interfecit, vt alibi demonſtrauimus. Quænam huius rei potuit eſſe differentia? Vtrobique enim idem miraculum factum fuit, vtrobique populus contra Deum murmurauit, vtrobique ex Dei præcepto ad petram acceſſit Moyſes, vtrobique petrã virga percuſſit, vtrobique aquas miraculoſe eduxit. Ratio diſcriminis eſt: quoniam prima vice, ita petram virga percuſſit, vt in Deum oculos haberet intentos, & fixos. Ita enim Deus dixit

Exod. 17. *In ca. 17. Exod.*

In Pſ. 77.

Num. 20.

¶ 172.

Exod. 17.

Num. 20.

dixit ei: *Antecede populum, & sume te*
Exod.17.5 *tum de senioribus Israel, & virga qua percussisti fluuium tolle in manu tua, & ego stabo coram te ibi supra petram Horeb, percutiesque petram, & exibit ex ea aqua, vt bibat populus.* Stetit Deus su-
In c.7.Ex. per petram, inquit Lippomanus, quia columna nubis, quæ Deum repræsentabat, se supra petram constituit: vnde Moyses appropinquans petræ, in Deū quem singulariter in columna cōsiderabat oculos conuertit, fixosque in eū habebat, cùm manum ad petram virga percutiendam extendit, & quamuis ibi esset grandis seniorum multitudo, in Deum solummodo oculos habebat intentos, quasi eius mandatum perficiens, illius solummodo gloriam intendens. Secunda tamen vice, nequaquā plenè sicut debebat oculos ad Deum eiusq. gloriam intēdendam conuertit; sed potius conuersus ad populi multi-
Nu.10.19. tudinem, & dicens: *Audite rebelles, & increduli: num de petra vobis aquam poterimus elicere?* petram percussit, quo facto non plenè Deum glorificauit, vt Deus ipse eidem expostulat. Hinc intelliges quantum curare debeas, cum petram virga percutere paras, primum omnium oculos mentis in Deum solummodo conuertere, & figere. Petram virga percutit, qui carnem suam rebellem ieiunij, vigiliarum, disciplinæ, & mortificationis operatione edomat: quique bonis operibus, iuxta Dei præceptum ipso fauente insudat. Ita enim ieiunandum est, vt carnem percutiens, intendas Deo placere: ita vigilandum, ita elemosynæ largiendæ, vt manum extendens ad opus, oculum mentis in Deum conijcias. Hoc ergo est, quod Dauid agebat, quodque illis verbis voluit exprimere: *Prouidebam Dominum in conspectu meo semper.* Inde cordis lætitia oriebatur, & excitabatur pes: *Propter hoc*, inquit, *lætatum est cor meum, & caro mea requiescit in spe.* Illi enim, qui ita operatur, spem Christus Dominus facit, dicens: *Tu autem cum ieiunas, vnge caput tuum, ne videaris hominibus ieiunans; sed patri tuo: & reddet tibi.*

§.35. *Ieiunia, & sacrificia externa petit Deus, vt cor ei offeramus, sicuti ostendit in Abraham; quod non faciens Saul perijt.*

¶ 173. DOctrinam hanc frequentissimè sancti Patres tradunt, & explicant, quam S. Augustinus excellenti discursu, quem supra insinuabamus declarat. Deus nihil à nobis petit, quasi nostra expetens, quæ sibi nullatenus sunt necessaria. Quis ita desipiat, inquit D. Augustinus, vt existimet aliquibus vsibus Dei esse necessaria, quæ in sacrificijs offeruntur? quod cum multis locis diuina scriptura testetur, ne longum faciamus, breue illud de psalmo commemorare sufficerit:
Dixi Domino, Deus meus es tu, quoniam
Psal.15. *bonorum meorum non eges.* Non solùm igitur pecore, vel alia qualibet corruptibili, atque terrena; sed ne ipsa quidem iustitia hominis Deum egere credendum est, totumque quo rectè colitur Deus, homini prodesse, non Deo. Neque enim fonti se quisquam dixerit profuisse si biberit, aut luci si viderit. Ita S. Augustinus. Quod Deus à nobis requirit est cor, quo eum diligamus, clamante ipso: *Fili præbe mi cor*
Prouer.23. 26. *tuum*, & in tantum externa opera, aut sacrificia expoſcit, in quantum signa sunt internæ donationis, & oblationis cordis, ac animi, qui propterea post tot sacrificia, leges, ceremoniasque Israelitico populo impositas, quid inde prætenderet exprimere volens, subdit: *Et*
Deu.10.12 *nunc Israel, quid Dominus Deus tuus petit à te, nisi vt timeas Dominum Deum tuum, & ambules in vijs eius, & diligas eum, ac seruias Domino Deo tuo in toto corde tuo, & in tota anima tua?* Sacrificium ergo visibile, inquit Diuus Augustinus, inuisibilis sacrificij sacramentum, id est, sacrum signum est, & eatenus illud est Deo acceptum, in quantum est istius signum. Vnde ille pœnitens apud Prophetam, vel ipse Propheta quærens Deum peccatis suis habere propitium: *Si voluisset*, inquit,
Psal.50.18 *sacrificium dedissem vtique, holocaustis non delectaberis: sacrificium Deo spiritus*

con-

contribulatus, cor contritum, & humiliatum Deus non ſpernet. Intueamur quemadmodum vbi Deum dixit nolle ſacrificium, ibi oſtendit Deum velle ſacrificium. Non vult ſacrificium trucidati pecoris; ſed vult ſacrificium contriti cordis. Illo igitur quod eum nolle dixit, hoc ſignificatur, quod eum velle ſubiecit. Sicque illa Deum nolle dixit, quomodo ab ſtultis ea velle creditur, velut ſuæ gratia voluptatis. Non ergo Deus ſacrificia poſtulabat, quaſi illa in ſe ſibi placita extitiſſent; ſed quatenus erãt quædam ſigna ſacrificij cordis contriti, & humiliati. Et verè viſus eſt Dauid alludere voluiſſe ad illud inſigne ſacrificium Abrahæ, quod inter omnia, quæ antiquitus Deo exhibita fuerunt, gratius, acceptabiliuſque

¶ 274. fuit. Præcepit Deus Abrahæ, vt ſibi ſuum filium dilectiſſimum immolaret:

Gen.22.2. *Tolle* inquit, *filium tuum vnigenitum, quem diligis Iſaac, & vade in terram viſionis, atque ibi offeres eum holocauſtum ſuper vnum montium quem monſtrauero tibi.* Singula verba grandi eſſe expenſione digna, demonſtrat Origenes, &

Hom.8. in Geneſ. in ſingulis grandem theſaurum abſconditum conſiderat, & in vnoquoque latere myſteriorum pretioſa monilia, quæ optimè ille proſequitur. Vnumquodque verbum, inquit Chryſoſtomus, per ſe ſufficeret ad ſauciandam

Hom.47. in Geneſ. animam iuſti. Non enim ſimpliciter dixit *Iſaac*, ſed addidit, *Filium tuum*; quem præter omnem expectationem genuiſti, & in ipſa ſenectute habere potuiſti, *Dilectum*, deſiderabilem tuum. Magnum præcepti pondus, & res humanam tranſcendens naturam. Admiror ego, quomodo iuſtus hæc auribus ferre potuerit. Hæc & alia Chryſoſtomus. Quid igitur iuſtus? Non turbatus eſt animo, non confuſus eſt mente, non conſilio deſtitutus eſt: ſicut gratus famulus omiſſa omni ratione humana, vnam tantùm rem curabat, vt imperata opere impleret: & quaſi factus ab humana natura alienus, & poſtponendam ducens, diuinis præceptis omnem affectionem, & dilectionem, ad implenda iuſſa feſtinauit. *Igitur Abraham de nocte conſurgens, ſtrauit aſinum ſuum, ducens ſecum duos iuuenes, & Iſaac filiũ ſuum.*

Expendit Ambroſius illud, *De nocte cõſurgens.* Nocte Deus ſacrificium poſtulauit ex filio, non expectauit Abraham dies multos, imò nec diem illucſcentem, quaſi timens, inquit Diuus Chryſoſtomus, ne Deus propoſitum, aut cõſiliũ mutaret, & auferret ſibi tam egregij meriti materiam. Ipſe ſtrauit aſinũ, inquit Ambroſius, obſequium omne ipſe ſuſcipiens, quamuis plures haberet famulos, ne moras aliquas teneret. Nota illa, *Igitur*, cõſecutionis eſt, quam nullæ aliæ præmiſſæ præceſſerant, niſi ſimplex Dei mandatum: viro namque iuſto illud ſufficientiſſimum fuit antecedens; vt inde tam grande cõſequens inferret, Venit igitur die tertio ad locum, quem Deus ei deſignauit, & dimiſſis pueris, & aſino, ſolus cum filio montem conſcendit: filius ligna deferebat, pater ignem, & gladium. Victima ſola deeſſe videbatur; ideoque inquiſiuit filius: *Pater mi, ecce ignis, & ligna, vbi eſt victima holocauſti?* Verba ſine dubio quæ paternũ cor, acrius quouis pugione confoderent. Ædificauit ergo altare, ligna compoſuit, filium alligauit, & ſuperpoſuit: *Extenditque manus, & arripuit gladium, vt immolaret filium ſuum*: quod ſpectaculum cùm in quadam pictura affabre elaborata videbat Sanctus Gregorius Nyſſenus, lacrymas continere non poterat, vt ex ipſius relatione ſancta refert Synodus Nicæna, vt ſupra dictum fuit. *Et ecce Angelus Domini de cœlo clamauit, dicẽs: Abraham, Abraham.* Duplicato nomine vocauit vt attentiorem faceret. *Qui reſpondit: Adſum*, quaſi dicens: Ecce cõpleo quod præcepiſti, nullam moram interpoſui. *Dixitque ei: Ne extendas manum ſuper puerum, nec facias illi quicquam. Nunc cognoui quod times Deum, & non pepercifti vnigenito filio tuo propter me.* Quid hoc? Nunquid Domine ludere vis? Illudere Abrahæ contendis? Nequaquam; ſed grande, diuinumque myſterium demonſtrare. Nõ Deus poſtulauit ab Abraham, ſibi filium offerri, quòd victimis delectaretur humanis, inquit Ambroſius, aut quod carnes humanæ, aut humanus ſanguis ſibi eſſet gratus, vel ſuauis ad cibum, potumve: quid enim mactatio filij poterat Deo

Lib.1.de Cain & Abel.c.8.

Concil.1. Nicæ.act.4.

¶ 275.

proficere, aut quam illi afferre vtilitatem? Quod contendebat Deus, & quærebat, erat sacrificium cordis contriti, & humiliati Abrahæ: hoc autem eo ipso quod arrepto gladio manum extendit, vt filium iugularet, plenè exhibuit, *Cor humiliatum* ostendit, obediens simplici Dei præcepto, nihil cunctans, nihil hæsitans, non difficultates innumeras, quæ se poterant offerre proponens, neque dicens, vt egregiè S. Chrysostomus annotat: Quomodo filium iubes occidi, in quo innumeram mihi posteritatem promisisti? Quomodo vita eum me priuare iubes, quem dedisti mihi futurum hæredem? &c. Nihil horum expositum; sed corde humili, quod sibi præceptum fuit, opere complete fuit aggressus: *Cor*, insuper, *contritū* habuit, quod tot grandes ictus, & percussiones cōtriuerunt, quot verba Deus protulit; quorum vnumquodque duro vulnere lacerabat cor, vt Origenes ex professo considerat. Insuper contritum fuit itinere trium dierum, & verbis quæ filius locutus fuit ad eū, vt diximus, & actibus illis quibus pater altare extruxit, ligna composuit, filium alligauit, manum arrepto gladio extēdit; vt iam nihil reliquū videretur, quo magis cor conteri posset. Quoniam igitur Deus sacrificium cordis contriti, & humiliati exoptabat, illud autem iam extendente Abraham manū suam completū fuit: iussit, vt à sacrificio filij se contineret, qui non filij, sed cordis Abrahæ iugulum intendebat; ac si dicat: Cessa, non amplius progrediaris; quod enim sacrificium intēdebam, iam oblatum accepi: *Loque de ti pretendi ya esta hecho:no ay para, que passar adelante.* In altero extremo fuit factum Saulis, ad quod etiam credo Dauidem alludere voluisse, quem meritò Samuel vocauit, *Stultum*, aut, *stultè agentem*, nō tantùm quia non expectauit horam sacrificij constitutam; sed qua verè de rebus diuinis stultè iudicabat: qui credebat, Deum sacrificium expetere propter ipsamet sacrificia in seipsis; quasi Deus delectaretur vitulo pingui, & ariete tenero, &c. Præcepit illi Deus per manū Samuelis dicens: *Vade, & percute Amalech, & demoliri vniuersa eius, non parcas ei, & non concupiscas ex rebus ipsius aliquid; sed interfice à viro vsque ad mulierem, & parvulum atque lactētem, bouem, & ouem, camelum, & asinum.* Abijt Saul cum exercitu suo, & deuictis Amalecitis, pepercit regi Amalecitarum Agag: *Et optimis gregibus ouium, & armentorum, & vestibus, & arietibus, & vniuersis, quæ pulchra erant, nec voluerunt ea disperdere: quicquid vero vile fuit, & reprobum, hoc demoliti sunt.* Iratus Dominus dixit ad Samuelem: *Pœnitet me quod constituerim Saul regem, quia dereliquit me, & verba mea non compleuit*: iussitque vt Sauli intimaret, eum priuandum regno, & vita. Cum autem Samuel eum argueret, dicens: *Quare nō audisti vocem Domini, sed versus ad prædam es, & fecisti malum in oculis Domini?* Respondit ille: *Imò audiui vocem Domini; tulit autem de præda populus oues, & boues primitias eorum, quæ cæsa sunt, vt immolet Deo suo in Galgalis.* Respondit Samuel: *Nunquid vult Dominus holocaustā, & victimas, & non potius vt obediatur voci Domini?* Expende sapientem ac lepidam Samuelis responsionem. Iudicabat Saul de Deo ac de rege quodam vili, & auaro, quem facilè quiuis placare potest quantumcunque iratum, si grandem munerum copiam illi offerat, quomodo Iacob de impio Esau benè iudicabat, quem rebus terrenis plenè traditum agnouerat, de quo dicebat: *Placabo eum muneribus.* Quando dux aliquis missus cum grandi exercitu à rege, etiam si contra regis ordinationem, & præceptum agat, si tamen aliquid feciſſe se credit, quod regi sit magnopere placitum; quando rex conqueritur, illud in sui excusationem profert, per quod se rectè feciſſe nititur comprobare. Ita Iob ille insignis dux Dauidis, quem magno cum exercitu miserat Dauid, vt obsideret ciuitatem Rabba, contra Dauidis institutionem accedens ad murum ciuitatis, victus fuit: mittens autem nuntium ad Dauid, per quem infœlicem euentum renuntiaret, præuenit illum dicens: *Cum compleueris vniuersos sermones belli ad regem, si eum videris indignari,*

Hom. 8. in Genes. cit.

1. *Reg.* 13. 13

1. *Reg.* 15. 3.

Gen 32. 20

2. *Reg.* 11. 20. 21.

¶ 276.

dignari, & dixerit: Quare accessisti, etc. Dicet: Etiam seruus tuus Vrias Hethæus occubuit: hoc enim gratum regi scio, per quod omnia, quæ contra eius ordinem facta sunt, rata ac probata habebit. Ita sæpè numero quando milites alicuius exercitus cõtra regis præceptum inimicos inuadunt, ne rex irascatur, solet dux ex præda mittere munera magna, vt quod factum fuerat approbet, dicẽs se potius feciſſe quod regis seruitio erat conuenientius, & potius pro rege, quam contra regem se egisse. Ita impius Saul, Deum tam auidũ iudicabat sacrificiorum, ex bobus magnis, & pinguibus arietibus, vt crederet quod si hæc abundanter offerret, omnia quæ faceret, esset Deus approbaturus, quantumcunque contra eius ordinem facta fuissent: existimauitque Deo nullius alterius rei fuisse curã, nisi quod sibi magna, pinguia, & preciosa offerrentur animalia: ideo Samueli cõquerenti, & dicenti: *Quare non audisti vocem Domini?* respondit? *Imò audiui.* ¶ 277. Sciebat sanè se contra Dei mandatum expressum egisse, existimabat nihilominus, se tanto plenius Dei voluntatẽ complere, quantò maiora munera illi deferret: ideo dixit: *Imò audiui* quasi diceret: Imò potius feci, & Deo summopere est placitũ: *Tulit enim populus de præda, oues, & boues, &c. vt immolet Domino.* Idcirco optimè Samuel illius stultam, & impiam æstimationem confutare volens: *Nunquid*, inquit, *vult Dominus holocausta, & victimas, & non potius vt obediatur voci Domini?* Quasi dicat; indigetne fortè Deus carnibus animalium? aut estne talis ille, qui sibi expetat dari carnes, quibus vescatur, quique sacrificijs ipsis propter seipsa delectetur? Certè nihil hæc ille æstimat, si ratione sui cõsiderentur, sed sibi potius vult offerri sacrificium cordis: vtique sacrificijs ille non delectatur: sed sacrificium illi gratum, est cor obediens, subiectum, contritum, & humiliatum: tuncque ipsi placitum obtulisses sacrificium, si quæ pretiosa erant Amalech, & cordi tuo placebãt, demolitus fuisses in oculis tuis, conterendo, mortificãdo, & humiliando cor tuum, aut cordis tui affectum, & auaritiam. Infert ex his D. Augustinus, sacrificia externa, grata Deo extitisse, quãdo ita illa exterius offerebantur, quod simul interius cor, & mentis affectus potiori sacrificio immolabãtur, Deoque dedicabantur. Quæ enim externa tantummodo erant, potius Deo erant ingrata, & inuisa: eo modo quo dixit apud Oseam: *Misericordiam volo, & non sacrificium.* Ita Deus vult sibi offerri sacrificium, quod non auferat misericordiã, ideoque dicere vult: Sicut sacrificium illud mihi gratum est, quod habet secũ misericordiam comitem; ita est illũ mihi ingratum, quod misericordiã excludit: quo etiam modo, vt supra annotabamus, dixit Apostolus: *Scientia inflat, charitas verò ædificat:* sicut preciosissima res est apud Deũ, sciẽtia, quã charitas dirigit, & ordinat, quæ ad ædificationẽ plurimũ cõfert: ita res est Deo odibilis, scientia charitatẽ excludẽs, quæ nihil aliud operatur, nisi inflare. Ita ergo de operibus, quæ Deo offerimus iudicandum, demonstrat Augustinus, ostendens illa aptè posse vocari sacrificia: quæ si sine cordis sacrificio offerantur, vana sunt, & inutilia, quę Deus non propter seipsa requirit, sed propter sacrificium cordis.

10. de Ciuit. Dei.

Osea. 6. 7.

1. Cor. 8. 1.

§. 36. *Spiritum aut intentionem à nobis Deus quærit, ex cuius defectu repulit multa Iudæorum sacrificia, in Isaia, Malachia, Ieremia, & Michæa.*

HIs quæ dicta sunt, egregia illa Spiritus sancti concinit sententia: *Spiritus timentium Deum quæritur, & in respectu illius benedicetur, spes enim illorum in saluantem illos, & oculi Dei in diligentes se.* Nomine *spiritus*, voluntas, & animi internus affectus sæpè intelligitur, quomodo B. Bernardus illud exposuit: *Beati pauperes spiritu*, id est, voluntarij. Alluditque sapiens ad metaphoram desumptam ex corpore, & anima. Corpus quidem si anima rationali informetur pulchrũ est, sanum, viuidum videt, audit, ambulat, & in æstimatione habetur: si anima careat, mortuum iacet, quod videntibus horrorem incutit, vermibus

¶ 278. Eccles. 34. 14. 15.

Serm. 12. omnium Sanctorum Matt. 5.

mibus scatet, & ad nihilum valet, nisi vt inter terrę puluereres recondatur cōsumendum. Non aliter opus bonum completur quidem ex externa actione, tanquam ex corpore, & ex interna voluntate, & affectu cordis tanquam ex animo, & spiritu. Quando opus externum informatum est affectu integro voluntatis, & cordis, quæ illud ad Deum dirigit, & ad eius gloriam ordinat, viuum est, & pulchrum, cuius visu Deus, & Angeli delectantur: quādo autem tali spiritu fuerit destitutum, mortuum iacet, & inanime, & ad nihilum valet, nisi vt sub puluere humanæ laudis reconditum, tandem absumatur, quod oculis Dei ingratum est, & inuisum: *Spiritus est, qui viuificat*, inquit Dominus: *Caro non prodest quicquam*, caro enim sine spiritu nihil habet valoris, cum spiritu autem, magna virtute præstat. Vnde, & Augustinus annotauit egregiè, Apostolus non postulauit simpliciter offerre Deo corpora nostra; sed *Obsecro*, inquit, *vos fratres, per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra, hostiam viuentem*, id est, habentem spiritum: *Spiritus enim, quæritur*, adeò, vt *in respectu illius benedicatur* nam secundum mensuram affectus, & intentionis cordis, & voluntatis, erit mensura æternæ benedictionis, & præmij, vt infra dicemus: Et id quidem congruo ordine dispositum est: *Spes enim illorum in saluantem illos, & oculi Dei in diligentes se*. Iusti qui opera viua, habentiaque spiritum agunt, ita se habent, quod oculos in Deum conuertunt, à quo salutem sperant: Deus propterea in eosdem conuertit oculos suos, vt namq; latè prosequitur D. Gregorius Nyssenus, diligit diligentes se, aspicit aspicientes se, se conuertit ad conuertentes se ad se, de quibus alibi. Qui igitur spiritum quærit, id est, mentis affectum, & voluntatem, in operibus, quæ ipsi exhibes, si nullus sit spiritus in operibus tuis, quo illi placere contendas, nullatenus opus tuum quærit, nec requirit à te. Non quærit Deus à te eleemosynam, quam facis sine voluntate placendi illi, nec ieiunium, quod ieiunas absque eo, quod intendas eius gloriam, & te disponere per ipsum ad illius obsequium; nec orationem, quam sine vllo penitus spiritu solo corpore fundis, qui spiritum in his, quæ agis requirit. Ex his D. Augustinus explicat, cur Iudæorum sacrificia Deo fuerint ingrata, & inuisa, ad quod institutum sancti Patres expendunt quædam Esaiæ verba. Quamuis enim negari non possit, illis prædici reprobationem antiquorum sacrificiorum per introductionem nouæ legis, nouique sacrificij à Christo instituēdi, vt ex Sanctis Patribus Chrysostomo, Hieronymo, Ambrosio, Cypriano, Gregorio Nazianzeno, & alijs probat diligens nostri tēporis author: certum tamen mihi videtur, voluisse etiam ostendere, cur ea sacrificia Deo fuissent ingrata, illo tempore quo verè grata eidem extitissent, si sicuti oportet essent oblata, non quidem ex opere operato, sed ex opere, & dispositione operantis; quomodo gratū Deo dicitur sacrificium, quod obtulit Noe, & quod Gedeon, & Samuel, & Elias, quæ Dauid in translatione arcę, & Salomon in dedicatione templi. Id quod Sancti Patres apertè obseruarūt Chrysostomus *a* annotans quod de sacrificio Noe scriptum est: *Odoratus est Dominus odorem suauitatis*. Hieronymus *b* etiam, & D. Bernardus *c*, & ex professo Basilius *d*, & Gregorius Nazianzenus *e*, expendentes apertè, Prophetam ipsum expressisse causam, cur tunc Iudæorum sacrificia Deus repelleret, & ingrata haberet. Subdit enim: *Audite verbum Domini principes Sodomorum, auribus percipite legem Dei nostri populus Gomorrha*. Non ad Sodomitas, & Gomorrhæos verba faciens hæc loquitur, inquit Chrysostomus *f*, sed ad Iudęos: sic autem appellat illos Deus, quod imitantes illorum malitiam, sibi cum illis cognationē adsciuissent: similiter alibi *g*, & *Canes* illos appellat, & *equos insanientes in feminas*, non quòd illorum esset transformata natura; sed quod illorum animalium incontinentiam imitarentur: *Quo mihi multitudinē victimarū vestrarū dicit Dominus Plenus sū. Holocausta arietū, & adipē pinguiū, & sāguinē vitulorū, & agnorū, & hircorum nolui. Cū veniretis ante conspectū meū, quis quæsiuit hæc de manibus vestris?* Mirū est:

Dan.6.63.

10.de Ciu. cap.6.

Rom.12.1.

Hom.9. in Cantic.

¶ 279.

Leo Castrensis, in c.1. Isaiæ.

a *Hom.26. in Genesim post mediū & 67. ad pop. ad fin.*
b *In c. 58. Isaiæ.*
c *Ser.71. in Cantic. ad fin.*
d *In cap.1. Isaiæ.*
e *Orat.1. cont.Iud. aliquantulum post princ.*
f *Orat.1. contr.Iul. post med.*
g *Isa.65. 10.11. Ierem.5.8.*

quo-

quomodo Deus dicat: se noluisse holo-
¶ 280. causta, nec adipem, neque sanguinem vitulorum, & hircorum; & quod hæc non quæsierit sibi offerri. *Quis quæsiuit hæc de manibus vestris*. Posset respõdere populus: Tu ipse quæsisti, qui statuisti, & iussisti, tibi quolibet die offerri holocausta manè, & serò, & adipem tibi adoleri, & sanguinem ad tuum altare effundi, & varias victimarum differentias perpetua lege sanxisti. Quid enim integer Leuitici liber, qui de sacrificijs est, continet: nisi mandata, quibus diuersa sacrificiorum genera statuisti? Sed expendit Basilius vim illius
In c. 1. Isa. relatiui. *Hæc*, quod non sacrificia absolutè refert; sed talia, qualia ab illis offerebantur, eo modo, quo Christus in templo eijciens vendentes columbas,
Ioan. 2. 16 & turtures, dixit, *Auferte ista hinc*, observa relatiuum *Ista*, non enim absolutè columbas, & aues sacrificijs aptas refert, quas potius ad templum induci volebat: quomodo Beatissima Virgo legi satisfaciens, cum ad templum completis diebus purgationis suæ accessit, illuc intulit par turturũ, aut duos pullos columbarum, sed exprimit columbas, & aues eo modo quo ab illis in tẽplum inducebantur, polluendo illud, &
Luca 2. ex tẽplo forum faciẽdo. Similiter ergo, non dixit absolutè: Quis quæsiuit sacrificia de manibus vestris? multa enim, & innumera ab illis ipse requisiuit, sed
Lib. 2. de Cain, & Abel. *Quis quæsiuit hæc?* id est, eo modo quo à vobis offerũtur. Deus sacrificia quæsiuit externa, & holocaustomata, & adipem, non quomodocumque, sed talia, vt Ambrosius annotat, per quæ homines potius internum cordis, & animi adipem, & pinguedinem sibi offer-
Eccles. 34. 14. rent: *Spiritus enim timentium Deum quæritur*, spiritus plenus fide, succensus charitate, qualia fuerunt sacrificia
Homil. 26. in Genes. Abel, Abrahæ, Melchisedech, vt Diuus Chrysostomus prosequitur. Ioseph, fratres quidem suos maiores coram se venire constituit, & iussit: sed ita vt secum deferrent fratrem suum minorẽ, quem cupiebat videre tanquam sibi vterinum quod si sine illo veniissent, dicere posset: Quis hæc quæsiuit à vobis? Si Princeps sedens ad mensam, vt comedat, postulet à seruis, & ministris sibi deferri patinas, catinos, calices, ve-

nirentque deferentes plures catinos, calices, & vasa vacua, diceret: Quo mihi multitudinem vasorum? quis hęc quæsiuit de manibus vestris? ego enim non vasa propter se ipsa postulaui, sed propter id, quod in illis mihi comedendũ eratis exhibituri. Ita Deus sedere voluit quasi ad mensam, dum sedit in propitiatorio super Cherubim, & mensam ¶ 281.
Altaris Sacrificiorum sibi voluit parari, vbi deferuntur vasa, sacrificia scilicet externa; non tamen vult vacua spiritu, & affectu cordis, qui est cibus Deo gratus, quẽ comedere perhibetur. Varia vasa illi deferebant Iudæi, innumera scilicet sacrificiorum genera: grandia quidem, nam offerebant boues, vitulos, arietes pingues, agnos lactentes, sed vacua omni cordis affectu, tantum enim Deo externa sacrificia exhibebãt: cor autem suum, & mentẽ colloca bãt in rebus terrenis, & iniquitatibus: optimè propterea dicit; *Quid mihi multitudinem victimarum vestrarum? Quis quæsiuit hæc de manibus vestris?* Huiusmod sacrificia non tolũ ó esse sibi grata, sed ingrata potius, explicat subdẽs, *Ne offeratis sacrificium frustra, incensũ abominatio est mihi*. Si peteres ab aliquo tibi afferri nuces, illeque vacuas tibi præsentaret, diceres tales nuces potius esse abominationem: quã rem à te expetitam, qua de causa apud Malachiam sacrificia, & festiuitates Iudæorũ vocat *Stercus*: non enim celebrabant Festa ad ipsius gloriam, nec immolabãt victimas, cor suum eidem offerentes. *Mal. 2. 23.*
Si nolueritis ponere super cor vt detis gloriam nomini meo; ecce ego proijciam vobis brachium, & dispergam super vultũ vestrum stercus solemnitatum vestrarũ. Loquitur ad Sacerdotes, in quorum sacrificijs quędam partes iuxta legis præscripta reputabantur sanctiores, vt armus dexter, pectusculum, lingua, ventriculus, vt ex Leuitico patet. Illa, inquit, quæ sanctiora iudicantur proijciam, vt *brachium* aut armam: *Proijciã vobis, dare os con el*, & ventriculum, qui locus est stercoris, dispergã super vultum vestrum, *dare os con el vientre por la cara, que quede toda suzia* In Hebræo bis repetitur vox stercus: *Et dispergam super vultum vestrum stercus, stercus, solemnitatum vestrarum*, vt Deus ma- *Leuit. 7. & 10 & Deu. 18.*

gis

gis offendat contemptum, quo talia sacrificia cõtemnebat. Si Dominus peteret à seruo sibi afferri pomum, ille autem solam externam superficiem, & corticem in patina afferret, intus nihil continentem; certè illam in ipsius faciem iratus cõijceret. Et non dixit, solemnitatum mearum, *sed solemnitatum vestrarum*: quia illas celebrabant, non Deo placere cupientes, sed suis cupiditatibus, & voluptatibus satisfacere conantes. Ad idem institutum expendi possunt varia loca, quæ obseruat Diuus Chrysostomus, vt illud Ieremiæ: *Vt quid mihi thus de Saba affertis, & calamum suauè olentem de terra longinqua? holocaustomata vestra non sunt accepta, & victimæ vestræ non placuerunt mihi*: & illud Amos, *Aufer à me tumultũ carminum tuorum, & cantica lyræ tuæ non audiam*, & illud Micheæ: *Nunquid placari potest Dominus in millibus arietũ, aut in multis millibus hircorum pinguium? Indicabo tibi quid sit bonum, & quid Dominus requirat à te, vtique facere iudicium diligere misericordiam, & solicitum ambulare cum Deo tuo*. Quot quantisque Christianus hæc Deus dicere posset? qui bonorum operum sacrificia externa solummodo Deo, nihil penitus cordis, aut animi vel mentis, ei offerẽtes, qui bona quidem opera faciunt, sed cor nullatenus ad Deum dirigunt, nec animum ad illum applicant. ieiunas corpore, mente tamen omni vitiorum genere te reficis, oras voce dicens: Dimitte nobis debita nostra, sicut, & nos dimittimus debitoribus nostris, qui corde sanguinem inimici fitis: eleemosynam das vni pauperi, alterum expolians, & pauperem faciens. Primum omnium Deus exposcit cor, animum, mentem, amorem, & intentionem quam illi offeras, intendendo eius gloriam, obsequium, & seruitium.

Orat. 4. cõtra Iudæos ante med. Ier. 6. 20. Amos 5. 23. Mich. 6. 7.

§. 37. *Iniquitas Cain fuit, in sacrificio male diuidere, Deo sua offerendo, cor suum sibi reseruando: benè Abel & Macedones primò seipsos Deo obtulerunt.*

EX his D. Augustinum quæstionem soluit quam ipsemet difficilem reputat; cur Deus sacrificium Cain reprobarit, & repulerit. Nulli dubiũ est sacrificium Cain inuisum fuisse Deo, Abel aũt gratissimum, quod S. Patres, imò, & Paulus *a*, colligunt ex illo *b Respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius; ad Cain autem, & ad munera eius non respexit*, quod D. Hieronymus intelligit *c*, quia Deus de cœlo repente misso igne concremauit, & cõsumpsit sacrificiũ Abel, intacta prorsus oblatione Cain. Quod Theodotionis translatio indicauit, qui legit: *Et inflammauit Dominus super Abel*. Et sanè hoc signo postea Deus declarare consueuit sibi sacrificia esse accepta, vt in sacrificio consecrationis Aaron *d*, in sacrificio Gedeonis *e*, Dauidis *f*, Salomonis *g*, Eliæ *h*, Nehemiæ *i*: & huius rationem tradit Cyrillus Alexandrinus *k*, quoniam Deus dicitur *Ignis cõsumens*, vnde eo ipso quod ignis descendebat, & quasi suum nutrimentũ accipiebat, & deuorabat sacrificium, videbatur Deus ipse illud absumpsisse, & quasi comedisse. Hoc igitur signo indicabatur iniquitas Cain, & innocentia Abel: sicut simili signo indicatam fuisse à Deo innocentiam, & sanctitatem Galli, & impietatem Iuliani fratris ipsius, excellentissimè Sãctus Gregorius Nazianzenus *a*, obseruat, qui egregiè ad hoc institutum historiam sacrificij Abel, & Cain expendit. Refert ipse, scribuntq; similiter Nicephorus *b*, & Socrates *c*, rem mirabilem, quæ illis duobus fratribus Gallo, & Iuliano, qui postea fuit Imperator apostata, accidit. Cum enim ambo adhuc pueri in Cappadocia agerent, studiũ adhibuerunt, vt maximã basilicam ad sepulturam S. Martyris Mamæ, & Sanctorum Martyrum honorem extruerent, & inter se diuiserunt opus. Cumque ambo certarent in ædificio, vt alter alterum superaret, Galli ædificanda pars mirè augebatur, & crescebat, & quotidie sua in-

¶ 181.

a Ad Heb. 11. 4.
b Gen. 4. 4. 5.
c Lib. tradition. Hebraica, in Gen.
d Leuit. 9.
e Iudic. 6.
f 1. Par. 21.
g 2. Par. 7.
h 3. Reg. 18
i 2. Mach. 1.
k Li. 12. de adorat.

a Orat. 1. contr. Iul. aliquantulũ post prin cip.
b 10. Eccl. hist. c. 1.
c Li. 6. hist. tripar.

incrementa habebat: in ea verò parte, quam Iulianus construebat, parietes ipsi eo ipso quòd extruebantur, cadebant, fundamenta quæ fodiebãtur, statim replebantur ruderibus, depositæ fundamenta terræ copulari non poterant, perinde ac si quædam violenta virtus ex loco inferiore ea repercutiẽdo depelleret: inde (inquiunt Nicephorus, & Socrates) collegerunt omnes, Gallum fidelem quidem ad Deum extitisse, Iulianum autem non animo religionem coluisse, sed metu Imperatoris Christianum se simulasse, tuncque iam à vero Deo defeciſſe, cuius opus Deus tam apertè auersabatur, & ingratum sibi ostendebat. Id ipsum de Cain, & Abel dicendum est, voluisse scilicet Deum dato sensibili signo ostẽdere huius sacrificium sibi gratissimum, illius verò penitus inuisum fuisse. Difficile tamen reputat Augustinus explicare quisnam fuerit defectus Cain, & in qua re defecerit: expendit enim verba sacri textus, iuxta translationem Septuaginta, quorum lectio etsi ab Hieronymo aliquãdo iudicetur difformis, & diuerso ab eo quod in Hebræo habetur, communissima tamẽ fuit omnibus Sanctis Patribus Græcis, Basilio *a*, Chrysostomo *b*, Gregorio Nazianzeno *c*, Cyrillo Alexandrino *d*, Olympiodoro *e*, & quàm pluribus Latinis, Irenæo *f*, antiquissimo, Cypriano *g*, eidem Hieronymo *h*, Ambrosio *i*, Prospero Aquitanico *k*, Gregorio magno *l*, Ruperto *m*, & ipsi Augustino *n*. Sic scriptum est, inquit Augustinus: *Et dixit Dominus ad Cain: Quare tristis factus es, & quare concidit facies tua? Nonne si rectè offeras, rectè autem non diuidas, peccasti?* Quia non elucet, inquit Augustinus, cur vel vnde hoc sit dictum, multos sensus peperit eius obscuritas, cum diuinarum scripturarum quisque tractator, secũdum fidei regulam id conatur exponere. Rectè enim offertur sacrificium cùm offertur Deo vero, nõ autem rectè diuiditur, dum non discernuntur rectè loca, vel tempora, vel res ipsæ quæ offeruntur, cæteræque circũstantiæ, quæ requiruntur, vt opus bonum rectè fiat. In quo autem horum Deo displicuit Cain, & quod defueris ipsius sacrificio, propter quod non rectè diuisisse dictus sit, non potest facilè designari. Sanct. Basilius docuit ex defectu circumstantiæ, non rectè Cain obtulisse, nec legitimum fuisse illius sacrificium, non tamen explicat, quæ nam circumstantia defuerit, propter quam dicatur illum non rectè diuisisse: B. Ambrosius multos in sacrificio Cain inuenit defectus, primum, quòd segnis fuit, & tardus: hocque credit indicatum illis verbis: *Factum est autem post multos dies, vt offerret Cain.* Non fuit sicut Abraham, qui eadem nocte, qua sibi sacrificium fuit indictum, surrexit, & opus aggressus fuit. Nec per vnum solummodo diem distulit Cain, aut per duos, sed multos dies: neque enim sacrificium obtulit, quousque vidit fratrem suum Abel minorem sacrificantem, quos propterea iunctos in sacrificij munere scriptura recenset. Displi cet Deo, inquit Ambrosius, si quis tardus sit in illis reddendis, quæ reddere tenetur. Huius occasione inuehitur in eos, qui tardè, & segniter se conuertũt ad vacandum Deo, & res suas cum illo pertractandas, postquam iam creaturas omnes percurrerunt, & cunctis seculi negotijs satisfecerunt. Ad quod institutum longo discursu explicat, cur Deus omnia primitiua tam de auibus, quã de frugibus, & fructibus, sibi offerẽda cõstituerit: *Sanctifica mihi*, inquit, *omne primogenitum, &c.* Et vt omnia primogenita sibi assumpsisse visus fuisset, loco omniũ primitiuorum sibi segregauit integram tribum Leui. Scriptum est enim: *Ecce tuli Leuitas de medio filiorum Israel pro omni primogenito quod aperit vuluam, à filijs Israel, & erunt mei Leuitæ: mihi enim omne primogenitum in die quæ percussi omne primogenitũ Ægypti, sanctificaui omne primogenitum Israel meũ est.* Num primitiua Deus exposcit, quòd sint gustui eius suauiora? Nũ quia priora tẽpore? Certè vt indicaret Deo placitas esse priores curas, actiones, & opera, & quod primi tui cogitatus, & actiones sint erga ipsum intenti, posteriores enim fructus, & actus Deo, primos autem mundo, carni, & dæmoni tribuere, impiũ est. Hic primus defectus sacrificij Cain, quæ similiter obseruauit Philo, à quo omnia

¶ 283.

1. *De Cain c. 7. & 8.*

Gen. 4. 3.

Eod. lib. 1. cap. 10.

Libr. 2. de Cain. ca. 2.

Exod. 13. 2

Num. 3. 12

¶ 284.

Lib. de sacrificijs Abelis & Cainẽ.

a *Serm. de Baptism. c. 8. p. 247.*
b *Hom. 18. in Genes.*
c *Orat. 1. contr. Iul. tirat.*
d *Lib. 2. in Genes. in princ.*
e *in cap. 4. Ecc. ad fin.*
f *Lib. 4 cõtra ref. c. 34.*
g *Libr. de vnis. Eccl.*
h *Epist. 26 ad Pamac.*
i *Libr. 2 de Cain, ca. 6. & lib. de dom. incarn. sacr. c. 1. et ser. 9.*
k *Lib. 2 de voc. gent. cap. 13.*
l *3. Moral. c. 9. & 10.*
m *Li. 4. in Genes. c. 2. n. 15. de civit. c. 7. cit. & 12. cõt. Faust. c. 9.*

quæ hac in parte dixit Ambrosius, mutasse videtur. Secundum defectum in sacrificio Cain indicat Ambrosius *a*, quem, & similiter ex professo expenderat Philo *b*, quod non primitias fructuum suorum obtulit; sed has sibi reseruans, de cæteris sequentibus fructibus sacrificauit. Non primitiua obtulit, inquit Ambrosius *c*, sed primitiuis ipse perfunctus est, de sequētibus munus Deo tentauit offerre. Abel autem primitiarum suarum oblatione prælatus, meruit insigni pietatis laudari oraculo. Hocque credit Ambrosius indicatum illis verbis; *Obtulit Cain de fructibus terræ munera Domino Abel quoque obtulit de primogenitis gregis sui & de adipibus eorum*: dum enim de Abel exprimitur, primogenita, & adipem obtulisse, & de Cain tantum dicitur, obtulisse fructus; non primogenitos, aut primitiuos eum obtulisse, indicatum est. Huiusmodi defectum deprehendit Chrysostomus, credens ex eo sacrificium Cain inuisum, quod viliora obtulerit, Abel autem meliora quæ habuit. Obserua, inquit, quomodo nobis pientissima Abelis mens significatur, & quod non tantum de omnibus obtulerit, sed *de primogenitis*, hoc est pretiosissimis, & maxime eximijs: deinde ex illis ipsis primogenitis, pretiosissima quæque, & *de adipibus*, inquit, *illarum*, hoc est de pinguissimis, & optimis; de Cain nihil tale annotatum est, &c. Quā dicendi rationē secutus fuit Diuus Thomas, expendens illud, *Fide plurimam hostiā Abel quam Cain obtulit Deo*. Sicut confessio, inquit D. Thomas, est testimoniū fidei interioris, ita ex cultu exteriori in sacrificio commendatur fides Abel, & ex eo quod obtulit sacrificium electū, quia de primogenitis gregis, & de adipibus eorum ostenditur electa fides eius. Optimum enim sacrificium, signū fuit electæ fidei, & probatæ, *Maledictus* enim *fraudulentus, qui habens in grege suo masculum, & votum faciens, immolat Deo debile*. De Cain autem nulla fit mentio quantum ad rei oblatæ excellentiam; sed solum dicitur quod obtulit de fructibus terræ. Hanc dicendi rationem sequutus fuit B. Cyrillus Alexandrinus, eloquentissimè loquens. Sacer, inquit, & sapientissimus Abel, quę inter gregem suum prę cæteris essent, quæque æquissimo animo delecto fuere, Deo optimo offerebat obtulit enim inquit, ex primogenitis ouium, & ex adipibus eorum, id est, quæ elegantiora, præstantioraque haberentur, modique sacrificandi haud ignarus, adipes quoque apponebat. At Cain, nō eo modo, sed contra, magna cum negligentia offerebat. Quę enim ex sepestiuis fructibus excellentiores essent, suis delitijs reseruabat, quæ verò deteriores haberentur, Deo maximò offerre non erubescebat. Quamobrem ad munera Abel ignem cœlitus emissum, consumere sacrificiū effecit: ad Cain, inquit, & ad sacrificia eius non respexit: non enim ignem assuetū oblatis emisit. Ita Cyrillus. Neque hos solos defectus Ambrosius in sacrificio Cain deprehendit, sed quamplures alios, ex quibus septē singulariter expendit *a*. Illos tamen, alioſque quā plures ipsemet Ambrosius *b*, expendens, tandem ad eum reducit, quem ex Augustino statim trademus. Cyprianus *c*, Hieronymus *d*, & Bernardus *e*; cēsent defectū sacrificij Cain in eo positum fuisse, quod quāuis rectè offerret, non tamē rectè diuidebat qui per irā, & odium se à fratre suo separabat, dicente Domino: *Diliges Dominū Deum tuum super omnia, & fratrem tuum sicut teipsum*. Itaque voluit Dominus dicere: Quid prodest, si bonum offeras mihi sacrificium, si iniqua diuisione à fratre tuo per odium es separatus; Hoc enim est, non rectè diuidere, id est, mala, & non recta à fratre suo se diuisione separare. Cui concinunt, inquit Cyprianus, quæ Christus Dominus postea dixit: *Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quòd frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo*. Quali dicat, inquit Cyprianus: Solue diuisionē, nō mala diuisione à fratre separatus accedas. Ita ex professo locū expoſuerat S. Irenæus. Respexit, inquit, Dominus ad munera Abel, quoniam cum simplicitate, & iustitia offerebat: super sacrificium autē Cain non respexit, quoniā cum zelo, & malitia, quæ erat aduersus fratrē, diuisionē habebat in corde, quemadmodum occulta eius arguens

Deus

2 Li. 1 c. 1. tit. & li. 2. cap 6.

b Li. de sacrifi. cit.

c Li. de Elia, in vlt. vers.

Gen. 4. 3. 4.

Hom. 7. de pœnit. ad fin. & Hom. 18. in Genes.

In c. 11. ad Heb. lec. 9.

Matt. 1. 21

Libro 2 in Genes.

a Lib vn. de pœn. c. 7.

b Lib 2. c. 7 citat.

c Lib de vni. Eccle.

d Lib 16. in c 58. Isa.

e Serm. 71. in Cant. ad finem.

f Matt. 22. 37.

¶ 285.

Matt. 5. 23

Lib 4 cōt. hæres c. 34.

Deus ait: *Nonnè si rectè offeras, rectè autem non diuidas, peccasti? Quiesce*, quoniam non sacrificio placatur Deus. Si enim quis solummodo secùdum quod videtur, mundè, & rectè, & legitimè offerre tentauerit, secundum autē suā animam non rectè diuidat eam quæ est ad proximum communionem, neq; timorem habeat Dei, nō per id quod foris rectè oblatum est sacrificium, seducit Deum, intus habēs peccatum: nec oblatio eius ei proderit aliquid, sed cessatio mali, quod est intus conceptū, ne per assimulatā operationē, magis autē peccatum ipsum sibi homicidam faciat hominem. Ita Irenæus. Rem tamē totā egregiè D. Augus. expendit, obseruās, quæ de Cain Ioannes Euangelista dixit. Sed quoniam Ioānes Apostolus, inquit Augustinus, cum de his fratribus loqueretur. *Non sicut Cain*, inquit, *qui ex maligno erat, & occidit fratrē suū. Et cuius gratia occidit eū? Quia opera illius maligna fuerunt, fratris autem eius iusta*: datur intelligi, propterea Deum non respexisse in munera eius, quia hæc ipse malè diuidebat, dans Deo aliquid suum, sibi autem se ipsum. Ita Augustinus, cuius sententia intelligetur, si obseruemus, quod Sanctus Hieronymus annotat, hominem duo bonorum genera habere; primò enim habet seipsum; secùdò habet externa bona, quæ aut sunt penitus externa, vt diuitiæ, & facultates, aut quæ dicuntur media, vt bonum honoris, dignitatis, & salutis. Sunt autem differentiæ, quàm plurimæ inter huiusmodi bona: prima, quia homo ipse solus præstantior est, & excellentior cunctis alijs bonis externis: hęc namque ordinantur ad illum tanquam ad finem, & finis præstātior est his, quæ sunt ad finem. Deinde, quia homo est substantia, id est, sustentaculum, & primum subiectum aliorum bonorum, quæ sunt accidentia: & substantia iuxta Philosophorum decreta, multis nominibus est præstantior accidente. Vnde Christus Dominus: *Quid*, inquit *proficit homini, si lucretur vniuersum mundum, seipsum autem perdat & detrimentum sui faciat?* Quasi nihil reputatur totus orbis in comparatione ipsius hominis. Oprimè Isaias: *Pretiosior erit vir auro, & homo mundo obrizo*. Secunda, quod inter omnia hominis bona, nullius Dominium magis sibi propriū habet homo, quam sui ipsius, suorumque actuum, quod nemo potest ab ipso auferre, aut vllatenus rapere: nulla enim creatura, nec Angeli supremi possunt illum hoc dominio spoliare, & violentiam illius libertati inferre, vt Diuus Thoma demonstrat: cætera autem bona omnia, inquit Hieronymus, facilè possunt auferri, non solum ab Angelis, sed ab alijs hominibus. Ratio est, quia Deus hanc illi indidit naturā, quem propterea dicitur creasse ad imaginem, & similitudinem suam, vt ex Beato Damasceno *a*, docuit Diuus Thomas *b*, quia illum fecit liberum, & suarum actionum Dominum, &c. *reliquit illum in manu consilij sui, vt ad quod voluerit porrigat manum*. Tertia sequitur ex his duabus, quod scilicet Deus nihil penitus bonorum hominis concupiscit, nisi solum ipsummet hominē. Hocque est quod elegantissimè Sapiēs dixit, agens de primorum parentum creatione: *Deus creauit de terra hominem, & secundum imaginem suam fecit illum*, id est, fecit illum liberum, & suorum actuum Dominum. *Creauit illi adiutorium simile sibi*, id est, mulierem, eandem naturā liberā habentem, *posuit oculum suum super corda illorum*. Ponere oculos super aliquid, est illud concupiscere, sunt enim oculi fenestræ quædam, per quas cor egreditur ad ea, quæ exterius conquirenda, & ibi oculos quis figit, vbi cor appetitum exercet. Posuit Deus oculum suum super corda illorum, id est, id sibi appetijt, & concupiuit, id voluit sibi exhiberi, *corda illorum*. Non itaque quærit tua, sed te ipsum, cor tuum, & voluntatem tuam: hanc, cuius habes Dominium, quam vt quæreret, & inueniret, sibique acquireret, venit de cœlis in terram. Ex his iam patere incipit iniquitas, & malignitas Cain. Cœperunt sacrificare ipse, & Abel frater eius. Abel ita sacrificauit, quod primò seipsum obtulit Deo, cui seipsum, suam voluntatem, & cor suum primò tradidit, deinde bona externa. quæ prætiosiora habebat, obtulit, de primogenitis scilicet gregis sui, & de adipe arietum. Illius propterea sacrificium

gra-

Gen 4 7.

1. Ioan. 3.

Epi. 34. ad Iulian.

¶ 286.

Matt. 16. 26.

Isa. 13. 12.

1. 2. qu. 6. art. 4.

a *Lib. 2 fid. orth c. 12.*

b *In prolog. 2.*

c *Eccl. 15. 14.*

Eccl. 17. 1.

¶ 287.

gratissimum Deo fuit, qui idcirco primò *respexit*, ideſt, acceptâ habuit perſonam ipſius *Abel* ſemetipſum offerentis: deinde reſpexit, & *accepta habuit munera eius*. Iuſtum eſt enim, vt qui perſonam acceptabat, acceptaret etiam bona, quæ ſecum ferebat, aut offerebat. Cain autem, iniquam diuiſionem fecit, iniuſtam, & malignam: nam Deo dedit quidem bona ſua externa, ſemetipſum autem ſibimetipſi reſeruauit, facturus de ſe, & ſua voluntate, quicquid liberet, etiam cõtra Deum ipſum. Hoc eſt quod ex Euangeliſta expendit Auguſtinus, *Opera*, inquit, *illius maligna fuerunt, fratris autem iuſta*. Iuſta fuerũt opera Abel, id eſt, recto ordine diſpoſita, & diuinæ voluntati conformia, qui primò ſeipſum obtulit, deinde bona ſua; Maligna autem opera Cain. Quid enim malignius, quã dare Deo id quod deterius eſt, & Deus nullatenus expetit, & ſibi retinere id, quod pretioſius eſt, quodque Deus ab homine poſtulat? Hoc igitur eſt, inquit Auguſtin. quod dictum fuit ad illum: *Nonne ſi rectè offeras, non benè autem diuidas, peccaſti?* Benè offers, quia Deo verò offers: ſed iniquam agis diuiſionẽ, dum tibi temetipſum reſeruas, & Deo tua bona tribuis. Auguſtinum ſequitur Rupertus, eiuſque doctrinam clariſſimè exponit, expendens etiam illam Apoſtoli ſententiam: *Fide plurimam hoſtiã Abel quàm Cain obtulit Deo*. Fidem quidem obtulit paſſionis vnici filij Dei, quem tali ſacrificio præſignari condecuit. Fidem, inquit, plurimam. Nam cultu, vel religione parem vterque obtulit: hoſtiam; ſiquidem vterque, cui debuit, obtulit: ſed non rectè vterque diuiſit. Nam ille, Cain ſcilicet, cum Deo offerret ſua, ſeipſum ſibi retinuerat repoſitum in cupiditate terrena; huiuſmodi autẽ portionem Deus non accipit, ſed *prabe*, inquit, *mihi fili cor tuum*: at ille cor ſuum retinuit ſibi: & fructus terræ Deo obtulit. Ita Rupertus. Hic fuit grandis defectus Cain: in quem etiam Ambroſius multos alios, quos in ipſius ſacrificio deprehendit, tandem reducit, obſeruans, quod ſimiliter Philo obſeruauerat, id quod dictum eſt: Cain primitiua ſibi reſeruaſſe, de cæteris autem fructibus ſacrificium Deo obtuliſſe, non tam intelligendum eſt de primitiuis frugum, quam de eo quod primitiuum eſſe debet in ſacrificio Deo grato. Nec mirum eſſe debet, quod Deus illius ſacrificia, & munera propter rationem iſtam repulerit, vt Sanctus Gregorius Nazianzenus ex Iuliani hiſtoria, quam in principio huius diſcurſus retulimus colligit. Baſilicam namque, quam Iulianus Sanctis Martyribus extruebat, noluerunt illi acceptare; quia quamuis opus extremum quod Iulianus faciebat, videretur eſſe in ipſorum honorẽ, affectu tamen cordis, & voluntatis ab illis erat diuiſus, & ſeparatus, ipſiſque penitus cõtrarius: & qui externo opere pro Martyrũ honore agere videbatur, interno affectu cõtrarius illis erat, odioque proſequebatur. Multò igitur ratione potiori repulit iuſtè Deus illius ſacrificium, qui etſi externo opere ipſi ſe ſubijcere videretur, interno tamẽ cordis affectu ſe Deo penitus ſubtrahebat, & negabat, nolens voluntatẽ ſuã, aut cor ſuum Deo vllatenus ſubijcere. Longo diſcurſu proſequitur Ambroſius, quod ſupra cępimus indicare; cur Deo ſolummodo primitiua tam in hominibus, & animalibus, quã in frugibus, & fructibus placuerint, quæ ſibi offerri poſtulauit. Id autem ideo, inquit Ambroſius, vt indicaret, id quod eſt in te primum, & cæterorum fundamentũ ſibi velle offerri, videlicet te ipſum, cor tuum, voluntatem tuam. Huiuſmodi primitiua ſibi retinuit Cain, nolens Deo ſe ipſum, voluntatemque ſuam ſubdere, & offerre; ſed contentus fuit illi ex bonis externis munera dare, quę nec approbat, nec requirit Deus. His cõcinit; quod idem Ambroſius hoc ipſum ex profeſſo pertractans dixit, Cain benè obtuliſſe, & malè diuiſiſſe; quia à bono opere, aut bono ſacrificio diuiſit, & ſeparauit, id quod in illo præcipuum eſſe debebat, affectum ſcilicet rectum cordis, per quem ſolummodo intenderet Deo placere. Huic multos eſſe ſimiles, oſtẽdit Diuus Auguſtinus, quibus cum ſacrificant dici poteſt, quod rectè offerunt, non tamen bene diuidunt. Suppoſuit Auguſtinus, omnia opera bona, quæ in Dei obſequium fiunt, ſacrificia dici poſſe, modo ſæpius à nobis explicato: inter hæc autẽ, primum

1. Ioan. 3. 12.

Libro 4. in Geneſ. c. 2. Ad Hebr. 11. 4.

Pro. 23. 26 Libro 1. de Cain. c. 10. & l. 2. c. 6. Lib. de ſacrif. Abel, et Cain, & lib. de agri cul. poſt med.

Orat. 1. cõtr. Iul. cit.

Libro 2. de Cain. ca. 2.

¶ 188. 10. De ci. uit. c. 6.

mum ſacrificium, quod offerre debemus, eſſe illud, quo noſmetipſos Deo offerimus, & tradimus. Verum ſacrificium, inquit Auguſtinus, eſt omne opus quod agitur, vt ſancta ſocietate inhæreamus Deo, relatum ſcilicet ad illum finem boni, quo veraciter boni eſſe poſſimus. Vnde ipſe homo Dei nomini conſecratus, & Deo deuotus, (qualis eſt religioſus) in quantum mũdo moritur, vt Deo viuat, ſacrificium eſt. Corpus etiam noſtrum, cum per temperantiam caſtigamus, ſi hoc quemadmodum debemus propter Deum facimus, vt non exhibeamus membra noſtra arma iniquitatis peccato, ſed arma iuſtitiæ Deo, ſacrificium eſt, ad quod exhortatus Apoſtolus ait: *Obſecro itaque vos fratres per miſericordiam Dei, vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiã viuentem, ſanctam, Deo placentem, rationabile obſequium.* Si ergo corpus, quo inferiore tanquam famulo, vel tanquam inſtrumento vtitur anima, cum eius bonus, & rectus vſus ad Deum refertur, ſacrificium eſt; quantò magis anima ipſa, cum ſe refert ad Deum, vt igne amoris eius accenſa, formam concupiſcentiæ ſecularis amittat, eique tãquam incommutabili formę ſubdita reformetur, hinc ei placens, quod ex eius pulchritudine acceperit, fit ſacrificium? Quod idem Apoſtolus conſequenter adiungens: *Et nolite*, inquit, *conformari huic ſeculo; ſed reformamini in nouitate mentis veſtræ, ad probandum quæ ſit voluntas Dei, quod bonum, beneplacitum, & perfectum.* Cum igitur opera noſtra ſacrificia ſint, per quæ tendimus in Deum: illud primum erit ſacrificium, & magis à Deo intentum, quo homo ſe ipſum offert, ipſi ſuam voluntatem ſubijciens, dicens:

Pſ. 72. 28. *Mihi adhærere Deo bonum eſt &c. hæc ſunt primogenita, quæ cum Abel debemus offerre.*

Rom. 12. 1.

§. 38. *Macedones imitati Abelem, docent prius nos ipſos, & cor noſtrum, quàm noſtra, Deo offerre.*

¶ 289. *15. de ciu. c. 7. cit.*

MVlti, inquit Auguſtinus, ſimiles ſunt Cain, qui iuxta ea, quæ paulo ante diximus, bene quidem offerunt; ſed non bene diuidunt; illi videlicet, qui bona ſua Deo quidem verò offerunt, ſed offerent, Deo externa opera ieiunij, mortificationis, orationis, aut eleemoſynæ, ſemetipſos ſuamque voluntatem ſibi retinent, & reſeruant. Tu, qui ieiunium Deo offerre contendis, & tamen voluntatem tuam illi nequaquam obtuliſti; quam potius tibi reſeruas, vt profundas in mulierem vel luxuriam: Tu itidem, qui per eleemoſynam ſacrificium de frugibus terræ Deo offers: ſed cor tuum apud te retines, quod effundas in voluptates, & vanitates: Tu inſuper, qui voces ad Deum mittis, orãs lingua, & ore, ſed cor nullatenus Deo tradis: quin potius tibi retines, vt liberaliter tradas pecunijs, & ſeculi negotijs: bene quidem offers, ſed iniquè diuidis, ſicut Cain. Hoc primum omnium expoſcit Deus, vt te ipſum illi offeras, & tradas, tuam voluntatem ad eius pedes profundas, & cor tuũ corã eo effundas: ſimiliſque ſis Macedonibus, quos Apoſtolus grandi encomio laudandos aſſumpſit, Corinthijs imitandos proponens. *Notam*, inquit, *vobis facimus fratres gratiam, quæ data eſt in Eccleſijs Macedoniæ.* Gratiæ nomine Ambroſius, Anſelmus, & D. Th. intelligunt, gratioſam largitionem eleemoſynarum, de qua illos laudare Apoſtolus conſtituebat. Sanctus tamen Chryſoſt. egregiè diuinam miſericordiam, auxilium peculiare, aut fauorem intelligit: vt enim non extollantur, inquit Chryſoſtomus, opus *Gratiam* vocat, quaſi dicere volens: Notam vobis facimus gratiam, & miſericordiam, quam Deus effudit in Eccleſias Macedoniæ. Quamuis enim vellet exponere Macedonum eleemoſynas, ſed quod illas feciſſent Macedones, in Dei miſericordem gratiam referendum

2. Cor. 8. 1.

In cap. 8. 2. ad Cor.

Hom. 16. in 2. ad Corint.

iudicauit. Dei enim gratia est singularis,& peculiaris,ac maxima æstimatione digna,quæ cor tuum emollit,vt misericors sis. Apostolus autem, vt Sanctus Chrysostomus, & D.Thomas expendunt, duabus de rebus Macedones laudat, aut potius Dei gratiam extollit, cuius auxilio illas potuerunt perficere. Prima fuit grandis, constans, & inuicta patientia, qua multas tribulationes sustinuerunt: *Quod in multo*, inquit, *experimento tribulationis, abundantia gaudij ipsorum fuit.* In hoc, & de hoc abundantissimo gaudio affecti fuerunt, quod multas tribulationes experti sunt. Tribulationum grauitas cùm sentitur, tristitiam parit; in illis autem potius gaudium, non quodcunque, sed abundantissimum, ex eo quod tribulationes experiebantur, & eis premebantur, oriebatur. In ipso tribulationum experimento consistebat gaudium ipsorum, & actu ac vehemẽter tribulari, materia gaudij, & lætitiæ illis fuit, sicut Apostolis, qui de eo gaudebant, quod pro Christi nomine contumelias patiebantur. Secunda fuit, liberalis, & abundantissima eleemosynarum largitio. *Et altissima*, inquit, *paupertas eorum abundauit in diuitias simplicitatis eorum.* Altissimam paupertatem vocat maximam, & supremam. Paupertas quanto maior est, magis hominem à dando reuocat. Paupertas tamen illorum quanto fuit maior, & magis extrema: tantò illos magis excitauit ad eleemosynas largiendas, vt abundanter illas erogarent: *Quia secundùm virtutem, & super virtutem voluntarij fuerunt, cùm multa exhortatione obsecrantes nos gratiam, & communicationem ministerij, quod fit in Sanctos.* Maior fuit, & excedens potentiam eorum voluntas animi interior ad eleemosynas largiendas; & nos multis rationibus inductis rogauerunt, vt eis permitteremus dare omnia bona sua pauperibus sanctis, qui sunt in Ierusalem. Grandis certè circa eleemosynarum largitionem affectus, infra latius expendendus. Sed quomodo quæ sua erant Deo per eleemosynarum opera obtulerunt? *Sed semetipsos dederunt primum Domino, deinde nobis per voluntatem Dei.* Vide, & obserua, sicuti D.Thomas facit, excellentiam huius sacrificij. Daturi Deo sua, nõ se ipsos sibi retinuerũt, sicut Cain; sed imitantes Abel, primum *dederunt se ipsos*. Non solùm res suas, inquit Anselmus, sed semetipsos, quasi primum sacrificium Deo gratum: *Primum Domino*, vt ei se velle seruire exponerent, & proponerent; *Se ipsos*, inquit Chrysost, dederunt Domino, non partim Deo, partim mundo; part m Deo', & partim diuitijs; sed se totos dederunt Deo, tanquam legitimo Domino semetipsos tradentes, *Deinde nobis*. Quoniam Deus inuisibilis est, & ipsius loco nos visibiliter præsidemus, nobis Dei personam agentibus etiam se tradiderunt, paratos se offerentes, nobis qui Dei loco sumus obedire, & obtemperare. Semetipsos itaque planè tradiderunt, non semetipsos sibi reseruauerunt, tantùm Deo dantes sua: sed daturi sua, primò semetipsos Deo tradiderunt. Vt similiter ageret Pammachius, hortatus fuit D.Hieronymus eloquentissimè. Pammachius nobilissimus Romanus, duxit in matrimoniũ Paulinam filiam illius celeberrimæ, & insignis sanctitatis fœminæ Paulæ, sororem Eustochij, Rufinæ, & Blesillæ, quas Hieronym. satis mundo notas fecit. Vxore tamen in ipso iuuentutis flore à Deo vocata, Pammachius bona sua eleemosynarum largitate cœpit distribuere, signanter autem Xenodochium peregrinis excipiendis amplissimum construxit, quem propterea Hieronymus laudans, eum dicit similem Abrahæ, qui domum suam Xenodochium fecit, in qua credens se peregrinos excipere, Angelos ipsos recepit hospitio; vnde tot tamque grandia Dei munera obtinuit. Tandemque rem concludere volens, hoc singulariter expoſcit, vt non solum contentus esset, si opus illud quantumcunque insigne Christo offerret: sed hoc primum curaret, se ipsum Deo tradere, & dicare. Et rectè quidem: si enim offeramus, inquit Chrysostomus, opes cum anima nostra, libenter suscipiet: si autem quæ foris sunt Deo, quæ intus sunt diabolo demus, non est æqua partitio, & dicetur nobis: *Nonne si rectè offeras, nõ rectè diuidas, peccasti?* Præstat,

inquit

In 8. cit.

Ho. 16. cit.

Act. 5.

Ep. 26. ad Pammach.

¶ 290.

¶ 291.

inquit S. Gregor. Nazianzenus, Deo cum exiguo munere victimam cordis offerre, quam cum impuro ac, sordido animo, sacrificijs omnibus eum honorare, &c. Idipsum requisiuit Hieronymus ab illo nobilissimo equite Romano, potente ac diuite Iuliano. Nolo, inquit, ea tantum offeras Domino, quæ potest fur rapere, hostis iuuadere, proscriptio tollere, quæ & accedere possunt, & recedere, & instar vndarum ac fluctuum à succedentibus sibi dominis occupantur: atque vt vno cuncta sermone comprehendam, quæ velis nolis, in morte dimissurus es. Illud offer, quod nullus possit hostis auferre, nullus eripere tyrannus, quod tecum pergat ad inferos, imò ad regna cælorum, & ad Paradisi delitias. Videndus est B. Gregorius, expendēs illud, quod Apostolus ad Corinthios dixit, illorū eleemosynas commendans: *Hoc*, inquit, *vobis vtile est, qui non solum facere, sed & velle cœpistis ab anno priore.* Ecce cur vtilis fuerit eleemosyna illorum; quia tanquam fundamentum supposita fuit voluntas, & cor, quod Deus primò respicit, subsequutumq; fuit ipsum opus: nisi enim tale fuisset suppositum fundamentum, inutile opus extitisset. Hoc à te postulat Christus dicens: *Tu autem cùm ieiunas, vnge caput tuum.* Primum omnium ad Deo obsequendum, qui caput tuum est, teipsum conuerte, & trade. Vngere enim est gratum exhibere seruitium. Tunc caput tuū vngis, cùm gratissimum obsequium illi impendere aggrederis. Primò, te ipsum illi subde, & voluntatem submitte: tunc que erunt grata ieiunia, eleemosynæ, orationes, cæteraque tua, quæ illi offerre volueris.

Ep. ad Vitalianum, post med.

Ep. 34. ad Iulian.

20. Mor. c. 17.

2. Cor. 8. 10.

§. 39. *Manuum impositio in sacrificio, holocausta medullata, effusio sanguinis ad altare, pondus sanctuarij, indicabant necessariam oblationem cordis in bono opere.*

QVæ noster Oleaster annotat, explicant, confirmant, & suadent, quæ dicta sunt. Inter reliquas enim cæremonias, quas Deus requirebat, vt holocaustum, aut sacrificium sibi esset gratum, illa videbatur præcipua: quod offerens, manum suam poneret super caput hostiæ. *Ponet*, inquit, *manum suam super caput hostiæ, & acceptabilis erit, atque in expiationem eius proficiens.* Inquiunt authores, ad quidnam Deus hanc manus impositionem expostceret, vt sacrificium sibi esset placitum, & offerenti proficuum. Varias rationes tradit Abulensis, similiter, & Oleaster, qui illam credit præstantiorem, quod per illam cæremoniam voluit Deus requirere, vt is, qui offerebat: non nudam hostiā offerret: sed semetipsum eidem coniunctum, & sociatum. Cùm quis alteri manum porrigit, aut applicat, ab illo vult se trahi. Ita Ionadab ascensurus ad currum, in quo erat Iehu, manum suam ipsi Iehu porrexit; *Dedit que ei manum suam & ille leuauit in currum suum.* Ideò ergo offerens, manum suam applicabat, aut dabat hostiæ, vt simul cum illa quam Deo offerebat, se ipsum offerret; & per sacrificij externi signū, suam internam volūtatem, & cor, imò & se ipsum Deo traderet, vt S. Augustinus annotauit, illoque actu dicere videbatur: Me ipsum defero tecum ad Dominum. Hoc necessarium erat, vt sacrificium Deo esset placitum, & offerenti proficuum; nam animalia nuda, nec Deo erant grata, nec aliquid vtilitatis offerentibus inducebant. Ex quibus egregiè idem August. illa Dauidis verba explicat: *In me sunt Deus votæ tuæ, quæ reddam laudationes tibi.* Quid est, Io me? Intra meipsum, apud meipsum. Quæris quid reddas Deo? An fortè animalia illa, inquit Augustinus,

¶ 252. *In c. 1. Leuit.*

Leu. 1. 4. & c. 3. 2. 8. 13. & c. 4. 4. 24.

In c. 5. Leu. q. 15.

4. Reg. 10. 15.

10. De ciuit. c. 5.

in Ps. 55. Ps. 55. 13.

quę offerebantur ad aras aliquando: Nihil tale offeras, in te eſt quod voueas, & reddas. De cordis arca profer laudis incenſum, de cellario bonæ conſcientiæ profer ſacrificium fidei; de te ipſo profer te ipſum, volũtatem tuam, cor tuum; in te enim ſunt vota, quæ Deo reddas. Si voti nomine intelligas, quod communi ſenſu intelligimus, deſiderium aut rem concupitam; idem erit, *In me ſunt Deus vota tua*, ac ſi dicat: In me ipſo, intra me ipſum ſunt Deus, quæ tu exoptas, & concupiſcis, quæque à me exigis; qui non externa appetis, imò neque accepta habes ſine internis. Holocauſta, victimæ, & ſacrificia Chriſtianorum omnium, inquit Chryſoſtomus, ſunt opera ſancta, vt eleemoſyna, temperantia, orationes, laudes Dei. Nullus ergo hoſtiam offerat nudam, cui ſemetipſum non adiungat: quam, vt idem Auguſt. annotat, vocauit ipſemet Dauid, Holocauſtum medullatum: *Holocauſta*, inquit, *medullata offeram tibi*. Ne ita carnalis ſis; vt credas Dauidem de carnalibus medullis locutum, quæ nihil ad Dei eſcam proficiunt; ſed ſpirituale quid intelligere voluit, eo modo quo Deus ipſe cum ſeruis ſuis promittit; *Conuiuium pinguium, conuiuium medullatorum*, in æterna beatitudine. Nihil medullis noſtris, inquit Auguſtinus, nobis magis internum: oſſa enim ſunt interiora carnes; & medullæ interiores ſunt oſſibus. Qua de cauſa, ea quæ homini maximè ſunt interna indicãt, cor, viſcera, mentem, voluntatem, & animum ipſum. Vnde offerre holocauſta medullata, eſt offerre opera externa, quæ intra ſe cõtineant cor, animum, & mentem. Qualis eſſet ſeruus, qui regi os grãde offerret: ſed omni medulla vacuum? caput ſed ſine cerebro? Ita multi offerunt Deo oſſa externorum operum vacua interno affectu, qui ieiunantes, orantes, audientes ſacrum, nihil penitus cogitant, aut curant de voluntate, & corde per illa opera in Deum referendis. Et expende Dauidem non dixiſſe ſacrificia, aut victimas medullatas, ſed *holocauſta medullata*. Notum eſt namque, quod Diuus Thomas ex ſanctis Patribus docuit, varia fuiſſe ſacrificiorum genera: erat enim holocauſtum, & victima pacifica, & victima aut ſacrificium pro peccato, &c. Inter quæ holocauſtum erat excellentius, quod ab alijs ſacrificiorum generibus differebat, quoniam hæc omnia cedebant in vſum, & commodum ſacrificantium: illud autem totũ in Dei honorem cremabatur, & conſumebatur: vnde holocauſtum vocabatur, id eſt, totum incenſum, vt ex ſacrificiorum libro conſtat. Quibus duo bonorum opera exprimebantur, quædam ſunt, quæ ad modum victimæ, & ſacrificij communis in noſtram cedunt vtilitatem, & commodum: vt comedere, bibere, dormire, res temporales adminiſtrare: hæc enim bona opera ſunt, ſi ſicuti fieri debent, fiant. Alia ſunt, quæ inſtar holocauſti tantum in Dei obſequium cedunt, vt ieiunium, oratio, auditio rei ſacræ, confeſſio peccatorum, &c. Illa ſacrificia priora, rarò ſunt apud vulgares communeſque homines medullata: nec mirum quod talia non ſint. Non enim mirandum, quod homo mundanus, cum comedit, bibit, res ſeculares adminiſtrat, non ſingulariter mentem ſuam, & cor Deo per illa opera offerat: ſed quod holocauſta non ſint medullata, hoc mirandum eſt, & execrandum. Quod oratio ſcilicet ſit ſine attentione ad Deum, ieiunium ſine intentione placendi illi, eleemoſyna ſine interna cordis oblatione, communio ſine interioris affectus, & voluntatis ad Deum ordinatione. Idcirco Chriſtus Dominus de huiuſmodi holocauſtis agens, hortatur, vt ſint medullata, & pinguia, oleo in caput effuſo: *Tu autem cùm ieiunas, vnge caput tuum*. Et vt vnico verbo rem concludamus, id dicere viſus eſt Chriſtus Dominus, quod dixerat Dauid *a*: *Effundite coram illo corda veſtra*. Quibus verbis alludit forſitan ad illud, quod Diuus Cyrillus Alexandrinus *b* obſeruauit, inquirens cauſam, cur Deus in veteribus ſacrificijs ſtatuerit ſanguinem victimæ effundi ad altare: id enim Deus ſæpiſſimè ſtatuit *c*. Concedebat quidem carnes animalium in vſum ſacrificantium cedere: ſed ſanguinem omninò prohibuit comedi, vel vnam illius guttam, vt in libro ſacrificiorum *d* expreſſe cõſtituit. Certè ſicut Dauid dixit, Deum non

Hom. 11. in epiſt. ad Hebræ. in morali.
In Pſal. 65
Pſal. 65. 15
¶ 293.
Iſai. 2. 1. 6.
Leuit. 6. 9.
¶ 294.
a *Pſal. 61. 9*
b *Lib. 10. de adorat. in ſpiritu.*
c *Exod. 29. 20. Leuit. 3. 2. 8. 13. & cap. 17. 6.*
d *Leuit. 3. 17. & c. 17 6.*
1. 2. q. 102. art. 3. ad 8.

non manducare carnes taurorum, ita subdidit, non portare sanguinem hircorum. Cur igitur, sibi sanguinem totum deferri, & ad altare proicij firmo statuto ordinabat, qui carnes alijs comedendas concedebat, & tradebat? Hæc nequaquam carnaliter examinanda sunt, inquit Cyrillus, sed magno Sacramento deputanda. Notum est, ab omnibusque communi prouerbio decantatum, & in scriptura sæpissimè repetitum: *Animam esse in sanguine,* & quod sanguis sedes est animæ: quod quomodo intelligendum sit, alibi exponemus. Ideoque dum sanguinem victimæ Deus ad altare suum fundi, sibique dicari constituit, id significauit, in omni sacrificio, primum animas nostras, & mentes ipsi dicandas, & offerendas, & ad eum modum, quo effundebatur sanguis circa altare, effundendam voluntatem coram Deo; vt nihil eius apud te remaneat, nihil illius tibi retineas: non partem Deo offeras, & partem mulieri alienæ, partem luxuriæ, partem auaritiæ. Effunde coram Deo totum cor, quando sacrificas: cùm ieiunas, voluntatem tuã Deo offerto, proponens abnegare, quicquid voluntati illius fuerit contrarium, & id tantum acturum quod beneplacitum fuerit ipsi, similiter cum oras, &c. Ex his inferuntur duo, maxima expensione digna. Primum est, quod S. Eusebius Emissenus, obseruat, opus bonum quod facies, siue ieiunium sit, siue eleemosyna, siue oratio tanti esse apud Deum valoris, & æstimationis, quanta fuerit huiusmodi cordis ad Deum effusio, & voluntatis interna oblatio. Quando quis iustum pondus rei alicuius Deo oblatæ deprehendere volebat, iubebat Deus illud examinari pondere sanctuarij; *Omnis,* inquit, *æstimatio siclo sanctuarij pẽderabitur.* Sæpenumero *Siclus* significat pecuniam quandam signatam: æstimationis quatuor dragmarum atticarum, de quo Iosephus *a*, agit, & sæpè idem est, atque *Stater*, vt Hieronymus *b*, annotauit. (Erat stater moneta valoris quatuor dragmarum) sed aliquando significat pondus, quo in statera res ponderamus, vt vnciam, libram, &c. In Hebræo vocatur *Sekel*, à verbo Sakal, ♆ significat ponderare, quomodo apud Amos dicunt diuites auari, & deceptores: *Minuamus mensuram, & augeamus siclum.* In sanctuario suo Deus habebat repositа pondera secura, & quæ falsari non poterant à prophanis, quibus legitimum cuiusuis rei pondus posset æstimari. Sanctuarium typum tenet animæ nostræ, quam Deus melius propriusque inhabitat, quam illud materiale sanctuarium. Huius sanctuarij pondus est amor, & voluntas. Amor meus, inquit Augustinus, põdus meũ, ab illo feror, quocunque feror. Iuxta mensuram amoris Dei, & iuxta affectum charitatis, quo opus fit, illius pondus debet æstimari. Conijce, & coniectare, qua voluntate, quo animi affectu, & amore Dei, qua cordis intentione opus facias. Non æstimandum est põdus, & valor operis ad mẽsuram videntium exterius, neque ex apparentia externa: sed iuxta internam charitatem, & amorem Dei, à quo oritur. Vnde sæpenumero opus, quod nullius ponderis videtur in se, ingens pondus habet apud Deum, vt illa duo æra minuta, quæ vidua dedit: & opus, quod magni ponderis apparet exterius, nullius apud Deum iudicatur, vt ieiunia, orationes, eleemosynæ Pharisæi, & hypocritarum, de quibus Christus dicit, eos recepisse iustam mercedem: sufficienter enim eorum valor persoluitur per hominum inanes laudes. Hæc manifesta sunt ex his, quæ diximus, fientq; apertiora ex dicendis. Secundum est, quod magnopere Diuus Gregorius commendat, cùm bonum aliquod agendum aggredimur, summam curam habendam circa hũc mentis, & voluntatis affectum. Nam quia inde, (modo inferius explicando) pendet valor, æstimatio, & pondus operis apud Deum; nihil magis Diabolus procurat, quàm huiusmodi affectum, & intentionem eneruare, & perdere, aut inficere. Vnde aptè dictum est; *Facti sunt hostes eius in capite.* De quo infra. Qui ad bellum procedit, summa cura attendit coaseruare caput; in eo enim, vt dixerant Hilarius *c*, & Ambrosius *d*, viget sensus: & sicut stante capite, cætera stant: eo cadente, omnia corruunt. Vnde Sapiens Dauid

Leu.16.14 *& c.17.11*

In exposit. huius Eu.

Leu.27.25

a 3. antiq. c.9.

b in c.17. Matth. ad fin. & in c. 4. & 45. Ezech.

19. Moral. c.17.

Tren.15.

c Can.5.in Matth.

d Lib. de Elia c.10.

ictum suum in caput gigantis direxit, quo confracto omnes illius vires confregit, sicque toto corpore in terram decidit victus. Inde inuentæ galeæ ad prælia, quibus omni ex parte seruetur caput. Inde Achis Rex Geth, quando Dauid ad se confugit fugiens Saulem, intelligens illius præstantiam, capitis sui custodem constituisse dicitur: *Ego inquit, custodem capitis mei te ponã cunctis diebus.* Ad bellum contra dæmones vocati, & prouocati sumus, qui tanquam callidi bellatores, contendunt caput ferire, & percutere; id est, intentionem mentis, & cordis affectum erga Deum, qui est caput, initium, & principium boni operis. Procurat diabolus, cùm bonum opus agere intendis, intentionem ipsam eneruare, vt ab eo quod proposuisti desistas: quod si non consequitur, illam tepidam conatur reddere, aut verò quod attendas humanis laudibus quibus te vides prosecutum: & iuxta ea, quæ infra dicemus, nunquam cessat huic mentis intentioni insidiari. Diligenter igitur attende, vt illud caput serues illæsum, firmum, & inuictum: & postula à Deo, vt Spiritus S. gratia muniat, & obumbret, vt cum Dauid dicere possis: *Domine Domine virtus salutis meæ, obumbrasti super caput meum in die belli*, id est, protexisti caput meum in die armorum. Defendisti caput, & gratiæ tuæ auxilio, tanquam vmbraculo, & firma galea texisti. Optimè igitur primò Christus te admonet, caput curare, & vngere. Atque hæc de primo.

1. Reg. 17. 49.

1. Reg. 28. 2.

Ps. 139. 9.

Genebra.

§. 40. *Vngere caput, & lauare faciem præcepit Christus, indicans ad bonum opus necessariam fidem, & bonam, aut puram conscientiam.*

¶ 296. ET *faciem tuam laua.* Hoc est, quod secundo Christus exposcit. Et certum est, eum nequaquã requirere externam faciei lotionem: verè enim vanum est ad bonitatem ieiunij, si laue-
a Hom. 10. in Matth. mus facies nostras aqua, vt Chrysostomus ait *a*. Sed nomine faciei conscien-
b Ho. 4. in c. 6. Matt. tiam, & cor intelligit, vt SS. Patres docent, Origenes *b*, Chrysostomus *c*, Hilarius *d*, Ambrosius *e*, Augustinus *f*, & Bernardus *g*. Facies spiritualis animæ, inquit Chrysostomus, est conscientia vel cor, sicut ostendit. Propheta dicens *h*: *Tibi dixit cor meum, exquisiuit te facies mea.* Non enim facies carnea Deum quærit sed conscientia: id quod etiam ostendit Iacob, quãdo post luctam dixit: *Vidi Dominum facie ad faciem, & salua facta est anima mea.* Verè enim tunc facie ad faciem Deum non vidit, quia schemate hominis luctatus est contra eum Deus: sed mente vidit Deum, vnde, & Israel vocatus est, id est, mens videns Deum. Ita Chrysostomus. Et rectè conscientia vocatur facies animæ. Sicut enim in conspectu hominum gratiosa est facies pulchra, sic in oculis Dei speciosa est conscientia munda: & sicut hominis pulchritudo in facie lucet, & hanc præcipuè lauat, qui mundus apparere vult: ita animæ pulchritudo, & nitor in munditia cordis, & conscientiæ posita est, dicente Apostolo. *Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ.* Proijce ergo abs te, ait idem Chrysostomus, auaritiæ sordes, periurij stercora, malitiæq; putredinem, & lauasti faciem conscientiæ tuæ aqua prophetica, de qua dicit Esaias; *Lauamini, mundi estote, auferte nequitiam ab animabus vestris.* Si enim abstuleris nequitiam ad anima tua, & lauasti conscientiam tuã benè ieiunas. Ita ergo faciem tuã laua, ait Origenes hoc est, aspectum cordis tui munda ab omni contaminatione, ob omni caligine, ab omni erroris obscuritate, ab omni infidelitate. *Ablue cor tuum Ierusalem, vt salua sis*, ait quidam: *Et lauamini, mundi estote, auferte iniquitates ab animabus à conspectu oculorum meorum.* Hanc faciem, & hunc aspectum lauemus, ò dilectissimi, limpidam, & sine offensione animæ nostræ faciem omni tempore conseruemus in conspectu eius, vt simus limpidi, & sine offensa ante dominum in sempiternum &c. Ita Origenes. Hoc ergo Christus requirit, vt conscientia sis munda, & nitida, si vis ieiunij, & mortificationis ac cæterarum virtutum opera Deo grata exhibere, & æternæ mercedis præmiũ reportare. Hũc sensũ secutus

c Hom. 10. & 15. in imperfect.
d Can. 5. in Matth.
e Lib. de Elia, c. 10.
f 2. de ser. Dom. c. 10.
g Ser. 1. in cap. ieiun.
h Ps. 26 8.
i Gen. 32. 30.

2. Cor. 1. 22.

Hom. 15. in imperfect.
Esa. 1. 16.

Homil. 4. cit.

Ier. 4. 14.
Isai. 1. 16.

a *Lib. 2. de ser Dom. in monte c. 12.*

b *Ser. 1 cit. ad fin.*

¶ 297.

1. *ad Tim.* 1. 18. 19.

in c. 11. ad Timoth.

1. *Pet.* 1. 19

Heb. 11. 6.

tus fuit D. Auguſtin. *a* D. Bernar. *b* ita dicat, grande myſterium expreſſum in his duobus, quæ Chriſtus expoſcit; vngere caput, & lauare faciem. Petit enim lotam faciem, id eſt, conſcientiam puram, & vnctum caput, id eſt, mentem deuotam. Et verè his duobus viſus eſt alluſiſſe Apoſtolus, cùm dilectum diſcipulum ſuum Timotheum inſtruendum aſſumpſit. *Hoc*, inquit, *præceptum commendo tibi fili Timothea, ſecundum præcedentes in te prophetas: vt milites in illis bonam militiam, habens fidem, & bonam conſcientiam, quam quidam repellentes, circa fidem naufragauerunt.* Singula verba eleganter expendit D. Anſel. Cùm filium inquit, vocat, oſtendit, quia patri præcipienti debet libenter obtemperare. Cùm nomen eius ponit, attentiorem reddit, & ad magnum ſui deſiderium excitat. Rectè etiam Timotheum nominat, quem ad bene agendum prouocat, quia *Timotheus* interpretatur, *beneficus*. *Hoc præceptum commendo*, id eſt, omnibus modis, quibus poſſum mando, & attentius iniungo tibi, *ſecundum præcedentes in te prophetias*, id eſt ſecundum ſcientiam ſcripturæ Prophetarum, quæ iam diu in te eſt, hoc videlicet præ cæteris mandatis commẽdo, *vt in illis*, hoc eſt, inter alios, qui tibi ſunt commiſſi, *milites bonam militiam*, id eſt, in caſtris Dei ſicut ſtrenuus miles prælieris contra vniuerſos hoſtes populi Dei, & ſpiritualibus armis eos expugnes; vt nec falſi doctores, nec maligni ſpiritus, nec vitia, tibi vel populo quem regis, præualeant. Bonam exercens militiam, habens fidem, & bonam conſcientiam; per has enim agitur Dei militia. Ita Anſel. Duo itaque ſunt neceſſaria ad benè agẽdam militiam Chriſtianam, quam qui legitimè non exercuerit, coronari non poterit. Primum eſt *fides*, non quidẽ mortua, ſed viua, quæ animam illuſtret, & illuminet eo modo, quo lampas nocte illuminat domum, quam propterea vocat Petrus, *lucernam lucentem in caliginoſo loco*. Secundum, *bona conſcientia*, quæ eſt per animæ puritatem, & mundiam. Fides namque ſupponenda eſt *ſine qua nullus poteſt placere Deo*, vt Apoſtolus dixit, nec præmium non ſolùm conſequi, ſed nec ſperare: *eſt* enim *ſubſtantia* aut fundamentum *ſperandarum rerum*. Supponenda eſt itidem conſcientiæ puritas, aut ſanctimonia, *ſine qua*, vt idem Apoſtolus dicit, *nemo videbit Deum*, quem cernere nõ poſſunt, niſi *qui mundo ſunt corde*, cui nihil plenè placitum eſt, quod non à conſcientia pura, & munda oriatur. Hæc duo neceſſaria ſunt, cùm quis bonã militiam, id eſt, Chriſtianam aggreditur; Hæcque duo ſunt, quæ Chriſtus expoſcit, *vnge caput tuum*, oleum infunde capiti tuo, tãquam lampadi, vbi fides ardeat, & lucido fulgore cubiculum mentis illuſtret. Eſt caput tanquam lampas quædam, vt Hilarius, & Ambroſius conſiderare videntur, in qua ſita eſt lux ſapientiæ, & intellectus, quæ à Philoſophis ſingulariter in capite reſidere dicuntur. In huiuſmodi lampade, vbi lux rationis viget, accendit Deus lucem fidei, de quo dixit Dauid; *Tu illuminas lucernam meam Domine*. Vnde idem eſt, Caput tuum vnge, aut oleum capiti tuo infunde, ac dicere; Fidei lumen, quod ſingulariter in capite reſidet, acue, orna, & illuſtra. Quando media nocte clamor fuit factus: Ecce Sponſus venit, exite obuiam ei; *ſurrexerunt omnes virgines illæ, & ornauerunt lampades ſuas*. Quid eſt, *ornauerunt lampades ſuas?* Effuderunt oleum in eas, lychnium mundauerunt, lucem acuerunt, ad id namque oleum lampadi infunditur. Venit nunc cœleſtis Sponſus, nos peculiariter hoc tempore ad bonorum operum exercitium inducens, & vox inſonare videtur: *Canite tuba in Sion, &c. Conuertimini ad me in toto corde veſtro, &c.* Surge igitur, *& orna lampadem tuam*, caput tuum videlicet, *vnge caput tuum*, oleum infunde, orna lampadem, acuẽs, & purificans diuini auxilij fauore munitus lucem fidei. Et aptè quidem. In hoc namque tempus Quagrageſimæ ſingulariter inſtitutum eſt, vt ex Sanct. Patribus Ambroſio, Hieronymo, Leone Pap. & D. Thom. diximus, vt ſacra Dei myſteria, ſignanter quæ in Chriſti Domini paſſione, & morte refulgẽt, conſideres. Orna ergo lampadem, vnge caput, expurga, & acue lucem fidei, conſiderans quidnam ſit hoc myſterium paſſionis Chriſti, quod Apoſtolo dicitur: *Sapientiam in myſterio abſcon-*

ad Heb. 11.

ad Heb. 12. 14.

Matt. 5. 8.

¶ 298.

Cano. 5. in Matth. Li. de Elia c. 10.

Pſ. 17. 29.

Mat. 25. 7.

Ioel. 2.

ditæ, quam nemo principum huius ſeculi cognouit: qualis Dei bonitas, qualis dignatio charitatis, qui vt ſeruum redimeret, filium tradidit, qualis malitia peccati, quæ ſine Dei ſanguine plenè expiari non potuit; quid in anima tua operabitur peccatum ipſum, cuius imago à Dei filio aſſumpta, ſplendore gloriæ obtexit, pulchritudinem Dei fœdauit, fortitudinem ipſam infirmauit, virtutem deiecit, vitam interemit: quid inſuper agere tenearis in talis beneficij recompenſationem: quam horrenda ſit ingratitudo, iterum crucifigere in vitijs, & peccatis illum, qui vt te a cruce perpetua deponeret, crucem pati nō recuſauit. Conſideraus inſuper altitudinem, & excellentiam præmij tibi propoſiti ſi legitimè certaueris, (eſt enim illud *æternum gloriæ pondus*, quod *nec oculus vidit nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit*, quod nec tempus conſumet, nec inimicus rapiet, nec tyrannus accipiet, nec infirmitas minuet, nec dolor auferet, nec mors finiet) acue fidem, & ad militādam bonam militiam, inquit Paulus, habeto fidem, quaſi id explicans quod Chriſtus dixit: *Tu autem cùm ieiunas, vnge caput tuum.* Cùm militiam arripis, & ad bellum inferendum dæmoni per ieiunium, & pœnitentiæ opera procedis, vnge caput tuū: Neque hoc ſolum requiritur, quod ex parte intellectus ſe tenet; ſed & id neceſſarium eſt, quod ex parte voluntatis, vt omni ex parte ſit homo Dei perfectus, & ad omne opus bonum inſtructus, vt ſcilicet *habens bonam conſcientiam*, mundam, & nitidam. Ideo enim Chriſtus addidit; *Et faciem tuam laua.* Nullum enim æternæ vitæ præmium tibi ſperandum eſt propter opus, quod cum conſcientiæ labe feceris. Militiam Chriſtianam acturus, primò præmium reſpiciat per fidem, ſed & ſeipſum habilem, & aptum exhibeat ad illud recipiendum, cuius incapax eſt omnis inquinatus, & immundus. Vnde & Angelus poſtquam Ioannem *ſuſtulit in montem magnum, & altum*, a quo poſtulauit, vt mentis, & ſpiritus oculos acueret ad videndam ciuitatem ſanctam Ieruſalem, poſtquam illam oſtendit, ſubdit; *Non intrabit in illam aliquod coinquinatum, aut abominationem faciens.*

2. Cor. 4. 17.

1. Pet. 3. 21.

Apoc. 21. 10.

Ibi. vs. 27.

Et apte quidem tam Chriſtus quàm Paulus, ab eis, quos ad bonam militiam vocat, exigunt bonam conſcientiam, mundam, & lotam; vt legitimum prælium agamus, aut militemus *bonam militiam*: non enim omnes, qui prælantur, coronam ſunt reportaturi, ſed *qui legitimè certauerit*, vt exponens doctrinam Apoſtoli Chryſoſtom. proſequitur: neq; omnes, qui currunt, accipient brauium: ſed qui contendens in agone, ab omnibus illis ſe abſtinet, quæ poſſunt brauij conſecutionem impedire. Quidnam eſt legitimè certare? Quid bonam militiam militare? Agere opera legitima, quæ cum æternæ beatitudinis præmio habeant proportionem. Hæc autem ſunt, quæ ex Dei gratia, & conſcientia munda procedunt. Opera ſiquidem noſtra ex ſe improportionata ſunt ad æternæ beatitudinis mercedem: *Non enim ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis*: Fiunt autem proportionata per Dei gratiam animæ noſtræ infuſam, cui dat quoddam eſſe diuinum, per quod apta efficitur, vt opera Deo ipſo digna poſſit perficere. Idcirco ſine huiuſmodi gratia nulla opera hominum vel angelorum poſſunt ad tale præmium legitima vel congrua cenſeri, vt ſupra diximus, & ex ſacra Theologia explicat Diuus Thom. Vnde quantumcunque peccatores bona opera agant, quæ verè ſecundum ſe bona ſunt, & varias vtilitates afferunt: non tamen ſunt legitima ad præmium æternæ mercedis, nec per illa vel minimum gloriæ gradum promerentur, nec aliquid mercedis pro illis in futura vita reddendum eſt, ſacra Theologia docet.

2. ad Tim. 2. 5.

Hom. 3. ad populum.

Rom. 8. 18.

(*)

§. 41. *Ad ieiunium lauanda eſt animæ facies, ſine cuius munditia opus meritorium non eſſe, oſtendit natiuitas Ichabod.*

¶ 300. AD huius expoſitionem expende excellentem hiſtoriam ſummi ſacerdotis, & principis Heli, & nurus eius. Capta fuit arca Dei in præ-
1. *Reg. 4.* lio à Philiſthæis, occiſi duo filij Heli, Ophni, & Phinees, & ceciderunt de Iſrael triginta millia peditum. Currens autem vir de Beniamin ex acie, venit in Silo in die illa ſciſſa veſte, & conſperſus puluere caput. Heli autem ſedebat ſupra ſellam ſpectans; *erat enim cor eius pauens pro arca Dei.* Expende quidnam illum teneret pauidum, ſolicitum, atque anxium. Non filij ſui, qui in prælio erant, nec totius populi ſalus: ſed arca Dei. Ingreſſus homo ciuitatem, triſte nuntium referens, *Vlulauit omnis ciuitas.* Venit autem ad Heli. Cui ille ait: Quid actum eſt fili mi? Reſpondit: *Fugit Iſrael coram Philiſthiim, & ruina magna facta eſt in populo: inſuper, & duo filij tui mortui ſunt Ophni, & Phinees, & arca Dei capta eſt.* A minoribus malis ad ſupremum ordine quodam peruenit Primum, expoſuit fugiſſe Iſraelem, deinde, magnam ruinam illius, cuius grandis pars cæſa occubuit, inſuper expoſuit duorum filiorum ſuorum mortem, proprijs nominibus eoſdem exprimens, & tanquam ſupremum malum vltimo loco expoſuit, arcæ captionem. Et benè hoc fuiſſe ſupremum malum iudicauit
1. *Reg. 4.* Heli, qui cum priora omnia ſedens
18. audiſſet, *cùm ille nominaſſet arcam Dei, cecidit de ſella retrorſum, & fractis ceruicibus mortuus eſt.* Hoc ipſum indicauit illius nurus. Erat nurus eius, vxor Phinees filij ſui prægnans, vicinaque partui, & audito nuncio; quod capta eſſet arca Dei, & mortuus eſſet ſocer ſuus, & vir ſuus, incuruauit ſe, & peperit; irruerant enim in eam ſubiti, acerbi, extremique dolores. In ipſo autem momento mortis eius dixerunt ei, qui ſtabant circa eam: *Noli timeas, quia filium peperiſti*: Hoc enim fœlici nuntio voluerunt eam roborare, ſicuti etiam obſtetrix videns Rachelem periclitari ob difficultatem partus, animos illi facere volens, dixit: *Noli timere, quia, & hunc habebis* Gen. 35. 17
filium. Nurus tamen Heli, *non reſpondit eis, neque animaduertit, & vocauit puerum Ichabod dicens: Translata eſt gloria de Iſrael, quia capta eſt arca Dei.* Tam grandi fuit mœrore ac triſtitia oppreſſa, & compreſſa, vt nec aduerteret, nec audiret voces congratulatorias pro filij partu, quæ nec reſpondit congratulantibus, aut renunciantibus, nec aduertit: ſed vitæ terminum imponens, his verbis clauſit, vocans, & vocandum conſtituens filium ſuum Ichabod, quia natus fuit, אי־כבוד
arca Domini capta, quæ gloria erat Iſrael, & translata in Philiſthæos. Ichabod enim idem eſt, ac *Inglorius*, aut *ſine gloria*. Vocate, inquit, hunc filium meum, quamuis grandi cum dolore enixum, Ichabod: Inglorium aut ſine gloria: nullius enim gloriæ capax eſſe poteſt filius, qui naſcitur, & procedit, arca Dei in captiuitatem redacta. Grande ſine dubio damnum eſt, arcam eſſe captam, & in manibus inimicorum teneri captiuam. Et vt ex hiſtoria ad allegoriam veniamus, quis ¶ 301.
dubitet, arcam Dei animam eſſe iuſti? Erat arca Dei quædam ipſius ſedes, in qua ille dicebatur reſidere, cui dicebat Dauid: *Qui ſedes ſuper Cherubim,* id eſt, Pſal. 79. 2.
ſuper arcam, in qua Cherubim conſtituti erant. Et verè de *anima iuſti* dicit Sapiens: quod *Sedes eſt ſapientiæ* & Chriſtus dixit: *Si quis diligit me, &c.* Ioan. 14. 23.
Ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus. Capitur autem huiuſmodi arca à Philiſthæis, quando homo per peccatum captiuus efficitur diaboli, à quo ſuperatur, & vt dixit Apoſtolus, 2. ad Tim.
captiuus tenetur ad ipſius voluntatem. 2. 2.
Grande ſine dubio, & ſupremum malum. Hoc eſt quod mortem Heli ſummo ſacerdoti induxit. Non illum interfecit audire fugam quorundam de Iſrael, & mortem aliorum: nec quod ambo eius filij mortui erant: ſed cum audiuit arcâ captam, omne robur amiſit, cecidit, & expirauit. Non mortem

ope-

operatur amissio bonorum, nec iactura filiorum, nec quoduis aliud temporale damnū: sed captiuitas arcæ, id est, peccatum, per quod anima captiua redditur. Et certè nullum ostium morti patuit, quousque homo per peccatum
Rom. 5. 2. illi ingrediendi viam fecit, & *per vnum hominem introiuit peccatum, & per peccatum mors*. Et quid tandem agit? Vt filius, qui cum grādi, ingentique dolore nascitur, vocetur *Ichabod*, Inglorius, aut sine gloria. Dicebamus supra animam cùm bonum aliquod agere proponit, prægnantem fieri, quando illud opere complet, parere dicitur, & enititur. Quantumcunque cum dolore parias huiusmodi filium, quantumcunque mortificatione te crucies, distribuas in cibos pauperum omnes facultates tuas, tradas corpus tuum, ita vt ardeat: vocabitur filius iste, Ichabod, Sine gloria: quia quamuis pro istis bonis operibus in peccato factis Deus bona temporalia conferat, & hominem sæpè ad pœnitentiam, & suam gratiā misericorditer adducat: cæterum nullā pro quocunque tali opere æternæ gloriæ mercedem reddit. Res sine dubio magna commiseratione digna: videre tot tamque insignia virtutum opera apud Romanos, & Græcos, vocanda Ichabod: quia nulla vel minima mercede apud Deum in alio seculo fuerunt digna, nec donata: capta enim erat arca Dei per peccatum infidelitatis, & alia vitia. Idemque de te dicere possum. Ieiunas? oras? eleemosynas facis? si lethalis peccati labe fueris maculatus: vocat huiusmodi filios Ichabod. Sine gloria. Quamuis enim tibi Deus pro illis conferat diuitias, honorem, facultates terrenas: non tamen pro illis conferet gloriam. Et meritò quidem: nam anima, in qua diabolus residet, amissa cōscientiæ munditia, & gratiæ pulchritudine, per quam diuinæ naturæ consors effecta fuerat, & habilis ad producēdos filios æterna gloria dignos: nullatenus potest opera facere, quæ mercede illius gloriæ sint digna, vel donanda: hoc illi relinquitur, de quo Dauid
Psal. 111. cecinit: *Beatus vir qui timet Dominum, in mandatis eius volet nimis, potens in terra erit semen eius, generatio rectorum benedicetur, gloria, & diuitiæ in domo eius*. In hunc sensum quidam illud explicant, quod dixit Dauid: *Benignè fac Domine in bona voluntate tua Sion, vt ædificentur muri Ierusalem: tunc acceptabis sacrificium iustitiæ, oblationes, & holocausta, &c.* Non acceptat Deus sacrificia iustitiæ, id est, quibus de iustitia debeatur merces æternæ vitæ, nisi ædificata prius ciuitate animæ per Dei gratiam. Aliqui legunt: *Benefica Domine in bona voluntate tua Sion*, ideſt, eam fac bonam ex tua voluntate, & gratia, vt ædificetur, & sit ciuitas tua. Hoc enim requiritur, vt sint tibi eius sacrificia accepta. Ex his credo nō incōgruè explicari posse difficultatē, circa quādam Isaiæ prophetiam, quam inducens Sanctus Euangelista Matthæus, potius videtur, quod verbis Prophetæ contrarium apparet, induxisse. Isaias prædicens fœlicem Christi aduentum, sic fuit vaticinatus: *Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam*: Sanct. autem Euangelista Matthæus volēs huiusmodi prophetiam iam exhibere cōpletam, inducit illam sub his verbis; *Populus qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnam*. Hęc contraria videntur; Propheta enim dicit; *Populus qui ambulabat in tenebris*, Euāgelista, *Populus qui sedebat in tenebris*, sedere enim, & ambulare cōtraria sunt, nec possūt eidē cōuenire. Et verè in Hebræo habetur verbū *Halach*, quod ambulare sine dubio significat. Dicendū est tamē ex D. Augustī. frequēti doctrina: Septuaginta interpretes, quos facer Euangelista secutus fuit, sæpè verba aliqua ex Hebræo trāstuliſſe, nō tā ad rigorē literæ Grāmaticaliter exprimendum, quā ad significandum aliquod insigne mysteriū. Sicq; in proposito dicēdū est. Duo namque operum genera peccatores agunt, quadam sunt mala, & iniqua, actiones scilicet peccatorū: alia sunt ex natura sua bona, vt multa opera virtutum, quæ operātur. Duo propterea de illis verè, & propriè dici possunt, primum, ratione malorum operum, quod ambulant in tenebris, ad indicandum grande periculum, in quo constituti sunt non minori quàm is, qui obscura nocte per loca incederet exitialibus præcipitijs plena. Quod & Dauid explicare voluit dicens: *Via illorū tenebræ*,

Psal. 50.

Esai. 9. 1.

Matt. 4. 16

אלה

4. de doctr. Christ. ca. 7. & li. 1. qq. in Genes. 9. 169.

Psal. 34. 6

& lubricum. Secundum, ratione bonorum quæ agunt, quod ſedent quamdiu in tenebris peccati conſiſtunt, & permanent: quia quantumcumque benè operentur, & opera virtutum multiplicent, nullatenus ad cœlum tendunt, nec illud contingunt, nec propinquiores illi fiunt, qui per peccatum longè ſunt à ſalute, & à Deo maiori diſtantia ſemoti quàm cœlum à terra. Non propinquior fuit cœlo Iulius Cæſar poſt tot illuſtriſſimarum virtutum opera, quibus grandes triumphos apud ciuitatem mundi Imperatricem fuit donatus: quàm antequam illa ederet. Non maiorem viam fecit erga præmium æternæ Beatitudinis Socrates, aut Seneca poſt illa ſtupenda virtutum opera, quæ de illis ſcriptores referunt, quàm antequam agere cogitarent. Id ipſum de Chriſtiano fideli dicendum eſt, illum quantumcumque bona opera agat, nullatenus per illa ſe mouere ad gloriam promerendam: quia nullum eius opus eſt mercede æternæ gloriæ dignum, quòd ex immunda conſcientia, & iniquinata per peccatum procedit. Vnde aptè Chriſtus Dominus nobis, quos ad Cœleſtem mercedem vocat, & diſponere parat hoc conſtituit: *Faciem tuam laua.*

§. 42. *Ieiunia limpida, & pura requirit Chriſtus, quæ ſimilia ſint limpidiſſimis lapidibus, quibus Dauid deiecit Goliam.*

¶ 303. EGregiè promittens æternus Pater per Eſaiam Prophetam, ſe miſſurum filium ſuum in mundum, explicuit peculiariter miſſurum, vt nobis eſſet dux, & magiſter. *Ecce,* inquit, *teſtem populi dedi eum, ducem ac præceptorem gentibus.* Dux erat futurus, qui melius quàm Dauid prælia Dñi præliaretur. Nec enim inter homines inueniri poterat, qui illa plenè conficeret, & Dei inimicos è mundo expelleret: quique totum pondus belli noſtri ſuper ſe ſuſciperet melius quam Saul, & quiuis rex alius, aut dux, ſuper quem totum belli pondus conſtituitur. Deinde erat futurus præceptor, qui præcepta nobis ſalutaria traderet, & inſtrueret, docens qua ratione nos ad bellum præparare deberemus. Hoc quidem nunc exequitur, exponens quidnam requiratur ad inimicos reuincendos: illud eſt, faciei, aut potius conſcientiæ munditia, vt ſcilicet ſimus puro corde, quo iacula noſtra potentia ſint ad inimicos conterendos. Annotauit Sanctus Hieronymus breuiſſimis verbis, rem quandam ſingulariſſimam, quam Spiritus Sanctus in ſimplici narratione Victoriæ Dauidis expreſſit, quod ſcilicet cùm proceſſit ad expugnandum Goliath lapides quos accepit, fuerunt limpidiſſimi, ac mundiſſimi. *Elegit,* inquit, *quinque limpidiſſimos lapides de torrente.* Mirum eſt in primis, quod lapides de torrente illo collecti, limpidiſſimi eſſent, abſque eo quod aliquam luti, cœni, vel terræ portiunculam haberent: non enim torrens ille ſiccus erat, ſed aqua fluens: quæ propterea Diuus Auguſtinus fluuium vocat, immo, & lapides de ſub aqua extractos non ſine magno myſterio contendit. Deinde, mirum etiam eſt, cur Dauid attenderit, non niſi limpidiſſimos lapides colligere, cùm nihil officeret etiamſi aliquali luto, terra, vel puluere eſſent conſperſi. Tandem admiratione dignum eſt, quod Scriptura Sacra id ſingulari cura annotandum voluerit. Quid enim ad Victoriam, quod lapides limpidiſſimi eſſent, nec ne? Quando Scriptura Sacra voluit enarrare magnum illum fortiſſimumque Abimelech mortum fuiſſe iactu lapidis miſſi à quadam muliere circa turrim Thebes, tantùm dixit, id quod memorabile videbatur: *Ecce vna mulier fragmen molæ deſuper iacens illiſit capiti Abimelech,* non autem expreſſit, ſi mundus lapis, nec ne. Cæterum hæc eſt Sacræ Scripturæ fœcunditas, vt etiam in his, quæ minima ſunt, & nullatenus ad rem facere videntur; ſuprema depingat, & indicet myſteria. Vnde de illa id intelligendum credidit Beatus Auguſtinus, quod dixit Dauid; *Qui operit cœlum nubibus, & parat terræ pluuiam.* Cœli nomine Scripturam Sacram accipimus, vbi Deus, eius gloria, beatitudo

Eſai. 55. 4.

1. Reg. 31. 3.

Epiſ 89. ad Aug. to. 2.

1. Reg. 17. 40.

Li. 30. Ho. 31. circa fin.

Iud. 9. 5. 3.

Pſ. 146. 8.

do, & myſteria celata conſiſtunt, & tenentur. Operitur nubibus, id eſt, ¶ 304. verbis, hiſtorijs, circunſtantijs: vt pluuiam ſapientiæ nobis exhibeat. Apparuit aliquando nubecula minima, veſtigium hominis habens; ſed non contempſit eam Elias, quinimò abundātiſſimam pluuiam inde extrahendā prædixit. Vides in Scriptura Sacra verbū aliquod minimum, quod videtur nō ſuperare veſtigia pedum tuorum: nihilominus grandis ſapientiæ pluuia tibi inde prouenit. Et ita in propoſito conſiderat Hieronymus, poſſumuſq; nos conſiderare: qualia enim arma aſſumere debeamus ad inimicos reuincendos, excellenter per hæc verba indicatur. Nobis ſiquidem bellum indictum eſt cum dæmone potentiore ac validiore quā Goliath *a*: *Nec enim eſt nobis colluctatio aduerſus carnem, & ſanguinem, ſed aduerſos principes, & poteſtates, aduerſus mūdi rectores, &c.* Vnde & *b*, *arma militiæ noſtræ, non carnalia ſunt ſed potentia Deo*, ad deſtructionem omnium machinarū eius. Non ſunt arma Saulis apta ad congrediendum cum tali hoſte, quæ meritò refutauit Dauid, arma videlicet mūdi, honoris, diuitiarum, potentiæ ſeculāris, virium corporis: vt enim Deus de eo, quē ſub typo balenæ deſcripſit, dixit; non timet gladium neque thoracē, *reputat quaſi paleas ferrum, & quaſi lignum putridum &c.* Arma quæ illum deijciunt ſunt lapides duri, opera ſcilicet virtutum valida ac fortia. Ideò, & virum iuſtum *munitum ſaxorum multitudine* prædixit Eſaias, vt alibi latè tradidimus. Attende tamen nō quoſuis lapides aptos eſſe ad inimicum huiuſmodi deijciendum, ſed limpidiſſimos. Non enim quæuis virtutum opera ſufficiunt ad Victoriam de dæmone reportādam: ſed quæ limpidiſſima ſunt; nec inquinata aliquo affectu inanis gloriæ. *Obras limpias de poluo, y de paia.* Multos lapides non ſolum non timet, ſed irridet diabolus, qui ſicut Nabuchodonoſor *videt ſuper munitiones*, quas quidam reguli contra illum extruunt, & ſicut Leuiathan, aut cetus *deridet vibrantem haſtam*. Nec enim (vt dicebat Diuus Antonius, qui illius mores probè nouerat) pertimeſcit diabolus ieiunia auari, orationes luxurioſi, eleemoſynas ſuperbi, vigilias ambitioſi. Multa huiuſmodi opera videbat ab Herode fieri, ad prædicationem Baptiſtæ Ioannis, quæ omnia riſu excipiebat, quia ab inceſtuoſo pectore oriebantur: multa à Phariſæo, quæ cachinis proſequebatur, quia à corde ſuperbo procedebant. Experto credite, dicebat Sanctus Antonius, quod diabolus timet opera, quæ ſunt limpidiſſimi lapides, qualis eſt oratio ex puro cōrde, eleemoſyna ex charitate Dei, ieiunium ex conſcientia munda, vigiliæ ex animo amore Dei æſtuante, & opera bona quæ procedunt de corde mundo, & conſcientia nitida, ac facie animæ lota. Huiuſmodi lapides caput illius conterunt, machinas ſubuertunt, & vires eneruant.

1 Reg. 18. 44.

Epi. 89. cit.

Ad Eph. 6. 12. 13. 14. 2. Cor. 10. 4.

Iob 40. 17. 18.

Eſa. 33. 16

Hab. 1. 10. Iob 41. 20.

§. 43. *Fuge videri ab hominibus cùm ieiunas, ſimilis eſto Rahab, & parentibus Moyſi.*

NE videaris hominibus ieiunans. Ecce tertium, quod Chriſtus à ſuis diſcipulis requirit. Quibus verbis iuxta doctrinam Auguſtini *a*, Chryſoſtomus *b*, & Gregorius *c*, nō prohibet nos videri ab hominibus, cum bonum operamur: ſæpè enim neceſſariū eſt, vt homines videant opera noſtra bona, ſed quod non appetas videri ab eis, neque hac intētione operēris, vt illorum oculos ad tua opera contenda conuertas. Id enim nobis faciendum conſtituit, quod contrarium eſt hypocritarum moribus, & vitio, illud autem in hoc conſtitutum eſt, quod omnia faciunt, vt videantur ab hominibus. Ideoque *exterminant facies ſuas, vt appareant hominibus ieiunantes*. Intentionem ergo placendi hominibus, & quod videamur ab eis prohibet, quam ſoli Deo reſeruandam tradit, quaſi alludens ad illud, quod circa ſacrificiorū leges Beatus Cyrillus Alexandrinus obſeruauit. In libro ſacrificiorum conſtituit Deus inuiolabili lege, vt quamuis carnes animalium, quæ immolabantur diuiderentur inter ſacrificantes, & in eorum eſum cederent: interna tamen qualia ſunt renunculi, adeps qui tegit inteſtina, & viſcera, & cor, reticulum iecoris, fibra cum epate, igne cremarentur:

¶ 305.

a *Ser. 2. de verb. dom. & 2 de Ser. dom. & 5. de ciuit. c. 14.*

b *Ho. 3. in illud Vidi Dominum.*

c *Hom. 11. in Euang.*

Lib. 12. de adorat.

Num. 18.

Leuit. 3. 5. 10. 16. & ca. 4. 8. 9. tur: vt nihil penitus illorũ alteri quàm igni traderetur. *Adolebit ea ſacerdos ſuper altare in pabulum ignis, & oblationis Domini.* Hæc namque externa typum tenent internæ intentionis mẽtis, & affectus voluntatis: hæc cùm bonorum operum ſacrificia immolamus, nullatenus ſunt hominibus impendenda, ſed ſoli Deo referuanda, conſecranda, & offerenda. Hoc enim, vt opinor, ait D. Cyrillus, ſignificant illa verba, *Igni comburentur*: hoc eſt ſoli diuinæ excellentiſſimæque naturæ dicata attributaque ſint, cuius figuram gerit ignis, dicente Domino: *Deus tuus ignis conſumens eſt.* Id mihi viſus eſt Chriſtus Dominus nobis conſtituiſſe, quod nobiles illi exploratores à Ioſue miſſi in ciuitatem Ierico, à Rahab petierunt. Fuit illa mulier celeberrimę fidei, ex qua illam commendandam aſſumpſit Apoſtolus, docens plena fide excepiſſe in domo ſua exploratores populi Dei, eos qui in illa ciuitate erant peregrini, & quos ciues illius habebant tanquam inimicos, & ſui perſecutores. Excepit itaque Rahab, abſcondit, defendit, ſuſtentauit, innumera, grandiaque propterea eidem bona ſub iuramento promiſerunt conferenda, quando magnus Ioſue veniret ciuitatem ſuccenſurus: hac tamen conditione ne proderet eos. *Si tamen*, inquiunt, *non prodideris nos. Quod ſi nos prodere volueris, & ſermonem iſtum proferre in medium, erimus mũdi ab hoc iuramento.* Sciebant cordati, ſapientesque viri, impoſſibile eſſe, ſe in illa domo habitare, & penitus latere poſſe, ſicuti de facto non potuerunt: ſtatim enim vicini domus illos ſubolere cœperunt, & Rex Ierico, & ciues illius Reipublicæ habuerunt notitiam, & in concilijs ſuis de illis loquebantur, & ad eos inquirendos progreſſi fuerunt. Tantummodo ab ea petunt: Tu ne prodideris nos, hoc enim ipſo quod in medium, & in oculis ciuium produces, omnia quæ feciſti, te penitus perdidiſſe cognoſce. Sunt opera Sancta, quidam exploratores, & nuntij cœleſtes, qui in hoc mundo (cuius typum tenuit Ierico, quæ interpretatur Luna, vt B. Auguſtinus proſequitur) peregrini dicuntur, & inuiſi omnibus eius ciuibus, tũ quia charitas, quæ omnium bonorum operum eſt radix, origo, & vita, in hoc ſeculo tanquam peregrina conſiſtit, cuius propria natiuaque patria cœlũ eſt, & æternæ beatitudinis regnum, vt D. Thom. expoſuit, vnde tanquam ignis quidam diuinus inde deductus *diffuſusque eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum*: tum quia opera propria, & natiua huius mundi, ſunt peccata, & iniquitates, quæ congruunt mundanis, quorum mala ſunt opera, quibus inuiſa ſunt opera lucis, quæ propterea perpetuò odio proſequuntur. Huiuſmodi exploratores ſunt, qui nobis promittunt inaudita, & excogitata bona, *qua nec oculus vidit, nec auris audiuit, &c.* Conferenda in aduentu magni Ioſue, id eſt, Chriſti Domini, quando veniet hanc iniquam ciuitatem mundi ſuccenſurus, & deſtructurus. Tunc enim dicturus eſt: *Venite benedicti Patris mei: percipite paratum vobis regnum à conſtitutione mundi: eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare, &c.* Hoc tamen à nobis tanquam conditionem omnibus modis requiſitam expoſcunt: *Tu ne prodideris nos.* Impoſſibile eſt, inquit Sanctus Petrus Chryſologus, huiuſmodi exploratores penitus latere: opus enim iuſtitiæ eſt lux quædam fulgentiſſima, & qui poteſt celare radios Solis, poterit iuſtitiæ, & ſanctitatis occultare fulgorem. Eſt omnibus vnguentis frangrantior, odorem ſupremum ſpirãs, & qui odorifera vnguenta poteſt tenere, abſque eo quod odorem ſpirent, poterit opera charitatis abſque eo quod ſentiantur continere. Accenſa lampas (inquit Chryſoſtomus, hoc ipſum proſequens) abſcondi non poteſt, multoque minus opus iuſtitiæ poteſt celari. Hoc à te opera ſancta tantum requirunt: *Tu ne prodideris nos*, id videlicet quod Chriſtus dixit: *Cùm facis eleemoſynam, noli tuba canere ante te.* Cum ieiunas, ne extermines faciem, neque contendas hominum oculis ieiunia tua exponere, virtutes enim proditæ, inquit Petrus Chryſologus, non manebunt, ſuos penitus deſerunt proditores: hoc ipſo quod opera tua prodideris, omnem ſpem, quam abipſis conceperas, poteris deponere. Obſeruat Origenes gran-

Deut. 4. 24.

ad Heb. 11. 31.

Ioſue 2. 14. 20.

Epiſt. 119. ad Ianuar. ca. 6.

2. 2. q. 24. ar. 8. et 11. Rom. 5. 5.

1. Cor. 2. 9.

Matt. 25. 34.

Serm. 9.

Hom. 13. in imperfect.

Serm. 7.

Hom. 2. in Exod.

grandem, solicitamque Israelitarum curam, quia filios masculos sibi natos abscondebant in Ægypto: intelligebant enim illorum vitam in hoc constitutam, & hoc ipso quod oculis Ægyptiorum exponebant, eos fore suffocados. Idcircò parentes Moysi solicita anxietate procurauerunt illum abscondere. *Videns*, inquit, *eum elegantem*, *abscondit*. Natus infans, inquit Philo, vrbaniorem præseferebat vultum, quam quis de priuato homine suspicari posset. Rupertus indicat, puerum splendorem quendam in vultu secum tulisse, qui elegantissimum, & pulcherrimum reddebat illum, cuius tanta, inquit, fuit elegantia, quanta diuinum illum splendorem præsignare decuit, quo postea facies eius ex Dei collocutione splendida facta est. Iosephus tam excellenti pulchritudine illum fuisse dicit, vt nullus eum videret, qui non eius caperetur amore, B. Chrysostom. quo tempore, inquit, Moyses natus est, *Acceptus*, id est, gratus Deo erat, credo namque aliquid in eius facie eluxisse, ex quo parentes iudicauerunt puerũ illum ad grandia à Deo datum. Quod clarius confirmant multa, quæ ad hoc institutum Iosephus refert. Iustũ certè erat, talem puerum in vita seruare, & ideò ipsius progenitores solicitè quãtum potuerunt abscondere: illud enim tempus virg solummodo puerum natum habere credebant, quo ab oculis Ægyptiorum teneretur absconditus: eo namque ipso quod parentes prodebant filios, in mediumque exponebant, interitui se illos tradere, credere debebant. Hoc tibi similiter intelligendum est, inquit Origenes, deperire quodcunque opus bonum, quod oculis hominum videndum exponis. Idcircò absconde sicut Rahab exploratores.

Exod. 2. 2. Lib. de vita Moysis. Lib. 1. in Exod. c. 8.

Lib. 2. antiquit. c. 9. Hom 15. in Acta.

Lib. 2. c. 9 sit.

§. 44. *Fugiendos spectatorum oculos, cùm ieiunas, docuerunt Abraham, & Ezechias, docet natura in rerum productione, & Eliseus in olei multiplicatione.*

HÆc cura, Sanctis perpetua fuit, quam signanter Beatus Chrysostomus sæpius in excellẽti illo Abrahæ sacrificio (de quo supra) annotauit, expendens solitudinem, qua spectantium oculos fugit. Præcepit ei Deus Filium suum immolare. *Igitur Abraham de nocte consurgens*, quando nulli adsunt spectatores, omnium fores, immo, & lumina clausa tenentur; *Et ipse strauit asinum suum*. Non ex aliena domo adduci voluit bestiam, ne vicinos aliqua ratione ad rem, quam acturus erat inquirendam vrgeret; nec famulis imposuit asinum sternere, vt omnem occasionem amputaret inuestigãdi, quoniam ire pararet; & licet admirabilem haberet vxorem, inquit Chrysostomus, filium oblaturus latuit, quamuis futurum ignoraret, sed omninò credens se eum occisurum, quamuis magnam querimoniæ materiã vxori præbere videretur, quæ illum crudelitatis, & rusticitatis accusare posse videbatur. Neque enim suum videre filium digna est habita, neque supremam vocem audire, neque palpitantem conspicari: sed tanquam captiuum sumens, sic Abraham abducebat filium. Potuisset illa rationibus, quibus postea Labã de genero suo Iacob conqueri, quando dixit: *Quare ita egisti, vt clam me abigeres filias meas, quasi captiuas gladio? cur ignorante me fugere voluisti? non es passus, vt osculari filios meos, & filias: stultè operatus es*. Deinde vilo à longè loco, & monte, quo opus perfecturus erat, *procul*, pueros suos manere iussit, ne vlla ratione quod facturus intendebat, videre possent. Montem cõscendentes opus ipsum ita celat, vt nec puero interroganti adhuc prodat: inquirenti enim filio; *Pater mi: ecce ignis, & ligna vbi est victima?* ne quaquã rem voluit aperire, non solum ne puerum terreret: sed eo præcipuè, ne quod facere

¶ 307. Hom. 5. in 2. ad Cor. & 59. ad populum. Gen. 22. 3.

Hom 59. cit. ad fin.

Genes. 31. 26. 27. 28.

facere nitebatur, antequam opportunum aduenisset tempus puer resciret, illud quantum fieri poterat iam obseruans, *Nesciat sinistra tua quid faciat dextra tua*. Vnde singulariter Deus oculos suos in hoc opus ita conieciſſe dictus est, vt ab eius spectatione, & visione montem appellari voluerit: *Cen. 22. 14.* *Appellauitque nomen loci illius: Dominus videt*. Ibi namque Dominus oculos ad videndum applicauit, vbi non aspiciebat visus hominis: quantò magis Abraham oculos hominum fugit, tantò magis Deo spectandum se constituit, qui sicut auertit visum ab eo, quod hominibus videndum exponitur: ita oculos plenè collocat in illud, quod ab omnium oculis subtrahis. Sciebat Abraham proditores boni operis esse illius deperditores, & quod qui produnt, hoc ipso perdunt. Ita tibi agendum. Quærendus locus cum orare vis secretus, ab vxore, famulisque semotus: tunc manus diligentius ad pauperem extendenda, quando nullius adest spectator; eligendus ſæpè angulus Ecclesiæ, vbi incognitus ab ibidem assistentibus in oratione perseuerare possis, &c. id enim secure conseruas, quod ab hominum oculis auertis, quibus id omne quod exponis, miserè perdis.

¶ 308. *3. Moral. c. 36.* Hæc, inquit Diuus Gregorius illa cunctis notissima Ezechiæ culpa demonstrauit, qui postquam vna prece, & sub vnius noctis spatio, centum quinquaginta millia hostium Angelo feriente prostrauit; postquam occasui proximum ad altiora Cœli spatia Solem reduxit, postquam vitam propinquante iam termino coarctatam in tempora longiora protelauit: suscepti Babylonici Regis nuntijs, bona omnia quæ possidebat, ostendit. Sed Prophetæ voce protinus audiuit: *4. Reg. 20.* *Ecce dies venient, & auferentur omnia, quæ in domo tua sunt in Babylonem, nõ relinquetur quicquam, dicit Dominus*. Sic qui bona opera sua ostentant, prodentes subitò amittunt, in Babylonemque deportantur: quia ad confusionem tandem illis cedet, quod ad ingentem poterat esse gloriam. Prodentes subitò amittunt quicquid diutius studentes operantur. *1. p. Pastoral. c. 4.* Et quidem Ezechias nequaquam peccare se credidit, inquit Gregorius, cum venientibus ad se alienigenis aromatum cellas ostendit, qui de illis abscondendis ab eorum oculis nullum mandatum acceperat, & fortè cogitabat, Regni sui paci, & suæ Regiæ Maiestati congruum, & decens, vt exteræ nationes grãdem thesaurorum suorum copiam exploratam haberent: nihilominus hoc ipso quod prodidit, omnium illorum perditionem incurrit. Quanto magis tu bonorum operum thesaurum absc̃ditum debes seruare, qui mandatum accepisti, ne videaris ab hominibus ieiunans, & benè operans, cui nihil prodesse potest in publicum opera bona proferre, nisi vt eorum iacturam patiaris. Certè natura ipsa, omnia, quæ seruare nititur, abscondita tenet, & tamdiu intacta apud se retinet, quamdiu ab oculis videntibus custodit. Aurum, & argentum in visceribus terræ producit: sed hoc ipso quod aliquo signo, illa quæ produxerat manifestat, illis spoliatur. Mirum est, vt Sanctus Gregorius Nyſſenus considerat, quàm abscondita teneat frugum grana, quando illa producit, ne ab auibus dissipentur, & deuorentur. Singula enim grana peculiarem, & proprium folliculum duplicatum, & triplicatum, quasi multis inclusa cellis habent, intra quas teneantur abscondita: & postremò protenduntur aristæ graciles quædam, & acutæ, arma opinor aduersus auiculas, seminibus insidiari solitas, vt dum earum cuspidibus quasi spiculis punguntur, fruges carpere, atque vastare desinant. Huiusmodi fructus tamdiu integros natura conseruat, quamdiu tenet absconditos. Mirum est etiam, vt Beatus Gregorius Magnus obseruat, quam solerti cura contegat natura ipsa arbores, earumque fructus cortice, quo subtracto exiccatur arbor, & fructus corrumpitur: in cuius argumenti prosecutionem expendit Gregorius illud Prophetæ: *Ioel. 1.* *Ficum meam decorticauit, albi facti sunt rami eius*. Quamuis enim detracto cortice, in oculis spectatorum appareat truncus, & rami candore nitentes, & albi, sed exiccantur statim, & arescunt. Homines insuper naturam imitantes, omnia quæ seruare constituunt, abscondita

Orat. 3. de resurrect.

8. Moral. cap. 37.

dira tenent: gladium acutũ vagina contegunt, vestes pretiosas thecis reconditas includunt, pretiosa iocalia in abditioribus scrinijs vna, & altera obseranté claue celant. ¶ 309. Quid de his dicam, quæ ex eo solummodo quod prodũtur, omnem amittunt valorem, qualia sunt vnguenta, quæ euaporantur, aquæ odoriferæ, quæ si non magnopere teneantur occlusæ, omnem odorem amittunt? Vidi pretiosissimum liquorem ex rebus odoratissimis in liquatorio vase; ad modum eius, quem quintam essentiam vocant, à quodam pigmẽtario magni Hetruriæ ducis extractum, & expressum, qui hoc ipso ac vasculum vitreum, in quo seruabatur, discooperiebatur, totus insensibili euaporatione resoluebatur, & dissipabatur, vt nihil penitus illius in vasculo remaneret. Quã solicita cura res quas magni facis, ab igne seruas, & separas, intelligens ab ipso absumendas, si illas ipsi admoueas? Pretiosa sunt opera Sancta, delicatissimaque, & fragrantissimi apud Deum odoris: hoc ipso quod in publicum dantur, odorem omnem amittunt, qui quasi insensibili euaporatione resoluitur. Sunt oculi hominum, vt itarim dicemus, quasi ignem absumentem emittentes: ab illis igitur opera tua absconde, & cura magnopere, ne videaris ab hominibus. Huc spectant quæ D. Augustinus annotauit circa oleum illud tam generosissimum in domo viduæ auctum, cui Eliseus præcepit, vt cùm effundere vellet oleum in vasa vacua, quò illud in immensum creseceret, clauso ostio infunderet *Ingredere*, inquit, *& claude ostium cùm intrinsecus fueris tu & filij tui. & mitte inde in omnia vasa hæc* inquirit noster Caietanus, cui proposita agendum cõstituerit? Quid enim ad olei augmẽtum pertinere poterat, quod effunderetur clauso, vel aperto ostio? Quid quod multi adstarent spectatores, opus insigne videntes, & commendantes: Rationem illi tradit egregiam, alio loco à nobis exponendam. Sanctus tamen Augustinus illam reddit, quæ nostro maximè congruit instituto. Infusio enim olei in vasa vacua, id significat quod dixit Dauid: *Elemosyna in pauperes*, quoniam oleum, elemosyna symbolum teneri pauperes autem egregiè per vasa vacua exprimuntur. Quis poterit explicare quã parum sit quod effundis, quãque magnum sit quod inde augetur, & multiplicatur? Huiusmodi tamẽ augmentum tunc interuenit, quando infusio olei fit clauso ostio, id est, homo humanis aspectibus, & laudibus ostium claudit, non quærens ab illis videri, aut spectari, sed solummodo placere Deo. Ille qui eleemosynam facit contendens videri ab hominibus, aperto ostio oleum infundit, inquit Augustinus, & tanquam aperto ostio operatur, omnibus quæ facit exponens videnda: qui verò pro sola vita æterna, & remissione peccatorum bona opera fecerit, etiam clauso ostio facit: quia de illa eleemosyna non hoc quærit, quod videatur. Quod ergo dixit Eliseus: *Ingredere, & claude ostium*, &c. est quod dicit Dominus: *Tu autem cum ieiunas, &c. ne videaris hominibus ieiunans, &c.*

Ser. 206. de temp.

4. Reg. 4.

Interr. 4. 4. Reg.

D. 4. 24.

§. 45. *Non prohibet Christus videri opera nostra, sed ne id affectemus, ne fascinemur sicut opueri: fascinatio enim obscurat bona.*

NE videaris hominibus ieiunans Videtur Christus Dominus ad mentem reuocasse illa verba quæ Noemi dixit ad nurum suam Ruth: *Lauare & vngere, & induere cultioribus vestimentis, & descende in aream: non te videat homo.* Videtur prima facie huiusmodi consilium incongruum. Si enim mulier lauatur, vngitur, & cultioribus vestimentis induitur; id non facit, nisi vt ab omnibus videatur. Aptè tamen sapiens Noemi locuta fuit Ruth à solo Booz erat receptura mercedem, & dona propter ea tantum debebat procurare soli ipsi placere. Idcircò neminem alium à Booz curand in ei consuluit. Non te videat homo, quæ tantùm debes contendere vnico Booz satisfacere. Ita Christus Dominus dicit: Vnge caput tuum, faciem tuam laua, ne videaris hominibus ieiunans; sed tantùm Patri Cœlesti. Cæterum omnes Sancti ¶ 310. Ruth 3. 3.

Patres

Patres dubium circa hęc verba proponunt: Quomodo Christus Dominus nobis imponat, ita bona opera facere, vt non videamur ab hominibus, qui paulò ante in hoc eodem Dominico sermone, quem in monte habuit, dixerat ad discipulos suos, in quorum persona, vt Diuus Augustinus annotat, ad nos frequenter sua verba dirigebat; *Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera bona.* Hoc adeò difficile visum fuit B. Augustino, cum ex professo explicandum assumpsit: vt illud soluturus, primo ad diuinam gratiam implorandam se conuertat. Adsit inquit, ipse Dominus, & aperiat nobis voluntatem suam, & tribuat obediendi facultatem, &c. Communis tamen tam ipsius Augustini *a*, quàm cęterorum patrum Chrysostomi *b*, Petri Chrysologi *c*, Basilij *d*, Gregorij *e* sententia est, Dominum non prohibere bona opera facere coram hominibus, quos potius sæpè per illorum exercitium debemus ædificare: sed ne ob id fiant, vt iudicemur boni ab illis, & æstimemur ab eis; ibique finem nostri propositi collocemus: de quo iam alibi. Commodè autem nunc illud exponi posse credo, si quædam Spiritus sancti verba, Sapientis *f* ore prolata, expendamus, quæ difficilia sunt valde; quibus quàtum coniectura assequi possum, duo grandia pericula, in quibus versatur iustus, dum vitam istam agit, explicare voluit: à quibus vt illum liberet, sæpè immatura morte rapit, & ad se assumit: sicuti qui racemos vitis suæ videt periculo expositos, quod à transeuntibus sint colligendi, antequam maturescant sibi colligit, melius iudicans agrestum sibi ex illis exprimere, quàm relinquere alienis, cùm maturuerint colligendos. Vnde censeo eo in loco. Sapientem non de aliquo iusto in particulari historiam referre, vt quidam existimant, intelligentes illum singulariter de Henoch sermonem agere; sed indefinitè de iusto loquutum, credunt Sancti Patres Cyprianus *a*, Augustinus *b*, Ambrosius *c*, Prosper *d*, Fulgentius *e*, Paulinus *f*, alijque, vt alibi etiam demonstrauimus *g*. *Vinens*, inquit, *inter peccatores, translatus est raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animum illius.* Quibus verbis duplex periculum, quod iusto imminet, exprimit: primò quidem ex eo quod facilè potest se à iustitia auertere, & ad iniustitiam declinare, propter multas, & varias vitiorum, & peccatorum occasiones, quæ in mundo interueniunt, & cuique quolibet momento se offerunt: plena sunt enim omnia laqueis, vt ex Scriptura sacra Diuus Chrysostomus latè prosequitur. Huiusmodi occasiones, & incitamenta ad malum, Sapiens vocat *Malitiam*, eo modo quo Paulus voluptates, & delicias, quæ ad peccatum in palatio regum incitant, vocat *Peccati iucunditatem*. Hæc malitia, id est, occasio, aut incentiuum ad peccatum sæpè mutat intellectum, id est, cor, vt Ambrosius exponit: id quod in Saule, & Salomone facilè videri potest. Secundò imminet iusto grande periculũ ex eo quod facilè potest omnia bona, quæ diuinæ gratiæ fauore adiutus, multo cum labore conquisierat, subito, & in momento perdere. Id autem quàm grande malum sit, facilè intelliges, si attendas, quàm infęlicem illius mercatoris reputes sortẽ, qui ingentes, quas multo labore acquisierat pecunias, ad vnius venti flatum, in mari perdit: & illius agricolæ, qui fœcundas segetes, quas multis laboribus, curis, & expensis ad messem perduxerat, subitò grandinis, aut procellæ impetu absumptas videt. Huiusmodi periculum iusto imminet à fictione. *Ne fictio*, inquit, *deciperet animam illius*. Fictionem, quantum credo, vocat apparentem quandam humanam gloriam, & æstimationem apud homines, quæ cor decipit: eadem certè loquendi phrasi, qua Sanctus Daniel impudici senis lapsum exposuit, dicens ad illum: *Species decepit te, & concupiscentia subuertit cor tuum*. Species, id est, illa exterior pulchritudo, oculis tuis exterius repræsentata decepit te, alliciens cor tuum, & ad sui concupiscentiam excitans, & trahens. Ira apparens quædam species gloriæ, laudis, honoris, & æstimationis apud homines, quæ solum habet esse permentis functionem, aut potius fictionem, estque quid confictum,

Ep. 80. 2. non longè à princ. Mat. 5. 16. Serm. 2. de verbis Domini.

a Ser. 2. cit. & 2. de ser. Dom.
b Hom. 13 in imperfecto.
c Serm. 9.
d Serm. de baptis. c. 4.
e Hom. 11. in Euang. & 8. Mor. c. 38.
f Sap. 44. 11. 12.

¶ 311.
a Libro de mortalit. & 3. ad Quirinum cap. 58.
b Ep. 105. & 107.
c De Apol. Dauid c. 4.

d Libro de ingratis. c. 52.
e Ep. 2. c. 4.
f Epist. 35.
g Sap. 4. 11. 12.

Homil. 15. ad populũ.

ad Heb. 11. 21.

Lib. de Apolog. Dauid. cap. 4. & orat. funebri de obitu fratris.

Dan. 13. 56.

per imaginationem, nullum verum, aut ſolidum eſſe in ſe continens: cor decipit, id eſt, allicit, & ad ſui amorem trahit. Ex quo fit, quod omnia bona, homo magno labore, & ſudore cõquiſierat, & omnes theſauros, quos apud Deum ex ipſius Dei fauore, & gratia repoſitos habebat, ſubitò amittat.

Quod ſi quæras: Quid eſt quod tam grandia excellentiaque bona tam breui momento abſumat? Quaſi reſpondens Spiritus ſanctus ſubdit: *Faſcinatio enim nugacitatis obſcurat bona.* Hæc commodè intelliges, ſi quæ de faſcinatione Philoſophi traduut ſupponamus. ¶ 312. Nullus eſt, qui non quæ communiter de faſcinatione dicuntur, nouerit: nihilq; nobis communius quàm faſcinationis nomine, & faſcinandi verbo vti: qui iufaſcinationem multa quæ videmus referimus, clamantes ſicuti Apoſtolus ad Galatas: *O inſenſati Galatæ, quis vos faſcinauit?* & cum Poeta, *Neſcio qui teneros oculus mihi faſcinat agnos.* Quibuſdam videntur omnia quæ de faſcinatione dicuntur fabuloſa, vt Chryſoſtomo: alijs videntur certa: ſed quæ non tam ex naturalibus cauſis prouenianr, quàm ex diabolico opere interuenie, vt Baſilio *a*. Diuus autem Thomas *b* Sanctorum doctrinam reuerenter de more explicans, ex duplici cauſa credit faſcinationem oriri: prima eſt ex magicis incantationibus, ludificantibus ſenſus, exhibentibus ſpectatorum oculis leonem, taurum, vrſum, aut aliquid ſimile, de quibus multa Philoſtratus agens de illo grandi necromantico Apollonio. Secunda, ex ipſamet rerum communi natura. Sunt enim quædam perſonæ tam noxijs, corruptiſque humoribus, vt per oculos emittant, neſcio quas venenatas impreſſiones, aut influxus noxios, (*perniciem quandam defluentem*, vocat Baſilius) quæ res teneras facilè inficiunt, & corrumpunt. Ideoque ſignanter operantur circa pueros tenellos, quod, & Beatus Ambroſius *c* fateri videtur, & expreſsè tradidit Sanctus Anſelmus *c*, de quibus multa Abulenſis *d*, Vallefius *e* Leonardus Varius *f*, & alij, quos quidam diligens recenſq; author græcenſet. Neque id nouum, ſed vulgatiſſimum facit, quod de muliere menſtruata quotidiana experientia compertum eſt, quæ lucidiſſimum ſpeculum, viſu ſolo obnubilat: & quæ de Baſiliſco communiter dicuntur, quod viſu ſolo lethaliter inficit, vt doctus quidam author explicat: & de aquila quæ oſſifraga vocatur, refert Plutarchus, quod per ſolum aſpectum, quo inferiores quaſdam aues reſpicit, illarum oſſa confringit. Tam noxios ergo quoſdam influxus quidam ex oculis emittunt: vt tenerrimos, pulcherrimoſque infantes inficiant, & eneruent, & corpora vegeta, inquit Baſilius, pubeſcentium, aliorumve ætate, formaque florentium, proſperam habitudinem inficiant atque debilitent, ſtatim vt ex eorum luminibus pernicie quadam defluente, ac contaminante, videas contacta membra pulchra, in ſiccitatem, ac valetudinem venire. Huiuſmodi malum peculiariter reperiri in inuidis tradit Baſilius, non ſolum propter nominis etymologiam, ſecundum quam *Faſcinare*, Græcè dicitur *Baſcheno*, quod ſignificat inuidere: ſed quia, vt Sapiens dixit, *putredo oſſium inuidia*, corrumpens omnes corporis humores. Vnde, & Diuus Auguſtinus annotat, quod in libro Prouerbiorum Latini codices habent: *Non cœnabis cum viro inuido*, græcum habere, *Andro baſcano*. Baſcanos enim, faſcinus dicitur, quaſi dicas, cum viro faſcinante. Ideoque faſcinandi vim habere communiter cenſemus vetulas quaſdam iniquas, deformiſſimas, inuidentiſſimas alieni boni, quæ ægerrimè ferunt pulchritudinem aliorum, ſignanter puerorum, quos ex matrum vberibus vident pendentes. Vt tamen aliquis vim perniciemque faſcinationis incurrat, non ſufficit à faſcinantibus oculis videri; ſed neceſſarium eſt, quod ipſe faſcinatoris viſum mutuo conſpectu ſuſcipiat. Quærunt multi, an viſus fiat intra, aut extra mittendo. Vtroque modo fieri apertum eſt, intromittendo ſcilicet ſpecies rei videndæ intra pupillam, & extramittendo per oculos influxum quendam in rem, quam videmus. Vt ergo puer remaneat faſcinatus, non inficit videri à faſcinatore, emittente influ-

ad Gal. 3. *Eclog. 3.*

In c. 3. ad Gal.

a Hom. 11. de inuidia.

b In c. 3. ad Gal. lect. 1. & 1. p.

De vita Apollonij.

Hom. 11. cit.

c In c. 3. ad Gal.

d In c. 21. Num. q. 14 vſq; ad 18.

e De ſacra Philoſ. c. 68.

f Peculiæ. l. de Faſci. l. 1. c. 3. q. 4 & li. 3. q. 4 ſect. 1. Camer. li. 1. de anim. c. 17. Ho. 11. cit.

Pro. 14. 30 Li. 5. Locu. in Deuter. Num. 62. Prou 23.

influxum noxium ex oculis: ſed requiritur, vt puer oculos ſuos ad eum conuertens, illius ſpeciem, & influxum, quem faſcinator ex oculis emiſit, intra oculos ſuos recipiat, & mutuo conſpectu ſe conſpiciant. Tunc faſcinatio obſcurat bona; mirum eſt enim, quàm cito infantulus pulcherrimus, viuaciſſimus, excellenti ſalute, & virtute pollens, caput demittat, pulchritudinem amittat, viribus eneruatus remaneat. Hoc propterea inter alia remedia eſt ſingulariſſimum, curare vt puerulus oculos à faſcinatore auertat, & aliò conuertat, ad patrem videlicet ſuum vel matrem. Quod faſcinatio materialis operatur in corpora tenera, & delicata; potentius operatur faſcinatio ſpiritualis in animas: *Faſcinatio enim nugacitatis obſcurat bona.* Dicitur *Faſcinatio nugacitatis*, id eſt, nugaciſſima, aut fallaciſſima, vel vaniſſima; quo dicitur filius dilectionis, filius dilectiſſimus. Hæc oritur mutuo intuentium ſe conſpectu, qui quando interuenit, *obſcurat bona*. Videbis iuſtum habentem tâquam pulcherrimum filium, opus excellentiſſimum, viuidum, virtute præſtans, de quo magnam ſpem concepit: ſed obſcuratur, perdit ſplendorem, pulchritudinem, viuacitatem, & marceſcit ex faſcinatione; ex eo quòd homines te operantem conſpiciunt, & tu illos mutuo aſpectu proſequeris: illi te vident, & tu videri affectas; illi te laudant, & tu eorum laudibus delectaris, & eos aſpiciens intra te recipere videris. Hæc faſcinatio obſcurauit bona Phariſæi, ſimiliter, & Regis Oziæ, vt ex D. Chryſoſtomo ſupra dictum fuit. Magnam namque Oziæ virtutem fuiſſe, inquit Chryſoſtomus, illud diuinum teſtimonium comprobat, quo dictum fuit; *Et fecit Ozias quod rectum eſt in conſpectu Domini:* nec enim ſolum fecit quod rectum erat; ſed etiam fecit in conſpectu Domini: non apud homines oſtentans, quemadmodum faciebant illi, qui ante eleemoſynam tuba canebant, & in ieiunijs facies ſuas obſeurabant, qui orabant in compitis: ſed in conſpectu Domini, id eſt, Deo grata obſequia reddere contendens. Et tamen ex hoc ipſo quod ille ſpectatores attendit, & ab eis laudari, & æſtimari voluit in templo, omnia eius bona obſcurata marcuerunt. Quid igitur agendum? Hoc tibi curandum, vt ab hominibus viſus, tu ne mutuo conſpectu eoſdem proſequaris: ſed oculos ab eis auertens, conuertas in patrem cœleſtem, illius ſolummodo oculos attendens, eidem videndum te exhibens: ſic enim faſcinationis infectionem vitabis. Videãt quidem homines opera tua bona: tu autem non eos mutuo aſpectu recipias, oculos tuos in illos conuertens: ſed in patrem tuum, qui in cœlis eſt, oculos erigens.

Hom. 3. in illud, Vidi Dominum.

2. *Paralip.* 29.

§. 46. *Summi Sacerdotis ornatum ita ab omnibus videri voluit Deus, vt ſacerdos ipſe in ſolum Deum oculos conuerteret, figeretque.*

¶ 314. POſſunt hæc aliquibus ſacræ Scripturæ locis fieri manifeſta. Primò ex his, quæ Spiritus ſanctus diſpoſuit, ornatum conſtituens ſingulariſſimum, & pulcherrimum, quo ſummus ſacerdos Aaron, eiuſque ſucceſſores ornarentur. Decens eſt enim pretioſis veſtibus indui ſacerdotes, qui ad offerendum ſacrificiũ Deo ſunt peculiari conſecratione ſacrati. Mira ſine dubio fuerunt veſtimenta precioſiſſimaque, quibus Deus ſacerdotem ſummum indui ſtatuit, quæ non ſolùm ex materia erant excellenti, ſed arte quadam ſupra naturam contexta, & conſtructa: ad hoc enim ſpiritu ſapientiæ impleuit Beſeleel, qui quæ ad ornatum tabernaculi, & ſummi ſacerdotis conducebant, operaretur. Singulariter autem ſapiens expendit omnes ſummi ſacerdotis veſtes. Erat enim tunica illa, aut *Stola ſancta auro, & hyacintho, & purpura, opus textile*. Erat rationale, opus ſingulariſſimum, gemmis pretioſiſſimis ornatum; balteus inſuper, zona, &c. *Et cinxit illum tintinnabulis aureis plurimis in gyro, dare ſonitum in ceſſu ſuo, auditum facere ſonitum in templo, in memo-*

Exod. 31. 3.

Eccl. 45. 12.

Ibid. 11. 12.

lib. 5 stro-mat. viam filijs gentis suæ. Hæc tintinnabula, etsi D. clemens Alexandrin. cẽseat fuisse trecenta sexaginta sex, iuxta numerum dierum totius anni; communius

Ep. 128. ad Fabiol. est quod Hieronymus asserit, fuisse septuaginta duo: de quibus alibi. Vnico autem verbo concludere omnia volens Spiritus sanctus dixit, in illis vestibus,

Ibid. n. 14. fuisse *desideria oculorum*, id est, quicquid oculus desiderare potest videre. Quãuis enim dixerit Sapiens, *oculum non*

Eccl. 1. 8. *saturari visu*, sed quando volumus rem omnibus modis pretiosissimã designare, dicimus eam esse talem, quæ omne desiderium oculorum expleat: ita quod oculi non aliquid aliud pretiosius videndum possint expectare. Addi tamen voluit mitram in capite eius, cui corona esset superposita, frontem cingens, vbi esset super oculos lamina, in qua scriptum habebatur nomen ineffabile ipsius Dei, & ipsius gloriæ. Hocque expressit Spiritus sanctus subdens: *Corona aurea super mitram eius, expressa signo sanctitatis, & gloria honoris*. Vocat, vt Glossa ordinaria exponit, censetque Lyranus, *Signum sanctitatis*, nomẽ Dei ineffabile, cui omnis gloria, & honor debitus est. Aptissima sanè figura, egregiumque hieroglyphicum. Si enim rem attendas, videbis voluisse Deum talem esse sacerdotem, in quem omnes conuerterent oculos; nã præterquam quod in eo elucere voluit omnia, quæ possunt oculi conspicienda desiderare, & quæ spectantium oculos ad se trahere valent: iussit non vnum aut duo, sed multa tintinnabula pedes eius circundare, vt eo ipso quod sacerdos se moueret, omnes ad se videndum vocarent, vt S. Hieronymus obseruauit.

Ep. ist. 128. cit. Cæterùm quem videri ab omnibus volebat, nolebat vt ipse oculos suos ad conspiciendum aliquem intuentem se, conuerteret, aut aliquem eorum, qui se intuebantur conspiceret, sed oculos suos in Dei nomen ineffabile haberet sitos, & collocatos, & in gloriam honoris eius. Sic enim res se habere debet, quod Pontifices, Sacerdotes, & vici Apostolici, debent in se ipsis exhibere quicquid oculus potest desiderare, ad quos omnes alij oculos suos conuertant. *Exemplum esse fidelium*, inquit Paulus ad Timotheum, *in verbo, in conuersatione, in charitate, in fide, in castitate*: & ad Titum: *In omnibus te ipsum prabe exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in grauitate*. Videat dies in illo eleemosynam, nobilis modestiam, qui in laboribus tolerantiam, qui in contumelijs patientiam, qui in templo deuotionem, qui in oratione feruorem, & denique talibus se vestibus ornatum exhibeat, qualibus Christus Dominus Apostolos ornatos voluit, quibus dixit: *Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona*. Id quod Petrus dixit: *Pascite qui in vobis est gregem Dei, & Forma facti gregis*. Quoniam tamen oculi hominum sunt fascinantes, & obscurant bona: ne fascinentur qui tanta excellunt sanctitate, habentque fascinatorum oculos in se conuersos, nullatenus videntes se, mutuo aspectu prosequantur, nec oculos suos conuertant ad eos videndos, & continendos, quos se videntes agnoscunt: sed oculos ab eis auertentes in Dei nomen, & gloriam figant, & collocent nullatenus complacentes sibi in eo quod ab hominibus videntur, nec sibi acceptantes laudes ab eisdem oblatas; sed omnia referentes in laudem, honorem, & gloriam diuini nominis. Egressus fuit Herodes, vt supra annotabamus, veste regia ex filo aureo, & argenteo contexta, ad alloquendum populum: cumque radij solares in vestem illam se effunderent, ad procedentem inde splendorem contuendum omnes qui adstabant conuerterunt oculos, & vocibus laudis illum prosequi coeperunt. Ille qui tunc non ad videntes se, sed ad Deum, à quo omne bonum procedit, debuisset oculos conuertere, mutuo visu se videntes excepit, videbat videntes se, complacebat in eo quod ab eis videbatur, & laudabatur: idcirco ibidem percussus fuit ab Angelo, *eo quòd non dedisset honorem Deo, & consumptus a vermibus, expirauit*. His concinit quod de Moyse Scriptura sacra enarrat. Quando ille tabulas legis Dei in manibus ferebat descendens de monte, splendida facta fuit facies eius, tantoque splendore fulgebat, vt

1. ad Tim. 4. 12.

ad Tit. 2. 7

Mat. 5. 16.

1. Pet. 5. 2. 3

Act. 12. 23

Exo. 34. 29

non

non poſſent filij Iſrael intendere in faciem eius propter ingentem, & exuperantem ſplendoris refulgentiam: ipſe autem ignorabat huiuſmodi ſplendorem. Vnde quamuis tota populi multitudo ad tam clarum ipſius ſplẽdorem videndum oculos conuerteret, ipſe nõ attendebat niſi ad legem Dei, quam in manibus ferebat. Certum eſt, ex eo quod quis legem Dei in manibus defert, eam opere complendo, ſplendidus ac clarus in omnium oculis, & conſpectu redditur; attendant alij hunc ſplendorem: qui tamen eum habet, non illis ſpectatoribus intendat, ſed ad ſolam Dei legem oculos teneat attentos.

§. 47. *Sponſæ oculi erant quaſi columbæ in ſolum Sponſum intenti, ſed tanquam piſcinæ Heſſebon, quos alij conſpiciebant.*

¶ 316. SIt alius locus deſumptus ex laudibus, quibus diuinus Sponſus Sponſam ſuam commendat: quam ſæpè ex profeſſo laudandã aſſumit, diuerſis metaphoris illius pulchritudinem, & venuſtatem declarans. Quoniam autem, vt ſupra dicebamus ex Beato Ambroſio, Sponſam deſcribere intendit ſecundum triplicem ſtatum, incipientium, proficientium, & perfectorum; deſcribendam eam aggreditur ſecundum quod vnicuiq; eorum congruum eſt. Illam igitur laudare primò aggreſſus, ipſius ſolummodò oculos cõmendare volẽs: *Ecce*, inquit, *tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es: oculi tui columbarum*. Secundò, iam ad maiores laudes aſcendens, illam minutatim ſecundum omnes partes laudandam aſſumpſit, dicens: *Quàm pulchra es amica mea, quàm pulchra es: oculi tui columbarum* Ad ingentem aliquam rem exprimendam, quam nullus ſermo poteſt declarare, vtitur Scriptura ſacra admiratiua quadam interrogatione, vt Dauid; *Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Domine*: & *Quàm dilecta tabernacula tua Domine virtutum*: & Baruch: *O Iſrael, quàm magna domus Domini, & quàm ingens locus poſſeſſionis eius*. Qua loquendi phraſi ſæpè cœleſtis Sponſus vti ſolet; *Quàm pulchra*, inquit, *ſunt mammæ tuæ ſoror mea Sponſa? Quàm pulchræ es, & quàm decora chariſſima in delitijs?* Quoniam pulchritudo formoſæ virginis in facie præcipuè ſplendet, & inter ea, quæ pulchriorem reddunt faciem, ſunt oculi; ab illis Sponſus initium ſumit: aut verò quia, vt annotauit Auguſtinus, nihil oculis amabilius eſt, ficque ad iudicandum quod ſummo alicuius amore flagramus, dicimus, nos illum tanquam oculos diligere; quomodo, & prophanus poeta: Ni te plus oculis amarem. *Oculi*, inquit, *tui columbarum*. Tandem autem cum iam tertiò illius pulchritudinem minutatim etiã per partes ſupremis laudibus vellet deſcribere, *Oculi*, inquit, *tui ſicut piſcinæ in Heſſebon, quæ ſunt in porta filiæ multitudinis*. Mirum eſt quod his duabus metaphoris tam diuerſis eoſdem ſponſæ oculos depinxerit. Quid enim commune habent oculi columbarum, qui paruiſſimi ſunt, ad piſcinas in Heſſebon, quæ erant latiſſimæ, & extenſæ, omnibuſque conſpicuæ? Sed egregium ſine dubio myſterium hæc continent. Erat ciuitas Heſſebon (quæ, & Esbon in ſcriptura vocatur) celeberrima, vt Sanctus Hieronymus ſcribit, trans Iordanem, per viginti milliaria ab eo diſtans, in montibus è regione Iericho. Fuit ciuitas Regia Schon Regis Amorrhæorum; ideoque celebris, & innumera populi multitudine redundans, vt Scriptura ſacra indicat. Expugnato autem à filijs Iſrael Rege, & in eorum poteſtatem tradita, ceſſit in poſſeſſionem tribus Ruben, quæ circa Iordanem remanere optauit cum tribu Gad, & dimidia tribu Manaſſe, propter rerræ abundantiſſimam fertilitatem. Fontibus enim clariſſimis redundabat regio; ſignanter autem ciuitas. Heſſebon piſcinis erat celebris, circa cuius quandam portam erant duæ elegantiſſimæ, cryſtallinis aquis redundantes, vbi omnis populi multitudo conſuebat; tum quia ibi iudiciorum erat locus, (communiter enim apud populos illos in portis ci-

Li. de Iſaac & ani. c. 8.

Cant. 1. 14

Cant. 4. 1.

Pſ. 30. 20. Pſal. 83. 1. Bar. 3. 24.

Cant. 4. 10 *Cant. 7. 6.*

Libro 1. de ſer. Dom. in monte.

Cant. 7. 4.

Li. de locis Hebraic.

Num. 21. Ioſu. 13. & 21. Iud. 11

uitatũ agebantur iudicia) tum propter illas piscinas aut fontes, ad quas omnes confluebant, tanquam ad locum communem, recreandis animis aptum. Hoc enim significat illud, *Quæ sunt in porta filiæ multitudinis*. Vocat enim *Filiam multitudinis*, ipsam ciuitatem, propter innumeram, qua redundabat populi multitudinem: aut verò portam ipsam, ad quam omnis multitudo ciuitatis confluebat, propter piscinas adiacentes, non tantum ad aquam capiendam; sed ad recreandos animos clarissimarum aquarum conspectu. Ex his quid Sponsus cœlestis dicere voluerit aptè possumus explicare. Primò obserua hoc differre oculos columbarum à piscinis Hesebon, quod illi dati sunt ad videndum; istæ autem constitutæ sunt vt videantur. Columba enim oculos habet sicut cætera animalia, vt videat: piscinæ autem constitutæ sunt, non vt videant, sed vt videantur. Nec enim ipsæ aliquem respiciebant, cum omnium oculi in eas essent intenti. Hinc optimè Sponsus cœlestis oculos Sponsæ excellenter dixit similes oculis columbarum. Columba apud omnes nationes symbolũ fuit fidelitatis Sponsæ ad Sponsũ, vt ex Aristotele *a*, docuit Ælianus *b*, tradiditq; Plinius *c*: est enim columba auis simplex, vt prosequitur Cyprianus *d*, vnde, & homines simplices ac bonos, solemus columbas vocare: est innocens ac pura, & vt Diuus Gregorius Nyssen. *e* censet; caret felle. Quod potius iuxta communem vulgi opinionem accipiendum est; neuera enim fel habet, vt Aristoteles *f*, & Plinius *g*, asserunt; tamen expers fellis, quia innocua est, & simplicissima. Hocque est illi inter omnes aues singulare, quod fidem consorti suo seruat, quæ etsi oculos habeat ad videndum, in nullum alium à consorte cõs figit, aut conuertit. Optimè proinde dicuntur oculi Sponsæ columbarum, vt sentiunt Origenes *h*, & Gregorius Nyssenus *i*, ad indicãdam mentis, & intentionis suæ fidelitatem, & puritatem: quæ etsi oculos ad videndum habeat, tantummodo ad Sponsum illos conuertit, quos propterea paruos habere dicitur, quibus solius Sponsi speciem recipiat, quæ omninò, & plenè illos compleat; tantummodo namque Spõsum suum respicit, & attendit, cum benè operatur: nullum ab illo aspicit, aut conspicit, id verè complens, quod pro prima legi illi primæ Sponsæ initio seculi statutum fuit: *Ad virum tuum conuersio tua*. Ita enim legunt omnes sancti patres iuxta Septuaginta, Chrysostomus, Basilius, Ambrosius Gregorius Nazianzenus, Hieronymus, vbi noster Vulgatus legit: *Sub viri potestate eris*. Hoc namque fidelem Sponsam decet, vt ad virum suum solummodo sit conuersio oculorum suorum: & merito adulteræ incurrit suspicionem Sponsi, eo ipso quod oculos in altero à Sponso collocat, & figit; verèq; anima, quæ cùm bonum operatur ad alterum quam ad Deum Sponsum suum oculos intentionis conuertit, adultera dici potest, quæ alteri à viro complacere concupiscit. Fidelis Sponsa semper illud in ore habet, vt D. Chrysost. annotauit *k*, *Tibi dixi cor meũ, exquisiuit te facies mea, faciem tuam Domine requiram*. Illudq; *l*: *Oculi mei semper ad Dominum*, & Propheticum *m*: *Ego autem ad Dominum aspiciam*. Et sicut columba ad hoc vt consortis sui indignationem incurrat, sufficit si ad alterum ab illo oculos cõuertat; tunc enim videbis subitò consortem iratũ erga eam, querulo rumbo incedentem, & alis verberãtem; ita, vt anima Deo displiceat, sufficit si cum bono opus agit, oculos conuertat ad alios: ex hoc namque propriè, ac formaliter, (vt dialectici dicunt) Deus contra hypocritas se iratum perhibet, non quòd malum opus operentur, sed quia agentes bonum, oculos ad homines conuertunt, intendentes eis placere, & quia sua bona opera agunt hoc fiue, vt videantur ab hominibus. Sponsa nihilominus, quæ ad videndum oculos habet columbarum paruos, & constrictos, qui vnicum Sponsum tantummodo capiant, illumque solum recipiant, vt tamen videantur, habet oculos grandes extensos, sicut piscinas in Hesebon, quæ sunt iuxta portã, vbi omnis multitudo cõfluit, & oculos ad illas cõuertit. Talis namq; debet esse vir per-

Gen. 3.

Gen. 3. 19. § 318.

Hom. 1. in imperfect.

k *Ps.* 26. 8.

l *Ps.* 24. 15.

m *Ps.* 7. 7.

a 9 *De natura animal. c.* 4.

b *Lib.* 15. *c.* 34. *&* 35.

c *Lib.* 10. *c.* 34.

d *Libro de simplicit. prælat.*

e *Libro de Virg. c.* 11.

f *Lib.* 4 *de partib. animal. c.* 2.

g *Lib.* 11. *c.* 37.

h *Li. duæ in hom. in Can ho.* 2.

i *Hom.* 4. *in Cant.*

perfectus, & sanctus, vt in illo omnes videãt omnium virtutum opera noua, quæ omnium oculos delectent: in eis videat superbus, quomodo debeat esse humilis, & quam grandis sit humilitatis pulchritudo, dives, quomodo misericors, & liberalis erga pauperes; sensualis, quomodo castus, & honestus; iracundus, quomodo mitis, & blandus: inde aquam virtutũ omnibus hauriendam ad sui imitationem exponat, virtutumque pulchritudinem oculis omnium in suis operibus exhibeat; vt ad eam omnes alliciantur. Horque est, quod Christus Dominus Apostolus suis dixit: *Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, &c.*

Mat. 5. 16.

§. 48. *Incipientes, & proficientes opera sua bona abscondant ab oculis spectantium, perfecti autem sæpè exponant illis conspicienda.*

¶ 319. Propositam difficultatem dissoluit alio modo B. Gregorius *a*, qui his, quæ dicta sunt egregiè cohæret. In eodẽ certè Dominico sermone dixit Christus *b*: *Sic luceat lux vestra coram hominibus vt videant opera vestra bona*, Et *c*, *Cum ieiunas, ne videaris hominibus ieiunans*, neque contraria docuit, qui illud primum, viris perfectis, hoc autem secundum, illis qui nondum perfectionem sunt consequuti, constituit. Virorum namque valde perfectorum est, inquit Gregorius, laudem propriam contemnere, & despicere, atque solius Dei gloriam quærere, quam qui infirmi sunt, perfectè contemnendo non superant. Hoc vt clarius exponamus, obseruandum est, iuxta id quod paulò ante cœpimus indicare, hominem in Vita spirituali varios status habere, incipientis, proficientis, & perfecti, vt D. Thomas ex sanctorum Patrum doctrina prosecutus fuit. Et quidem sicut in vita corporali varios status homo habet, pueri, iuuenis, & viri: & multa congruunt ei in statu viri, quæ nullatenus in statu pueri, aut iuuenis: ita multa Deus exposcit à viris perfectis, quæ incipientibus, imò & proficientibus non conueniunt. Vnde quamuis viris iam perfectis, & solida sanctitate fundatis congruat opera sua bona cæteris ædificationem, & imitationem videnda proponere: proficientibus tamen est periculosum, & incipiẽtibus noxium. Id quod excellẽter demõstrauit Beatus Augustinus, annotans primũ omnium peccatorum fuisse superbiam, & proprij honoris, & gloriæ appetitum, illudque esse vitimum, quod homini vincẽdum relinquitur. Qui benè, inquit, didicit, vel expertus est vitiorum superandorum gradus; intelligit hoc vitium inanis gloriæ vel solum, vel maximè cauendum esse perfectis. Quò primo enim vitio lapsa est anima, hoc vltimum vincit: *Initium autem omnis peccati superbia, &c.* Hæc igitur est, quæ primò incipit, hæcque perpetuò perstat, bellum homini indicens: & cæteris affectibus superatis, adhuc illa potenter insurgit. Quantumcunque enim quis vicerit affectus carnis circa voluptates carnales, & sensuales, & cupiditates circa pecunias, & temporalia bona, & appetitum circa seculares honores, & dignitates; adhuc potentior hostis vincendus restat, appetitus scilicet inanis gloriæ, & humanæ laudis; qui tanto vehementior insurgit, quantò plura, & excellentiora virtutum opera fuerint stabilita. Hac de causa Diuus Bernardus hunc hostem comparat giganti Goliath, qui populo Dei iam repromissionis terram ingresso, iamque ex multis hostibus triumphanti, solus exprobrare præsumit: ipsum namque est peccatum maximum, quod Dei populo magis insultat, & insurgit specialiter aduersus eos, qui cætera iam videntur viciſſe peccata. Quis denique, inquit Bernardus, nisi manu fortis, qui cætera iam sibi potenti virtute vitia subiugauit, aduersus nequissimum hoc vitium dimicaturus accedat? Procedat Dauid, id est, manu fortis, quoniam non est vincere tantum hostem, nisi in manu forti, &c. Inde egregio discursu idẽ S. Bernardus colligit, admirandum quidem esse virum sanctum ex eo quòd multo labore, anxietate, & solicitudine virtutes acquisiuit: multò tamen admirabiliorem ex eo quòd illis acquisi-

a S. Mora. c. 38.
b Mat. 5. 16.
c Matt. 6. 1. 18.
2. 2. q. 61. art. 5.
in Psal. 7.
Eccl. 11. 10. 15.
Serm. de Dauid. & Golia.
¶ 320.
Serm. 13. in Cant.

tis humiliter de ſe ipſo ſentiat, nec ſuperetur affectu honoris, & gloriæ. Eſt enim quidam violentus appetitus, qui ſua vi facilè reddit quoduis opus, etſi in ſe difficilimum ſit, & tanta violentia ſtat, vt difficillimum ſit, cæteris omnibus prauis affectibus ſuperatis, illum
3. de Ciu. c. 14 & li. 21. c. 6. reuincere. Vnde, & Beatus ipſe Auguſtinus optimo diſcurſu cõſiderat, philoſophos antiquos ex huiuſmodi affectu ad inaudita virtutum opera perficienda fuiſſe impulſos: qui quamuis cætera vitia calcarẽt, ab hoc miſerè conculcabantur, & cedebant huic, illi quibus cætera cedebant. Quod, & de Romanis ſimiliter proſequitur, vt ſupra dictum eſt. Hæc omnia ex dictis explicata manent. Vt enim paulò ante dicebamus, cœleſtis ſponſus ſecundum triplicem ſtatum Sponſam ſanCant. 1. 15 ctam deſcribit: initio quidem Canticorum, ſecundum ſtatum incipientis, tuncque tantum eius oculos commendat, quod ſint columbarum, ibique ſiſtit. Hoc namque debet eſſe primum incipientibus vitam ſpiritualem initium, oculos ſuos ad Deum ipſum conuertere, ab omnibus creaturis illos auocando. Sicut enim totius mali initium fuit, auertere oculos à Deo incommutabili bono, & legitimo Sponſo, & illos conuertiſſe ad commutabile bonum, & luxuriam, aut diuitias, aut honores, aut voluptates: ita hoc tanquam totius boni principium eſt ſtatuendum, oculos ab omnibus creaturis auocare; & in Deum tanquam in legitimum Sponſum conuertere, cui
¶ 321. fides coniugij ſeruanda eſt. Deinde, cum Sponſus illam proficientem videt, & omnium virtutum actibus implicatam, eandem deſcribit, iterum quidem oculos illius primò commendans, non tamen ibi ſiſtens; ſed ad alias corporis partes, & membra laudanda procedens. Dicens enim primò: *Oculi tui columbarum*, ſubdidit: *Capilli tui ſicut greges caprarum, dentes tui ſicut greges tonſarum, labia tua ſicut vitta coccinea, ſicut turris Dauid collum tuum &c.* Et quamuis eam omni ex parte laudet, non eam commendat ex eo quod alijs ſe videndam expoſuerit. Non enim adhuc proficientibus ſecurum eſt, ſe ipſos cum benè operantur videndos exhibere. Cùm autem illam iam in culmine perfectionis vidit, & voluit deſcribere vndique perfectam, quam ad *Staturam palmæ* dicit perueniſſe, cuius firmam ſanctitatem, & inuictam hoc nomine exprimere voluit, & etiam ex eo quod ſimul illam ſimilem dixit *Choris caſtrorum*, tunc oculos eius dicit, ſimiles *Piſcinis in Heſebon*, quæ omnium oculis rant expoſitæ: quia tunc iam illi erat congruum cæteris omnibus ſe ipſam tanquam virtutum exemplar videndam exhibere, quam imitarentur, & cuius viſu cæteri omnes ædificarentur, & gloria Dei amplius promoueretur. Huic qui talis eſt, & illi ſimilibus dicit Chriſtus: *Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, &c.* Qui talis non fuerit, timeat inimicum fortiſſimum inanis gloriæ, abſcondat opera ſua, & ſe collocet in occulto, cum bonum operari aggreditur, ne, inquit Chriſtus, videaris hominibus ieiunans, ſed tantummodo patri tuo. Abſconde opera bona, ne pereant, inficianturque à ſpectatorum oculis faſcinatoribus. Pueri tenelli eos timeant, imo, & qui *Homil. 11. de inuidia.* virtute adoleſcunt, vt Sanctus Baſilius dixit: facilè enim infectione corrumpuntur. Qui iam autem virilem attigerunt ſtatum, non eſt quod timeant ab illis infici, qui potius virtute ſua faſcinatorum oculos ſuperant, & vincunt. Patet igitur optimè Chriſtum hoc nobis iniunxiſſe, ne facientes opera bona, intendamus videri ab hominibus: hocque tantummodo intendendum, videri à Patre cœleſti.

Cant. 7. 7.

Cant. 7. 1.

Cant. 7. 4.

Cant. 4. 1. 2. 3. 4.

§. 49. *Patris nomen Christus inducit, exprimens Deum totum relatum ad te, vt te reddat totum ad illum relatum, & intentum, curantem solummodo illi videri.*

¶ 322. *Sed Patri tuo, qui videt in abscondito.* More suo Christus Dominus, non tantùm quæ agere debemus docet, sed simul rationes subdit, quibus ad id quod præcipit excitet. Duas autem rationes hoc in loco inducit efficaciſſimas quidem ad persuadendum decentiſſimum esse, iuſtiſſimum, & neceſſarium, omnia bona opera noſtra ita agere, vt per illa tantummodo intendamus, Deo placere, eiusque gloriam, & honorem, non noſtrum. Primam ponit, Deum nobis deſcribens nomine Patris: *Sed patri*, inquit, *tuo*. Tot tantiſque nominibus Deus nominatur, vt peculiares libros SS. Patres de hoc augmento conſcripſerint, Dionyſius *a*, Hieronymus *b*, D. Thom. *c*, & alij: poſſetque Chriſtus aliquo illorum vtens dicere: Ne videaris hominibus ieiunans, ſed Deo tuo, aut Domino tuo, aut creatori tuo, aut certè Regi tuo. Vt enim ſupra ex Chryſoſtomo *d*, annotabamus, ſuffi-cientiſſima ratio ad contendendum placere ſoli Deo cùm benè operamur, eſt ſcire, & intelligere, illum eſſe Regem noſtrum. Nihil namque magis cordi eſt militi, qui in ſtadio certat, quam Regi ſpectanti placere, quantumcunque alij innumeri exiſtãt ſui certaminis ſpectatores. Quando Iſraelitæ Regem petierunt à Samuele, præcipuam cauſam ſuæ petitionis expreſſerunt, dicentes: *Conſtitue nobis Regem, vt iudicet nos, ſicut vniuerſa habent nationes*. Multi erant in populo, qui poterant eos iudicare, ſed ſolius Regis iudicium æſtimatione dignum cenſebant, cui omnia quæ ab eis fierent, aut intercederent, deferrent, cuius ſola definitione, & decreto eſſent contenti. Id enim, inquit Abulenſis hæc expendens, videbant in nationibus cæteris obſeruari, inter quas ſolius Regis æſtimabatur iudicium. Ideò addiderunt: *ſicut vniuerſa habent nationes*. Poſſet propterea Chriſtus Dominus, vt nos induceret ad ſoli Deo placendum, ipſum exprimere nomine Regis: altiori tamen myſterio agens, noluit niſi nomine *Patris* vti, de quo ipſe dicit, ſe illud manifeſtaſſe hominibus: *Pater*, inquit *e*, *manifeſtaui nomen tuum hominibus*. Vt enim ait S. Auguſtinus *f*, nomen quo dicebatur *Deus*, omnibus erat notum *g*. *Notus namque in Iudæa Deus*: at nomen, quo dicebatur pater, erat hominibus communiter ignotum, tum quia nomẽ patris eſt proprium primæ perſonæ Sanctiſſimæ Trinitatis, cuius myſterium pauciſſimis erat illis temporibus explicitè cognitum, tum quia hoc Chriſtus ſuo aduentu operatus fuit, vt nos eſſemus filij Dei, haberemuſque Deum patrem, cui pleno ore quotidie diceremus; *Pater noſter, qui es in cœlis*. De qua re agit eleganter B. Auguſtin. gratiam noui teſtamenti declarans. Hoc autem nomine excellentiſſimè nunc vtitur, vt ad id quod intendebat excitet, quod ſcilicet omnia noſtra opera propter illum agamus. Patris nomen, vt ex vera metaphyſica cõſtat, relatiuũ eſt; ideoque totum eſſe patris eſt ad filiũ, & ex conſequenti totum eſſe filij debet eſſe ad patrem. Deus duos filios genuit, & habet: vnum naturalẽ eiuſdem penitus ſubſtantiæ, & eſſentię ſecum, ſibi coæternum, operatione interna, & æterna intellectus ſui genitum, quam generationem, Theologi *Opus ad intra* vocant, per quam totum quod habet pater dedit filio: alterum habet adoptiuum, genitum externa quadam, & temporali generatione, quam *opus ad extra* Theologi vocant, quem per gratiam generat, cui non ſuam naturam communicat; ſed illius quandam participationem, de qua dixit Apoſtolorum princeps Petrus: *pretioſa nobis promiſſa donauit, vt ſimus conſortes diuinæ naturæ*. Sicut autem ex eo quòd eſt pater naturalis filij ſui, interna operatione illum generans, totum quod intra ſe eſt quatenus pater, ordinat ad filium, & reſpectum dicit ad illum: ita ex eo quod eſt pater hominis operatione externa, totus ipſe ſe cum

a Libr. de diuinis nominibus.
b Epiſt. 136 ad Marcellam.
c 1. p. q. 13.
d Hom. 21. & 72. in Matth. & 2. & 28. in Ioan.
1. Reg. 8. 5.
In 1. Reg. cap. 8. q. 4.
e Ioa. 17. 6
f Trac. 106 in Ioann.
g Pſ. 75. 2.
Matt. 6. 9. Epiſt. 120. ad Honoratum.
2. Pet. 1. 4.
¶ 323.

cundum quod ad extra operatur, est ad hominem ipsum. Propter nos creauit mundum, extendit cœlos, formauit stellas, statuit firmamentum, fundauit terram, produxit aquas, fecit aerem: propter nos creauit arbores, ligna, fontes, aues, &c. Quæ egregio discursu
4. Esdr. 6. S. ille Propheta Esdras expendebat, cùm Deo ipso loquens: O Domine loquens locutus es ab initio creaturæ, in primo die dicens. Fiat cœlum, & terra, &c. tunc dixisti de thesauris suis proferri lumen lumi nosum, quo appareret opus tuum: & die secundo creasti speciem firmamenti, &c. & die tertia imperasti aquis congregari, &c. & processit subitò fructus multitudinis immensus, & concupiscentiæ gustus multiformes, & flores colore immutabili, & odores odoramenti inuestigabiles, & die tertia hæc facta sunt. Quarta autem die imperasti fieri solis splendorem, lumen Lunæ, Stellarum dispositionem; *Et imperasti eis vt deseruirent futuro plasmato homini.* Quintò die dixisti, vt procrearentur animalia, & volatilia, & pisces, & ita fiebat, &c. Sextò die, super his creasti Adam, quem constituisti ducem super omnibus factis, quæ fecisti: *Hæc autem omnia dixi coram te Domine, quia propter nos creasti seculum.* Quicquid igitur Deus ad extra operatus fuit in mundi creatione, propter hominem condidit: ad eius ministerium omnes Angelos destinauit,
ad Hebr. 1.14. quos *omnes facit administratorios spiritus propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis.* Propter nos constituit Ecclesiam, quam ab eius initio suæ dexteræ virtute conseruauit. Propter nos constituit Patriarchas, misit Prophetas, &c. & denique propter nos homines, & propter nostram salutem descendit
ad Rom. 4. 25. de cœlis; *Et mortuus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram*, & ascendit propter nos in cœlum parare nobis locum, & propter nos venturus est ad iudicandum viuos, & mortuos. Adeò hoc verũ est, vt nec diabolum permisisset ex Angelo diabolum fieri, nisi propter nos, vt illum expugnantes, coronam nobis victoribus repositam reddat, vt ex D. Augustino alibi dictum est. Vnde optimè clamat
11. Super Genes. 1. Cor. 3. 22. Apostolus: *Omnia enim vestra sunt, siue Paulus, siue Apollo siue Cephas, siue mũdus, siue vita, siue mors, siue præsentia, siue futura, omnia enim vestra sunt.* Et iterum: *Omnia enim propter vos.* Quæ verba etsi S. Anselmus, & D. Thom. in telligere videantur de omnibus, quæ Apostolus operabatur, & de laboribus, quos in prædicatione Euangelij sustinebat, B. tamen Chrysostomus intelligit de omnibus, quæ Christus operatus fuit, qui omnia egit propter nos, non tantum, quæ ad pœnam fuerunt, & humilitatem, vt incarnatio, ieiunia, vigiliæ, passiones, mors, & sepultura, sed quæ ad gloriam, vt sunt corporis sui glorificatio, resurrectio, ascensio in cœlum, sui nominis exaltatio, omnia propter nos, & nostram gloriam egit. Quo etiam modo D. Bernardus a, illud intelligit b: *Omnia propter electos*, illudque Sapientis c: *Gratia, & misericordia Dei in sanctis eius, & respectus in electos illius.* In huius confirmationem obseruant Augustinus d, Basil. e, acutissimè verba illa, quæ scriptura sacra posuit, cum primam rerum creationem describit f: *Dixitque Deus fiat lux, & facta est lux. Et vidit Deus lucem quod esset bona.* Quid hoc est: *Vidit lucẽ quod esset bona?* Nunquid Deus, inquit Augustinus lucem antequam crearet non nouerat, quã non nisi visam laudauit? Ad quidnam eam quasi examinandam assumit? Certè lux nullum poterat habere defectum, nec poterat bona non esse: primò ratione sui, est. n. creatura inter cẽs corporeas purissima: *Quæ attingit vbique propter suam munditiã, & nihil inquinatum incurrit in illam*, nihil potest eã fœdare, aut maculare, quę nec in aqua madefit, nec in igne comburitur, nec in luto fœdatur, nec in carbone nigrescit. Ideoque Deus ipse absolutè lucis nomine vocari voluit, dicens: *Ego sum lux mũdi*: & Apostolus: *Lucem habitat inaccessibilẽ*. Deinde minus poterat defectum habere, ex parte operantis, qui Deus erat, cuius omnia. *Perfecta sunt opera*: nec primum inter res visibiles poterat esse imperfectũ, ad cuius productionẽ primũ omnium os suũ aperuisse dicitur, cum *dixit fiat lux.* Ad quidnã igitur eam examinat? Vt apertè indicaret, quia propter hominẽ illã producebat. Ideò non examinat illã in ordine.

2. Cor. 4. 15. In ca 4. 2. ad Corint. ¶ 324. Hom 9. in 2. ad Cor.

a Serm. 68. in Cant. in princ. b 2 ad Timoth. 2. c Sap 4. d Ser 134. de temp. e Hom. 2. in Hexa. f Gen. 1. 3.

Sap. 7. 24.

Ioan. 8. 12. 1. ad Tim. 6. 16. Deut. 32. 4.

Gen. 1. 3.

ordine ad seipsum, qui ea non egebat, nec in ordine ad lucem ipsam, quæ in se creatura perfectissima est, nec in ordine ad Angelos, qui illius vsu non indigebant: nec in ordine ad bestias, ex quibus multæ eam habituræ erant inimicam, vt vespertiliones, noctuæ; & omnes feræ siluarum inuisam, quæ aduenientе luce abscondendæ erant in cubilibus suis, vt dixi Dauid: sed in ordine ad hominem, an scilicet talis esset, quæ oculis hominis, quem formaturus erat, esset cõgruens, & proportionata: esse ne excedens facultatem oculorum eius aut deficiens; eo modo, quo qui vestem facit, eam confert ad corpus illius, qui induendus est. Sanè omne quod bonum est, inquit Rupertus, aut est bonum tãquam finis, aut tanquam medium ad finem. Non vidit Deus lucem, quod esset bona tanquam finis; nec enim lux, aut creatura alia irrationalis finis diuinæ operationis esse poterat; sed vidit, quod esset bona, id est, quod esset congrua in ordine ad finem, quem intendebat, hominem scilicet. Vult ergo dicere, Deum talem creasse lucẽ, qualis congrua erat, & conueniens oculis hominis, quem intẽdebat creare: vt nõ esset splendidior, aut intẽsior, nec remissior, quam hominum oculi egebant. Ita rem explicant Basilius, & Augustinus in quas ideas S. Augustinus egregium mysterium contemplatur, explicans Christum lucem esse diuinam, de qua Ioannes: *Erat lux vera*, quam talẽ pater oculis nostris exhibuit, quæ illis esset congrua. Nec enim venit Filius Dei, tam splendida luce refulgens, vt hominum obtutus offuscaret; nec tam demissa, aut obscura, vt non sufficienter manifestaret. Talis ergo apparuit lux ista, qualis nobis cõgruebat qualem Ioannes expressit: *Verbum caro factum est, & vidimus gloriam eius*. Hoc vt ab initio mundi Scriptura Sacra prædiceret, dictũ fuit: *Vidit Deus lucem, quod esset bona*. Propter homines igitur primam illam creaturam visibilem produxit, & propter eosdem omnia alia producta fuisse, similis loquendi phrasis demonstrat. De quauis enim re, quã Deus creabat, dicitur: *Vidisse quod erat bona*, id est, quod vtilis, & congrua erat homini creando. Loquitur enim Scriptura Sacra, inquit Rupertus, nostra loquẽdi phrasi, qua nihil vocamus bonum in domo nostra, nisi quod nobis est vtile. Mures, & vermes boni quidẽ sunt in se, & nobiliores ipso cœlo, vt S. Augustin. *a*, Diuus Thomas, & eius interpretes *b*, demonstrant, ex eo, quod omne viuens nobilius, & excellentius est, quocumque non viuente: & nihilominus nõ illos dicimus bonos, quos inutiles, & noxios nobis iudicamus. Tandem omnibus rebus creatis, productoque homine: *Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona*, id est, excellẽter ordinata, homo ad Deum, & omnia alia ad hominẽ ipsum. Benè propterea Deus dicitur Pater hominis, quia in his quæ ad extra operatur, totus est in ordine ad hominem tanquam ad filium. Vnde, & Sapiens ex consideratione gubernationis nauis, ascendens ad considerationem supremi totius orbis gubernatoris, illum vocat *Patrem*, & omnia gubernare ait tanquam *Patrem*: *Tua autem pater prouidentia gubernat*. Quidam codices legunt, *ab initio cuncta gubernat*. Et mirum est, quod Sapiens agens de mundi gubernatione Deum vocet *Patrem*, potius enim videbatur vocandus Sapiens, quia Sapientis munus est dirigere, & gubernare, vt Philosophorum princeps docuit; immo, & illo sapientior Salomon dixit; *Intelligens gubernacula possidebit*, aut videbatur vocandus Prudens, quia vt idẽ Sapiens dixit: *Multa gubernatur prudentia*. Meritò tamen vocat *Patrem*, quia cuncta gubernat tanquam hominis Pater, qui totus est ordinatus ad illum, tanquam ad filium, in cuius bonũ, vtilitatem, & gloriam cuncta disponit, dirigit, & gubernat, quia si cœlum mouet, tempora disponit, terram sustinet, aquas conseruat, fructus producit, animalia pascit, &c. hoc totum est in ordine ad hominem: vnde, & cum finitus fuerit homo, totum mundum destruet, vt Isaias egregiè prosequitur, iuxta Diuus Ambrosij mentem, de quo alibi. Optimè ergo Christus Dominus exhibet Deum tanquam Patrem, qui omnia quæ agit, in nostram gloriam, & bonũ ordinat, & totus constituturus videtur in ordine ad hominem tanquam filium, sicut vnum relatum in ordine ad alterũ, vt obligationem indicet, quæ tibi inde

ena-

Psal. 103.

¶ 325.

Libro 1. *in Gen. c.* 13.

Locis cit.

Ioan. 1 9.

Ioan. 1. 14

Gen. 1. 14.

Libro 1. *in Gen. ca* 13. *cit.*

a 11. *De ciuit c.* 16. & *lib. de vera relig. c.* 19.

b 1. *p. qu.* 3. *art.* 1. & *q.* 20. *ar.* 3. *a.*

Gen. 1. 31.

¶ 326.

Sap. 14. 3.

Prou. 1. 5.

Pro. 14. 29.

Isa. 24. *Li. de Elia, & ieiu. ca.* 21. & 22.

enascitur, & quod tu non minus debet totus in omnibus, quæ agis, erga talem Patrem esse ordinatus, & directus; qui propterea omnia, quæ operaris, in illius laudem, honorem, & gloriam ordines, & destines. Si autem illa, quia in nostrum commodum, vtilitatem, & bonum omnia produxit, examinauit cuncta quæ egit, id curans, vt talia forent, qualia essent tuis oculis, tuisque profectibus congrua: nonne iustus erit, vt cũ bonum aliquod agis, aut agere aggrederis, examines, & videas, te tale, & taliter debere agere, quod congruat oculis diuinæ illius maiestatis, sitque in illius honorem, & gloriam destinatum? Hoc igitur pacto omnia quæ agis examinanda sunt, vt videlicet cures ea agere opera, & taliter agere q, uæ congruant, & quatenus congrua n diuino honori, laudi, & gloriæ.

§. 50. *Quomodo, & quare nostram ad Deum debeamus intentionem dirigere, docent Sponsæ verba, quæ S. Bernardus expendit.*

¶ 327. *Lib. de Isa. & anima, cap. 8.*

EX ijs, duas diuinæ Sponsæ sentẽtias possumus elegantissimè explicare, quas ambas Beatus Ambrosius breuissimè attigit. Laudandam assumpserat cœlestis Sponsus diuinam suam Sponsam more dramatico, id est, quo figillatim laudantur, & commendantur omnes corporis partes, idque ita prosecutus fuit, vt ab imis pedum incipiens, vsq; ad verticis summũ progressus fuerit. Incipiens enim à gressibus, & calceamentis, dicens: *Quã pulchri sunt gressus tui in calceamentis*, ad capillos vsque tandem peruenit; quos purpuræ Reges similes dixit, adiunxitque totas suas delitias in Sponsa cõstitutas, dicens, illam similem palmæ, quę fructus dulcissimos refert, & vbera illius similia botris: iõque *ascendam*, inquit, *in palmam, & apprehendam fructus eius, & erunt vbera tua sicut botri vineæ, &c.* Videns Sponsa se tot, tamque ingentibus fauoribus prosecutam, in hanc vocem suspensa toto pectore exclamans prorupit: *Ego dilecto meo, & conuersio eius ad me.* Maiorem hæc verba emphasim habẽt, quam in cortice repræsentat, excellentissimè enim Sponsa affectum Sponsi sui erga se ipsam expendit, dicens; *Conuersio eius ad me.* Et alludisse visa est ad illud, quod Deus primæ mulieri, primæque Sponsæ iniunxit; *Ad virum tuum conuersio tua.* Ita enim Septuaginta legunt, vt supra dicebamus, & multi ex Hebræo: *Ad virum tuum appetitus, seu desiderium tuum.* Hic enim legitimæ Sponsæ debet esse affectus, quod totaliter pendens sit ex viro, & ad eum perpetuò debet esse conuersa, vt nihil agat, nisi quod viro fuerit placitum, aut ab ipso dispositum, & in eo omne ipsius desiderium debet claudi, nihil aliud appetere, aut cogitare, nisi quæ viro congruunt, aut virum concernunt. Ita quidem Sponsa debet esse erga Sponsum affecta. Hunc affectum, quem ipsa habere debebat erga Sponsum vidit in Sponso erga seipsam: *Conuersio*, inquit, *eius ad me*, quasi ex me pendet omnis eius appetitus, omneque illius desiderium circa me vnicam concluſum est, qui nihil agit, optat, decernit, immo nec cogitat nisi me ipsam, & rem quamcumque acturus, operatur illam conuertendo oculus suos ad me, expendendo ita se acturum, quatenus meę expedit saluti, honori, & gloriæ. Si talis ille est erga me, qualis ego erga ipsum esse debeo? *Ego*, certè, *dilecto meo, & conuersio eius ad me.* Nota illa, *Et*, nõ tam coniunctionis, quam causalis vim habet: quasi dicat: Ego totam me trado dilecto meo, quia ipse totum se tradit mihi. Ego tota conuersa sum erga dilectum meum: quia ille totus conuersus est ad me. Si ille nihil agit, nisi quod mihi congruum est, & ad meam expedit salutem, & gloriam, iustius est, vt ego nihil agam, nisi quod ad eius obsequiũ pertinet, & illius gloriam concernit. Quàm digna reprehensione imò execratione esset mulier illa, quæ cum in se, & ex se vilis esset, & pauperrima, ex Regis gratia ipsi Regi esset desponsata, & videns Regem in hoc tantummodo totum constitutum, & positum, vt illam solummodo amaret, & diligeret, de ea tantum cogitaret, & loqueretur, illius honorẽ perpetuò curaret promouere,

Gen. 3. 16

Can. 7. 10.

¶ 328.

ere, illam ſolam in delitijs haberent, ad nullam rem aliam oculos conuerterent: illa nihil minus curaret quam regem, nec oculos ad eum verteret, nec aliquid ageret, quod illi eſſet gratum, niſi tantũ, quod gratum iudicaret mãcipijs, & vilißimis ſeruis, de quibus ſolummodo cogitaret? Alia Sponſæ ſententia eſt, quam ſemel, & iterum repetit: *Dilectus meus mihi, & ego illi.* Et, *Ego dilecto meo, et dilectus meus mihi.* Circa quam etſi multa poſſemus obſeruare, tantumque S. Bernard. per varios ſermones annotat, expendemus, qui id in primis in dubium reuocat, quę ſenſum huiuſmodi habeat oratio, quæ verbo caret, *Dilectus*, inquit, *meus mihi, & ego illi*. Non plus? Pendet oratio, imò non pendet, ſed deficit. Suſpenditur auditor, nec eruditur, ſed erigitur. Quid eſt, quod dicis? *Ille mihi, & ego illi?* Neſcimus quid loquitur. Imò videtur ſuperba quædam locutio. Inſolens verbum, inquit Bernardus; *Et ego illi*: nec minus inſolens; *Dilectus meus mihi*, niſi quod vtroque inſolentius, vtrumque ſimul. Nonne irrideremus ſeruũ, quem iactantem Regis gratiam audiremus, dicentem; Ego Regi, & Rex mihi? Quis ita niſi inſolentiſſimus audaciſſimuſque loqui poſſet? O Sponſa ſancta, inquit Bernardus, quid tuus ille tibi, quid tu illi? Quænam quæſo hæc inter vos, tam familiariter fauorabiliterque diſcurrens exhibitio, & redhibitio, tibi ille, tuque viciſſim illi? Multa in huius expoſitionem dicit Bernardus. Primum, indicari his verbis, ad quantam altitudinem anima ex Dei gratia ſit euecta, quando verè Deum diligit, quantamque fiduciam præbeat cor purum erga Chriſti amorem, quod audet in Domino gloriari dicens: Dilectus meus mihi, & ego illi. O quid audet cor purum, & conſcientia bona, & fides non ficta, inquit Bernardus. Audet ſine dubio dicere: *Aut dimitte populo huic, aut dele me de libro, quem ſcripſiſti*: Et, *Vinit Dominus ſi erit pluuia niſi iuxta verbum meum*. De quibus alibi. Secundò, annotat Bernardus, rectè Sponſam præmiſiſſe: *Dilectus meus mihi*, vt ſubderet: *Et ego illi*, indicans, vnde ſibi talis fiducia, & vt ita dicã, audacia orta fuerit. Nec enim illa tanta eſt, vt vllatenus auderet hoc cogitare, niſi Sponſus præueniſſet illam tam grandi dilectione, vt ſe totum ipſi traderet. *Non quaſi nos dilexerimus eum, ſed quia ipſe prior dilexit nos*. Nequaquam humilis, pauperculaque virgo cogitare poſſet ſe Regi in Sponſam tradere, ſi ſe ipſam, ſuamque proſapiam attenderet: ſi tamen videret Regem omnem ſuum amorem in illam collocaſſe, & nihil aliud tractare, quàm de ea in Sponſam aſſumenda innumeros quotidie à Rege fauores ſuſcipiens, inde erigeretur mẽte, quandamque cordis nobilitatem conciperet, per quam cæteros omnes contemneret, & ſe tantum Regi tradendam contenderet, quem ſe ſibi tradentem apertè deprehendiſſet. Ita ſanè anima noſtra nuſquam poſſet ad hanc cogitationem peruenire, quod Deum ipſum haberet Sponſum, niſi vidiſſet illum ipſam in Sponſam elegiſſe, & ſingularibus fauoribus ornaſſe. Hæc explicat Bernardus, ex illis verbis Sancti Petri: *Omnem*, inquit, *ſolicitudinem veſtram proijcientes in eum, quia ipſi cura eſt de vobis*. Videtur Petrus nobis rem inſolentem audaciſſimamque ſuadere. Quænam maior eſſet inſolentia, quam ſi vilis homo, viliſſimis rebus, & ruſticanis implicatus, curam omnem ſuorum vilium negotiorum Regi committeret? Si tamen Rex ipſe ex ſua peculiari gratia, & fauore ſe expoſuiſſet, qui totam ſuam curam erga hominem illum declararet conſtitutam, aptè quiuis poſſet illi dicere; Omnem ſolicitudinem tuam proijce in Regem, quandoquidem ipſe omnimodam tui curam voluit ſuſcipere. Hoc dicere voluit Petrus. Vnde, vt Bernardus annotat, non dixit: Omnem ſolicitudinem veſtram proijcite in eum, vt ipſi ſit cura de vobis, ſed *Quia ipſi cura eſt de vobis*, id eſt, quia veſtri curam accepit, non quidem communem, ſed peculiariſſimam, qualem de bobus nec cæteris animalibus habet, omnimodam certè, plenamque. Nunquam Salomon, qui ſapientiſſimus erat, cogitare ex ſemetipſo auderet, domum ædificare Domino, in qua tanquam in templo gloriæ ſuæ habitaret, cui ſciebat anguſtum cœlum, & terram. Cæterũ videns Deum ipſum dignatum fuiſſe

ex

Cant. 2. 16 *Cant. 6. 2.* *Serm. 67. in Cant.* *Serm. 68. in Cant.* *Serm. 67.* *Serm. 68.* *Exo. 32. 23* *3. Reg. 17. 1* *Serm. 67. ad fin.* ¶ 329. *1. Ioan. 4. 10.* *Serm. 68. 1. Petr. 5.* ¶ 330.

ex sua gratia, præcipere domum suam ædificari: ad eius ædificationem totum se tradidit, & Deum orauit, vt libenter in illa habitaret; *Ergone putandum est,* 3. Reg 8. 27. 29. *inquit, quod verè Deus habitet super terram? si enim cœli cœlorum te capere nō possunt: quantò magis hæc domus, quam ædificaui, &c. Sed super domum istam dixisti, Erit nomen meum ibi, &c.* Nullatenus itaque anima cogitare posset se tradere Deo sponsam, quæ tanti muneris omnibus modis se agnoscit indignam: videns tamen se præuentam à cœlesti sponso, summoque amore ab ipso diligi, & quod seipsum eidem tradidit, & in eam omnem suum amorem ordinauit, nobilitatem quandam cordis concepit, nō ex se, sed ex illius gratia, & non in se, aut ex se, sed in Domino gloriatur, cætera contemnens, & parui pendens id omne, quod Deo minus est. Videt, inquit Bernardus quod sibi intenta est illa diuina maiestas, cui gubernatio pariter, & administratio vniuersitatis incumbit, & cura seculorum ad sola transfertur negotia, imò ocia amoris, & desiderij illius. Ex hoc autem diuino fauore, grandem spem, nobilesque cogitationes animam quācunque concipere posse, idem Bernardus egregiè prosequitur. Docuimus, inquit, omnem animam, licèt oneratam vitijs, peccatis irretitam, captam illecebris, exilio captiuam, corpore carceratam, luto hærentem, infixam limo, affixam membris, confixam curis, distentā negotijs, contractam timoribus, afflictam doloribus, erroribus vagam, solicitudinibus anxiam, suspicionibus inquietam, & postremo aduenam, *In terra inimicorum*, iuxta Prophetæ vocem *coinquinatam cum mortuis, deputatam cum ijs, qui inferno sunt*: licét inquam, sic damnatam, & sic desperatam, docuimus tamen hanc in sese posse aduertere, non modò vnde respirare in spem veniæ, & in spem misericordiæ queat, sed etiam vnde audeat aspirare ad nuptias verbi, cum Deo inire fœdus societatis non trepidet, suaue amoris iugum cum rege Angelorum ducere nō vereatur, quę audit animām dicentem, ¶ 33. Dilectus meus mihi, & ego illi, &c. Tā dem ad nostrum institutum cēset Bernardus non solū verba hæc esse amoris, sed iustitiæ, & debiti. An ne iustum non est, vt talem se Sponsa erga Sponsum exhibeat, qualem illum erga se ipsam experitur? Videt Sponsa Spōsum, totum suum amorem erga se ipsam profundentem, nihil ab illa cogitantē, aut quærentem, soli illius gloriæ attēdentem, nonne iustum est, vt se ipsam eidem penitus tradat, omnem suum amorem in illo constituat: & illius gloriam tantūmodo curet? Propterea, inquit Bernardus vtrumq; ponit, dicens; *Ille mihi, & ego illi.* Ille mihi, quia benignus, & misericors est, ego illi, quia non sum ingrata, ille mihi gratiam ex gratia, ego illi gratiam pro gratia: ille meæ liberationi, ego illius honori: ille saluti meę, ego illius voluntati: ille mihi, & non alteri, quoniam vna sum columba eius: ego illi, & non alteri; nec enim audio vocem alienorum. Hæc Serm. 83. meritò repēdit, quæ rependere potest, nec enim omnia simili potest modo recompensare. Si mihi irascitur, num ego similiter retrascar? Non vtique sed pauebo, sed contremiscam, sed veniam deprecabor. Ita si me arguat, non redarguetur à me, sed ex me potius iustificabitur. Nec si me iudicabit, iudicabo ego eū, sed adorabo, & saluans me, non quærit à me saluari, nec viciſſim eget ab aliquo liberari, qui liberat omnes. Si dominatur, mē oportet seruire, si imperat, me oportet parere, & nō vi ciſſim à Domino vel seruitiū exigere, vel obsequiū. Si me creat, nō ipse à me est creādus, sed tanquam creator colēdus. Si me iuſtificat, non à me iustificādus, qui totius iustitiæ est fons, & origo, &c. Similia igitur quæ potes illi repende. Te diligit, illum dilige: se tibi tradidit, te illi trade: tuam quærit gloriam, & honorē in his quæ agit, quære illius honorē, & gloriā in omnibus bonis, quæ operaris. Intende illi, quia ipse intendit tibi. Potestne iustius aliquid à te postulare? aut potest esse aliquid, quod iustius agere debeas? Intēde Dei gloriam, qui tuam ita intēdit, vt pro illa vitam exposuerit. Contende Dei honorem, qui vt tuo honori prospiceret, humiliauit semetipsum vsque ad mortem, mortem autem crucis. Hinc ergo patet, rationem quam Christus indicare vult, ex ipsius met iustitię rigore esse.

Serm. 68. in princ.

Serm. 83. in princ.

Baruch 3. 10. 11.

Serm 68.

esse desumptam, qua nos excitat, vt quæ facimus, in Dei gloriam faciamus, non quærentes hominibus placere, aut videri ieiunantes, & benè operantes, sed illi qui est Pater noster, qui totus nostris commodis, honori, & gloriæ est intentus, & omnia quæ facit, ad nostram destinat gloriam, & beatitudinem.

§. 51. *Quæ propter Deum agis, seruanda illi tradis, ideoque tibi reddet in extremo iudicij die, qui à Petro dicitur tempus restitutionis.*

¶ 332. ET *Pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi.* Secundam rationem subijcit Dominus ad idem institutum, desumptam ex proæmio. Quam vt explicemus, obseruandum est, Christum Dominum non exprimere, quidnam sit pater cœlestis redditurus, tantùm enim dicit: *Pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi.* Quidnam reddet? Communis explicatio est, vt subintelligas *mercedem*: præmiserat enim Dominus hypocritas nullam à Deo recepturos, qui ab hominibus receperunt mercedem suam: tu autem si propter Deum operatus fueris, pater tuus reddet tibi mercedem: hicque legitimus est sensus. Sed varijs modis adhuc hoc potest explicari: Primò, iuxta communem Sanctorum Patrum locutionem, vt subintelligas, Bona quæ operatus fueris. Quasi dicat: Tu cum ieiunas, tantùm contende videri Patri tuo, & Pater tuus seruabit ieiunium, & bonum opus suo tempore tibi reddendum. Itaque quod propter Deum operatus fueris in abscondito, nullatenus tibi deperibit: sed Deus illud apud se seruabit, reddendum tibi in manifesto, in die scilicet manifestationis, qui erit dies iudicij. Ita Origenes, qui iuxta aliquos codices legit: *Reddet tibi in manifesto, vt manifestum* contrapositum sit ei, quod præmiserat, *In abscondito*: quomodo etiam Chrysostomus legit, & intelligit. Et forsitan nonnulla per hæc verba fit allusio ad factum Rahab. Excepit illa Dei exploratores, quæ postquam illos seruauit illæsos, liberosque dimisit, posuit ad fenestram iuxta id, quod cum illis constituerat [a], *Funiculum coccineum*: Origen. [b] credit, fuisse rubrum pannum. Pendebat autem funiculus iste, vt Abulensis [c] explicat, ad partem exteriorem vrbis per murum, per quã exploratores demiserat; vnde videri non poterat à conciuibus suis, sed tantum ab exploratoribus venturis cum Iosue, & eius exercitu. Prudens sanè mulier. Quibus enim alijs debebat funiculum videndum exhibere, & proponere, nisi illis à quibus expectabat, reddendum sibi præmium in publico, & omnium oculis, illius operis, quod in secreto, & in oculis eorum tantummodo fuit operata? Illorum solummodo oculis videndum proposuit funiculum coccineum, à quibus iustam mercedem erat recepturа. Ad quid enim illum proponeret videndum conciuibus suis, à quibus nihil sperãdum sibi erat, tempore quo Iosue cum exploratoribus erat venturus? Ita ergo Christus Dominus tibi imponit opera tua, quæ facis in occulto, illi tantùm videnda exhibere, à quo solo mercedem in futuro expectas. Ex ratione igitur mercedis, ¶ 333. & præmij Christus ad sic agendum impellit. Et quidem nihil magis qui operatur, desiderat, vt Chrysostomus annotat, quam labores suos non esse inanes, frustraneosve, & quod non perdãtur. Vnde sicut reuocauit nos Christus ab intentione placendi hominibus per opera nostra, ex eo, quod, qui propter homines operantur, opera sua perdunt, vt supra expositum est: ita vt intendamus placere Patri, nos excitat ex eo, quod si ita egerimus, nullatenus opera nostra peribunt; sed in æternum erunt seruata, quæ nobis congruo tempore restituet. Si opera tua bona manibus hominum committas, quia manus illæ sunt corruptibiles, & corrumpentes, & quæ res longo tempore seruare non possunt, peribunt omninò. Si tamen Deo ipsi committas, qui in æternum permanet, & quod manibus suis tenet securum constituit, in perpetuum opera tua conseruabuntur, quæ tibi suo tempore resti-

[a] *Ios. 2. 21.*
[b] *Homil. 5. in Iosue.*
[c] *In cap. 2. Ios. q. 54.*

Hom. 42. in 1. ad Cor. ante fin.

Homil. 4. in c. 6. Matt.

Hom. 31. in Gen.

restituet, vt in æternum eis perfruaris. Grandi securitate qui thesaurus suos cuiusuis generis seruari volebãt, committebant tẽplo Dei, in quo erat depositum tam securum, vt Heliodoro volẽti surripere, quæ illic deposita erant, diceret Sanctus ille Sacerdos Onias: *Decipi eos, qui eos credidissent loco & tẽplo, quod per vniuersum mundum honoratur, pro sui veneratione, & sanctitate, esse omninò impossibile.* Expẽde emphasim verborum illorum, *esse omninò impossibile*. Exhibebat se Deus in illo templo præsentem, quod sua sanctificabat præsentia: idcircò tam securum esse voluit, & decuit ad sanctitatis opinionem, quã pollebat conseruandam, vt omninò esset impossibile, decipi eos, qui aliquid ibi seruandum credidissent. Peculiari enim miraculo cõcurrebat Deus, vt quæ ibi seruãda deponebantur, secura consisterent, & libera à cuiuscunque inuadere, & furari volentis manibus: sicuti reuera, quando Heliodorus ipse voluit diripere illic deposita, acerrimo fuit supplicio diuinitus punitus. Si ergo quę tẽplo Dei quis credebat, securissimè seruata perstabant, vt non timẽdum esset, quod deficere possent. Quanto magis erunt secura, quæ Deus manu sua seruanda assumit? *Scio*, inquit Paulus, *cui credidi, & certus sum, quia potens est depositum meum seruare*. Bonum quoduis opus, quod agebat Paulus, nihil aliud erat, quàm quidam thesaurus, quem securè seruare contendens, tanquã in depositò recondebat, Deo ipsi illud committens, reddendum sanè suo tempore. Hincque credo optimè explicari posse, quod aliqui contendunt circa illa verba Dauidis: *Iacta super Dominum curam tuam*. Quidam legunt: *Proijce in eum donum tuum*: quomodo regia. Et verè videtur Dauid considerare iustum grãdi anxietate solicitum; quomodo scilicet opera sua bona possit seruare. Qui diuitias acquisiuit magno cum labore, curat, conseruatas custodire; idcircò thecas firmissimis seris obseratas fieri facit, & loco securo recondit. Agricola, qui adueniente messe fructus colligi, non in agro relinquit bestijs, & auibus deuorandos; sed horrea extruit congrua, & accommodata, vbi à furibus, muribus, & tineis conseruata persistãt. Homo quidam diues, cuius ager vberes tulit fructus, anxiè cogitabat intra se, dicebatque, vt Christus Dominus retulit: *Quid faciam, quia non habeo, quo congregẽ fructus meos?* Si ergo pro temporalibus lucris, & fructibus seruãdis homo solicitus est, magis debet esse pro conseruatione fructuũ bonorum operum. Videt ergo Dauid virum Sanctum solicitè conquirẽtem, quomodo, & vbi seruabit bonorum operum fructus, vt in perpetuum conseruati persistant: idcircò ad eum clamat: *Iacta super Dominum donum tuum*: Id est, Proijce super Dominũ quicquid benè operatus fueris, tanquam donum quod illi committis seruandum; libenter enim recipiet, securè seruabit, & fidelissimè reddet. Expendit D. Chrysost. vim illius verbi *Reddet*. Non enim simplicem donationem, sed redditionem eius, quod depositum, aut commodatum fuerat, significat. Quod vt explicemus annotandum est, Deum esse datorem, & redditorem nostrum. Est in primis dator totius boni in hac vita, *Ex quo omnia per quẽ omnia, in quo omnia: Omne datum optimum, & omne donum perfectum, desursum est*. Omne enim bonum, quod operamur, ipso misericorditer donãte operamur, & perficimus: *Qui operatur in nobis velle, & perficere pro bona voluntate sua*. Ipsius dono credimus, speramus, diligimus, misericordes sumus, ieiunamus, pœnitemus, & clamare possumus: *Omnia opera nostra operatus es in nobis Domine*. Et cuicunque benè operanti dicit Paulus: *Quid habes quod non accepisti, & si accepisti quid gloriaris, quasi non acceperis?* Accepisti voluntatem, & bonam voluntatem, & potentem voluntatem ad operandum bonum, & quòd actu operetur bonum. Accepisti intellectũ, & bonum intellectum, & potẽtem ad credẽdum per habitum fidei, & quod actu operetur, & producat actum fidei, &c. Erit autem redditor in vita futura, signanter in die iudicij, quã singulariter ad hoc constituit, vt reddat vnicuique iuxta ea quę deposuit apud ipsum secũdum illud Apostoli: *Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat*, i. vt reportet, *vnusquisque iuxta ea, quæ*

2. Mach. 3. 15.

2. ad Tim. 1. 12.

Psal. 54. 23.

Psal. 36.

Luc. 12. 17

Homil. de Anna, & Samuel. 2 dicatione, post medium.

1. Cor. 6. 8. Iac. 1. 17.

ad Phil. 2. 12.

Isa. 26. 12. 1. Cor. 4. 7.

2. Cor. 5 10.

qua egit, aut depoſuit apud Deum. Vnde tempus vitæ præſentis vocatur tempus donationis, miſerationis, gratiæ, aut gratuitæ donationis: tempus autem iudicij vocatur redditionis, aut reſtitutionis: quia id fiet in eo, quod dixit Dauid: *Tu reddes vnicuique iuxta opera ſua.* Hæc excellentiſsimè expoſuit Apoſtolorum princeps in illa ſolemni concione, quam ad populum Iudæorum habuit poſt primum miraculum in oculis omnium celeberrimè perfectũ, quo claudum ad portam templi ſedentem, ad Chriſti nominis inuocationem ſanauit. Tunc enim concurrentibus principibus, & populis, Petrus iam non veritus ancillam, nec timens ſupremas principum minas, vt annotant Chryſoſtomus *a*, Oecumen. *b*, Auguſtinus *c*, & Gregorius *d*, tanquam Apoſtolorũ omnium os (ita enim eum vocant Chryſoſtom: *e*, & Oecumen, *f*) cœpit prædicare Chriſtum: de quo poſtquam multa dixerat, datorem, & redditorem deſcripſit, datorem ſcilicet gratiæ in præſenti, & redditorem eorum, quæ apud eum depoſuerimus, in futuro *g*. *Quem*, inquit, *oportet quidem cœlum ſuſcipere, vſq; in tempora reſtitutionis omnium*. Nunc tempus eſt donationis, nec enim bonum aliquod operari poſſumus, niſi ipſo donante: ideoq; oportuit, vt cœlum conſcenderet: *Aſcendens enim Chriſtus in altũ, captiuam duxit captiuitatẽ, dedit dona hominibus*: Oportuit cœlum conſcendere, vt inde largiſsima dona in homines effunderet: mitteret illud ſupremum, primumque donũ, Spiritum ſanctum, effunderet ſuper nos aquam mundam. Ibi autem permanſurus eſt, *vſque ad tempora reſtitutionis omnium*: id eſt, vſque ad diem iudicij, quando non tam daturus, quam reſtituturus eſt omnia, quæ apud eum vnuſquiſque depoſuerit, quæque quiuis ipſi ſeruanda commiſerit. Tunc reddet in manifeſto, nunc ei committimus in occulto. Et ita reddet, ac reſtituet tibi omnia, vt nec vna ſimplex bona cogitatio ſit tibi deperitura, qui propterea dixit, omnes capillos capitis tui numeratos, & quod *capillus de capite veſtro non peribit*. Et certè viſus eſt S. Apoſtolus Petrus hæc dicens, memoria tenuiſſe inſigne factum illud Raziæ, quem Spiritus ſanctus vocat. *Amatorem ciuitatis, & qui bene audiebat*, id eſt, præſtanti bonæ famæ apud omnes odore fragrabat, *qui pro affectu pater Iudæorum appellabatur*. Hic vt cæteris animos faceret, quo firmiter pro Dei legibus ab impio Nicanore, qui illos tenebat oppreſſos, paterentur, gladio ſeipſum percuſsit, *Et iam exanguis effectus, complexus inteſtina ſua vtriſque manibus proiecit ſuper turbas, inuocãs dominatorem vitæ, ac ſpiritus, vt hæc illi iterum redderet; atque ita vita functus eſt*. Ad populum quidem inteſtina proiecit, illum ad firmiter agendum inducens: ſed verius ad Deum ipſum proieciſſe viſus fuit, quẽ orabat, & cui illa committebat, & apud quem deponebat, vt hæc illi iterum redderet, in tempore ſcilicet reſtitutionis, aut redditionis.

Pſ.61.13. ¶333.

Actor.3.

a Homil.4. in Act. ad medium.
b In cap.2. Act.
c Ser.185. de temp.
d Hom.30. in Euang
e Hom cit. ſin c.2. cit.
g Act.3.21

Epheſ.4.8.

Luc.21.18

§. 52. *Quæ Deo offers non tamdas, quam accommodas, & deponis tibi reddenda, id quod Anna Samuelis mater egregiè explicauit.*

EX his, iuxta Beati Chryſoſtomi doctrinam, expendere poſſumus admirabilem philoſophiam illius celeberrimæ fœminæ Annę, matris Samuelis Prophetæ, quam omnibus imitandam meritò Spiritus ſanctus expoſuit: nam vt idem Chryſoſtomus probat, vtriuſque ſexus magiſtra facta fuit, quam non ſolum imitentur fœminæ, ſed, & barbati viri. Omnes, inquit, ſimul imitemur mulieris philoſophiã, quam habuit ante partum, fidem quam habuit in partu, curam, ſtudiumque quod habuit poſt partum. Sterilis illa fuit: qua de cauſa illam ipſius æmula *affligebat, & angebat, in tantum vt exprobraret, quod Dominus concluſiſſet vuluam eius*: idcircò *ſurrexit poſtquam comederat, & biberat in Silo*, & ſe totam ad orandũ Deum conuertit, maximum lacrymarũ profluuium effundẽs; talis n. oratio penetrat cœlũ, & viſcera Dei commouet, vt Chryſoſt. obſeruat. Quod omnes faciunt tẽpus relaxationis, inquit Chryſoſt. illa facit tẽpus

2. Macca. 14.37.36.

¶336. Homil. de Anna, & Samuel. cit. poſt medium. Homil. de fide Annæ in princ.

1. Reg.1.6.

pus deprecationis, post conuiuium occurreos ad supplicationem, fontem lacrymarum emisit, mentemque præ se tulit sobriam, ac vigilantem, &c. Si post prandium talis fuit mulier, qualis erat sub auroram? Si tam instanter orauit post cibum, & potum; qualis erat ieiuna? Si autem audire vis, quid orauit, auscultа dicentem: *Domine exercituum, si respiciēs videris afflictionem famulæ tuæ, & recordatus mei dederis semen tuæ famulæ tuæ sexum virilem, dabo eum Domino omnibus diebus vitæ eius.* Expēde verba eius, nam multæ philosophiæ plena sunt, inquit Chrysost. quam ex his quæ facta sunt deprehendemus. Exaudiuit enim Deus deprecationem, & mancam naturam sterilemque corrigens, & vuluam, quæ conclusa erat aperiens, dedit illi filium talem, qualem Samuelem fuisse omnes nouimus. Suscepto autem filio, voti sui non immemor idque compleus, quod postea dictum
a *Ps.75.12* fuit: *a Vouete, & reddite Domino Deo*
b *Eccl.5.3* *vestro.* Et *b*, *Si quid promisisti Domine, ne moreris reddere*, cum primum ad domum, aut tabernaculum Domini proficisci potuit, filium suum detulit, eidem cui promiserat offerendum: & accedēs
1. *Reg.* 1. ad summum sacerdotem *Pro puero*, inquit, *isto orauī, & dedit mihi Dominus petitionem meam, quam postulaui eum: idcircò, & ego commodaui eum Domino cunctis diebus, quibus fuerit commodatus Domino.* Multa circa hæc verba expen-
¶ 337. dit Chrysost. id tamen singulariter, q̄ dicit, *Commodaui eum.* Videtur enim hæc mulieri in eo quod se exhibet solicitam circa expletionē voti, potius defeciſſe valde ab eo, quod promisit, & voluerat. Quidnam illa vouit? Se daturā filium Domino, *Dabo*, inquit, *eum Domino.* Quid reddit? *Cōmodaui eum Domino*, id est, Domino offero filium, non datum, sed commodatum: & quasi timens, ne minus benè vna voce mentem suam explicuisset, eandem repetit subdens; *Cunctis diebus, quibus fuerit comodatus Domino.* Quasi dicat; Ecce filium quem à Domino accepi, eum commodo Domino, & quasi commodatum apud illum depono. Promiseras, ò sapientissima fœmina, daturam filium Domino; & nunc tantùm eidem illum cōmodare semel, & iterum protestaris? Ab eo quod promisisti deficere videris. Sed insigni philosophia mulier se præstantē exhibet, quę quod Dei dono suscipimus, quomodo ipsi dare debeamus, explicat. Non.n. quod Deo tradimus, quasi omninò datum illi tradimus, cui nihil omnia nostra proficiunt: sed quasi cōmodatum, & in depositō seruandum committimus, nobis suo tempore reddendum. Quod ille nobis donat, eidē offerimus, nos enim ex nobis nihil habemus, quod ipsi possimus offerre: *Tua sunt omnia Domine,* 1. *Paral.* 29. 14. *& quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi*, dicebat sanctus quidam Rex; sed ita damus, vt non nobis, quod damus pereat; quin potius vt securè seruandū, & fideliter reddendum suscipiat. Et vt non solius mulieris philosophiam credas, vide eādem apud summum Sacerdotem Heli. Quādo Anna sterilis fuit, & ad deprecandū pro filio abijt, afflictionem suam sacerdoti exposuit: cui respondit ille: *Vade in pace, & Deus Is-* 1. *Reg.* 1. *rael det tibi petitionem tuam, quam rogasti eum.* Cum autem postea mulier suscepto filio redijt, & obtulit eū Domino, dixit ad illā, & ad Elcana virum eius: *Reddat tibi Dñs semen de muliere* 1. *Reg.* 2. *hac pro fœnore, quod cōmodasti Domino.* 20. Initio, inquit Chrysost. non dixerat: Reddat tibi sed det tibi Dominus quod postulas: verum postquam filium Deo obtulit, intelligēs cōmodatum potius, q̄ datum, nō vixit, Det tibi, sed *Reddat* *Homil. de Anna cit.* *tibi Dñs pro fœnore*, ad modū fœneratoris, & mutuatoris, qui quod accepit in fœnus, & mutuum, reddere postea, nō dare dicitur. Et quibus diuinam Theo- ¶ 338. logiam scitu dignissimam intelliges. In primis non posse sterilem concipere, nisi Deo dante filium, nec illam habere quid Deo offerat, nisi quod Dei dono suscepit: sic tamen offerendū, quod potius sit accommodare, & in Dei depositō reponere, quam dare. Homo quidē sterilis est ex se ad bonum, de quo Apostolus: *Nō sumus sufficientes cogitare* 2. *Cor.* 3. 5. *aliquid à nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est.* O quam sterilis vulua, quæ nec minimam boni cogitationem provt oportet cōcipere potest. Remāsit natura nostra tanquā terra illa Sodomorū, quasi sale fortissimo mordacissimoque conspersa, quæ nihil vtile

pro-

proferre poteſt: carnalis fuit reddita, & parit filias ideſt opera noxia, quæ Pau-
ad Gal. 5. 19. lus opera carnis vocat *a*: non tamen ſexum virilem poteſt producere, vt Origen. *b*, latè proſequitur. Ideoque vt D. Gregor. *c*, explicauit, vocatur à B. Iob *d*: *Sterilis quæ non parit*, & vt Apoſtolus dixit *e*: *Non habitat in carne mea bonum*. Non itaque poteſt niſi ex mero, gratuitoque Dei dono filiũ parere, ideſt opus bonum efficere. Quando autem talem ſuſceperis filium, cura diligenter eidem offerre, quo dante peperiſti. Hoc facies, in illius gloriam, & laudem referendo opus, curando non videri hominibus, ſed patri tuo cœleſti. Et intellige, hoc modo te filium ſeruare, quem non tandas, tanquam nunquam amplius videndum, quam accommodatis illi, qui ſeruet, & in depoſito cuſtodiam retineat, plenè, & completè tibi reddendum.

a Ho. 2. in Exod. c 17. Mor. c. 1 & 2. d Iob 24. 21. e Rom. 7. 18.

Duo ex his infero. Primum, nihil tibi dandum in futuro, niſi quod depoſueris in præſenti. Non enim datio futura eſt, ſed redditio: & nulli redditur, niſi quod prius depoſuerat. Vide quæ depoſueris, tantum enim iuxta illa accipies. Hinc illa celebris Dei ſententia apud Oſeam: *Quoniam ventum ſeminabant, turbinem metent.* Conſueuerũt ſcripturæ ſacræ ex metaphora ſeminationis explicare, quid vnuſquiſque ex ſuis operibus reportaturus ſit. *Quæcunque enim ſeminauerit homo*, inquit Apoſtolus, *hæc & metet: & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus, & metet: & qui ſeminat in carne ſua, de carne metet corruptionem.* Si ſpinas ſeminaueris: nunquid triticum metendum credis? Si hordeum, nunquid metes frumentum? Quæ ſeminauerit homo, hæc & metet, aucta quidem, & multiplicata. Ideoque qui ſeminat ventum, quidnam niſi turbinem, qui ventus eſt vehemens, & multiplicatus colliget? Quid collecturus erat ille dives delitioſus, qui ſeminabat epulas, voluptates, luxum, & cultum veſtium, niſi cruciatus, lingentes flammarum? Quid ſperas te meſſurum, ſi ſpinas ſeminas, *Niſi quod eas metes in ſeptuplum?* Sed his dimiſſis, de operibus bonis ſolummodo agamus. Terra tantum reddet tibi iuxta ea, quæ in ea repoſueras, illique commiſeras. Annotauit Lyranus excellenter

Oſeæ 8.

ad Gal. 6. 7

Eccl. 7. 3.

¶ 339. In c. 41. Geneſ.

Deum futuram abundantiam, & ſterilitatem duplicato ſomnio ſpicarũ pinguium, & tenuium, vaccarum craſſarum, & macrarũ, demonſtraſſe, & præſignaſſe. Non ille ſomnia intellexit, datuſque à Deo fuit Ioſeph, qui illa interpretaretur: qui referenti regi duo ſomnia, reſpondit: *Somnium regis vnum eſt.* Quomodo vnum, ſi ſunt duo? Quia ad vnam, & eandem rem explicandam vtrumque datum fuit, & per vtrumq; ſomnium coniunctè, futura abundantia, & ſterilitas terræ annuntiabatur. Duplex enim eſt cauſa, inquit Lyran. fertilitatis terræ, bona ſcilicet ſeminatio quam faciunt bona, & multiplicia grana tritici, quam denotant ſpicæ illæ multiplices, & plenæ: & bona terræ aratio, & cultura, cui deſerviunt in primis, & conducunt boues validi, & ad arandum idonei, quod figurabat viſio pinguium boum. Contrariæ autem res, ſunt cauſa ſterilitatis, malum nimirum ſementis, cum videlicet illud eſt tenue, & exile, quod ſignificabant ſpicæ illæ ſiccæ, vento vrente percuſſæ, quæ vel nulla, vel per pauca, & vitiata grana tritici ſuppeditare poterant in vſum ſeminandi: & item mala terræ aratio, & cultura quã prænotabant vaccæ macilentæ, infirmæ, & imbecilles. Futuram ergo meſſem reddendam à terra, ex præcedenti ſeminatione indicauit, & inde eam S. Ioſeph Dei ſpiritu plenus ſecure prædixit. Vis vt tibi, quamuis non ſim Propheta ſicut S. Ioſeph, futura prænunciem? Prænuntiabo ſanè, *Nam ſicut quæ futura ſunt Deus oſtendit Pharaoni*, ita etiam oſtendit tibi. Exponito mihi ſomnia tua. Quidnam in teipſo vides? quas ſpicas? quas vaccas arantes, & colẽtes terram? quænam opera? Quænam vaccæ operum pœnitentiæ, arantium carnem tuam? quænam ſpicæ operum miſericordiæ? Si vaccas macilentas, ieiunia infirma, gradi condimentorum multitudine acta, pœnitentiæ opera cũ paruo cordis dolore, vigilias exiles, diſciplinas nullas præferas: ſi ſpicas vredine abſumptas, eleemoſynas inquam exiles, & viles, amorem fraternitatis exiguum, orationem tepidam, confeſſionem indeuotam exhibeas: certè prædico tibi futuræ meſſis ſterilitatem, parua recipies, &

Gen. 41.

Gen. 41. 25

Gen. 41. 33

parua tibi tradet, qui tantum quæ apud eum depoſuiſti reddet. Si autem pœnitentiam validam, fortia ieiunia, vigilias continuas, eleemoſynas grandes videris, tibi grandem abundantemque meſſem promitto; pater enim tuus, quæ apud eum depoſuiſti, non minorata, aut conſumpta, ſed multiplicata, & aucta tibi reddet. *Reddet*, inquit, *tibi*, omnia quæ ſeminaueris. Nunquam apud homines tam ſecura eſt ſeminatio, quod omnia grana, quæ homo ſeminauit, tempore meſſis recipiat: multa enim pereunt. Quædam in terra corrumpuntur, alia ab auibus comeduntur, alia ab ſpinis abſumuntur, alia à tranſeuntibus conculcantur: ſed vniuerſa, quæ apud Deum repoſueris, ſecura tibi ſeruantur, qui fideliter omnia reddet; nec tantum quomodo depoſueris, ſed meliora reddita, & multiplicata: multò magis quàm terra bona, & optima, quæ ſibi committuntur reddit. Vocatur Deus apes in ſcriptura, vt Origenes annotauit, cuius mores, & natura ſatis ſunt omnibus nota. Apes namque perpetuò circa flores horti aut nemoris tui verſatur, nihil ex illis colligens, niſi rorem intra illos latentem; omnia enim alia intacta tibi relinquit: neque verò rorem illum ſibi retinet; ſed potius tibi reſtituit melioratum, factum fauũ mellis ſuauiſſimum. Deus perpetuò inter flores bonorum operum verſatur: *Dilectus meus mihi, & ego illi*, inquit Sponſa, *qui paſcitur inter lilia, donec aſpiret dies, &c.* Delectatur enim oratione, ieiunio, eleemoſyna, vigilijs ſanctis. Sed quid inde ſibi colligit? Rorem ſolummodo internum; tuam internam mentis affectionem, qua illius gloriam, & honorem intendis, hanc ſibi carpit. Sed neq; ſibi penitus retinet, accipit enim, vt reddat, non quomodocunque, ſed factum fauum mellis æternæ beatitudinis, & gloriæ. Quomodo namque dicturus eſt in die iudicij? *Venite benedicti patris mei, percipite regnum, &c. eſurijui enim, & dediſtis mihi manducare ſitiui, & dediſtis mihi potum, &c.* Expende illud, *dediſtis mihi*, id eſt, mei gloriam, honorem, & obſequium intendentes, hæc feciſtis: hæc quæ accepi, reddo; non qualia mihi dediſtis, ſed facta fauum mellis; *Percipite paratum vobis regnum*. Expende illud, *paratum*: Apes ex rore ipſo, quem à floribus tuis carpit, tibi fauum præparat. Quid credis Deum facere toto vitæ tuæ tempore, accipiens opera bona, quæ ad eius gloriam, & honorem intendis exhibere? Accipit certè, ſed præparat fauum regni æterni. *Percipite*, inquit, *paratum vobis regnum*. Ex hac doctrina proceſſit illa Apoſtoli admonitio ad Corinthios, qua ad bona opera apud Deum perpetuò reponenda hortatur, vt Beatus Chryſoſtomus annotauit. Fuerunt multi homines perditiſſimi, qui ſuadere cœperunt nullum ex bonis operibus reportandum fructum, imò omnia bona, quæ homo operatur perdi: dicebant enim, nunquam futurum tempus aut diem, in quo homini reſtituerentur, ac redderentur quæ operatus fuiſſet; negabant namque futuram reſurrectionem, & iudicium, imò & animæ immortalitatem: ideoq; hoc erat commune prouerbium ore ipſorum decantatum, vt Apoſtolus refert: *Comedamus, & bibamus, cras enim moriemur*. Hos Apoſtolus longo grandique diſcurſu ex penetralibus diuinæ Theologiæ reuincendos aſſumit, demonſtrans futurum reſurrectionis, & vniuerſalis iudicij tempus, in quo Deus redditurus eſt omnia, quæ nunc iuſti apud eum depoſuerint, poſt quæ tandem ſubinfert: *Itaque fratres mei dilectiſſimi, ſtabiles eſtote, & immobiles, abundantes in omni opere bono ſemper, ſcientes quia labor veſter non eſt inanis in Domino*. Iuſta, & conueniens admonitio, inquit Chryſoſtomus, nihil enim tantopere perturbare ſolet, quam putare ſe fruſtra, & in vanum affligi, & laborare; nihilque magis animum firmum, & immobilem in labore continet, quam intelligere illum non inanem, ſed fructuoſiſſimum futurum. Vnde Apoſtolus non petit ſolummodo, quod bonum operentur; ſed *abundantes*, inquit, *in omni opere bono ſemper*, ſine intermiſſione, voſque immobiles tenebit rectè operando, ſcientes quia labor veſter non eſt inanis in Domino. Aduerbium temporis poteſt ſequentibus coniungi, vt dicat; *Semper ſcientes*, id eſt, cogitantes, memoria retinentes, *quoniam labor veſter non eſt inanis*

¶ 340. *Hom. 2. in Iſaiam.*

Cant. 6. 2.

Mat. 25. 35.

Hom. 42. in 1. ad Corin. poſt med.

1. Cor. 15. 32.

1. Cor. 15. 58.

¶ 341.

in

in Domino, hæc ſit perpetua mentis cogitatio, & hoc perpetuò memoria reuoluite, quod labor veſter, qui eſt in Domino, id eſt, propter Dominum, non eſt inanis; ſed perpetua, ac firma ſecuritate perſtans apud Deum, qui quicquid operatus fueris, reddet tibi. Miſeri hypocritæ, qui omnia agunt, vt videantur ab hominibus; eorum labor non eſt in Domino, nec propter Dominum: ideò inanis, vacuus, & ſine fructu, quibus quicquid operati fuerint perit. Hinc conſidera diligenter quæ ad te pertinent. Scito te de hac vita migraturum, & in futura ſolummodo inuenturum, quæ apud Deum dum viuis repoſueris: examina attentè quidnam reponas, vt cùm eò perueneris, non fame pereas. Cum ex hac ciuitate ad aliquem locum progreſſurus es, in quo ſcis nihil inueniẽdum, niſi quod hinc præmiſeris, magna cura intendis omnia illuc abundanter tranſmittere, quæ neceſſaria erunt. In futurum ſeculum tranſiturus es, quod non eſt locus dationis, ſed redditionis, vt diximus; nihilque ibi inuenies, niſi quod hinc præmiſeris, & apud Deum repoſueris. Vide quid reponas, qui non vna die, aut duabus; ſed in æternum ibi permanſurus es, & ad tam grandem durationem grandis requiritur rerum prouiſio. Iuxta hanc doctrinam poſſumus iuxta mentem Hieronymi *a*, Hilarij *b*, Auguſtini *c*, & Origenis *d*, cætera omnia, quæ in hac Euangelica lectione Chriſtus ſubdit explicare. *Nolite*, inquit, *theſaurizare vobis theſauros in terra, vbi ærugo, & tinea demolitur & vbi fures effodiunt, & furantur, theſaurizate autem vobis theſauros in cœlo, vbi nec ærugo, &c.* Nullus maior theſaurus, quam qui ex bonis operibus conflatur vt infra dicemus. Infœlices illi, qui in terra theſaurizant, qui opera bona in terra conſtituunt, & collocant: nam ab ærugine, & tinea inanis gloriæ demoliuntur, & ab humanis oculis tanquam a latronibus diripiuntur. Fœlices autem qui huiuſmodi theſaurum apud Deum cœlo cõdunt operantes propter illius honorẽ, & gloriam: cùm enim in tuto collocatum habent, qui propterea ibi cor ſuũ locatum retinent, quorum conuerſatio in cœlis eſt: *Vbi enim eſt theſaurus tuus, ibi, & cor tuum, &c.* *Mat. 6. 21.*

a *In cap. 6. Matth.*
b *Can. 5. in Matth.*
c *Ser. 220. de temp.*
d *Ho. 4. in c. 6. Matt.*

§. 53. *Hoc inſuper reddet tibi Deus, quod opera, quæ in abſcondito feciſti, videantur etiam ab hominibus, qui horti concluſi aromata fluere facit.*

SEcundus ſenſus eſt, qui placuit B. Chryſoſtomo, vt cum Chriſtus Dominus dicit, *Reddet tibi*, ſubintelligamus id, quod præceſſit, videri ſcilicet ab hominibus. Quaſi dicere velit: Cũ tu ieiunas, aut bonum aliquod opus facis, ne contendas videri hominibus, ſed tantum patri tuo, qui eſt in abſcondito, & ille qui videt in abſcondito reddet tibi, hoc quod eſt ab hominibus videri, laudari, & glorificari. Quibus verbis hoc videtur promittere illi, qui tantummodo Deo placere cõtenderit, quòd nõ tantùm pater cœleſtis glorioſum, & ſpectabilẽ apud ſe, ſed, & apud homines faciet. Ex quibus reſponderi poteſt argumẽto, quo philoſophi vrebantur, ad oſtendendum hominem intendere poſſe per ſua bona opera gloriam, & honorem apud homines, quod S. Auguſtinus *a*, ex Cicerone *b*, retulit. Id enim homo poteſt per bona opera intendere, quod bonis operibus debitum eſt: his autem debetur gloria, & honor apud homines, ſicut operibus malis vituperiũ, & infamia: poteſt igitur illa intendere, qui benè operatur: Huic argumento reſpondimus ſupra ex eodem Auguſtino, & D. Thoma. Reſpondetur tamen nunc ex Chriſti Domini doctrina, nequaquam Deum velle priuare illos, qui legitimè ſibi obſequuntur, gloria, & honore apud homines; quin potius hoc ſingulariter promittere, quod etiam honorem, & gloriam illis reddet, & faciet quod eorum bona opera, quæ in abſcondito egerunt propter ſolius Dei amorem, videantur ab hominibus. Non enim vult Deus ſanctos ſuos carere honore, & gloria apud homines, vt optimè Chryſoſtomus proſequitur: ſi enim, inquit, quiuis terrenus rex iuſtè ſeruis

¶ 342. *Homil. 19. ex varijs in Matth.*

a 5. *De ciu. c. 13.*
b *In præmio Tuſc. qq.*

5. *De ciu. c. 13. vſque 19.* 2. 2. q. 132. ar. 1. ad 2.

Hom. 2. in 1. ad Theſ. ad mediũ.

seruis, ac familiaribus suis honorem à
Esth. 8. cæteris vult impendi; & iuste Assuerus Mardochæum quem fidelem inuenerat, summo voluit ab omnibus suis subditis prosequi: similiter, & Pharao meritò statuit, vt coram Ioseph *omnes genua flecterent*,
Gen. 41. multò magis est iustum, vt Deus intendat honori, & gloriæ seruorum suorum, tantò magis quantò magis digni sunt honore, & gloria, qui ipsi obsequuntur, quàm qui seruiunt regibus terræ. Vnde ipsemet sibi assumit illorum gloriam, & honorem promouere, & opera quæ in abscondito fecerunt in sui obsequium, omnium oculis videnda, linguis prædicanda, vocibus commendanda exponere, & exhibere. Et vere ita se res habet. Quis enim sanctorum, & seruorum Dei opera, quæ in abditissimis angulis egerunt, & quæ in remotissimis desertorum penetralibus operati sunt, fecit hominibus nota, & omnium oculis manifesta? Id quod cœlestis Sponsus elegantissimè adumbrasse mihi visus fuit, Spōsam suam describens. Laudat eam non solum ex eò quod in illa omnium virtutum opera inueniebantur: sed quod in secreto, & in solius Sponsi oculis operabantur, qui tamen statim seipsum exhibet illorum operum proditorem, & manifestatorem ad omnes. *Hortus conclusus* inquit *soror mea Sponsa, hortus conclusus, fons signatus*. Voluit, vt B. Hierony. indicat, explicare strictam clausuram, quam Sponsa tenebat, latitans ab omnium oculis separata: quæ enim Sponsum suū, zelotypum nouerat, nulli videndam faciem suam exhibebat, sed seipsam soli Sponso contuendam seruabat concluſam. Quam autem grandis fuerit huiusmodi clausura, & quam separata extiterit Sponsa ab omnium oculis, non solum explicuit Sponsus iterata illa voce, *Hortus conclusus soror mea Spōsa, hortus conclusus*, quæ apud omnes grandem habet emphasim, & apud Hebræos maximam; indicatque hortum vndique omnino, omnique ex parte obseratum: sed subdens; *Fons signatus*. Nihil enim magnis oculos arcet ab aliquarum literarum inspectione, quam signum regis suppositum; illud enim omnes admonet, nullis oculis ab ijs quibus literæ diriguntur, expositas, aut contuendas. Qui autem eam vocarat hortum concluſum, & fontem signatum, voluit exponere qualis esset hortus, qualisque fons. Sæpè enim hortus concluſus, inermis est, & fons signatus, aquis est destitutus. *Emissiones*, inquit, *tuæ Paradisus malorum punicorum cum pomorum fructibus, cypri cum nardo, nardus, & crocus, fistula, & cinnamomum cum vniuersis lignis Libani, & aloe cum omnibus primis vnguentis*. Quasi dicat; Dixi te hortum concluſum; nec tamen aliquis intelligat infrugiferū, sed potius omnia fructuum, & aromatum genera emittentem: emissiones tuæ, id est, plantationes, aut arbores, quas emittis, & producis, sunt quasi horti Paradisi: emittis namque, & profers mala punica excellentissima, cum omni genere pomorum. Nec tantum hæc quæ ad gustum faciunt, sed omnia aromata: est enim in te *Cyprus* (est arbor odoratissima in Phœnice apud Plinium *a*, & Dioscoridem *b*, alij Camphoram vocant, de qua alibi) *Nardus*, planta fragrantissima satis nota, & nardus habet iuxta se *Crocum*, cordis confortatiuum, de quo Plinius *c*, *Fistula*, Septuaginta *Calamum* vertunt, est autem Calamus planta suaue olentissima, quam ad odoriferum vnguentum Deus adhiberi volebat *d*, cuius frequens mētio est in scriptura sacra *e*, de qua agit Plinius *f*, & Theophrastus *g*, q̄ Strabo *h*, vocat Aromaticum juncū, de qua nostet Itella *i Cinnamomū*, quidā contendunt, esse quem hispanē *Canela* vocamus, alij eo odoratiora plātam, de qua idem nostet Itella *k*, de cuius virtute, & efficacitate multa S. Greg. Nyssenus *l*, tradit. *Myrrha*, nota satis, de qua, & arboribus vnde fluit, agit Plinius *m*, & *Aloe*, quam ēt Plinius *n* describit, & de vtroque multa tradit Hieronymus *o*. *Cum omnibus primis vnguentis*, id est, cum omnibus aromatibus, ex quibus prima, id est, pretiosissima vnguenta conficiuntur, & medicamenta. Ita B. Gregor. Nyssenus. Omnia igitur fructuum, plantarum, & arborū genera voluit Sponsus indicare, quæ ad gustum, quæ ad odorem, quæ ad medicamenta. Quibus verbis, vt idem Greg. Nyssenus *p*, prosite-

Cant. 4. 12

Ep. 22. ad Eustoch.

Cant. 4. 13

¶ 343.

¶ 344.

a *Lib. 12. c. 12. & 24. & lib. 21. c. 18.*
b *Li. 1. c. 4.*
c *Li. 12. c. 14. & 15.*
d *Exod. 30 23.*
e *Esa. 19 6 & 35. 7. & 43. 24. & Ier. 6. 20.*
f *L. 12. c. 23*
g *Libro 4. hist. plant. c. 7.*
h *Lib. 16. Geograph.*
i *In c. 30. Exod. n. 32*
k *in c. 30. Exod n. 31.*
l *Ora. 5. in Cant.*
m *Lib. 12. c. 15.*
n *L. 27. c. 4*
o *in Ps 44.*
p *Orat. 9. cit.*

q *Li.2.cōt. Iouin. post medium.*

fitetur, docetque Hieronym. *q*, reconditа myſteria voluit Sponſus indicare, talem ſcilicet Sponſam, quæ omnium ſtirtutum operibus redundabat, in qua omnes virtutes ſupernaturales, & acquiſitæ, earumque actus excellentiſſimi inuenirentur. Firma pollebat fide, ſecura ſtabiliebatur ſpe, ardebat flagranti charitate, temperatiſſima per valida ieiunia, religioſa per orationis exceſſum, mortificata per pœnitentiæ opera, &c. Et aduerte grãde ſecretum, quòd in Hebræo indicat vox illa, *Emiſſiones tuæ*. Non enim tantùm ſignificat hortum emittere, ſed tranſmittere, vt

a *In c.4. Cant.*

Theodoretus *a*, & Gregor. Nyſſenus *b*, annotant, indicatque Hieronym. *c*, expreſſitque Ambroſius *d*, transferens, & legens: *Tranſmiſſiones tuæ*, vt vnico verbo cæleſtis Sponſus explicaret, qualiter Sponſa omnium bonorum operũ fructum emitteret, quæ non ſolùm emittebat ex ſe, aut producebat, ſed tranſmittebat in Sponſum, ad eum, & erga eum omnes huiuſmodi fructus referebat, & mittebat. Hortus itaque erat Sponſa omnium fructuũ genere abundantiſſimus, ſed cuius omnis fructus, omnium oculis erat celatus, erat enim illa hortus vndique concluſus ad omnẽ ſui partem obſeratus. Et qualis fons? *Fons*, inquit, *hortorum, puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de Libano.*

b *Orat.9. cit.*

c *in cap 8. Eccl. ante med.*

d *Lib. de bono mortis c.4.*

¶ 345.

Can.4.15. Nullum tempus ſufficeret ad explicanda myſteria, quæ hiſce verbis cœleſtis Sponſus voluit deſignare. Tantummodo dico voluiſſe exprimere abundantiam donorum, & gratiarum, qua à cœleſti Sponſo erat ornata, à quo tanquã à monte Libano, omne datum optimũ, & omne donum perfectum magno cum impetu, & vbertate profluebat. Et rectè quidem, nec enim tot, tantoſque, & tam excellentes fructus Sponſa producere poſſet, niſi huiuſmodi aquarũ redundantiam à mõte Libano exciperet.

3. *De bello Iud. c.18.* Loquiturque alludens ad Iordanis fluuium, qui, vt Ioſephus tradit, ex illis duobus fontibus Ior & Dan procedit, qui à monte Libano ſcaturientes, in vnum poſtea conueniunt; de quibus etiam Plinius egit. Talis *fons* Spõſa erat, omnibus gratiarum donis fœcundata, & cœleſtibus fauoribus replera, ſed *ſignatus*, quippe quæ ſoli Sponſo ſuo internas animi virtutes, & dona ſeruabat occulta, illa ab hominum oculis omninò auertens. Quæ igitur Deus in illa operabatur, gratias, & dona, cœleſtes fauores, & quæ illa diuino auxilio munita operabatur, omnia celabat, abſconditaque tenebat, curans nõ hominibus, ſed tantum cœleſti Sponſo videri. Vidiſti Sponſam concluſam, ſignatam, occultam, celatam, abſconditam? Vidiſti emittentem in abſcondito, & tranſmittentem ſoli Sponſo ſuo omniũ bonorum operum fructum, & aromata? Audi igitur Sponſum ſubitò clamantẽ, & aduocantem ventos, vt ad omnium nares, & ſenſus, & quæ in horto latebant deferrent. *Surge*, inquit, *Aquilo, & veni Auſter, perfla hortum meum, & fluent aromata illius.* Sicuti ſi nullus ſpirat ventus, flores, fructus, & aromata, nullum videntur odorem ſpirare: ita ventis fauentibus, & excutiẽtibus, emittunt odorem, quem venti ipſi ad nares omnium deferunt. Aliqui credunt Spõſum cæleſtem omnes ventos aduocare voluiſſe, quos ſub Aquilone, & Auſtro voluit comprehendere. Sunt enim hi, vt Ariſtoteles docuit, duo venti primarij, qui omni anni tempore ſpirant: cæterum ſcimus hos eſſe ventos aptiores, quibus concitati flores, & fructus, validius odores emittunt. Aquilo nimis frigidus eſt: & ſi ſolus ſpirat, poros cõprimit, odoremque fluentem continet: Auſter eſt calidus, qui nimis poros dilatat, omnemque odorem ſubitò exhalat, & conſumit. Quando autem ſimul vterque fuit, ſuauiſſimum odorem feres ſpirant: nam Aquilo prohibet conſumptionem, & Auſter cõpreſſionem. Media nocte flores odorem non ſpirãt, quia nimis frigus viget: nec media itidẽ die quando calor vrgentiſſimus eſt: ſed matutino tempore, quando moderata quædam temperies extat: tunc enim ventus, quiuis fluens ſuauiſſimum perfert odorem. Hos ergo ventos propterea Sponſus aduocat, qui volebat vt aromata odoratiſſima fragrantia fluerent. Et primò vocat Aquilonarẽ ventum, quem alij Fauonium aut Zephyrum appellant, quem Claudianus poeta, patrem Veris vocat, dicens: O pater grauiſſimè veris; cui & Plin. *a*, ſubſcripſit, de quib. noſter Soro maior *b*, mul-

Cant.4.16

& fluent aromata illius.

2. *Meteor. c.4.*

¶ 346.

a *Li. 16. c. 25*

b *in cap. 4. Cant.*

ta tradit. Alij contendunt Sponſum diuinum iubere relegari, & abigi Aquilonem, aut Aquilonarem ventum, & quod veniret perflaretq; ſolus Auſter. Dum enim ille ſpirat, rigent omnia, floreſque compreſſum tenẽt intra ſe odorem, quem abundantiſſimè, & copioſiſſimè emittunt flante Auſtro. Quaſi dicere voluit: Diſcedat iam Aquilo, quo flante nullus deprehendebat odorem aromatum horti mei: veniat Auſter flatuq; ſuo omnium aromatum, florum, & fructuũ odorem extrahat, vt ad omniũ nares perueniat. Ita indicare videntur Gregor. Nyſſen. *c*, Theodoretus *d*, Hieronymus *e*, Auguſtinus *f*, Gregorius *g*, & alij. Vtcunq; tamen ſit, hoc contendit cœleſtis Sponſus odorem, & ſuauitatem omnium aromatum, florũ, & fructuum, quæ occulta, & abſcondita renebantur ad omnium ſenſum, & notitiam peruenire. Grande ſine dubio myſterium. Sponſam ſuam vult cœleſtis Sponſus tanquam concluſum hortum, omnes fructus, & aromata tenere concluſa, ſibique tantum tranſmittenda, humanis oculis penitus inuiſa, & tanquam fontem ſignatum, omnia gratiarum fluenta vult teneri à quocunque contuente, ſignata: & ipſemet ventos excitat, qui odorem inde trahãt, & per omnium ſenſus, & nares ſpargantur. Vult Sponſus ex vna parte, omnia ab Sponſa teneri concluſa, & obſignata, & ex alia iubet ipſe abire Aquilonem, qui omnem tenebat compreſſum odorem, & Auſtrum ſpirare, qui illum extrahat, & omnibus illum notum faciat. Quidnam hæc ſibi volunt? Certè quod cœpimus indicare: ipſummet, qui iubet, & præcipit opera bona ab hominibus abſcondi, & qui gloriam apud homines prohibet conquirere, illa hominibus videnda exhibere, & eorum gloriam, & laudem apud homines promouere. Honor & gloria, vt alibi ex B. Auguſt. *a*, & D. Thoma *b*, dicebamus, eſt clara notitia cum laude, ſimilis odori ex floribus, quos venti concitant, prodeunti. Eſt quædam area floribus plena: ſpirant venti, & flores concitant atque hinc illucque trahunt, & excutiũt, inde ſuauiſſimus odor procedit: non aliter cùm aliquis homo virtutum floribus abundat, cùm eas venti agitant, id eſt, verba narrantium, & loquentium exponunt, conſurgit quidam odor ſuauis, quo tales virtutes gratæ omnibus prædicantur, hæcque prædicatio, eſt gloria, & honor apud homines. Cæleſtis ipſe Sponſus, qui voluit Sponſam eſſe hortum concluſum, & quod emitteret flores, fructus, & aromata in abſcondito, quę omnium oculos laterent; ipſe ventos excitat, & prouocat, vt huiuſmodi aromata concitent, & promoueant: vnde odor ſuauiſſimus fluat, & per omnium ſenſus ſpargatur.

c *Orat. 10. in Cant.*
d *In c. 4. Cant.*
e *In c. 12. Eccleſiaſt. & in c. 40. Ezech. 6. & in c. 3. Habac.*
f *Ep. 120. ad Honoratũ c. 22.*
g *27. Mor. c. 14.*

a *Li. 83. qq. qu. 31. circa fin.*
b *1. 2. q. 2. art. 3.*

§. 54. *Quæ Sancti contendentes ſoli Deo videri, in abditiſſimis faciunt, Deus ad eorum gloriam vidẽda omnibus exponit, vt ex eorum hiſtoryis liquet.*

ET verè non poterat, meo iudicio, aptius explicari, quod Deus cum ſanctis ſuis agit, quam huiuſmodi metaphora. Ab illis ſtrictiſſimè expoſcit, ab hominibus abſcondere opera ſua bona, adeò vt *Neſciat*, inquit, *ſiniſtra tua quid faciat dextera tua*, & quod omninò caueant, hominib. videri, & quod in abſcondito opera ſua faciant; & nihilominus ipſemet eſt, qui ſibi aſſumit excitare ventos, qui omnes fructus, floreſque, & aromata per odorem fragrãtiſſimum in publicum omnibus producant. Ipſe namquemet eſt, qui excitat aliquos tanquam ventos, qui illos fructus, & flores & aromata bonorum operum, verbis ſuis, & relatione nota faciant, & odorem ad omnium ſenſus perferat; vt quæ abditiſſima fuerant, omnibus odoratiſſima proferantur, ab omnibus laudanda, commendanda, imò & admiranda. Quis namque nota fecit ſanctorum Anachoretarum ieiunia, orationes, vigilias, quæ in antris, & ſpecubus perficiebant? Quis inſignes, quas ab omni hominum conſortio ſemoti victorias de toto inferni agmine reportarunt? Fuit celeberrimus ille vir Honophrius Rex, qui iuuente, relicto, & abdicato pro Chriſti amore regno, deſerta

Matt. 6. 3.

Phanutius in vit. Honuphr. ap. Metaphr. & Surĩ 11. Iun.

Ægypti

Ægypti petijt, vbi solus per sexaginta annos in abditissima solitudine ab omnium hominum oculis semotus, eximios omnium virtutum fructus cœlesti Sponso emittens, & transmittens, vitam peregit: & tamen (quod nunquam satis admirari desisto) quæ quandiu extitit rex, in oculis totius regni operatus fuit, sunt nobis penitus ignota: & omnia, quæ in summa abditissimaque solitudine per sexaginta annos nullo conspiciente homine egit, nobis sunt manifesta. Non mirum, hæc enim cœlestis Sponsus ad illius honorē, & gloriam nota fieri voluit S. Abbati Paphnutio, qui tanquam ventus verbis disertissimis, & vocibus fluens, ac pennis, quibus scripsit volans, ad omnium notitiam, odorem omnium virtutum illius perferret. Fugit mundū insignis ille vir Paulus, (quem Hieronymus eremitarum authorem, & magistrum vocat,) & in abditissimam eremi speluncam se recepit, cui ne alicui se faceret manifestum, prouidit Deus palmam, victum, & vestitum præbentem, & fontem vnde biberet. Ibi plusquam per sexaginta annos mānsit omni hominum generi penitus inuisus, Deo fructus omnium virtutum in abscondito transmittens: sed qui eum ibi concluſum permanere voluit, odorem fragrantissimum earumdem virtutum voluit omnibus fieri manifestum; vnde Antonium illum famigeratissimum non sine grandi miraculo destinauit, qui illius vitæ conscius, ipso decedente nota mundo faceret, quæ in abscondito operatus fuerat Paulus. Mariam Ægyptiacam omnes nouerāt peccatricem; sed quæ in occultissima solitudine per decem, & septem annos omnium oculos latens, peccata sua grandi pœnitentia deleuerat, & excellentissimis virtutum odoribus cœlum ipsum recreabat: cœlestis tamen Sponsus, qui illam in abscondito sibi opera sua transmisisse gaudebat, tanquam ventum excitauit sanctum illum Zosimam, quem sicut alterum Abraham duxit, nescientem quò iret, qui omnes, quos Sancta illa peccatrix in suprema solitudine emiserat fructus, & aromata, hominibus proderet, & manifestaret. Permansit virgo sanctissima Sophronia (cuius meminit Hieronymus, Sanctæ Marcellæ viduæ vitam scribens) multis annis vitam agens solitariam, hominibus penitus ignotam, omnibus tamen virtutibus fragrantissimam: hanc Deus ipse voluit vniuersis hominibus notam fieri, dum animam in solitudine efflante, aues totius generis excitauit, quæ rostris flores, arborumque ramos floridos pulcherrimosque decerperent, quibus non tam sacrum virginis corpus contegerent, & conderent, quam eius excellentes virtutes, eximiamque sanctitatem detegerent, & omnibus conspiciendam exponerent: Et huiusmodi sunt innumera in Sanctorum anachoretarum historijs. Considera insuper, quam grandia fuerint, quæ Deus Beatissimo Francisco contulit dona, quæ ab illo occulta tenebantur, tāquam si fons esset signatus, dicens cum Propheta; *Secretum meum mihi, secretum meum mihi*. Quis omnia illa in publicum dedit? Quis quæ in reconditissimo silentio, & secreto Christus cū eo, & ipse cum Christo tractauit, omnibus fecit manifesta? Vide Beatissimum Patriarcham nostrum Dominicū excellentissimis fauoribus à Christo, & Beatissima eius Matre in secretissimo silentio donatum; quis illos omnes in publicum prodidit? Quis quæ in cordis sui arcano Deo offerebat omnibus conspicienda exposuit? Beatam Agnetem de Monte Politiano ordinis nostri mirabilem Virginem videbis in secretis, & abditis locis orantem, diligentissimè curantem omnem humanum cōspectum fugere: cuius tamen feruentissimas orationes Deus omnibus notas faciebat; totum enim pallium eius respergebat rore quodam candido, instar manna, cuius singulæ guttæ crucis effigiem referebant: & locum vbi Sacra Virgo genua ad orandum fixerat, subito enatis floribus violisque pulcherrimis, ac odoratissimis ornabat: vt non tanta diligentia quæreret illa latere, quanta ipse eam omnibus notam facere. Quis celeberrimi Apostolorū principis Petri sanctitatem toti mundo fecit conspicuam, qui positum coram Agrippa præfecto, tali luce splendidum fecit, vt facies eius fieret sicut Sol: & cum

In vita Pauli, & epist. 2. ad Eustoc. aliquantulū ante fin.

Apud Surium 9. April. ¶ 348.

Epist. 16. ad Princip. in Virg.

Esa. 24. 16.

Refert R. Raymun. Capuanus in eius vita.

cum in cruce positus fuisset, viderunt fideles, qui lugebant, angelos stantes cum coronis de floribus; & ipso expirante mox apparuerunt ibi viri Sancti nimio splendore accincti, quos nemo vnquam viderat, qui ad populum dixerunt: Gaudete, quia intercessorem magnum, & continuum meruistis habere ante Deum, sine dubio illos quasi ventos excitans, vt odorem aromatum omnium, ad omnium notitiam deferrent. Emittente spiritum B. Agatha, interna cordis illius omnibus nota facere volens, ecce cùm sepeliretur, quidam iuuenis sericis indutus, quem sequebantur alij plusquam centum iuuenes armati, & pulchri, quos nemo vnquam viderat, posuitque ad caput eius tabellam ex marmore, in qua scriptum erat: *Mentem sanctam, spontaneam, honorem Deo, & patriæ liberationem*, Angelos similiter misit, qui iactato in mare corpore B. Clementis, sepulchro admirando conderent, & quolibet anno, vt notam ipsius faceret sanctitatem, mare ad tria milliaria recedere volebat. His adde curam solicitam, quam Deus habuit prodendi corpora sanctorum, quorum memoria excidere videbatur: hoc enim facit cœlestibus monitis, & reuelationibus, admonens vt inquirerentur, & celeberrimis miraculis ornans, & quasi de nouo omnia sanctorum opera omnium oculis exponens videnda, & considerenda, vt de reliquijs B. Stephani considerat Sanctus Augustinus *a*, & de corporibus Sanctorum Gerualij, & Prothasij B. Ambrosius *b*. Quis explicare, aut recensere valeat cœlestia lumina diuinitus delapsa, ad Sanctorum reliquias prodendas, & honorandas, & eorum sanctitatem manifestandam, Quis odorem fragrantissimum, quem ossa eorum arida spirare vult, indicãtem Sanctorum operum flores, & aromata, quibus viuentes fragrarunt? Quis prosequi valebit cõtinua miracula, quæ circa Sanctorum reliquias fieri quotidie disponit, quæ eorum sanctitatem, & merita produt? Circa caput B. Ianuarij, quod perpeti miraculo fit, omnes nouimus: quod circa conseruationem, positionem, & staturam corporis Seraphici Francisci, omnibus tam est admirandum, quam conspicuum: quod circa fragrantiam perpetuam ad sepulchrum B. Dominici, est toti mundo exploratum: oleum ex B. Nicolai corpore fluens, & ex virgineis membris B. Catharinæ Virginis satis est omnibus decantatum. Hæc prosequi immensi esset operis, & laboris. Considero sæpenumero apud memetipsum, quæ quotidie de Sanctis nobis videnda proponuntur, secreta scilicet cordis eorum, puritas intima mentis, quæ in profundissimo secreto perfecerunt, & quæ nobis nota fieri, impossibile videbatur. Quis notum fecit, quomodo orante B. Petro Martyre, Christus Dominus ex Cruce per imaginem crucifixi allocutus, & consolatus eum sit. Quis quod in oratione feruenti existente B. Vincentio Ferrario, fauorem Beatissimæ Virginis implorãte, imago eiusdem Beatissimæ Virginis sensibili sermone illum fuit prosecuta? Quis quod orante B. Ludouico Bertrando coram imagine eiusdem S. Vincentij, volente illo pedes imaginis adorare, imago ipsa illum cõtinuit, & complexa est, quasi dicens: *Ne feceris, conseruus enim tuus sum?* Et huiusmodi sunt innumera. Et certè ad hunc finem Deus in Ecclesia sua Sanctorum canonizationem disposuit, solemnissimo ritu celebrandam, per quã hoc quod in abscondito Sancti fecerãt, omnibus notum facit, non solum ad sui ipsius, sed ad ipsorum honorem, & gloriam: non tantum in cœlesti patria, sed apud homines, qui hanc vitam agunt. Quidnam sunt S. Sedis Apostolicæ ministri, qui facta Sanctorum examinant, nisi venti quidam concutientes flores, & aromata, vt tandem flãte austro, id est, summi Pontificis decreto, omnium aromatum odor ad vniuersos homines perueniat, & quæ in abscondito tenebantur, fiant omnibus manifesta? Vide igitur tu qui humanæ laudis, & gloriæ es auidus, quomodo eam plenè consequi possis. Non certè consequeris, opera virtutum agens coram hominibus, intendens videri ab eis: nec oculos suos omnes in te cõuertent, quantumcunque tu contendas illis videri: assequeris autem plenè, & completè, si opera bona agens tantum con-

¶ 349.

¶ 350.

a 22. *de Ciui. c.* 8. *b Epi.* 85. *ad Marcellinam sororem.*

contenderis Deo videri, & placere. Si enim ita egeris, cumulatissimè etiam hoc tibi ille reddet. Nunquam certe seraphicus Franciscus, aut insignis Dominicus, aut mellifluus Bernardus, aut quiuis aliorum Sanctorum, ita omniũ oculos ad sua virtutum opera conuertenda conuersos potuisset habere, aut eis placere, aut ab eisdem gloriam acquirere, ex hoc quod omnia sua solummodo hoc fine faceret, vt hominibus videretur, & illis manifestè se, suaque videnda exponeret: quàtum ex hoc quod curauit, & procurauit non videri hominibus, sed solummodo Patri Cœlesti; qui enim Sanctos suos summo honore affectos esse vult, non tantum in Cœlo, sed in terra, id etiam illis reddit, quod videantur, laudentur, & glorificentur ab hominibus, Et verè Christus ipse Dominus legitimus, naturalisque Dei filius, qui hanc doctrinam tradidit, in semetipso expressam dedit; qui nihil penitus ad sui ipsius gloriam egit, sed in omnibus gloriam Patris sui quæsiuit; quod repetitis sermonibus protestatus fuit: sed talem propterea Pater illi reddidit gloriam, & honorem, qualem Apostolus explicauit, dicens: *Propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen quod est super omne nomen: vt in nomine Iesu omne genuflectatur*, &c. & meritò ipse dixit: *Ego non quæro gloriam meam, est, qui quærat, & iudicet.* Hæc omnia elegantissimis verbis concluſit Chrysostomus expendens Christi Domini verba dicentis: *Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi*, Quasi dicat, inquit Chrysostomus, Quid desideras? Nonne esse aliquos operum spectatores tuorum? Ecce igitur habes non Angelos neque Archangelos tantum, sed etiam horum omnium Deum. Quod si habere etiam homines spectatores concupiscis, ne hac quidem, quam præcipuè cupis mercede priuaberis, sed cum opportunum tempus aduenerit, quando certè cum maximo cumulo tibi hoc præstabitur quod requiris. Nam modo quidem si spectari velis, decem, aut viginti, aut centum tantummodò hominibus ostentare te poteris: si verò latere nunc curaueris, tunc ipse te prædicabit Deus, toto prorsus orbe præsente. Itaque si opera tua maximè sciri cupis, nunc illa occulta diligenter, vt eadem tunc ad maiorem tuum spectent honorem, Deo scilicet ea faciente manifesta, & ea referente prorsus, coramque omnibus prædicante. Ita ille.

Ad Ph. 2. 9.

Ioan. 8. 50

Homil. 19. ex varijs in Matth.

§. 55. *Reddet tibi Deus iuxta cordis tui affectum, quem intuetur, vt ex Assur, & eis quos operarios iniquitatis vocat, patet.*

¶ 351. TErtium, & recõditum sensum hęc verba Christi admittunt, quem SS. Patres indicant. *Pater*, inquit, *tuus, qui videt in abscondito reddet tibi.* Quidnam reddet? Quod videt in abscondito, aut quod ei offers in abscondito mentis, cordis, & intentionis tuæ, quę ab oculis viuentium est abscondita. *Homines*, dixit Deus ad Samuelem, *vident quæ apparent, Deus intuetur cor*; ideo que homines si propter eos opereris, reddent laudem, aut mercedem, iuxta ea quæ exterius apparent, quæ solummodo eis sunt nota: Pater autem Cœlestis iuxta id quod in cordis abscondito intendis. Non itaque Deus reddet iuxta opera tua, secundum quod illa exterius apparent: sed secundum intentionem, & affectum interdum cordis, soli Deo conspicuum, & notum. Ad huius explicationem annotandum est, Deum in cuiusuis boni operatione, primum omnium attendere intentionem, & affectum cordis tui, quod excellenter diuinus Sponsus Sponsam laudans indicauit. Laudauerat primò Sponsa Sponsum suum dramatico more, quo singulas corporis illius partes, singulis encomijs metaphoricis excellentissime commendauit: Sponsus similiter par pari referens, eodem more laudandum assumit Sponsam minutatim secundum omnes ipsius partes. Cæterum contrario ordine processerunt, vt Theodoretus acutè obseruauit: nam Sponsa cœpit à capite, & sigillatim procedens, & descendens, ad pedes vsque peruenit; vnde primum omnium dixit:

1. Reg. 16. 7.

Cant. 4. 10. 11.

In cap 7. Can.

xit: *Caput eius aurum optimum*: & vltimum: *Crura illius, columna marmorea quæ fundata sunt super bases aureas.* Sponsus autem cœpit ab imis pedum, & ascendendo progressus tandem ad caput describendum deuenit. Cœpit
Cant. 7. 1. namque dicens: *Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis filia principis.*
פעם *Brixian. to. 2 fol. 90* In hebræo nomen *pagham*, quod non solum gressus, sed pedes significat; ideoque Pagninus, & Regia legunt: *Quam pulchri pedes tui*: & nouissimè subdidit: *Caput tuum vt Carmelus, & coma tua sicut purpura regis.* Hoc sine
Homil 10. 15. 18. 20. in Gen. mysterio factum, nullus concedet, si gnanter Chrysostomus, qui minimos scripturæ apices, grandia sacramenta continere, perpetuò obseruat, & docet nihil temerè, aut fortuitò positum in
In cap. 7. Can. ea esse intelligendum. Agathius doctus sanctusque author credit ideò factum, quia Sponsa cupiebat Sponsum à summis ad ima trahere, & demittere: Sponsus autem contendebat Sponsam ab imis ad summa euehere, atque extollere. Exiſtimo nihilominus aliam rationem non incongruam reddi posse. Vnusquisque sanè illorum id primo laudandum assumpsit, quod præcipuè in altero obseruat, & in quo præci-
¶ 353. puè oculos collocat. Præcipuum quod in Sponso attendebat Sponsa, erat illius caput, à quo omne bonum profluebat; *Caput enim Christi Deus.* Hoc pri-
1. Cor. 11. 3. mum omnium in Christo attendendum est, & supponendum, quod est verus Deus, à quo propterea Ioannes ui Euangelij initium sumpsit, procedens vsque ad pedes carnis. Incipiens enim à verbi diuini generatione, secundum quam est verus Deus; processit vsque ad illud, *Verbum caro factum est*; ex illo enim capite, omnia bona, quæ in Chri-
Ioan. 1. 14. sto erant, profluebant. *Et vidimus*, inquit, *eum plenum gratiæ, & veritatis, quasi vnigeniti à Patre.* Sponsus autem quod præcipuum in Sponsa considerabat, erat cordis affectus, & intentio, quam pedes significant. Sunt enim pedes, quos primò mouemus, & figimus, cùm iter arripimus. Cùm virtutum viâ perambulare volumus, intentionem, & affectum cordis primò statuimus, nullus enim operatur nisi ex intentione finis. Huiusmodi pedes Cœlestis Sponsus primò attendit, hocque est, vt supra cœpimus indicare, quod Spiritus sanctus primò expressit agens de hominis creatione, & de formatione Euæ, quam in adiutorium illi contulit. *Posuit*, in-
Eccl. 17. 5. quit, *oculum suum super corda illorum.* Ponere oculos super aliquid, est illud singulariter curare, & attendere; quomodo Ioseph petens sibi adduci fratrem suum Beniamin dicebat: *Adducite eum ad me & ponam oculos meos super illum*, & Deus ipse ad exprimendam curam, quam de terra promissionis habebat, *Quam Dominus*, inquit, *Deu. 11. 12.* *tuus semper inuisit, & oculi Domini in ea sunt à principio anni vsque ad finem.* Super corda ergo eorum oculos posuit Deus: quia quod primò præcipuèque curat, & attendit cùm operaris, est cor tuum, illiusque affectum, & intentionem. Vnde quantumcumque opus in se bonum sit, si cordis intentio exciderit praua, prauum reputat opus, & tanquam tale reprobat, vt supra in sacrificio Cain expositum est: Id quod etiam *In cap. 10. Esai.* Theodoretus ex historia regis Assyriorum demonstrat. Voluit Deus punire Israelitas propter grandia illorum peccata, idcirco excitauit regem Assyriorum, vt contra eos crudele ageret bellum, quem propterea vocat Virgam furoris sui, & baculum manus suæ, & protestatur se esse, qui illum mittebat, & qui illi mandabat. *Væ*, inquit, *Assur* ¶ 354. *virga furoris mei, & baculus ipse est, in* *Esa. 10. 5.* *manus eius indignatio mea, ad gentem fallacem mittam eum & contra populum furoris mei mandabo illi.* Vocat Israelitas, Gentem fallacem, quia fallacijs, mendacijs, & hypocrisi erant implicati, vocat etiam Populum furoris sui, quia furorem suum contra illos excitatum indicare volebat. Illa interiectio, *Væ*, apud aliquos est hortantis, & animantis, & cõpellentis. In Hebræo, *Hei*, הי quasi dicat: O Assur, tu es minister iræ meæ: apud alios, est nota comminantis, non tam Assur, quam populo quasi dicat: Væ populo meo, contra quem excito Assur, &c. Et verè Deus singulari suæ prouidentiæ ordine disponebat populum suum per huiusmodi tyrannos punire, & castigare, qui propterea dicebãtur virga, & baculus iræ Dei. Vñ Medos, & Persas, per quos Babylonios puniuit,

nuit, vocauit, *Sanctificatos suos*, quasi
Isa.13.3. ad bellum sacrum à se dispositum conscriptos: & Regem Babylonis vocat
Ier.43.10. *Seruum suum*, & protestatur quod ser-
Ezech.29. uierit sibi, cui de reddenda mercede cum Propheta Ezechiele sermonem instituebat. Hocque ita agebat, vt sæpe tales tyranni verè cognoscerent Deum fieri voluisse, quod illi agere intendebant: ideoque quando Nabuchodonosor obsedit Hierusalem, id apertè protestatus est: *Nunquid sine Domini voluntate ascendi ad locum istum, vt demolirer eum? Dominus dixit mihi:*
4.Reg.18. 25. *Ascende ad terram hanc, & demolire eam.* Quod qua ratione intelligendum sit explicare nunc non vacat. Hoc certum sit, huiusmodi tyrannos id perfecisse, quod Deus fieri volebat, & id egit Assur solummodo populum Dei conterens, opprimens, & captiuans, quod Deus iusto suo iudicio fieri sta-
¶ 355. tuerat. Nihilominus videbis Deum statim contra ipsum Assur comminantem, & extrema supplicia prædicen-
Isa.10.12. tem, quæ illi propter id, quod egit inferre parabat: *Et erit*, inquit, *cum impleuerit Dominus cuncta opera sua in monte Sion, & Ierusalem, visitabo super fructum magnifici cordis regis Assur, & super gloriam altitudinis oculorum eius.* Expende quid dicat. Postquam Dominus per Assur populum suum plenè castigauerit, idque omne circa Sion, & Ierusalem, quod Deus fieri voluit Assur perfecerit, visitabo, inquit Dominus, id est, castigandum assumam Assur. *Propter hoc mittet domi-*
Ibid.n.16. *nator Dominus exercituum in pinguibus eius tenuitatem, & subtus gloriam eius succensa ardebit quasi combustio ignis.* Miranda comminatio. Quomodo? qua iustitia? quo iure id fieri potest? Misit Domine regem Assur, vt per eum populum punires, abijt ille, populum castigauit, & supplicio à te demito affecit, & propter tale opus, supplicium illi inferendum comminaris, & prædicis? Si Assur extitisset similis Sauli, qui missus à te ad vltionem sumendam de Amalecitis, eis
3.Reg.15. pepercit, non mirum, quod contra illum te offenderes prouocatum. Quod tamen decernas vltionem sumere de Rege, qui id perfecit contra inimicos tuos, quod tu fieri voluisti, res est magna admiratione digna. Quid de rege diceremus, qui mittens ducem aliquem ad castigandos rebelles quosdam populos, postquam rem plenè dux confeciſſet, regisque præscriptum complesset, eundem castigandum puniendumque assumeret? Potius enim debebat de reddendo præmio cogitare. Iniqui homines in mundo hoc consueuerunt excitare assassinum, qui aliquem occidat, quem re iam confecta necant; ne illorum iniquitatem prodat: qui tamen iustus est, remque iustam alicui imponit agendam, opere completo non de illo puniendo; sed præmiando tractat. Attende tamen quid dicat: *Visitabo su-* *Ibid.n.17.*
per fructum magnifici cordis regis Assur, & super gloriam altitudinis oculorum eius. Id quidem fecit Assur, quod fieri Deo placitum fuit; tamen ille in corde suo nequaquam intendit Deo rem placitam agere, sed suæ satisfacere superbæ cupiditati, tyrannidi, & crudelitati. Hocque est, quod Deus postquam dixit: *Væ Assur, virga furoris mei*, &c. subdit: *Ipse autem non sic arbitrabitur, & cor eius non ita existimabit, sed ad conterendum erit cor eius*, &c. Et quia Deus super cor hominis oculos ponit, & quod aspicit est cordis affectus, & intentio: opus illud iniquū, malum, iniustum, & sibi inuisum, & iusta castigatione puniendum reputauit. Ex quibus D. Basilius illam Christi
¶ 356. Domini sententiam expendit, & explicat: *Multi dicent mihi in illa die*, *Serm.de bapt.c.8.ad fin.*
Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis, quia nunquam noui vos: discedite à me, qui operamini iniquitatem. Expendit Basilius vocem illam, *Qui operamini iniquitatem*, aut vt ille, & communiter S. Patres legunt: *Operarij iniquitatis.* Quid enim illos operatos perhibet? Num homicidia, furta, adulteria? Nequaquam, sed quod in eius nomine prædicarunt Euangelium, in eius virtute dæmonia eiecerunt, & in eius itidē nomine virtutes perfecerūt multas: prædicare aūt in nomine Christi: & in eiusde nominis virtute dæmonia eij-

Matth.7. 22.23.

cere,

cere, & virtutes operari, non videtur esse operari iniquitatem; nec qui hæc operatur, videtur vocari posse Operarius iniquitatis; sed virtutis, & sanctitatis. Rectè tamen, inquit Basilius, hæc operantes, vocantur Operarij iniquitatis abeo, qui non cor ex operibus, sed opera ex corde, & intentione dijudicat, Deo. Illi hæc quidem operati fuerunt, quæ in se Sancta erant, & bona; sed dum hæc agebant, iniqua cordis intentione erant affecti, ex qua ad talia operanda excitabantur, intendentes per ea suam gloriam, commodum, profectum, non Dei honorem, nec obsequium: hæc autem iniqua cordis intentio, ita opera bona coram Deo inficiebat, vt non opera sancta; sed opera iniquitatis meritò vocarentur. Hac etiam de causa S. Augustinus quamuis ex professo demôstret opera bona, quæ propter Deum fiunt, sacrificia meritò debere vocari; quæ tamen non propter Deum fiunt, quantumcunque in se bona videantur, sacrificia dici non debere; sed sacrilegia potius, si mala fiant intentione. Vnde, & ipsa, inquit, misericordia, qua homini subuenitur, si propter Deum non sit, non est sacrificium. Nolo dicere omnia opera, quæ peccator agit, mala esse, id enim hæreticum esset: sed quæ mala quilis agit intentione, ex hac solummodo inficit: vt quantumcunque in se, & ex sua specie bona videantur, & sint, in exercitio mala, & iniqua reddantur.

10. *de ciui. cap. 16. in prin.*

§. 56. *Intentio vocatur cor à quo vita procedit, cuius defectus in Cæsaris victima mortis omen fuit.*

¶ 357. Hinc intelliges, cur intentio vocetur, & appelletur *Cor*, signanter loco illo citato; *Posuit oculum super corda eorum*. Est enim cor initium totius vitæ, & quale fuerit cor, talis est vita, talisque natura, ex homine enim bestiam facies, si cor bestiæ illi inseras, & ex bestia facies hominem, si cor hominis illi tradas. Voluit Deus Nabuchodonosorem regem, qui homo erat, & inter homines commorabatur, fieri bestiam inter bestias agentem, & reputandum feram, hoc autem perfecit, agendo quod constituerat: *Cor eius ab humano commutetur, & cor feræ detur ei*. Voluit iterum vt bestia, quæ quasi lexna erat, homo fieret; idque perfectum fuit ex eo, quod cor hominis datum est ei, *Super pedes*, inquit *suos quasi homo fierit, & cor hominis datum est ei*, id est, quia cor hominis datum illi fuit. Talis est intentio in operibus, quæ agimus. Considera illa verba, aut definitam sententiam, in duplici tribunali prolatam: *Expedit vt vnus moriatur homo pro populo, ne tota gens pereat*. Prolata fuit in senatu Ierusalem, in pleno Concilio, cui præsidebat Caiphas, quâ tanquam summus Pontifex primus decreuit, cæterique subscripserunt: prolata itidem fuerat in Sanctissimæ Trinitatis æterno cõsilio, cuius Bsaias meminit, qui iuxta Septuaginta vocat. *Consilium antiquum*, iuxta Vulgatum. *Cogitationes antiquas*. Id quod Ioannes ipse expressè profitetur. Eadem itaque penitus fuit sententia, eisdem omninò verbis prolata: & tamen prolata in concilio Ierusalem fuit suprema iniquitas, malitia, stultitia, supremumque peccatum, & prolata in concilio superno, fuit summa æquitas, sanctitas, sapientia, bonitas: ibi enim habuit cor feræ crudelis; quia ad eam proferendam Caiphas eiusque consiliarij, excitati sunt odio, inuidia, & malitia: hic autem habuit cor hominis, aut potius Dei, processit enim ex nimia charitate, qua Deus dilexit nos, de quibus alibi. Nec hinc inferas solam intentionem sufficere quoduis opus bonum facere: nam quæ ex natura sua, & obiecto mala sunt, nequeunt ex bona intentione planè honestari; sed tantùm hoc intellige, omnia opera bona, aut indifferentia, ex bona, aut mala intentione bona, aut mala reputari, & iudicari. Vnde sicut natura quod primò constituit, cùm animal producere nititur, est cor ipsum, ita cum bonum aliquod agendum aggrederis, primò intentionem bonam constitue, & id age, vt B. Gregorius aptè prosequitur, & explicat, quod Sapiens admonuit: *Omni custodia serua cor tuum, quia ex ipso vita prosedit*. Expendit Gregorius, illud

Eccl. 17. 7.

Dan. 4. 13.

Dan. 7. 4.

Ioan. 11. 50.

Esai. 35. 8. Ioan. 11. 50.

19. Moral. cap. 17. Prou. 4. 23.

omni custodia, qua voce summam curam commendatam intelligit; hæc enim prima supremaque esse debet, vt opus viuum coram Deo censeatur. Cor
¶ 358. est principium vitæ, & deficiente corde deficit vita, vt ex recta Philosophia
2.2. qu. demonstrat Diuus Thomas a: ideoque
122. art. 2. aptè in medio animalis positum, &
& 3 p. qu. constitutum, tum vt liberum ab omni
90. artic. 3 læsione conseruetur, tum vt ad omnes
ad 2. partes vitam, & motum influat, vt idem
b 2. d. 14. Sanctus Thomas b, confiderat, qui ex
q. 1. art. 1. his infert c, læso corde perire omnem
ad 2. animæ operationem in omnibus parti-
c 1. d. 8. q. bus corporis. Opus quoduis bonum ex
5. artic. 3. intentione recta erga Deum vitam for-
ad 3. titur: nec enim potest opus aliquod, quantumcumque bonum sit secundum suam speciem, vitam spiritualem habere, nisi in Deum sit directum, & ordinatum. Hincque Theologi cum Diuo
d 2.2. q. 23 Thoma inferunt, nullum opus bonum
art. 7. & 6. censendum viuum, sine charitate, cuius est facere, vt illud propter Deum fiat: qua de causa vocatur ipsa, forma virtutum. Si cor huiusmodi deficiat, crede opus mortuum, & inutile coram Deo, vt supra dicebamus. Vt autem semel ex gentilium factis aliquid inducamus, illud expende, quod magnâ mihi incussit admirationem, quod-
Li. 2. c. 25. que de sacrificio Iulij Cæsaris refert Appianus Alexandrinus. Enarranda assumit ille quæ contigerunt ea die, qua Decius Brutus, Cassius, & Trebonius in Cæsaris mortem conspirarunt, illudque fuit singulare, quod cum Cæsar ingressurus senatum, prius de more sacrificium vellet offerre, iugulata, & occisa victima inuenta est sine corde: quo prodigio viso augur Cæsari dixit, mortem alicuius præmuntiari. Irrisit Cæsar illius prædictionem, & iussit victimam aliam afferri quæ similiter excors inuenta est. Timuit tunc aliquantulum, sed vt magni, & infracti erat animi, illam pronuncians sententiam falsam quidem, sed ore gentilium satis decantatam; *Non potest homo, qua fata disposuerunt effugere*, senatum ingressus est, vbi viginti tribus pugionis ictibus confossus expirauit. Mirandum est certè, quinam fieri potuerit, quod vna, & altera victima sine corde fuerint. Aut enim bestiæ sine corde antea erant, aut tunc ibi intra illa fuit absumptum. Si sine corde erant, quomodo viuebant? Si tunc corda fuerint absumpta, à quonam? cuius opera? Multa de ijs, & huiusmodi prodigijs, quæ verè in sacrificijs gentilium acciderunt, peculiari opere iuxta Diui Augustini mentem aliquando Deo dante disputabimus; nunc tantum obserua, victimam sine corde, certissimum esse mortis infœliciſſimæ præsagium. Est namque cor principium vitæ, ab illo vita procedit; mortuum propterea iudica quoduis opus quantumcumque in se excellentissimum, si excors fuerit, ideò, si recta intentione caruerit, & quicquid sine illa egeris, inane, inutile, immo ad tui exitium iudica. Cum ¶ 359. igitur opus quoduis bonum agere aggrederis, diligenter intentionem cordis tui examina, submitue, & firma: & cum orare vis, eleemosynam facere, ieiunare, sacrum audire, confiteri peccata, cor operi constitue, intendens solius Dei obsequium, & gloriam; idque facito, quod Sanctus Ioannes Apo-
1. Ioan. 2. 8. stolus hortatur: *Videte vosmetipsos, ne perdatis quæ operati estis, sed vt mercedem plenam accipiatis*. Expende illud, *videte vosmetipsos*: non tam ad opera, quam ad vosmetipsos debetis primò attendere, de quibus infra. Hinc Bea
Hom. 3 ad populum. tus Chrysostomus infert, optimè Apo-
2. ad Tim. 2. 5. stolum dixisse: *Non coronabitur, nisi qui legitimè certauerit*. Ad coronam obtinendam, non quæuis opera sufficiunt, sed requiruntur legitima. Quænam opera legitima sunt? Quæ ex legitimo parte legitimoque matrimonio, non ex adulterio procedunt. Omnium operum pater, est finis; ex illo namque omnia nascuntur, nihilque penitus aliquis facit, nisi ex finis desiderio, & intentione, vt Diuus Thomas ex optima
1. 2. q. 1. Aristotelis Philosophia demonstrauit. Aliquis tamen finis est pater legitimus, legitimo matrimonio menti, & rationi nostræ copulatus, aliquis verò est adulterinus. Pater legitimus est finis bonus, quem homo intendit. Hic legitimè copulatur rationi nostræ, & menti, estque illi conformis. Vnde quæ mens tua, & ratio ex huius copula producit, legitima sunt. Quando ex desiderio placendi Deo, satisfaciendi, pro peccatis succurrendi

rendi proximo, ieiunas, oras, eleemosynas facis, opera sunt legitima, Pater autem adulterinus, est finis malus; hic enim non legitimè copulatur, nec congruit rationi, aut mẽti: vnde filij, qui ex eo nascũtur adulterini sunt, & quasi ex damnato concubitu procedentes. Talis est eleemosyna, quam luxuriosus virgini elargitur, vt viam luxuriæ sibi faciat; ieiuniũ, quod ieiunat auarus, ne expendat, concursus ad Ecclesiam, quem sensualis agit, vt videat in ea mulierem, quam domi videre non potuit. Huiusmodi erant Philosophorum insignia opera, in quorum mente egregiè considerat Augustinus inanem gloriam, tanquam finem intentum, tanquam adulterinum patrem, qui rationi, & menti nequaquam legitimè maritatur, talia bona opera generantem: talia erant etiã opera hypocritarum, & talia itidẽ sunt eorum omnium, qui appetitu, & desiderio gloriæ, & laudis suæ bonum operãtur; non enim ex huiusmodi operibus coronaberis, vt supra expositum. Hãcque doctrinã Christum Dominum indicare voluisse, optimè tradit Ambros. expendens, aptè Dominum per Matth. non dixisse, *Beatos pauperes* absolutè, sed addidisse, *Spiritu*, id est, mentis affectu, & intentione, qui scilicet ex bona mentis intentione, & legitimi finis desiderio pauperes efficiuntur, esse namque pauperem absolutè, parum prodest nisi ex huiusmodi patre legitimo oriatur. Annotandumque est hanc vocem *Spiritu*, in sequentibus Beatitudinibus subintelligendam, vt dicas: *Beati mites spiritu, beati misericordes spiritu, &c.* parum enim proficit mititas, misericordia, lacrymæ, & cæterorum quodtuis, nisi rectus cordis affectus statuatur, & supponatur.

a1 *de Ciu. c.16.*

Libro 3. in Luc. cap. de form. Dom. & Beat. Matth. 5.

§. 57. *Cordis affectum pensat Deus, vt mercedem reddat: ideo solam bonam voluntatem expresserunt Angeli promittentes pacem.*

¶360. HÆc explicantur ex concordi Sanctorum Patrum doctrina, asserentium Deum adeò intentum ad cordis nostri intentionem, & affectum, vt cum benè operamur non opus ipsum quod fit, sed affectionem, & intentionem attendat. Non de patrimonio, sed de animo opus examinat, inquit Diuus Cyprianus *a*. Non opus magnitudine metitur, inquit Chrysostomus, *b* sed proposito. Non quantum detur, sed quantum resideat, expenditur, ait Ambrosius *c*, nec quid retribuas, sed quantum deuotione conferas æstimãdum. Non annotat facultatem, sed coronat voluntatem, inquit Augustinus *d*. Non pensat censum, sed affectum, nec attendit quantum, sed ex quanto, inquit Diuus Gregorius *e*. Hancque reputo summam Dei erga nos misericordiam, quod non offerimus, & facimus, sed voluntatem, & affectum, quo facimus appendit. Si enim tantum expenderet quæ facimus, parua, & exigua illa sunt, & multi sunt, qui nec illa possunt impendere; infirmus namque non potest ieiunare: pauper non habet vnde eleemosynam largiatur: occupatus secularibus negotijs, non potest multò, longoque tempore diuinis intendere. Expendit propterea mẽtis affectum, qui in quocumque potest esse magnus: quamuis enim dicere possis, te non valere grandes eleemosynas facere, nõ poteris dicere, te nõ posse desiderare omnium pauperum necessitatibus subuenire, quamuis nõ sit occasio patiendi martyrium pro Christi fide, occasionem tamen habes, quotidie desiderandi vitam tuam pro Christo exponere, sanguinemque pro illo fundere, &c. Huius ratio duplex est. Prima desumitur ex his, quæ diximus supra, Deum non egere rebus, aut obsequijs nostris. Reges, & principes terræ indigni sunt, & egent rebus, ac seruitijs sibi oblatis, vel datis: ideò non contenti sunt, si exigua, ac penè nulla eis offerantur, quantumcumque grandia desideria, & intentiones exhibeas. Nec enim rex sibi satisfactum reputabit, & gratissimum habebit obsequium, si paralyticus aliquis exoptat, se magnoperè optare illi seruire in bello, & regnorum suorum ditionem valde dilatare: sed tantò magis gratũ habet seruitium, quantò opus præstitum maius

a *Li. de op. & eleemosyn.*
b *Ho. 7. de pœn. ad fi.*
c *Li. de viduis.*
d *Ser. 220. de temp.*
e *Homil. 5. in Euang.*

maius excellentiusque fuerit. Deus autem nullius eget, nec aliquid expoſcit, quaſi alicuius rei vel obſequij noſtri indigeat: quod quærit eſt cor tuum, & te ipſum: vnde quanto magis de te ipſo, & de corde tuo tradideris, & obtuleris ei, tantò gratius habebit ſeruitiũ. Tantò autem magis de corde tuo illi offers, quantò maiori cordis affectu, & deſiderio obſequi ipſi intendis, & eius gloriam promouere optas. Secunda ratio, quam expendit Chryſoſtomus, deſumitur ex bonitate Dei. Pronior ſiquidem eſt Deus ad miſerendum, & præmiandum, quam ad iraſcendum, & puniendum, vt omnes ſacræ Scripturæ clamant. Ad puniendum autem non tam expendit opus malum, quam intentionem, & affectum prauum cordis. Quod adeò verum eſt, vt ipſum cordis deſiderium pro opere reputet, & ducat. Vnde nos admonuit dicẽs: *Ego autem dico vobis, quia omnis, qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo*, id eſt, in conſpectu meo. Deus enim intuetur cor; idcircò continuò ſubdidit; *Quod ſi oculus tuus ſcandalizat te, erue eum, & proïce abs te.* Quibus verbis quantum exiſtimo, hoc in loco id ſingulariter voluit admonere, ſolicita cura debere mentis tuæ affectus, & deſideria infrænare. Quamuis autem ad hoc inſtitutum multa poſſemus ex Scriptura ſacra inducere, tantùm annoto nunc locum illum Eſaiæ, quo Deus quoſdam peccatores puniendos perhibet; & poſtquam ſe certiſſimè hoc perfecturum expoſuit, volens quantitatem inferendæ pœnæ declarare: *Remetiar*, inquit, *opus eorum primum in ſinu eorum*. In Hebræo verbum *Madad*, quod ſignificat metire, aut menſurare, ſicut, & *Middad*, à quo nomen *Midah*, quod menſuram ſignificat, quam vocem hiſpanus antiquus ſermo ab Hebræo mutatus eſt, ſicut, & alia, qui menſuram vocat, *mida*, Omnia autem verba expende, *Remetiar*, inquit, *opus eorum primum*. Nequaquam Deus pœnam infert pro libito, & voluntate, qui neminem vult punire, nec perire: ſed *primum*, ante omnia, remetitur peccatum: nec enim vult reddere maiorem pœnam

¶ 361. *Homil. 27. in Geneſ.*

Mat. 5. 28.

Eſa. 65. 7. *Brix. to. 1. fol. 359.* מדד

quàm fuerit culpa: idcircò opus malum non ſolum metitur, ſed remetitur, expendens quantitatem malitiæ eius. Sed quomodo? Num metietur opus ipſum in ſe ipſo? Nequaquam; ſed *In ſinu*, inquit, *eorum*, aut in corde eorum. Conſiderat enim malitiam operis, non ex ipſo opere in ſe, ſed ex affectu, & prauitate cordis, quod nomine ſinus intellexit: quanta enim fuerit cordis prauitas, tanta erit pœna. Vnde quãplures peccatores, qui minora peccata egerunt, maiori pœna mulctabit, quoniam etiamſi illorum peccata ſint minora in ſe, erunt maiora ſecundum prauum cordis affectum. Et idcircò admonuit Beatus Gregorius ſæpè in ſcriptura quibuſdam peccatis, quæ leuia aut nulla videntur, grandes pœnas illatas: quia Deus de peccatis iudicat, non tam attendens opera, quæ videntur, quam affectum internum, & abſconditum cordis. Si igitur pronior eſt Deus ad præmiandum, quam ad puniendum: & ad offenſas contra ſe commiſſas puniendas, non tã opera externa, quam internum, & abſconditũ cordis affectum videt, & conſiderat, & iuxta illud reddit: conuenientius videbatur, vt ad præmiandum obſequia ſibi exhibita, non ex ſe ipſis, ſed ex interno, abſconditoque affectu cordis penſaret, ne poſſit aliquis dicere; ſicuti antiquitus quidam blaſphemando conquerebantur *a*: *Non eſt æqua via Domini*. Hanc doctrinam demonſtrat Sãctus Auguſtinus, ſæpiſsimè *b* expendens, illud, quod multitudo militiæ cœleſtis naſcẽte Domino cecinit *c*: *In terra pax hominibus bonæ voluntatis*. Non dixerunt, Pax regibus; quid enim facerent populares? non nobilibus: quid facerent ignobiles? non diuitibus: quid facerent pauperes? non bene valentibus: quid facerent infirmi? ſed hominibus bonæ voluntatis: nam etſi non omnes poſſint eſſe reges, aut nobiles, aut diuites, aut conſtanti ſalute: omnes tamen poſſunt bonam voluntatem habere. Imò neque dixerunt: Pax pauperibus, eleemoſynarum largitoribus, orantibus, flentibus: ſed hominibus bonæ voluntatis: hanc enim Deus expoſcit, & conſiderat, ſine qua nulli pacem, quæ omnia bona complectitur,

1. *p. Paſtoral. c. 4.*

¶ 362.

a *Ezech. 18. 25.*
b *14. de ciu. c. 8. & Lib. 50. homil. hom. 8. & in Pſ. 125. & ſerm. 63 & 220. de temp.*
c *Luc. 2. 14.*

promittit. Vnde quantumcunque omnia habeas, si hanc non teneas, nihil te habere crede: si alijs careas, & hanc habeas, pacem tibi repromissam agnosce; & quantum de bona habueris voluntate, tantum de cœlesti præmio reportabis. Dictum est enim; Pax hominibus bonæ voluntatis. Quam paruo constat regnum cœlorum, inquit Augustinus, quam vili pretio tanta possessio proponitur? Proponitur enim in terra, quod possideas in cœlo: proponitur in tempore, quod possideas in æternum. Non potes dicere; Non habeo vnde emere possim; quia tanta est illa possessio, quod pretium congruum inuenire non possim, &c. Hanc explicationem prosequens Diuus Augustinus considerat multo plura dedisse Zachæum, quàm viduam: ille enim *a erat diues*, hæc *b pauperula*: Ille dedit omnia quæ habebat; sed si namque, inquit Augustin. *c*, audias illum dicentem *d*: *Domine dimidium bonorum meorum do pauperibus*, ne credas non totum dedisse, aliud enim dimidium non sibi reseruauit; sed vt haberet vnde debita solueret: dedit autem vidua duo tantum æra minuta; nihilominus tantum dedit hæc, quantum ille in conspectu Dei: minores enim facultates illa ferebat, sed parem voluntatem habebat: misit duo æra minuta de tanta voluntate, de quanta Zachæus dimidium patrimonij sui. Si attendas quod dederunt, diuersa inuenies: si attendas vnde dederunt, paria inuenies. Quicquid habuit illa dedit, & quod habuit, dedit ille; si terrebat te pretium, quod dedit Zachæus; consoletur te hoc pretium, quod dedit vidua. Quod si dicas: Ipsa etiam vidua pauperior sum, nec habeo duo æra minuta: ne desperes: valet, & vilius. Quidnam vilius? *Calix aquæ frigidæ*, non enim sine causa, inquit Augustinus addidit: Calicem aquæ frigidæ, vt pauperem offenderet, ne quis vel inde causetur, quod lignum non habuerit, vnde caleface-ret aquam. Calicem, inquit, aquæ frigidæ qui dederit vni ex minimis, non perdet mercedem suam. Quid si nec hoc habet? Securus sit: audi clamantes angelos: *In terra pax hominibus bonæ voluntatis*. Vilior est sola bona voluntas: sed verius ipsa est omnibus charior, & totum habet qui bonam voluntatem habet: quia in dimidio rerum suarum Zachæus, si bonam voluntatem non haberet, nihil dedisset. Ita Augustinus. Eodem modo locum intellexerunt Hieronymus *e*, Ambrosius *f*, Gregorius *g*, & Bernardus *h*.

a *Luc.* 19. 2.
b *Luc.* 12. 2
c *In Ps.* 125
d *Luc.* 19. 8
Luc. 21.
Matt. 10. 42.
In Ps. 125.

e *Ep.* 29 *ad Theod.*
f *Serm.* 14.
g *Hom.* 5. *in Euang.*
h *Ser.* 1. *de B. Andr.* & *Ser.* 13. *in Cant.*

§. 58. *Vidua mittens duo minuta, plus omnibus misit in oculis Dei, qui in sacrificio Noe cordis affectum habuit gratum.*

IN eiusdem confirmationem credunt Sancti Patres, Cyprianus *i*, Ambrosius *k*, Chrysostomus *l*, Cyrillus Alexandrinus *m*, Augustinus *n*, & Rupertus *o*, tam serio, & tam ex professo Christum Dominum viduam pauperculam commendandam assumpsisse, quam Ambrosius magnam fœminam, Cyprianus multum beatam, & gloriosam mulierem: quæ etiam ante diem iudicij meruit iudicis voce laudari: Chrysostomus *p*, mulierem, grandem habentem philosophiam, vocant. Idcircò duo sancti Euangelistæ peculiaribus circumstantijs rem totam referunt. *Iesus*, inquit Marcus *q*, *sedens contra gazophylacium, aspiciebat, quomodo turba intraret in gazophylacium*. Gazophylacium nomen est ex duplici voce compositum, vna Persica, & altera Græca. Gaza enim Persicum est nomē, quod significat thesaurum, seu pecuniam, aut quoduis diuitiarum genus: Phylattei in verò Græcum est verbum quod significat seruare: inde locus, vbi thesauri cōdebantur, & seruabantur, gazopylacium dictus fuit. Erat autem in templo duplex gazophylacium, vnum, in quo seruabantur donaria ex fructibus, vestibus, rebusve pretiosis, eratque aula quædam grandis, in qua hæc reponebantur, de quo Scriptura sacra in libris Esdræ, & qui de templi partibus agunt exponentes illius fabricā: aliud, quo seruabantur pecuniæ, quæ mittebantur ad munera De, iteratque arca grādis, de qua Scriptura agit in li-

¶ 363.
i *Lib. de opere, & eleemosyn.*
k *Lib. de Viduis.*
l *Hom.* 32. *ad Heb.* & 55. *in Gen.* & 7. *de pœn. ad fi.* & *Hemil. quod nemo laditur*, &c.
m *Li.* 9. *de adorat.*
n *in Psal.* 125. & *li.* 50. *hemil. hom.* 8. & 13.
o *In c.* 25. *Exod.*
p *Hom.* 19. *in* 2. *a Corint. in Morali.*
q *Mar.* 12. 42. 2. *Esd.* 10 37. 38.

4. *Reg.* 12. 9.10. in libris Regum. Hæc posita erat in porticu, seu atrio templi, cui omnibus patebat aditus, Leuitis, & secularibus, viris, & fœminis: vnde solus ille locus aliquando gazophylacium vocabatur, *Ioan.*8.20. de quo Ioannes loquitur, dicens: *Hæc verba locutus est Iesus in gazophylacio, docens in templo.* Hoc ergo in loco Christus Dominus sedit è regione ipsius arcæ, vbi pecuniæ in Dei munera mittebantur, conspiciens turbam omnem iactantem munera, tanquam legitimus iudex iudicaturus, & indicaturus nobis, quisnam maius donum iuxta Dei æstimationem mitteret. Id enim nobis necessarium erat nescire. *Et multi diuites iactabant multa.* Expende legitimè verba. Nec enim vult dicere, venisse multos, qui omnes simul multa iactarunt: sed venisse multos, quorum vnusquisque *Multa*, id est, grandem pecuniarum copiam mittebat: quod ideò dictum ego credo, quia non vnius generis pecunias, sed & multiplices vnusquisque eorum mittebat, ex auro videlicet, & argento. *Cùm venisset autem vidua vna pauper, misit duo minuta, quod est quadrans.* Infimam monetam quadrantis nomine solebant Hebræi exprimere: est enim minima pars assis. Ita communi locu- *Mat.*5.26. tione Christus dicere solitus fuit: *Non* *Luc.*12.59. *exies inde, donec reddas nouissimum quadrantem*: quod Lucas expressius posuit: *Donec reddas nouissimum minutum*: Quod Matthæus dixit Quadrantem, Lucas vocat Minutum, non quod quadrans, & minutum idem sint penitus, cùm potius duo minuta vnum quadrantem efficiant, vt Marcus indicat, ¶ 364. dicens: *Misit duo minuta: quod est quadrans*: sed quia communi æstimatione minima moneta iudicabitur quadrans, eratque sicut apud nos *Denarius*, qui minima pars dragmæ dicitur, quamuis apud pauperrimas personas in duas particulas diuidatur, quas communiter vocamus *blancas*. Itaque nostro vulgari loquendi more dicere voluit *Luc.*21. 1.2. Euangelista: *Hecho dos blancas, qui hazen vn dinero*. Sanctus Lucas contrapositionem quandam exposuit, dicens: *Vidit eos, qui mittebant munera sua in gazophylacium diuites: vidit autem, & quandam viduam pauperculam mittentem æra minuta duo*. Omnes Christus vidit, in omnes illos suos oculos coniecit, expendens quantum quisque coram Deo offerret. Ex vna vidit multos diuites, quorum quiuis multa mittebat; ex alia vidit vnam viduam pauperculam, id est, in summo paupertatis, mittentem solum æra minuta duo, aut quadrantem: summum ex vna videtur constituisse, & infimum ex alia; ex illa multos, ex ista vnam; ex illa diuites, ex ista pauperculam; ex illa mittentes multa, ex ista mittentem vnicum quadrantem. Vidit iudex, qui iudicat non secundùm visionem oculorum, sed secundùm rectam illius veræ iustitiæ, & sanctitatis rationem, qua talis est apud Deum, & sententiam prolaturus, *conuocat discipulos suos*, illos, quos magistros Ecclesiæ suæ instituebat, qui apti erant, quibus mysteria Regni Dei exponerentur, qui fideles suos erant instructuri. Non iam amplius expectat videns, qui quod videndum erat, iam conspexit; discipulos suos aduocauit: *Amen*, inquit, *dico vobis, quoniam vidua hæc pauper plus omnibus misit, qui miserunt in gazophylacium*. Omnia verba expende. Rem grandem dicturus erat, & præter hominum opinionem, imò contra id quod oculis suis Apostoli conspexisse visi sunt, idcircò, præmissa sui iuramenti nota, Amen, inquit, dico vobis, quod hæc pauper plus omnibus misit. Hæc vna, illi multis; hæc pauper, illi diuites; hæc vnum quadrantem, illi multas auri, & argenti dragmas: nihilominus plus omnibus misit. Quomodo hoc verum esse potest? Quia iudicabat Dominus non secùndùm visionem oculorum, & eo modo, quo homines iudicant tantùm ea, quæ apparent: sed secundum diuinum morem, quo iudicat Deus, secundum id, quod in corde intuetur. Non de patrimonio, inquit Cyprianus *a*, opus examinans, non quantum, sed ex quanto dixit: *Plus omnibus misit.* Ex tota anima sua dedit, inquit Chrysostomus *b*: vt hinc discant omnes, inquit Ambrosius *c*, munerum suorum valorem metiri; non ex quantitate doni, sed ex quantitate voluntatis, & affectus animi.

a Lib. de op. & eleem. *b* Hom. 7. de pœn. ad fin. *c* Lib. de viduis. ¶ 365.

nimi'. Iuxta hanc doctrinam expendit
Hom.27. in Gen. Chrysostomus sacrificium Noe: egressus namque ex arca, nullo exterius excitante, sed interna animi sui gratitudine impellente, sacrificium offerre voluit: ita enim quiuis agere debet, de-
Gen.8. 10. 21. grandibus periculis liberatus. *Ædificauit itaque Noe altare Domino, & accepit de omnibus pecoribus mundis, & de omnibus volatilibus mundis, & obtulit holocaustũ super altare.* Vide inquit Chrysostomus, quanto studio operatur omnia: neque enim amplo opus habebat ædificio, neq; templo, neque domo admirabili, neque alio quopiam; sciebat enim, sciebat certè, quod mẽtem solam requirat Dominus. Et extructo tumultuaria opera altari, cùm accepisset ex iumentis mundis, & auibus mũdis, holocaustum obtulit, suæque voluntatis gratitudinem quanta potuit facultate ostendit. Quam approbans misericors Deus, & voluntatem coronauit, & iterum suam liberalitatem erga illum declarauit. Dicebat enim Scriptura: Et *odoratus est Dominus odorem fragrãtia.* Vide quomodo animus offerentis, fumum & nidorem, & omnem, quæ inde nascitur suauitatem, multa fragrãtia impleuit. Ecce quid Dominus de illo sacrificio suscepit. Nõ odoratus est, nec æstimauit animalia, nec aues, nec aliquid, quod oblatum fuerat propter se ipsa: sed quia in eis odorabatur, quod sibi fragrãtissimum erat, internum scilicet animi affectum illius viri iusti. Ex quibus postea infert Chrysosto. subdens: Igitur vbique studeamus mentem afferre incorruptam: ista est enim causa omnium bonorum: bonus siquidẽ Dominus non consueuit attendere ad ea, quæ à nobis fiunt; sed ad interiorem mẽtẽ, à qua vt hæc faciamus impellimur: & ad hanc spectãs, vel approbat ea quæ à nobis sunt, vel auersatur. Itaque siue precemur, siue ieiunemus, siue eleemosynam faciamus (illæ enim sunt spirituales nostræ hostiæ) siue aliud spirituale quoddam opus facimus: hoc faciamus bona mente incitati, vt & laborib. dignam referamus coronã. Fieri enim solet ob magnam Dei misericordiam, vt opere nondum completo coronam quis accipiat à sola pia mente. Et vt hoc discas, aduerte obsecro hoc in eleemosyna. Nam si quando vides iacentem in foro, & extrema inopia detentum, & condoles mente in cœlum sublata, quæ gratias agat Domino, tum propter ea quæ tibi concessa sunt, tum propter inopis patientiam: etiam si non possis explere, & soluere illius famem, propter mentem piam, consummatam recipies mercedẽ. Et ea de causa Dominus quo- ¶ 366.
que dicebat: *Si quis potauerit calicem aquæ frigidæ vnum in nomine discipuli, Amen dico vobis, non perdet mercedem suam:* Nunquid poculo aquæ frigidæ tenuius? sed animus pius mercedem sibi inde conciliat, &c. Et alibi idem Chry- *Hom.7. de pœn.ad fi.*
sostomus postquam multa expenderat: Da, inquit, indigenti, & tribulato comparere. Si verò hæc minus habueris, vel suspirium si profers, omne tribuisti. Nam & insomnis oculus (id est Dei, qui non dormitat, neque dormit) te vidit, quod habueras dedisse. Hinc Diuus Gregor. illam excellentissimam, valideque proficuam tradit doctrinã, omnes *Hom.5. in Euang.*
homines quantumcunque inopes, pauperes, debiles, infirmos, & omnium externorum bonorum expertes, multa posse Deo offerre, nõ minus ipsi grata, & accepta, quàm quæ potentes, diuites, validique offerre possunt. Non enim tam Deus exoptat dona ex arca diuitiarum, quàm ex arca cordis: *& ante Dei oculos, nunquam est vacua manus à munere, si furit arca cordis repleta voluntate.* Hinc etenim Psalmista dicit: *In me sunt Deus vota tua, quæ reddam laudationes tibi.* *Psal.55.*
Ac si apertè dicat: Etsi exterius munera offerenda nõ habeo, intra memetipsum tã inuenio, quod in ara tuæ laudis impono: quia qui nostra datione nõ pasceris, oblatione cordis melius placaris; *nihil quippe offertur diuinius voluntate bona.* Ita Gregor. Ex his intelliges; qũo quæ sacro Quadragesimæ tempore agẽda constituis, Deo debeas offerre, cum grandi scil. animi affectu, & intensa voluntate. Attende nunc misericordiæ operibus, & si non habes pecunias, quas ex loculis trahas, defer to effectũ charitatis erga pauperem propter Deum, desiderans illi subuenire. Si non potes propter debilitatẽ ieiunia in pane, & aqua ducere, ieiuniũ com-

communegrandi cùm voluntate Deo offerto in peccatorum tuorum satisfactionem, cupiens acerrimam vindictam de te ipso sumere. Si non potes omnibus sacris officijs intereſſe corpore, cura intereſſe deſiderio, & voluntate: hanc quotidiè Deo offerto: quam qui videt in occulto, reddet iuxta omnem illius affectum. Videndus eſt B. Chryſoſtomus, expendens quandam Apoſtoli ſententiam, quam ipſe *Omni ſermone ſublimiorem ſapientiam*, vocat. Cum hortatus fuiſſet Apoſtolus Corinthios, vt prompto, pleneque animo, & corde, ac voluntate iuxta proprias vires, eleemoſynas in ſubſidium pauperum, qui erant in Ieruſalem, facerent, ne qui exiguas habebant facultates à faciendo quod poterant, ſe continerent, ſubdidit: *Si enim voluntas prompta eſt, ſecundum id, quod habet accepta eſt, non ſecundum id, quod non habet*. Supponēda eſt voluntas ad eleemoſynam, nam hæc in tantum erit accepta, in quantum voluntas fuerit prompta. Vnde quamuis aliquis re ipſa non multum tribuat, quia parum habet facultatis, habeat tamen multum promptæ voluntatis, ſecundum illam erit opus eius acceptum.

Ho. 17. in 2. ad Cor.

2. Cor. 8. 12

§. 59. *Dauid reſtituendum ſibi dixit iuxta operis ſui quantitatem, in conſpectu oculorum Dei, qui affectum pro opere reputauit in Abraham, Petro, Apoſtolis, cæteriſque iuſtis.*

¶ 367. QVæ nunc Chriſtus Dominus tradit, iam Dauid ab ipſo Deo edoctus ante ipſius aduentum opere complebat, qui bonum opus facturus, prius ſe ipſum emundabat, & quaſi vngens caput ſuum, & faciem ſuam lauans, non hominibus, ſed tantum cœleſti patri ſe videndum exponebat: à quo ſperabat ſibi reddendum non iuxta operis quantitatem, ſed iuxtà menſuram voluntatis, & affectionis cordis. *Ero*, inquit, *immaculatus cum eo, & obſeruabo me ab iniquitate mea*. Ecce primum omnium, quod ſupponendum eſt, ad reportandum æternæ mercedis præmium, eſſe immaculatum coram Deo, habere conſcientiam mundam ob omni inquinamento lethalis culpæ, qua exiſtente nullum poteſt æternæ beatitudinis præmium ſtare, vt ſupra dictum eſt. Ideò, inquit Dauid, Hoc primum curabo, quod *Ero immaculatus cum eo*, id eſt, in conſpectu eius. Annotauit Apoſtolus immenſam Dei erga nos miſericordiam, qui elegit nos in Chriſto *ante mundi conſtitutionem, vt eſſemus ſancti, & immaculati in conſpectu eius in charitate*. Antequam Deus mundum crearet, & abyſſos conſtitueret, & fontes libraret, cœlos extenderet, *ante mundi conſtitutionem*, aut vt quidam Græci authores legunt; *antequam primum lapidem iaceret*, vt alludere viſus ſit Apoſtolus ad illud, quod Deus dixit ad Iob: *vbi eras, quando ponebam fundamenta terræ, &c. Quis demiſit lapidem angularem eius?* iam ante hæc omnia Deus ex ſua mera gratia te elegerat, & oculos ſuos in te coniecerat, & dilexerat; qui propterea dixit: *Charitate perpetua dilexi te*. Et ad quid nos elegit? num vt eſſemus diuites, potentes abundantes temporalibus bonis, delitijs, voluptatibus? Nequaquam, ſed vt *eſſemus ſancti, & immaculati in conſpectu eius in charitate*. Habet intra ſe cœleſtis pater quidnam perpetuò gratiſſimè conſpiciat, cuius viſione beatus eſt, filium videlicet ſuum, erga quem perpetuò intellectus ſui oculos habet intentos, à quo gratiſſimo etiam intuitu conſpicitur: voluit nihilominus habere extra ſe filios, quos etiam gratiſsimè conſpiceret, in quos oculos ſuos conuerteret. Idcircò elegit nos, vt eſſemus ſancti, & immaculati in conſpectu eius. *Mundi ſunt illius oculi, nec valent ad iniquitatem reſpicere, ſed oculi eius ſuper iuſtos*, quos gratiſſimè conſpiciendos aſſumit. *Firmabo*, inquit ad Dauid in perſona viri iuſti, & ſancti, *ſuper te oculos meos*. Nullus agricola vineam ſuam florentem tam gratè reſpicit, ſicut Deus animam iuſti virtutum floribus fragrantem, de qua dicit: *Vinea mea coram me eſt*

Pſ. 17. 26.

ad Eph. 1. 4.

Iob 38. 4.

Ier. 31. 3.

Heb. 1. 13.

Pſ. 31. 8.

Can. 8. 12. ¶ 368.

semper. Non tamen quomodocunq; vult nos immaculatos; sed *In conspectu eius in charitate*; non vult nos tenere hypocritarum sanctitatem, quæ talis reputatur in cõspectu hominum: sed veram, quæ talis est in conspectu eius. [*Et in charitate*, id est, per charitatem, ita vt nos ad ipsum mutuo contuitu simus conuersi. Est charitas virtus Theologica, quæ nos apertè erga Deum tanquam erga vltimum finẽ disponit nosque facit erga ipsum ita intentos, vt nihil diligamus, nisi Deum, aut propter Deum. Nos ergo conuersos ad se ipsum voluit per charitatem, vtque id agamus, quod diligamus Deum, quoniam ipse prior dilexit nos. Hoc ergo Dauid iam de seipso prædixit. *Ex ero*, inquit, *immaculatus cum eo*, liber à culpa, & charitate erga illum rectè ipso per gratiam suam auxiliante dispositus. *Et obseruabo me ab iniquitate mea.* Augustinus videtur intelligere de adulterio, & homicidio commisso, quod iniquitatem suam vocare solitus fuit, vt cùm dixit: *Iniquitatem meam ego cognosco*, &, *dele iniquitatem meam.* Quasi dicat: Non ero *quasi canis reuersus ad vomitum*; sed attenta consideratione omnes occasiones auferam, & quicquid ad simile peccatum potest trahere, vitabo. Alij de quouis peccato intelligunt: quasi dicat: Curabo me ab omni iniquitate seruare mundum, quam suam vocat, quia iniquitas, nostra est propria, & in nos redundat, non in Deum. Aliqui credunt iniquitatem vocari fomitem, quem Apostolus vocat *Peccatum carnis*, non quòd peccatum sit; sed quia, vt Concilium Tridentinum explicat, ex peccato oritur, & ad peccatum perpetuò inclinat, & impellit. *Obseruabo*, inquit, *me*. Obseruare in Scriptura sacra est attentissima solicitudine, solicitissima cura, omnibus oculis vndique rem aliquam expendere, aut in eã intendere: quomodo dixit idem Dauid: *Si iniquitates obseruaueris Domine, Domine quis sustinebit?* & de Christo Domino dicunt Euangelistæ, quod Pharisæi *Obseruabant eum*. Obseruabo me, id est, summa cura ero intentus ad omnes carnis meæ motus, qui excitari possunt, vndiquè attentus ero: oculis, ne vltra videant lauantem Bethsabee, aut aliquid quod possint iniustè concupiscere; ori, ne loquatur verbum aliquod inordinatum, nec ad vocandam mulierem aperiatur; auribus, ne audiant detrahentem; cordi, ne appetat illicita, &c. Et benè postquam dixit se immaculatum futurum, subdidit, se grandi cura obseruaturum; qui enim non talem habet sui curam, nec perpetua solicitudine sibimet ipsi inuigilat, non potest se immaculatum custodire. Quomodo immaculatus erit, non curans quid loquaris, quid audias, quid videas; Quomodo, qui non attendis cordis tui affectibus, nec oculis, quos vagantes dimittis? Certè qui inter ardentes prunas incedit, impossibile est non comburi, si non attentè perpetuò considerat, vbinam pedem figat, & qui inter carbones ambulat, non cuadet maculam, si non perpetuò sibi sit intentus. Ecce ergo hominem, qualem Christus expoſcit, vnctum capite, & lota facie. Nam in eo quod dixit; *Obseruabo me ab iniquitate mea*, caput vngendum, id est, sensum, & mentem suam acuendam indicat: & in eo quod dicit: *Ero immaculatus cum eo*, loturum suam faciem proponit. Quid restat? Se videndum patri cœlesti exponere, vt recipiat iuxta id, quod ille viderit in abscondito. Hoc propterea Dauid egregiè declarat subdens: *Et retribuet mihi Dominus secundum iustitiam meam, & secundum puritatem manuum mearum in conspectu oculorum eius.* Retribuet quidem secundum iustitiam meam, & puritatem manuum mearum, de quo dictum est, & quo loquente audiui: *Tu reddes vnicuique iuxta opera sua*: non tamen secundum mensuram iustitiæ, aut operum bonorum in se ipsis, sed secundum mensuram puritatis in conspectu oculorum eius: non iuxta id quod homines vident, inquit Augustinus, sed iuxta id quod Deus videt. Quidnam Deus videt? Quidnam est in conspectu oculorum eius? [a], *Scrutans renes, & corda Dominus* [b], *Dominus intuetur cor*: iuxta affectum cordis, qui in conspectu eius patet, & est manifestus,

In Ps. 17.

Psal. 50. 2. & 5. Prou. 26. 11. & 2. Pet. 2. 22.

Iansen. in Psal. 17. ad hõ 8. 3. Sect. 3. Can.

Ps. 129. 3.

Marc. 3. 2. & Luc. 6. 7 & 14. 1.

¶ 369.

Ps. 51. 13.

In Ps. 17.

[a] *Apoc. 2. 23. & Ier. 17. 10.*

[b] *1. Reg. 16. 7.*

stus, quemque ipse attendit, & respicit. Si tantùm Deus retribueret iuxta operum quantitatem, hei me miserum, parum enim ego offerre possum: nam *a*, *Pauperes facti sumus nimis*, & *b*, *pauper sum ego à iuuentute mea*, & *c*, *substantia mea tanquam nihilum ante eum*, & *vniuersa vanitas omnis homo viuens*. Non iuxta id quòd offero, sed iuxta affectũ cordis, & desiderium voluntatis retribuet *desiderium enim pauperum exaudiuit Dominus*. Exigua offero in re, magna in desiderio, & intentione. Qui semel tantùm possum ieiunare, opto quotidie pro illius gloria ieiunare, & qui septies tantùm oro, cupio perpetuò coram ipso stare orando; iuxta hunc affectum mihi retribuet. Hocque tibi intelligendum Christus docet. Vnde si pauperi re ipsa das nummum, quia amplius non subest, quod possis dare, corde tamen das mille aureos, quos verè dares si haberes, & hoc per cordis affectum Deo manifestas: non ab eo recipies iuxta mensuram nũmi, sed millium aureorum. Si ieiunas vnica die in hebdomada, quia non amplius per salutem licet, offers tamen Deo verum ac purum desiderium ieiunandi toto vitæ tempore, sicut sancta Iudith faciebat, tali affectu id agere poteris, vt tantum tibi retribuat præmium, ac si toto vitæ tempore ieiunares. Quo pacto id agere poteris, quod de viro iusto scriptum est: *Consummatus in breui expleuit tempora multa*. Quamuis enim in breui non possit quis opere ipso multa exhibere, potest tamen mentis desiderio, & affectu, illa coram Deo, & in eius conspectu dare, qui voluntatem pro opere reputat, vt egregiè ad hoc institutum B. Chrysost. *d*, prosequitur. Hinc B. Cyprianus *e* ad Presbyteros, & Diaconos suos scribens, iniungit, vt circa corpora omnium fidelium, qui etsi à tyrannis, & eorum ministris torti non fuerunt, in carcere tamen glorioso interitu exciderunt, impertiatur cura, & vigilantia propensior. Neque enim, inquit, virtus eorũ, aut honor minor est, quo minus ipsi inter beatos martyres aggregentur. *Quod in illis enim est, tolerauerunt quicquid tolerare parati, & prompti fuerunt. Qui namque se tormentis, & morti sub oculis Dei obtulit, passus est, quicquid pati voluit*, non enim ipse tormentis, sed tormenta ipsi defuerũt. Ex qua doctrina S. Hieronymus explicat, quomodo verum fuit quod Christus Dominus dixit duobus filijs Zebedæi, Iacobo, & Ioanni: *Calicem quidem meum bibetis*. Calicis nomine, inquit Hieronymus, passionem intellexit, vnde, & ipse Dominus dixit: *Pater si possibile est, transeat à me calix iste*. Quæritur autem, quomodo calicem martyrij Iacobus, & Ioannes biberint, cum scriptura narret Iacobum tantùm Apostolum, ab Herode capite truncatum; Ioannes autem propria morte vitam finierit. Sed attende, quod qui prædicebat, Deus erat, & secundum diuinam phrasim loquebatur, secut dum quam voluntas pro facto reputatur, & Ioannes quidem animo, & voluntate iam calicem bibit, qui in feruentis olei dolium missus, deinde in Pathmos insulam pro Christo relegatus, affectuosissimo mentis, & voluntatis desiderio vitam pro eodem exposuit. Qua simili ratione Diuus Chrysostomus beatos illos iuuenes, quos Nabuchodonosor in ignem mitti præcepit, inter martyres computandos demonstrat: quia etsi nihil corpore passi fuerint, Deo reddente ignis flammas in vẽtum roris flantem, illi tamen iam voluntate, & animo passionem omnem susceperunt. Multa alia scripturæ loca ex hac doctrina explicari possunt; in primis, id quod dixit Deus ad Abraham: *Quia fecisti rem hanc, & non pepercisti vnigenito filio tuo propter me, &c.* Quomodo dicit, Non pepercisti, si re vera Abraham pepercit, & filium ipso Deo iubente intactum reliquit, & nihil illi mali fecit? Quoniam Deus est, qui loquitur, & id tale reputat, quod in conspectu eius fit. Id autem fit in conspectu eius, quod deliberata animi voluntate decernitur, & statuitur. Vnde ita Abrahæ præmium reddidit, ac si opere ipso non pepercisset filio, cui iam volũtate deliberata nequaquam pepercerat. Deinde quod Petrus nomine suo, suorumque condiscipulorum dixit ad Christum: *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te*. Quid dicis Petre? quomodo reliquisti omnia, qui pauciſſima habebas? Nemo relinquit quod non habet, neque enim verè

a *Ps.* 78. 8.
b *Ps.* 87. 16
c *Ps.* 38. 6.
Ps. 10. 16.
Sap. 4. 13.
¶ 370.
d *Hom.* 27. *in Gen.*
e *Epist.* 37.
In c. 20. *Matth.*
Matt. 20. 23.
Matt. 26. 39.
Hom. quod nemo laditur, &c.
Gen. 22. 16.
¶ 371.

dicere ego possum, me relinquere aquilam volantem, quam nunquam tenui, nec relinquere pecunias Crœsi, quas nunquam vidi; tu nunquam habuisti omnia: quomodo dicere potes, te reliquisse omnia? Quia cum illo loquebatur, quem Deum ipse confessus fuerat, qui reddit secundum opera, non in seipsis, sed secundum quod sunt talia in conspectu eius: in conspectu autem illius talia sunt, quæ voluntate, & cordis affectu statuantur. Et verè talis fuit affectus cordis, & animi Petri, & cæterorum Apostolorum, quod sicut reliquerunt Christo pauca quæ habebant; eodem modo reliquissent cætera omnia, si habuissent, imperia, regna, diuitias, &c. Ita B. Gregorius *a*, exposuit, & D. Bernard. *b*. Insuper ex his explicat D. Augustinus *c*, quod Christus dixit, se dicturum in die iudicij, qui à dextris eius erunt *d*: *Venite benedicti patris mei, percipite paratum vobis regnum, &c. Esurivi enim, & dedistis mihi manducare, sitivi, & dedistis mihi potum, hospes eram, & collegistis me, nudus, & cooperuistis me, in carcere, & infirmus, & venistis ad me.* Quis dubitat, multos futuros ex ijs, qui à dextris erunt, qui dum viuerent, nũquam pauerunt pauperes, qui potius semper ex exiguis eleemosynis vixerunt? quique nũquam hospites collegerunt, qui domo, & lecto perpetuò caruerunt: qui nudos non vestierunt, qui potius nec vestes habuerunt, quibus carnes suas operirent: qui infirmos non visitarunt, sed potius perpetuis iufirmitatibus laborantes ab alijs visitati fuerunt. Quomodo ergo eis reddet præmium pro eo, quod nunquam fecerunt? Quia reddet pro opere, non quòd tale est apud homines, sed in conspectu suo. Hoc autem est, quod voluntate, & desiderio fit. Quamuis autem ipsi pauperes extitissent, non opere dantes panem, aut vestem; dederunt tamen voluntate: nam pauperibus compatiebantur propter Christum, & desiderarunt eis omnia necessaria subministrare. Hæc est enim eius erga nos misericordia, quod redditurus est præmium secundum id, quod videt in abscondito cordis nostri. Hinc credo illud explicari posse, quod dixit Sapiens *Iusti in perpetuum viuent, & apud Dominum est merces eorum, & cogitatio eorum apud altissimum.* Quorum verborum planus est sensus, quòd quia iusti tantummodo cogitant, & curant Deo placere, non hominibus: ideò eorum merces est apud Dominum. Hypocritæ non cogitauerunt placere Deo, sed hominibus: ideò eorum merces non est apud Deum, pro quo non laborauerunt, sed apud homines. Aliquid tamen altius etiam significari credo: cogitationis enim nomine intelligit affectum, desiderium, curam. Iusti totum suum desiderium habent faciendi aliquid in Dei obsequium; idcircò merces eorum apud Dominum: *& ideo accipient regnum decoris, & diadema speciei de manu domini.* Regnum decoris, est regnum præclarum, speciosum, elegans: Diadema speciei, est Diadema speciosissimũ. Hoc accipient. Quare? Quia cogitatio eorum apud altissimum. Sola cogitatione, & desiderio egerunt aliquid in Dei obsequium, quod re ipsa exhibere non potuerunt: & ideò accipient regnum decoris eius. Quis vnquam rex cogitationes, & desideria seruorũ suorum in sui obsequium compensauit? aut verò quis vnquam rex regnum suum dedit seruo alicui, pro sola cogitatione, & desiderio obsequendi sibi? Talis est pater cœlestis. Sit ille perpetuò glorificatus. Doctrinam hanc excellenter prosequitur D. Tho. Dubia autem quæ circa illam se possunt offerre, ingeniosissimè, de more suo explicat Caietan. & breuissimè, qui videndus est.

a *Hom. 5. in Euang.*
b *Serm. in Euan. Ecce nos.*
c *Ser. 220. de temp. ad fin.*
d *Matt. 25 25.*
Sap. 5. 16. 17.
1. 2. q. 21. art. 4.
Ibid.

§. 60. Ae-

§. 60. *Rectè Sapiens monuit, dandum altissimo secundum datum eius, & in bono oculo adinuentionem manuum faciendam, quam Sancti facere soliti sunt.*

¶ 372. HVic doctrinæ alludere visus fuit Spiritus Sanctus illis verbis summa expensione dignis: *Da altissimo se-*
Eccl. 35. 12 *cundum datum eius, & in bono oculo adinuentionem facito manuum tuarum, quoniam Dominus retribuens est, & septies tantum reddit tibi.* Mirum est certè, quod talia Deus ab homine exigat; *Da altissimo secundum datum eius.* Hoc enim nec rationi congruum, imò nec possibile videtur, vt Sanctus
Ser. 83. in Cant. Bernardus confiderat. Congruumne est, vt pauper det diuiti secundum datum illius? Congruumne, quod seruus det regi secundum datum eius, & secundum quod ab illo accepit? Certè nemo potest dare quod non habet, neque vltra vires suas. Dei vires, & facultates sunt infinitæ, hominis autem exiguæ, aut nullæ: quomodo ergo dare potero altissimo secundum datum eius? Dedit mihi esse, viuere, & intelligere; num ego illi daturus sum, quod sit, viuat, & intelligat? Dedit mihi cœlestia bona, omnes naturæ facultates excedentia, quibus diues effectus sum: num ego cœlestia bona dabo illi, quibus diuitem efficiam? Quomodo ergo dabo altissimo secundum datum eius? Vide quid subdat: *In bono oculo adinuentionem facito manuum tuarum.* Videtur loqui alludens ad factum Rebeccæ, quæ hœdum tali manuum suarum inuentione condiuit, vt Sancto Isaac videretur non hœdus, sed venatio quædam sapidissima. Aut verò alludit ad agricolam, qui munus exiguum alicui principi offert, vt canistrum pomorum, vel prunorum, illud tamen ita floribus vndique ornat, vt quod in se exiguum est, maximè oculos principis delectet. Certum est *manuum* nomine, opera in scriptura designari, & per *oculum* intelligi interdum animi affectum, & intentionem. Opera omnia, quæ Deo potes offerre, in se ipsis exigua sunt, à minimo namque non potest magnum procedere. Illis igitur adiungito bonum oculum, condimentum facito ex bono oculo; id est, illis adiunge grandem cordis affectum: quamuis enim homo in se minimus sit, corde tamen est quid maximum, & qui opere ipso tantùm potest præstare minima, ac corde, & affectu potest desiderare, & intendere id, quod omnibus modis magnum, & infinitum est. Facis opus in Dei gloriam, vt orationem, hæc quidem in se parua est: sed illi adiunge bonum oculum, grandem mentis intentionem, & affectum, quo infinitam Deo gloriam exhibere intendas, & grande donum obtulisti. Eleemosynam largiris paruam, quia parua tibi subest facultas, ei adiungito intentionem magnam, qua ad Deum conuersus intendas, & desideres omnium pauperum necessitatibus subuenire, & rem magnam Deo præbuisti. Age sicut de Augustino communiter refertur, qui ecstatico illo amore, quo pollebat, dicebat ad Deum: Si tu esses Augustinus, & ego essem Deus, vellem vt tu potius esses Deus, & ego essem Augustinus; Ita in bono oculo inuentionem si facias manibus tuis, dabis altissimo ali- ¶ 373.
quo modo secundum datum eius. Sicut enim ille se dat totum tibi, tu te das totum illi: sicut ille te diligit, ita tu illum diligis: sicut ille propter te operatur, ita tu propter illum operaris, proportione quadam seruata, quam ipsemet Sanctus Bernardus explicat. Quod si dicas; Quomodo Deo
Ser. 83. cit. satisfactum erit, per solam hanc intentionem? Num insipiens est ille, quem per manuum mearum inuentionem possim decipere, sicut præstigiatores decipiunt spectantes se? Num rex aliquis, si illi laterem offeram, aut lutum, æstimare illud poterit tanquam adamantem, ex eo quod ego dico, illud ita me offerre, ac si adamantem offerrem? Ita quidem, *quoniam Dominus retribuens est.* Expende vim horum verborum. Reges terræ non solum sunt retribuentes, & dantes, sed potius recipientes:

nam

nam in seipsis pauperes sunt, & vt dixit Salomon: *Non aliud ipsis regibus, quam pauperibus est nativitatis initium*: & quamuis Iob rex esset, dixit: *Nudus egressus sum de vtero matris meæ*, egent propterea sibi dari, & recipere, qui quæ non recipiunt, nō habent. Vnde Deus volens vt Samuel populo intimaret iura regis, quem postulabat populus, *Sumet*, inquit, *sibi filios vestros filias vestras, &c.* Et commune est regibus, cùm aliquem aduocant, ei primò illa verba intimare, quæ res Achab ad Naboth, quæque eloquentissimè S. expendit Ambrosius: *Da mihi vineam*. Deus autem non est recipiens in se, tanquam alicuius rei indigus, sed retribuens, & dans. Non condidit creaturas, vt reciperet aliquid ab eis, sed potius vt eis daret id totum quod ipsæ habent, & sunt. Est namque Deus plenus, & quærit in quos diuitias plenitudinis suæ effundat: ideò singulariter creauit hominē, cui dedit cor, & animam infinitæ capacitatis, in quem posset abundè profundere bona infinita, quibus redūdat. Idcircò cor quærit dilatatum, amplū, & extensum per desideria, & intentionem, atque affectum: illud enim aptius iudicat ad recipiendum, quod magis dilatatum fuerit. Cor ergo tuum dilata, *aperi os tuum*, inquit Deus, *& implebo illud*. Quanta fuerit cordis tui latitudo, & dilatatio, tanta erit donorum, & retributionis magnitudo: quoniam Dominus retribuēs est, *& septies tantum reddet tibi*, id est, reddet in septuplum: Numerus septenarius etsi determinatus videatur in scriptura, tamen pro indeterminato sumitur, vt cùm dixit Dominus ad Petrum: *Non dico tibi septies, sed septuagies septies*. Reddet tibi non secundum quantitatē operis in se, sed infinitè magis, si talis fuerit animi tui affectus, qui id promeruerit. Intentionem ergo facito in bono oculo manibus tuis. Hanc latro ille fœliciſſimus, diuina sibi illucescente, & fauente gratia fecit, vt Sanctus Augustinus annotauit, quem propterea tradit, meritò à B. Cypriano inter martyres relatum. Affixus fuerat cruci propter ingentia sua facinora, & digna factis recipiens: sed Deo fauente, cœpit cruci, & passioni suæ bonum apponere oculum, intentionem scilicet, & affectum cordis excellentem, offerens Christo mortem, quam patiebatur, & vitam suam, & sensum omnem in eius obsequium conuertens, credens corde, & confitens ore Christi innocentiam, & diuinitatem, desiderans mortem, quam pro peccatis suis patiebatur, pati pro huiusmodi, quam reddebat, confessione: sicque corona martyrij se dignum exhibuit, ac si pro confessione fidei Christi, crucem, mortemque sustineret. Hac similiter inuentione tantum coram Deo promeruit Abraham, per matrimonia multa, quantum alij multi per cœlibatum, vt idem Augustinus *a*, demonstrat. Ex eadem causa Diuus Thomas *b*, ex eiusdem Augustini *c*, sententia, æquiparat matrimonia Abrahæ virginitati excellentissimæ Apostoli Ioannis. In cuius explicationem id considerat Augustinus *d*, quod postea obseruauit Gregorius *e*, maiorem gulam quosdam coram Deo tenere circa leuissima viliſſimaque edulia, quàm alios circa pretiosissimas dapes: sicut prophanus Esau tanta auiditate circa lenticularum scutellam arsit, vt eius gula peior fuerit coram Deo, magisque digna supplicio, quàm multorum gula circa viculos pingues. Et verè credo multos esse, qui in mensa opulenta maius meritum abstinentiæ reportant, quàm alij, qui circa tenuem, & exilem victum, quem consequi possunt, omnes animæ suæ facultates, & mentem profundunt: similiterque multos esse, qui tam grandi deuotionis meritò coram Deo præstant, rebus humanis corpore implicatos, sicut multos longas orationes agentes. Et sæpissimè sine dubio sunt, qui magis placent Deo vnicum persoluentes Rosarium, quàm alij innumeras multiplicantes preces. Hocque singulariter in Abraham Sanctus Augustinus expendit, quòd cum illud excellentissimi fecit apud Deum meriti, quod grandi affectu voluntatis erga Deum, & eius obsequium, & id quod sibi pro Deo agendum offerebatur, præstabat: non enim segniter res aggrediebatur, sed se ipsum, cor suum & vo-

Sap 7.4. *Iob 1.21.* *1. Reg 8. 11.* *Li de Naboth c. 2.* *3. Reg 21.6.* *Ps. 80. 11.* *Matt. 18. 22.* ¶ 374. *Li. 1. de anima, & eius orig. cap. 9. vide Iansen. conc. cap. 143.*

a Li. de bono coniug. c. 21. & 16 de ciu. c. 37
b 2. qu. 152. art. 4. ad 1. & q. 186. art. 4. ad 2.
c Libr. 1. de bono coniugali cit. 37.
d 16. de ciu. c. 37. & 10 confe. c. 31. & ser. 72. ex diuersis.
e 30. Mor. cap. 27.
16. de ciu. cit.

& voluntatem suam plenè Deo tradebat, & toto cordis affectu ei quod agebat in Dei obsequium, erat intentus. Inde Chrysostomus illius effert meritum, grandeque fuisse demonstrat, cum ad Dei mandatum egressus de terra sua, venit in terram Chanaam, & Palæstinorum; tantum enim promeruit, illud breuiter conficiens, ac si totum orbem pro Deo peregrinando lustrasset. Iussus enim fuit egredi de terra sua, *Egressus est nesciens, quo iret*, vt Paulus annotauit; ideoque animo suo ita arripuit iter, ac si ad extremos totius terræ fines, Oceanumque esset profecturus: vnde etsi non opere, voluntate tamen totam terram propter Deum peregrinando lustrauit. Quando tres illos excepit peregrinos, quisnam exponere poterit, quod quantumque sibi meritum compararit? Ita enim illos, quos verè homines puros paupereſque reputabat, ipse diues ac potens, & nobilissimus excepit: ac si ipsissimamet tres Sanctissimæ Trinitatis personas excepisset, tanta humilitate, demissione, prostratione, ac supplicatione vsus, tam grandi diligentia, cura, præparatione inseruiens eis, & volens vt omnes domus suæ personæ illis inseruiendis se traderent. Idcirco, & in hac etiam vita tam grandi fuit affectus præmio. Et verè intelligere possumus hac eadem manuum intentione Dauidem vsum fuisse, qui ipse manibus suis bonum oculum apposuisse professus fuit, dicens: *Pauit eos in innocentia cordis sui, & in intellectibus manuum suarum deduxit eos*. Loquitur de modo, quo populum à Deo sibi commissum regebat, & gubernabat. Quid sibi vult; *In intellectibus manuum suarum?* Nunquid manus intellectum habent? Nec tantum intellectum in singulari, sed in plurali. *In intellectibus manuum suarum?* Hoc fine dubio ideo dictum credo, quia manuum suarum operibus, quæ agebat in populi gubernatione, adiungebat bonum oculum, aut intellectum, non vnum sed multos, id est, multiplicatos mentis suæ affectus erga Deum, & desideria placendi; & quicquid agebat in Dei gloriam, honorem, & obsequium affectuosa voluntatis intentione referebat, cupiens ipsius gloriam summopere promouere, cultum augere, populum Sanctum exhibere. Et, vt semel rem totam finiamus, ad nos ipsos sermonem conuertamus; & hoc suadeo, vt hoc tempore, quod bonis operibus in Dei obsequium agendis singulariter constitutum est, huiusmodi inuentionem facias, bonum oculum manibus tuis inferens, & adiungens. Considera in primis immensam erga nos benignitatem, & misericordiam, & quantum exoptet tibi æternæ Beatitudinis suæ mercedem reddere, qui ad eam reddendam, nudam attendit voluntatem tuam, quando opera præstare non vales, & in ipsis operibus, non opera ipsa in se, sed voluntatem, quam illis adiungis, pensat. Quis autem est, qui plenam benè operandi voluntatem, Deo adiuuante habere non possit? Si rex grandia præmia omnibus regnorum suorum hominibus promitteret pro solo desiderio inseruiendi sibi, & voluntate agendi, quod ipse præcipit: quisnam esset, qui non procuraret sibi grande bonorum præmium comparare? Nequaquam Deus in re impossibili, aut verò valde difficili æternæ beatitudinis præmium constituit; sed in eo quod facilè potes præstare, quodque quietus manens potes perficere. Et circa hoc aptissimè dicere posset quod antiquitus populo suo dixit, & Apostolus aliquo modo ad nostrum institutum expendit? *Mandatum hoc, quod ego præcipio tibi hodie, non supra te est, neque procul positum, nec in cœlo situm, vt possis dicere: Quis noſtrum ad cœlum valet ascendere, vt deferat illud ad nos, & audiamus, & opere compleamus? neque trans mare positum, vt causeris, & dicas: Quis ex nobis poterit transfretare mare, & illud ad nos vsque deferre, vt possimus audire, & facere, quod præceptum est? Sed iuxta te est sermo valde, in ore tuo, & in corde tuo vt facias illum*. Expende illud, *iuxta est sermo valde*, id est, valde est iuxta te, valde, ac summa propinquitate tibi cõiunctum, quod à te exposco: in ore scilicet tuo, & in corde tuo. Quid enim magis iuxta te tibique propinquius quam os tuum, & cor tuum? Inde igitur procedat bonæ intentionis grandis affectus, qui tanquam oculus simplex

Li. 2. de prouident. ad Stagir.

Genes 12. ¶ 375.

Ad Heb. 11 8.

Gen. 18.

¶ 376.

Deut. 30. 11. Rom. 10. 6.

Psal. 77. 72.

plex, & perspicax, adiunctus bonis operibus tuis, illa augeat, & quæ parua sunt, faciat magna, & Deo digna. Si non omnibus diebus ieiunare vales, diebus saltem interpolatis pro virium facultate ieiuna, adiungens cordis affectum, quo ieiunium offeras, cupiens te grandia in Dei obsequium posse ieiunia persoluere. Si non potes nudum vestire, & largas facere eleemosynas, duo æra minuta, quæ potes conferens pauperi, adiungito huic operi bonum oculum feruentissimi desiderij, quo omnes pauperum necessitates propter Deum subleuare concupiscas. Si non vacat longas orationes facere, breue Rosarium persolue, huic orationi adiungens magnum affectum, quo te offeras Deo, optans perpetuò illi vacare. Tunc enim coram Deo grandia reddentur per hanc inuentionem opera tua. Optimè Chrysostomus. Non, inquit, parantur hæc sumptu, non labore, non sudore: sufficit velle, & confecta sunt omnia. Non est opus magnam viam ingredi, neque magnum mare transmittere, sed studium adhibere, & esse prompto, alacrique animo, &c.

Homil. 24. in Epist. ad Hebr. ad fi.

§. 61. *Pilos caprarum recto affectu, & intentione oblatos, pretiosos ducit Deus, sine quo nihili facit aurum, aut gemmas.*

¶ 377. 2 Ho 32. ad Hebr & 7. de pœn. ad fin.

HAc de causa vt annotauit Chrysostomus *a*, Cyrillus Alexandrinus *b*, Rupertus *c*, & Beda *d*, Deus non solùm pretiosa vt aurum, argentum, byssum, lapides pretiosos, sed & vilia, vt oleum, & pilos caprarum, ac pelles arietum, iuxta cuiusque vires sibi offerri mandauit, vt diues non sit contentus si offerat vilia, qui pretiosis abundat, & pauper tristis non sit, si tantum exigua offerat, qui pretiosioribus caret, id supplens cordis affectu, quod rei deest; & vilitatem illius per grandem voluntatis affectionem reddens pretiosissimam, Deo eiusque tabernaculo dignam. In cuius expositionem, non leuiter, & transcursim, sed longo discursu, ipsius Dei præceptum expendunt; grandi namque est expensione dignum. Illud enim fuit primum omnium à Deo Moysi traditum in monte Sina, quando accepturus legem, dimissis ad montis radices senioribus se comitantibus, ascendit ipse, & *ingressus est medium nebulæ, fuitque ibi quadraginta noctibus.* Primum igitur, quod Deus cum Moyse locutus est, audiamus. *Locutusq; est Dominus ad Moysen dicens: Loquere filijs Israel, vt tollant mihi primitias ab omni homine, qui offert vltroneus, accipietis eas.* Primitiarum nomen etsi, vt annotat Hugo de Sancto Victore, apud Lippomanum *e*, illas quæ ex frugibus colliguntur significet; hoc tamen loco quodvis donum Deo offerendum ad tabernaculi constructionem exprimit, id quod noster Caietanus, & Lippomanus demonstrant: nam in Hebræo habetur vox *Theramah*, quæ quamcumque rem oblatam significat, vt infra dicemus, & Rupertus credit (& rectè meo iudicio) hoc nomine primitiarum, Deum excellentissima dona postulare voluisse: hoc namque nomen id significat, quod inter fructus primas tenet, excellentissimumque est. Hoc igitur primò Deus proponit, excellentissima sibi dona ab omnibus offerenda. Videtur Deus auarum se exhibere, & quod morem auari hominis teneat, qui quod primò proponit est, quidnam sibi tribuendum sit, aut dandum. Deinde rem difficilem postulat, ab omnibus populi illius hominibus, dona excellentissima expetens, ex quibus quam plurimi nec minima assequebantur. Cæterum quidnam expetat, & quid sibi sit offerendum explicare volens, & in quo debeat donum excellentiam, præstantiamque habere, indicare contendens sid statim exprimit, quod principaliter quærit. *Ab omni*, inquit, *homine, qui offert vltroneus, accipietis eas.* Sicut ab vltroneo, & spontaneo omne donum quantumcumque vile accipietis; ita ab eo, qui non ex corde offert, nullum donum etiam pretiosissimum accipi volo. In Hebræo, vt Caietanus, & Lippomanus expendunt, ita habetur: *Ab omni homine, qui sponte offert*

a Lib. 9. de adora.
b Libr. 4 in Exod c. 4.
c apud Lippomanum. Exod. 25.

e In ca. 25. Exod.

Exod. 24. 18.

Exo. 25. 12.

In cap. 25. Exod. תראה Libro 4. in Exod. ca. 3. & 4.

fert cor suum, vel *qui voluntarium exhibuerit cor suum*. Hoc est quod Deus expetit, & sibi offerri postulat, qui nullũ donum acceptat, nisi illius, qui in dono primum offert cor suum, qui bonum oculum cordis adiungit operi manuum suarum, neque ex dono oblationem iudicandam vult, sed ex corde. Ergo charitatis oblationes, inquit Rupertus, siue magnæ, siue paruæ sint, primitiæ Domino sunt, & ad celestis tabernaculi eius ornatum proficiunt: è contra quicquid ex tristitia offertur, serotinũ est, & ad decorem domus Domini proficere non potest. Proinde Apostolus cùm dixit: *Qui parcè seminat, parcè, & metet, & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus, & metet*, continuò subiunxit: *Vnusquisque prout destinauit in corde suo, non ex tristitia, aut necessitate, hilarem enim datorem diligit Deus*, Id est, quod diligit Deus, & respicit, est hilaritas, lætitia, & affectus cordis. Hoc similiter Rabbanus annotauit, illud adiungens, quod dictum est; *Voluntariè sacrificabo tibi*. Vt autem videas Deũ non rerum concupiscentia excitatum dona postulare, sed tantum cordis affectum intendere, vide quænã acceptanda statuat subdens: *Hæc autem sunt, quæ accipere debetis: aurum, & argentum, æs, hyacinthum, & purpuram, coccumq; bis tinctum, & byssum, pilos caprarum, & pelles arietum*. Multum ab auro, & argento, inquit Rupertus, pili caprarum in pretio differunt, & tamen sub eodẽ vocabulo primitiarum, (id est, excellentissimorum donorum) positi sunt. Vt enim primitiæ, aut excellentia dona sint, quæ offeruntur, non oblationum quantitas, sed offerentium bona efficit voluntas. Nec dubitandum pilos caprarum, & pelles arietum interdum auro, & argento, lapidibusque pretiosis priora fuisse apud cordium inspectorem Dominum: nam eiusdem tabernaculi inspector Deus, ac Dominus, cùm federet contra Gazophylacium, multique diuites iactarent multa, de vidua, quæ duo æra minuta misit, dixit, plus omnibus misisse: omnes enim, quod abundabat illis, miserunt: hæc autem de penuria sua, omnia quæ habuit, misit. Ita Rupertus. Quod, & similiter expẽderat Cyrillus Alexandrinus. Ecce igitur quomodo inuentionem facere debes manibus tuis, in bono oculo, &c. Circa hæc multa possunt disputari: an scilicet qui solo corde aliquid operatur, tantum promereatur sicut ille, qui opere perficit, & quomodo exterior bonitas operis non addat ad internam bonitatem cordis, & voluntatis, in ijs, quæ bonitatem habent dumtaxat ex opere operantis, non ex ipso opere operato, qualia sunt ea, quæ ad Sanctorum Sacramentorum vsum spectant. Horum tamen omnium explicatio ex legitima Diui Thomæ Theologia depromenda est, & Christianum Doctorem cautè loqui ad populum decet, ne quis sibi persuadeat, per solam cordis interna desideria sibi esse satisfactum, nulla subsecuta operatione. Hæc enim quæ diximus, intelligenda sunt de illis, qui opus externum nullatenus perficere valentes, tam grandi affectu cordis, intentione, & affectione illud coram Deo perficiunt; vt non minus quàm si opere ipso fuissent executi, premereantur, vt amplè B. Cyrillus Alexandrinus *a* annotauit, & ex professo D. Augustinus *b* prosequitur, docuitque Chrysostomus *c*, expendens, ijs qui non habent aurum, neque argentum, dictum fuisse: *d Emite absque auro, & absque argento*, solius bonæ voluntatis affectu.

¶ 378.

2. Cor. 9. 6.

Apud Lippomanum. Psal. 53. 6.

Exod. 25. 35. 4. 5.

Marc. 12. Luc. 21.

Lib. 9. cit.

1. 2. q. 21.

a Li. 9. cit
b in Ps. 125
c Hom. 5. de pœn.
d Esa. 55. 1

§. 62. Cùm

§. 62. *Cùm bonum operaris, imaginare Deum te conspicientem, & tanquam Moyses, inuisibilem tanquam visibilem facito.*

¶ 379. VT igitur toti huic prolixæ tractationi imponamus finem, & ad sequentem, quæ nos expectat, transire liceat; libet sub breuissimis regulis, omnia quæ Christus Dominus docet, complecti, & explicare, quomodo vncto capite, lota facie, & fugiens hominum conspectum, contendere debeas soli cœlesti patri videri, ab illo reportaturus præmium, iuxta id quod in interno voluntatis tuæ arcano, & abscõdito videt. Quod vt explicemus, nonnulla documenta accipe. Primum omnium iuxta Chrysostomi doctrinam, debes Deum ipsum coram te positum imaginatione tua constituere, Angelis, & Sanctis suis circundatum, te spectantem, & conspicientem, quomodo propter illum operaris. Id enim non erit secundum falsam imaginationem, cùm iam verè Deus sit homo visibilis, & imaginabilis, & verè cum nos spectantem, & contuentem Apostolus referat dicens: *Spectaculum facti sumus Deo, & Angelis*. Iam Moyses antequam Deus visibilis esset, cogitatione sua quasi visibilem coram se constituebat, vt animos sibi ad grandia aggredienda faceret. Ita Chrysostomus ipse [a], Sanctus Anselmus, Diuus itidẽ Thomas [b] illud intelligunt, quod dixit Apostolus de eo loquens [c]: *Fide reliquit Ægyptum, non veritus animositatem regis, inuisibilem enim tanquam visibilem sustinuit*. Grandia fine dubio operatus fuit Moyses in Ægypto, nullo cordis timore ab eo quod agere debebat, fuit reuocatus, strenuè omnia quæ agere debebat perfecit. Et si quæras, quisnam ei tam grandem fecerit animum, vt nullatenus animositatem, potentiam, & grandem conatum tyrãni potentissimi regis timeret: hoc, inquit Chrysostomus, fuit, quia Deum inuisibilem ita coram oculis suis constituebat, ac si eum præsentem oculis suis videret, coram quo ageret. Optimè Sapiens illum vocat beatum, qui ita agit: *Beatus, inquit, vir, qui in sapientia morabitur, & in iustitia sua meditabitur, & in sensu cogitabit circumspectionem Dei*. Omnia verba expensione sunt digna, signanter illa: *In sensu cogitabit circumspectionem Dei*. Circumspicere aliquid, est omni ex parte illud iteratis vicibus respicere. Inducit itaque Sapiens Deum circumspicientem opera nostra, omni ex parte ea considerantem. Nullus namque mercator tam attentè merces, quas emit considerauit, sicut Deus opera nostra, pro quibus mercedem redditurus est, vt benè dixerit Ieremias, quod *eius oculi aperti sunt super omnes vias filiorum Adã, vt reddat vnicuique iuxta vias suas*. In sensu autem cogitare, est in imaginatione sensibilem quandam imaginẽ Dei confingere, quasi in throno sedentis, & opera nostra circumspicientis. Et verè hoc credo Salomonem hortari nos voluisse, cùm dixit: *In omnibus vijs tuis cogita illum*: & S. Tobias ad filium suum: *Omnibus diebus vitæ tuæ in mente habeto Deum*. Nihil, inquit Anselmus, magis militem reddit validum ac animosum, quam regis ac principum eius præsentia. Quando enim athleta videt regem in solio constitutum, nobilibus regni sui circundatum, spectantem, & intuentem se pugnantem, quisnam explicare valeat quantos illi animos faciat? Hinc, inquit Chrysostomus, S. Patres se ipsos ad grandia pro Deo agenda, & sustinenda excitantes, Deum coram oculis suis, quasi visibilẽ exponebant. Ita Elias, qui Regis Achab potentiæ validè se opponebat, dicens: *Viuit Dominus, in cuius conspectu sto*. Ita Abraham, cui id Dominus ipse iniũxit: *Ambula coram me, & esto perfectus*. Hoc medium: vt perfectè quod agere debes, exequaris, attendere me præsentem coram te, & conspicientem te operantem. Ita etiam, inquit Chrysostomus. Dauid in tribulationibus constitutus, vt vires ad fortiter pugnandum resumeret, dicebat: *Recordatus sum tui de terra Iordanis, &c.* Posumusque nos ad hoc institutum illa eiusdem Dauidis verba annotare, quæ supra induximus, quibus apertè indicat,

Hom. 26. ad Hebr. post med.

1. *Cor. 4. 9.*

a *Hom. 26. cit.*
b *In ca. 11. ad Hebr.*
c *ad Heb. 11.*

Eccl 14. 22.

Ier. 32. 19.

¶ 380.

Prou 3. 6.
Tob. 4. 6.

Ine 11. ad Hebr. cit.

1. *Reg. 18. 15.*
Gen. 17. 1.

Psal. 41. 8.

cat, se non aliter quàm Moysen, inuisibilem tanquam visibilem coram se exposuisse. *Psal. 15.8.* *Prouidebam, inquit, Dominum in conspectu meo semper.* Primò expende verbum, *prouidebam*. In Hebræo est, שויתי *Siuach*, quod sæpè significat ponere, constituere, aut collocare, vt Brixianus ostendit, qui ex Hebræo reddit; *Ponebam, aut constituebam è regione mei Deū, tanquam spectatorem.* Expende item illud temporis aduerbium, *semper*, in quacumque actione, opereve, quod agendum aggrediebar; ex quo infert; *Propter hoc lætatum est cor meum.* lætissimè quodcumque opus, magnoque conatu aggrediebar. Nihil enim est, quod ita militis cor lætificet, fortificet, & acuat, quàm habere regem se spectantem, & conspicientem. Ex his Beatus Gregorius Nyssenus illa verba elegantissimè declarat, quæ in Canticis Canticorum habentur: *Auerte oculos tuos à me, quia ipsi me auolare fecerunt.* Multi credunt verba esse Sponsi ad Sponsam, qui sensus Gregorio Nysseno non penitus displicet. Credit tamen verius esse verba Sponsæ ad Sponsum suum. ¶ 381. Et quidem illud, quod dicit: *Auerte oculos tuos à me*, non intelligas, quasi petierit à se oculos Sponsi auerti, quos potius illa summè desiderabat: sed illud *à me*, idem est iuxta phrasim scripturæ, ac si dicat; *propter me*: vt petat Sponsa à Sponso suo, quod propter amorem, quo illam diligebat, oculos suos à cæteris omnibus filiabus Ierusalem, & ab alijs conspiciendis auerteret, & auocaret, in seque sola illos constitueret & figeret. Si enim *ipsi me auolare fecerunt.* Legit Gregorius Nyssenus. *Ipsi alas mihi addiderunt.* Quibus verbis fidelis Sponsa, quæ ad sui profectum conducunt exprimit. Vidit se in stadio constitutam, & plurima sibi se offerre agenda, desideratque aliquid, quod sibi animos faciat ad pugnandum, & operandum; idcircò hoc à Sponso petit, vt in se sola oculos figat: hoc autem consequebatur, considerans Sponsum suum ab omnibus alijs auocatum, sibi tantùm attentum, & intendentem, quod huiusmodi oculis alas faciunt, eo modo quo ille, qui in hastiludio pugnat, aut in stadio currit, si videat regem, eiusque proceres ~~in te~~ solo collocantes oculos, alas ipsi faciunt, vt communi locutione dicere solemus. Et ita agere oportere optimè prosecutus est D. Cyprianus, annotans quantum acueret athletas habere spectatores sui, Imperatores, & proconsules, &c. Itaque tibi statuendum, cùm eleemosynam agere paras, cùm ieiunium arripis, cùm ad orandum proficisceris, & cùm quoduis bonum agendum intendis. Considera, inquit Chrysostomus ipsum regem Angelorum tuo cursui agonothetam, & spectatorem. Ita Paulus, cùm concionabatur: *Quasi, inquit, ex Deo, & coram Deo sic loquimur.* Hinc deplorandam conijce multorum ignauiam, qui bona opera in Dei obsequium agunt tam segniter, turpiter, & incompositè, ac si nullum haberent spectatorem. Quis vnquam seruus tanta desidia regi ministrauit? Quis tam oscitanter sine vllo penitus pudore aliquid Imperatori suo obtulit? Quis dicere potest, qualiter ieiunia agas, quàm sine attentione ores, quàm sine affectu eleemosynam largiaris, quàm sine deuotione ad Ecclesiam confluas? Et dum Deum oculis corporis non vides præsentem, illum nullatenus conspicientem attendis. Illum igitur primum omnium tibi præsentem, immo, & inuisibilem quasi visibilem constitue, & statue tuorum spectatorem operum: nunquam enim hoc tam firmiter imaginatione statues, quin in rei veritate verius sit: videt enim omnia quæ facis, & expendit attentissimè, quid facias, quo animo, qua mente, quo affectu, qua intentione? Nec mirum, quoniam redditurus est iuxta ei omnia, quæ feceris, & illi exhibueris.

Tom. 2. fol. 204. p. 2.

Li. de opere & eleemosyna.

Hom. 3. in illud, vidi Dominū.

2. Cor. 12. 19.

Oratio. 15. quæ est vlt. in Cant.

Cant. 6.4.

§. 63. *Non contentus sis culmo bonorum operum, quem exposuit Oseas: sed tali, vt iuxta Ioannis consilium, plenam accipias mercedem.*

¶ 382. SEcundum Documentum sit, vt cures ad te ipsum introrsus redire, cor tuum disponens, vt taliter opus prodeat, quale congruit tam grandi spectatori: vt ab illo plenam mercedem accipias. Merces enim non reddetur ab eo, nisi iuxta cordis affectum, ideoque curandum, plena cordis affectione, & intentione operari, vt plenam ille reddat mercedem. Hoc quantum existimo, est, quod Sanctus Apostolus Ioannes voluit nos admonere, *Videte*, inquit, *vosmetipsos, ne perdatis, quæ operati estis*, aut: quæ operamini; *sed vt plenam mercedem accipiatis*. Deus redditurus mercedem, oculos non tam in opere, quam in vobismetipsis conijcit: vos igitur primum considerate, & tales exhibete, quales oportet: vt plena voluntate ageretes, plenam mercedem accipiatis. Visus est aliqua ratione alludere Ioannes ad quædam Dei verba per Oseam Prophetam, quibus multa, & innumera bona opera describit hominum, qui fructum plenum pro eis non recipient, quæ ad hoc institutum expendit Beatus Gregorius: *Culmus*, inquit, *stans, non est in eo germen, nec faciet farinam, quod etsi fecerit, alieni comedent eam*. Hanc punctuationem sequitur Gregorius, quamuis supra aliam nos secuti fuerimus, quæ correctioribus textibus est conformior. Vox illa *Culmus*, hoc in loco non significat arundinem, aut calamum, aut quam dicimus cannam, ex qua spicæ oriuntur, hæc enim in Hebræo vocatur *Kaneh*, quæ ponitur quando agitur de Pharaone, in somnis vidente septem *spicas ascendentes de culmo vno*, ex vna arundine, & alijs in locis, quando arundinē vult Scriptura Sacra exprimere, à quo forsitan Hispana vox, Canna: sed ponitur vox *Kamah*, quæ significat acervum segetum in area, antequam segetes triturentur, aut acervum tritici in area collectum, antēquam agricola eum metiatur. Loquiturque Deus metaphora desumpta ab agricolis. Nulla lætitiæ occasio potest æquari illi, quam habet agricola in tempore messis, quando post grandes sumptus, ingentes labores, rigores hyemis, & ardores æstatis, videt ingentem cumulum, & aceruum messium stantem, aut erectum in aream, qui ad Cœlum pertingere videtur. Vnde ad summam lætitiam exprimendam, futuram in aduentu Messiæ, dixit Esaias, *Lætabuntur coram te, sicut qui lætantur in messe*. Duo autem sunt, quæ singulariter animum agricolæ exhilarant, quando aceruum illum cōtemplatur. Primum, quod iam ibi se habere reputat semen, quod pro anno venturo seminare possit. Secundum, quod etiam censet, se tunc habere iam, vnde in præsenti se sustentet, farinam pinguem, ex qua panes conficiat, extracturus. Sed quam infœlix esset nuntium, si dum ille lætus aspiceret messium grandem aceruum, accederet aliquis agriculturæ peritus, & ei diceret; Vides culmum illū stantem, & eleuatum? Non inde extrahes granum aptum ad seminandum, aut germinandum, aut quod farinam tibi reddat, & si quid fuerit, in furfures tandem resoluetur, quia spicæ omnes sunt inanes, & vacuæ, quas vredo percussit, aut nebula infecit, nihil intra se solidum ac firmum habent, vnde tibi sperare possis habiturū, quod semines, aut comedas. Ita loquitur Deus, hæcque multis renuntiat, qui gaudent, quod grandem aceruum messium bonorum operum à se collectum conspiciunt. Videbis hominem gaudentem, quod multa ieiunia tenuerit, plurimas eleemosynas largitus fuerit, innumeras orationes effuderit, sępissimè rebus sacris interfuerit, quasi aceruum grandem messium se habere contemplatur, vbi reposita credit sibi merita, quibus beatus fiat, & adipis frumenti æternæ Beatitudinis particeps existat. Sed audi Deum dicentem: Vides huiusmodi aceruum, hūc culmum stantem, excelsum, & grandē? Non est in eo germen, nec faciet farinam. Culmus quippe germen non habet, inquit Gregorius, cum vita, & operatio meritis virtutū

caret

Ioan. 6 28.

8. Moral. c. 29. Oſe. 8 7.

קנה *Brix 10. 2. f. 132. p. 2.*

קמה *Brix. 10. 2. fol 137.*

Isa. 9. 3. ¶ 383.

caret. At faciet farinam, cum ad æternæ vitæ præmia obtinenda non proficiet. Huiusmodi spicæ vacuæ sunt, & inanes opera sunt sine deuotione, sine cordis affectu, cum distractione cordis, & menti euagatione, nihil minus cogitasti ea agens, quam Deum ipsum aut eius obsequium. Apparentiam habent externam; sed qualis oratio quâ proferens, solo ore ad Deum conuersus, corde es ab illo penitus auersus? Quale ieiunium, quod non solum non est ad carnis mortificationem: sed tibi facies occasionem plurium condimentorum, ac sapidarũ dapum? Qualis eleemosyna, quam exhibes, dans paruum, aut nihil, idque cum tristitia, & tædio erga pauperem? *Non inueni opera tua plena coram Deo meo*, dictum est ad quendam, qui huiusmodi aceruum bonorum operum collectum se habere gaudebat. Nolo dicere, si hæc opera bona in Dei gratia fiant, quod non mercedem pro eis recipies: neque quæstionem illam intendo pertractare, an omne meritum boni operis deperdatur propter euagationem mentis, aut distractionem, quæ sit peccatum veniale: sed hoc tantum asfero, quod non plenam mercedem recipies: qualem Ioannes nos intendere debere, hortatur: *Vt plenam*, inquit, *mercedem accipiatis*, id est, magnam, excellentemque gloriam. Et cur non talem intendes? Nullus reperitur mercenarius, qui non totam quam consequi potest ex labore suo mercedem, procuret: nullus numularius, qui non totum quod potest prætendere lucrum quærat: nullus mercator, qui ex suis mercibus totum quod potest pretium extorquere non prætendat; nullus agricola, qui totum fructum, quem ex seminatione colligere potest, non desideret: solus homo est, qui non plenam quam potest mercedem pro bonis suis operibus assequi contendat; ideoque tantummodo curat operari, non autem ita opera sua agere, vt per illa plenam, excellentem, & grandem consequatur mercedem. *Videte igitur vosmetipsos*, ait Ioannes. Aut verò alludere voluit Sanctus Euangelista ad illud, quod sæpe repetitis vicibus Deus statuit, & præcepit, dicens: *Non apparebis vacuus in conspectu Domini Dei tui*: Circa quod præceptum, etsi multa annotent Sancti Patres inferius expẽdenda nunc tamen non incongruè intelligemus, hoc voluisse Deum statuere, ne coram se vacuum te constitueres inanem, aut vanum. Vacuum est, quod externam speciem retinens, intus eo quod habere debebat caret, vt supra dictum est. Idcirco in Scriptura sacra idola dicuntur vacua, aut vana, quomodo dixit Samuel ad populum de idolis agens: *Nolite declinare post vana, quæ non proderunt vobis: quia vana sunt*. In Hebræo vox *Tohu* quæ vacuum, & inane significat, quæ posita est in principio Geneseos, cum dicitur: *Terra erat inanis, & vacua*. Et optimè huiusmodi vacuitatem idolorum descripsit Sanctus Habacuc Prophera: *Ecce*, inquit ille, *iste coopertus est auro, & argento, & omnis spiritus non est in visceribus eius*. Idcirco habent exterius oculos, & non vident, aures, & non audiunt, &c. Dantur multi homines vacui, & inanes; qui externam præferentes speciem, quasi carent animo, & spiritu, in eo quod agunt: vt qui corpore coram Deo se exhibet orans in Ecclesia ore atque lingua, sed nullus spiritus est intra eum, quem habet constitutum in foro, aut in negotijs secularibus, aut verò in mulierecula: qui eleemosynam dat, non magis ad opus attendens, aut Christum in paupere considerans, ac si Christus in illo non extaret: qui ieiunat, non contendẽs carnem suam mortificare, nec magis attendens propter quid opus agat, quam si nunquam tale operaretur. De eo dicere possumus, quod nullus spiritus est in visceribus eius, ideoque quod sit homo inanis, & vacuus. Temetipsum vide, inquit Ioannes, quando coram Deo per bonum opus te præsentem constituis, vide teipsum, qualem te exhibeas, non vacuum, sed plenum, ostendens te non solum corpore, sed & animo, non solùm carne sed spiritu: non solùm exterius, sed interius opus perficere: vt plenam à Deo mercedem pro opere illo reportes. Te ipsum ergo examina, cor tuum, a quo intentionem tuam excute imitans, vt supra diximus, sanctam Ruth ex-

Apoc. 3. 2. ¶ 384.

Exod. 23. 15 & c. 34. 20 Deut. 16. 16. Eccl. 35. 6. *1. Reg. 12. 21* הוה *Genes. 1.* *Habac. 2. 19.* ¶ 385.

cutientem spicas, quas collegerat, intelligens iuxta plenitudinem spiritus, intentionis, & affectus reddendam tibi mercedem. Hincque illa Dauidis grandis solicitudo, & anxietas; ad quã explicandam totum orbem ad se audiendum aduocauit; quia res est, quæ omnes concernit, quam dicturus est. Psal. 48. 3. *Audite hoc omnes gentes, auribus percipite qui habitatis orbem, quique terrigena & filij hominum, simul in vnũ diues, & pauper.* Quidnam dicere vis, tam generale, & commune, vt ad omnes pertineat: Nunquid eadem congruunt diuitibus, & pauperibus, nobilibus, & plebeijs? *Os meum loquetur sapientiam, & meditatio cordis mei prudentiã.* Grãdem sapientiam dicturus sum, qua attendatis præsentibus, & prudentiã, qua prouideatis futuris. *Cur*, inquit, *timebo in die mala?* id est, in die iudicij. *Iniquitas calcanei meis circundabit me.* Calcanei nomine intentionem cordis significari, supra iam indicauimus: hæc enim est, quam primo constituimus, & firmamus, sicut calcaneus est, quem primò iter acturi in terra ponimus. Vnde Vatablus vertit: *Iniquitas intentionum mearũ occupabit me.* Quando Deus accipiens tempus, iustitias iudicaturus assumet, & examinaturus opera mea, non secundum externam apparentiam, sed secundum internam virtutem, & interiorem affectum cordis, quando cribro tui examinis cribranda, & ventilabro tui iudicij à paleis purganda acceperit: timeo quod parum tritici remanebit. Si enim tantum de tuo opere bono remanebit, quantus fuerit interior affectus cordis erga Deum: quid permanebit de oratione tua, cum omnimoda mentis euagatione, & sine spiritu? Quid de tua assistentia, qua Sacris assistis officijs solo corpore, nullatenus mente? Quid de eleemosyna facta nullo modo propter Deum, sed solum quia decentem tibi iudicas, & vt pauperem à te expellas, cuius petitione offenderis? His adde adeò latenter intentionem cordis inici vt aliquando credens te rectum facere, dignum potius pœna te constituas. In cuius confirmationem ¶ 386. 3. Dialogo. cap. 10. expende rem mirabilem, quam Beatus Gregorius enarrat, virtutes Sancti Fortunati Episcopi Tudertani describens. Hic Dei famulus, inquit Gregorius, ex obsesso quodam homine dæmonem excussit: qui malignus spiritus, cùm vesperascente iam die secretam ab hominibus horam cerneret, peregrinum quempiam esse se simulans, circuire cœpit ciuitatis plateas, & clamare: O virum sanctum Fortunatum Episcopum, ecce quid fecit: peregrinum hominẽ de hospitio suo expulit: quæro vbi requiescere debeam, & in ciuitate eius non inuenio. Tunc ciuis quidam in hospitio cum vxore sua, & paruulo suo ad prunas sedebat: qui vocem eius audiens, & quid Episcopus ei fecerit requirens, hunc inuitauit hospitio, sedere secum iuxta prunas fecit. Cumque vicissim aliqua confabularentur, paruulum eius filium idem malignus spiritus subitò intrauit, atque in easdem prunas proiecit, ibique mox eius animam excussit. Orbatus filio miser ciuis, quem suscepit, & quem Episcopus expulit agnouit. Inquirit Beatus Gregorius: Quidnam causæ esse potuerit, vt homo, quem peregrinum credebat hospitalitatis gratia vocans, tam acri supplicio fuerit punitus? Videtur enim misericordiæ opus perfeciisse, illum recipiens hospitio, quem à suo se eiectum conquerebatur. Et respondet, illius quidem hominis intentionem, quamuis recta sibi videretur, rectam non fuisse. Ego namque, inquit Diuus Gregorius, hunc virum, qui hospitalitatem exhibere visus est, non pietatis opere delectatum existimo: sed Episcopi derogatione, nam pœna subsequens innotuit, quia præcedens illa susceptio sine culpa non fuit. Sunt namque nonnulli, qui idcirco bona opera facere studeant, vt gratiam alienæ operationis obnubilent: nec pascuntur bono, quod faciunt: sed laude boni, qua cæteros premunt. Qua de re existimo, hunc virum, qui malignum spiritum in hospitalitatem suscepit: ostentationi boni potius intendisse, quam operi: vt meliora quàm Episcopus fecisse videretur, quatenus ipse susciperet eum, quem vir Domini Fortunatus expulisset. Ita Sanctus Gregorius, qui ex his infert, aptè Christum Dominum com-

commendaſſe, vt attentè intentionem
Mat.6.23. noſtram examinemus, dum dixit: *Si oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuũ &c.* Bene ergo dixit S. Ioannes: *Videte vosmetipſos.*

§. 64. *Inanem gloriam prodeuntem, bono opere iam perfecto, iugula, ſicut Iephte filiam.*

¶ 387. TErtium documentum eſt, vt ſolicita cura, rectam intentionem, per quam erga Deum opus bonum cœpiſti, & ordinaſti conſeruare, & retinere procures. Vt enim ex Sanctis Auguſtino *a*, & Gregorio *b* ſupra dictum eſt, nunquam diabolus ceſſat contendens hanc intentionem inficere; vt ſic totum bonum opus perdat. Procurat ille primò te auocare à bono opere, quod agere propoſuiſti, varias difficultates repræſentans, & futurum tempus aptius exponens: vt in illud differas opus. Cum non poteſt à tuo reuocare ſancto propoſito, ſe totum conuertit ad intentionem eneruandam, & diuertendam, & excitans te, vt opus, quod agis conſiderans, nimiam de te ipſo propter illud complacentiam habeas, & quod laudes humanas propter illud oblatas auſcultes, & acceptes: tuncque gaudeas quando audis, in foro rectè de te, & opere tuo homines ſenſiſſe, & locutos fuiſſe: vt hoc modo quod propter Deũ agere cœpiſti, iam non propter Deum proſequaris; ſed propter temetipſum, tuumque decus, & honorem. Hinc B. Gregorius illud explicat: *Facti ſunt hoſtes eius in capite.* Caput, principiumque totius boni operis, intentio eſt, vi ſupra ex D. Thoma tradidimus, & primum omnium ad quoduis opus, intentio tanquã caput eſt ſupponenda: nullus enim aliquid agit, niſi aliquid ex opere intendens. Videt diabolus boni operis virtutem ſingulariter conſtitutam in bono cordis affectu, & intentione, quæ caput illius fuit; propterea iſtud caput impetere omnibus viribus procurat. Pellicani aſturam caliditatem deſcribunt Cicero *c*, & Plinius *d*, quem Plateam vocant, de quo multa Valerianus Pierius *e*. Circa paludes ille verſatur, viuens ex raptu; inuidet enim auibus aquatilibus, quas videt, ſubmergentes ſe ex aquis piſces extrahere, illique hoc ipſo quod eas ſubmergere videt, inſidiatur, expectans quando emergãt, piſces roſtro trahentes: tunc enim caput earum impetit, & piſcem, quem roſtro tenebant, deſerere cogit, ſibiq; rapit. Iuſti equidem auibus ſimiles ſunt, qui cœleſtia petunt: ſed vt cibos ſibi parent, ſub aquis ſe ſubmergunt. Aquæ vocantur pœnæ, labores, difficultates, mortificationeſque: has penetrant, vt piſces bonorum operum capiant. Nec enim bonum opus fit, niſi laboribus, & afflictionibus ſe tradendo; nec validum ieiuniũ extrahitur, niſi per carnis mortificationem; nec oratio feruens, niſi per vigilias, & diſciplinas corpus ſit diſpoſitum, &c. Inde extrahunt Sancti opera bona ad ſui ſpiritus ſuſtentationem: hoc tamen ipſo quod diabolus (quem Platea aut Pellicanus refert) videt autem emergentem de ſub aquis, cum piſce boni operis caput impetit: vt deſerere cogat. Cum te videt orationem ore tenentem, procurat intentionem tuam peruertere, & vt homines ſpectans, eam à Deo auertas delecteriſque quod ab aſſiſtẽtibus videaris. Cum te videt pecuniam manutenẽtem, pauperi elargiturum, curat, vt circumſtantes aſpicias, nimiaſque pauperis voces attendas: vt ab illis offenſus, intentionem, quam erga Deum tenebas, remittas. Cum conſpicit te opus bonum facere in pupilli, aut viduæ commodum, nititur, vt laudantium voces ad te perueniant: quibus attẽdens, deſeras quod intendiſti, cùm opus cœpiſti, Deo ſcilicet ipſi placere. Propterea B. atus Gregorius aptè à Dauide dictum cenſet in perſona cuiuſuis iuſti rectà operantis: *In via qua ambulabam, abſconderunt laqueum mihi.* Cùm enim inimici noſtri nos reuocare à rectæ operationis via non poſſunt, in illa laqueos abſcondũt, intentionem inficere procurantes: vt in eo quod bene agitur, cor exaltans ſe, ad vitium deriuetur, quatenus quod recta intentione inchoauerat, longè aliter quàm cœperat, percurrat. Sapè enim, inquit Gregorius, bono operi,

¶ 388.

a *5. de ciui. cap. 4. & in Pſal. 7.*
b *1. Moral. c. 38. et 35. Moral. c. vlt.*
3. Moral. c. 38. cit. Thren. 1. 5.
c *Lib. 2. de natura deorum.*
d *Lib. 10. c. 47.*
e *Lib 10.*
Lib. 1. c. 38. cit.
Pſal 141. 4

dùm laus humana obuiat, mentem operantis immutat quæ quamuis quæsita non fuerit, tamen oblata delectat, cuius delectatione cum mens bene operantis resoluitur, ab omni intentionis intimæ vigore dissipatur: sæpè lætitiam immoderatam accendit, cumque plus mentem quam decet, hilarescere exigit, ab actione bona omne pondus gravitatis repellit, sæpè iram stimulat, tristitiam excitat, vt mentis intentionem aut perdat, aut eneruet, &c. Similiter erga nos diabolũ se gerere docet Gregorius, sicut se habuit ille iniquus Ismael, filius Nathaniæ, de quo Ieremias refert, quod octoginta viris recta via incedentibus, vt sacrificarent Domino, habentes thus, & munera in manibus suis, obuiam latenter, & callide egressus fuit, grande quod agebant opus commendans, & se ducem offerens, qui in eo quod reliquum viæ erat, eos dirigeret, sicque tandem illos eò perduxit quò potuit perdere, & mactare. Ita namque diabolus ambulantibus viam rectæ operationis obuiam egreditur, & quos non potuit primò ab illa reuocare; postea de bono opere laudat, & intra ipsosmet excitat complacentiam, vt iam sibimetipsis de bono quod agunt, placeant, laudes hominum, quas offerri vident, acceptent, & delectentur in eo, quod opus ipsorum in oculis hominum approbatum vident. Hoc autem agere nunquam diabolus desistit, imò & tunc fortius insurgit, quando nos videt bonum opus ad finem iam perduxisse, aut perducere. Tunc enim operis, quod impedire non potuit pulchritudinem, tantò viuacius menti nostræ exponit, quantò opus magis fuerit perfectum, & completum; vt de illo nos apud nosmetipsos gloriemur: tunc excitat nos, vt quicquid alij de nostro opere iudicant, & commendant, attendamus, nec enim sine causa scriptum credo, quod Spiritus sanctus annotauit, Sampsoni proficiscenti in ciuitatem Thamnata: *Tunc apparuisse catulum leonis fauum, & rugientem, cum iam ventisset ad vineas oppidi, & finemque sui itineris.* Tunc enim fortius inanis gloriæ affectus, diabolo suggerente insurgit, quando boni operis viam finimus. Vnde meritò credit Beatus Gregorius, propterea dæmoni dictum fuisse: *Tu insidiaberis calcaneo illius*: quia cum in principio diabolus non potuit bonum opus impedire, omnes suæ calliditatis astutias conuertit, vt cùm ad finem producitur, perdat: & id quidem insidiando, commendando scilicet illius pulchritudinem, laudando hominem quia tale opus non solùm incœpit, sed prosecutus fuit, & ad perfectum perduxit. Circa factum Iephte *a*, quo vt votum quod emiserat, adimpleret, filiam vnigenitam immolauit, varie Patres senserunt, vt D. Hieronymus *b* refert. Quidam illius opus pleno ore condemnant. Ita Iustinus Martyr. *c*, & Tertullianus *d*, qui de illo cecinit dicens: Pro scelere obtinuit famam, pro crimine laudem. Sanctus Ambrosius *e*, vocat illum parricidam, Gregorius Nazianzenus *f*, incautum, & præcipitem, Theodoretus *g* opus illius damnandum dicit, sicut illorum, quos reprehendit Dauid, quod *Immolauerunt filios suos, & filias*, Hieronymus *h* dicit ipsum in fouendo fuisse indiscretum, & in reddendo impium. Rupertus *i* temerarium appellat, & eius temeritatem magna fuisse castigatione dignam. Alij existimant ipsum non peccasse, quia credunt ad tale opus peculiari Spiritus sancti impulsu excitatum, sicut Sampson, cũ seipsum interfecit: vnde illius opus commendant, vt Hieronymus *k* ipse, & signanter Sanctus Augustinus *l*, qui sentire videtur, illum non peccasse vouendo, de quo præmittit Scriptura sacra verba, quibus indicat, votum emississe afflatum Spiritus sancti impulsu: *Cum factus*, inquit, *esset super Iephthe Spiritus Domini, votum vouit Domino, dicens: Si tradideris filios Ammon in manus meas, quicumque primus egressus fuerit de foribus domus meæ, mihique occurrerit reuertenti cum pace à filijs Ammon, eum holocaustum offeram Domino.* Quod autem non fuerit impius, nec peccauerit adimpiendo votum, illud confirmare videtur, quod illius fidem magnoperè commendat Apostolus, ipsum catalogo illorum sanctorum adscri-

Ierem. 41.

¶ 389.

Iudic. 15.

Lib. 1. mor. c. 38. cit. Gen. 3. 15.

a *Iudic. 11.*
b *Libr. 1. cõt. Iouin. ante med.*
c *Quæst. 99. ad Orthod.*
d *Libr. 3. cont. Marcion. c. 4.*
e *1. off. c. 10*
f *Oratio. de SS. Macha. ad fin.*
g *In lib. Iudic q. 15*
h *1. cõt. Iouin. cit. & in c. 7. Ier. ad fin. & in c. 6. Micheæ.*
i *Lib. 1. in Iudic. c. 12.*
k *Epist. 34. ad Iulian.*
l *Lib. qq. in Iudic. q. 49 & 1. de ciuit. c. 21.*

Iudic. 11. 29. 30. 31.

adscribens *a*: *Qui per fidem viuam operati sunt iustitiam, & adepti repromissiones.* Qua de causa Sanctus Isidorus *b*, illum quia votum adimpleuit, appellat Fidelem. Sed de ijs egregiè more suo Diuus Thomas *c*, qui omnia quæ ad hanc pertinent difficultatem mira eruditione expoſuit. Qui tamen illud ſtatuit, quod frequentiſſimum eſt apud Sanctos Patres, factum Iephte ſiue bonum fuerit ſiue malum, alicuius grandis myſterij fuiſſe ſignum. Hoc ipſum ſenſit Rupertus, qui poſtquam dixerat, opus Iephte fuiſſe malum, ſubdit dicens: Extat de hoc Homilia Ioannis, qui Chryſoſtomus dictus eſt, qua, & hoc factum Iephte inter illa computare non dubitauit, de quibus dictum eſt: *Hæc autem omnia in figura contingebant illis, & facta ſunt ad correptionem noſtram*. Fuit enim Iephte in primis figura Chriſti Domini, qui humanitatis ſuæ vitam erat oblaturus pro populi ſui liberatione. Fuit inſuper exemplar eorum, quæ quiuis noſtrum agere debet. Vnuſquiſque enim noſtrum debemus eſſe Iephte, & agere quod ille fecit: non equidem ita vt is qui filiam habet, illam corporaliter occidat; ſed quiuis intelligat, quid ſibi agendum ſit, quando inimicos vicit, & inſignem de illis reportauit victoriam. Egreſſus fuit Iephte ad bellum contra inimicos, tunc filia eius nequaquam in occurſum venit; ſed eo regrediente, confecto bello, inimicis ſuperatis, & victoria parta, filia ex viſceribus eius genita, læta occurrit ouans, laudanſque victorem, & triumphi palmam concinens cum tympanis, & Choris. Illam Iephte proprijs manibus iugulauit, & immolauit, non quidem facilè, ſed grandem in ſemetipſo ſentiens contradictionem: nec mirum. Cui enim difficile non eſſet filiam propriam gladio tranſuerberare? Rem tamen validè perfecit Iephte, vt tu ſimiliter agendum tibi intelligas. Cum bonum aliquod opus aggrederis, ad bellum incedis contra dæmonem, mundum, & carnem, qui omnes ſe tibi bene operanti opponunt. Cum autem progrederis ad bellum, aut opus bonum incipis, obuiam venit filia tua ex tuis viſceribus genita. Hæc eſt, vt Origenes explicat, inanis gloria, & appetitus honoris, & laudis propriæ; nondum enim illa ſe exponit, nec obuiam tibi venit, cum bonum agere propoſuiſti, aut agere incepiſti; quia nondum eſt aliquid, de quo gloriari poſſis: re tamen perfecta, opereque conſummato, & expleto, eo ipſo quod bellum confeciſti, & victoriam aſſequutus fuiſti: egreditur illa ex tuis ipſius viſceribus, obuiam tibi, laudans, commendans, & ouans. Cum enim Xenodochium ædificaſti, Eccleſiam erexiſti, & ornaſti, orphanam Virginem tuis ſumptibus matrimonio collocaſti, longam orationem tenuiſti, grande ieiunium confeciſti: tunc hæc filia tua obuiam venit opus, laudans, rem grandem expendens, & commendans, Victoriam tibi concinens. Quid agendum? Grandi animi affectu, tanquam acuto gladio illam iugula, & rem totam ad Deum referto, & valido actu in gloriam ipſius, quam in principio operis intendere cœpiſti, nunc cum perfectum vides, efficacius ordina. Non potuit impedire Iephte filiam egredi in ſui occurſum, ſuæ Victoriæ laudes cantantem, & exponentem; ſed potuit illam continere, iugulare, & immolare. Non poteſt homo quantumcumque Sanctus, cum grande aliquod opus perfecit, continere inanem gloriam, ne obuiam veniat, vt latè Diuus Auguſtinus demonſtrat, imo quanto opus excellentius fuerit, tunc potentius illa egreditur, & obuiam venit cum tympanis, & choris, laudans, & ouans, poteſt tamen comprimere illam, & confodere gladio affectus mentis ſuæ, & nouo quodam actu, opus in Deum referre, cum perfectum eſt. Non poteſt homo, qui excellens aliquod opus fecit, non ſentire voces filiæ cantantis, ouantis, obuiam egredientis: ſed poteſt non approbare, immo, & condemnare illius egreſſum, & illam enecare. Annotauit Origenes tunc Sanctum Loth à filiabus ſuis impetitum, & deceptum, quando effugerat flammas Sodomæ, & in montem conſcenderat: tunc turpiter, inquit, à filiabus ſuis deluſus fuit, & dementatus. Obſeruare debes, inquit Origenes, ne fortè cum effuge-

a Ad Hebr. 11. 32. 33.
b Li. de vita, & morte Sanct. c. 30.
c 2. 2. q. 88. art. 2. ad 2. & 4. d. 38. q. 1. ar. 1. q. 2. ad 3.
¶ 390. Li. 1. in Iudic. cit. Hom. de voto Iephte, & Homil. 14. ad pop. 1. Cor. 10.
Hom. 5. in Gen. ad fi.
¶ 391.
5. de Ciuit. c. 14. & ep. 64. ad Anſelium.
Hom. 5. in c. 19. Gen. cit.

ris flammas ſæculi, & incendia carnis euaſeris, cùm ad ſcientiæ altitudinem, quaſi ad quædam cacumina montis aſcenderis: vide ne tibi inſidientur duæ filiæ iſtæ, quæ ſequuntur te cum aſcendis montem, id eſt, vanagloria, & maior ſoror eius ſuperbia. Vide ne te iſtæ filiæ ſopitum, ac dormientem, dum tibi nec ſentire, nec intelligere videris, complexibus ſuis conſtringant, quæ idcirco filiæ dicuntur, quia non nobis extrinſecus ſuperueniunt, ſed de nobis, & de actuum noſtrorum velut quadã integritate procedunt. Hæ igitur filiæ perpetuò victoria parta, & opere perfecto obuiam ueniunt: ſed has cauens, iugula filiam, ſicut Iephte. Sanctus Ioannes Climacus inanis gloriæ affectus comparat formicis, quæ eo ipſo quod triticum in area, mundum, ac nitidum apparet, aduenunt illud depradaturæ. Id quod egregiè Beatus Gregorius de ſemetipſo fatetur, & D. Bernardus, qui docent reſpondendum hunc filiæ in occurſum egredienti: Non propter te opus incœpi, nec propter te quod cœpi relinquam, nec propter te quod perfeci perdam. Opus à ſui principio Deo tradidi: nequaquam quod ſemel ei oblatum fuit, volo ab illo auferre. Solicita igitur cura dum bonum agis, inuigilare debes, & ſicut Abrahã aues rapaces abigere, qui hoc ipſo quod ad ſacrificandum ſe conuertit, dum ſacrificium ageret, deſcendebant aues ſuper animalia cæſa, *Et abigebat eas Abraham*: ita circa inanis gloriæ affectus inſurgendum eſt.

In ſcala ſpirit. cap. 21.

35. Moral. cap. vlt.

Gen. 15. 11

§. 65. *Inſtar Moyſi, quod propter Deum facere cœpiſti, nullatenus ad terram demittas: intelligens iam ſanctificatum, & eſſe indecens Deo ſemel datum, ab ipſo auferre.*

¶ 392. Exo. 17. 11

MOyſi exemplum quæ diximus confirmat, & explicat. Cum enim ille eleuabat manus, eaſq; in cœlum tenebat erectas, vincebat Iſrael; ſed quando eas demittebat ad terram, vincebatur. Quantumcunque enim quis rectè incœperit, bonum opus agens propter Deum, vincens quicquid terrenum eſt, ſi non ſit attentus, facilè demittet ad terram manus, & opus, gaudens per illud hominibus placere. Ideoq; ſicuti Moyſi ſuppoſiti ſunt duo, Aaron, & Hur, qui manus illius tenebant eleuatas, ita duo ſupponẽda ſunt, quæ mentem tuam teneant eleuatam ad Deum per rectam intentionem. Primum eſt conſiderare, ex eo quod opus aliquod in Deum deſtinaſti, & obtuliſti, iam illud eſſe Deo dicatum, & nullatenus ad prophanum vſum conuertendum. Accipiunt opera neſcio quid ſanctitatis, & diuinitatis ex eo quod Deo ipſi offeruntur, & non iam ad humanum, ſed ad diuinum pertinent ordinem, ad quem fuerunt per oblationem quodammodo eleuata. Id quod eleganter annotarunt noſter Caietanus, & Lippomanus, expendentes id quod paulò ante dicere cœpimus, donum quoduis diuinæ maieſtati oblatum, in Hebræo vocari *Therumah*, quæ vox ſignificat eleuationem, aut euectionem, cùm res ſcilicet aliqua in ſublime tollitur. Hoc autem, inquit Caietanus, non tam ab actu eleuandi, quia quod offerebatur Deo offerebatur eleuatis manibus, quàm à dignitate, quia ex re prophana eleuabatur in rem diuinam: *Res enim Deo oblata, in diuinum translata eſt ordinem*. Ita Caietanus, qui dignus eſt, vt eius verba à ſapientibus expendantur. Addiditque Lippomanus, vocem prædictam ſignificare etiam rem ſeparatam à communi hominum vſu, & ſuſpenſam, quale illud erat, quod vocabatur *Anathema*, id eſt, ſuſpenſum in altum, quod nemo hominum cõtingeret, & ab vſu omnium penitus ſeparatum. Idcirco dixit Spiritus ſanctus: *In omni dato hilarem fac vultum tuum, & in exultatione ſãctifica decimas tuas.* Sanctificare decimas, eſt illas Deo offerre, quoniam ex eo quod Deo aliquid offertur ſanctitatem quandam contrahit, per quam iam ſeparatum ab omni prophano vſu, ſoli Deo reſeruatum relinquitur. Ita B. Chryſoſtomus *a*, annotauit. Vnde meritò annotat Caietanus *b*, id quod prius ex profeſſo docuerat

In cap. 25. Exod. in princ.

Eccl. 35. 11

a Hom 81. in Ioan.

b In cap. 13 Exod.

cuerat, & proſequutus uerat S. Cyrillus Alexandrinus *a* quando Deus præcepit ſibi primogenita offerri, hoc verbo vſum fuiſſe *b*: *Sanctifica*, inquit, *mihi omne primogenitum, tam de hominibus, quam de iumentis*. Præcipitur ſanctificatio, non aliqua interueniente benedictione, aut cæremonia; ſed per ſolam oblationem rei; hoc enim erat eam ſanctificare, offerre Deo. Illud quod Deo offerebatur, vocabatur *Sanctum domino*, id eſt, ſanctum quid, ex eo quod oblatum, & dicatum erat domino. In huius confirmationem expendit S. Cyrillus ſententiam quandam Spiritus ſancti: vbi enim nos iuxta Vulgatum legimus: *Ruina eſt homini deuorare ſanctos, & poſt vota retractare*: ipſe iuxta Septuaginta legit: *Laqueus viro eſt, cito ſuorum aliquid ſanctificare: ſequitur enim pœnitentia plerumque poſt votum*. Quæ ſententia illos ferit, qui facilè promittũt, & tardè, aut nunquã quod promiſerant complent, quos quadam facilitate vouendi diabolus tãquam laqueo capit. Melius eſt enim non vouere, quam quæ vouiſti non adimplere. Benè autem, inquit Cyrillus, Sapiens quæ homo offert Deo, dixit *Sanctificare*, quia hoc ipſo quod Deo aliquid offerimus, quaſi ſanctificatum manet, & pleno ore in ſcriptura ſacra, & lege, ſanctificatum dicitur. Ita intelligo, quod de S. Iob dictum eſt: quod *Filios ſuos ſanctificabat, conſurgenſque diluculo offerebat holocauſta pro ſingulis*. Cenſeo nãque poſteriorem partẽ eſſe prioris explicationem: *Sanctificabat illos*. Quomodo? Offerens diluculo holocauſta pro ſingulis. Pro quolibet illorum holocauſtum vnum offerebat, ſic tamen quod quando ſingulas oues pro ſingulis immolabat, ſpiritu, & mente ſingulos filios in ſingulis oneribus offerebat Deo; ſciebat enim tunc ſacrificium pro homine conuenienter offerri, quando is pro quo offertur, adiungitur ſpiritualiter victimæ, ſimul cum illa Deo dicandus, vt ſupra dicebamus. In ſingulis ergo holocauſtis, S. Iob, corde, & animo ſingulos filios offerebat Deo, indeque dicebatur illos ſanctificare, quaſi ſanctitatem quandam eo quod Deo oblati erant, contrahentes, quam amplius explicare nunc non vacat. Hincque D. Auguſtinus excellentiſſimè, & acutiſſimè illam Chriſti Domini ſententiã explicauit, quam morti propinquus patrem pro diſcipulis orans, dixit: *Pro eis ego ſanctifico me ipſum, vt ſint & ipſi ſanctificati in veritate*. Summo conſenſu omnes ſancti Patres intelligunt, *Sanctifico me ipſum*, idem eſſe, ac offero me ipſum tibi in ſacrificium, ita Chryſoſtomus *c*, Cyrillus *d*, Athanaſius *e*, Rupertus *f*, Euthymius Theophylactus Diuus Thomas & ipſe D. Auguſtinus *g* qui tamen ſingulare myſterium in huiuſmodi ſanctificatione aut oblatione agnoſcit; ſupponit enim Chriſtum non loqui de ſeipſo ſolo in ſuæ perſona, ſed etiam in perſona ſuæ Eccleſiæ: quoniam enim ipſe eſt caput, cuius membra ſunt fideles, caput cum membris, vnus eſt Chriſtus. Supponit inſuper, cùm Chriſtus ſeipſum obtulit Patri, non ſolùm in ſua perſona, ſed ſimul cum ſuo corpore ſe obtuliſſe, vt illud ſanctificare, alludens ad antiqua ſacrificia, quæ ad ſuum ſacrificium præfigurandum fuerunt inſtituta. Quando ſacrificium offerebatur pro remiſſione peccati aliquorum, illi pro quibus ſacrificium offerebatur, ponebant manus ſuas ſuper victimam, hac cæremonia ſeipſos illi contingentes, vt ſimul cum illa ipſi Deo eſſent ſacrificio oblati; indeque dum hoc agebant, ſanctitatẽ quandam legalem, & vmbraticam, non veram cõſequebantur, vt Chryſoſtomus, & Cyrillus expendunt. Oblaturus erat Chriſtus ſacrificium illud infiniti valoris pro peccatoribus, in quo ipſe erat hoſtia, & ſacerdos, oportuit peccatores illi adiungi, ſimulque cum illo in cruce offerri. Vnde lõgo diſcurſu Beatus Auguſtinus explicat, meritò à Chriſto dictum in cruce: *Longè à ſalute mea verba delictorum meorum*. Erant enim verba non ipſius capitis; ſed corporis ſui, quod ſecum in cruce coniunctum tenebat, & offerebat ad Patrem. Inde non ſanctitatem vmbratilem, aut legalem, ſed veram conſecuti ſumus. Illa enim *vna oblatione conſummauit ſanctificatos in ſempiternum*. Et per illam, & cum illa, nos obtulit. *Sanctos immaculatos, & irreprehenſibiles coram ipſo*, vt Apoſtolus dixit. Hocque eſt, quod dicit: Ego pro eis me ipſum ſanctifico, & offero,

a *Lib.* 11. *in Ioan. c.* 25.
b *Exod.* 13.
Pro. 20. 25.
¶ 393.
Iob. 1. 5.
c *Hom.* 81. *in Ioannẽ.*
d *Lib.* 11. *in Ioan. c.* 25.
e *Lib. de incarnat. Chriſti.*
f *In ca.* 17. *Ioannis*
g *Tra.* 108 *cit.*
Tract 103. *in Ioan.*
Ioan. 17. 19
Epiſt. 120. *ad Honoratum.*
Pſal. 21. *x.*
Ad Heb. 10. 14.
Ad Coloſſ. 1. 22.

illos simul offerens, vt inde ipsi veram
Ad Heb. 10.10. contrahant sanctitatem, & *Ipsi sanctificati sunt in veritate*. Christus ergo ipse peculiari ratione sanctificari dictus est, ex eo quod se offerebat Deo, & nos ex eo sanctos peculiari quadam ratione fecit, quod nos in semetipso patri obtulit; qui in illo, & per illum nos habuit gratos. Singularem igitur sanctitatem res contrahit ex eo quod Deo oblata est, tunc enim iam quasi diuini ordinis effecta, nullatenus debet ad
¶ 394. prophanos vsus conuerti. Hinc intelliges, qualiter debeas respicere opus, quod Deo consecrasti, & dicasti, intendens illud propter ipsum, & eius gloriam perficere; iam enim ex hoc diuinum quendam ordinem conscendit, & sanctitatem quandam sortitur, dignū, quod singulari respectu prosequaris, & æstimes. Secundum, quod supponere debes, est, hinc expendere, & considerare, indignum esse omninò, tale opus ad tui gloriam, & laudem conuertere, & tradere inani gloriæ obsequuturum. Quod semel Deo dicasti, intactum conserua, nec quod ei semel dedisti, & adiudicasti, ab eo auferas. Considera grandem iniquitatem Saulis: Promisit filiam suam maiorem Dauidi in vxorem, pro eo quod salutem feciſſet in Israel, & ipsum seruasset in re-
1. Reg. 18. 19. gno, & vita: *Factum est autem tempus, cùm deberet eam dare Dauidi, dedit Hadrieli Molathita vxorem*. Talis est iniquitas multorum, qui considerantes, quàm grandi erga Deum obligatione teneâtur deuincti, qui eis salutem præstantiorem, quam Dauid præstitit, veriusque quàm ille exposuit vitam suā, promittunt filiam vxorem. Filiam voco, actionem bonam, opus bonum, aut singulare; vt eleemosynam grandem, ædificationem Xenodochij, constructionem Ecclesiæ in Dei honorem, &c. Hanc filio Dei despondent, cum opus aggrediuntur, & incipiunt: qui tamen opere iam perfecto, cum verius deberent illud Deo dicare, sicut Salomon templum constructum dicauit, despondent alteri: opus conuertunt ad suum honorem, & gloriam: & ex eo præcipuè lætantur, quod ab hominibus illud probatur, & eis videtur quod rē grandem fecerint. Tunc validius, ac efficacius inanis gloriæ affectum exorientem comprimens, debes opus Deo eiusque gloriæ offerre, & tanquam legitimo sponso totaliter filiam quam genuisti tradere. Quàm dignus reprehensione ille homo esset, qui manum extendens, vt pomū pulchrum regi offerret, quando rex ad illud capiendum extenderet brachium, ipse ad os suum conuerteret pomum? hoc enim nec cum sibi æquali homo aliquis agere auderet. Extendisti manum erga Deum, fructum boni operis offerens, quando propter eius amorem, & gloriam agere cœpisti, si opere completo ad tui gloriam illud conuertis, & de illo tanquam de re à te perfecta, nimio gaudio exultas, & tibi complaces quod Deo obtulisti, ad os tuum conuertisti, quando ille accipere volebat. Hoc igitur attenta mente curato, opus quod benè Deo dante proposuisti, & rectè incœpisti, rectè prosequi, & tāto validiori cordis affectu, Deo offerre procura, quanto videris ad perfectum iam perductum. Quantò enim magis ad finem fuerit perductum, extiteritq; perfectius, tantò magis gloria illius danda est Deo. His rectè concinit, vt vt latè Beatus Gregorius prosequitur, illa Spiritus sancti sententia, quam supra annotabamus:

Omni custodia serua cor tuum, quoniam ex ipso vita procedit.

19. Moral. cap. 17. Prou. 4. 23.

§. 66. *Quæ dixit Christus, Paulus instar nutricis quasi lac exhibet, eadem Sponsus indicauerat, asserens se captum in vno crine, & vno oculorum Sponsæ.*

¶ 395. QVartum, & vltimum documentum sit, quod Paulus tradidit, omnem hanc Euangelicam doctrinam clarissimis, facillimisque verbis exponens. Quæstionem pertractat B. Ambrosius *a*, in quodam sermone, qui à quibusdam Sancto Augustino tribuitur, & inter eius sermones legitur *b*, cur decollato Paulo, loco sanguinis abundantissima lactis vnda profluxerit: quod tanquam certum supponunt Ambrosius, & Augustinus, & tanquam rem exploratam refert Diuus Chrysostomus, addens propter miraculi magnitudinem, multos qui ad spectaculum conuenerant, fuisse ad Christum conuersos, signanter spiculatorem, qui eum decollauit. Quærit igitur Ambrosius, cur Deus hoc peculiariter in Paulo fieri dispoſuerit. Et respondet: Iure quidem, ad ostendendum se dedisse Paulum, qui fidelium esset nutrix. Et quid mirum, inquit Ambrosius, quod lacte abundet magnus Ecclesiæ nutritor? Nutrix solidum cibum, quem puerulus comedere non potest, in lac transmutatum præbet. Paulus grandia, & solida Euangelij mysteria, quæ, vt Ioannes dixit, dura à multis iudicabantur, tanquam lac nobis tradit, perspicuè, & aperte ac facilè exponens quæ difficilia videbantur. Vnde Sanctus Augustinus fatetur nullum esse, qui Euangelicam doctrinam, & mysteria manifestius clariusque exponat. Idcirco cùm in suæ conuersionis initio quæreret, quid de libris sacris legendum assumeret, quò difficultates quibus premebatur solueret, & inciperet hortante B. Ambrosio, legere Isaiam Prophetam, cùm tamen in Paulum incidit, quasi luce clara ita fuit circumfusus, vt omnes quibus vrgebatur quæstiones penitus cessarent, vt ipsemet de seipso recenset *a*. Ideò postea de Paulo agens: Nihil, inquit *b*, nobis est viro isto notius, nihil suauius, nihil in scripturis familiarius: Et quidem omnem doctrinam, quam hac Euangelica lectione Christus Dominus proposuit, & quæ à nobis in illa expoſcit, tanquam lac nobis exhibet vnica breui facilique sententia, dicens: *Siue ergo manducatis, siue bibitis, siue aliud quid facitis, omnia in gloriã Dei facite*. Ecce, inquit Chrysostomus, quæ tibi agenda sunt, breui, facilique sermone constricta. Voluit Paulus id ipsum, quod Christus, vt nullum opus tuum tibi deperiret, esseſque sicut auidus mercator, qui ex quauis re commodum deportare procures, & quemadmodũ, inquit, mercatores, nauigantes Maria, ciuitates appellentes, non prius abeunt à portu, & in foros conscẽdunt, quàm proponãt lucrũ in mercimonijs: sic nec tu quicquam facias, aut dicas, nisi lucrum aliquod intendas secũdum Deum. Dices: Quomodo id consequi potero? Initio cuiusque operis cõstitue quam sequaris regulam. Quemadmodum cum architecti murum extructuri sũt, amussim ab angulo ad angulum dicunt, atque ita murum pertexunt, vt minimè inæqualis eius ora existat: sic, & nos pro amussi verbum hoc habeamus: *Siue editis, siue bibitis, siue aliquid aliud facitis, omnia ad gloriam Dei facite*. Siue ergo precemur, siue ieiunemus, siue accusemus, siue condemnemus, siue somnum capiamus, siue à somno excitemur, omnia in Dei gloriam faciamus. Ita Chrysostomus. Incipimus tempus ad bene operandum singulariter constitutum, hanc regulam tibi statue, ieiunia, orationes, eleemosynas, & omnia opera tu acturum ad Dei laudem, & gloriã, nec solùm huiusmodi opera, sed, & cætera omnia, quæ ad huius vitæ subsidia perficere paras. Paterfamilias domum suã gubernans, vxor marito obsequens, pater filium suum nutriens, mercator iustam mercaturam exercens, seruus domino suo obediens, hoc sibi proponat, dum hæc agit; se ad Dei gloriam, & honorem agere velle, & vt grata illi exhibeat obsequia. Id quod idem Apostolus eisdem ferè verbis Colossensibus commendauit. Hoc enim suppo-

nis

a Serm. 68.
b Serm. 26. de Sanctis.
Hom. in principes Apost. to. 5.
Hom. 6. 61.
a 8. Confes. c. vlt. & l. 9. c. 5. & 2. contr. Acad. c. 3.
b in Psal. 147.
1. Cor. 10. 31.
Orat. in Kalen. habitam. 5.
¶ 396.

nit tanquam fundamentū: *Omne quodcunque facitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini nostri Iesu Christi gratias agentes Deo, & patri per ipsum.* Et ne intelligerent, eum tantùm loqui de operibus, quæ ex se sancta sūt, seipsum explicat etiam de his, quæ communem concernunt vitam. *Mulieres subditæ estote viris sicut oportet in domino*; id est, propter dominum, & eius amorem: *Viri diligite vxores vestras, & nolite amari esse ad eas.* Subintelligē etiam, quod præmiserat, *in Domino*, id est, propter domini obsequium: *Filij obedite parentibus per omnia, hoc enim placitū est Domino*, id est, obedite, quia placitum est Domino, non quia terrenam hæreditatem ab illis speraris: *Serui obedite per omnia Dominis carnalibus, non ad oculum seruientes*, id est, solam mercedem corporalem ab eis sperantes: *sed in simplicitate cordis timentes Dominum.* Et rem totam concludens: *Quodcunque*, inquit, *facitis, ex animo operamini sicut Domino & nō hominibus, scientes quod à Domino accipietis retributionem hæreditatis Domino Christo seruite.* Quæ circa homines agitis, ita agite, vt potius intenditis in illis ipsis, Deo obsequi, & seruientes hominibus, Christo seruite. Vt enim supra docebamus, infœlix est mercator, qui solū temporale lucrum, quod nō secum auferet, ex sua laboriosa negotiatione prætendit. Infœlix seruus, qui lōgam, grauemque agens seruitutem, solam exiguam, quàm Dominus daturus est mercedem intendit. Infœlix miles, qui vitam exponit, solum à rege terreno stipendium vile sperans. Contēde grādia, non minus qua coram Deo hæreditatem, hanc enim consequemini, si in his quæ agitis, Deo obsequi, & eius gloriam promouere contenditis. Quia cœlestis Sponsa ita agebat, omnia in Dei gloriam dirigens, cor sponsi ad se rapuit. Quod ab ipso Sponso indicatū credo illis verbis: *Vulnerasti cor meum soror mea Sponsa, vulnerasti cor meum, in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui.* In Hebræo habetur verbum לבבתני *Libab*, quod significat auferre, aut adimere, vel rapere cor, quod Septuaginta simplici verbo transtulerunt: *Excordasti me.* Regius, & Pagninus: *Abstulisti cor meum.* Symmachus: *Excitasti cor meum*, id est, vt Theodoretus intellexit, cor meum in amorem tuum, & desiderium concitasti, seu inflammasti, aut vt trium Patrum expositio: Miras tui amores in corde meo excitasti. Nec contentus fuit semel id dicere, sed repetijt id ipsum: *Vulnerasti cor meum soror mea Sponsa, vulnerasti cor meum*, vt quam potenter Sponsa cor ipsius rapuerit, aut ad sui amorem excitarit, declararet. Abscedat in primis, inquit Hieronymus, omnis carnalis sensus. Ne enim putaremus, eum amorem carnis, & nuptias significare corporeas, illico excludit hunc sensum, & ait: *Vulnerasti cor meum, soror mea sponsa*: vbi enim sororis nomen est, suspicio omnis fœdi amoris excluditur. Quid est, quod Sponsi cor potuit rapere, aut ardentissimo amore succendere? *in vno*, inquit, *oculorum tuorum, & in vno crine colli tui.* Tertullianus fœminarum pudicitiam commendans, hunc locum expendit, annotans, Salomonem alludere voluisse ad morem fœminarum orientalium, quæ honestatis causa dum in publicum prodibant, faciem gerebant opertam, vnicum solum oculum, quo dirigi possent discooperientes, quem illarum morem S. Hieronymus similiter indicauit. Honestatem igitur Sponsæ voluit Sponsus explicare, quæ eum ad ipsius amorem stimulauit. Alij credunt; idem esse secundum phrasim Hebræam, in vno oculorum, ac in vnoquoque oculorum, de quibus multa noster Sotomaior *a*. Ex sanctis tamen Patribus, qui hunc locum explicant, Heronymo *b* Ambrosio *c*, Gregorio Nysseno *d*, Theodoreto *e* Philone Carpathio *e*, & alijs, aliam quam indicant colligo expositionem, quam legitimam censeo. Non enim vnum oculorum vocat Spōsus, vnicum oculum; sed vnitatem oculorum. Neque vnum crinem vocat vnicum capillum, sed vnitatem capillorum omnium. Vnde Pagninus iuxta Hebraum transtulit: *In vna torque vnorzal de tus capellos.* Nihil deformius est in fœmina, quam diuersitas, aut cōtrarietas oculorum, cum sic respicit, vt vno oculo in Orientem, altero in Occidentem conspiciat, Pulchritudinem aūt eius auget oculorum vnitas, vt

in

ad Col 3. 17.

¶ 197.

Cant. 4. 9.

Brix 10. 1. f 340. In c. 4 Cāt.

Lib. 2 cont. Iouin. post medium.

Lib. de habitu mulieb.

Epist. 8. ad Demet. de seru. virg. circ fin.

a In cap. 4. Cant.
b In c. 1. Is.
c In Psal. 218. serm. 11.
d Orat. 8. in Cant.
e In cap. 4. Cant.

in vnum idemque obiectum ferantur ſimul dexter, atque ſiniſter. Similiter pulchritudinem minuit, capillorum incompoſita multitudo, dum pars in dextram, pars in ſiniſtram, pars in occiput,
¶ 398. pars in frontem demittitur. Tunc autem egregiè diſpoſiti ſunt quando vniti, & concinnati totum caput cingunt. Hanc ergo pulchritudinem in Sponſa ſua Cœleſtis Sponſus voluit ſubnotare, quæ ad vnicam rem oculos perpetuò conuerteret, capilloſque teneret vnitos. Vt adnotat Sanctus Gregorius Nyſſenus inſipienter hæc de oculis capilliſq; capitis intelliges, quorum parua cura eſt Cœleſti Sponſo; ſed de oculis, & capillis animæ. Sunt oculi, affectus mentis, & intentio: ſunt capilli, cogitationes variæ. Nihil deformius eſt, quam tuorum oculorum oppoſita varietas, quod ex vna parte intendas Deo placere, ex alia mundo; quod hinc te velis conuertere ad Deum, inde ad lucrum, ſeu luxuriam. Cœleſtis Sponſus vnitatem quærit oculorum, vt perpetuò in ſe vno omnem oculum figas; ſemper in quacumque actione, & opere ei placere contendens: vnitatem itidem capillorum, vt omnes cogitationes tuæ in vnum tendant. In illo primò
Gen. 15.10 Abrahæ ſacrificio, quo animalia, aueſque iuſſus fuit offerre, ſtatuit ei Deus, vt animalia quidem diuideret, & in frusta concideret, aues autem indiuiſas, & nullatenus diſſectas offerret; quia quâuis homo poſſit opera ſua diuidere, curans filios, vxorem, rem familiarem, pauperes, viduas, &c. ſed intentio, & affectus voluntatis, quem aues in altum ſe erigentes ſignificabant, nullatenus eſt diuidendus. Dices: Nonne debeo qui filios habeo illis attendere, & cogitare de ijs, quæ ipſis expediunt? Nonne ego mercator, cogitare teneor de pertinentibus ad mercaturam, quam gero? Nonne ego vxorata debeo cogitare quomodo placeam viro? Certè cogitationes mortalium timidæ, & innumeræ pluſquam capilli: *Cogitationes,* *Pſ.* 32.11. inquit Dauid, *cordis mei multiplicatæ ſunt.* Reſpondeo? Non dubium te plures debere cogitationes habere, & mentem tuam ad plurima, & innumera conuertendam, ſint tamen capilli tui vniti, vt omnia quæ cogitas in vnum finem referas, in Dei ſcilicet gloriam, & obſequium. Si cogitas de prouidendis domui tuæ, ſi de filijs matrimonio dandis, ſi de negotijs pertractandis, ſi de cauſæ tuæ iuſtitia defendenda; omnia in hoc vnum cõuenire facito, quod ſint propter Dei gloriam, & in illius obſequium. Qui enim ita agit, grandem Dei erga ſe excitat amorem. Atque hæc dicta ſint, prolixa quidem, ſi ſcripturam attendas, vtilia tamen ſi materiam conſideres, & breuiſſima ſi magnitudinem argumenti expendas, totum enim bonorum operum encyclopædiam complectitur, & circa illud maior pars ſanctarum ſcripturarum, & Sanctorum Doctorum verſatur.

TERTIA

TERTIA PARS,

DE RECTO HOMINIS AFFECTV ERGA PROXIMVM.

§. 1. *Hortatur Christus, vt bonorum operum thesaurum in cœlo recondamus seruandum: nec enim sufficit bona opera agere, nisi custodiantur, sicut in Adam indicauit Deus.*

¶ 399. *NOlite thesaurizare vobis thesauros in terra, &c. thesaurizate autem vobis thesauros in cœlo.* Iam tandem Christus Dominus hominem erga proximũ componit, singulariter affectum misericordiæ per eleemosynarum largitatem commendans. Annotabamus autem supra, multos sanctos Patres, thesaurorum nomine intellexisse omnia bona nostra, quæ agimus, aut intendimus: quasi Christus in eo quod cœperat persistat, suadens ne contendamus operum nostrorum thesaurum in terra recondere, hominibus offerentes, & exhibentes, videndum, gloriam humanam ab eis reportaturi: sed Deo ipsi offerendum, & in cœlo per rectam intentionem recondendum, vbi securè in perpetuum nobis conseruatus subsistat. Ita Hieronymus *a*, Augustinus *b*, Origenes *c*, & Chrysostomus *d*. Idcircò, vt dicebamus, quicquid Deo offerebatur, vocabatur ab Hebræis, *Thenuach*, id est, eleuatio; quia qui Deo aliquid offerebat, eleuabat illud quasi Deo tradens in cœlo recondendum, & qui orant, eleuant manus: & orationem vocat Dauid, *e*: *Eleuationem manuum*, qui orationem ipsam, & quicquid Deo offerimus, orantes vt illud suscipiat, quasi in cœlum eleuare contendimus, illo per rectam intentionem, & affectum purum ad Deum transmittentes thesauros nostros, de quibus satis, superque supra dictum est. Non longè ab hac intelligentia recedit Ambros. qui explicat Christi verba, de thesauro virtutum, qui non est reponendus, aut retinendus in terra, id est, inter seculi negotia, & voluptates, vbi conseruari non potest: nam fures, id est, immundi spiritus tunc diripiunt, & ærugo, id est, nostræ carnis lasciuia absumit virtutum omnem pulchritudinem. Ærugo enim nostra, lasciuia est, libido est, quæ flagitiorum sordibus aciem mentis obducit. In cœlo igitur virtutes condendæ. Hic sensus non incongruus est menti, & intentioni Christi Domini, qui vt dixit S. Petrus Chrysologus, in hoc positus fuit totus, vt ea quæ benè operamur, non nobis depereant, sed in perpetuum conseruata persistant. Vt aliquis pauper efficiatur diues, duo sunt necessaria; primum vt diligenter, & solicitè negotietur, laboret, & operetur circa ea, ex quibus lucrum potest reportare: secundum

Lib. 1. de Spiritu S. cap. 20.

Serm. 7. 8.

a *In cap. 6. Matt.*
b *Lib. 2. de ser. Dom. cap. 21. & serm. 220. de temp.*
c *Ho. 4. in c. 6. Matt.*
d *Hom. 10. ex varijs in Matth. ad fin.*
e *Ps. 140. 2*

cundum, vt quod lucratus fuerit, custodiat. Quid enim proficit immensam diuitiarum copiam lucrari, ei qui vno aleæ iactu omnes illas exponit, & perdit? Hæc Christi mens, hic animus, vt homo, qui pauperrimus manserat per peccatum, efficiatur diues, immo, & ditissimus: Hoc ita optauit, vt hac de causa, sicut dixit Apostolus, ipse pauper
1. *Cor. 8. 14* fuerit effectus; *Vt illius inopia nos diuites essemus*. Quoniam autem ad hoc requirebatur vt homo negociaretur; vt possemus negociari, dedit nobis sicut homo ille nobilis seruis suis, omnia
Matt. 25. 13. & Luc. 19. 12. bona sua, Cœlum, sidera, terram, fontes, arbores, fructus, & quicquid in natura produxit, Angelos, Doctores, Pontifices, sua merita, & opera, ieiunia, orationes, passiones, crucem, clauos, lanceam, sanguinem, sacramenta, corpus, carnem, animam, diuinitatem, se ipsum; vt dicere verius tu possis de illo, quod de hero suo dixit Ioseph: *Dominus meus omnibus mihi traditis, nihil est, quod non tradiderit mihi*. Hæc omnia abundanter præstitit, dicens: *Negotiamini*. Sed quia non sufficit negotiari, & multas diuitias lucrari, nisi conseruentur, hoc à nobis nunc requirit, vt bona quæ operati fuerimus, & thesaurum virtutum, quem comparauerimus, in tuto reponamus, vt nobis conseruatus subsistat. Vnde postquam suasit bona opera agere, modum tradit, quo seruare illa possimus, recondendo scilicet in cœlo, ibi nostros bonorum operum thesauros reponendo. Expendit B. Gregorius verba illa, quæ dicta sunt, quando Deus creauit hominem: *Tulit ergo Dominus Deus hominem, & posuit eum in paradiso voluptatis, vt operaretur, & custodiret illum*. Creauit Deus hominem extra paradisum (vt ex his verbis S. Patres inferunt) in campo Damasceno, & tulit illum ministerio Angelorũ, sicut postea Henoch, & Eliam, & posuit in paradiso. In Hebræo habetur verbum, *Hinniahh*, quod propriè significat relinquere, deponere, aut constituere ad manendum, & quiescendũ, quo verbo vsus est Isaias, cùm dixit: *Et requiescere eos faciet super humum suam*: & scriptura cùm dicit cadauer poni, aut deponi in sepulchro. Tulit itaque Deus hominem in paradiso, non tantùm vt pulchritudinem illius ipsi ostenderet, & mox inde abduceret, sed ibi posuit, & reliquit, tanquam in suæ habitationis loco, in quo suam vitam ageret; *Vt operaretur, & custodiret illum*. Verba hæc multis difficultatibus esse implicata, docuit eleganter Augustinus: Quid hoc est, inquit, *Vt operaretur*? Nunquid fortè agriculturam voluit Dominus operari primum hominem? Anne credibile est, quod antè peccatum eum damnauerit ad laborem? Nonne in peccati pœnam misit eum; *Vt operaretur terram, de qua sumptus fuit*: quando dictum est ei; *In sudore vultus tui vescêris pane tuo*? Deinde, quid illud, *Vt custodiret*? Contra quos? Nullus certè vicinus metuebatur inuasor, nullus limitis perturbator, nullus fur, nullus aggressor. Multa in huius expositionem prosequitur Augustinus, dicens in primis, non imposita homini operationem, quæ laborem, & lassitudinem inferret, sed quæ afferret voluptatem, non quæ eius mentem diuerteret à Deo, sed iuuaret potius ad diuinorum operum contemplationem, per quam otium corporis, quod tædiũ afferre solet, vitaret. Tantam namque voluptatem affert aliquam agriculturæ operam exercere, vt magna pœna sæpè sit, inde ad aliud auocari. Quicquid ergo delitiarum habet agricultura, tunc vtique longè amplius erat, quando nihil accidebat aduersi, vel terra, vel cœlo. Non itaque operatio erat laboris afflictio, sed exhilaratio voluntatis: cùm ea, quæ Deus creauerat, humani operis, adiutorio lætius feraciusque prouenirent, vnde creator ipse vberius laudaretur, qui animæ in corpore animali constitutæ rationem dedisset operandi, & facultatẽ quantum animo volenti satis esset, non quantum inuitum indigentia corporis cogeret. Ita Augustinus. Quod similiter dixerunt Hieronymus *a*, Seuerianus *b*, Albinus *c*, & alij, quorum doctrina fiet apertior, si supponamus, quod doctrinæ D. Thom. credo esse conforme, Deum in paradiso nõ omnia arborum genera, quæ nunc sunt, condidisse, sed præcipua, & quæ per insitionem, aut humanam industriam pro-

Gen. 39. 8. Luc. 19. 13. ¶ *400.*

19. Moral. c. 13. Gen. 2. 15.

Gen. 3. 23.

8. de Gen. ad lit. c. 8. ad 12.

a *Lib. qq. hebraic. in Genes.*
b *Lib. 2. ad Autol.*
c *in Genes. apud Lip.*

הניחה *Brix. to. 1. f. 160. Isa. 14. 1. 3. Reg. 13. 30. 31.*

produci non possunt. Huiusmodi enim plantas, quæ inserendo vnam, alteri nouæ nascuntur, hominis industriæ producendas reliquit, sicut de animalibus credit D. Thomas, ea tantùm à Deo initio mundi fuisse producta, quæ non possunt ex putrefactione oriri, aut ex commixtione animalium diuersarum species generari, sicut mulus ex equo, & asina, leopardus ex læna, & pardo: hæc enim tantùm tunc producta fuerunt à Deo in suis causis, vt longo discursu Rupertus probare contendit. Qua etiam ratione intelligi potest, quod dictum est, Deũ produxisse in Paradiso. *Omne lignum pulchrum visu, & suaue ad vescendum.* Quod si ita res se habet, facilè possumus intelligere multa tunc potuisse Adam voluptuosè in Paradiso operari, signanter diuersas, ac innumeras arborum insitiones, quæ quantam inducant delectationem, nouerunt ij, qui huic operi sunt addicti. Quod autem dicitur, positum hominem in Paradiso, vt illum custodiret, varijs modis Diuus Augustinus explicat, de quibus alibi. Nonnulli credunt hoc dictum propter bestias, & feras, quas in Paradiso extitisse, (innoxias tamen, & subditas homini) probat Augustinus; ex eo, quod ibi erat coluber, & serpens, quo vti potuit diabolus ad tentandum. Illæ autem poterant, ea quæ Adam operatus fuisset conculcare, & fœdare pedibus, comedere, & deuorare. Posset namque capra comedere virgultum ab Adamo insitum, & aper conculcare flores, quos ille composuisset. Ideò cui impositum fuit, vt operaretur, etiam fuit indictum, vt quod operaretur custodiret, ne à feris periret. Sicut autem tunc operari non fuisset cum labore, ita nec custodire, quod vel solo imperij sui verbo posset perficere. Ita videntur sentire Basilius *a*, Damascenus *b*, & Iosephus *c*, de quibus videndus est Diuus Thomas *d*. Beatus tamen Gregorius *e* magnum agnoscit in prædictis verbis mysterium. Ita enim quæ Adæ erant agenda, imposuit Deus ante peccatum, vt quæ à nobis post illud facienda essent, declaret. Eo ipso, quod ex Dei munere, & gratia translatus fuit Adam in Paradisum, ibique repositus, vt tanquam in domo maneret, iussus fuit in illo operari, & custodire, quæ operatus fuisset, ne à feris absumerentur: quo indicaret Deus eo ipso, quod ex sua mera gratia in Ecclesiæ suæ Sanctæ Paradisum nos transtulit, & tanquam in domo sua constituit, nobis impositum esse, vt operemur bonum, & quod operati fuerimus custodiamus, ne à feris deuoretur, & pereat. Si intelligere cupis, ad quidnam Deus te in Ecclesia sua constituit, intellige ad hæc duo; primò, vt operaris; secundò, vt quod operatus fueris custodias. Incassum enim opus agitur, inquit Sanctus Gregorius, nisi quod factum fuerit, diligenti custodia seruetur. *Hæc duo sunt, quæ Christus nobis nunc intimat, supponens in primis nobis esse operandum: Cùm ieiunatis*, inquit. Ieiunij namque nomine, vt ex Augustino, & Bernardo, cæterisque Patribus supra dictum fuit, omnia mortificationis, & pœnitentiæ opera intelligit. Nec præcipiendo loquitur, dicens; Ieiunate, sed supponendo; *Cùm ieiunatis*. Tam certum est enim, tibi in Ecclesia constituto esse operandum, vt tamquam rem exploratam omnes supponant. Qui ad Ecclesiam adducuntur à Deo, aduocantur ab eo ficut operarij ad vineam, vt Christus Dominus dixit; operarium ad vineam vocatum operari debere, tam certum est, vt nullatenus possit dubitari. Positi sunt fideles in Ecclesia tamquam arbores; notum est autem, quòd *omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur*. Deinde docet Christus custodiendum id quod fuerimus operati, modum tradens, quo bona quæ agimus, possimus nobis in perpetuum conseruata custodire, dicens ea reponenda in cœlo: *Thesaurizate*, inquit, *vobis thesauros in cœlo*. Ibi operum vestrorum ditissimum thesaurum, quem congregatis, reponite: *Vbi neque ærugo, neque tinea demolitur, neque fures effodiunt, nec furantur*: quod fit per rectam intentionem, per quam bona opera in cœlo reponimus, & collocamus nobis seruanda. Quod enim ibi reposuerimus, incorruptum, & illæ-

¶ 401.

1. *p. qu. 73. art. 1. ad 3.*

1. *in Genes. c. 45.*

14. *De ciu. c. 11.*

¶ 402.

Matt. 20.

Matth. 7.

2 *Hom. 11. in hexa.*

b 2. *de fide Orthodox. cap. 10.*

c 1. *Antiq.*

d 1. *pa. qu. 102. art. 3.*

e *Libr. 19 Mor. c. 17. cit.*

illæſum in perpetuum nobis reſeruatum manebit. Infœlix ille Phariſæus, qui multa quidem lucratus fuerat, & ieiunauerat, & orauerat, multaque virtutum opera perfeceratſed quia in terra theſaurum operum ſuorum reliquerat, ab inani gloriæ appetitu fuit conſumptus. Fœlix, qui in cœlo theſaurum huiuſmodi recondit, Deo ſeruandum committens. Miranda ſunt quæ de illo cœleſti cibo, qui ab admiratione dictus eſt, *Manna*, referuntur: ſignanter autem, quod Scriptura ſacra expēdit; Pluit Deus Manna, conſtituitque Iſraelitis, vt eorum quilibet ex eo colligeret, & in domum ſuam, aut tabernaculum duceret ad ſui ſuſtentationem. Conſtituit itidem Moyſi, vt ex eodem partem colligeret, & in vrna aurea coram Deo poneret. Ideoque Moyſes ad Aaron: *Sume vas vnum, & mitte ibi Manna, & repone coram Domino ad ſeruandum in generationes veſtras, ſicut præceperat Dominus.* In Hebræos pro *Vas*, habetur nomen *Zinzeneth*, de quo incertum eſt, quod vaſis genus ſignificet: quidam lagunculam, alij ſcutellam, alij phialam: conuenientius tamen, *Vrnam*, quidam transferunt, quomodo Paulus. Et quidem nec in Hebræo, nec in Chaldæo habetur, quod vas aureum eſſet, Septuaginta tamen, *Vas aureum* legunt: quomodo Cyrillus, & Græci Patres, immo, & Paulus ipſe; *Vrnam auream* exprimens. Quomodo autem reponēdum eſſet coram Domino, inquirit Auguſtinus, quia nullum tunc erat adhuc Dei ſimulachrum, nec arca teſtamenti erat conſtructa. Et reſpondet, id, aut per prolepſim, aut anticipationem iam tunc dictum, quod poſtea factum fuit, cùm fabricatus fuit Moyſes arcam: aut verò coram Domino poni, dictum eſt, quod ipſius offerentis deuotione fieret, qui vbique Deum cernere poterat præſentem. Magna autem differentia inter has portiones manna extitit: nam manna, quod quiſque in ſuum deferebat tabernaculum, tantum durabat per diem præſentem, & in ſequenti nihil niſi vermes ex eo reperiebantur, ſicut experti ſunt quidam, *Qui dimiſerunt uſque mane, & fœtere cœpit vermibus atque computruit*: illud autem, quod coram Domino in vaſe aureo repoſitum fuerat, perpetuò incorruptum fuit ſeruatum. Opera bona aptè per manna exprimuntur, per quæ præparatur cibus animæ, quæ à Cœlo, aut Cœleſti auxilio in ſui productione ſicut manna pendent, & profluunt. Huiuſmodi mãna in ſuum tabernaculum referunt, qui ad ſui gloriam bona opera quæ faciunt, conuertunt: & quidem quamuis dum præſentis vitæ dies durat, illa conſeruari videanturſed non reſeruantur in craſtinum futuræ; *Perijt enim memoria eorum cum ſonitu*, cum voce ſcilicet laudantium. Infœlices hypocritæ, qui non reperient die ſequenti, niſi vermes corrodentes cor ipſorum. Qui autem in vaſe aureo manna coram Domino reponit, incorruptum perpetuò coram illo ſeruandum conſtituit. Aureum vas charitatem exprimit, quæ omnia capit virtutum opera; nam *charitas patiens eſt, benigna eſt, non æmulatur, non agit perperam, omnia ſuffert, omnia ſperat, omnia ſuſtinet*, &c. Ille in iſto vaſe offert Deo manna, qui virtutum opera Cœli fauore perfecta, propter Deum agit, & ad ipſius gloriam ordinat. Hic eſt, qui theſauros in Cœlo recondit, ibique theſaurizat. Hocque eſt, quod Chriſtus agendum ſuadet, qui noſtra non vult nobis deperire: *Paſſer inuenit ſibi domum, & turtur nidum, vbi conſtituat pullos ſuos*: naturali enim inſtinctu aues fœtus à ſe editos conſeruare procurant. Aiunt, inquit Hieronymus, qui de animantium ſcripſere naturis, omnium quidem beſtiarum, & iumentorum, auiumque, ingenitum eſſe in filios, pulloſque ſuos affectum; ſed maximum eſſe amorem aquilarum, quæ in excelſis, & inacceſſis locis nidos collocant, ne coluber fœtus violet. Amethyſtum quoque inter pullos ſuos lapidem reperiri, quo omnia venena ſuperentur, &c. In toto ergò fœtus bonorum operum tuorum repone, ne minus eos diligere, quàm animalia comproberis, de quibus multa in præcedenti huius tractatus parte dicta ſunt. Hic igitur ſenſus eſt, quē multi Sanctorum Patrum intendunt, credentes Chriſtum loqui de bonorum operum theſauro in Cœlo recondendo Hilarius theſauri nomine intelligere

vi-

Luc.18. ¶ 403.

Exod.16.

Pſal.9.6.

Ibid.n.23.

עצרת

1. Cor.13. 4.

Pſal.83. 4.

Ad Heb.9. 4.

In c.66.Iſ. in illud: quomodo ſi mater.

3. Supr. Ioan. c.34. Hebr. 9. 4. Libr.qq. in Exod.q.61

Cano. 5. in Matth.

videtur honorem, & gloriam, quam oſtendit Chriſtus, in terra velle theſaurizare, eſſe inutile penitus, & omnimodæ ſolicitudinis plenum. Nihil enim facilius, quam illam amittere, & perdere, quam facilè poſſunt homines furari, & detrahere, & ipſa facillimè conſumi corrodentium vermium, id eſt, murmuratorum conatu, qui non minus illam, quam arugo, & tineæ veſtes demolitur. Quærendum propterea per bona opera theſaurum indeficientis gloriæ in Cœlo nobis præparare.

§. 2. *Ieiunium duabus alis volat, rectæ intentione, & eleemoſyna, quas expreſſit Propheta, petens ſanctificari ieiunium, & vocari cœtum, & Chriſtus in Euangelio.*

¶ 404. COmmunior tamen Sanctorum Patrum ſenſus eſt, vt velit Chriſtus Dominus eleemoſynarum largitionem commendare. Poſtquam enim docuit, quomodo nos erga noſipſos deberemus componere per ieiunium, cuius nomine omnia mortificationis opera intellexit; quomodo etiam erga Deum cum benè operamur, intendentes ſcilicet ipſius gloriam, & obſequium: tandem docet, quomodo erga proximum ordinari rectè debeamus per affectum miſericordiæ. Ita Chryſoſtomus *a*, Petrus Chryſologus *b*, Euthymius *c*, Theophylactus *c*, idque Baſilius *d*, demonſtrare contendit, ex eo quod, quæ hoc loco Chriſtus inuolute dixit, alibi clarè expoſuit, quando dixit *e*: *Vendite, quæ poſſideris, & date eleemoſynam*. Immo, & Auguſtinus *f* id ipſum indicare viſus eſt, docens aptè ieiunio copulatam eſſe eleemoſynam, vt intelligant ieiunantes, non ſibi retinendum, quod ieiunando excuſant, ſed in pauperes erogandum. Non enim per ieiunium tuas facultates conſeruari, aut augeri Deus intendit, ſed teipſum meliorem fieri: id quod omnes Sancti Patres ſummo conſenſu annotant, de quibus ſtatim agemus. Ve autem homines ad eleemoſynarum abundantem largitionem Dominus excitaret, non vtilitatem recipientis, ſed dantis expreſſit, docens bona in pauperes effundere, eſſe ipſimet qui effundit theſaurizare: nec eſſe theſauros expendere; ſed potius à ſummis, & ineuitabilibus periculis, quibus ſubditi ſunt, ſi in terra ſeruentur, liberare, & in tuto, in ipſo videlicet Cœlo, recondere, in perpetuum conſeruandos. Ieiunio igitur noſtro, immo, & cæteris mortificationis operibus Chriſtus Dominus duas voluit adiungere alas, inquit Beatus Petrus Chryſologus, per quas tollatur, & portetur in Cœlum, ſine quibus iacet, & volutatur in terra: prima eſt pietas in Deum, per rectam erga ipſum intentionem, & affectum: ſecunda, miſericordia in proximum, per eleemoſynarum profuſionem. Sicut enim Deo non probantur ieiunia, quæ ſine recto erga ipſum fiunt affectu; ita nec quæ ſine miſericordia erga proximum perficiuntur, vt demonſtrant Chryſoſtomus *a*, Ambroſius *b*, Auguſtinus *c*, & laciſſimè idem Chryſologus *d*. Et rectè quidem ita docuit Dominus; qui ſicut Phariſæorum ieiunia reprobauit, quia Deo erant inuiſa; ita quæ à ſuis fidelibus eſſent agenda, vt grata eſſent, expoſuit. Hoc fiet manifeſtius, ſi expendamus Iudæorum ieiunia, ex duplici defectu fuiſſe à Deo reprobata: quia videlicet carebant pietate in Deum, & miſericordia in proximum. Id quod apertè Deus ipſe illis vitio dedit, quando conquerentibus, quod illos ieiunantes Deus non aſpiceret, & dicentibus: *Quare ieiunauimus, & non aſpexiſti?* per manum Iſaiæ illis reſpondit, oſtendens meritò ipſorum reieciſſe ieiunia: primò, *Quia in die*, inquit, *ieiunij veſtri inuenitur voluntas veſtra*, id eſt, vt Hieronymus exponit, quia non ad me veſtram voluntatem, & mentem cum ieiunatis, conuertitis, gloriam meam, & obſequium intendentes, ſed tantummodo, vt veſtris cupiditatibus, & honori proſpiciatis. Ieiunabant enim, tum vt apud homines gloriam aucuparent, tum vt expenſas vitarent, de quibus noſter Porerius. Secundò, *Quia*

omnes

Serm. 8.

a *Hom. 71. ad pop.*
b *Li. de Nabuthe.*
c *Serm. 62. & 65. de temp.*
d *Ser. 7. 8. & 22.*

¶ 405.

Iſa. 58.

Libr. 16. in c. 58. Iſai.

a *Ho. 21. in Matth. & 15. in imperf. & 10. ex variis in Matt.*
b *Serm. 7. & 8.*
c *In cap. 6. Matth.*
d *Hom. de inſtituendis venientib. ad baptiſ. p. 230.*
e *Luc. 12. 33.*
f *Serm. 37. ex diuerſis*

omnes debitores vestros repetitis: ecce ad lites, & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impiè. Non solum quando ieiunabant, misericordiam non agebãt in pauperes: sed singulariter illis diebus eos vrgebant, repetentes ab eis, inquit Diuus Hieronymus quæ soulere non poterant: ad iudicium per lites illos trahebant, pignora ipsorum sibi adiudicanda procurantes, percutientes pugno, & suffocantes inopes debitores, sicut ille, qui conseruum suum tenens suffocabat, dicens: *Redde quod debes.* Quibus similes multi sunt, qui illis diebus sunt asperiores, & magis intractabiles, quos ad deuotionis opera elegerunt. Ieiunium commouet bilem, & tristitiã excitat: illique qui suis passionibus, & affectibus ducebantur, & cedebant, ita in diebus ieiuniorum agebant, & intractabiles reddebantur: vt viderentur, quod non ieiunabant, nisi vt acrius bile stimulati, & iniustitia excitati, pauperes affligerent, *Nunquid,* inquit Deus, *tale est ieiunium —, quod elegi?* Quod pro charitate instituta est, debetne contra charitatem militare? *Nonne hoc est magis ieiunium, quod elegi? Dissolue colligationes impietatis, solue fasciculos deprimentes,* id est, vt ait Hieronymus, Dissolue iniquas cautiones, ex quibus opprimũtur pauperes: *Frange esurienti panem tuum —, & egenos vagosque educ in domum tuam cùm videris nudum, operi eum.* Quibus verbis id dicere voluit, ad ieiuniũ vt sibi gratum sit, addenda esse misericordiæ opera erga pauperes, vt Sancti Patres explicant Ambrosius *a*, Hieronymus *b*, Augustinus *c*, quod similiter non tam ex hoc loco, quam ex Zachariæ sententia supra exposita Beatus Chrysostomus *d*, ex professo demonstrat. Quoniam igitur hæc duo erant, quæ Iudæorum ieiunia reddebant Deo inuisa, Christus duo alia opposita constituit, per quæ nostra sint grata: piam scilicet erga Deum voluntatis intentionem, qua tantum contendamus illi placere, & rectum misericordiæ affectum erga proximum, liberaliter nostra ei impertiendo. Et vt prophetiam cum Euangelio conferamus, expende, (vt Sanctus Bernardus indicat) id ipsum fuisse, quod antiquitus per Prophetam Deus expetiuit: *Canite —,* inquit, *tuba in Sion, sanctificate ieiunium, vocate cœtum.* Quid sit, ieiunium sanctificare, dictum est supra. Est enim efficere ieiunium sanctum, purum, soli Deo dicatum, & consecratum, ab omni labe hypocrisis mundum: & tale, inquit Bernardus, quod pura, intenta, & deuota oratio, diuinæ illud offerat maiestati. Sed non eo contentus est Deus, subdidit: *Vocate cœtum.* Quo nomine credit Bernardus commendatam vnitatem, & charitatem erga proximum. Quid est enim, inquit, cœtum vocari? Vnitatem seruare, diligere pacem, fraternitatem amare, rectè erga cæteros ordinari, & componi. Superbus ille Pharisæus ieiunium habuit, & ieiunium sanctificauit, qui nimirum, & ieiunauit bis in Sabbatho, & gratias egit Deo: sed non vocauit cœtum, qui potius se ab alijs separabat dicens: *Non sum sicut cæteri hominum*: Ideoque vnica dumtaxat ala nitens, ieiunium eius non peruenit in cœlum. Exitimo nihilominus aliud mysterium indicatum fuisse, & alludere Deum voluisse ad festum cœtus à se institutum. Notum est, inter alias festiuitates à Deo constitutas, singulariter institutum fuisse festum quoddam, quod vocabatur *Cœtus*, vt ex sacra Scriptura patet. Illud erat dies octaua festiuitatis solemnissimæ Tabernaculorum. In memoriam namque illius beneficij, quo Israelitas Deus duxit per desertum in Tabernaculis agentes, per quadraginta annos, iussit, vt ad medium mensis Septembris, fructibus omnibus collectis, festum agerent, per septem dies in Tabernaculis agentes: die autem octaua agerent festum cœtus solemnissimum. *A quinto decimo*, inquit, *die mensis septimi erunt feriæ Tabernaculorum septem diebus Domino. Dies primus vocabitur Celeberrimus, atque Sanctissimus: omne opus seruile non facietis in eo, & septem diebus offeretis holocausta Domino.* Ecce festus dies Tabernaculorum, cuius primus dies celeberrimus, atque sanctissimus erat. *Dies quoque octauus erit Celeberrimus, atque sanctissimus, & offeretis holocaustum Domino, est enim cœtus atque collecta: omne opus ser-*

n c.58.Es. — *Matth.18. 28.* — *Luc.18.11* — *Leu.23.36* — *Leu.23.36*

a *Libro de Nabut.*
b *Li.16.in c.58.Isaiæ.*
c *in Ps.40. & ser.62. & 172. de temp.*
d *Hom.71. ad populũ.*

¶ 406. *Serm.4. in c.ieiunij.*

Ioel.2. 15.

ullo non faciesti in eo. Solemnissimus erat hic dies, quem Sanctus. Ioannes Euangelista vocat, *Diem magnum festivitatis*, in quo Christus prædicando clamabat: *Si quis sitit, veniat ad me, & bibat*. Ad quidnam festum hoc institutum fuerit, explicat D. Thomas *a*, Lyranus *b*, & Abulensis *c*, afferentes, ad colligendas eleemosynas, quas omnes contribuebant. Et quamuis D. Thomas tantum exprimat illas dari, & colligi in vsum sacrificiorum, & Tabernaculij; sed Magister Historiarum *d*, in vsus, & subuentionem pauperum asserit: & probabile est mihi, in vtrumque vsum, sacrificiorum scilicet, & Tabernaculi, atque pauperum traditas. Ideoque vocabatur Festum cœtus, quia omnes conueniebant, & adiungebantur: Collectæ autem, quia ab omnibus, quæ quisque spontaneè dare vellet: colligebantur: vnde postea Sancti Apostoli collectas vocarunt, quæ à fidelibus, in vsus pauperum colligebant, vt videre est apud Paulum, qui de collectis, quæ in Ecclesijs Galatiæ, & Corinthiorum, cæterorumque fidelium fiebant, loquitur. Et quantum existimo, non solùm in die octaua festi Tabernaculorum hæ collectæ agebantur, sed etiam in alijs duabus festiuitatibus, quæ maiores reputabantur. Paschæ scilicet, & Pentecostes: quod mihi videor colligere ex ipso sacræ Scripturæ textu. Volens enim Moyses omnes festiuitates breuiter perstringere in Deuteronimio (quod iteratam legē apud Hieronymum significat) agens de festo Paschæ ait: *Sex diebus comedes azyma, & in die septima, qui collecta est Domini Dei tui, non facies opus*. Septima itaque die in solemnitate Paschatis, collectæ fiebant. Statimque festum Pentecostes volens describere: *Septem*, inquit, *hebdomadas numerabis tibi, ab ea die, qua falcem in segetem miseris, & celebrabis festum hebdomadarum Domino Deo tuo*. Festum hebdomadarum erat Pentecostes, vt ait Oleaster, celebrandum post septem hebdomadas à Paschate: & quia in Paschate iam incipiebant spicas metere, ad primitias in eo offerendas, vocat Paschæ diem, qua falcem in segetes mittebant. Et addit: *Oblationem spontaneam manus tuæ, quam offeres iuxta benedictionem Domini Dei tui*. Id est, In illa festiuitate offeres quidem, quod sponte volueris: sed iuxta ea, quæ à Domino acceperis. Qui enim plura accepisti, non contentus esse debes si pauca offeras, sicut is, qui pauca accepit. In tribus ergo grādibus solemnitatibus Paschę, Pentecostes, & Tabernaculorum, fiebant: non enim grandem solemnitatem Deus reputat, nisi illam, in qua ex his quæ habueris, ad eius gloriam, & pauperum subsidium manus extenderis. Singulariter autem dies octauæ festi Tabernaculorum ad hoc erat constituta, in qua omnes abundantius eleemosynas largirentur, fructibus suis collectis, iuxta eorum mensuram, quam vnusquisque à Domino receperat. Quod noster vulgatus posuit collectam, in Hebræo dicitur *Ghetsereth*, עצרת quæ vox significat constrictionem, inclusionem, aut conclusionem, à verbo *Ghatsar*, quod significat constringere, aut concludere, vt docuit Brixianus *a*, & probat Oleaster *b*. Vnde quidam *c*, occasionem sumpserunt, vt dicerent, nullatenus significare collectionem eleemosynarum, sed grandem congregationem, in qua quasi constricti tenerentur homines propter eorum multitudinem. Præponderat tamen Diui Thomæ, & aliorum quos citauimus auctoritas, & id probat nomen collectæ, quod Vulgatus posuit, quod apud Iudæos erat communissimum, ad significandam collectionem pecuniarum, & eleemosynarum, quæ in omnibus Synagogis erat vsitatissima ad ministerium Templi Hierosolymitani, & pauperum leuamen, vt Sanctus Hieronymus aperte satis indicauit, & insinuauit Cicero ipse, qui tradit, Flaccum compulsum causam dicere, quod in Asia vetuisset, ne Iudæi collectam ibi pecuniam deferrent in Hierusalem. Quo nomine tanquam vulgatissimo vsi fuerunt Apostoli, vt supra dictum est. Illa autem solemnis festiuitas, in qua singularissimè collecta fiebat, vocabatur *Cœtus*, & in Hebræo, *Ghetsereth*, id est, conclusio, aut constrictio, fortè ex eo vsu, quem adhuc aliquæ parœciæ retinent, ad quas cum aliqua die solemni fideles con-

a Tom. 2. fol. 60.
b In c. 23. Leu.
c Burgēsis in addi ad cap. 23. Leu. & Ribera 5. de templo c. 15.

Lib contr. Vigilant. Orat. pro Flacco. ¶ 408.

a 2 q. 102 a. 4. ad 10.
b in ca. 23 Leuit.
c in ca. 23 Leu. q. 26. & 27.
d Petr. Comestor. histor. lib. Num c. 27.

1 Cor. 16. 1. ¶ 407.

Deut. 16. 8.

in cap. 16. Deut.

congregantur, aliquam eleemosynam collaturi ad fabricam templi, vel ad aliquod aliud religiosum opus, finita solemni officij celebratione, clauduntur ostia, nec finitur aliquis è templo egredi, donec collecta fuerit eleemosyna ab eis, qui eam liberaliter dare voluerint. Qui mos magna cum laude elucet in nostro nunquam satis pro dignitate commendato Hospitali Generali Cæsarauguſtano, toto terrarum orbe meritò celeberrimo, & notissimo: in quo, hoc modo Feria sexta ante Dominicam in Ramis collecta eleemosynarũ quotannis agitur, & celebratur: Vt ergo eò regrediamur, quò digressi sumus, festum cœtus, aut collectæ singulariter ad eleemosynarum largitionem, tam in Tabernaculi, aut Templi; quam in pauperum subsidium erat institutum. Vnde *Vocare cœtum*, est homines conuocare, vt veniant quasi ad festum cœtus, eleemosynas abundantes, & copiosas largituri. Tale est ieiunium, quod Dominus requirit, sanctum erga se, & cùm misericordia, atque eleemosyna erga proximum. Et quoniam Iudæi nequaquam hæc duo adiungebant ieiunijs; illa repellebat Deus. Vos ergo charissimi, ait Sanctus Bernardus, lauate manus vestras in sanguine peccatorum, vt & videntes vnde ieiunia illorum repulsam passa fuerint, vestra rectè perficere addiscatis, alas duas illis tribuentes, sanctitatis erga Deum, & misericordiæ erga proximum. Sanctificate ieiunium, intendentes Deo obsequi, eius gloriam promouere; pro peccatis vestris satisfacere: & tanquam ad festum cœtus, vel collectæ, vos congregatos intelligite. Ideoque attende, quænam Deus pro sua singulari misericordia tibi contulerit, & quod oportet iuxta eam, quam fortitus es facultatem, manus ad eleemosynas largiendas extendere. Miserere viduæ, quæ in lachrymis propter extremam inopiam vitam ducit: pupilli, qui non habet, vbi caput reclinet: infirmi, qui vlceribus plenus, quasi alter Lazarus iacet: captiui, qui cum maximo corporis, & animæ periculo vinctus tenetur.

¶ 409. Hinc illæ frequentes Sanctorum Patrum, repetitæque voces, emphaticè, & per exaggerationem potius quam secundum rigorem accipiendæ, quibus profitentur, ieiunium sine misericordia in eo, qui vnde facere possit, habet nullam vtilitatem afferre. *Bonum est ieiunare fratres*, inquit Sanctus Augustinus, *sed melius est eleemosynam dare. Si aliquis vtrumque potest, melius est eleemosynam dare. Si possibilitas non fuerit ieiunandi, eleemosyna sufficit sine ieiunio: ieiunium verò sine eleemosyna, omnino non sufficit, & ieiunium sine eleemosyna nullum bonum est, nisi forte ita sit aliquis pauper vt non habeat omnino, quid tribuat. Huic enim sufficit voluntas bona.* Et iterum: Non putes ieiunia sola sufficere ad sananda vulnera peccatorum, nisi medicamento eleemosynæ recreentur. Sed excellentissimis metaphoris rem hanc B. Petrus Chrysologus exposuit, asserens, misericordiam, & eleemosynam esse alimentum ieiunij, sine quo languet; vestimẽtum, sine quo alget; ver, quod floridum illud reddit; oleum quod lucem eius cõseruat, sine quo extinguitur; solem illud clarificantem, sine quo tenebrescit; animam viuificantem, sine qua moritur. Fratres, inquit, esurit ieiunium, ieiunium sitit, quod non pietatis zelo pascitur, quod potu misericordiæ nõ rigatur: alget ieiunium, ieiunium deficit, quod nõ eleemosynæ vellus tegit, quod non miserationis operit vestimentum. Fratres, quod est terris ver, hoc misericordiam scimus esse ieiunio: sicut verni flatus tota faciunt germina florere camporum: ita misericordia, tota ieiunij semina producit in florem, in cœlestem messem totam ieiunij facit fructificare virtutem. Quod oleum lucernæ est, hoc ieiunio pietas: sicut lucernæ lumen olei pinguedo succendit, & moderato passu fecit illud ad totius noctis solatium perlucere; sic pietas facit splendere, & ad totam radiare continentiæ claritatem. Quod diei Sol est, hoc eleemosyna noscitur esse ieiunio: sicut iubar solis clariorẽ perficit diem, & totam nubium dispergit obscuritatem: sic eleemosyna ieiunij sanctificat sanctitatem, cupiditatis mortem lumine pietatis excludit. *Ac ne multis immorer, quod est anima corpori, ieiunio largitas,*

Serm. 62. de temp.

Serm. 65. de temp.

Serm. 8.

gitas, hoc habetur: sicut enim mortificatur corpus cùm à corpore anima recedit, ita mors est ieiunij, largitatis absceſſus: est quidem ieiuniũm vitiorum mors, vita virtutum. Est ieiunium pax corporis, membrorum decus, ornamentum vita, est ieiunium robur mentium, vigor animarum, ſt ieiunium castitatis murus, pudicitiæ propugnaculum, ciuitas sanctitatis: est ieiunium, ſchola meritorum, magiſterij magiſterium, diſciplinarum diſciplina: est ieiunium inuictus Christiana militia principatus. Sed in his virtutibus ieiunium tunc viget, tunc vincit, tunc triumphat, cùm duce miſericordia pugnat. Hæc & alia S. Petrus Chryſologus, alijque S. Patres: quæ (vt diximus) per exaggerationem ſunt accipienda, nõ vt ieiunij ipſius, grande bonum, & ingentes vtilitates, quas ſecum fert, auferre velint, ſed vt ſuadere conentur, maximè conducere eleemoſynam (ſi facultas adſit) vt ieiunium plenam mercedem operetur.

§. 3. *Ieiunium, & pœnitentiam comitentur recta intentio, & eleemoſyna, tanquam duæ puellæ comitantes Eſther, quas Propheta Ioel expreſſit.*

¶ 416. EX his manifeſtũ patet, aptiſſimè initio ſacri temporis Quadrageſimæ (cuius dies ſacratiſſimos toto terratum orbe, vocat Auguſtinus) hanc Euangelicam lectionem nobis eſſe propoſitam. Inſtitutum eſt enim, celebraturque ab Eccleſia, ad hoc, vt per pœnitentiæ mortificationiſque opera, per grande ſolemneq; ieiunium, ad Deum conuertamur, id agentes, quod Deus per Ioelem Prophetam expoſcit, dicens: *Conuertimini ad me in toto corde veſtro, in ieiunio fletu, & planctu.* Vt hoc rectè agamus, Euangeliũ nobis Eccleſia proponit, in quo Chriſtus Dominus duos comites noſtro ieiunio, & pœnitentiæ adſcribit, rectam ſcilicet erga Deum intentionem, & pium erga proximũ miſericordiæ affectum. Si namque hi ieiunium, & mortificationem perfectè, & integrè comitentur, illud diſponent, vt coram Deo ingredi poſſit, & veniam ac remiſſionem obtineat. Quando Sancta illa Eſther, *pauens grãue periculum, quod genti ſuæ imminebat,* ad potentiſſimum Regem Aſſuerum ingredi voluit, vt illius clementiam erga ſe flecteret, & remiſſionem ac veniam ſuæ gentis populo obtineret; poſtquam fletibus, ac luctibus vacauit, & varijs modis, *corpus ſuum humiliauit ieiunijs*, alijſque actibus, quos Spiritus ſanctus deſcribit; induit ſe veſtibus gloriæ ſuæ: *Cumque Regio fulgeret habitu, aſſumpſit duas famulas, & ſuper vnã quidem nitebatur, quaſi præ delitijs, & nimia teneritudine corpus ſuum ferre non ſuſtinens: altera autem famularum ſequebatur dominam, defluentia in humum veſtimenta ſuſtentans. Ipſa autem roſeo colore vultum perfuſa, & gratis ac nitentibus oculis triſtem celabat animum, & nimio timore contractum.* Hoc modo coram Rege ingreſſa fuit, abſque eo, quod aliquis aditũ prohiberet, ingreſſum impediret, aut contineret. Sic ingreſſa ſtetit coram Rege, ſubitoque conuertit Spiritum Regis in manſuetudinem, qui obuiam ei procedens, omnia ſe daturum, quæ peteret, promiſit. Ecce excellentis pœnitentiæ figuram, typum, & hieroglyphicum. Eſther fletibus, ac luctibus circumfuſa, pauens, tremens, dolens, mœrens, interius, exteriuſque verecunda; id enim color roſeus vultum perfundens indicat; duabus comitantibus puellis, quarum vni nititur, & altera defluentes veſtes colligit. Talis vera pœnitentia; luctuoſa, verecunda, & pauens. Sit in primis luctuoſa, cum fletu, & lachrymis intimoq; dolore cordis, qualis erat illius, qui dicebat: *Lauabo per ſingulas noctes lectum meum, lachrymis meis ſtratum meum rigabo*, De Eſther dicitur: *Quod omnia loca, in quibus antea latari conſueuerat, crinium luceratione compleuit*, atque effuſis lacrymis rigauit. Lacrymis Dauid ſtratum rigat, qui in ſtrato, & lecto Deum offendit. Non paucas lachrymas fudit, ſed tantas, vt rigare ſtratum poſſet. Verecunda ſit inſuper pœnitentia, & verus pœnitens dicat cum

Ser. 73. ex diuerſis.

Ioel. 2. 12.

Eſth. 14. 2.

Eſth. 14. 2.

Pſal. 6.

Eſth. 14. 2.

cum Esdra Sancto: *Deus meus confundor, & erubesco leuare faciem meam ad te; quoniam iniquitates nostræ multiplicatæ sunt super caput nostrum, & delicta nostra creuerunt vsque ad cælum:* & cum Sancto Daniele: *Peccauimus iniquitatē facimus, impiè egimus; tibi Domine iustitia, nobis autem confusio faciei.* Ita enim, qui leuibus tantummodo peccatis erant affecti orabant (inquit Beatus Augustinus) vt qui grandibus horrendisq; vitijs sunt implicati, viderent, qua verecundia debeant affici Deum orantes. Timore insuper sit paues: non enim tam securè veniam tibi debes promittere, vt metum omninò deponas. *Quis enim scit, si conuertatur, & ignoscat Deus?* inquit Propheta: non quod de eius misericordia liceat dubitare; sed de tuo cordis affectu, vt supra expositum est. Hæc duabus eget pulcherrimis virginibus, quæ se comitentur; quarum vna illam sustentet, sine qua cadet, altera defluentes vestes colligat, sine qua à vestibus ipsis impedietur, ne iter possit perficere. Vera enim pœnitentia, & ieiunium, quod hodie indicitur, duabus singulariter eget virtutibus, vt à Deo veniam, remissionemque obtineat: prima, cui innitatur; hæc est recta cordis intentio, quam efficit charitas, per quā omnia, quæ agimus, ad Deum ordinamus: *In charitate*, inquit Paulus, *radicati, & fundati*, quæ ita potens est, ac valida, vt de eadem dicat: *Charitas omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet.* Est quodcūque opus nostrum ex se infirmum, & debile, quod subsistere nullatenus potest: Charitas est, quæ sustentat, & erectum tenet, qua deficiente, statim quantumcunque validum, ac forte esse videatur, corruit, dicente eodem Apostolo: *Si tradidero corpus meum ita vt ardeam: charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.* Ecce, inquit sanctus Augustinus, supremum mortificationis, ac pœnitentiæ actum tradere corpus, vt ardeat, & nihilominus subsistere non potest, si charitas illum non sustentet. Sed accedat alia, vestes defluentes colligens. Hæc est misericordia erga pauperem, quæ colligit superflua vestium, facultatumque tuarum, nihil penitus pereat, in pauperes omnia quæ supersunt, profundens. Non sustinet Deus, vt quæ tibi dedit, perire permittas; qui propterea etiam minimum fructum panis in illo lauto conuiuio, quo multitudinem maximam sequentem se excepit, colligi voluit: *Colligite*, inquit, *quæ supersunt fragmenta, ne pereant.* Nihil vult eorum, quæ tibi concessit, perire. Hinc illa formidolosa exclamatio S. Iacobi Apostoli: *Agite nunc diuites, plorate vlulantes in miserijs vestris, quæ aduenient vobis.* Nunc videmini omnibus redundare, sicut ille, *qui induebatur purpura, & bysso, & epulabatur quotidie splendidè*, sed euenient vobis grandes miseriæ: *In miserijs*, inquit, *quæ aduenient vobis.* Non vna, aut duæ, sed plures, sicut illi euenerunt, qui *fuit in tormentis:* non vno, sed pluribus, qui nec guttulam aquæ potuit obtinere. Vide si possit maior miseria excogitari. Et quænam causa? *Diuitiæ vestræ putrefactæ sunt, & vestimenta vestra à tineis comesta sunt: aurum & argentum vestrum aruginauit, & ærugo eorum in testimonium vobis erit, & manducabit carnes vestras sicut ignis.* Non conqueritur Sanctus Apostolus, quòd quæ tibi sunt necessaria retineas, nec quòd quæ tuis vsibus congruunt, non profundas: sed quod patiaris vestes in domo tua à tineis comedi, & aurum, & argentum æruginari, & abest misericordia, quæ huiusmodi colligat, ne pereant. Vestes, inquit Diuus Chrysostomus, non finamus à vermibus rodi, & absque vsu in arculis putrescere: cum tot sint, qui indigeant, & obambulent nudi; sed veneremur, honoremque demus nudo Christo, potius quàm tineis, & induamus eum, qui propter nostram salutem obambulare vult nudus, & cū ipsum induerimus, audiamus in die illa: *Nudus eram, & vestistis me.* Num onerosa sunt præcepta? Ea quæ pereunt, inquit, quæ à vermibus corroduntur, quæ absque vsu, & frustra consumuntur, hæc dispensa, vt tibi fiant vtilia, & vt detrimenti damnum effugias, & ex ipsis lucrum maximum tibi pares. Ita Chrysostom. Talis ergo debet esse pœnitentia; & ieiunium, q̄ à nobis Dominus expostit. Hæc sine

1. Esd. 6. 9.
Dan. 9. 5. 7.
Epist. 122. ad Vi ctor.
¶ 411.
Ioel 2. 14.
ad Eph. 3. 17.
1. Cor. 13. 7.
1. Cor. 13. 3.
Ser. 50. de ver Dom. c. 2. & 5.
Isai 6. 12.
Iac. 5. 1. 2. 3.
Luc. 16. 16
Luc. 16. 23
Homil. 35. in Gen.
Matt. 25. 36.
¶ 412.

dubio liberè coram Deo tanquam altera Esther ingrediatur : nullusque est, qui ingressum impediat. De eleemosyna loquens Chrysostomus : Huic, inquit, multa cum fiducia aperiûtur portæ, ac veluti Regina ingrediente, nullus custodum in ipsius portis positorum audet interrogare, quæ sit, aut vnde iter agat, sed illico suscipiût omnes, &c. Quanto magis idipsum de ieiunio, & pœnitentia, quam comitatur eleemosyna, dici posset? Et vt videas, quam egregiè epistola hodierna cum Euangelio congruat, obserua cum B. Bernardo, hoc ipsum quod Christus à nobis petit in Euangelio, antiquitus iam prophetam postulasse : *Conuertimini*, inquit, *ad me in toto corde vestro, in ieiunio, & fletu, & planctu : & scindite corda vestra*. Quid sibi vult, dilectissimi (ait Bernard.) quod præcipit Dominus, vt conuertamur ad eum? vbique enim est, replet omnia: nihilominus complectitur vniuersa. Quò me vertam, vt conuertar ad te, Domine Deus meus? *Si ascendero in cœlum, tu illic es, si descendero ad infernum, ades.* Quid iubes, quod conuertar ad te? Supra, an infra, ad dexteram, an ad sinistram? Conuertere animo, qui animo à Deo recessisti, in regionem longinquam. Et quomodo? *In ieiunio, fletu, & planctu*. Per opera pœnitentiæ, sine qua nullũ peccatorem recipit Deus. Sed qualiter agenda? Primò *in toto corde vestro*, deinde, *scindite corda vestra*. Ecce duo, quæ postulat. Fratres (inquit Bernardus) si dixisset, *Conuertimini, nihil addens*, esset vobis forsitan liberè respondere : Factum est, iam aliud propone mandatum. Nunc autem spiritualis conuersionis nos admonet, quæ non vna die perficitur, vtinam in omni vita qua degimus in hoc corpore valeat consummari. Corporis namque conuersio, si sola fuerit, nulla erit. Conuersionem in toto corde, quæ est per charitatem, & intentionem rectam primò postulat. Sed, & addit : *Scindite corda vestra*. De quibusdam peccatoribus dictum est: *Coagulatum est cor eorum* (inquit Bernard.) & de multis dici potest, *Cor eius indurabitur, quasi malleatoris incus*. Qualis ille, qui videns Lazarum nec micas, quæ de mensa cadebant illi dabat. Sunt multi obdurato corde, de quibus dicitur : *Cor durum malè habebit in nouissimo*. Huiusmodi cor scindatur per compassionem, vt visceribus effluat pietatis in pauperes, & mendicos, vtilis prorsus scissio, &c.

Hom. 7. de pœnit.

Serm. 2. in c. ieiunij.

Ioel 2. 12.

Psal. 138.

Eccl. 3. 27.

Ps. 118. 70

Iob 41. 15.

§. 4. *Ieiunium, & cætera opera non sufficere sine misericordia docuit Christus iuuenem instruens, docent, & virgines damnatæ ex olei defectu, & tradidit Sapiens.*

¶ 413. Serm. 7.

His congruunt tres rationes, quas Sancti Patres expendunt, signãter Beatus Petrus Chrysologus, quæ oriuntur, & desumuntur ex tribus, quas ostendimus ieiunij excellentijs, quod scilicet *vitia comprimit, mentem eleuat, virtutes largitur, & præmia*. Prima ergo ratio, propter quam ieiunio debet copulari eleemosyna, est, quia ieiunium vitia comprimit, comprimendo, & mortificando carnem, eiusque motus eneruando, vt supra dictum est : inutilis autem est huiusmodi carnis mortificatio, & compressio, quam nõ comitantur misericordiæ affectus, & opera, quæ vnicuique sunt possibilia. Hoc eleganti similitudine Sanctus Petrus Chrysologus aperit, & manifestat. Certum, ac compertum est, ad fructum colligendum necessariã esse agricolæ operam circa terram, quã aratro proscindat, ferro excauet, herbas noxias eradicet. Sed quantumcunque id plenè, & quantum excogitari possit, perficiat, incassũ sustinebit laborem, nihilq; proficiet, nec commodũ aliquod afferet, q̃ fecit, nisi semina abũdanter sparserit. Illud quidem inprimis supponendum est; sed hoc adeò est necessarium, vt sine eo agricola oleum, & operam omnem perdat. Necessariũ quidem est vt homo terram carnis suæ proscindat, aratro pœnitentiæ, ieiunij, vigiliarum, & mortificationis, quo noxias passionum, & affectionum carnis herbas excindat, atque eradicet. Hoc tamẽ nullum inducet profectum, nisi

nisi misericordiæ semina iactet, il'a scilicet de quibus Dauid: *Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi.* Non expectandus est fructus iustitiæ, nisi seminis dispersio præcesserit. Ad huius confirmationem elegantissimè D. Basilius expendit historiam iuuenis cuiusdam, quam tres Sancti Euangelistæ ex professo referunt. Accessit iuuenis quidam, quem Lucas *Principem* vocat, ad Christum; *qui genuflexo ante eum*, inquit Marcus, *rogabat eum: Magister bone quid faciam, vt vitam æternam percipiam?* Et bono quidem desiderio succensus erat, de quo propterea subdit quod Iesus *intuitus eum*: cui respondit dicens; *Præcepta nosti, Ne adulteres, Ne occidas, Ne fureris, Ne falsum testimonium dixeris, Ne fraudem feceris, Honora patrem tuum?* At ille respondens ait; *Magister hæc omnia obseruaui à iuuentute mea.* Quo audito, inquit Lucas, Iesus ait illi: *Adhuc vnum tibi deest: Quæcunque habes vende, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo.* His ille auditis, *Contristatus est*, ait Lucas: *Abijt mœrens*, at Marcus: *Abyt tristis*, ait Matthæus. Multa circa hanc historiam tractat, & expendit Basilius. Primum illud; *Adhuc tibi vnum deest.* Quantumcunque enim, inquit Basilius, cætera virtutum opera compleueris, si misericordiam erga pauperes non habeas, adhuc tibi vnum deest, & tale, quod præparat thesaurum in cœlo. Videtur enim Christus loqui ad instar eius, qui agricolæ, qui terram arauerat, herbas noxias eradicauerat, & grandi cultura agrum præparauerat, interroganti; Quid mihi agendum, vt fructus reportem? apte respondere: Adhuc vnũ, illudque grande opus, & omninò necessarium tibi deest, spargе semina abundanter. Deinde expendit Basilius illud: *Hoc verbo audito abijt tristis, & mœrens.* Qua in re ostendit, se cor suum in thesauris, & diuitijs repositum habuisse: ideoque tanquam si cor eius pugione à Christo confossum fuisset, mœrorem contraxit, quia diuitias tangens, cor eius pupugit, quod in diuitijs erat constitutum. Sustineret quidem ille, si Christus ieiunia quantumcunque valida imponeret, si vigilias etsi grandes commendaret, si orationes etsi prolixas iuberet; si reuerentiam patribus carnalibus, & spiritualibus impendendam præciperet; hæc ille libenter acceptasset, non tamen sustinuit pecunias tangi. Ideoque, *cùm audisset verbum*, inquit Matthæus: non longos sermones expectauit, non replicas oppossuit; sed cum audisset verbum, abijt, punctus illo, tanquam acuto anticipitique pugione. *Contristatus in verbo*, ait Marcus, cor enim eius hoc verbum tetigit, & sauciauit. Expectat homo, dum vulnera in carne recipit: sed si ad cor vulnus pertingat, nullas deinceps trahit moras. Huic similes vidi multos, inquit Basilius, qui cætera præcepta custodiunt, ieiunantes, orantes, præteritorum pœnitentia suspirantes, *Omnem denique sine sumptu pietatem ostendentes*, egentibus verò non obulum quidem præbentes. Expende illud: *Omnem pietatem sine sumptu.* Est illis pecunia Deus, & tangere pecuniam, est Deum illorum tangere: & amicus vsque ad aras. Omnia sustinent, faciunt, perficiunt, dummodo pecuniam non concernant, dummodo sint, *sine sumptu*: nihil illis acerbius, aut grauius, quam de expendendis pecunijs agere. Habent cor suum in eis, ideoque de nulla re plenè lætantur, aut tristantur, nisi quæ circa pecunias sit. Imò vt idem Sanct. Basilius obseruat, quantumcunque curent multa bona opera agere, hoc nunquam illis in mentem venit, dare pauperibus: quod ex hac eadem, quam expendimus, iuuenis historia demonstrat. Qui enim fieri potuit, quod qui omnia mandata se seruasse perhibet, & feruentissimum præsefert desiderium beatitudinis acquirendæ, hoc ipso quod audit, Da pauperibus recessit tristis? Certè, quia quantumcunque bonis operibus intenderet, illis solummodo intendebat, quæ sunt sine sumptu in pauperes: de distribuendis autem bonis in illos, nec cogitauerat: si enim vel saltem aliquando cogitasset, non rem penitus inauditam, & nouam audisse visus fuisset; nec ea audita, subito tristis recessisset: ideoque recessit, quia quod sibi dictum audiuit, à corde suo

Psal. 111. 9.

Hom. 7. *in diuites aut. p.* 155.

Mat. 19 16

Marc. 10. 17.

Luc. 18. 18

¶ 414.

Hom. 7. *in diteſcentes cit.*

penitus extiterat elienum. Quærit B. Augustinus, cur Christus Dominus asseruerit, se ad præmiandos iustos, & damnandos iniustos solius eleemosynæ datæ vel omissæ mentionem facturum, & illos regno donandos, quia pauperibus eleemosynas fecerunt, hos excludendos, quia non fecerunt: cùm alia sint maiora illorum bona, & horum peiora mala. Et respondet, id factum esse, ad eleemosynæ commendationem, & excitandos homines ad illam. Nouit enim Dominus nihil illis acrius esse, aut difficilius, quàm bona sua in pauperes profundere: cætera non ita difficulter operantur: orant, sacris intersunt, ieiunant, percutiunt pectus, honorant parentes, &c. Hoc autem est illis difficillimum: *Da pauperibus*. Audi igitur Christum dicentem, *Adhuc tibi vnum deest*: & vnum quidem, non quodcunque, sed summè necessarium, misericordia scilicet erga pauperes, per quam thesaurum in cœlo recondis, sine qua ieiunium, pœnitentiæ, mortificationis, cæterarumque virtutum opera, insufficientia ad vitam promerendam iudicabuntur. Hinc S. Augustin. *a*, & Diuus Chrysostomus *b*, sæpissimè causam iustæ expulsionis fatuarum virginum eliciunt, quia cum alia omnia seruassent, illud defuit, sine quo reliqua alia non prosunt, scilicet, misericordiæ virtus, quam oleum designat. Sperauerant sanè Sponsum fatuæ sicut, & sapientes, ideoque crediderunt sicut, & illæ. (Fides enim substátia est sperandarum rerum) vigilias egerunt, non minores quàm cæteræ, ieiunauerunt, & carnem suam multis mortificationis operibus compresserunt, quod probant S. Chrysostomus, & Augustinus ex eo quod virgines fuerunt, & nulla violatæ integritatis macula notantur. Virginitas autem sine ieiunijs, & mortificatione carnis nequaquam secura consistit, imò nec castitas, vt B. Ambrosius *c*, ostendit: ideoq; S. Petrus Chrysologus *d*, vocat ieiunium, propugnaculum castitatis, vt alibi pertractatū est. Omnia ergo hæc, virgines illæ seruauerunt; sed illis defuit oleum misericordiæ, & charitatis, iustè propterea repulsam passæ sunt. Non incestus, inquit Sanctus Chrysostomus, non adulterij, non inuidiæ, non liuoris, non ebrietatis, non infidelitatis, aut peruersæ fidei crimen inuritur; sed olei tantùm defectus, quia scilicet misericordiam non exercuerant, neque eleemosyna fecerant. Nec mirum, cùm illis qui supremæ damnationis sententiam luent, dicetur: *Discedite maledicti in ignem æternum*, solùm quod misericordiæ opera non egerunt: vt videas quomodo eleemosyna sola neglecta gehennæ ignibus tradat. Sine ea non prosunt ieiunia, sine ea infructuosa est oratio, absque illa inutilia sunt omnia. Ita Chrysostomus. Intentum me fecit Euangelium Sanctum, inquit Diuus Augustinus: etiam ipsas virgines, & ipsas ferentes lampadas, alias dixit prudentes; alias fatuas. Vnde discernemus? De oleo. Aliquid magni significat oleum, valde magnum. Putas non charitas est? Vnde mihi videatur oleum charitatem significare, dicam vobis. Apostolus dicit: *Adhuc supereminentiorem viam vobis demonstro: Si linguis hominum loquar, & angelorum charitatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans aut cymbalum tinniens*. Ipsa est supereminens via, id est, charitas, quæ meritò oleo significatur. Omnibus enim humoribus oleum supereminet. Mitte aquam, & superinfunde oleum, oleum supereminet. Si ordinem seruaueris, vincit: si ordinem mutaueris, vincit. *Charitas nunquam cadit*. Ecce ergo damnationis causam solius misericordiæ defectus. His concinit illa egregia sapientissimi Concionatoris *a*, adhortatio, quam expendunt Cyrillus Alexandrinus *b*, Gregorius *c*, & Ambrosius *d*: *Omni tempore sint vestimenta tua candida, & oleum de capite tuo non deficiat*. Supponit in primis Cyrillus, non de vestibus corporalibus Salomonem in his verbis fuisse locutum: neque enim credendum est virum sapientissimum, ad has nugas peruenisse, vt suaderet nobis vestium splendore pueriliter oblectari. Neque verò suspicari licet, de materiali oleo locutum. Quis enim est, qui illo caput suum perpetuo perfundat? Vestimenti igitur nomine, inquit Gregorius, hoc terrenum corpus

Li. 50. hū. hom. 19.

a Ser. 23. de ver. Dom.
b Ho. 6. in 2. ad Cor. & l. 1. cōt. vituperatores vitæ monasticæ.

c Lib. de vid. ad fi.
d Serm. 8. ¶ 415.

Mat. 25. 41.

1. Cor. 12. 31. & c. 13. 1. 2.

a Eccl. 9. 8
b Li. 14. de adorat.
c 1. Mor. c. 38. & li. 9. c. 29.
d Orat. de fid. resur.

pus exprimitur, quo induta anima tegitur, ne in subtilitatis suæ substantia nuda videatur. Huiusmodi indumenta inquinantur carnalibus peccatis, & vitijs, quæ ab ipsa carne procedũt. Vnde, & Isaias inquit: *Vestimentum mixtum sanguine erit in combustionem, & cibus ignis.* Sanguine quippe vestimentum miscere, nihil aliud est, quam desiderijs carnalibus corpus inquinare, quibus nimirum se pollui psalmista formidauerat, dicens: *Libera me de sanguinibus Deus Deus salutis meæ.* Hinc voce Angeli ad Ioannem dicitur: *Habes pauca nomina in Sardis, quæ non coinquinauerunt vestimenta sua.* Hoc igitur Sapiens prædicator hortatur, & requirit, vt perpetuò diligenter cures eastum te seruare, & continere, & mundum à carnalibus peccatis. Quo nomine suadet implicite ieiunia, vigilias, disciplinas, & mortificationes corporis, sine quibus huiusmodi vestimenta, munda, & casta minimè seruantur, vt ex Sanctis Patribus paulo ante à nobis dictum fuit. Non tamen hoc sufficit: *Sed oleum de capite tuo non deficiat.* Oleum quippe in capite est charitas in mente. Quantumcunque munda sint vestimenta tua, si hoc oleũ tibi deficiat, id sine dubio adhuc tibi deest, sine quo non poteris thesaurum in cœlo comparare, vt ex his, quæ de virginibus dicta sunt manifeste patet. Illæ namque summum candorem vestium seruarunt, & tenuerunt. Si enim carnis munditia significatur per vestium candorem: quæ supremam munditiam carnis coluerunt, nempe virginalem, supremo vestium candore fulserunt, vt indicant Ambrosius *a*, & Hieronymus *b*, & meritò; nam de Sanctis virginibus, qui cum mulieribus non sunt coinquinati dicitur *c*: *Ambulabunt mecum in albis.* Hoc tibi concionator ille suasit, hoc, & ego à te exposco: Sint vestimenta tua candida. Depone omnem immunditiã, cesset luxuria, abeant voluptates carnis, ieiunio, & disciplina vestimenta carnis emunda, & nitida redde, sed oleum de capite non deficiat. Intende quomodo succurras viduæ, faueas pupillo, miserearis infirmo, subuenias captiuo: in quem sensum multi Sancti Patres id quod Christus Dominus prædixerat, trahunt, *Cum ieiunas, vnge caput tuum*, Oleo caput perfunde, mentem ad misericordiæ opera conuerte. Ita signanter Origenes. Sed de his satis dicta sunt.

Esa.9.5.

Ps.50.16.

Apoc.3.4.

Homil 4.in c.6. Matt.

§. 5. *Pœnitens deprecetur in muneribus, nec appareat vacuus coram Domino: quod enim pauperi das, mensura est, eius quod recipies.*

NEcessarium præterea esse, ieiunio, & mortificationi carnis addere misericordiã, vt homo à peccatis mundetur, ostendit secundò idem S. Petrus Chrysologus, probans incassum esse quoduis mortificationis opus, vt ieiunium, vigilias, carnis compressionẽ, lacrymas, & hmõi, quod nudũ fuerit misericordia, & pietate in pauperes, quæ est per eleemosynarum largitionem, si facultas adsit, aut si desit, per internũ animi affectum, & cõmiserationem. Ieiunium namq; quantumcunq; sit tam rigidum, & asperum sicut Niniuitarum, peccata nõ eneruat, nec diluit, nisi Deo misericordiam suam clemẽter largiente, qui propterea clamat: *Ego ego sum, qui deleo iniquitates tuas propter me.* Sine causa aũt, & immeritò misericordiã à Deo sperat, quantumcunque ieiunijs se conficiat, vigilijs mortificet, lacrymis pulset, fletibus interpellet, qui misericordiæ visceribus caret. *Quid enim*, inquit Chrysologus, *dicit Deus? Misericordiam volo. Qui quod vult Deus, Deo negat, à Deo sibi quod desiderat, vult negari.* Quam à rege posses contendere gratiam, qui filio suo quem ad te misit alendum, nolles nec fragmen panis dare, sed te vidente permitteres fame mori? Recordare scriptum esse *a*, *Date, & dabitur vobis.* Et *b*, *iudicium sine misericordia fiet ei, qui non fecerit misericordiam.* Hæc loca obtenebrat Beatus Augustinus *c*, annotans ad eorum explicationem memorandam illam Spiritus Sancti sententiam *d*: *Non sit manus porrecta ad accipiendum, & ad dandum collecta.* Sunt aliqui homines insolentes, inuerecundi, qui no-

¶ 416.

Ser.8.sit.

Esa.43.25

Of 6.6.& Mat.9.13.

a *In exhort. ad virgines.*
b 1. *Contr. Iouin.*
c *Apo.3.4.*

a *Luc.6.38.*
b *Iac.2.13*
c *In Ps 147*
d *Ec.4.36.*

nolentes dare ouum, petunt bouem, quorum manus ad dandum est perpetuò clausa, & in perpetuum ad accipiendum aperta, & extenta. Hoc sine dubio contra omnem rationem, & æquitatem est. Date igitur, & dabitur vobis. Vis vt Deus det tibi tendis, & extendis in cœlum manus vt recipias? Non sit manus tua collecta ad dandum, quam extendis ad excipiendum. Quid tam iustum, quam *In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis?* Deus egere à te voluit, & tu retrahis? Audi scriptum esse: *Non sit manus tua porrecta ad accipiendum, & ad dandum collecta.* Ita Augustinus. Non potuit Deus meo iudicio, maiori liberalitate vti in te, quam in voluntate tua ponendo mensuram eorum, quæ ab illo accipere contendis. *Date*, inquit, *& dabitur vobis*. Et quantum dabitur? *Eadem mensura, qua mensi fueritis, remetietur vobis?* Vnde non Deus postulat, vt tuas facultates conferas illi in paupere existenti, quasi illarum sit indigus: sed vt ea quæ dederis, mensura sint eorum quæ ille daturus est tibi. Dabitur tibi, si dederis, & iuxta ea quæ dederis, non tam opere quam voluntate, & affectu cordis, vt supra ex Sanctis Patribus expositum est, Inde acutissimè D. Augustinus illud expendit, quod dicit Dauid: *Et filiæ Tyri in muneribus vultum tuum deprecabuntur, omnes diuites plebis.* In hebræo habetur in singulari, *Bat Tsor*, id est, filia Tyri, quo nomine totus populus ciuitatis Tyri designatur phrasi hebræa, secundum quam populus, aut communitas ciuitatis dicitur, Filia ciuitatis, sicut populus Ierosolymæ dicitur *filia Ierusalem*. & communitas ciuium Babylonis *filia Babylonis*. Ita apud Ieremiam *a*, *Mouerunt capita sua super filiam Ierusalem*; Et apud Sophoniam *b*, *Lætare, & exulta in omni corde filia Ierusalem*: Et Zachariam *c*, *Exulta satis filia Sion: iubila filia Ierusalem*: Et Dauid *d*, *Filia Babylonis misera*. Habitatores igitur Tyri intellexit Dauid: quo nomine grandes peccatores, iniquitatibus, atque impietatibus plenos voluit designare, vt rectè S. Basilius annotauit; quoniam inter omnes ciuitates Orbis, Tyrus magnopere vitijs, & peccatis erat infecta. Erat Tyrus metropolis Phœniciæ, negociatoribus plena, vt totius orbis emporium diceretur, quæ iam tempore Iosue, *munitissima ciuitas erat*: & post modum tanta diuitiarum abundantia celebris, vt superbia eius vsque ad cœlum fuerit exaltata. Ideo frequentissimè contra illam Deus fuit comminatus, vt patet apud Esaiam, Ieremiam, Amos, & signanter apud Ezechielem, cõtra quam per plurima capita agit. Nomine ergo populi Tyri, aut filiarum Tyri, grandes peccatores exprimere voluit Dauid, qui ad Christum erant conuertendi, & ab illo à peccatis mundandi. Aut verò intelligit vniuersos gentium populos, & ciuitates, quas, *Filias Tyri* vocat phrasi scripturæ; quia eam tanquam metropolim malitiæ poterant illæ respicere. Oppida namque, & ciuitates, quæ aliquam supremam vrbem tanquam metropolim recognoscebãt, vocantur in Hebræo, filiæ illius. Ita quod dicitur: *Manasses non deleuit Bethsan, & Tanac cum viculis suis*; In hebræo, *cum filiabus suis*. Et apud Isaiam, *filia Moab*; vocantur oppida eius, & Ieremias, filias vrbis Ierosolymæ vocat ciuitates, & oppida Iudææ, quæ subuersa fuerunt. *Oculus*, inquit *meus deprædatus est animam meam*, id est, oculi mei dolore affecerunt animam meam, *in cunctis filiabus vrbis meæ*, id est, videntes vastitatem ciuitatum, & oppidorum circa Ierusalem. Ezechiel similiter vocat *a*, *Filias Ierusalem*, ciuitates, & oppida, quæ illam ciuitatem tanquam metropolim respiciebant, sicut; *Filias Sodomæ*, vocat *b*, oppida circa Sodomam, & *Filias Palæstinarum* vocat *c*, ciuitates Palæstinæ. Omnes itaque gentium peccatores voluit Dauid exprimere, tenentes Tyrorum impietatem, qui venturi erant ad Christum, omnium peccatorum redemptorem, eo modo, quo alibi dicit: *Ad te omnis caro veniet*, vt Diuus Augustinus intelligit. Huiusmodi igitur grandes peccatores, venturos prædicit, & deprecaturos vultum Christi, Sponsi Ecclesiæ, id est supplicitèr postulaturos ab illo gratiã, & peccatorum remissionem. Deprecari enim vultum, aut faciem alicuius Domini,

est

¶ 477.

Iosue. 19. 29.

Esa. 23. Ierem. 47. Amos 1. Ezech. cap. 26.

Iud. 1. 27.

Esa. 16 2.

Thren. 2.

a *Ezec. 16. 48.*

b *Ibid.*

c *Ezec. 16. 25.*

Psal. 64. 3.

Mat. 4 2.

In Psa. 44. Psa 44. 13. בת צר

a *Threm. 2. 15. &*

b *Sophon. 3. 14.*

c *Zac. 9. 9.*

d *Psa. 136. 8*

Schol. in Psa. 44.

est ab illo aliquid postulare suppliciter, signanter veniam delictorum. *Nunquid* inquit, Ieremias, *non timuerunt Dominum, & deprecati sunt faciem Domini*, id est, supplices veniam postularunt, & *pœnituit Dominum mali, &c.* Et Zacharias: *Venient populi multi ad deprecandam faciem Domini*: Et Malachias: *Et nunc deprecamini faciem Domini, vt misereatur vestri*. Et quomodo venient? *Filiæ*, inquit, *Tyri in muneribus vultum tuum deprecabuntur*, id est, deferentes, & offerentes munera: *In muneribus* enim, idem est, ac propter munera, phrasi hebræa, vt iam sæpè dictum est. Quomodo hoc dicere Dauid potuit, cui notum, & exploratum erat, Christum remissurum peccatoribus peccata sua gratis? Quod, & ipse dixerat: *Pro nihilo*, inquies, *salvos facit illos*, vt Sanctus Augustinus sæpè annotat. Certe gratiam gratis dat, & sine meritis, vt Paulus docuit, & fides Catholica confitetur. Quomodo ergo venient peccatores cum muneribus, veniam deprecaturi? Quia sic Rex ille, inquit Augustinus, ad se vult veniri. Quid est, in muneribus? In eleemosynis. Venite cum muneribus. *Date eleemosynas, & omnia munda sunt vobis*. Venite cum muneribus ad eum, qui dicit: *Misericordiam volo magis quam sacrificium*. Ad illud templum, quod erat vmbra, & figura futuri, veniebatur cum tauris, & arietibus, cum hircis, & diuersis quibusque animalibus, aptis ad sacrificiū, vt in illo sanguine aliud fieret, & aliud significaretur: modò iam ipse sanguis, quem figurabant omnia illa, venit. Venit Rex ipse, & ipse munera vult. Quæ munera? Eleemosynas. Ipse est enim iudicaturus, & ipse munera imputabit quibusdam. *Venite*, inquit, *benedicti Patris mei, percipite Regnum, quod vobis paratum est ab initio mundi*. Quare? *Esuristi, & dedisti mihi manducare, sitisti, & dedisti mihi bibere*. Hæc sunt munera, in quibus adorant filiæ Tyri Regem. Cum enim dicerent: *Quando te vidimus? Cum vni*, inquit, *ex minimis meis fecistis, mihi fecistis*. Quæ autem sint filiæ istæ Tyri, quæ adorabunt cum in muneribus, planius Dauid expressit, subdens: *Omnes diuites plebis*. Hæ filiæ Tyri adorates, diuites sunt plebis, quos ille alloquitur amicus Sponsi: *Præcipue diuitibus huius sæculi: Non superbe sapere, neque sperare in incerto diuitiarum suarum, sed in Deo viuo: diuites sint bonis operibus, facile tribuant, communicent*, hoc est, *adorent eum in muneribus*. Ita Diuus Augustinus; ex cuius doctrina possumus facilem loci eruere explicationem. Erat Tyrus, vt dicere cœpimus, ciuitas omnium ditissima, & opulentissima, quam Diodorus vocat dominam maris, & orbis vniuersi emporium: quam propterea Alexāder Magnus, vt Iosephus ait, summo conatu expugnare procurauit, quā vt Plinius dicit, ex insula fecit continentem. Erat siquidem illa, septingentis passibus intra mare: Alexander comportatis aggeribus in fretum iactis, continentem fecit. Nullusque, qualis ciuitas Tyrus fuerit, poterit melius explicare, quā Deus ipse per Ezechielem, cui dixit: *Dices Tyro, quæ habitat in introitu maris negotiationi populorum ad insulas multas: Hæc dicit Dominus Deus: O Tyre: tu dixisti, perfecti decoris ego sum, & in corde maris sita, &c.* De quibus alio in loco. Quoniam ergo habitatores Tyri diuitiæ erant volens Dauid diuites exprimere, dixit: *Filiæ Tyri*: quod explicatius expressit subdens: *Omnes diuites plebis*. Illi accedent deprecaturi vultum Christi, eius gratiam, misericordiam, & dona recepturi. Accedent autem, *In muneribus*, non habentes manum extensam ad accipiendum, & collectam ad dandum, qui sciunt dictum fuisse: *Date & dabitur vobis: In qua mensura mensi fueritis, remetietur, & vobis*. Venient, & deprecabuntur in muneribus, dantes Christo, vt recipiant à Christo. Quibus concinunt illa Oseæ verba: *Conuertimini ad Dominum, & dicite ei: Omnem aufer iniquitatem, & accipe bonum*. Ad Deum peccatores conuerti debent, qui solus potest iniquitatem auferre, & delere. Solus enim Deus peccata proprio iure remittit. Qui ergo à peccatis mundari desiderat, vultum Dei deprecetur, dicens: *Omnem aufer iniquitatem*: non tamen nudis, vacuisque manibus, sed in muneribus dicēs: *Accipe bonum*. Quodnā bonum? Illud de quo Angelus dixit:

Ier.26.19.
Zach.8.22
Mala.1.9.
Psal.53.6.
Ad Rom. 11.6.
Luc.11.41
Ose.6.6. & Matth. 9.13.
Matt.15. 34.
¶ 418. *1. ad Tim. 6.17.18.*
In vita Alexandr. Li.11. antiquit.
Ezech. 27.
Ose.14.1

Be-

bona est oratio cum eleemosyna. Et vere ans pauperi, Christo ipsi dicis : *Accipe bonum*, quem nosti dicentem, *Quod uni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis*. Scito igitur iuxta ea, quæ dederis, non tam effectu, & opere, quam affectu, & voluntate, te recepturum. Vide qualiter ſit extenſa manus tua erga Chriſtum, qui egere voluit in paupere, inquit Auguſtinus, vt ex his, quæ illi dederis, ſperes quæ ab illo recipias. Rationem exquirunt Sancti Patres illius legis, quam repetitis vicibus Deus ipſe conſtituit : *Non apparebis in conſpectu meo vacuus*. Et quidem ſermo eſt de illis tribus præcipuis feſtiuitatibus, Paſchæ, Pentecoſtes, & Tabernaculorum, aut Scenopegiæ, quibus ſtatuit, vt omnes ſe præſentes Deo exhiberent. Statuit autem, inquit Caietanus, vt non ſolùm perſonaliter, ſed etiam cum aliqua oblatione ſpontanea veniretur ad hæc tria feſta; & vt, & perſonarum, & rerum fieret Deo oblatio, qui dat, & perſonas, & res omnes. Inquirunt Sancti Patres, ad quidnam tam ſolicita cura voluerit Deus, dona, & munera ſibi afferri. Nũquid egebat aliquo, qui omnium erat auctor, & donator? Nequaquam, vt Diuus Auguſtinus *a*, ex ipſis Dei verbis optimè demonſtrat. Exiſtimat propterea *b*, hoc mandatum ſpiritualiter acceptum, grande myſterium continere. Sanctus Irenæus *c* cenſet, id hominibus à Deo conſtitutum, vt homines ipſos grandi honore afficeret. Non enim dubium, quin grandem honorem Deus nunc induceret alicui, ſi ab illo donum aliquod, aut munus expoſceret, gratiſſimeque ſuſciperet. Ille, qui à cæteris gẽtibus nihil acceptabat, fideles ſuos ex eo honorare volebat, quod gratiſſimè illorum ſuſcipiebat munera. Beatus Gregorius credit, Deum inſtituere velle homines, vt curent bona opera facere, quæ ſecum deferant, cum mortis tẽpore coram ipſo cõſtituendi ſint: de quibus infra. Theodoretus exiſtimat, commendatam eſſe eleemoſynam, quam præmittere debemus dum ad orandum Deum accedimus. Id quod ex *d* preſſo docuerat Chryſoſtomus, docens, & oſtendens, eũ qui contendit ſe præſentem Deo dare ad obtinendam ab illo miſericordiam, oportere, vt non vacuus ingrediatur. *Et propterea*, inquit, *pauperes ante fores Eccleſiarum poſiti ſunt, ne quis vacuus ingrediatur*, vt introeat cum eleemoſyna. Si vt miſericordiam conſequaris intras, prius miſerere. Fac tibi Deum debitorem, & tunc eum pete, vt cum fœnore recipias : mutua, & tandem Deum repete, &c. Et vere credo Deum grandem, & infinitam ſuam liberalitatem, & animum, quo oprabat dona ſua hominibus conferre, exprimere voluiſſe. Homines ſe præſentes Deo exhibebant, miſericordiæ illius dona poſtulaturi. Voluit propterea, vt nullus veniret vacuus, ſed omnes munera deferrent, quæ eſſent quaſi menſura eorum, quæ a Deo deberent expectare; munera, inquam, non tam externa, quam cordis, & voluntatis. Hoc Origenes ex illa ſententia Sapientis confirmat, quam infra exponemus, quam ille ita legit: *Qui miſeretur pauperi, fœneratur Deo : ſecundum autem datum illius retribuet illi Dominus*. Si eſſet aliquis mercator, qui grandem locupletiſſimamque haberet officinam pannorum ſericorum, & aureorum, cuius portas aperiret omnibus, id ſtatuens, vt quicumque pannum ſericum, vel aureum vellet, non vacuus veniret, ſed ſecum deferret menſuram quantitatis, quam expeteret, nullo alio pretio requiſito, liberaliſſimus iudicaretur. Ita Deus viſus eſt ſe habuiſſe. Seipſum conſtituit in illo Tabernaculo, & propitiatorio, propitiationis, & miſericordiæ dona largiturus; hac tamen lege, vt quicumque miſericordiæ diuinæ dona intenderet, ſecum menſuram eius, quod intendebat, deferret. Erat enim vnuſquiſque recepturus iuxta ea, quæ liberali corde, & animo offerret. Dixi liberali corde, & animo, vt enim ait Chryſoſtomus, magnitudo eleemoſynæ, non in multitudine pecuniarum, vel opum ſita eſt, ſed ex alacritate dantium iudicatur. Propter hoc, & *a*, qui potum aquæ frigidæ dedit, acceptus eſt : & *b*, quæ duo minuta in corbonam miſit, fuit grata, & commendata, de quibus ſupra. Vide igitur diues, quid Deus tecũ agat, manum tuam, & munera tua menſuram ſtatuit eorum, quæ ab ipſo

In Pſ. 147. cit. Exod. 23. & 34. 10. Deu. 16. 6. Eccl. 35. 6.

In cap. 23. Exod.

L. 2 in Iob Pro. 19. 17.

a *In Pſ. 49.* b *Lib. 2. qq. in Exod. q. 159.* c *Li. 4. cõt. hæreſ. c. 34.*

7. Mor. in. 17. ¶ 419.

In cap. 23. Exod.

Homil. 67. ad populũ.

Hom. 55. in Gen.

a *Matt. 10 24.* b *Mar. 12. 41. & Luc. 21. 3.*

recí-

recipere cupis. Vide quid das, vt inde sperare possis, quæ recipias. Quæris magna, inquit Chrysostomus, & non vis dare parua? Petis regnum, & non vis elargiri frustum panis? Petis cœlestia, & non vis terrena conferre subsidia? Quomodo dicis: *Miserere mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam, & secundum multitudinem miserationum tuarum, dele iniquitatem meam*, cum tu non solùm secundum magnam, sed nec secundum paruam misericordiam miserearis? Ira Chrysostomus, qui multa lectu digna ad hoc institutum prosequitur. *Homo*, inquit S. Petrus Chrysologus *petit Deus, non sibi, sed tibi: Misericordiam volo: humanam misericordiam petit, vt largiatur diuinam. Est in cœlis misericordia ad quam per terrenas misericordias peruenitur. Domine*, inquit Dauid, *in cœlo misericordia tua. Dicturus causam in iudicio Dei patronam tibi misericordiam per quam liberari possis, assume. Qui de patrocinio misericordiæ certus est, de venia sit securus, de absolutione non dubitet. Misericordia non solùm causam præuenit anticipat cognitorem, sed etiam sententiam reuocat, absolutis addictos.* In huius explicationem, & confirmationem expẽdunt frequentissimè Sancti Patres, illam Spiritus Sancti sententiam: *Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemosyna resistit peccatis.* Aut vt communiter Sancti Patres legunt; *Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna resistit peccatis.* Aut vt communiter Sancti Patres legunt; *Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna extinguit peccatum*, vt videre est apud Cyprianum *a*, Ambrosium *b*, Augustinum *c*, & Hieronymum *d*. Voluit Deus explicare, cum peccatorũ remissionẽ quæris, ad quidnam debeas conuertere manum. Quando domus tua succenditur, videsque flammas absumentes omnia; quidnam quæris? Ad aquam conquirendam te totum cõuertis, & effundis abundantissimè. Magna planè, inquit Ambrosius *e*, & cunctis ambienda sententia, quæ hominibus penè iam mortuis, & peccatorum suorũ incendio arefactis, rediuiuum quoddã beneficium pollicetur, vt interueniẽte eleemosyna, sicut aqua inter mortuis, succus, refrigerium arescentibus, infundatur: hoc est, vt miseri homines, qui in mortem peccatis aruerant, ad vitam eleemosynis reuiuiscant: sitque illis misericordia fons salutis, quibus auaritia fuerat mortis, incendium, vt flammas quas sibi peccando incenderant, largiendo restinguant, atque vtiliore commercio, qui pecuniam quandam dederat, vt adulterium perpetraret, nunc pecuniam eroget, vt adulter esse iam desinat, & emat sibi quoddammodo innocentiam, qui sibi emerat aliquando peccatum. Dicit enim Dominus ad discipulos suos: *Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis.* Quamuis ergo pollutus, quamuis multis criminibus circunseptus, si eleemosynas feceris, innocens esse cœpisti. Abstergit enim eleemosyna quod auaritia polluebat, & maculam, quã res alienas diripiendo contraxeras, tuas erogando purificas. Vide ergo quæ sit misericordis gratia. Quæ vna, & sola virtus cunctorum est redemptio peccatorum. Ita Ambrosius. Et iterum, eundem locum cõsiderans eleemosynam cũ Baptismo confert, cuius postquam virtutẽ expenderat: Ergo eleemosyna inquit, quodammodo animarum est aliud lauacrũ, vt si quis fortè post Baptismum per humanã fragilitatem deliquerit, superfit ei, vt iterum eleemosynis emundetur, dicente Domino: *Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis.* Hæc mutuatus est Ambrosius ex S. Cypriano, qui misericordiam Dei commendat, quòd non solùm instituit Baptismum in remissionem peccatorum, sed quoniam sciebat homines post illud in peccata prolapsuros, voluisse eleemosynã statuere, tanquam aquam, qua peccata post Baptismum commissa emundarentur. Sancti insuper Patres Hieronymus *a*, & Augustinus *b*, eandem sententiam Spiritus sancti expendẽtes idipsũ prosequuntur, & Augustinus eleemosynam secundum baptismum vocat. Dedit, inquit, nobis Dominus secundũ Baptismum. *Nam sicut aqua extinguit ignem, sic & eleemosyna extinguit peccatum.* Hoc præstat eleemosyna, quod Baptisma, inquit Hieronymus. Quomodo Baptisma nobis peccata dimittit: ita, & eleemosyna peccata dimittit, sicut aqua extinguit ignem, sic eleemosyna.

Hom. 21. in 1. ad Co. & 37. ad pop.
Psal. 50. 3. 4.
Serm. 8. ad fin.
Ose. 6. 6.
Psal. 35. 6.
Luc. 11. 41 40.
Serm. 31.
Lib. de op. & eleemos.
¶ 420.
Eccl. 3. 33.
a *Libr. de oper. & eleem. & l. 3. ad Quir.*
b *Serm. 30. & 31.*
c *Li. de resit. cathol. conseruat. ante med. & libr. 50. hom. hõ. 39 ad fin. & ser. 50. de tempo.*
d *In Psal. 132. post medium.*
e *Serm. 30. in prine.*
a *In Psal. 132. post medium.*
b *Libr. 50. hom. hom. 39. ad finẽ.*

syna extinguit peccatum. Peccatis enim gehēnę ignes præparati sunt. Hoc extinguit eleemosyna. Hęc tamē, & similia dicunt sancti Patres, non quasi eleemosyna vim habeat ex opere operato emundādi peccata sicuti baptismus, & pœnitentia: sed vt intelligamus, nullam expectandam ab illo misericordiā, qui non fecerit misericordiam: & inter opera nostra, quę magis diuinam erga nos flectunt misericordiam, esse eleemosynas, quas propter ipsum in pauperes erogemus.

§. 6. *Diuitiæ dicuntur in scriptura Redemptio animæ, quia per eleemosynam redimuntur peccata, vt admiranda sententia dixit Sanctus Dauid.*

¶ 421. *Lib. de Elia cit. & ieiun. c. 20. Tob. 13. 9.*

HIs Ambrosius addit verba illa, quę Angelus dixit ad Tobiam: *Eleemosyna à morte liberat, & ipsa est, quæ purgat peccata, & facit inuenire misericordiam, & vitam æternam.* Quæ verba si rectè expendantur, plus dicunt in eleemosynæ commendationem, quàm posset omnis eloquentia Demosthenis, Ciceronis, & quorumcumque oratorū verbis explicare. Ex quibus Ambrosius infert, rectè dictum esse à Spiritu Sancto: *Redemptio animæ viri diuitiæ suæ.* Quam sententiam lōgo discursu simul expendunt Ambrosius *a*, & Augustinus *b*. Mirum est enim, quod Deus redemptionem animæ diuitis in illius diuitijs positam dicat, qui semper contra diuites, eorumque diuitias clamat, & asserit, diuitias esse, per quas omne malum perficiunt, & per quas æternæ dānationis pœnam incurrunt. Nihilominus vera est illius sententia, inquiūt Ambrosius, & Augustinus, quia ad peccatorum remissionem obtinēdam, magnopere cōducunt diuitiæ in pauperes sparsæ. Sicut enim collectæ sunt ad diuitis perditionem, vt in illo probat Augustinus, qui, cum ingentem copiam fructuum collegisset, dicebat; *Destruā horrea mea, & faciam maiora, &c.* ita in pauperes effusæ salutem operantur, sicut in Abraham, Iob, Zachęo, & alijs. Pecuniam habes? inquit Ambrosius: Redime peccatum tuum. Non venalis est Dominus, sed tu ipse venalis es, peccatis tuis venundatus es: Redime te operibus tuis, redime te pecunia tua. Vilis pecunia, sed pretiosa misericordia, &c. In domo igitur tua, inquit Augustinus, pretium habes redemptionis tuæ, in cellarijs tuis, & horreis quibus te ipsum redimas, & à captiuitate, & morte reddas liberum. Extrahe igitur, redime te, &c. Hæc omnia excellenter comprobantur ex illa famigeratissima Danielis sententia ad regem Nabuchodonosor, quam sæpè acutè expendit D. Chrysostomus *a*. Vidit Rex Nabuchodonosor in somnis visionem, quæ terruit illum: nec immeritò, contra illum enim erat, & *b*, *semper timet sua, perturbata conscientia*. Vidit arborem magnam, proceritas eius vsque ad cœlum, extensio eius vsque ad terminos terræ, folia eius pulcherrima, fructus eius nimius, &c. *c. Et ecce vigil, & Sanctus de cœlo clamauit fortiter: Succidite arborem, & præcidite ramos eius, &c. In sententia vigilum decretum est, & sermo Sanctorum, & petitio.* Conuocantur Arioli, Magi, Chaldæi, Sapientes, vt visionem explicarent, cuius significationem tāto auidius Rex scire optabat, quantò maiorē sibi terrorem incusserat. Aduocatur tandem Daniel, cui datum erat tanta Sacramenta explicare: qui somno à Rege relato, *cœpit apud semetipsum tacitus cogitare quasi vna hora, & cogitationes eius conturbabant eum*. Videbat enim, contra Regem ipsum rem totam esse destinatam, & volebat Regem sua suspensione disponere. Tandem excitante Rege, somnij significationem expressit: Arborem, inquit, quam vidisti sublimem, atque robustam, cuius altitudo pertingit ad cęlum, &c. tu es, Rex, qui magnificatus es, & inualuisti, & magnitudo tua creuit, & peruenit vsq; ad cęlum, & potestas tua vsque ad terminos vniuersæ terræ. Quod autem Rex vidit, vigilem, & Sanctum descendere de cęlo, & dicere: Succidite arborem, & dissipate illam, intellige sententiam contra te latam, &c. Subdiditque: *Quamobrē Rex consilium meū placeat tibi, peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordijs pauperum, forsitā ignoscet delictis tuis*. Multa sūt in hac

Prou. 13. 8.

a Lib. de Elia cit. & serm. 30.
b Ser. 12. de tempo.

Luc. 12. 18

Lib. 16. hō. 39.

a In Ps. 95. & libr. de reparatio. Lapsi ad Theodorū non longè à principio, & hom. in imperfecto ad finem.
b Sap. 17. 1.
c Dan. 4. 10. 11. 14.

Ibid. nu. 16

Ibid. nu. 24

¶ 422.

hæc historia grandi expensione digna. Primò, obserua sententiam latam in Cœlo, publicatam, & intimatam fuisse per Sanctum Angelum custodem populi Iudæorum, qui quoniam magna cura eorum salutem procurabat, *Vigil & Sanctus* vocatur, qui postquam sententiam promulgauit, apertè protestatus fuit, illam datam, & latam decreto, *& sententiam vigilum*, id est, Sãctorum Angelorum, qui præsidebant varijs regnis, quorum quiuis regni sibi cõmissi saluti inuigilabat. Aut verò sententiam dixit latam in consistorio Sanctis-
Ps. 102. 4. simæ Trinitatis, cuius tres personæ, *vigiles* dicuntur, *quoniam non dormitat neque dormit, qui custodit Israël.* Lata insuper dicit in sermone, & petitione Sanctorum, id est, ad petitionem, & supplicationem Sanctorum. Quoniam iniquus erat Nabuchodonosor, & Sanctos vehementer affligebat, petebant à Deo quam poterant vindictam, non tam propter iniuriam illis, quàm Deo ipsi illatam. Habuit se igitur Angelus sicuti prœcones iustitiæ, qui sententiam latam à Regio consilio pronunciant, & promulgata sententia, addunt dicentes, ita pronunciatum fuisse in Regio consilio, instante procuratore Regio, aut tali vel tali parte. Itaque sententia lata fuit à Sãctissima Trinitate, petente, instanteque Sanctorum parte legitima. Et nihilominus Daniel hortatur, vt se disponat Rex, & procuret Dei misericordiam flectere, & reuocationem prolatæ, & intimatę sententię ob-
Homil. 26. cit. tinere. Quid tu dicis Sapiens ac beate? ait Chrysostomus. Estne, post tantum casum reditus? post morbum tam desperatum, iterum sanitas? Iterum prudentia speranda post mentem adeò motam? Sciebat Propheta Dei clementiam, qui irascitur in peccatores, & veniam concedit pœnitentibus: agnoscebat pœnitentiæ virtutem, & bonorum operum efficaciam, quæ Deo adiuuante agimus: hinc que ad sperandam à Deo veniam incitat, etiam post sententiam latam, & prolatam. Vt hinc discas, nunquam de diuina misericordia desperare, quantumcumque multiplicatæ fuerint iniquitates tuæ, & audieris (vt ita dicam) sententiam Dei contra te latam, & prolatam. Semper enim dum viuis relinquitur misericordiæ locus: nec vllatenus desperandum, sed conuertendum te ad veram pœnitentiam, & talia agenda, quibus Dei clementiam prouoces. Obserua igitur, quomodo Daniel volens Regem excitare, vt se totum conuerteret ad ea agenda, quæ Dei possunt clementiam prouocare, & sententiam prolatam reuocare, non imposuit longa ieiunia, vigilias grandes, disciplinas vsque ad sanguinis effusionem, sed *Consilium meum*, inquit, *tibi placeat, O Rex, peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordijs pauperum: forsitan ignoscet delictis tuis.* Quasi dicat: Si remedium aliquod supereſt, aut habere potes, hoc est, eleemosynis redimere peccata tua. Grandia sunt peccata, grandes sint eleemosynæ. Vide inquit Chrysostomus quãtam vim habeat eleemosyna, quantum valeat humanitas, quam efficax iustitiæ opus operetur erga egenos misericordia, admonuit Propheta. Cui si obedijsset ille legis transgressor, gratia fuisset consequuta promissum. Ita Chrysostomus, & confirmat Hieronymus, asserès Regem Nabuchodonosor feciſſe quidem tunc, quod Propheta consuluit, & id circo vsque ad mensem duodecimum dilatam fuisse sententiam: quia tamen postmodum noua addidit peccata, & ambulans in aula Babylonis gloriatus in potentia sua, contra Deum superbus extitit, bonum misericordiæ perdidit malo superbiæ. Non videtur mihi posse amplius exaggerari eleemosynæ virtutem, quàm dicendo quod sententiam in concilio Sanctissimæ Trinitatis, assistentibus omnibus Angelis, ad perditionem Sanctorum latam, prolatam, intimatamque suspenderit, & ad tempus reuocauerit, reuocataque penitus fuisset, si ille nollet impius extitisse. Grandis vis ieiunij Niniuitarum, qua sentẽtiam à Deo per Prophetam prolatam commutarunt: efficacissimæ lacrymæ Sancti Ezechiæ Regis, quæ sententiam mortis à Deo latam, & à Propheta Isaia intimatam, potuerunt reuocare: non tamen minoris vis eleemosynæ, quæ idipsum operata est, vt hinc discas, si hæc tria simul adiungas, lachrymas, ieiunium, & eleemosynam, quam certè

In Psal. 95 cit.

In cap 4. Dan.

certè possis peccatorum tuorum remissionem expectare, si ea sicut oportet opereris. Si ergo Rex ille, Idolorũ cultor, inquit Chrysostomus, poterat eleemosynis peccata redimere, cui nõ proderunt eleemosynæ? Et verè hoc Christus Dominus nunc nobiscum agere videtur, & consulere, quod Daniel Nabuchodonosori. Audisti quidem non in somnis sed in vigilia prolatam contra te sententiam, de cuius significatione non poteris dubitare sicut Nabuchodonosor: ideoque oportuisset te conturbatum, & trementem reddis & reddereris certè, si quæ tibi dicta sunt, expenderes. Quam enim sententiam irrevocabilem Deus contra te tulit, vigil, & Sanctus, id est, sacerdos, qui est Angelus Domini, promulgauit, & intimauit tibi dicens: *Pulvis es, & in pulverem reverteris*. Audire visus es sententiam Sancti præcursoris, dicentis; *Iam securis ad radicem arboris posita est, omnis arbor, quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur*. Videt te Christus trementem, & meritò cõturbatum, & timentem, dicereque videtur: *Consilium meum tibi placeat: peccata tua eleemosynis redime*. In Cœlum per manus pauperum munera mitte Deo, non sibi, sed tibi seruanda, per quæ à morte libereris, &c. Patet igitur ex his ieiunio adiungendam eleemosynam, vt vitia comprimat, & hominem ab eis redimat.

Homil. 26. cit.

Luc. 9. 3.

§. 7. *Ad orationem disponit ieiunium, si adiungatur eleemosyna, quæ manus eleuat, vt in Moyse præsignatum fuit.*

¶ 423. SEcunda ratio desumitur ex eo, quod ieiunium mentem eleuat, ad orationem disponẽs, vt supra expositum est. Nam ex hoc ipso eleemosynam sibi adiungi exposcit, quæ orationi viam facit, iter præparat, portas cœli pandit, ianuas aperit, vt Deo se præsentem dare possit. Hocque est, quod Angelus dixit ad Tobiam: *Bona est oratio cum ieiunio, & eleemosyna*. Requiritur quidem ieiunium ad orationem, quod carnem cõprimens, & extenuans pondus, quod mentẽ depressam continet, alleuiet, vt dictũ fuit: hoc tamen non sufficit, nisi ei addatur eleemosyna, quæ vires orationi det, vt potenter in cœlũ feratur. Nec enim auis, etiã si pondus illam detinẽs subtrahat, eleuabitur, nisi vires illa ad sursum se eleuãdã in se recipiat. Et verè videtur Angelus loqui de oratione tanquã de leuissima, velocissimaque Aquila, cui duæ alæ ita sunt necessariæ, vt vna sine altera non sufficiat ad volandũ duæ aũt simul, cõpletam facultatẽ subministrant. *Bona*, inquit, *est oratio cũ ieiunio & eleemosyna*. Bonum dicitur aliquid absolutè, & plene, quod cõpletum est, cui nihil deest. Ideoq; apud Aristotelẽ, bonum, & perfectum idẽ sunt. Bona est oratio, id est, perfecta completa, potens, quando est cũ ieiunio, & eleemosyna. Est nunc tempus orandi pro peccatorum remissione. *Pro hac*, inquit *orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno*, i. pro peccatorum remissione, vt Augustinus exponit, quam homo sperare potest, si debitè oret, *In tempore opportuno*. Et quamuis totum vitæ tẽpus ab Apostolo definiatur opportunum, quod datum est ad illã obtinendam; signanter tamen tẽpus sacrum Quadragesimæ, de quo vt sæpè dictum est, iure S. Patres illud singulariter accipiũt: *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nũc dies salutis*. Orandũ nũc instãter, & sine intermissione, mittenda auis orationis ex arca, vt oliuæ virẽtis ramum, i. Dei misericordiã reportet. Duas igitur ei alas adiũgito, ieiunium scilicet, & eleemosynam, sine quibus infirmiter oratio euolabit. Volat oratio, inquit Augustin. *Talibus pennis adminiculata virtutũ*. In huius expositionem obseruat idem Augustinus, quod de Moyse scriptum inuenimus. Populus Dei eductus de Ægypto diuina virtute, in terram repromissam proficiscebatur: obuiam tamen habuit Amalecitanum, fortem gentem, conantem impedire iter, & transitum. Moyses agnoscens orationẽ vincendum talem inimicum, montem oraturus conscendit, ibique ad orandum manus extendit. *Cumque leuaret Moyses manus, vincebat Israel: sin autem paululum remisisset, superabat Amalech. Manus autem Moysi erant graues: Aaron, & Hur sustentabant manus*

Tob. 12. 8.

Psa. 31. 6

Ad Heb. 4. 16.

2. Cor. 6. 2.

Ser. 70. ex diuersis ad finem.

Ser. 39. de temp. & l. 50. homil. 27.

Exod. 17.

Exod. 17. 11. 12.

manus ex vtraque parte. Quidnam sibi omnia ista velint, quæsitum est à multis, cur cum leuaret manus suas Moyses, vinceret Israel, cum remisisset, superabat Amalech. Quidnam virtutis extensio manuum orationi præstabat, vt dum illa paululum remitteretur, langueret oratio, & iuxta mensuram eleuationis manuum, oratio eleuari videretur in cœlum? Et quænam est ista grauitas manuum, vt Moysi ponderosum fuerit eas eleuare? Et quisnam Aaron, quisnam Hur, qui extentas tenent, & sustinent manus? Num sine certi cauſa mysterij, inquit Rupertus, prouisũ est, vt tali ordine vinceretur hic hostis? Ipsum igitur mysterium diligenter indagandum est. Multa sancti Patres tradunt alibi expendenda, sed quod Augustinus obtenuat, nostro satisfacit instituto. Ad cœlum tanquam ad terram tibi repromissam, Deo misericorditer dirigente tendis: sed obuiam venit Amalecitarum populus, iter impediens: qui significat peccatorum multitudinem, quæ te opponit, & pugnat contra te. *Et peccatum meum*, inquit Dauid, *contra me est semper*. Quodnam remedium? Ora Deũ: pro hac enim orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno. Id age, quod Dauid: *Clamabo ad Deum altissimum Deum qui benefecit mihi*. Dic, *Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam*, &c. *Dele iniquitatem meã*. Vt tamen oratio sit potens, & valida, extende manus tuas. Et nos dilectissimi, inquit Augustinus, si adiuuante Domino manus erigimus, inimicum superamus. In manibus opera debemus accipere. Si talia sunt opera tua, vt illa possis in altum in conspectu Domini leuare, potes etiam, & tu aduersarios tuos extinguere. Quis bene manus leuat, nisi qui per eleemosynam in cœlo iugiter thesaurizat? Quis bene manus leuat, nisi qui assidue victum, & vestitum pauperibus subministrat? Quis bene manus leuat? Ille vtique, qui implet illud Apostoli: *Eleuantes puras manus sine ira, & disceptatione*. Expendit Ambrosius, quod Christus cuidã habenti manũ contractam dixit; *Extende manum tuam*. Cõmunis, inquit, ista generalisq; medicina est. Et tu qui putas manum habere, te sanam, caue ne auaritia, ne sacrilegio contrahatur, extende sæpius eam: extende ad illum pauperem, qui te obsecrat, extende vt proximum iuues, vt viduæ præsidium feras, eripias iniuriæ, quam vides iniustæ contumeliæ subiacere. Extende ad Deum pro peccatis tuis, sic manus extenditur sic sanatur. Hæc infirmitas fuit Ieroboam, manum, cum idolis sacrificaret, contraxit. Ita Ambrosius. Graue quidem est, huiusmodi manus extendere; nihil enim grauius, aut difficilius diuitibus iudicat Basilius, ostenditque iuuenis ille, qui hoc ipso quod sibi Christus manus extendere iniunxis, abijt tristis, vt supra prosequuti sumus. Aptè propterea auxilium præstant Aaron, & Hur. Aaron, inquit Gregorius, mons fortitudinis. Hur autem ignis interpretatur. Quem itaq; mons iste fortitudinis significat, nisi Redemptorem nostrum, de quo per Prophetam dicitur: *Erit in nouissimis diebus præparatus mõs domus Domini, in vertice montium?* Aut quis per ignem, nisi spiritus eius Euangelicus figuratur, de quo ille dicit. *Ignem veni mittere in terram?* Ille igitur manus sustentandas assumit per Euangelicam doctrinam, qui clamat: *Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra: thesaurizate autem vobis thesauros in cœlo*. Quis enim hæc audiens manus extentas non habebit? Quis à manuũ extensione cessabit? Indicauerat iam, quantum ad orationem conduceret huiusmodi manuum extensio Moyses ipse, qui in Aegypto requisitus à Pharaone, vt sua oratione impetraret à Deo, quod cessarent tonitrua, & grandinis impetus, respondit: *Cum egressus fuero de vrbe, extendam palmas meas ad Dominum, & cessabũt tonitrua, & grando non erit*. Id quod petis consequar, orando oratione quæ sit cum extensione manuum facta. Hæc est. n. quæ ad Deum ascendit, & quod ab illo petieris impetrat, dicente ipso: *Frãge esurienti panem tuum, & egenos vagosque induc in domum tuam, videris nudum operi eum*, &c. *tunc erumpet quasi mane lumen tuum, tunc clamabis, & Dominus exaudiet*. Dices? Quomodo exaudiet illa significabat eleemosy-

Lib. 3. in Exo. 6. 20.

Locis cit.

Psal. 50. 5.

Ps. 56. 3.

¶ 424.

Ser. 63. cit.

1. ad Timoth. 2. 8.

Lib. 5. in Lucam

Luc. 6. 10.

Homi. 7. in diuites & auaros.

Hom. 33. in Euang.

Esa. 1. 2. & Micheæ 4. 1.

Luc. 12. 49.

Exo. 9. 29.

Esai. 57. 7.

narum largitionem? nam illa in cœlũ erat, hæc autem non in cœlum, sed in hominem terrenum se conuertit. Respondet Chrysostomus: Si ad pauperem manum extenderis, ipsum cœli verticem tetigeris, qui enim illic sedet eleemosynam suscipit. Ad Patris quidem dexteram sedet Christus, inquit Augustinus, sed in terris ambulat, qui dixit: *Quod uni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis.* Hæc est extensio manuũ, sub qua deficit Amalech. His conueniunt quæ idem Augustinus obseruat in illo excellenti opere, quod de adorando Deum ad Probam nobilissimam fœminam scripsit, expendens illam Dauidis sententiam: *Indie tribulationis meæ Deum exquisiui manibus meis.* Quomodo Deus qui incorporalis est, & impalpabilis, manibus est exquirendus? Nequaquam quærendus est Deus solo ore, aut nudis vocibus linguæ, quando quis tribulatione premitur: sed adiungendæ sunt manus, extendendæ in pauperes, quæ hoc ipso quod inopes inueniunt, Deum inueniunt, qui in illis se voluit constituere, vt illum manibus nostris apprehenderemus, & teneremus.

Hom. 67. ad populũ.

Lib 50 hõ. hõ 37. circ. Matt. 35. 40.

Epiſt. 121. ad Probã, c. 13.

Pſ. 58. 17.

§. 8. *Ieiunium mentem eleuat, ſi ſit cum eleemoſyna, vt in Cornelio, & Tabitha: ideo induere viſcera miſericordiæ monet Apoſtolus.*

AD idem institutum obseruant Origenes *a*, & Chrysostomus *b*, quæ de insigni duce Cornelio Centurione (quem Origenes *c* gentium primitias appellat) Sanctus Lucas Euangelista enarrat: de quo dicit, quod *erat religioſus ac timens Deum, faciens eleemoſynas multas plebi, & deprecans Deũ ſemper.* Vide quodnam fundamentum orationibus supponebat, eleemosynas. Et quia oratio erat perpetua, eleemosynæ erant continuæ, & multæ. Dignus propter ea fuit, vt non in somnis, aut ænigmate, sed *Manifeſte videret Angelum introeuntem ad ſe ad horam nonam*, quæ vt Cassianus annotat, singularis erat ad illius orationem. Et intuens in eum, timore correptus, dixit: *Quid eſt Domine?* Erat timens Deum, & forsitan timebat, ne propter peccata sua veniret Angelus ad puniẽdum se, & interrogat, sicut quondam viri Bethlehemitæ, *Pacificuſne eſt ingreſſus tuus?* Dixit autem illi Angelus: *Orationes tuæ & eleemoſynæ tuæ aſcenderunt in memoriam in conſpectu Dei.* Solet Deus quæ nostra sunt ex nostris vsibus declarare, vt Beatus Hieronymus annotauit. Omnes qui aliqua mercede à Rege egent, supplicationes in scripto eidem Regi offerunt, quarum multas tanquam iniustas, & impertinentes vult Rex suppressas teneri. Quando alicui vult clementer satisfacere, iubet, vt sibi deferatur illius supplicatio, vt in memoriam reuocet, quid ille petierit, cui gratiam expetitam concedere decernit. Omnes homines, quia miseri sunt, egentque gratia, & fauore Dei, ad Deum supplicationes fundunt, suppliceſque præsentant, quarum tamen innumeræ tenentur suppressæ, quas quasi coram se Deus legi nõ permittit, quales fuerunt orationes Saulis, qui grandi clamore orans, non exauditus fuit, nec orationis ipsius aliqua coram Deo habita fuit memoria: similiter, & Antiochi, de quo dicitur: *Orabat ille celeſtius Dominum à quo non erat miſericordiam conſequuturus*: illorum itidem, qui crudeles erãt in proximos, qui propterea vt D. Chrysostomus indicat, audierũt: *Manus veſtræ ſanguine plenæ ſunt*, quibus dictum est: *Cum multiplicaueritis orationem veſtram, non exaudiam.* Et tales sunt multorum Christianorum orationes, & supplicationes, quas Deo præsentant, tenentes manus plenas sanguine, continentes diuitias, constringentes manus, ne aliquid ex eis effluat, propter quorum crudelitatem pauperes pereũt. Sed quãdo tales sunt preces, & supplicationes, quas Deus gratas habet, explicat id more nostro, dicens, quod sibi eas fieri iubet, & coram se legi facit, & ad memoriam reuocari. Tales erant orationes Cornelij: non mirum, quia grandes eleemosynas secum habebant adiunctas; & quantũ existimo, perpetuo cum orare Deum

1. Reg. 15. 4.

In Eſaiã.

1. Reg. 28. 15.

2. Macha. 9. 13.

Hom 67. ad populũ. Eſa. 15. 1.

¶ 425.
a Lib. 2. in Iob.
b Hom. 5. de pœnit. & 22. in Acta.
c Hom. 11. in Numer.
Act. 10. 2.
3. de Inſtit. cap. 3.

Deum parabat, prius eleemoſynam faciebat, per illam orationi ſuæ vitam faciens, dans Deo, vt reciperet à Deo ideoque Angelus orationes eius cũ eiuſdem eleemoſynis copulauit, dicens: *Orationes tuæ, & eleemoſyna tua.* Vide, inquit Chryſoſtomus, optimam coniugationem: tunc enim audimur, cum & ipſi audimus accedentes pauperes. Orationes quæ eleemoſynis nituntur (inquit alibi, hanc eandem ſententiam angeli expendens) quouis ſuauiſſimo odore ſunt fragrantiores. Ea enim odoris ſuauitas, quæ in ſenſum cadit, ne magnam quidem aeris portionem interſecat: hæc autem ipſos cœlorum fornices referat: Debitorem prius ſibi Deũ faciebat, vt Chryſoſtomus annotat, ſciens illud, quod ſcriptum eſt: *Feneratur Domino, qui miſeretur pauperis.* Debitor autem veneratur fœnerantem, & grate eum loquentem ſuſcipit, auſcultat, & audit. His adde, quod ſingulariter Beat. Cyprianus annotaſſe viſus fuit, circa orationem Petri ſuſcitantis Tabitham De illa ſupponit Euangeliſta dicens: *Hæc erat plena operibus bonis, & eleemoſynis, quas faciebat.* Factum eſt, autem, vt infirmata moreretur, *quam cùm lauiſſent, poſuerunt in cœnaculo.* Nequaquam illius cadauer linteo concluſerunt, vt Cyprianus annotat, ſperãtes vitam reſtituendam ſine dubio ei, quæ tot pauperum vitas ſuſtentarat. Vnde decreuerunt vocare Petrum, qui non longè diſtabat; qui veniens, introductus fuit ad cœnaculum, vbi mulieres, & viduæ ſanctæ, quæ illuc confluxerant, oſtenderunt illi *Veſtes & tunicas quas faciebat* pauperibus *Dorcas*, aut Tabitha. In hoc enim perpetuo laborabat, veſtes nudis tegendis conſuerè. Tunc Petrus eiectis omnibus, ad orandum pro reſtituenda vita defunctæ ſe conuertit. Senſit enim, inquit Cyprianus, ſecure ſe petere vitam poſſe pro ea, quæ pauperum vitas ſeruauerat, & quod efficax futura eſſet oratio, quæ tot tantaſque eleemoſynas ſupponebat; & ex tot tantiſque illius eleemoſynis cõfidit, orationem ſuam à Deo exaudiendam. Vt hinc diſcas quid agendum tibi ſit hoc tempore, quando miniſtri Eccleſiæ, virique Apoſtolici aduocantur, vt pro animæ tuæ vita orent. Si enim vis illorum orationes efficaces reddere, quantum in te eſt, per miſericordiæ opera diſpone, vt poſſint illi corã Deo eleemoſynas tuas præſentare. Et vt rem nunc concludamus (quam alibi late proſequuti ſumus) audi Apoſtolum dicentem: *Induite ergo vos ſicut electi Dei, ſancti, & dilecti, viſcera miſericordiæ.* Expendit Chryſoſtomus verbum illud, *Induite*. Non dixit miſeremini, aut eleemoſynam facite, vt intelligas non quomodocunque oportere miſericordiam tenere, quam audis te induendum. Quicunque domo egreſſurus eſt, veſtem reſumit, & indutus incedit: nec enim tam vilis eſt homo, qui nudus ambulare per ciuitatem audeat. Ita & tu egreſſurus domo, indue viſcera miſericordiæ, tamquam pallium illam aſſume, quo perpetuò te exhibeas indutum, daturus pauperi, viduæ, orphano, hoſpitali. Et ſicut veſtimentum ſemper nobiſcũ eſt, inquit Chryſoſtomus, ita ſit & eleemoſyna. Aut verò alludere voluit Apoſtolus ad id, quod de grandi Rege Aſſuero ſcriptum eſt: *Non erat licitum, indutum ſacco aulam Regis intrare*: ſed tenebatur quicumque in conſpectu Regis ſe præſentem dare contendebat, veſtes pretioſas aſſumere, & induere. Per orationem homo ſe præſentem Deo exhibet. Hoc eſt enim orare, mentem, & animum ad Deum eleuare, & coram illo ſe conſtituere. Ne credas ſacco vilißimo peccatorum indutum, rectè diſpoſitum eſſe, vt coram Deo per orationem des te præſentem. Indue pretioſam veſtem, quæ omnes contegat animæ tuæ deformitates. Quænam hæc erit? *Induite viſcera miſericordiæ.* Hæc veſtis, de qua Apoſtolus: *Charitas operit multitudinem peccatorum.* Hac indutus, oculos diuinæ maieſtatis de te grate aſpiciendum conuertes. Expendit inſuper Chryſoſtomus, aptè dixiſſe; *Induite viſcera miſericordiæ*: primò, vt intelligas, non vnam aut alteram ſolummodo eleemoſynam à te requiri, ſed multas, vt habeas viſcera miſericordiæ, quæ ſint tanquam fons perennis, vnde perpetuo aquæ miſerationũ profluant, & ſcaturiant; & quacunq; eleemoſynas

Hom. 11. in Epiſt. ad Hebr. in Morali.
Hom. 20. in 2. ad Corint.
Hom. 5. de fœnit.
Prou. 19. 17
Lib. de ope. & eleemoſ.
Actor. 9. 36.
¶ 426.
Ad Coloſſ. 3. 12.
Hom. 35. ad popu. & 14. in Epiſt. ad Rom.
Eſther. 4. 2.
1. Pet. 4. 8.

data, remaneant in te adhuc viscera misericordiæ, vt alteram, si potueris facias, & exhibeas, si non potueris, saltem desideres posse. Secundò, vt consideres Deum non tam eleemosynam, quam facis, in se considerare, quam viscera tua, vt supra sæpè dictum est. Induite viscera misericordiæ. Indumentum est hoc, quod quicunque etiam extrema paupertate pressus, induere potest: nullus enim est, qui quamuis non possit vel calicem aquæ frigidæ dare pauperi, non possit ei compati, & illius per internum affectum misereri, atque optare illi bene facere. Hoc si egeris, pretiosam vestem induisti, & te Deo præsentem dare poteris, qui tuorum viscerum affectum tunc pro opere reputat, quando nihil aliud præstare potes, vt supra diximus.

§. 9. *Singulariter dicitur ieiunium disponere ad virtutes, quia eleemosynæ famulatur, cui propterea Christus eleemosynam coniungit.*

¶ 427. Tertiò, debet ieiunio, copulari eleemosyna, vt illud possit operari, quod de eo tandem dictum fuit, quod virtutes largitur, & dona. Illud siquidem ad omnes virtutes disponit: quoniam autem inter eas eminet misericordia, singulariter ad misericordiæ opera debet disponere. Et sit ieiunium quale esse debet, id excellenter operatur. Vt enim ex Basilio *a*, Ambrosio *b*, & Augustino *c*, supra dictum fuit, traditque S. Petrus Chrysologus *d*, tale debet esse ieiunium, per quod expensas minuas, & excuses. Reprehendit enim D. Augustinus vehementer eorum ieiunia, qui ieiunantes, exquisitis ferculis, & saporibus escas præparant, nullatenus aliquid corpori detrahentes, sed mutantes abundantã, quam cæteris diebus renere solent. Nec enim minus abundans est mensa diebus ieiunij, quam alijs, quamuis sit ex rebus diuersis, & mutatis. Quid, inquit Augustinus, prodest huiusmodi ieiunium? *Qui sic* (ait) *se à carnalibus temperant, vt alias escas, & difficilioris præparationis, & pretij maioris inquirant; multum errant; non enim est hoc suscipere abstinentiam, sed mutare luxuriã.* De quo egregiè loquitur Basilius, & Ambrosius, clamantes dandam saltem his diebus esse requiem coquo, vt supra dictum est. Ita ergo ieiunandum est, vt parcior sit victus, moderatior potus, contractior mensa, pauciora fercula, & ex consequenti expensæ minores. Hinc excellenter ieiunium potest virtutem misericordiæ operari: dum enim illud reseruat, quod si non ieiunares, expendisses, materiam tibi offert eleemosynæ, & misericordiæ perficiendæ. *Ieiunantes ergo fratres*, inquit Diuus Petrus Chrysologus, *prandium nostrum reponamus in manu pauperis, vt seruet nobis manus pauperis, quod venter nobis fuerat perditurus.* Id ipsum omnes sancti Patres sũmo cõsensu tradunt, Ambrosius *a*, Augustinus *b*, dixeratque Origenes *c* egregiè, à quo omnes videntur doctrinam mutuasse, illamque celebrem propositionem hausisse, Deũ per ieiunium non quærere, quod excuses expensas; sed quod habeas vnde possis pauperi eleemosynam dare: nolleque Deum, vt ieiunium sit tuæ auaritiæ minister; sed tuæ misericordiæ dispositor, & præparator. Vnde optimè Augustinus: *Eleemosynas his diebus augere quodammodo ex debito est: vbi enim iustius quam miserendo impenditis, quod vobis abstinendo demitis? Et quid iniquius, quã vt quod minus erogat abstinentia, seruet permanens auaritia, aut consumat dilatata luxuria? Intendite itaque quibus debeatis, quod vobis denegatis, vt quod detrahit temperãtia voluptati, addat misericordia charitati.* Hinc Iudæorum ieiunia acri obiurgatione reprehendit Deus per Esaiam, quoniam per ieiunium nutriebant auaritiam, & fuæ consulebant cupiditati, expensas quas excusabant, auarè sibimetipsis recondendo, & illis diebus, quibus oportebat esse liberaliores in pauperes, magis erant erga illos crudeles, fœnius debita repetendo, vt dictum est. Grandis certè iniquitas, ieiunium facere nutritorem auaritiæ, & cupidi-

Serm. 37. de diuersis.

a *Lib. de Nabut. & li. de Elia.*
b *Serm. 56 de tempor. & 4. & 72 & 73. ex diuersis.*
c *Homi. 4. in cap. 4. Matth.*

Ser. 72. ex diuers. cit.

Esai. 58.

a *Hõil. 1. & 2. de ieiu.*
b *Lib. de Elia.*
c *Serm. 55. de temp.*
d *Serm. 8.*

cupiditatis, quod ad minuendam auaritiam, & cupiditatem esse debet. Hocque viro Christiano singulariter fugiendum, optimè tradidit B. Petrus Chrysologus, annotans, quod *qui ieiunans prandium suum non erogat, sed reponit, cupiditati probatur ieiunare, non Christo.* Quibus illa Diui Ambrosij sententia concinit. Illud, inquit, fratres ad perfectionem ieiunij tacendum non est, vt qui abstinemus, & minimè prandemus hoc tempore, prandia nostra pauperibus erogemus: hæc enim est vera iusticia, si te esuriente de tuo cibo alius satietur, & tu tuis ieiunijs dominiũ eroges, & ille pro te, satiatus exoret, vtrumque tibi proficiens, & tua fames, & saturitas mendicorum. *Caterum qui sic abstinet, vt nihil pauperibus de suis epulis largiatur, & videtur quæstum suum sibi fecisse ieiunium, & negotiationem, sibi parcendo. Ad hoc enim abstinuit, non vt placeret Deo, sed ne amplius erogaret.* Ita Ambrosius. Videndus est Sanctus Gregorius, qui hoc ipsum prosequitur, explicans, quomodo ex ieiunio quo caro affligitur, egentis proximi caro est reparanda. Digna certè, & apta comestio præparata est à sancta Rebecca, per quam filio suo benedictionem, & primogenita conquisiuit: per quam ita cibus præpatatus fuit beato Isaac, vt manerent pelles ad vestiendas, & operiendas manus, & collum Iacob. Illa comestio apta, & digna est ieiunio, per quam ita corpus reficis, & ita fercula ad illud nutriẽdum paras, vt remaneat, & relinquatur inde, vnde possis nudum vestire, algentem refouere, esurientem pascere.

Serm. 8. cit.

Serm. 33. ad finem.

Hom. 16. in Euang.

Rectè igitur Christus Dominus ieiunio eleemosynam adiunxit.

§. 10. *Christus in bonis replet desiderium nostrum, id suadens quod nostro desiderio est conforme, oculos suos super nostros, tanquam Eliseus, ponens.*

NOlite thesaurizare vobis thesauros in terra vbi ærugo, & tinea demolitur, & vbi fures effodiunt, & furantur. Sapientissimè Christus Dominus procedit. Suadere namque volens eleemosynam, non dicit: Bona vestra profundite, diuitias spargite, date alijs quæ vestra sunt, sed ita id proponit, vt offendat, se non intendere, quod bona tua diuites amittas, & perdas, quin potius consulit, & hortatur, vt tibi conseruanda in tuto reponas, & à periculis omnibus serues libera. Verba sanè quæ quiuis homo quantumcunque auarus gratissimè potest audire, imò tãto gratius, quanto magis pecuniam diligit. Quid enim magis iuxta eius votum, & mentem dici illi potest, quã quod procuret pecuniam suam seruari securam, ab omnibus periculis auulsam? Pater qui filium vnicè diligit, non placidè audiret, si ei dicas, quod domo illum expellat, illius curam deponat, & auibus exponat deuorandum: nihil autem placidius propones, quàn si modum tradas, quo filium possit liberum ab omni periculo seruare, & in grandi dignitate constituere, eoque potiri. Nequaquam mulier, quæ virum amat, auscultabit si consulas, quod eum relinquat, & alijs mulieribus perfruendum tradat: nihil tamen illi gratius poteris dicere, quam si tradas modum, quo liberum ab omni infirmitate retineat, & ab omni periculo possideat tutum, & longo tempore illo perfrui possit. Ita Christus Dominus non dicit tibi nunc, vt vendas omnia, & pfundas, & alijs tradas: quot n. quãtiq; hoc audito, sicut adolescẽs ille, tristes mœrentesq; abirẽt? Sed hoc tibi, dines, suadet, vt pecunias tuas veraciter tibi serues, & nullatenus eas perdas & non eas colloces in loco, vbi minus

¶ 428.

securè seruari possunt, sed in eo, in quo omni periculo liberæ consistant. Hoc, vt S. Augustines optimè prosequitur, dues est pecuniarum summus amator, qui non gratissimè audiat, solicitèque perquirat, quomodo id possit perficere? Hoc Christus suadet, in primis ostendendo, nullatenus pecunias tuas in terra recondendas, quia nullo modo ibi securas tibi seruabis; deinde ostendendo, in cœlo esse reponendas, vbi sine dubio securissimæ erunt, tibimetipsi in perpetuum reseruatæ. *Nolite*, inquit, *thesaurizare thesauros in terra*. Assumpsit sanctus Eliseus suscitare puerum mortuum: & vt hoc perficeret, sicut egregiè considerat Beatus Gregorius, noluit venire ad eum baculo, nec illum ipsi imponere, sicut fecerat ipsius seruus Giezi, qui nullatenus mortuum suscitare potuerat, sed per semetipsum descendens, puerilibus membris se omninò attemperauit, & accomodauit, incuruans se. *Incubuit enim super puerum, posuitque os, super os eius, & oculos super oculos eius, & manus suas super manus eius, & calefacta est caro pueri*. Expende verbum *Incubuit*, quod proprium est auium, & animalium, fouentium oua, & fœtus suos, calorem viuificum communicantes. Qua dicendi ratione voluit exprimere scriptura, contrarium modum penitus tenuisse Eliseum, ab eo quem tenuerat Giezi: hic enim venit in baculo duro frigidoque, ille autem in spiritu suo leni, non percutiens, sed fouens potius, caloremque quasi vitalem communicans. Quo in opere expressè aduentus filij Dei præfiguratus fuit, vt sancti Patres annotarunt, qui venit, vt hominem per peccatum mortuum, ad æternam vitam reuocaret. Ad huc venit ipsemet, qui primo miserat Moysen seruum suum cum baculo legis, dicens: *Ego ipse, qui loquebar ecce adsum*: & homini se attemperauit, & accomodauit, non solùm in eo, quod Apostolus tradidit dicens, illum *in similitudinem hominum factum*: sed in eo quod nostris se affectibus, & desiderijs accomodasse, & attemperasse visus fuit. Nõ venit in baculo percutiens, & vim inferre volens nostræ voluntati; sed in calore charitatis, quo viuificum spiritum infunderet. Posuitq; os suum super os nostrum, nostro loquendi more nobiscum agens, & nostræ balbutiei se accommodans, melius quam Paulus, qui dicebat: *Facti sumus parauuli in medio vestri tanquam si nutrix foueat filios suos*. Posuit etiam manus suas super manus nostras, dans virtutem illis ad rectam meritoriamque operationem, per quam iam non pœnem terrenum tanquam seruus sudore vultus sui homo cõquirat: sed æternæ beatitudinis hæreditatem tanquam Dei filius consequatur. Et tandem posuit oculos suos super oculos nostros, id ipsum intendens ipse, vt homo consequatur, quod homo ipse suo desiderio consequi intendit, & desiderat. De illo merito Dauid, hoc considerans beneficium, suamque animam ad infinitas pro eo laudes referendas inducens dixit: *Qui redimit de interitu vitam tuam: qui replet in bonis desiderium tuũ*. Non venit tuis desiderijs se opponens, & tuæ voluntati violentiam volens inferre, sed potius illa complens, & te adiuuans, vt ea plenè consequaris. Homo multis desiderijs abundat, qui totus est in eo, quod illa opere compleat, & optatis potiatur: miser tamen, & insipiens est, quia per id nititur sua complere desideria per quod potius omnino ab eorum consecutione impeditur. Quærit desideria, sua implere in malis: id est, per ea media, quæ nullatenus possunt desiderij expletionem præstare. Hoc autem præstitit filius Dei, quod dedit, vt nostra desideria complerentur in bonis, id est, per media apta, & quæ verè rem optatam perficerent. Omne hominis desiderium circa tria bonorum genera versatur, circa interna, & quæ ipsummet contingunt, vt vita, & salus; circa externa, vt diuitiæ, bonaque exteriora; & circa media, quale est bonum honoris. Est autem primum summumque desiderium circa primi generis bona. Quod enim homo super omnia, quæ ad se attinet desiderat, est viuere, & quod magis seruare cupit, est vita ipsa; quam omnium aliorum vocat sustentaculum, & fundamentum, sine qua

Ser. 120. de temp. — ¶ 429.

1. ad Thes. 2. 7.

5. Moral. c. 32.

4. Reg. 4. 34.

Psal. 102. 4. 5.

Isai. 65. 6.

Ad Philip. 2. 7.

Gen.25.32 ne qua vt dicebat Esau, nihil prosunt primogenita, opes, honores, facultates: ideoque *Pellem propelle, & cuncta quæ habet homo, dabit pro anima sua.* Et sicut nihil homini esset acerbius, quàm ei imponere, vt non vitam quæreret: ita nihil illi iucundius, quàm de seruanda vita, & tenenda florida, sana, & gaudente modum tradere. Sed errabat miser, qui vitam appetens longam, fœlicem, & perpetuam, per id illam procurabat, quæ vitæ fœlici, & perpetuæ cõtraria, & quæ mortem potius inducerent, quàm vitam seruarent; qualia erant, quæ tantùm corpori congrua videbantur. Vita namque ab anima procedit, non à corpore, & quæ corpori congruunt, animæ sunt contraria. Venit filius Dei, & nullatenus suasit, vt homo desiderium viuendi deponeret, quin potius se hoc ipsum intendere exposuit, & quod in hoc aduenerat, docuit, *vt homines vitam habeãt, & abundantius habeant*: & tantopere se desiderare, vt homo vitam assequeretur, vt in hunc finem vitam suam expositurus esset. Et vt eam homo in æternum seruaret tale nutrimentum composuit, quod nec oculus vidit, nec in cor hominis ascendit. Se enim ipsum in cibum dedit, & sanguinem suum in potum, vt homo viueret in æternum: & qui cum illum in principio creauit, dedit ligum vitæ, cuius fructus vitam seruare posset liberam ab omni infirmitate, & absque eo quod consumeretur; nunc eidem seipsum, qui est verum lignum vitę imò vita ipsa per essentiam, dedit comedendum, dicens: *Qui manducat hunc panem viuet in æternum*. Nõ itaque voluit, vt homo vitam suam profunderet, & perderet, quin potius vt sedulò, & attentè de ea in perpetuũ seruanda tractaret: & ideo perpetuò suasit homini: vt pro nulla re illam exponeret. *Quam*, inquit, *dabit homo commutationem pro anima sua?* In hoc que totus fuit; tradere homini modum, & dare ei virtutem, qua vitam perpetuã, fœlicem, & omnibus modis florentem, consequeretur. Est post hunc alius hominis appetitus, quo honorem magnoperè affectat, ideoque nullatenes sustineret, quod sibi imponeretur, dedecus quærere, & inhonorabilem se exhibere. Hoc desiderium homo complere procurat in malis, & per ea, quæ ab illius consequutione sunt penitus cõtraria, vt per vindictam, per fastum, & superbiam, per oppressionem, & cõtemptum aliorum, per hoc quod omnibus supereminere procuret, quæ vero, & legitimo honori sunt contraria. Sunt enim mala: & malum nullatenus est veri honoris materia. Venit Christus, oculos suos super oculos hominis ponens, id ipsum respiciens, & intendens, vt scilicet homo honorem consequatur, & procuret, illum excitans, vt non eum honorem, qui terrenus est, & vilis, ac corruptibilis, affectet, sed desiderium dilatet ad intendendum illum, quo etiam in cœlis coram Deo, & Angelis honorabilis sit. Et in hoc instituit, modum tradens, & exponens, quomodo homo verum, sempiternumque honorẽ, supremamque consequatur exaltationem, per humilitatem, & virtutum opera. Tandem est tertium desiderium circa externorum bonorum genus: cupit enim esse diues, & omnium facultatum copia abundare. Sunt pecuniæ fecundus sanguis, vt communiter homines dicere solent, suntque id, quod summè diligunt, illud considerantes, quod pecuniæ obediunt omnia: in illis credunt constitutam salutem, & honorem, & tantum de his se quisque habere reputat, quantum de diuitijs habuerit. Nihil durius homini dici posset, quã vt hæc bona profunderet, perditioni traderet, & à se penitus abijceret. Huiusmodi desiderium complere homo curat, negotiando in terra, & diuitias recondendo, includendoque thecis, & arcis: triticum in horreis, vinum in cellarijs, portas vectibus, & seris ferreis muniendo. Venit Christus, & id ipsum intendit, quod scilicet homo diues fit, & diuitias sibi perpetuò conseruatas teneat. Nihil ille magis concupiuit, quam vt diuites simus, qui *propter nos egenus factus est, vt illius inopia nos diuites essemus.* Ideò hoc agit, & procurat, vt homo in bonis, huiusmodi compleat suum desiderium. Id autem intendit, & proponit, dicens: *Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra.* Vultis diuites esse, & diuitias vestras vobis conseruare securas, illæsasque? Hoc

Ioan.10.10

Ioan.6.

Matt.16.26.

¶ 430.

2.Cor.4.9.

sum ego volo, & contẽdo. Ideoq; vobis consulo, vt non in terra illas condatis: quantumcunque enim procuretis sub firmissimis seris, & vectibus concludere, magnis euidentibusque periculis subiectæ manebunt: *In terra enim arugo, & tinea demolitur, & fures effodiunt, & furantur.* Hoc nomine, inquiunt Chrysostomus *a*, & Beda *b*, omne pericu'orũ genus exprimere Christus voluit. Aliæ enim sunt res, quas rubigo offuscat, vel consumit, vt est aurum, argentum, & cætera metalla: aliæ quæ à vermibus, vel putredine dissoluuntur, vt sunt vestes, vasa lignea, quæ carie dispereunt: aliæ per fures auferuntur. Hocque omnibus bonis periculum est commune. Et quamuis nullum horum immineret, certa est illa Spiritus sancti sententia, inquit Beda: *Omne opus corruptibile in fine deficiet, & qui operatur illud, cum ipso peribit.* Hoc cuique exploratissimum est, quod omnia quæ possidet est relicturus alijs. Do, inquit Christus, modum, quo dum viuis, securè recondas, & tibi reponas bona, & mortis tempore tecum deferas, aut in alia vita, quam ingressurus es, tibi reposita inuenias. Potestne homini quantumcunque auaro aliquid gratius dici aut iucundius? Diuitias inquit seruare cupis? Hoc ego tibi suadeo, imo & propterea clamo, ne in terra thesauros tuos recondas. Nullum est enim reconditorum ab omni periculo seruorum. *Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, vbi arugo.*

a *Hom. 15. in imperf.*
b *In hoc Euang.*
Eccl. 14. 20

§. 11. *Sicut antiquitus non recondendos thesauros in AEgypto dixit Deus, vbi leo, vipera, & regulus deuorabant, ita & nunc, non recondendos in terra, vbi arugo, & tinea, & fures.*

¶ 43 1. LOquitur certè Christus Dominus ad eum modum, quo antiquitus ad populi sui homines per Isaiam fuerat locutus, *Onus*, inquit, *iumentorum Austri. In terra tribulationis, & angustia, leæna, & leo ex eis, vipera, & regulus volans, portantes super humeros iumentorum suorum diuitias, & super gibbum camelorum thesauros suos, ad populum, qui eis prodesse non poterit. Ægyptus enim frustra, & vanè auxiliabitur. Ideo clamaui super hoc, superbia tantum est, quiescite.* Locus est insignis, quem iam ad aliud institutum expendimus, & nunc nostro egregiè quadrat. Certum est, Deum loqui de ciuibus Ierusalem. Timebant illi aduentum Nabuchudonosor Regis Babylonis: ideo volentes saluti suæ, & securitati thesaurorum, & diuitiarum consulere, decreuerunt ad Ægyptum profisci, & ibi pecunias, & thesauros suos seruandos mittere, quos Ierosolymis minus tutos reputabant, propter aduentum Regis Babylonis, quem reformidabant, vt apertè satis Ieremias expressit. Hoc Deus ægerrimè tulit, & maximè conquestus est, quod Ægyptijs se, suaque crederent, non autem in sui brachij potestate confiderent. Quidam autem censent Deum voluisse exprimere pericula, quæ erant in itinere, quasi deserta illa inter Iudæam, & Ægyptum redundarent leonibus, leænis, viperis, & volantibus regulis. Sed Sancti Patres Hieronymus, Cyrillus, Procopius, & alij demonstrant, potius indicare, & exprimere pericula, quæ in ipsa Ægypto imminebant, & merito. Nequaquam enim via inter Iudæam, & Ægyptum fuit huiusmodi periculis leonum, viperarum, regulorumque infesta, quæ potius peruia omnibus erat, & trita, vt ex Pomponio, Strabone, alijsque Geographis constat. Id quod & Scriptura sacra satis apertè meo iudicio indicauit, referens filios Iacob ex terra Chanaan, quæ postea Iudæa est appellata, cum affinis Ægyptum semel, & iterum petijsse, qui nunquam euntes, aut redeuntes, leones, aut viperas, aut regulos obuios habuerunt, aut periculum aliquod incurrerunt. Quod si tunc tuta erat ab huiusmodi periculis via, multò magis postea, quæ magis fuit peruia facta, & terra illa habitatoribus magis repleta. Vnde volens Deus per Ieremiam Iudæos

Isa. 30. 6. 7.

Ier. 42. 43.

Apud Leonem Castr. in cap. 30. Isaiæ.

Genes 30. & seqq.

Ier. 42. 43.

dæos reuocare ab huiusmodi proposito nunquam expo-
suit huiusmodi pericula, quæ se possent in via offerre.
Loquitur ergo de ipsamet terra Ægypti, quam vocat terram tribulationis, & angustiæ, ex qua leones, & viperæ, & reguli orti sunt Iudæis, quia ibi tribulati, & angustiati antiquitus fuerunt. Ideoque exorti sunt illis leones, & viperæ regulique volantes, id est, oppressores, qui erga eos fuerunt magis crudeles, quam leones, & viperæ. Et verè poterant satis superque Israelitæ nosse, Ægyptios sibi extitisse leones, & viperas, & Ægyptum fuisse sibi terram angustiæ, & tribulationis, quam cùm liberi fuissent ingressi, facti sunt captiui, & in vilia mancipia commutati, à quorum tyrannide nullatenus liberati fuissent, si Deus nõ descendisset ad liberandum eos, manu extenta operans inaudita horrendaque prodigia. Considerat igitur illos Deus, deferentes thesauros suos ad Ægyptum, & ait: *Onus iumentorum Austri*. Vocat Iudæos *iumenta*, indicans eorum pœnam, & afflictionem, qua vrgebantur, & grauabantur, non minus quam iumenta grandi onere oppressa. Vocat autem iumenta *Austri*, id est, tendentes ad Ægyptum, quæ respectu Ierusalem, erat ad austrum, aut meridiem. Et excellenter eorum anxietatem præsentem, & infœlicitatem futuram describere volens, vtitur illa sibi vsitata voce, *Onus*, de qua quia alibi latius dictum est, tantùm nunc annoto id, quod Hieronymus obseruauit, nunquam poni nisi ad tristia, & infausta prædicenda. In Hebræo habetur vox *Massa*, quæ propriè pondus significat, quæ ponitur cum dicit Deus *a*: *Si videris asinum odientis te iacere sub onere*: Et cum dicit Dauid: *b*, *Sicut onus graue grauatæ sunt super me*. De quibus dicit loquitur Ribera *c*. Et verè credo *Onus* ferè semper idem significare ac querimoniam contra aliquem pro aliquo delicto, cùm pœna propter illud comminata, quam Hispanè vocamus *Cargo*, vt velit dicere: Hoc est Dei querimonia, & querela contra iumenta austri: *el cargo que haze Dios contra los iumentos, que caminan al austro, ò Ægypto*. Quoniam autem, vt noster obseruauit Forerius, Deus voce sibi vsitata vtebatur, *Onus*, quod iumentis congruit, simul querimoniam proponens, voluit eos depingere tanquam iumenta, grandia onera portantia. Onus, inquit, iumẽtorum Austri, id est durum, grande, & importabile pondus Iudæis, tanquam iumentis, ferentibus thesauros suos in Ægyptum vel Austrum. Quis explicare valeat anxietatem, qua dives torquetur, & angitur, graue pondus, & grande, quod portat, cum diuitias suas contendit seruare, & in tuto constituere? Anxietatem cuiusdam diuitis expressit Christus Dominus, qui non minus per abũdantiam vrgebatur, quam si extremam incurrisset inopiam, vt Diuus Augustinus considerat. Cùm enim vberrimos fructus agri illius tulissent, anxius inquirebat: *Quid faciam quo congregem fructus meos?* Vbi nam hæc omnia recondam, & tecura retinebo, qua horrea, & cellaria non capiunt? Turbauit hominem, inquit Augustinus, copia plusquam inopia. Præmebat onus diuitiarum, & fructuum, & ita dicebat: Quid faciam? Verè cum istum aliosque fideles diuites videmus, dicere possumus: *Onus iumentorum Austri*. Iumenta, quæ pecunijs portandis eliguntur, vt communiter dici solet, tota die onusta incedunt, grande pondus super se ferentia, quæ dum pecunias ferunt, clitellis variegatis, & bene elaboratis, quæ visum delectant, nitent ferunt plumas & scuta ærea, per quæ cæteris iumentis eminent, & præstant: aduenientè tamen nocte, aurum, & argentum ab eis auferunt, in communeque stabulum cum cæteris recondunt, quæ sibi tantum retinent lassitudinem, & plagas, quas ex grandi pondere contraxerunt. Id huiusmodi diuitibus accidit, qui dum dies vitæ perdurat, ornati incedunt, ferentes, & possidẽtes pecunias, & diuitias, ab hominibus honorantur: finita tamẽ vita, in sepulchro cum cæteris pauperibus reconduntur, secum tantum ferentes peccata, quæ in conquirendis, & seruãdis diuitijs commiserunt, & clamãt in inferno: *Lassati sumus in via iniquitatis, & perditionis*. Quibus concinit etiã

Lib. 5. in c. 35. Esai.

a *Exo. 23. 5*

b *Psal. 37. 5.*

c *In cap. 1. Nat. hum. num. 1. & seqq.*

¶ *532.*

In cap. 30. Isai.

Luc. 12. 16

Serm. 212. de tempore

Sap. 5. 7.

gentilis fide carens Plutarchus, qui vocat asininam cupiditatem illam, quam auari tenent: quoniam sicut asinus, inquit, balneatoris ligna, malleolos, aut sarmenta, & aquam apportans, fumo semper, & fauilla oppletus est, & alijs, quæ onere suo portat, defert, ipse verò in nullam lauacri, caloris, munditiæve partem venit. Obserua autem, quod isti ad quos Deus loquitur, non super se ferebant thesauros suos, sed super humeros mulorum, & camelorũ: quod, & Deus ipse expressit subdens: *Portantes super humeros iumentorum diuitias, & super gibbos camelorum thesauros suos*: nihilominus ipsos vocat iumenta, maiori onere onusta: *Onus*, inquit, *iumentorum austri*, quia, quæ cameli, & muli corpore portabant, ipsi portabant animo, & corde, & grauiori pondere erant onusti, quam cameli, & muli. Premebantur enim timoribus, anxietatibus, curis, solicitudinibus circa pecunias, & thesauros seruandos, defendendos, sibi retinendos, qui non solum præsentium malorũ pondere premebãtur, sed multò magis timore eorum, quæ futura formidabant, vt Sanctus Hieronymus *a*, annotauit. Benè ergo Iudæos deferẽtes thesauros suos, vocat Deus, iumenta austri, quibus grã de pondus impositum erat. Vnde eorũ infœlicem successum exprimit: *In terra*, inquit, *tribulationis, & angustia leæna, & leo ex eis, vipera, & regulus volãs.* Excellenter terram Ægypti describit, vocans *Terram tribulationis, & angustiæ*, quam scriptura sacra vocare solet, *Fornacem ferream*. Fornax ex se maximas ingerit angustias. Vnde Nabuchodonosor summè vexare sanctos iuuenes volens, in fornacem mitti iussit. Ferreus insuper carcer ex se, etiam angustiat animum, non enim potest homo ferri duritiem superare. Quid si hæc duo adiungantur, & fit *Fornax ferrea?* Fornax, quæ summo ardore ignis ferueat, ferrea, quæ firmissimè concludat. Talem experti sunt Israelitæ terram Ægypti: feruentes flammas tribulationis contra eos immittentem, & dura seruitute constringentem, vt egredi non possent. Ibi *leæna, & leo, ex eis vipera, & regulus volãs.* Quod vulgatus ponit *Leænam* Pagninus, & regia ponunt *Tigrim*. Metaphoricam sine dubio censeo locutionem, qua omne periculum voluit Dominus exprimere, eo modo, quo in domo meretricis dicit esse *Gigantes, inferentes mortem*, id est, magna mala, & insuperabilia, quæ mortem inducũt: leo præualet fortitudine, *est enim fortissimus bestiarum*: tigris agilitate: ideò fluuius rapidissimè fluẽs tigris vocatur: vipera calliditate, & astutia: nam est vipera, inquit Ambrosius nequissimum genus bestiæ, & super omne, quod serpentini est generis astutior. Et hæc quidem agunt, & nocent si propinqua fuerint. Additur regulus, qui à longe stans solo visu inficit, & si fuerit volans, quis poterit ab eo liberari? Perueniet enim volatu, vbi in vnumquemque possit visum figere, & perimere. Plenam ergo periculis voluit Deus exprimere Ægyptum, in qua quidam fortitudine præualebãt, & thesauros vi rapiebant tãquam leones, alij tanquã tigres agilitate, & diligẽti negotiatione, alij calliditate, & astutia, per deceptionẽ, & alij tandẽ tanquam reguli, qui omne quod vidẽt cõcupiscunt, & sibi cõquirunt. Videte vbi thesauros vestros recondendos feratis, vbi, quod fugerit fortitudinem leonis, capiet leuitas tigris, quod hanc euaserit, inuadet viperæ calliditas, quod hęc non attigerit, perimet venenum reguli volantis, & vbique pertingentis. Expende vocem illam, *Ex eis*, id est, ex ipsismet deferentibus thesauros suos, aut ex ipsis thesauris, quos deferunt. Ipsi namque thesauri sunt, ex quibus omnia hæc bestiarum genera oriuntur. Illi homines faciunt fortes tanquam leones alios deprædantes, leues sicut tigres inuadentes, & capientes, callidos sicut viperas decipientes, & sicut reguli os visu inficientes, & concupiscentes. Hoc ipso, quod thesauros in Ægypto repositeritis, omnes qui in ea sunt, ex hoc ipso contra vos ipsos prouocabitis, vt tanquã leones, tigres, viperæ, & reguli agãt, diuitias vestras deprędaturi. Nihil in Ægypto tutum: *Ægyptus frustra, & vanè auxiliabitur*. Nõ habet vires sufficientes ad plenè seruãdos vos, & thesauros vestros, nec est locus aptus, in quo thesauros vestros recondatis. Irridet D. Augustinus conuincitque

Opusc. de cupiditate diuitum.

a Lib. 17. in c. 60. Isaiæ in illud mãdatio camelorum. ¶ 453.

Exo. 19. 18 Deu. 4. 20. 3. Reg 8. 51 Ier. 11. 4.

Prou. 9. 18.

Pro. 30. 30

5. Hex. c. 7.

1. De ciuit. c. 2. & 3.

citque gentiles, stultitiæ, quod se suaque omnia dijs suis commẽdarent seruanda credentes posse omnia ab illis securè seruari: supponitque tales esse Deos ipsos, qui se ipsos seruare non poterant, nec defendere ab offendentibus. Ligneos enim comedebat tinea, æreos ærugo, aureos, & argenteos surripiebant fures, quos ideò reconditos tenebant, & eò magis, quo pretiosiores erant: vnde forsitan Penates vocati sunt. Si igitur ipsi seipsos non poterant conseruare, nec tuti consistere, quantominus poterunt, quæ illis seruanda committitis seruare secura? Ratio est, quam sæpè Deus, & Prophetæ gentilibus proponebant, vt patet apud Baruch, & Habacuc, & alibi sæpè. Qua etiam ratione vtitur Deus nunc contra Iudæos deferentes bona sua seruanda ab Ægypto: *Ægyptus vana auxiliabitur*, quæ nec se ipsam, nec bona sua potuit ab inuadentibus defendere, minus poterit securè vos, & bona vestra seruare: *Ideò clamaui super hoc: Superbia tantum est, quiesce.* Superbiam vocat externam apparentiam. Septuaginta legunt: *Propter hoc annuntie eis, quia vana vestra consolatio hæc*: Vana spes, & cõsolatio vestra, non enim, quæ creditis Ægypto, secura consistent. In Ieroſolyma igitur bona vestra recondite, quærentes à Deo, vt vos vestraque in sui custodiam recipiat. Hic legimus sensus verborum Isaiæ patebit, si Ieremiam consulas, per quem Deus eadem Iudæis intimauit. Ita quidem Deus tunc ad populum suum. Nunc autem apertius ad Christiani sui populi diuites clamat: *Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra*: Videte illos, tanquam iumenta onustos, grandi pondere pressos, hoc tantum quærentes, vbinam pecunias suas in tuto seruent, curantes in terra thesauros suos reconderе, quos concludunt seris ferreis clamat propterea; Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra. Quæ terra? *Terra tribulationis, & angustiæ, leæna, & leo ex eis, & vipera, & regulus volãs.* Plena est laboribus, periculis, afflictionibus, nihil in illa tutum, nihil securũ. In primis certũ esse vobis potest, nullatenus fidendum esse terræ, quæ infidelior erga parẽtes vestros extitit, quã

¶ 434. *Baruch 6.* 11. 14. *Hab. 2. 19.*

Ier. 42. 43.

Ægyptus erga Patres Iudæorum. Quẽ vnquã securum terra seruauit? Quem ab angustijs liberum defendit? Nullus fuit, qui quæ illi cõmisit, sibi perpetuò conseruata inuenerit. Vide Crœsum Lydorum Regem, omnium quos hominum memoria celebrat ditissimum, M. etiam Crassum innumeris præ omnibus Romanis diuitijs redundantem. Nabuchodonosorem, Alexãdrum Magnum, &c. quot quosque sine termino thesauros in terra condiderunt, credẽtes sibi securè seruandos? Sed quisnam sibi conseruatos inuenit? *Vbi sunt principes gentium*, inquit Baruch, *qui argentum thesaurizant, & aurum, in quo confidunt homines, & non est finis acquisitionis eorum: qui argẽtum fabricant*, id est, è visceribus terræ extrahunt, & purificant (*lo acrysolan* dicimus Hispanè) *Et soliciti sunt, nec est inuentio operum illorum? Exterminati sunt, & ad inferos descenderunt & alij loco eorum surrexerunt.* Expende quam egregiè exprimat S. Baruch, quæ diuitibus quãdiu viuũt, & quæ quando moriuntur eueniant. Quando viuunt, thesaurizant sibi, & *Soliciti*, inquit, *sunt, nec est inuentio operum illorũ.* Pleni sunt anxietatibus, solicitudinibus, & curis, totq; & tãta machinantur, vt nulla ratio, aut discursus videatur posse illorum opera inuenire, aut consequi. Quid enim non machinantur? Quid non aggrediuntur? Quid intentatum relinquunt, vt diuitias sibi acquirant? Quando tamen moriuntur, exterminantur, id est, eijciuntur è mũdi terminis, vbi bona sua condita tenebant, & illa relinquũt eis, qui ipsorum loco consurgunt, & nudi, ac omnibus bonis spoliati, *Ad inferos descenderunt.* Inferos dicit in plurali, nã duo sunt loca, quæ in Scriptura Sacra infernus vocantur, sepulchrum scilicet, & locus damnatorum, ad vtrumque descendũt: ad illum secundum corpus, ad hunc secundum animam, omnibus bonis nudi, & spoliati; quæ sibi seruanda, commiserunt terræ alijs iam tradita fuerunt, nimirum quia *Terra tribulationis, & angustiæ, leo, & tigris, & vipera, & regulus volans ex eis.* Omne quod est in mũdo, cupiditas est, ex qua oriuntur tribulationes, & angustiæ, bella, & lites, vt Apostolus Iacobus dixit, ideò quidam

Baruch. 3. 18. & 19.

¶ 435.

dam fortitudine prævalentes, tanquam
Iac. 4. 1. leones, quæ possunt, violenter rapiunt, alij tanquam tigres velociter aliorum bona insectantur, alij tanquam viperæ astutè captant, alij tanquam reguli oculos habent plenos auaritia, qua contra omnia quæ conspiciunt machinantur. Præterea terra ipsa *vana auxiliabitur*, id est, non habet vires, quibus quæ illi commiseris, fecurè possit tibi seruare: ipsa corruptibilis est, quam ignis inflammat, aer, aut ventus dispergit, ac terræmotus euertit, aqua penetrat, & emollit, fortissimum in illa est debile, & corruptibile; tandemque vt dixit
2. Pet. 3. 10. Sanctus Petrus: *Terra, & omnia quæ in ea sunt opera exurentur.* Nihil, inquit
Hom. 4. in c. 6. Matt. Origenes hæc expendens, in terra firmum, nihil stabile, nihil tutum, omnia infirma, omnia caduca, omnia temporalia, & transitoria. Vita pertransit, inuentus senescit, honor aufertur, diuitiæ fugiunt, velut aliquis fugitiuus, diuertens ab alio ad alium: *Transeunt meretricio more fingentes, & nulli fidem seruantes.* Ideò nolite thesaurizare vobis thesauros super terram, vbi nihil fidele, vbi inimicitiæ propter pecuniã, vbi zelus, & iracundia pro cupiditatibus, vbi fratri frater inuidet, ditiorem videns alius alium circumuenit per zelum quærit; vbi qui habet, & possidet thesauros, adhuc inhiat, & accumulat ad rapinam. Ita Origenes. Idcircò, & antiquitus tunc clamauit Deus: *Quiesce*, & in nouo testamento nunc: *Noli thesaurizare in terra*, & sicut tunc volens omnia pericula exponere, quæ erant in Ægypto, dixit, ibi leonem, tigrim, viperam, & regulum volantem; ita volens nunc clarè omnia pericula, quæ diuitijs, & facultatibus imminent exprimere, similiter dixit: *Vbi arugo, & tinea demolitur, & vbi fures effodiunt, & furantur.* Nihil securum, nam, aut ab intrinseco pereunt, aut ab extrinseco. Æruginis, & tineæ nomine, non tantum, quæ materialiter in vestibus, & rebus ligneis oriuntur, exprimere voluit, vt Chrysostomus insinuat: sed omnes, qui intra domum sunt, diuitias
Hom. 15. in imperf. tuas erodentes. Tineæ sunt filij, bona suauiter, & insensibiliter consumentes: arugo sunt vxor, & filiæ, quæ ornamentorum cultu multa insumunt: seruj etiam, qui in domo manentes, sibi quæ possunt arripiunt. Nomine autem furum, omnes eos intelligit, qui extrinseci sunt, & diuitias tuas concupiscunt, & quærunt rapere, quidam per fraudem, alij per adulationem, alij per vim, qui quãtumcumque pecuniæ sint in penetralibus recondite, habent quomodo effodiant, & vsque ad eas pertingant. Si tot tantaque sunt pericula, quiesce, noli thesaurizare in terra.

§. 12. *Thesaurizare in terra, res est omnis solicitudinis plena, & caput aspidum fugere, vt dixit Sophar.*

¶ 436. NOlite *thesaurizare*, &c. Venit Filius Dei in mundum, vt cordis nostri contritiones sanaret, quietem, & pacem tribueret. Ideò illo mundum ingrediente cecinerunt Angeli: *In terra pax hominibus*, & in mundo positus clamabat: *Venite ad me omnes &c. Tollite iugum meum, super vos, & inuenietis requiem animabus vestris.* Vocat iugum suum, Euangelicam legem, quę requiẽ præstat animabus, & cordibus. Nihil ita tenet hominum corda inquieta, anxia, & solicita (ait Gregorius) sicuti diuitiæ, & facultates seculi; ideò aptissimè Christus de diuitijs agens, vocauit eas spinas; cogitationum enim, & anxietatum suarum punctionibus mentem lacerãt, & solicitudinibus pũgunt cor, torque spinis illud est punctum, quot fuerint diuitiæ, quibus est affectum: nihil autem potest hominem magis tenere inquietum, quã si cor illius multis fuerit spinis confossum. Quod excellenter, vt ipse Gregorius expendit, sapiens amicus Iob Sophar Naamathites explicauit, diuitem mundi proprijs coloribus describẽs, de quo inter alia multa, duo dicit, quæ huic instituto congruunt: primum. *Caput aspidum fuget*: secundum. *Cum satiatus fuerit arctabitur, æstuabit, & omnis dolor irruet super eum.* Quibus duabus sententijs, inexplicabilem diuitis anxietatẽ, & inquietudinem declarat, quam habet primò in acquirẽdis diuitijs, secũdò

Luc. 2. Matth. 11. 8.

15. Mor. c. 11. & hom. 15. in Euang. Luc. 8.

15. Moral. cit.

Iob 20. 16. 22.

dò in eisdem seruandis, & conseruandis. Cùm diuitias conquirit, intolerabili anxietate vrgetur; tunc enim, inquit, habet se ac si *Caput aspidum fugeret*. Venenum aspidum duo habet, primò dulcissimũ est super lac, & mel: secundò, est omnium lethalissimum, de quo dicitur; *Venenum aspidum insanabile*, quod nullum admittit remediũ: estque igneæ, ardentisque qualitatis, ideoque hominem succendit, æstuantẽ reddit, & omnis quietis impatientem. Vnde qui caput aspidis fugeret, simul ex vna summam caperet voluptatem propter dulcedinem, quam sentiret, ex alia summa inquietudine inflammatus, & æstuans interiret propter venenum. Sugere autem est dulciter cum delectatione ad se trahere, tanquam dulcissimum lac: quomodo tunc dicitur infantulus sugere, cum lac dulcissimum ex vbere extrahit: indeque accomodatur ad ea, quæ cum grandi delectatione sumuntur, vt ad mel, oleum, aquam, quomodo dictum est: *Vt superet mel de petra, oleumque de saxo durissimo*. Si puer pro mamilla sugeret caput aspidis, magnam caperet voluptatem, tanquam si lac suauissimum inde exprimeret; sed simul magno æstu inflammatus, grandem contraheret inquietudinem, vt nec dormire quietè, nec stare sine anxietate posset. Ecce quid auaro accidat: *Caput aspidum suget*. Quis explicabit, quanta auiditate concurrat ad pecunias fugendas, expolians pauperem, deuorans viduam, decipiens simplicem, circumueniens minus astutum? Certè non minori, quàm infantulus fame, & siti vehementissima excitatus, ad vbera fugenda. Et optimè sugere dicitur: nam puer sugens cum suauitate insensibiliter, & sine dolore mamillæ totum lac extrahit, ita auarus verbis blandis, quibus suam colorat cupiditatem, ostendens se velle huius pauperis agricolæ necessitatem subleuare, illius egeni patienter expectare solutionem in tempus messis, illorum facultates sugit, & ad se trahit. Dulcissimum super omnem lactis, & mellis dulcorem est ei lucrum, quod hinc, & inde reportat, ex negotiatione illicita, vsurario mutuo, & cambio sicco, ita palliato, vt videatur omni iustitia iustius, ex venditione vsuraria, charitatis voce celebrata. Non vnius solius aspidis, ¶ 137. *aspidum caput fugit*, non contentus est ex vna iniusta negotiatione lucrum reportare; sed ad omnes quas potest, se conuertit: sicut vitulus, qui vt pinguis efficiatur, omnium depascit vaccarum vbera. Sed infœlix ille, nam venenum aspidum fugit, quod etsi ex vna pro sui dulcedine delectet, ex alia pro sui ardore inflammat, succendit, æstuantemque reddit. Succenditur enim ex illo lucro cupiditatis flamma, & quæ parua in principio extiterat, vehementissimũ paulisper contrahit ardorem. Crescit enim amor nũmi, quantum ipsa pecunia crescit. Et benè dicitur, *Venenum aspidum*: primò, quia *Insanabile*: inter omnia enim venena, quæ animam inficiunt, hoc insanabilius est, & minus admittit curationem: *Qui enim volunt diuites fieri, incidunt in tẽtationem, & laqueum diaboli*. Quando auis laqueo est comprehensa, irreparabile damnũ incurrit. Fortis laqueus iste, ad quem qui incidit, etiam si sit Apostolus electus à Christo, potestate ejiciendi dæmones donatus, particeps corporis, & sanguinis illius effectus, ab ipsomet sacerdos ordinatus, non euadet; vt videre est in Iuda, qui hoc laqueo tentus remansit captiuus ad ipsius diaboli voluntatem, vt quicquid ille suggesserit, fecerit, etiam cum ad vendendum ipsummet Dei filium inimicis suis incitauit, & tandem laqueo se suspendit, & suspensus crepuit medius. Laqueo enim compressus perijt, qui in diaboli laqueum inciderat: *Venenum* enim aspidum insanabile. Notum est, quod multi scriptores referunt, cum magnus Constantinus Imperator, diuina ipsi illucescente gratia ad fidem fuit conuersus, cœpit Ecclesiæ grandes diuitias, amplosque redditus applicare, auditam fuisse de cœlo vocem, dicentem: *Grande nunc venenum in Ecclesia Dei effusum est*. Quod dictum fuit propter diuitias. Hæretici sententiam hanc annotant, in mediumque quotidie producunt, vt prælatorum, & ministrorũ Ecclesiæ diuitias, redditus, & amplas facultates fugillent, dicentes, oportere eos tenere paupertatem,

quam

Deut. 32. 33.

Deut. 32. 33.

1. ad Tim. 6. 9.

quam Apostoli, priorisque temporis Prælati tenuerunt, qui sanctitate, non pecunijs fuerunt illustres, & glorioſi Insipienter tamen discurrunt: necessariæ siquidem sunt diuitiæ, & facultatum opes in Ecclesia, illiusque Prælatis, vt alibi demonstrabo. Imò Deus ipse, qui ex sua gratia Constantinum Imperatorem ad fidem traxit, eidem inspirauit, vt Ecclesiam, illiusque ministros, singulariter Romanum Pontificem eiusdem caput, ditaret: adimpleretur que illud, quod prædictum promissumque eidem fuerat Ecclesiæ *Mamillæ regum lactaberis, & diuitias gentium sugES*. Deus tamen, qui hoc operabatur, voluit cautos reddere fideles suos, vt attenderet diuitias incautis, & cupidis, venenum esse potentissimè succendens, & inflãmans, & quod qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & laqueum diaboli. Si illæ igitur diuitiæ, quas Deo operante, disponente, & offerẽte, Ecclesia à mamilla regum sugit, venenum dictæ sunt, propter incautos, & cupidos, quantò magis illæ, quas auarus iniustè, crudeliter, & impiè, ex pauperum, viduarum, pupillorum, simpliciumque mamillis sugit? Venenũ ergo aspidum sugit. Secundò dicitur, venenum aspidum, nam simul cum dulcedine, qua delectat, habet ardorem quo inflammat, & æstuantem facit. Quis enim explicabit ardorem, quo inflãmatur auarus, & redditur solicitus ardens, inquietus, anxiatus, curas sustinẽs, quibus nec dormire, nec quiescere finitur, timens, si talis creditor deficiet, si qui ei correspondet, fidelis erit, si submergetur nauis: quomodo triticum carius vendi poterit, quomodo seruabit merces suas in tẽpus, quo solæ in nundinis appareant, quomodo pretium illarum augebitur, cui negotio exponet pecunias, &c. Hos Beatus Isidorus Pelusiota *a* comparat miseræ illi fœminę, quam Gorgonem Augustinus vocat *b*, Medusam alij *c*, cuius omnes capilli, serpentes erant, aperto ore in omnem partem inhiantes, ignẽque spirantes, ad indicandam anxietatem, qua varijs, & innumeris tanquam capillis, crudelibusque, & diris tãquam serpentibus, curis, & solicitudinibus anguntur: idcircò miseri perpetuò timent, quærunt, sperant, machinantur, circa ea quę debent vendere, emere, mutuare, recuperare, & credere. Qualis esset homo, qui pro capillis viperas, aut serpentes mordentes caput suum haberet? Tali ardore succensos, quosdam contemplabatur Deus, grandi anxietate solicitos, dicentes; *Quando trãsibit mensis, & venundabimus merces, & Sabbatum, & aperiemus frumentum, vt minuamus mensuram, & augeamus siclum, vt supponamus stateras dolosas, & possideamus in argento pauperes pro calceamentis, & quisquilias frumenti vendamus*. Hæc prosequitur Augustinus considerans huiusmodi hominem inter auaritiam, & pigritiam, aut necessitatem naturæ. Pigritia enim dicit: Dormi, id enim exigit necessitas: auaritia dicit; Surge: Pigritia dicit; Noli pati frigidos dies, auaritia dicit; Tolera in mari etiam tempestates: illa dicit; Quiesce: illa non finit quiescere, iubet non solum, Procede, sed, & nauiga trans mare, quære terras, quas ignoras: merces in Indiam deportãdę sunt: non nosti linguam Indorum, sed intelligibilis videtur sermo auaritiæ, &c. Ex vna igitur voluptatem capit propter lucrum, ex alia grandi flamma succensus, plenus est solicitudinibus. Hoc, vt Gregorius annotauit, explicauit excellenter Christus, qui de diuitibus auaris agens, & reddens causã cur semen verbi Dei in eis non fructificet: *Hi*, inquit, *sunt qui audierunt, & à solicitudinibus, & diuitijs, & voluptatibus vitæ, euntes suffocantur, & non referunt fructum*. Expende illius, qui sapientia patris est, sapientissimam sententiam: nec credas turmatim, & sine ordine, quæ auaro eueniunt, explicare, sed mysterium grande exponere voluisse, qui diuitias posuit in medio inter solicitudines, & voluptates. Verè siquidem illæ inexplicabilem voluptatem auaro præstant, sed simul maiorẽ solicitudinũ multitudinem ingerunt, non vnam voluptatem, sed multas ex diuitijs capiũt; ideò *voluptatibus*, in plurali dixit: sed nec vnam solicitudinem, sed plures incutiũt; ideò, & *solicitudinibus* in plurali etiam præmisit: & primo solicitudines posuit præcedentes, quia primò habet.

Isa. 60. 16.

Amos 8. 6.

Ser. 22. de ver. Apost. ante med.

Hom. 15. in Euang.

Luc. 8. 14.

¶ 438.

a Lib. 2. ep. 233.

b 18. de ciuitat. c. 13.

c Virus ibidem.

habet auarus, & qui vult diues effici, est solicitudines, & curas, quibus angitur, & torquetur. Bene ergo primò dictum est, *Caput aspidum suget.*

§. 13. *Quo plus in terra quis thesaurizat, pluribus vrgetur doloribus, & curis, vt ostendunt Sophar, & Salomon, & demonstrat iugis tremor Cain.*

¶ 439. NE tamen crederes, quod quamuis cùm quis pecunias acquirit, solicitudinibus vrgetur, post eas acquisitas ab illis liber redditur, secunda postea idem Sophar subdidit sententiam. *Cùm satiatus fuerit, arctabitur, æstuabit, & omnis dolor irruet super eum.* Verè vnum ex alio sequitur. Si quis enim ingentem veneni copiam suxisset, esset que eo magis repletus, quàm infans, qui lac per abundantiam euomit, possetne quietus permanere? Si enim venenum illud instar ardentissimi ignis inflammat, & succendit; qui magis eo fuerit repletus, maiori æstu ardebit, & ex consequenti minus erit locus quieti. *Cùm satiatus*, inquit, *fuerit.* Iuxta Hebræum Caietanus, & Vatablus legunt: *Cùm impleuerit sufficientiam suam*, quod quantum existimo, rem totam declarat. Nunquam sanè auarus satiatus est, in quo crescit fames pecuniæ, quàtum pecunia ipsa; de quo dictum est: *Auarus nunquam implebitur pecunia*: dicitur tamen satiari, quando impletur sufficientia eius. Quo nomine voluit exprimere thecas, arcas, cellaria, horrea, aulas, domos quas seruãdis diuitijs, & facultatibus præparauerat. Quando hæc omnia plena erunt, & redundantia, vt amplius quid capere non valeãt, tunc *arctabitur*: in Hebræo, *Angustia erit ei*, & tũc *æstuabit*: quo nomine supremam inquietudinem solet Scriptura Sacra indicare: quomodo dictum est: *Videns Achior caput Holofernis, anguistiatus præ pauore, cecidit in faciem suam super terram, & æstuauit anima eius*, & de Angelo effundente phialam, dictum est: *Datum est illi, æstu affligere homines, & igni, & æstuauerunt homines æstu magno, & blasphemauerũt nomen Dei.* Hocque facilè intelliget, qui considerauerit hominem magnis flammis succẽsum. Est enim ardor ignis maximè actiuus. Et quoniã elegantius multo non solum quàm ego, sed quàm omnes humani oratores sententiam istam Sanctus Gregorius expendit, illius verba obserua, sic dicẽtis: *Cum satiatus fuerit arctabitur.* Prius quippe anhelat per auaritiam, concupita congregare, & cum quasi in quodam venire auaritiæ multa cõgesserit, satiatus arctatur, quia dum anxiatur qualiter acquisita custodiat, ipsa eũ sua satietas angustiat: *Diuitis enim cuiusdam vberes fructus ager tulerat*; sed quia vbi eos tantos reponere non habebat, dixit: *Quid faciam? quia non habeo, quo congregem fructus meos? Et dixit. Hæc faciam? Destruam horrea mea, & maiora ædificabo.* Qui ergo ex abundantia coarctatus dicebat, *Quid faciam?* quasi multo cibo pressus æstuabat. Pensemus, quot votis appetijt, vt vberes fructus ager illius afferret. Ecce autem vota completa sunt, quia fructus vberes ager attulerat; sed quia ad recondendum loca nõ sufficerent, multiplicatus diues, quid faciat ignorat. O anguistia, ex satietate nata: de vbertate agri anguistiatur animus auari. Dicens namque: *Quid faciam?* profecto indicat, quia votorum suorum affectibus pressus, sub quadam rerũ fasce laborabat. Benè ergo dicitur: *Cum satiatus fuerit arctabitur*: quia mens auari, quæ prius ex abundantia requiem quæsierat, post ad custodiam grauius laborabat. Vnde quoque hic adhuc subditur: *Æstuabit, & omnis dolor irruet in eum.* Prius namq; dolorem habuit in ipsa suę cõcupiscentię fatigatione, qualiter concupita raperet, quomodo alia blandimẽtis, alia terroribus auferret: at postquam acquisitis rebus peruenit ad desiderũ alius hunc dolor fatigat, vt cũ solicito timore custodiat, quod cum graui labore meminit acquisitum. Hinc inde insidiatores metuit, atq; se hoc perpeti quod ipse fecit alijs, pertimescit. Formidat potẽtiorem alterum, ne hũc sustineat violentum. Pauperem verò cùm conspicit, suspicatur furem. Ipsa quoque quæ congesta sunt, curat magopere, ne ex naturę propriæ defectu per negligentiam consumantur. In hi-

Iob 20.22. *cit.*

Eccl. 5. 9.

Iud. 13. 29

Ap. 16. 8. 9.

15. Moral. cit.

Luc. 12. 16

ita-

itaque omnibus, quia timor ipse pœna est, tanta infœlix patitur, quanta pati
¶ 440. timet: post hoc quoque ad gehennam ducitur, & æternis cruciatibus mancipatur. Omnis ergo dolor super eum irruit, quem, & hic prius pœna concupiscentiæ, postmodum verò pœna custodiæ, & illic quandoque pœna vltionis cremat. Ita Gregorius, cuius omnia verba grandem dignamq; annotatione continent sententiam. His concinit illud Sapientis prouerbium, quod ex professo sanctus expendit Ambrosius:
Lib. de Nabuth, c. 6. *Dulcis est somnus operanti, saturitas autem diuitis non sinit eum dormire.* Somnum vocat dulcem. Hoc est enim epithetum apud Poetas Græcos, & Latinos, quē Tertullianus appellat recreatorem corporum, redintegratorem virium, probatorem valetudinum, pacatorem operum, medicum laborum: Cicero, profugium omnium laborum, & solicitudinum: Ambrosius, quod allevat mentes fessas, luctusque soluit anxios, vt Beatus Augustinus annotauit, & expertus fuit. Ideò Sicyonij, vt Pausanias refert, somnum pingebant leones domantem, quoniam nullus tam saeuus dolor, qui non somno sopiatur. Hic dulcis est operanti homini sua sorte cōtento, viuēti ex labore suo. Quod eleganti discursu tradit Chrysostomus expendens, quam quietè, securè, dulciter dormiat homo pauper post laborē, quem nulla cura infestat: *Saturitas autem diuitis non sinit eum dormire.* Hunc, qui dulcis est, & naturæ magis placidus, ipsa satietas intercipit, fugat, & aufert: satiato enim diuitijs, inquit Ambrosius, non est qui sinat eum dormire. Excitat eum cupiditas, excitat cura peruigil aliena rapiendi, torquet inuidia, mora vexat, sterilitas prouentuum infœcunda perturbat, solicitat abundantia: sicut ille dives, qui tunc vigilantior redditus fuit, quando abundātiores fructus ager tulit, quem audies anxium quærentem: *Quid faciam*, &c. Ex irrigua terra, inquit sanctus Gregorius Nyssenus, vapores ascendunt, qui solis dulce lumen obnubilant, & intercipiunt: ex stomacho pleno vapores in caput ascendunt, qui non concedunt locum placido somno: vnde qui stomachum habet plenum, dormire non finitur. Ita diuiti contingit, postquam stomachum plenum habet, postquam plena scrinia, repletas arcas, redundantia cellaria, & horrea, hæc saturitas non finit eum dormire. Ascendunt inde vapores ad caput, timores, anxietates, curæ circa bona, quę recondita tenet. Quomodo potest dormire, inquit Olympiodorus, qui solicitam auri exercet custodiam, qui damna formidat, qui lucra cogitat, qui vsuras cōputat, qui hypothecas numerat? Malus languor, qui bonam aufert mētis quietem, de quo dictum est: *Est, & alia infirmitas pessima, quam vidi sub sole: Diuitiæ congregatæ in malum Domini sui.* Huiusmodi curas, anxiasque solicitudines, quibus vrgentur, pungunturque, qui diuitias in terra recondunt, significat illud, quod ad aliud institutum sæpè expendimus, & ad præsens accommodare videtur Augustinus. Extendit namque Moyses per manus Aaron virgam, quam in manu tenebat, ad puluerem terræ, percussitque puluerem terræ, & facti sunt sciniphes molestissimè torquentes Ægyptios, qui quando suauiori somno se tradebāt, eos grauiter excitabant, vigilesque tenebant: similiter cum in mensa dulcem capiebant cibum. Et omnis puluis terræ versus est in sciniphes per totam terram Ægypti. Quinam isti sciniphes fuerint, sequenti tractatu expendemus. Expende nunc mysterium. Ex puluere, ad quem virga pertigit, sciniphes orti sunt: non tū in terra Gessen, vbi Israelitæ commorabantur, sed in tota terra Ægypti. Quoniam autem ex puluere emersérunt, ibi abundātius fuerunt excitati, vbi maior puluēris copia erat coaceruata, & collecta. Certum est terram Ægypti, mundum istum præfiguralle, confusione, ac tenebris plenum. Diuitias autem illius, nomine puluēris, steroris lutique solent Scripturæ, Sanctique Patres indicare. Hoc ipso, quod mundanus ciuis attingit virga potentiæ suæ puluerem, id est, diuitias acquisiuit, & suæ subiecit potestati, & manui, consurgunt sciniphes torquentes vehementissimè, metus scilicet timores, terrores, anxietates, solicitudines, ibique maiores, abundantiores, & molestiores, vbi maioris puluēris fuerit abun-

Li. 2. de diuinat. 10. *Confes. ca. 12. in Cor.* *Li. de virgin. ca. 70.* *Li. de opifi. c. 3.* *In cap. 5. Ecclesiast.* *Eccl. 5. 12.* *Ep. 119. ad Ianuariū c. 16.* *Exod. 8. 16. 17.*

abundantia. Quibus enim anxietatibus afficitur, & torquetur homo, qui manu attigit, & poſſedit grandem pecuniarum abundantiam, quique pretioſas gemmas conquiſiuit? Timens domo egreditur, tremens iter aliquod arripit; quot circa domum homines videt, tot fures ſuſpicatur: cum dormit, ſubito timore excitatur, vigilque tenetur: vbique inſidias timet, ab omnibus ſollicitus redditur: *Cuncti dies eius* (inquit ſapiens Concionator) *doloribus, & aerumnis pleni ſunt, nec per noctem mente requieſcit.* Optimè propterea Beatus Auguſtinus ad huiuſmodi clamat, dicens: O homo, ſecurior fortè eras antequam haberes, quam cum habere cœpiſti. Ecce, quod tibi iuſſit auaritia. Impleſti domum, timentur latrones: acquiſiuiſti aurum, perdidiſti ſomnum, &c. In horum explicationem, & confirmationem annotauit S. Bonauentura, quod de Cain SS. Patres ſcribunt, ſcripturaque ſancta indicat, tremulo capite perpetuò inceſſiſſe. Illi dictum fuit; *Vagus, & profugus eris ſuper terram*: Septuaginta, *Gemens, & tremens.* Ex quo vt noſter obſeruat Iſtella, apud Græcos Patres opinio exorta eſt, quod Cain poſt interfectum Abel perpetuò capitis, & corporis tremore fuerit cruciatus, non ſine gemitibus. In Hebræo habentur duæ dictiones *Nagh*, & *Nad.* Nagh motionem totius corporis, & tremorem ſignificat, quæ vox habetur in Hebræo, vbi noſter vulgatus legit: *Turbati ſunt, & moti ſunt ſicut ebrius.* Nad, motionem capitis ſignifi ficat, qua vtebantur, qui alios conſolabantur, ſicut de amicis Iob dictum eſt, quod poſt redditam fœlicitatem, *Venerunt ad eum, & mouerũt ſuper eum caput.* Expende rei hiſtoriam. Grandem concepit Cain timorem, vt toto corpore, & præcipuè capite eſſet tremulus. Qui propterea dixit Deo: *Ero vagus, & profugus in terra: omnis igitur qui inuenerit me, occidet me.* Vide ſtultam rationem. Num quia tremulus es omnis qui te inuenerit occidet? Non erat timor ex ratione ortus: ſed ex illo quem cõceperat timore, qui in ſemetipſo, & ex ſemetipſo excitabatur, qui ab omnibus fugiebat, & omnes timebat, & pauens erat. Deus voluit illum ſecurum reddere, dicens *a*: *Nequaquã ita fiet. Poſuitque Dominus Cain ſignũ, ne interficeret eum omnis, qui inuenieſſet eum.* Senſibile quidem, & viſibile, cunctiſque conſpicuum fuit, vt S. Auguſtinus *b* indicat, ſed quodnam, ignoramus, inquit noſter Caietanus. Nicolaus credit fuiſſe notam in facie grandem, & viſibilem valde, quaſi næuum rubrum magnum: Athanaſius *c*: Ambroſius *d*, Chryſoſtomus *e*, & Suidas *f* credunt fuiſſe ipſummet tremorem, quo perpetuò agitabatur; quod Hieronymus *g* approbare videtur. Eucherius Lugdunenſis *h* cenſet fuiſſe quandam inſtabilitatem, & inquietudinem, quam ſecum gerebat Cain, vt non poſſet, vel ad breue tempus quietus in vno loco remanere, de quo alibi. Nihilominus adhuc Dei verbo firmatus, & ab illo ſibi poſito ſigno aſſecuratus, eundem perpetuò retinuit tremorem, & cõtinuo ab omnibus quos videbat, timore, & pauore vexabatur: vnde ſubditur *i*: *Egreſſuſq; Cain à facie Domini, habitauit profugus ad orientalem plagam Eden.* Septuaginta legunt: *Habitauit in terra Naid.* Credit Ioſephus *k*, Naid quãdam fuiſſe peculiarem terræ regionem, vocatam Naid, in qua habitauit Cain poſt peccatum. Beatus Hieronymus *l*, viſus fuit aliquando id ipſum ſenſiſſe: rem tamen accuratè expendens contrarium cenſet *m*: in Hebræo namque habetur *Nod*, quæ vox ſignificat fluctuantem, inſtabilem, & ſedis incertæ. Non eſt igitur Naid terra, inquit Hieronymus, vt vulgus noſtrorum putat, ſed explet ur ſententia Dei, quod huc atque illuc vagus, & profugus oberrauit. Id ipſum repetijt Hieronymus *n*, hortans Sabinianum, ne habitet in Naid, id eſt, ne totus in ſalo fluctuet, ſed ſtatuat ſupra petram pedem ſuum. Hoc ipſum ſequuti ſunt Chryſoſtomus *o*, & Auguſtinus *p*, qui ex eo, quod ſupponit Naid ſignificare fluctuantem, longum orditur diſcurſum. Nomen igitur Naid, non eſt proprium, quod ſignificet aliquam ſingularem terræ regionẽ: ſed eſt potius appellatiuum, quod exprimit qualitatẽ ipſius Cain, qui dicitur habitaſſe in terra Naid, id eſt, habitauit in terra tremẽs, timens fluctuans,

¶ 411. *Eccl.2.23.* *in 1. Cano. lo. tract.9.* *Li. de diæta ſalutis, diæta 4. cap.22. Gen.4.12. 14.16. In cap.4. Geneſ.* בנד *Pſ.106.27.* *Iob 42.11.* *Gen.4.14.*

a *Gen.4.15*

b *1. contra Fauſt c.13*

c *quæſt.96*

d *Lib.2. de Cain.c.10.*

e *Hom.15. & 20. in Geneſ.*

f *de Verbo Cain.*

g *Ep.115. ad Damaſ.*

h *In cap.4 Geneſ.*

i *Gen.4.16.*

k *Li. 1. antiq. c.4.*

l *Lib. de locis Hebrai.* בנד

m *Lib. qq. Hebraic. in Geneſ. & epiſt. 146. ad Damaſ.*

n *epiſt.48. ad Sabini.*

o *Hom.20. in Geneſ.*

p *Lib. 12. cont. Fauſtum cit.*

Lib. de paradiso c. 18

nullibi quietè consistere valens: de quibus docte noster Maluenda. Cain itaque quamuis posset Dei ipsius promissione firmari, & recepto ab ipsiusmet Dei manu peculiari signo, ne occideretur, posset omnem metum deponere: adhuc nullatenus alicubi securus, & firmus mansit, sed vbique plenus erat solicita anxietate, & timore. Non mirum, inquit Seraphicus Doctor, quod iugi timore, & pauore perpetuo concutiatur Cain, nullibique securè consistat, à quo nec ipsius Dei promissio, nec peculiare ab illo signum receptum, timorem excutiat: huius enim difficultatis nodum soluit nomen ipsiusmet, qui vocatus fuit Cain, quod nomen non illi temerè impositum sentit Chrysostomus, obseruans, antiquos illos homines nomina filijs suis imposuisse, quodam diuino numine afflatos, per ipsa nomina, quæ imponebant præindicantes, quæ in illis erant futura. Id quod demonstrat, expendens nomina *Noe*, & *Abram* quibus illi viri à parentibus suis vocati fuerunt. Id autem multo magis concedendum est Adæ, qui non temerè, sed consulto nomina filijs suis imposuisse credendus est. Duobus filijs suis ille nomina imposuit, quorum vnum vocauit Cain, alterum Abel. Cain credit Eusebius Cæsarienſis *a* significare inuidiam. Iosephus *b* tamen melius dixit. Nati, inquit, sunt eis duo filij masculi, quorum vnus quidem prior appellabatur Cain, quod nomen interpretatum significat *Possessionem*, Abel secundus, quod significat, *Nihil hoc*: quod cõmuni sensu SS. Patres sequuntur signanter Ambrosius *c*, qui merito talia illis imposita nomina docuit, quæ futurorum essent præsagia. Iure enim vocatus fuit Abel, id est, *Nihil hoc*, qui nihil sibi, omnia Deo tribuit: & congruè appellatus Cain, id est, *Possessio*, aut acquisitio; qui omnia sibi acquirere, & possidere terrena toto corde procurauit. Ita Ambrosius, qui omnia hæc ex Philone *d* mutuasse videtur qui semel, & iterum ista ex professo pertractauit. Et quamuis iuxta scripturæ sacræ verba aliam nominis etymologiam SS. Patres expendant: singulariter Augustinus *e*: sed verum fuit quod Ambr. dixit: totus enim fuit in eo Cain, vt diuitias acquireret, & cumularet, ideoq; primus fuit ille in mundo, qui ciuitatem in terra ædificauit, in qua reconderet thesauros suos, quos sibi iure, & iniuria conquirebat, vt ex Iosepho statim dicemus. Qui talis est, multa possidens, coaceruans, & sibi aucupans; nunquam grandi timore est exemptus, ipse tremit, & timet, & caput tremulum gerens, ad omnes partes circumgyrat, & conuertit, ab omnibus timens, omnes pauens, ab omnibus cauens, omnes fugiens. Et ciuitas ipsa, in qua thesauros recondit, Naid vocatur, id est, instabilitas, & non firmitas, aut securitas, quia hęc est quæ timoris, ac tremoris præbet amplam materiam & occasionem: quæ omnia Chrysostomus breuissimis verbis complexus: *Nihil*, inquit, *formidolosius homine bonis temporalibus affixo, propterea quod talis viuit vitam Cain, quotidie tremẽs.* Hoc Philosophus etiam ille gentilis Crates Thebanus intellexit, & expertus fuit, vt Beatus Hieronymus annotauit; qui aliquam pecuniarum quantitatem adeptus, cœpit curis angi, & timoribus solicitari ad eam seruandam, ita vt nõ permitteretur philosophiæ studijs attendere: ideoque ferre non sustinens tam grandes timoris stimulos, pecuniã omnem assumpsit, & in mare proiecit, dicens: Ite pessum malæ cupiditates, ego submergam vos, ne submergar à vobis. Tui igitur Christus Dominus misertus, cordis tui contritiones sanare volẽs, & auctor pacis pacem pectori tuo infere, tibique quę tua sunt secure seruare, legis suæ Euangelicæ iugum imponit, quo requiem inuenias animæ tuæ: *Nolite*, inquit, *thesaurizare vobis thesauros in terra.* Si ex eo tua oritur anxietas, & solicitudo, torquens viscera tua, quod thesauros in terra recondis, illos recondere in terra nihil aliud erit, quam spinas, & tribulos in corde tuo serere. Inde ærugo, & tinea demolitur, non tam thesauros ipsos, quam cor tuum. Quæ enim tinea ita corrodit ligni interna, vt cuti timor, & solicitudo diuitis cor ipsius, & viscera?

§. 442.

Homil. 20. 22. & 39 in Genes.

a 1. de præparat. Euangel. c. 4.

b 1. Antiq. cap. 4.

c 1. de Cain & Abel c. 1.

d Lib. de sacrifi. Abel. & Cain. in princ. & libro quod deterior pot. insid. aliquãtulũ à princ. c. 15. de ciuitat. c. 17.

1. Antiq. c. 5.

Hom. 7. in 2. ad Cor. post med.

Epist. 13. ad Paulin. & epist. 28. ad Lucini.

§. 14. *Chri-*

§. 14. *Chriſtus nos fecit filios Patris Cœleſtis, quibus conſequenter ſuadet, in Cœlo mentem, & theſauros reponendos.*

¶ 443. *Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra, vbi tinea, &c.* Chryſoſtomus *a*, Auguſtinus *b*, & Origenes *c*, cenſent Chriſtum Dominum his verbis voluiſſe cor noſtrum ad Cœleſtia eleuare, & quod ſolo corpore in terra conſtituti, cogitatione, & auiditate in æterna patria conuerſemur. Sicut enim cor ex eo quod terræ adhæret, terrenũ fit, & impurum, contrahitque immunditiam; ita ex eo, quod ad Cœleſtia eleuatur, efficitur purum, mundum, ac Cęleſte. Hocque Chriſtus Dominus indicaſſe viſus eſt, ſubdẽs: *Vbi eſt enim theſaurus tuus, ibi eſt cor tuum.* Expende aduerbium illud cauſale *Enim*, videtur namque rationem reddere eius, quod præmiſerat, quaſi dicens: Ideo ſtatui vobis, ne reconderetis theſauros in terra, ſed in Cęlo; quia hoc contendo, vt in Cęlo cor repoſitum teneatis, à terra longe ſeparatũ. Hoc autem cõſequemini, ſi in Cœlo theſauros veſtros reconderitis. Vbi enim eſt theſaurus tuus, ibi eſt, & cor tuũ. Vt hoc explicemus, obſeruãda eſt Catholica doctrina omnium Patrum, quam ex profeſſo S. Auguſtinus exponẽdam aſſumpſit, explicans gratiam noui Teſtamenti: Filiũ Dei veniſſe in mundum, vt nos faceret Filios Dei, & diuinæ conſortes naturę, & ex conſequenti heredes regni illius. Huius occaſione totum primum caput Beati Ioannis elegantiſſimè declarat, ſignanter illud: *Quotquot autem receperũt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri ijs qui credũt in nomine eius, qui non ex ſanguinibus, nec ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt.* Hæc, inquit Auguſtinus, eſt gratia noui Teſtamenti, quod in veteri latuit. Hæc natiuitas ſpiritualis tantum eſt, ideo non ex ſanguinibus neque ex voluntate viri, neque carnis, ſed ex Deo. Hæc etiam adoptio vocatur. Eramus enim aliquid antea quam eſſemus Filij Dei, & accepimus beneficium, vt fieremus quod non eramus: ſicut qui adoptauit, antequam adoptaretur, nõdum erat Filius eius à quo adoptatur, iã tamen erat qui adoptaretur. Et ab hac generatione gratię diſcernitur ille Filius, qui cum eſſet Filius Dei, venit, vt fieret Filius hominis, donaretque nobis, qui eramus Filij hominum, Filios Dei fieri. Factus quippe illi quod non erat; ſed tamen aliquid aliud erat. Et hoc ipſum aliquid Verbum Dei erat Deus apud Deum. Nos quoque per eius gratiam facti ſumus, quod non eramus, id eſt, Filij Dei; qui tamen aliquid eramus, hoc eſt Filij hominum. Deſcendit ergo ille, vt nos aſcenderemus, & manens in natura ſua, factus eſt particeps naturæ noſtræ, vt nos manentes in natura noſtra, efficeremur participes naturæ ipſius: *Miſit itaque Deus Filium ſuum, factum ex muliere, factum ſub lege*: nam legis Sacramenta recepit, *vt eos, qui ſub lege erant, redimeret*, id eſt, eos quos lex reos tenebat, occidente littera, *Vt adoptionem filiorum reciperemus*, Vt videlicet huius gratiam beneficij, diſcerneret ab illa filij natura, qui miſſus eſt, Filius non per adoptionem factus, ſed ſemper genitus Filius: vt participata natura Filiorum hominum, ad participandam ſuam naturã adoptaret Filios hominum. Quapropter etiam cum dixiſſet: *Dedit eis poteſtatem Filios Dei fieri*, modumque adiunxiſſet, ne carnalis intelligeretur natiuitas, quod ſcilicet eis id præſtiterat, qui credunt in nomine eius, & per gratiam renaſcuntur ſpiritualem: *Non ex ſanguinibus, neque ex voluntate viri, neque ex voluntate carnis, ſed ex Deo*; mox commendauit quaſi huius viciſſitudinis Sacramentum. Tanquam enim mirati, tantum bonum, non auderemus optare, ſtatim ſubiunxit: *Et Verbum Caro Factum Eſt, & habitauit in nobis*. Tanquam diceret: O homines nolite deſperare vos fieri poſſe Filios Dei, quia, & ipſe Filius Dei, hoc eſt, verbum Dei caro factum eſt, & habitauit in nobis. Reddite vicem, efficimini ſpiritus, & habitare in illo, qui caro factus eſt, & habitauit in vobis. Neque enim iam deſpe-

a Hom. 15. in imperf. *b Lib. 2. de ſer. Dom. c. 13.* *c Homil. 4. in cap. 6. Matth.*

Epiſt. 120. ad Honoratum, ca. 3. & 4.

Ioan. 1. 12.

Ad Galat. 4. 4.

randum est, participatione verbi fieri posse homines filios Dei, quando filius Dei participatione carnis factus est filius hominis. Hæc, & alia Augustinus. Certè non maior distantia est inter filium Dei, & filium hominis, quam inter filium hominis, & filium Dei, sicut non maior distantia est ab Athenis ad Thebas, quam à Thebis ad Athenas. Ne igitur miremini, quod filius hominis efficiatur, & fiat filius Dei quandoquidem filius Dei factus est filius hominis. Et verè sicut filius Dei participans naturâ nostram factus est filius hominis, ita nobis concessit, vt participantes naturam Dei, efficiamur filij Dei. Vnde sicut decens fuit, & congruum, vt filius Dei participans naturam terrenam, factus filius hominis, vitam in terra ageret; ita congruũ est, & æquum, vt homo participans naturam diuinam cœlestem, factus filius Dei, cœlum inhabitet, vitamque agat cœlestem. Homo quamdiu solum est filius hominis terreni, quod cogitet de terra, loquatur de terra, sapiat terram, gustum habeat in terra, curet terram, terramque desideret, non mirum, talis est enim rei operatio, qualis est ipsius natura, vt ex Beato Dionysio Sanctus Thomas demonstrat. Ex hoc hoc autem ipso infertur, congruum esse, imo, & necessarium, vt factus filius Dei, Patrisque cœlestis, naturam eius cœlestem participans, iuxta illam agat, loquatur de cœlo, cogitet de cœlo, sapiat de cœlo, optet quæ in cœlo: eo modo, quo Apostolus dicebat: *Quando eram paruulus, loquebar vt paruulus, sapiebam vt paruulus, cogitabã vt paruulus: quando autem factus sum vir, euacuaui quæ erant paruuli.* Certum est, decere *Principem cogitare quæ Principi digna sunt*, & filium Dei quæ filium Dei decent. Annotabamus alibi id, quod singulariter Spiritus sanctus obseruat, loquens de Saule, quem cum esset custos asinarum, elegit, vt esset rex populi sui. Hoc enim ipso quod Samuel vnxit eum in regẽ; *Immutauit ei Deus cor aliud*, id est, vt aliqui explicant, immisit illi mentem aliam, & cor regium, & spiritus regios. Omnem curam, quam primo habebat circa asinas, tanquam rege indignam, exclusit, & ad grandia, & regia cogitanda cor omninò conuertit. De quibus alibi. Christus itaque Dominus, cum paulo ante in mentem nostram reuocasset, quod eramus iam filij Dei per ipsius gratiã, cui vt placere contenderemus, suasit, dicens: *Ne videaris hominibus ieiunãs, sed patri tuo:* statim admonet, vt tantæ dignitatis memores, nullatenus cor nostrum in terra reponamus, nec terrenis thesauris simus contentis; sed in cœlo collocemus, vbi thesaurizandum est filijs Dei. *Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra.* Quasi dicat, inquit Origenes: Nolite fodere sensus vestros cum diuitijs in terra, nolite recondere cor vestrum cum pecunia in perditionem. Quasi dicat, inquit Chrysostomus: Quia non estis iam de terra, nec de terra venistis: sed pro tempore de terra suscepistis terram, vt per terram vincatis terram: sed de cœlo estis, & de cœlo venistis, & iterum redituri estis in cœlum, nisi vltro remanere & volueritis in terra: illic ergo tuam collocа substantiam, vbi patriam habes. Quæ est insipientia, vt contentus sis super terram, id est, in alienis seruire diabolo, cum possis in cœlis, id est, proprijs regnare cum Christo? Ita Chrysostomus. Intolerabilis fuit stultitia illius filij prodigi, qui elegit in aliena terra fame, & inedia periens, contentus esse miserrimo, & pauciſſimo porcorum cibo, vbi totum cor suum habebat repositum, cum posset in proprio paterno palatio delicatissimas abundantissimasque epulas prætendere. (?)

¶ 444.

1. p. q. 25.

2. Cor. 13. 11.

Isai. 31. 8.

1. Reg 10. 9.

Vatablus

1. Reg. 10.

Homil. 4. cit.

Luca 15.

§. 15. *Ciues*

§. 15. *Ciues Babylonis in sua ciuitate thesaurizant, quorum primum fuit Cain, qui primus in terra ciuitatem condidit, in qua thesauros suos reconderet.*

¶ 448. COneinit his, Apostoli imò & totius sacræ scripturæ doctrina, repetens, nos per Christum effectos ciues cœlestis Ierusalem. Notum est enim ex eadem scriptura, duas esse ciuitates, quarum omnes sunt ciues, quas communi nomine, iuxta sacræ scripturæ phrasim, Sanctus Augustinus vocat ciuitatem cœlestem Ierusalem, cui scilicet præest Deus, & ciuitatem terrenam Babylonis, cui præest diabolus. Harumque descriptio, & explicatio fuit argumentum illorum viginti duorum librorum, quos idem Augustinus de Ciuitate Dei scripsit. Nullus est homo, qui nō sit ciuis alicuius ex his duabus ciuitatibus. Et quidē (vt multa, quę dicere possumus, dimittamus) hæc est differentia inter ciues Ierusalem, & Babylonis, quod isti, thesauros suos in terra, vbi eorum est ciuitas recondunt: illi autem nequaquā; sed in cœlesti ciuitate, cuius sunt ciues. Ciues Ierusalem, in hac ciuitate Babylonis sunt peregrini, ideò in illa non solùm non cor: sed neque pedem figunt, in perpetuo sunt motu, quærentes suam futuram ciuitatem. Ciues autem Babylonis, in hac sua ciuitate non solùm pedem: sed, & cor constituunt: optantes, & curantes nunquam inde discedere. In cuius confirmationem, & explicationem expendunt sancti Patres, primum omnium, qui in terra ciuitatem ædificauit, fuisse illum, qui primus ciuis extitit ciuitatis Babylonis. *f.* Cain, de quo dixit sactus Ioannes Apostolus *a*, quod *erat ex maligno*, id est, pertinens ad ciuitatem illam, cuius rex est diabolus, quem propterea Primum diaboli discipulum, sanctus vocat Basilius *b*. Primogenitum Adæ credendum Cain, asserit Augustinus *c*, & quod hic primus, fuit terrenus, carnalis, & ciuis primus Babylonis *d*. *Non enim prius, quod spirituale, sed quod carnale*, vt Augustinus *e*, ad hoc institutum prosequitur. Hic fuit, qui primò ciuitatem in terra fundauit, quod tanquam rem certam suppositit Iosephus *f*, docueruntq; sancti Patres Chrysostomus *g*, Hieronymus *h* Augustinus *i*, & Gregorius *k*, quod probant ex isto, quod in principio Geneſis scriptura sacra ait *l*: *Cognouit Cain vxorem suam, quæ concepit, & peperit Henoch, & ædificauit ciuitatem, vocauitque nomen eius ex nomine fili ſ Henoch*. Henochiam vocat Iosephus. Inter prophanos scriptores (ait Scholiastes Augustini) non conuenit, quisnam primus ædificarit vrbem. Quidam, inter quos est Plinius, Cecropem volūt, qui eam extruxit, quæ postea Acropolis, id est, Arx dicta est Athenienſibus, prius dicta Cecropia. Strabo Argos prius à Phoroneo dicit conditos, quos Homerus Pelasgum nominat. Aegyptij omnium antiquitatum gloriam ementitis annalibus ad se trahunt, & Diospolim, quæ sunt Thebæ, tempore omnes antecedere asseuerant. Verum Henochia hæc, vt Iosephus vocat, omnium est vetustissima, quam Cain cum exagitaretur timoribus, & furijs cęsi fratris, condidit, muriſq; cinxit, nec vllus sibi locus satis tutus videretur, & terminos agro posuit. Per quam ciuitatem, mundum, & diaboli ciuitatem significari, testatur Hieronymus ad Marcellam. Ita ille. Berosus Babylonicus Henochiam monti Libano proximam refert, ex Chaldæorum traditione. Scriptura sacra indicat fuisse circa regionem Paradiso proximam, quæ præmisit: *Cain egressum à facie Domini habitasse ad Orientalem plagam Edē*. Quid nomine Eden intelligatur, dubium est: nam *Eden* in scriptura aliquando ponitur tanquam nomen appellatiuum, quod significat delitias, amœnitatem, voluptatem: quomodo multi censent, benè Vulgatum, quod in Hebræo habetur: *Plantauerat Dominus Deus Paradiſum in Eden*, transtulisse: *Plantauerat Dominus Deus Paradiſum voluptatis*. Ita Hieronymus annotauit, docens Eden non significare regionem aliquam particularem: sed delitias ideoque Symachum trāstulisse: *Paradiſum* floren-

a *Ioan.* 3. 12
b *Hom.* 11. *inuid. non longè à pr.*
c 15. *de ciu.* c. 18.
d 1. *Cor.* 15.
e 15. *de ciu.* c. 1.
f 1. *Antiq.*
g *Hom.* 22. *in Gen.*
h *Ep.* 17. *ad Marcellū.*
i 15. *de ciu.* c. 1. & 8. & *in Pſal.* 7 1. K 16. *Mor.* cap. 6.
l *Gen.* 4. 17
Viues 18. *de ciu. cap.* 8.
Gen. 4. 16.
Gen. 2. 8.
Lib. de qq. Hebraicis in Gen.

florentem. Aliquando aũt ponitur tanquam nomen proprium peculiaris alicuius regionis, ita dicta, quod sit deliciosissima, voluptuosissimaque. Qua de causa, quidam censent, cum in Hebræo dicitur Paradisum plantatum fuisse in Eden, significatum quidẽ hoc nomine peculiarem quendam locum, & regionem, ita vocatam, quod deliciosissima esset, quæ erat ad orientem. Ita ipsemet Hieronymus *a*, & expressius Chrysostomus *b*, alijq; quam plurimi, quos diligenter noster Maluenda *c*, refert. Hæc autem Regio Eden, non est vnica in Scriptura, sed multiplex. Vna siquidem est, in qua Paradisus conditus fuit: alia est longè ab illa disiuncta in Mesopotamia scilicet Syriæ, non longè à Damasco sita, cuius peculiaris mentio fit in scriptura *d*, signanter apud Isaiam *e*, qui refert tyrãnum Senacherib dicentem, se expugnasse *Filios Eden, qui erant in Thalassar*. & Ezechielem *f*, qui indicat Eden regionem fuisse amœniſſimam, cuius incolæ erãt ditissimi negotiatores Tyri: de quibus diligenter, & acutè noster Maluenda *g*. Hinc, quod dicitur Cain habitasse in Eden, varijs modis accipi posse credit Caietanus *h*, primò, vt habitarit circa illam regionem, in qua conditus fuit Paradisus: non quidem in ipso Paradiso, ad quem non iam patebat aditus; sed è regione illius, in aliqua parte longè ab illo constituta. Cùm enim peccauit Adam, quamuis eiectus è Paradiso fuerit, permissus fuit tamen permanere iuxta illum, è regione scilicet ipsius: sicque fieri potuit, vt Cain eius primogenitus, circa eam regionem habitauerit. Ita censet Chrysostomus. Narrat nobis, inquit, diuina scripturta locum, in quo postea Cain habitauit: & docet, quomodo, non procul à Paradiso versatus sit? vt è regione illius existens, continuò memor esset, tum eorum quæ patri suo ob præuaricationem contigerunt: tum magnitudinis eorum, quæ ipse perpetrauerat, propter quæ tanta sibi neq; patris correptione emendato, pœna irrogata est. Secundò, intelligi potest, quod habitarit in illa Eden, quæ est in Syria iuxta Damascum, regione quidem ita voluptuosa, ac deliciosa, vt qui illam habitabant, dicerentur habitare in domo voluptatis, vt videre est apud Amos prophetam, apud quem Deus contra Damascum agẽs comminatur: *Disperdam habitatores de campi idoli & tenentes sceptrum de domo voluptatis*: vbi Vulgatus, etymologiam vocis sequutus, domũ voluptatis transtulit, quod in Hebræo habetur *Mibbet Eden* hoc est de domo Eden. *Cain igitur egressus à facie Domini, habitauit profugus ad orientalem plagam Eden*. Expende diuinorum verborum cohærentiam, sicut expendere videtur Hieronymus. Qui Deo terga vertit, quasi ad illum non pertinens; sed ad diaboli portionem, & qui à Deo eiusque ciuitate recedebat, & recessit, quonã erat iturus, & quo erat conuertendus totus, nisi ad terram voluptuosam, in qua suam conditueret habitationem, reponeret mentem cor, & animum, thesaurosque suos, ac delitias in ea haberet, & reconderet? Vt in hac terra non tantum corpore: sed, & animo habitaret, se totum miser ille conuertit: *Habitauit in terra*, tanquam ciuis terrenus, qui tantum terrena bona cõquirebat: *Habitauit in terra*, bonis terrenis se totum tradens, tam vehementi illorum ardens cupiditate, quod omnia sibi acquirere procuraret, & vniuersa possidere contenderet. Meritò (inquit Ambrosius *i*, quod, & Philo *k*, prius annotauerat) vocatus fuit Cain à patre suo, quasi futurorum præscio, quod nihil aliud nisi possidere bona, terræ intentus futurus esset: de quibus paulò antè diximus. Grandi autem cupiditate succensus, insatiabilique auaritia inflammatus, ad cædes, & rapinas se conuertit, vt omnium bona sibi acquireret, quem filij sui in huiusmodi latrocinijs comitabantur, vt Iosephus prosequitur. Cumque multis abundasset bonis, primus in mundo fuit, qui ad ea tutanda, & conseruanda, ciuitatem extruxit, murisque cinxit: vbi thesauros suos condidit, reposuitque. Ecce igitur primum ciuem terrenum, & Babylonicum, qui primus in terra ciuitatẽ, in qua permaneret fundauit, et suã in illa ex professo cõstituit mansionẽ, primusq; qui thesauros suos in terra recondendos curauit: nihilq;

cœlo

Amos. 1. 5.

Epist. 146. ad Damasum.

a *Lib de locis Hebr.*
b *Hom. 13. in Gen.*
c *Li. de Parad. c. 17.*
d *4. Reg. 19 12.*
e *Isa. 37. 12*
f *Ezech 27 23.*
g *Li. de Parad. c. 17. & 18.*
h *In cap. 4. Genes.*
¶ 446.
Hemil. 20. Genes.
i *Lib. 1. de Abel & Cain c. 1.*
k *Li. de Sacrif. Abel. & Cain, & lib. quod deter. mel. insid.*
1. Antiq. c. 4. & 5.

cœlo inferre contendebat, qui nullatenus ad cœlum pertinebat. Terrena ſanè ciuitas terreno ciui, in qua theſauros terrenos reconderet, congruebat, vbi ex conſequenti cor ſuũ repoſitum, & radicatum teneret, cui cæleſtia nullatenus quadrabant. In terra, inquit Gregorius, fundamentum Cain poſuit, qui à ſoliditate æternæ patriæ fuit alienus. Peregrinus quippe à ſummis, fundamentum in infimis poſuit, qui ſtationem cordis in terrena delectatione collocauit. Aliter ijs, qui ciues ſint Ieruſalem, agendum eſſe, ſtatim oſtendemus. Quod ſi quæras, inquit Auguſtinus: Quomodo potuerit Cain ciuitatem iam tunc ædificare; non enim videtur tunc tantam eſſe potuiſſe hominum multitudinem, quæ extruendæ ciuitati ſufficeret: eſt enim ciuitas ciuiũ vnitas, & hominum multitudo aliquo ſocietatis vinculo colligata: Reſpodet, Cain non ſtatim cùm natus fuit, imò nec ſtatim, ac fratrẽ interfecit, ciuitatem ædificaſſe; ſed longo poſt tempore, multis iam gentis filijs, cum natus ei fuit Henoch, quem eius primogenitum credendum non eſſe Auguſtinus contẽdit, quam Gregorius primogenitum illius fuiſſe exiſtimet. Tunc homines longam ducebant vitam, & in immenſum multiplicabatur humanum genus. Si enim ex duodecim hominibus ingredientibus Aegyptum, breuiſſimo tempore, tam grandis populus excreuit, vt eſſent ſexcenta millia peditũ, quando natura ita debilis reddita iam erat, vt vix ad centeſimum annum quis perueniret: quanto magis quando ita erat robuſta, vt pluſquam nongentis annis homines viuerent? Tam longa illorum hominum vita fuit, inquit Auguſtinus, vt illic memoratorum, quorum, & anni taciti non ſunt, qui minimum vix ante diluuium ad ſeptingentos quinquaginta tres peruenerit: nam plures nõgentos annos etiam tranſierunt, quamuis nemo ad mille peruenerit. Quis enim ita dubitauerit, per vnius hominis ætatem, tanquam multiplicari potuiſſe genus humanum, vt eſſet vnde conſtitueretur, non vna; ſed plurimæ ciuitates. Quod ex hoc facilè conijci poteſt, quia ex vno Abraham non multo amplius quadringentis annis, numeroſitas Hebræx gentis tanta procreata eſt, vt in exitu eiuſdem populi ex Aegypto ſexcenta hominum millia fuiſſe referãtur bellicæ iuuentutis: vt omittamus gentem Idumæorum non pertinentem ad populum Iſrael, quam genuit frater eius Eſau, nepos Abrahæ, & alias gentes natas ex ſemine ipſius Abrahæ, non per Saram coniugem procreatas. Ita Auguſtinus.

16. Moral. cap. 6.

15. de ciui. c. 8. cit.

16. Moral. cit.

§. 16. *Ciues Ieruſalem in terra ſunt peregrini, incongruum propterea iudicarunt in illa theſaurizare, Adam, Eua Abraham, Iſaac, &c.*

¶ 447. Hom. 22. in Gen. cit.

OBſeruat hac in parte Chryſoſtomus impietatẽ Cain. Adam enim, & Eua ipſius parentes antiquiores illo erant, & maiori filiorum numeroſitate redundantes, qui tamen nihil de ædificanda ciuitate, aut habitatione fixa, & permanente in terra vnquam cogitauerunt: quia peregrinos ſe ſuper terram reputabant, inquã ſe eiectos agnoſcebant in exilium, vt exules non ciues illius eſſent, quærentes perpetuò futuram ciuitatem, quam per Dei gratiam, & Chriſti iam per fidem cogniti merita, eſſent ingreſſuri. Id ipſum in cæteris ciuitatis Ieruſalem, ciuibus videmus, quorum grandem catalogum Apoſtolus exhibuit: & agens de Abraham: *Fide*, inquit, *demoratus eſt in terra repromiſſionis, tanquam in aliena, in caſulis habitando cum Iſaac, & Iacob coheredibus repromiſſionis eiuſdem: Expectabat enim fundamenta habentem ciuitatem, cuius artifex, & conditor Deus*. Omnia verba expende, ſignanter illud: *Fide demoratus eſt in terra repromiſſionis tanquam in aliena*. Illam Deus non ſemel, ſed iterum atque iterum Abrahæ promiſit: quapropter non promiſſionis, *ſed repromiſſionis terra* quaſi ſemel, & iterum promiſſa, & repromiſſa, dicebatur: & nihilominus fide morabatur in illa. Eſt fides ſubſtantia ſperandarum rerum, per quam ſperanda contuemur, & contemplamur. Non per oculos cor-

ad Heb. 11. 9.

poris Abraham dirigebatur, ea solùmodo attendens, quæ per illos conspiciebat: sed omnia visibilia contemnens, per fidem mentem ad superna, & inuisibilia eleuabat, & non contemplabatur quæ videbat, sed quæ non videbat. Idcirco in terra sibi promissa, & repromissa, tanquam in aliena habitabat, in qua propterea nunquam, vt Diuus Thomas annotat, fecit domum aliquã, aut mansionem, vel palatium. Et quãuis innumerabilem haberet familiam, nunquam ædificare voluit domum, sed tantummodo casulas, & tabernacula: quæ sunt habitacula mobilia: *Expectabat enim ciuitatem, habentem fundamenta*, illam scilicet cœlestem; cuius ciuis ipse erat, prius dicens ipse, vt idem Diuus Thomas annotat, quam eius successor Dauid: *Stantes erant pedes nostri in atriis tuis Ierusalem quæ ædificatur, vt ciuitas, cuius participatio eius in idipsum*. Ista ciuitas est firmiter fundata, quam Deus ciuibus suis construxit, *Cuius artifex, & conditor Deus*, quæ perpetuò in vno eodemque fœlicitatis statu manebit, *& in idipsum*. Hoc idem cohæredes ipsius, Isaac, scilicet, & Iacob: qui, vt paulò inferius subdit Apostolus *a*, *Confitebantur, quia peregrini, & hospites sunt super terram*. Vocauerunt se aduenas, & peregrinos inquit Diuus Thomas, Abraham qui dem, cum dixit ad filios Heth *b*: *Et peregrinus sum apud vos*: ad Isaac autem dixit *c*, Deus: *Quiesce in terra, quam dixero tibi, & peregrinare in ea*. Iacob etiam dixit ad Pharaonem, interrogãtem, Quot sunt dies annorum vitæ tuæ *d*? *Dies peregrinationis meæ, centum triginta annorum sunt*. Rogatus de diebus vitæ, dies peregrinationis profert: quia tota eius vita peregrinatio fuit: *Qui autem hoc dicunt significant se patriam inquirere*, inquit Paulus. Nullus est enim hospes, & peregrinus, inquit Diuus Thomas, nisi qui est extra patriam, & tendit in illam. Cum ergo isti pleno ore semper, & vbique se confiterentur peregrinos super terram, hoc ipso significabant se tendere ad patriam suam, scilicet cœlestem Ierusalem. Et quia poterat aliquis dicere, illos fuisse quidem peregrinos, quia à natiuo suo solo distabant, & erant quãdo hæc dicebat, in terra Palæstinorum, & Chanaam, intendebantque redire in terram natiuitatis suæ: hoc remouet Apostolus subdens: *Et si quidem illius meminissent de qua exierant, habebant vtique tempus reuertendi*: qui nihilominus ad eam reuerti nullatenus voluerunt. Quinimo de terra natiuitatis suæ loquẽs Abraham, dixit ad seruum suum Eliezer: *Caue, ne quando filium meum reducas illuc*. Patriam igitur inquirebant cœlestem, non domum paternam: *Nunc autem meliorem appetunt, id est cœlestem*. Huius se ciues profitebantur, qui in terra peregrinos se asserebant: *Ideo nõ confunditur Deus eorum: parauit enim illis ciuitatem*. Consuetum est, inquit Diuus Thomas, quod rex aliquando vocatur à principali ciuitate, vel ab ipsa prouincia, sicut rex Ierusalem, Rex Hispaniæ, aliquando ab ipsismet ciuibus, qui prouinciam inhabitant, sicut Rex Romanorum. Ita vocatur aliquando Deus, Rex, & Deus totius ciuitatis prouinciæque cœlestis: aliquando eorum, qui specialiter ad eam pertinent, qui sunt illius ciuitatis lapides. Ipsi ergo ciuitatem sperant, quam ex ipsismet construendam, tanquam ex lapidibus viuis confidunt, in quibus Deus regnaturus est, & ipsi cum Deo: quam iam in spiritu vidit Ioannes, vt optimè Augustinus *e*, expendit, cui cum eam conspiceret, dictum fuit *f*: *Ecce tabernaculum Dei cum hominibus*, id est, ex hominibus, vt interpretatur Rupertus *g*: *Et habitabit cum eis: & ipsi populus eius erunt, & ipse Deus cum eis erit eorum Deus*. Ecce, inquit Chrysost. *h*, veros ciues ciuitatis Hierusalem, qui in terra peregrini erant, & hospites, non tantum illius terræ Palestinæ, sed totius orbis: nihil quippe conspiciebant in eo eorum, quæ appetebant: sed omnia illis peregrina, & aliena videbantur. Dices: Nonne Abraham patriam habebat? Habebat quidem: sed, & in illa peregrinus erat. Dixit ad eum Dominus: *Dimitte Patriam*, quæ putabatur esse patria, *& veni ad alienã terram*: & non est retentus amore propriorum: sed sicut peregrinus egressus de aliena terra sic sine aliqua molestia patriã reliquit. Dixit ei: *Offer mihi filium tuũ*, & veluti non

In cap. 11. ad Hebr.

Psal. 121.

a *ad Hebr. 11. 14. 15. 16.*

b *Gen. 23. 4.*

c *Gen. 26. 23.*

d *Gen. 47. 9.*

¶ 448.

Gen. 24.

e *20 docet. c. 16. & 17.*

f *Apoc. 21. 3.*

g *Lib. 11. in Apoc. ad fi.*

h *Hom. 24. in Epist. ad Hebr.*

Gen. 12. E

Gen. 22. a

non habens filium, ſic eum obtulit. Pecunias cum tranſeuntibus communiter poſſidebat; ſed pro nihilo illas exiſtimabat. Primatum alijs cedebat, in pericula ſeipſum dabat, decem millia malà patiebatur: nec circa veſtimenta diligens erat, quæ omnia in hac vita eſſe ſolent; ſed cuncta, quæ ad ſupernam pertinent ciuitatem gerebat, hoſpitalitatem exhibebat, fraternam dilectionem, eleemoſynas, patientiam, contemptum pecuniarum, contemptũ præſentis gloriæ, & cæterorum omnium, quæ in hoc mundo ſunt. Filius etiam illius Iſaac talis erat, qui nullam vnquam domum conſtruxit, nihil terrenum concupiuit, &c. Quid autem Iacob? nonne panem tantum quærebat, & veſtimentum, quæ pertinent ad peregrinos, &c. Sed eſto, inquit Chryſoſtomus iſti forſitan propter peregrinationem, quam vbique agebant, dicebant ſeipſos peregrinos. Quid autem etiam Dauid? Nonne Rex erat? nonne Propheta? nonne in ſua patria degebat? Quare ergo dixit: Nam, & *ego peregrinus, & hoſpes ſum* ſ Dic Sancte Dauid: Quomodo es peregrinus? *Sicut patres*, inquit, *mei*. Habemus, inquit, patriam, reuera patriam. Quomodo ergo tu peregrinus es? *In terra*, inquit, ſicut illi, qui in terra peregrini erant, qui patriam cœleſtem quærebant. Iuxta hanc doctrinam ſtatuit primò Chryſoſtomus, id nobis omnino ſupponendum, nos peregrinos eſſe in terra, in qua nullo modo radices debemus mittere. Prima, inquit, virtus eſt, & tota virtus, peregrinum eſſe mundi huius, & hoſpitem, & nihil commune habere cum rebus huius ſeculi; ſed remoueri ab eis ſicut peregrinum, ſicut etiam illi beati de quibus Apoſtolus dicit: *Circuibant in meletis, & in pellibus caprinis, egentes, tribulati, afflicti, quibus dignus non erat mundus*. Illi quidem peregrinos ſeipſos dicebant. Paulus autem aliquid amplius dixit: non peregrinum ſeipſum dixit; ſed mortuum mundo; & mũdum ſibi: *Mihi*, ait, *mundus crucifixus eſt, & ego mundo*. Fœlices tales peregrini, qui *fide morantur in terra tanquã in aliena*, quantumcunque ſit natiuitatis ſuæ, qui de rebus non iudicant ſecundum viſionem oculorum, ſed ſecundum fidem, per quam contemnentes viſibilia, tanquam à ciuibus cœli aliena, & ad vermes animaliaque terrena pertinentia, appetunt ſolummodo cœleſtia, quæ non videntur.

Pſal. 83.

Ad Hebr. 11. 37.

Ad Gal. 6. 14.

§. 17. *Ciues Ieruſalem lætantur, peregrinationis ſuæ termino appropinquante, quia in cœlo theſaurizarunt, ſecus ciues Babylonis, qui in via Cain abierunt.*

PRogreditur deinde Chryſoſtomus, oſtendens paucos eſſe tales, qui in mundo peregrinos ſe verè reputent: potius enim ſunt homines, tanquam animalia, & vermes, qui ex terra in terram ſe transferunt, & iterum ex alia in aliam circumrepunt, voluptatibus terrenis indulgentes, terrena ſolummodo appetentes. Id quod aperto ſigno demonſtrat. Qui namque peregrinatur patriam quærens, quantò magis ad illam ſe appropinquare intelligit, tanto lætior eſt, atque iucundior. Conſiderat Dauid ſpiritu propheticò Iſraelitas in Babylone, in qua captiui, & peregrini detinebantur, flentes, & aquam fluuiorum terræ peregrinationis ſuæ, lacrymis augentes, grandi mœſtitia confectos, dicentes: *Super flumina Babylonis illic ſedimus, & fleuimus, dum recordaremur tui Sion*. Nihil poterat cordi eorum lætitiam ingerere, videntes ſe peregrinos, & exules à patria chara. Et quantumuis prouocarentur, vt pſallerent, & canerent, id agere non potuerunt; ſed præ nimia triſtitia ſuſpendentes organa in ſalicibus, lingua eorum adhæſit palato, vt nullum canticum lætitiæ edere poſſent. Cum autem iam peregrinationis ſuæ viderunt finem, inſtareque tempus, quo ad patriam profecturi erant, tam grandi fuerunt exultatione affecti, vt ſe ſibimetipſis quaſi ſomniantes viderentur: *In conuertendo Dominus captiuitatem Sion, facti ſumus ſicut conſolati*: alij legunt, *ſicut ſomniantes*. Et vere tali lætitia plenos videmus huiuſmodi ciues, patriæ appropinquantes, vt dum ad eam peruenire tardant, lacrymis effundẽdis in-

¶ 449. *Hom. 24. in epiſt. ad Hebr. circ.*

Pſ. 136. 1.

Pſ. 125. 1.

Hom. 24. cit. tendant. Id quod S. Chrysostomus in Paulo demonstrat, qui toto tempore quo differebatur mors, per quam ad patriam erat peruenturus, ingemiscebat *a*: *In hoc*, inquit, *ingemiscimus habitationem nostram, quæ de cœlo est superindui cupientes.* Et in persona ciuium Ierusalem, dicit *b*: *Intra nos ipsos gemimus adoptionem filiorum Dei expectantes redemptionem corporis nostri.* Et iterum *c*: *Infœlix ego, quis me liberabit de corpore mortis huius.* Et *d*: *Cupio dissolui, & esse cum Christo.* Et quando propinquũ patriæ se vidit, grandi exultatione gaudens, *Ego*, inquit *e iam delibor, & tempus meæ resolutionis instat, &c. reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex, non solum autem mihi sed & ijs, qui diligunt aduentum eius.* Expendit B. Augustinus illud: *ijs, qui diligunt aduentũ eius*, vt hinc vnusquisque videat, si coronã expectare debeat, quam illis tantũ repositam dicit, qui diligunt aduentum Christi, non tantum futurum per iudicium; sed per cuiusque mortem. Tali lætitia princeps Apostolorum fuit plenus, quando se patriæ propinquũ Christo renuntiãte intellexit: *Velox*, inquit, *est depositio tabernaculi mei, secundum quod & Dominus noster Iesu Christus significauit mihi.* Grandes erant labores, quos Petrus sustinebat, & sicut Eliam antiquitus, vt à tristitia qua affectus erat consolaretur, angelum misit, qui illum reficeret subcinericio pane, & vase aquæ, quo vires resumeret ad agendum iter, quod restabat vsque ad montẽ Dei Horeb, vbi cum Deo dulciter conuersaretur: ita Petrũ voluit reficere Dominus lætissimo nuntio, quo eũ certũ fecit, iã labores illius esse in fine, & peregrinationem proximam termino, & patriæ. Quis explicare valeat gaudiũ cordis illius seraphini humani Fracisci, qui, vt seraphicus doctor suæ religionis professor enarrat, quando iã ad finem suæ peregrinationis peruenisse se vidit, dulcissimo cantico illa Dauidis verba deprõpsit: *Educ de custodia animam meam ad confitendum nomini tuo, me expectant iusti donec retribuas mihi.* Quis comprehendet lætitiam animæ illius viri verè Apostolici, patris nostri Dominici, qui, vt eius filius S. Antoninus Archiepiscopus Florẽtinus refert, cum hora mortis suæ videret filios flentes, lætissimo vultu, ac hilari facie, cœpit illorum abstergere lacrymas, & tanquã alter Paulus, qui vidẽs flẽtes, & plorãtes illos, qui eũ mori proximũ agnouerant, dixit: *Quid facitis flentes, & affligentes cor meum?* Ad patriam pergo, in qua vobis maiora, quam hic à me expectare possitis præstabo. Quę lætitia qua S. Martinus mori proximus, afficiebatur? qui vt S. Seuerus Sulpitius exponit, postquam suauissimis verbis fratres flentes fuit consolatus, quando instantẽ mortem conspexit, iussit, vt eum ita disponerent, quod cœlum libere posset attueri: Sinite, inquit, sinite me fratres, cœlũ potius respicere, quam terram vt suo iam itinere iturus ad Dominum spiritus dirigatur. Et huiusmodi sunt innumera exempla. Verè de huiusmodi viris dici potest illud, quod S. Iob dixit: *Qui expectant mortem & non venit, quasi effodientes thesaurum gaudent vehementer cum inuenerint sepulchrum.* Consuetum erat temporibus illis, in sepulchris thesauros recondere cum corporibus defunctorum, vt alibi dictum fuit. Vnde pauperes, qui thesauros requirebant, vehementissimè lætabantur, quando effodiẽtes terram, in aliquod sepulchrum incidebant. Verè tamen verba hæc Sãctis viris in mundo agẽtibus egregiè quadrant: *Hi expectant mortem, & non venit.* Mundani ciues non expectant mortem; sed potius mors eos expectare videtur, quasi latro insidians, & tendens laqueos in via vitæ: *Et sicut aues capiũtur laqueo & pisces hamo, ita illi in tempore misero* vnum capit in conuiuio, alterũ in ludo, alium in voluptate, & illos omnes, vt dixit Christus, *in hora qua non sperant*, inuadit: nullus enim illorum mortem expectat: *Iusti vero expectant mortem*, in qua lucrũ sibi repositum agnoscunt intelligentes illud Apostoli, *Mori lucrum.* In Hebræo autem cũ dicit Iob, *Expectat mortem*, habetur verbũ *Hhachab*, quod, vt doctus auctor notat, vehemẽtem animi affectum exprimit, quo quis inhiat in rem aliquam vel consequendam, vel apprehendẽdã, quod ponitur in hebræo apud Oseam: vbi enim noster Vulgatus legit: *Quasi*

3 p. histor. tit. 23.

Actuum 21. 13.

Li. 2. de vi. S. Martin.

¶ 450. Iob 3. 21. 22.

Eccl. 9. 12.

Luc. 12. 46. Pro. 14. 32.

Ad Phil. 1.

Pineda in c. 3. Iob. ver. 21. Ose. 6. 3.

sanies

Lib. de vit. S. Franci. cap. 14.

Ps. 14. 18.

a 2. Co. 5. 2.

b Ro. 8. 23.

c Ad Rom. 7. 24.

d Ad Phil. 1. 23.

e 2. Ad Timot. 4. 12.

Epi. 80. ad Honor. in princ. et ante med.

2. Pet. 1. 14.

fauces virorum latronum, in Hebræo habetur, *Sicut expectant latrunculi virum.* Cum latrunculi expectant virum, quem deprædari cupiunt, obſeruant, circumſpiciunt, intendunt, mora, & deſiderio cruciantur: & quamuis non multum tardet, videtur illis longiſſimas agere moras. Ita Sancti viri mortem expectant, quam contemplantur tanquam adferentem ſibi omnia quæ deſiderare poſſunt. Et quamuis dicat Spiritus Sanctus quod *Mors non tardat*, ipſis tamen videtur agere moram; expectant enim mortem, & ideo triſtantur, *quod non venit*: tardat namque ad eorum deſiderium. Nec immeritò quidem, intelligunt ſiquidem in ſepulchro, & morte repoſitos ſibi theſauros: ideoque gaudent vehementer, *Cum ſepulchrum inuenerint*, id eſt, cum iam ad mortem, ſepulturamque ſe veniſſe cognoſcunt. Itaque quanto propinquiorem vident diem mortis, tanto magis lætantur. Vnde benè Paulus (inquit Gregorius) quibuſdam abſconditum æternæ patriæ theſaurum quærentibus dixit: *Non deſerentes collectionem noſtram ſicut eſt conſuetudo quibuſdam; ſed conſolantes; & tanto magis, quanto videritis appropinquantem diem.* Expedit optime Gregorius illud: *Tanto magis quanto videritis appropinquantem diem.* Tunc magis conſolantes vosmetipſos, ex ipſa propinquitate patriæ, ex conſummationeque peregrinationis, &c. Sic qui in hac vita peregrini ſunt, & cœleſtem patriam inquirunt. Nos autem non ſic, inquit Chryſoſtomus: nihil nobis triſtius, quâ cum finem vitæ pp opinquantem intelligimus: non enim quaſi peregrini conuerſamur in hac vita, nec ſicut qui feſtinant ad patriam, ſed veluti ad pœnas ituri. Si febris accidat, omnia relinquimus; & ſicuti pueri planctuoſi, mortē timemus, nullum nobis durius verbum, quam morieris hodie, aut cras. Lamentamur, quando magis gaudere nos oportebat: pertimeſcimus velut homicidæ quidā, & duces latronū, cum perducendi ſunt ad tribunal. Conſiderant illi quæ geſerunt, & propterea timent, & tremūt. Ita Chryſoſtomus. Annotat Auguſtinus id quod ex Chriſti Domini inſtitutione quotidie dicimus, orantes, *Adueniat regnum tuum*, de cœleſti regno intelligendum, quod interueniente morte poſſeſſuri ſumus: eſt namque mors ianua ad ingrediendum illud. Vnde quamuis iuxta carnem, & inferiorem eius affectum, ſecundum quem ſumus terreni, & de terra, mortem Sancti reformident, & paueant; qui tamen ſunt ciues cœleſtis Ieruſalem, & illius regni hæredes, animo, & voluntate gaudent, illo appropinquante. Tu autem non gaudes, neque lætaris non ſolum corpore, ſed nec animo; quia corpore, & animo terrenus es, & ciuis Babylonis, qui diſceſſum ex Babylone, exilium reputas, & exitium tuum, & perditionem, & tunc te finiri, & conſummari exiſtimas, cum peregrinatio tua in terra finitur, quia non verè quaſi peregrinus in ea, ſed quaſi ciuis reſides. Huic ſigno ex Chryſoſtomo expoſito, poſſumus addere aliud, ex his quę ab Apoſtolo dicta induximus: Nullus enim, qui peregrinatur, patriam inquirens, theſauros recondit in terra peregrinationis ſuæ: ſtultum enim eſſet ibi theſauros recondere, vbi permanſurus non eſt, & vnde ſe ſtatim diſceſſurum cognoſcit. Si qui huius ciuitatis es ciuis, in qua habes parentes, fratres, amicos, amplamque ſubſtantiā diuino quodam miraculo te ſubito inuenires conſtitutum in regione extrema infidelium, veluti in deſertis Africæ, aut Aſiæ, latronibus plenis; tibique datum eſſet, vt ad hanc tuam ciuitatem regredereris, & verè nihil magis intenderes, quam ad eam peruenire, num in illis regionibus, & deſertis, per quæ tranſires, reconderes theſauros tuos, qui nihil magis cogitares, quā illa poſſe te retro relinquere? Num ibi grandia ædificares palatia, qui breuiſſimo tempore quaſi violentus ibi permaneres? Scires vtique, quos ibi theſauros reconderes, non tibi reponere, & ſi ædificares, non tibi ædificare, ſed habitatoribus regionis illius. Hinc Apoſtolus rationem tradit, cur Sancti Patres antiqui noluerint in terra theſaurizare, aut grandia conſtruere ædificia, ſed in caſulis habitantes, & tabernaculis, peregrinorum more agebant: *Confitebantur enim, quia peregrini erant ſuper terram, & qui hoc dicebant, ſignifica-*

Eccleſ. 14. 12.

Eccleſ. 14. 12.

3. Mor. c. 3.

Ad Heb. 10. 25.

Hom. 24 in epi. ad Heb. cit.

Epiſt. 121. ad Probam cap. 11. & 12.

Mat. 6. 10.

¶ 451.

Ad Heb. 11. 12.

ſecularis ſe patriam inquirere. Cum homo generatur, & animam illius Deus creando, corpori infundit, quaſi in deſertis terris diſtantibus à propria patria conſtituit, vt ad eam vnde ſpiritus eius per creationem proceſſit, peregrinãdo regrediatur, eo modo quo Sapiẽs
Eccl.12.7. dixit: *Reuertatur ſpiritus ad Dominum, qui dedit illum.* Qui ſe peregrinum intelligit, totoque animo in patriam tendit, poteritne in huiuſmodi regionibus theſauros ſuos recondere, vnde ſe ſtatim diſceſſurum cognoſcit, nõ amplius
Iob 7.7. huc reuerſurum? *Nec enim reuertetur oculus meus, vt videat bona*: illa certè quæ hic fuerint repoſita. Nonne intelligeret apertè, omnia quæ hic repoſuerit, in terra relinquenda, & nõ ſibi qui ea exceſſurus eſt; ſed ijs, qui in ea permanſerint repoſita? Tales ſe Sancti illi Patres cõfitebantur, tanquam peregrinos in mundo poſitos, & conſtitutos. Vnde in terra hac *tãquam in aliena*, inquit Paulus commorantes, nullo modo animum applicauerunt, vt in illa ſua opera collocarent. Quis enim in alieno ſolo operas ſuas collocat, niſi qui oleum, & operã perdere vult? Ita ergo agũt, qui ſe peregrinos in terra cognoſcunt. Ex quibus inferes, quam pauci ſunt, qui ſe verè tales profiteãtur. Si enim oculos ad homines conuertas, videbis nihil magis eos curare, quam in terra congregare terrena bona. Quid intendis miſer, multiplicare pecuniarũ redditus, agrorum fructus, domus tuæ habitacula? Contentusne es caſula, aut mobili aliquo tabernaculo, qui ædificas domum, ad inſtar eorum, qui ob nominis ſui celebritatem in terra ædificare voluerunt turrim, cuius cacumen pertingeret vſque ad Cælum? Tunc magis es lætus, quando maiorem diuitiarum copiam in ſcrinijs, & thecis repoſitam tenes, quando horrea magis plena, & cellaria vndique redundantia. Hæc non ſunt opera hominis, qui peregrinum ſe reputat ſuper terram, ſed qui illius eſt ciuis: qui viam Cain tenere conſtituit, cui, Væ grande, comminatur Apoſtolus Iacobus: *Væ illis, qui in Via Cain*
Iud. ver. 11. *abierunt*. Quænam via Cain? *Erat ille*
1. *Ioan. 3.* 12. *ex maligno*, primus pertinens ad ciuitatem Babylonis, & eam tenuit viam, quæ ciues Babylonis decet, terrena ſcilicet curare, congregare, coacerua-re, in terra theſaurizare. Rem iſtam concludo, id orans, quod Apoſtolus ad Epheſios ſcribens: *Det vobis Deus ſpiritum ſapientiæ, & reuelationis in agnitione eius, illuminatos oculos cordis veſtri, vt ſciatis quæ ſit ſpes vocationis eius: & quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in Sanctis*. Duplicem ſpiritum eis optat, *Sapientiæ*, ſcilicet, & *Reuelationis*. Sapientiæ ſpiritus eſt, per quem quis de rebus per ſupremas cauſas iudicat; & quia inter omnes illas, ſuprema eſt finis, is dicetur ſpiritu Sapientiæ plenus, qui res rectè ordinat, & diſponit in ordine ad vltimum finem. Prædicens Ioſeph famem futuram in Ægypto, dixit ad Pharaonem: *Prouideat rex virum ſapientem, & induſtrium, qui conſtituat præpoſitos, &c.* Hic ſapiens erit, qui diſponet optimè res, in ordine ad finem. Vnde, & Pharao ipſum Ioſeph, *Sapientiorem*, omnibus iudicauit, de quo credidit, quod præ omnibus aptius res diſponeret in ordine ad finem intentum. Et ideo deſiderabat Moyſes, vt populi ſui homines eſſent ſapientes, vt nouiſſima prouidere ſcirent: *Vtinam ſaperent, & intelligerent, ac nouiſſima prouiderent.* Reuelationis autem ſpiritus dicitur ille, qui ad ea, quæ intima ſunt agnoſcenda, penetrat, non contentus externa ſpecie: *Vn eſpiritu deſcubridor como ojos de cahori*, quo pollebant Sancti, qui ſub ſeculi voluptatibus, æternas pœnas, & ſub laboribus, Cœleſtia gaudia intuebantur. Hos duos ſpiritus nobis Paulus optabat magnoperè neceſſarios? Videt homines tantùm præſentibus implicatos, & quod præſentia ſolummodo attendentes, non curant prouidere futuris, ideoque quod illis eueniet, id quod Dauid de diuite mundano prædixit: *Cum interierit, non ſumet omnia, nec deſcendet cum eo gloria eius*. Non ſumet omnia, id eſt, nihil penitus ſumet, non burſam aureis plenam, non monile ex gemmis pretioſis conſtructum, immo nec fruſtum panis ad tam longum iter, quod agendum ſe offert; cum interierit: nec deſcẽdet cum eo gloria eius, non tapetes ex Ægypto, non famulorum multitudo, non ampla domus ſupellex; iõ fame interi-

¶ 452. *Ad Epheſ.* 1.17.18.

Gen.41.33. 34.

Gen.41.39

Deut.33.

Pſ.48.18.

bit,

bit, nec guttam aquæ inueniet, quæ linguam eius ardentibus flammis succensam refrigeret: *Det Deus vobis*, inquit Apostolus, *spiritum sapientiæ*, quo huiusmodi futuris prouideatis, reponentes nunc diuitias, vbi eas tunc ad vestri solatium inuenire possitis. Videt eosdem solum externam rerum speciē considerantes, refugientes eleemosynarum largitionem, credentes per eā sibi sua bona deperire, curantes potius summo affectu recondere, & concludere: hæc tantum reputantes sua, quæ conclusa tenent, auersantes pœnitentiæ, & mortificationis opera, tanquam saluti, & vitæ contraria, sequentes voluptates, in quibus longam vitam positam suspicantur. Det vobis Deus, inquit Apostolus, spiritum reuelationis, vt videatis, & agnoscatis quomodo in hac thesaurorum vestrorum reconditione, & conclusione, vestra est constituta paupertas: quod non vobis reponitis, sed ærugini, tineæ, & latronibus, & quod id solum tibi recondis, quod pauperi dederis: *Vt sciatis, quæ sit spes vocationis vestræ*. O si considerare velles spem vocationis tuæ: *Vocauit nos Deus, vocatione sua sancta*, vt ſcripsisime Apostolus admonet. Nunquid vocat te, vt à te aliquid petat, qua de causa (inquit Ambrosius) Reges vocare consuerunt subditos, sicut vocauit rex Achab, Naboth, dicens ei: *Da mihi vineam tuam*. Nunquid, vt te in villam suā mittat pasturum porcos, te fame conficiens, sicut prodigum vocauit tyrannus ille? num, vt aliquod donum corruptibile transitoriumve tibi conferat: *Deus omnis gratia*, inquit Petrus, *qui vocauit nos, in æternam suam gloriam*. Quid est, Deus omnis gratiæ? Deus, qui omnibus bonis abundans, omnia sua bona gratiosè in nos effundere constituit: *Vocauit nos in æternam suam gloriam*. Vt ipsammet suam gloriam obtineas, sis Rex regni ipsius, possideas omnia penitus, quæ ille possidet. Quis vnquam rex aliquem seruum vocauit, vt omnia penitus bona, & omnia regna sua illi traderet? Qui ad talia bona vocatus es, qui talia speras; possibilene est, quod illa contemnens, & paruipendens, te totum conuertas ad amplectenda stercora.

2. ad Timoth. 1. 3. Lib de Nabuth.

3. Reg. 2. 6. Luc. 15.

1. Pet. 5. 10

§. 18. *Christus verius quam Prometheus homines sapientes efficit, docens, quomodo ex bonis suis vtilitatem capiant.*

Thesaurizate autem vobis thesauros in cœlo, vbi nec ærugo, &c. Sapientissimus magister sapientissimè loquitur, doctrinaque tradit, qua omnes homines summa efficiat sapientia præditos. Irridet Sanctus Augustinus, quæ cœca gentilitas sub fabularum suarum inuolucro de Prometheo tradere voluit: de quo narrat homines de luto finxisse, & igne à Ioue de cœlo surrepto, in terram, demisso, illos animasse. Homines ex luto finxisse, ideo dictum credit Lactantius; quia censet illum primum fuisse, qui hominum simulachra ex luto effinxit. Fertum ignis Plinius interpretatur, quod ex ferro, & silice ignem extunderē docuerit, seruareque in ferula. Diodorus constare ait, inuentam à Promotheo materiam, qua ignis fouetur, de quibus Scholiastes Augustini; sed quod ipse B. Augustinus vtramque rem ad vnum eundemque effectum indicandum confictum fuisse iudicat, quia iuxta Theophrasti sententiam, optimus, inquit, sapientiæ doctor Prometheus fuisse perhibetur. Fuit Prometheus filius Iapeti (vt Hesiodus dixit) nō quidem illius filij Noè, qui multis seculis Prometheum præcessit. Fuit namque Promethens, vt Augustinus tradit, tēpore Moysi, cum regnaret Assyrijs quartus decimus Saphyrus, & Sicionijs duodecimus. Orthophobus, & Crialus quintus Argiuis, quo tempore natus fuit Moyses in Ægypto, cum iā Iapetus filius Noè multis antea seculis obijsset. Hic Prometheus frater fuit Atlantis, qui magnus fuisse astrologus dictus est, inquit Augustinus, vnde occasionem fabula inuenit, vt eum cœlum portare confingeret. Deditus autem fuit Prometheus speculationi, & contemplationi, qui propterea cum maior esset natu, fratri vitro regnum Thessaliæ concessit administrandum, ac se cunctum dedit contemplationi inquisitionique rerum in primis cœlestium. ¶ 453.

28. de ciu. cap. 8.

Lib. 7.

Lib. 5.

Viu. in 18. de ciu. c. 8.

stium. Ideo altissimum conscendit Caucasum, vt sereno cælo, quàm longissimè astra, & signorum obitus, & ortus spectaret. Inde cum descendisset, Chaldæos edocuit artem speculandi cœlestia, & quæ ad hominum vitam sustentandam essent vtilia, & quomodo quæ inter manus tenebant, possent ad vitæ suæ profectum conuertere: de quibus Scholiastes Augustini. Hac ergo de causa dicitur, igne de cælo delato homines, quos formauerat animasse, quia sapientiam, & considerationem corporum cœlestium hausit, quam hominibus tradidit, quos quia sapientes fecit, dictus est homines efformasse; nec enim aliquis dicitur esse homo, quousque sapiens sit. Irridet B. Augustinus eos, qui ista commenti sunt, irridet etiam omnem Promethei sapientiam. Quomodo enim doctor fuit sapientiæ, cùm nullus eius temporibus legatur sapiens, qui iudicium aliquod de eius sapientia ferre potuerit? Nam de sapiente, solus sapiens potest iudicare. Quomodo sapientiam tradidit ad vitam seruandam, cum nullus eius institutione in vitam seruatus fuerit? Quomodo docuit in propriæ vitæ vtilitatem omnia conuertere, cum nullatenus illis hominibus, quæ acquisierũt nunc profint ad vitam; Optimus tamen sine dubio sapientiæ doctor Christus, qui non solùm verè ex luto homines effinxit; sed homines luteos, & terrenos, filios Dei Deosque fecit: qui verè de cœlis diuinam sapientiam in terram demisit, quique legitimam tradidit, & sine errore docuit Astrologiam, quæ ad cælos pertinens verè explicans, & palam faciens, & qui modum tradidit, quo quiuis omnia sua in suæ vitæ vtilitatem conuertat, sibique quæ sua sunt reposita in perpetuum conseruare valeat. *Thesaurizate*, inquit, *vobis thesauros in cælo*. Eandem quam cœperat dicendi phrasim retinet: & qui dixerat: *Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra*, consequenter dicit: *Thesaurizate autem vobis thesauros in cælo*. Non à te petit, aut vllam mentionem facit, eius quod est dare, dispergere, communicare alteri, à te aliquid abstrahere: sed id quod dicere cœperat prosequens, hortatur, quod tibimetipsi thesauros recondas, recludas, retineas, & illos omnes in propriæ vitæ tuæ vtilitatem conuertas. *Homo*, inquit B. Chrysologus, *tali monitu Christus te ditare voluit, non nudare: manere tua tibi voluit, non perire, iussit te transferre non perdere, plus consilio patris agit, quã iure dominantis, inter insidias latronum, & tinearum morsus, quare tua recõdas, obiurgat, peruigiles noctes, dies anxios, solicita tempora, ne tibi ipsi facias commoneris. Thesaurizate*, inquit, *vobis*. Grãde mysterium Christus Dominus vult aperire, ponendo, & repetendo pro nomen illud *Vobis*. Si namque rectè consideres, nullus magis contrarius est suomet appetitui, & cupiditati, quã ipsemet auarus, & cupidus, recondens apud se, & intactas seruans diuitias. Quid namque intendit ille? Omnia sibi acquirere, & facere sua, & in sui vtilitatem, & proprietatem trahere. Hac de causa laborat, negotiatur, discurrit, & nunquam satiatur; sed perpetuò illius appetitus, tanquam sanguisuga clamat, vt dixit Sapiens: *Affer, affer*. Nihil autem magis contrarium huic, quam omnia apud se recondere, & intacta penitus seruare: quanto enim magis illa in terra recondita tenes, & intacta conseruas, tanto minus tibi sunt acquisita. Vt namque ex optima beatissimi martyris Seuerini Boetij philosophia, demonstrauit D. Thomas, bonum diuitiarum nõ consistit in retinendo, & conseruando, sed in vsu pecuniæ: siquidem pecunia Deus nõ est, quem ex eo quod Sancti in cælo plene intra seipsos tenent, beati fiunt, cuius sola possessio omne malum excludit. Quantumcunque omnes pecunias intra te cõclusas possideas, nihil tibi præstabunt, nisi eis vtaris, & eas expendas, emendo quæ sunt necessaria. Quanto autem magis pecunias recõdis, plusque in consumptas, intactasque conseruas, tantò minus eis vteris: ideoque tãtò minus earum bonum participas, minusque tibi repositas tenes. Videbis diuitè recondentẽ pecunias, triticum, vinum, cæteraque bona, dicis: Hic homo omnia sibi recondit, & retinet, qui nihil penitus dare vult, & id sibi deesse credit, quod alteri dederit. Ego contrarium dico: Hic homo nihil sibi recõdit, neque

Viues eodẽ lib. 18.

Prou 30. 15.

Serm. 22.

a Li. de cõsol. prof. 5. circa prin.

b 1.2. q. 2. art. 1. & 3. cont. Gene. cap. 3.

¶ 454.

neque reponit; ex eo enim quod intacta vult bona ſeruare, non ſibi, ſed alteri conſeruat, qui eis vtatur, & bonum ex illis capiat. Et expende huius apertiſſimam rationem: ei namque ſunt repoſiti theſauri, qui eis vtitur, & in ſuâ vtilitatem conuertit: homo autem, qui bona ſua ſeruat, & conſeruata, & intacta vult retinere, non eis vtitur; non igitur ſibi illa theſaurizauit.

§. 19. *Non ſibi theſaurizare illum, qui in terra congregat, docuerunt Dauid, & Salomon: ſimilis eſt auibus, ouibus, apibus, & bobus.*

¶ 455. REi iſtius conſideratio in maximâ admirationem rapiebat Sanctum Prophetam Dauidem (vt Beatus Chryſoſtomus *a*, acutè conſiderat) expendẽtem miſerandam hominum vanitatẽ. *Veruntamen*, ait *b*, *vanè conturbatur omnis homo, theſaurizat, & ignorat cui congreganit ea*. Homo ſolus ò Propheta (inquit Chryſoſtomus) conturbatur? nullum animans, aut elementum inueni, quod non commoueatur. Commouentur, inquit, aquæ, ſed iterum ſedantur, mouetur terra, ſed rurſus confirmatur, venti impelluntur, & iterum quieſcunt, omnis fera tumultuatur, & ſatiata deſinit; flãma excitatur, & materia ſubiecta, cum conſumpta eſt extinguitur. Solus homo cum pecuniæ cupiditate inflammatur, nunquam deſinit: cum namque hoc accipit, ad illud cupiditate rapitur: & cùm illud aſſequutus eſt, ad aliud impellitur, neque vnquam congerendi finem facit. Ignis in eius ardet pectore, qui nunquam dicit, ſufficit, & quo plura ſubijciuntur, maioribus flammis ſuccenditur. *Veruntamen vanè conturbatur*. Vanum eſt quod apparentiam habet, & nullam penitus exiſtentiam. Qui nucem vanam tibi dat, aliquid tibi dare videtur, ſi corticem aſpicias; ſi tamen introrſus rem conſideres, nihil penitus niſi fragmenta inutilia tibi tradit. Ita homo videtur ſibi congregare, & appetitui ſuo ſatisfacere, cum omnia recondit, & concludit, quaſi ſibi reſeruans: nihil tamen minus facit: *Theſaurizat* enim, *& ignorat, cui congreganit ea*. Ecce cur vanè conturbatur. Sicut certum eſt, quod theſaurizat, ita certum eſt, quod non ſibi, immo nec ipſe ſcit, cur reponat. Duplicem cupidi infœlicitatem Dauid exprimit: primam, quod non ſibi theſaurizat, quia non hæc ad ſui vſum reponit, nec in ipſius cedent vtilitatem: ſecundam, quod neſcit, cui recondat, fieri enim poteſt, eſtque valde contingens, quod omnia in illius vtilitatem ſint repoſita, & cedant, quem nunquam vidit, imò nec ſaltem ex nomine cognouit. Regia legit: *Et neſcit quis colliget ea*, aut vt Genebrardus: *Quis ſit ea collecturus*. Hæc, eandem iſtam Dauidis ſententiam optimè perpendens Auguſtinus, optimè proſequitur. Quod tamen Dauid breuiter dixerat, copioſius proſecutus fuit filius eius Salomon, rei experientia eruditus. *Auarus*, inquit, *non implebitur pecunia: & qui amat diuitias fructum non capiet ex eis, & hoc ergo vanitas*. Quod Dauid dixerat, huiuſmodi hominem conturbari, & perpetua inquietudine agi, ac perenni labore defatigari, explicat Salomon, reddens huius rationem; *Quia non impletur pecunia*. Sitit, aſtuat, & quanto plura habet plura deſiderat. Non patitur natura vacuum, & ad illud implendum tota conturbatur, aſcẽdit aqua, deſcendit ignis, commouetur terra. Auarus non conſiderans quæ habet, ſed quæ non habet, vacuum ſe reputat: & vt Beatus Hieronymus hæc expendens, annotauit, optimè Flaccus dixit: *Semper auarus eget*: ideoq; totus conturbatur, anxiatur, & ſolicitudinibus agitur, vt ad implendum vacuum illud teſtinet. Octo rationes tradit noſter Hugo Cardinalis, cur non poſſit auarus impleri, ſuo ingenio dignas: illa præcipua eſt, quod hominis appetitus, & capacitas eſt infinita, ideoque per finita bona nõ completur, ſed magis accenditur. Quando ignis extinguendus eſt, debet aqua maior eſſe, aut æqualis activitati ignis: ſi enim minor fuerit, non ſolùm non extinguit; ſed pòtius maioribus flammis ſuccendit, vt videre eſt in conflatorio fabri ferrarij ad quod ſuccendendum nonnullas aquarum

a Homil. in illud Pſal. 38. veruntamen vanè, &c. in fine. Pſalmorum.

b Pſal. 38. 7.

Serm. 5 c. de temp.

Eccl. 5. 9.

In c. 5. Ecc.

¶ 456.

In c. 5. Ecc.

rum guttas immittit. Hominis capacitas, & desiderium infinitum est. Ideoque solummodo potest infinito bono exhauriri, & satiari, ac vt ita dicã, extingui. *Satiabor*, inquit Dauid *cum apparuerit gloria tua*. Hæc terrena bona sunt tanquam guttula aquæ. Totum orbem dixit Sapiens esse *tanquam guttam roris antelucani, & quasi guttam situlæ*. Quid igitur erit breuissima pars illius, quam vnus particularis homo possidere potest? Succendunt igitur, non extinguunt huiusmodi bona flammam in corde diuitis; ideo conturbatur. Quis enim quietus posset manere, si ardentes flammas in pectore gestaret? Ecce ergo cur conturbatur. Sed miser ille, qui non sibi thesaurizat: *Fructum*, enim inquit, *non capiet ex eis*. Fructus, inquit D Gregor. ex diuitijs capitur, cum expenduntur, ille autẽ non audet eas expendere, imò nec tangere, quas tanquã Deum suum habet, vt optimè considerat Chrysost. expendes meritò ab Apostolo dictam auaritiam: *Idolorum seruitutem*. Infert proinde Sapiens: *Hoc ergo vanitas*. Expende illam notã illationis, *Ergo*. Ex præmissis enim statutis rectè hæc conclusio infertur, quod vana est huiusmodi acquisitio, & quod inanis est huiusmodi cõgregatio; & quod exterius videtur quidem ille sibi congregasse, & reposuisse, sed nihil minus fecit. Huiusmodi hominibus id egregiè dicere possumus, quod quatuor illis famigeratissimis versibus latinus Poeta suo prospicies honori cecinit: Sic vos, non vobis, nidificatis aues: Sic vos, non vobis, vellera fertis oues: Sic vos, non vobis, mellificatis apes: Sic vos nó vobis fertis aratra boues. Quis explicare valeat curam, diligẽtiam, solicitudinẽ, & anxietatẽ, qua columbæ verbi gratia defatigantur, hinc inde colligentes paleas, vt nidum conficiant, reponẽtes ouã, quæ cũ grandi dolore pepererunt, fouentes ea, manentes immobiles supra illa, & dimittentes recreationem, quam volando poterant tenere: nutriẽtes deinde pullos, hinc inde quærentes eis cibum, euacuantes sui proprij gutturis vesicam, & sibi detrahentes, quæ in illorum os transfundat. Et tamen, si vos, non vobis. Venit enim alter, qui illas nunquam vidit, & ipsis é columbario discedentibus pullos sibi capit, & rapit. Quis consideret oues, quæ ex ijs quæ toto anno comedunt, grande vellus, lucidumque nutriunt: sed quæ nullam ex illo capiunt vtilitatem: immo sæpè chorda ex illo fit, quo illæ vinciuntur, & in macellum ducuntur: sed venit alter, forcipibus detonsam, ac nudam emittẽs ouem in caulam, sibi vellus acquirit. Omnem insuper admirationem superat apium solicitudo, qua per omnes hortos discurrentes, omnes flores depascere procurant, rorem sugentes, insistẽtes in quoque eorum, vt quicquid roris est, sibi capiant, & ad alueare adferentes, ibi reponunt, quasi ex intimis extrahentes visceribus, & diuersos fauos ordinatissimos componunt: venit is quem apes non vidit, & illis per fumum stercoris boum electis, omnes fauos sibi colligit. Id tandem in bobus aspicimus, quod magno labore terram arantes, euntes, & redeuntes, cum tempus aduenit messis, palea solũmodo illis relicta, alius accipit granũ, & triticum. Vide si ad vnguem hæc auaris contingant. Sunt tanquam aues colligentes paleas bonorum terrestriũ, fouendis augendisque diuitijs insudãt, & quando per mortem discendunt, venit quem non norunt, omnia sibi colligit: tanquam oues grandia vellera diuitiarum procurarunt, sed quibus alius se vestit: tanquam apes omnes nundinas percurrunt, circa omnia negotia pernolant, nec vnquam apis tanto affectu fugere rorem ex flore nititur, quanto isti ex ijs, cum quibus negotiantur diuitias fugere procurant, vnde conficiunt fauos plenos: *Promptuaria eorum plena eructantia ex hoc in illud; oues eorum fœtosa, abundantes in egressibus suis, boues eorum crassæ*, inquit Dauid; scrinia plena pecunijs auri, & argenti, arcæ repletæ vestibus, parietes operti tapetibus, cellaria redundãtia vino, horrea tritico. Sed quãuis in leonis ore fauos huiusmodi componant, credentes secure sibi repositos, & seruatos, veniet Sampson, iterfaciens, & illos sibi apibus fugatis acquiret. Tandem tanquam boues aratrum ferunt, vitam laboriosam agunt, euntes, & redeuntes, sed tamen omnis eorum labor alteri cedet. *Thesaurizat*,

&

Psa. 16. 25.

Sapien. 11. 29.

3. p. *Pastor admonitione* 21.

Ora. 18. *in Epis.* 18. *ad Ephes.*

Ad Gal. 5. 20. *& ad Ephes.* 5. 7.

Virgilius.

Psal. 143. 13.

& ignorat cui congregabit ea, ſicut ignorat columba, cui pullos reponat, ouis cui vellus ferat, apis cui fauos extruat, bos cui terram proſcindat. His igitur Chriſtus Dominus miſertus, vt idipſum quod appetunt plenè conſequantur, ſibi ſcilicet omnia recondere, *Theſaurizate*, inquit, *vobis*, Vobis ò miſeri veſtros recondite theſauros, vobiſmetipſis retinete. Videturque alludere ad illud Spiritus ſancti conſilium voce ſapientis expreſſum: Fili, ſi habes, benefac tecum.

Eccl. 14. 15.

§. 20. *Non ſibi theſaurizat auarus, cui in pœnam datur, non frui bonis ſuis, ſed qui dignas Deo offert oblationes, iuxta Sapientem, & Tobiam.*

[¶ 457.] VT quæ diximus, plenius intelligas, expende illo in loco, quem paulo ante expoſuimus, multa egregia, ſcituque digna, Spiritum ſanctum contra auaros Sapientis ore pertractare: incipitque de eis agens dicere: *Viro cupido, & tenaci, ſine ratione eſt ſubſtantia: & homini liuido ad quid aurum?* Quem primò vocat *cupidum*: deinde vocat *liuidum*, vt doctus annotauit Ianſenius. Quamuis enim liuidus communiter ſignificet inuidum, exiſtimo in ſcriptura (quæ rarò hoc nomine vtitur) ſemper auarum ſignificare. Liuidus propriè dicitur is, qui ex ictu fuſtis aut rei duræ, plumbeum colorē, aut ſubnigrū (quem Hiſpanè *Cardeno* dicimus) in parte læſa contraxit, ſanguine ad cutem defluēte, nullatenus tamen exeunte. Vnde quamuis ratione coloris, liuidus inuidum ſignificet: liuidum namque colorem exterius in facie refert, qui inuidia in corde atteritur: ratione tamē ſanguinis intra cutem retenti, auarum verius propriuſque exprimit: quem quantumcunque percutias virga linguæ orando, petendo, ſupplicando: quantumcunque clamoribus, & gemitibus efficias, ſemper diuitias (quas tanquam ſanguinem reputat) intra ſaccum quaſi ſub cute ſua retentas ſeruat. Et ita credo, eundem Sapientem, alio etiam in loco, liuidi nomine intellexiſſe auarum, iro-

Eccl. 14. 3.

Inc. 14. *Ec.*

nicè tradens, à quibus conſilium accipere debeas. *Tracta*, inquit, *cum viro liuido de gratijs agendis, cum impio de pietate, cum inhoneſto de honeſtate*. Ideſt, tractà cum auaro de agendis, & conferendis grandibus muneribus, quas vocat *gratias*, &c. Hoc igitur primò ſuponit: quod *viro cupido, & tenaci ſine ratione eſt ſubſtantia: & homini auaro ad quid auarum?* Et rectè quidem. Bona namque hæc, in tantum ſunt bona, in quantum eis vtimur; non enim in ſemetipſis habent bonitatem, ſed in vſu quem nobis præſtant. Fruſtra igitur, & ſine cauſa cupidus tenax, qui nullatenus expendere obulum audet, grandem poſſidet pecuniarum copiam. Ad quid ei aurum? num vt illud adoret tanquam Deum? an vt tanquam panem comedat, ad cui ſuſtentationem? num vt eo operiatur vrgente gelu? ſi eo non vtitur, ad quid ei aurum? Probat autem illum ſine oratione, & cauſa aurum habere: quia non ſibi, ſed alijs, quos ignorat, ſeruat, quibus inſeruit. Ideo ſtatim ſubdit: *Qui aceruat ex animo ſuo iniuſtè, alijs congregat, & in bonis illius alius luxuriabitur*. Clarius Regia ex Græco: *Qui congregat ex anima ſua, congregat alijs: & in bonis eius luxuriabuntur alij*. Ex anima ſua congregat, aut coaceruat is, qui toto pectore, & animo congregandis diuitijs incumbit, quem propterea antea cupidum, & tenacem vocauit. Luxuriari autem, non ſolū ſignificat vſum veneris, ſed omnē voluptatem, & affluentiam. Ad quid illi ſubſtantia? Ad quid illi aurum? non enim ſibi congregat, ſed alijs, & ex eius diuitijs alij luxuriabuntur, ideſt, comedēt, bibent, epulabuntur, ornabuntur, &c. Id quod experientia ipſa, clarius quacumque ſcriptura, & locutione, demōſtrat. Huiuſmodi homines arguit meritò, & reprehēdit Spiritus ſanctus, probans *iniuſtè coaceruare*, quoniam nullius bonum intendunt, nec propter bonum operantur, ſubdens: *Qui ſibi nequā eſt, cui alij bonus erit? & non iucundabitur in bonis ſuis*. Vide quam egregia apertaque ratione demōſtret, hos nullius bonum ſua theſaurizatione, & coaceruatione intendere, quia ſibimetipſis ſunt nequam, & mali. Primum hominis deſiderium eſt circa proprium bonum;

Eccl. 37. 12. 13.

Eccl. 14. 4.

Eccl. 14. 5.

& nihil prius aliquis desiderat, quam quod sibi est conueniens: sicut primus naturæ appetitus est conseruatio sui ipsius. Vnde illam sæpè repetit Aristoteles propositionem: Amicabilia quæ sunt ad alterum, oriri ex amicabilibus quæ sunt ad se. Qui ergo sibi bonum nõ desiderat, nec procurat, non intendit bonũ alterius. Cũ cupidus tenax congregat, non suum bonũ desiderat, nec intendit; qui non congregat, vt in suam utilitatem diuitias conuertat: multo igitur minus desiderabit aliorum bonum. Irridet Beatus Augustinus propter causas infra exponẽdas, omnes diuitum rationes, quas suæ cupiditati prætexunt, quibus suam tenacitatem palliant, dicentes: se intendere bonum filiorum, aut operum pietatis, aut religionis, intendunt enim post mortem Xenodochia erigere, Ecclesias ditare: ideoque nolunt diuitias expendere. Sed optimè hos irridet Spiritus sanctus dicens: *Qui sibi ne quum est, cui alij bonus erit?* Non potes desiderare magis bonum alteri, quam tibi: sed non intendis tibi bonum, diuitias recondens, & retinens intactas; imo teipsum priuas bono, quod eis vtens, habere posses: non igitur intendis bonum aliorum. Ideo subdit: *Non iucundabitur in bonis suis*, ideſt, nunquam exillis gaudium reportabit. *Iamas ellos gozara*. Non enim ex eis gaudium reportat, quãdo habet illa, quoniam intacta seruat, neq; quando alijs dimittit, minus enim tunc de eis gaudebit, quã quando possidebat. Addit propterea Spiritus sanctus formidabilem sententiam. *Qui sibi inuidet nihil illo nequius: & hæc redditio est malitiæ illius*. In græco eadem phrasis seruatur, *Qui sibi est liuidus*, id est, qui erga se est tenax, & auarus, nihil illo nequius. Dixerat Spiritus sanctus absolutè, *Auaro nihil est sceleſtius*, aut vt in græco, *nihil est iniquius*. Nunc autem de quo auaro id intelligendum sit, explicat, de illo videlicet, qui erga semetipsum est auarus, qui sibimetipsi non benefacit, ex ijs quæ congregauit: nihil eo nequius, quia nullum bonum intendit. Si namque non suum, multo minus aliorũ. *Et hæc*, inquit, *est redditio malitiæ ipsius*, id est, ipsemet sibi iustam suæ auaritiæ infert pœnam, vt habens bona, nullo mõdo eis perfruatur. Hæc auari iustissima pœna est, & grandis quidem. Pro supremo incredulitatis supplicio dixit Eliseus cuidam duci: *Videbis oculis tuis, & non inde comedes*, & Deus per Michæam Prophetam; *Tu seminabis, & non metes; tu calcabis oliuam, & non ungeris oleo: & mustum, & non bibes vinum*. Imò, & Deus suæ legis transgressoribus similiter pro grandi supplicio id fuerat communicatus; *Vineã plantabis, & fodies, & vinum non bibes, nec colliges ex ea quidpiam; Oliuas habebis in omnibus terminis tuis, & non ungeris oleo*. Vnum ex Dei donis homini diuiti collatum, indicat sapiens concionator Salomon, esse diuitijs suis illum frui honorificè, & delitiosè, quãtum rectæ rationis regula disponit, & ordinat. Ita intelligo illud, quod dixit ipse: *Nonne melius est comedere & laboribus suis, & offendere animæ suæ bonum? Et de hoc manu Dei est*. Quidnam existimant hæc dicta in persona impiorum, voluptatibus se tradentium; sed relegatur Chaldæus, & id quod postea similiter repetit ex propria agês sententia: *Omni: homo, qui comedit, & bibit, & videt bonum de labore suo*, ideſt, de diuitijs labore suo partis: *Hoc donum Dei est*. Et rursus inferius: *Hoc itaque visum est mihi bonum, vt comedat quis, & bibat, & fruatur lætitia ex labore suo, &c. & omni homini cui Deus dedit diuitias atque substantiam, potestatemque eis tribuit, vt comedat ex eis, & fruatur parte sua, & lætetur de labore suo, hoc est donum Dei*. Expende illud, *Potestatem ei tribuit, vt comedat ex eis*, id est, verum dominium ei concessit. Hoc Dei donum cessum est diuiti, vt in republica sua viuens, se iuxta conditionis suæ qualitatem tractet, & expẽsas honestas faciat, comedat, aut mensam teneat statui suo decẽtem, suppellectilem qualitati suæ congruentẽ. Hoc enim ipso ostenditur verus dominus diuitiarum, qui illas ad omnem quẽ vult vsum licitum conuertit. Auarus autem hanc potestatem non videtur sortitus, ideoq; nec dominus diuitiarum iudicatur. Est enim dominiũ potestas vtendi re in omnem vsum licitum. Verè namq; illum arctat auaritia, & ita com-

Li. de decẽ chordis.

Deut. 28. 39. 40.

Eccl. 2. 24.

Eccl. 3. 13.

Eccl. 5. 17.

438. *Eccl.* 14. 6.

Eccl. 10. 9.

pres-

preſſum tenet, vt quamuis appetat comedere, non valeat ad facultates ſuas manus extendere. Vnde cum de alienis comedit, deuorat omnia; cum ex ſuis ſuſtẽtatur, non audet tangere aliquid. Auarum ergo Deus hoc ipſo punit dignas ſuæ auaritiæ pœnas tribuens, quod non dimittit eum bonis ſuis fruiſ ſed quod omnia intacta procuret reſeruare, non ſibi ſed alijs; ſitque bonorum ſuorum, non tam poſſeſſor, quam cuſtos, alijs cuſtodiens, & ſeruans intacta, & ſine diminutione. Maius tamen malum, & grauiorem auari pœnam voluit Sapiens prædictis verbis exprimere: *Et hæc*, inquit, *eſt redditio malitiæ illius*, ideſt, hoc permiſſum eſt à Deo, peculiari ſuæ prouidentiæ, & iuſtitiæ diſpoſitione, ad puniendam malitiam illius. Grandis eſt malitia auari: eſt enim crudelis, immitis, durus, Dei obliuioſus, iniuſtus, &c. Hoc autem remediũ ſuis iniquitatibus Deus conſtituit (inquiunt ſancti Patres Cyprianus *a*, Chryſoſtomus *b*, Hieronymus *c*, Ambroſius *d*, & Auguſtinus *e*) vt ſuis diuitijs ſua peccata redimat, ſibique benefaciat: vnde huiuſmodi hominibus, dixit Dominus, *ſ. Date eleemoſinam, & ecce omnia munda ſunt vobis*. Qui ergo ſibi non benefacit, intelligendus eſt iam æternæ damnationi adiudicatus, & quod Deus vult illius malitiam punire. Quando vides auarum non expendentem in veſtitu, conuiuijs, filiorum ornatu, ædificiorum extructione, ne illum omninò condemnes, aut damnatum credas, ſi ſibi benefacit, ſicut Zachæus, largas eleemoſynas faciens: & ne de illo deſperes, ſicut non deſperauit Daniel de Nabuchodonoſor, ſi eius conſilium ſequeretur: *Peccata tua eleemoſynis redime*. Certum eſt enim, quod *eleemoſyna* (ſi vt decet fiat) *à morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras*. Quando autem videris auarum, qui erga ſemetipſum eſt auarus: nihil in ſuæ animæ commodum expendens, omnia recondens, crede Deum decreuiſſe peccata eius punire, & malitiæ ſuæ debitam reddere pœnam. Quid igitur agendũ? Paulò inferius (vt omittamus nonnulla, quæ adhoc idem inſtitutum ſubdit Spiritus ſanctus) id exprimit dicens: *Fili ſi habes, benefac tecum, Deo dignas oblationes offer.* In Græco, *Fili, quomodocunque habueris, benefac tibi*. Prima cura ſit, tibi metipſi ex tuis bonis benefacere. Quod ſi quæras, Quomodo benefaciam mihi? id explicat ſubdens: *Deo dignas oblationes offer*. Oblationum nomine (quantũ credo) eleemoſynas intelligit, quas hoſtias Deum placantes vocauit Apoſtolus, dicens: *Beneficentiæ, & communionis nolite obliuiſci, talibus enim hoſtijs promeretur Deus*. Et has vocat *oblationes dignas Deo*: quibus verbis grande myſterium indicat. Deo equidem in ſeipſo, & in ſuæ gloriæ maieſtate, nihil dignũ poteſt homo offerre. *Quid dignum offerã Deo?* inquirebat S. Prophetа, totius populi nomine. Certè omnia quæ ſunt in terra, imò, & ipſi cœli, & cœli cœlorum, & omnis creatura viſibilis, & inuiſibilis, tanquam nihil, & inane reputatur in conſpectu eius: *Quoniam tanquam momentum ſtateræ, ſic eſt ante te orbis terrarum, & tanquã gutta roris antelucani, quæ deſcendit in terram*, inquit Sapiens, & Iſaias *eccegẽtes quaſi ſtilla ſitulæ, & quaſi momentũ ſtateræ, reputatæ ſunt, &c.* Gentium nomine Ambroſius *a*, & Hieronymus *b*, intelligunt omnes cœleſtes, & ſpirituales creaturas, nempe angelos, archangelos, principatus, poteſtates, dominationes, thronos, cherubinos, ſeraphinos, millia millium eorum, & decies centena millia eorundem. Quæ omnia elegantiſſimè Chryſoſtomus proſequitur peculiaribus tractatibus de incomprehenſibili Dei natura, locum iſtum Iſaiæ expendens. Et verè quamuis Dauid Rex eſſet ſupremus, de ſe dicit. *Subſtantiam meã tanquam nihilium ante te*. Et ne ei diceres: Si tu es tanquam nihilum, alij dabuntur, qui poſſint aliqualiter ante Deum æſtimari, ſubdit: *Veruntamen vniuerſa vanitas omnis homo viuens*. Deus tamen, cui in ſua maieſtate nihil dignum poteramus offerre, ſe nobis attemperauit, & vt Chryſoſtomus loquitur, condeſcenſum fecit: & vt egregiè proſequitur Auguſtinus, rem iſtam explicãs, cum ipſe nullatenus bonorum noſtrorũ egeat, vt tamen aliquid dignũ erga eum poſſemus facere, eſurire dignatus eſt

¶ 459.
a *Li. de op. & eleemoſ.*
b *Ho. 7. de pœn. & 67 ad pop.*
c *in Pſ. 133 poſt med.*
d *Li. de Elia cap. 20. & ſer. 30. & 31.*
e *Lib. 50. hom. hom. 49. ad fin.*
f *Luc. 11. 41.*

Dã. 4. 24.

Tob. 12. 9.

Eccl. 14. 11.

Ad Hebr. 13. 16.

Mich. 6. 6.

Sap. 11. 23

Eſa. 40. 15

a *In Pſal. 1.*
b *In c. 40. Eſaiæ.*

Hom. 2. de in cõpreh. Dei nat.

Pſal. 38. 6.

Hom. 2. ci.

Ser. 70 de tẽp ad fin.

est in pauperibus suis: se enim fecit pauperem in paupere, famelicum in famelico, nudũ in nudo, infirmũ in infirmo, vt quia illi in se ipso nullam dignam poteras oblationem offerre posses in illo, quem vides pauperẽ, famelicum, & nudum. Si enim Deus se tibi præsentem exhibet, indigens frusto panis: condigna ipsi pro eo statu erit oblatio, si frustum panis offeras. Si se tibi offert nudus, condigna erit oblatio, si vestimentũ; quo caret impertias, &c. Et verè hoc credo esse, quod Dauid dicere voluit: *Dixit Domino Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.* Psal 15 2. q 460.

Desiderabat Dauid aliquam Deo dignam oblationem offerre, & rem attentè cõsiderans, nullam vidit, quæ talis esse posset, quoniam Deus plenus est, nullaque ratione alicuius indiget. Quid igitur facies ò Dauid? quomodo Deo aliquid offeres dignum? subdit: *Sanctis, qui in terra sunt eius, mirificauit voluntates meas inter illos.* Sanctos, qui sunt in terra eius, vocat pauperes, qui sunt in mundo: *Domini enim est terra, & plenitudo eius:* quos vocat *Sanctos* quia quamuis multi eorum sint grandes peccatores: sed Deum repræsentant, & referunt, & in Dei persona, & nomine se nobis exhibent. In his, inquit, mirificauit voluntates meas, fecit eas mirificas, & sublimes: nam per id, hoc mihi præstitit, vt sibi digna possem offerre munera. Ecce quomodo poteris tibimetipsi benefacere, dãdo eleemosynas. Et vide phrasim, qua vtitur: *Deo dignas oblationes offer.* Non dicit: Da pauperibus bona tua, distribue bona tua inter egenos: loquitur enim cum auaro, qui si verbũ dandi, aut distribuendi audiret, terreretur statim: idcirco ab illo abstinet, & dicit, *Offer Deo*, vt hoc ipso intelligas Deum nullius rei egere: ideoque quæ illi obtuleris, non esse ab illo deuorãda, & tibi perdenda: sed potius tibi conseruanda ab illo, qui omnia quæ in eius manus reposueris, tibi recondita seruabit, reddetque multiplicata, meliorata, & omnibus modis tibi profi- Psal. 23. 1.

cua, de quo Sponsa dixit: *Manus eius tornatiles aureæ, plenæ hyacinthis.* Cãt. 4. 14. His concinit excellentissima Beati Chrysostomi doctrina, qui supponit *a*, Christianorum opera bona dici posse ipsorum sacrificia, signanter eleemosynã; supponit itidem *b*, vnumquemque Christianum, qui perfecta fide pollet, cum videt pauperem debere imaginari se altare quoddam Dei videre, in quo gratum ipsi sacrificium offerre possit; eleemosyna enim pauperi collata sacrificium quoddam est, omni humanitatis genere præstãtius, per quod non tam pauperi, quam Deo, quod impenditur, datur; benè propterea Dauid *c*, admonuit, cum vides pauperem, debere te *intelligere super pauperem*: benè etiam Sapiens hortatur, vt Deo dignas offeras oblationes. Obserua autem illud, quod tandem subiunctum est; *Quomodocunque habueris, benefac tibi.* Vult enim dicere, vt iuxta ea, quæ habueris, tibi benefacias, eleemosynas dando. Dictum est ex sanctis patribus Augustino *a*, & Chrysostomo *b*, nullum sine misericordia erga proximum, posse saluum fieri, quia *c*, *iudicium sine misericordia fiet ei, qui non fecerit misericordiam.* Illam tamen vnusquisque facere debet iuxta ea, quæ à Deo acceperit, vt supra dictum est. Quod, & eleganter sanctus Tobias docuit, quando credens se morti proximum, filium suum paternis consilijs instruendum assumens, in capite omnium commisit, vt rectè erga Deum se gereret; hæc enim prima cuiusque cura esse debet; *Omnibus*, inquit, *diebus vitæ, tuæ in mente habeto Deum, & caue ne aliquando peccato consentias, & prætermittas præcepta Domini Dei nostri.* Tob. 4. 6. Verba sine dubio omni expensione maiora. Sed quoniam inter omnia, quæ homo agere potest Deo grata, eleemosyna ex charitate primum locum tenet, subdidit statim; *Ex substantia tua eleemosynam fac, & noli auertere faciem tuam ab vllo paupere: ita enim fiet vt nec à te auertatur facies Domini.* Est Deus in paupere, & se tibi pauperem offert, & exhibet; si faciẽ à paupere auertis, à Deo ipso faciẽ te auertere intellige, ideoque sicut Deus auertet faciẽ ab auertente faciẽ suã à paupere, ac si à se auertisset, ita faciem suam conuertet in eum, qui faciem in pauperem conuertit, ac si in seipsũ cõuertisset. Quod si quæras quidnam

a in Epist. ad Hebr. *b* Hom. 20. in 2. ad Corin. ad fin. *c* Pf. .

a In Psal. 125 & ser. 23. de ver. Do. *b* Hom. 6. in 2. ad Cor. & li. 1. cont. vitup. vit. monast. *c* Iac. 2. 6.

nam pauperi dare debeo? reſpondet, ſubdens: *quomodo potueris, ita eſt miſericors: ſi multum tibi fuerit abundanter tribue: ſi exiguum tibi fuerit, etiam libenter impertiri ſtude.* Grandem Philoſophiam, imò ſupremam Theologiam omnia hæc verba coutinent: Eleemoſynam facere debes quomodo potueris, & iuxta menſuram eorum, quæ habueris: quod ſi exiguum tibi fuerit, *libenter*, inquit, *impertiri ſtude*, ſuppleat voluntas, quod facultati deeſt: hæc enim facit, vt paruum donum, æquet maxima, & ſuprema: vt in vidua mittente æra minuta oſtendimus. *Præmium enim bonum tibi theſaurizas in die neceſſitatis.* Poterat filius timere, quod ſi largus eſſet, in pauperes bona profundendo, diſpendium eorum pateretur: idcirco ſubdit, *Tibi theſaurizas*, non à te proijcis, quod pauperi das, nec tibi perijt: imò hoc ſolùm tibi reponis, & theſaurizas, tibi reddendum in tempore neceſſitatis: & quando omnia alia in terra relinques hæredibus tuis poſſidenda, hæc ſolummodo tibi reſeruata inuenies. Hæc igitur prima cura, benefac tibi, tibimetipſi de tuis bonis prouide. Hocque eſt, quod Chriſtus Dominus dicit, & hortatur: Theſaurizate vobis.

§. 21. *Vt tibi theſaurizes, hortatur Chriſtus, obſeruantia ſabbathi, & ratio Iacob ſuadet, exercitiũque Ruth explicat, quo vſus fuit Salomon.*

¶ 461. *Serm. 1. in Cant. ante med.*

Theſaurizate vobis. Inducit Beatus Bernardus celebrem ſanctarum ſcripturarum ſententiam: *Maledictus homo, qui partem ſuam deteriorem facit.* Neſcio vbinam prout iacet, hæc ſententia habeatur: forſitan ille ſanctiſſimus Pater, qui ex ſingulariſſimo Dei dono Apoſtolis digno, quadam die vidit coram ſe totam ſacram Scripturam poſitam, & expoſitam, vt in eius vita refertur, more ſuo ex diuerſis ſacræ Scripturę verbis illam concinnauit. Verè autem meritò maledictione dignus eſt, qui partem ſuam facit deteriorem. Nullus enim debet aliorum rum ſalutem ſuæ præferre, quam cæteris alijs anteponere tenetur, Sanctus Auguſtinus ſæpè demonſtrauit, & Chriſtus Dominus docuit animam noſtram cunctis præponendam. *Quid*, inquit, *proficit homini ſi lucretur vniuerſum mundum, &c. Aut quam dabit homo commutationem pro anima ſua?* Idcirco prima, & præcipua cura, circa quam ſollicitus eſſe debes, eſt, tibimetipſi ita prouidere vt bona tua primum omnium in tui ſalutem conuertantur. Quam irridendus ille eſſet, qui grandi ciborum copia circundatus, totus in eo eſſet poſitus, vt cæteros omnes ſuſtentaret, & ipſe fame conficeretur, non attendens vel minimam buccellam ex ijs, quæ manibus tenet, ori proprio applicare? Optimè Sanctus Auguſtinus diſputat cum Adimanto hæretico Manichæi diſcipulo. Credebant Manichæi, hocque errorum ſuorum caput conſtituebant, Deum veteris teſtamenti fuiſſe malum, creatorem rerum viſibilium, contrariumque Deo bono noui teſtamenti, auctori rerum inuiſibilium. Id Adimantus confirmabat, quia quæ ille (inquit) ſtatuit, iſte diſſoluit. De illo ſiquidem dictum eſt, quod *requieuit ab omnibus operibus ſuis, & quod diem ſabbathi benedixit, conſtituit, conſecrauit, & ſanctificauit*, ſeruandamque maximo rigore decreuit: iſte autem dicit, ſe non ceſſaſſe ab operibus ſuis. *Pater*, inquit, *meus vſque modo operatur, & ego etiam operor*: qui ſabbathi obſeruantiam euacuauit, & Chriſtianis obſeruandum noluit §. Auguſtinus euidentiſſimis rationibus huiuſmodi dogmata confutat, ſtultaque demonſtrat, oſtendens eundem eſſe Deum veteris, & noui teſtamenti, nec vllo modo ſibi cõtraria ſtatuiſſe. Quod enim dicitur illum requieuiſſe, non ſimpliciter dictum fuit, ſed cum addito, *ab omni opere quod patrarat*. Ceſſauit enim à creando, nec vlterius nouas res creare fuit aggreſſus: ſed non ceſſauit à gubernando, conſeruando, & adminiſtrando, quæ creauerat; ipſe ſiquidem mundum gubernat, de quo propterea dicitur, quod perpetuò operatur. Qui autem primò ſabbathum diem feſtum conſtituit, ſeruabaturque carnaliter; poſtea ſtatuit, vt ſeruaretur ſpiritualiter, quomodo ſeruandum

21. de Ciu. c. 27. & in Enchirid. Mar. 8. 36. Luc. 9. 25.

Lib. contr. Adimant. Manı. c. 2. & Ep. 119. ad Ianuar. cap. 12. Gen. 22. 3. Exod. 20. 8. Ioan. 6. 17.

ipsemet instituit in nouo testamento, ad requiem omnes vocans, & dicens: *Venite ad me omnes, qui laboratis, & inuenietis requiē animabus vestris.* Quid enim Deus intendit, postquam sex diebus operatus fuit cuncta, quæ in mundo sunt, requiescens, & sabbathum ad requiem constituens, nisi docere hominem, ita operibus mundi, & seculi intendendum, & vacandum, vt propriæ quietis non esset immemor? Imò voluit, vt hæc singulariter sibi homines quærerent, quibus dixit; *Venite ad me, & inuenietis requiem.* Necessarium est, hominem ad varia opera se conuertere, varijsque attendere rebus vxori, filijs, facultatibus, domus administrationi, &c. sed non id prætermittat, quod sibi magis est proprium, accedere scilicet ad Christum, suam propriam quietem intendens, & quærens: quo nomine omnia, quæ ad salutem propriam pertinent, debemus intelligere. ¶ 462. Idcirco tam grandi, solicitaque cura tunc sabbathi obseruantiam commendauit, & illam instituens, præposuit verbum illud, quod nulli alteri præcepto præmisit: *Memento, vt diem sabbathi sanctifices*: quo quamuis tunc carnali populo carnalem, & temporalem sabbathi obseruationem mandauerit, populo tamen spirituali eandem spiritualiter commendauit: Memento, vt animæ tuę requiem quæras, & tenere procures. Beneque addidit verbum illud *Memento*, qui cognouit nostram erga nosipsos obliuionem, qui attendentes ijs, quæ alijs expediunt, & quæ extra nosipsos sunt, nostri obliuiscimur. Tu, qui solicita anxietate perpetuò curas filijs tuis thesaurizare, memento tui, Tu, qui semper intendis lucro augendo, memento lucri animæ tuæ. Tu, qui voluptates, & honores procurare insistis, memento honoris animæ tuæ. Et propterea credo, Deum tam acri supplicio puniri iussisse illum miserum hominem, quem Israelitæ *inuenerunt colligentem ligna in die sabbathi: obtulerunt eum Moysi, & Aaron, & vniuersæ multitudini: qui recluserunt eum in carcerem, nescientes, quid super eo facere deberent.* Res enim leuis eis videbatur quā commiserat, quamuis ex eo quod contra Deum statutum erat, non contemnendam duceret. *Dixitq; Dominus ad Moysen: Moriatur homo iste, obruat eum lapidibus omnis turba extra castra.* Dura, acerbaq; pœna eum voluit interfici, & *ab omni turba*, vt nullus deesset spectaculo, quo omnes viderent, quā diligēter sabbathum esset seruandum: illis quidem temporaliter, & carnaliter: nobis autem spiritualiter: vt scilicet intelligamus, hāc præcipuam curam cuique esse debere, vt attendens cæteris, suæ quietis, & salutis non sit immemor, & negligens. Nec enim ita decebat, sex diebus intendere rebus externis, vt peculiaris dies propriæ quieti, & saluti nō esset destinata. Omnis obseruatione digna sunt verba illa Principis Apostolorū, alloquentis Christianum, quem videt maiorem vitæ partem rebus seculi insumpsisse, quem hortatur, *Vt iam*, inquit, *non desiderijs hominum, sed voluntati Dei quod reliquum est in carne viuat temporis.* 1. Pet. 4. 2. 3. Huiusq; rationem reddit egregiam. *Sufficit enim præteritum tēpus ad voluntatē gētium consummandā, ijs qui ambulauerint in luxurijs desiderijs, vinolentijs, comessationibus, potationibus, & illicitis idolorum cultibus.* Considerat S. Apostolus homines, adolescentiā, iuuē utem, ætatemq; virilem, rebus seculi tradidisse, & quod ex viginti quatuor horis diei, viginti imò & viginti tres, tradidisti obsequio, curæ, & sollicitudini carnis, mundi, imò, & diaboli. Qui iam attendisti seculo, diuitijs, negotijs, & cunctis secularibus curis, *quod reliquum est temporis, voluntati Dei viue*: id enim res ipsa expoſcit. Vnicuiq; sanè rei ea cura est impendenda, quā res ipsa postulat, & promeretur: nec enim tantam curam impendis iumento, aut seruo, sicuti filio. Rebus seculi integram animæ solicitudinem tribuisti, & plenum effudisti erga eas spiritum, & longum tempus eis impendisti; quam ergo debes solicitudinē erga rem tibi supremam, animæ scilicet tuæ salutem? quam curam? quod tempus imphndere? *Sufficiat igitur præteritum tempus* accommodasse, & dedisse mundo: carni ambulando in desiderijs sensualibus luxurijs, violentijs: auaritiæ, procurando per fas nefasq; diuitias: ambitioni, immode-

Exod. 20. 8. Nu. 15. 32.

moderato affectu quærendo honores, immo & diabolo, ipsius voluntatem agendo; vestri ipsorum iam curam susci-
¶ 463. pere, & vobismetipsis attendite. Alludere visus fuit diuinus Apostolus, ad illam prudentissimam rationem Sancti Iacob, quem excellenti Philosophia præditum Sanctus annotauit Ambro-
Lib. de Iac. sius. Ingressus fuerat ille domum Laban auunculi sui, qui omnes suas curas multis annis eò conuertit, vt quæ ipsi Laban expedichant perficeret. Curauit enim eius greges seruare, augere, multiplicare, vt dines valde Laban effectus fuerit. Ad quem tandem
Genes. 30. 29. 30. ita locutus est: *Tu nosti, quomodo seruierim tibi, & quanta in manibus meis fuerit possessio tua: modicum habuisti antequam venirem ad te, & nunc dines effectus es: iustum est igitur, vt aliquando prouideam domui meæ.* Efficacissima sanè ratio, quam nec barbarus ille Laban potuit inficiari. Longum tempus insumpsi in his, quæ bonum domus tuæ concernebant, & ad te spectabant, *iustum est igitur*. Singula verba expende. Ponit notam illationis *igitur*, quia ex illo antecedenti, hoc consequens euidentissimè sequitur. Et non dixit, decens est, aut congruum, aut honestum, sed *iustum est*. Ex debito siquidem iustitiæ, magis mihi teneor, & domui meæ, quam tuæ. Qui igitur vt debito meo satisfacerem, grandem curam, & longum tempus procurandis domus tuæ bonis insumpsi, iustius obligatus censebor, vt aliquod saltem tempus, domus meæ bonis procurandis impendam: *Vt aliquando*, inquit, iniustum est enim, omnia alijs dare, & nihil sibimetipsi reseruare. Similiter te discurrere voluit Petrus. Etsi qualibet die hanc rationem attenderes, vtilius tibi esset consultum. In mundo positus, attendisti quæ ad illum spectant; curam habuisti honoris, famæ, diuitiarum, & facultatum: iustum est igitur, vt tibimetipsi prouideas. Surrexisti mane, curam habuisti filiorum, vxoris, domus, seruorum, negotiorum, comessionis, &c. nonne iustum erit, vt aliquando tandem aliquid temporis, & curæ, in tuæ ipsius salutis beneficium
Serm. 12. impendas? Optimè Sanctus Petrus Chrysologus, Viuamus, inquit, Deo paululum, qui seculo viximus totum: dedimus corpori annum, demus animæ paucos dies: tempus est, vt aliquando tibi domuique tuæ prouideas. Quibus concinit illa Sancti Apostoli exhortatio: *Rogamus vos fratres, vt abundetis magis, & vt vestrum negotium agatis.* *Ad Thes. 4. 11.* Mirum est quod cum tot tam varijsque negotijs implicatus sis, nihil minus cures, quam negotium tuum agere. Neque enim negotium est, thesaurizare filijs, ædificare domos, congregare pecunias; sed ea, quæ saluti animæ tuæ congruunt pertractare, & procurare. Ad hoc institutum poteris annotare, quæ ad aliud supra annotabamus de Beata illa Ruth: quæ tota die spicas legens, nocte adueniente excutiebat eas, attendens quidnam grani sibi ex suo relinqueretur labore. Tota namque die quasi spicis colligendis attendis, manus mentis, & sollicitudinis extendens ad varia negotia, tanquam ad diuersas spicas, honoris, salutis, voluptatis, diuitiarum, collocationis filij, matrimonij filiæ: vide quid tibi ex his omnibus remaneat: quidnam ad tuam salutem, & animæ profectum fueris lucratus. Ita egit sapiens Salomon, & quando concionatoris diuini assumpsit officium, suis auditoribus expressit, vt ex eo quod ille experimento didicerat, addiscerent similiter spicas, quas collegerat vnusquisque, excutere. Exponit in primis copiosè, se per omnia operum genera laboriosissimè versatum, intendisseque omnibus rebus seculi magna cum curiositate: ædificauit domos, plantauit vineas, fecit hortos, & pomaria, & conseuit ea cuncti generis arboribus, exeruxit piscinas aquarum, possedit seruos, ancillas, grandemque familiam, coacernauit argentum, & aurum, & substantias Regum, & prouinciarum, &c. Grandia sine dubio videntur opera hæc, regia, & sublimia, ab eo profecta, cui non deerat facultas, qui Rex erat, omnibus regibus ditior: nec voluntas, qui ad huiusmodi opera, eam planè voluit applicare. Sed quid tandem factum est? Tanquam altera Ruth ad excutiendas spicas se conuertit, vt videret quidnam grani sibi remaneret, *Cumque*, inquit, *me*

Eccl. 2. 11. *conuertissem ad vniuersa opera, quæ fecerant manus meæ, & ad labores, in quibus frustra sudaueram, vidi in omnibus*
¶ 464. *vanitatem, & afflictionem animi.* Tota hominis perditio pendet, & prouenit, ex eo, quod homo non aliquando se cõuertit, vt videat opera manuũ suarum. Hoc enim est, quòd illis Deus vitio de-
Ierem. 8. 6. dit per Prophetam, dicens, nullum esse qui dicat, *Quid feci?* Multa Salomon fecerat, & ad ea omnia contuenda se
Eccl. 2. Ecc. conuertit. Habuit se, inquit S. Gregorius Thaumaturgus, sicut homo, qui ex profundo somno expergefit, aut qui post profundas tenebras oculos aperit luce perfusos; quæsiuit, quidnam sibi ex omnibus illis relinqueretur? quemnam profectum reportarit. Considerauit, an in aliqua illarum spicarum, quas solicitè collegerat, quæ pingues videbantur, & plenæ, aliquod granum sibi remaneret; an potius omnia essent paleæ. Et quidnam tandem inuenit? *Et vidi*, inquit, *in omnibus vanitatem, & afflictionem spiritus.* Singula verba expende. *Vidi*, non suspicatus, aut opinatus sum, sed manifestissimè conspexi. Vidi, clarissimè contuitus sum, *In omnibus vanitatem, & afflictionem spiritus.* Vide duo epitheta, quibus quod reperit, excellentissimè exprimit: primum, *Vanitatem*: Aquila legit, *Vapo-rem*: nihil debilius vapore, qui quouis vento flante dissipatur: Secundum, *afflictionem spiritus.* Hieronymus sequutus Aquilam legit, *Pastionem spiritus aut venti*, nam spiritus pro vento sumitur sæpè in scriptura. Nihil aliud reliquum fuit, quam si ventum comedissem, & depastus fuissem. Vide quid satietatis homo ex vento reportet, qui est sicut Ephraim, de quo dictum fuit: *Ephraim pascit ventum.* Chaldæus le-
Osee. 12. 1. git. *Confractionem spiritus.* Non solum non aliquid vtilitatis mihi reportaui, sed potius reperi spiritum meum confractum, attritum, omnibus bonis vacuatum. Et id quidem, *In omnibus.* Nam conuerti me, vt viderem *vniuersa opera, quæ fecerant manus meæ, & quibus insudaueram.* Qua loquendi phrasi explicat, se non tantum ad communia opera contuenda, quæ fecerat, conuertisse oculos: sed ad illa, in quibus maiores expensas fecerat, & maiori cum affectu insudauerat. Et in omnibus vidi vaporem, & pastionem venti. Admiranda res. In operibus tam elegãti opere constructis, tanta arte elaboratis, tanta perfectione consummatis, non inueniri aliquid subsistens, & tibi proficuum? Nec vnicum, inquit, granum in tam grandibus spicis reperi. Omnia fuerunt paleæ, &c. Quot quantique si ita agerent, seque conuerterent ad conspicienda attentè omnia opera, quibus vehementer insudarunt, & solerti consideratione spicas, quas collegerunt excuterent, idipsum, quod Salomon inuenirent? Toto anni tempore laboras, defatigaris, desudas, intendens diuitijs congregandis, honori augendo, officio acquirendo, voluptatem sectando: conuerte te ad vniuersa opera manuum tuarum, & ad ea, quæ maiori cum sudore perfecisti, magis oculos mentis conuerte: & vide, quid tibi acquisieris. Si Deus nunc te vocaret ex hoc mundo, quid ex his omnibus tecum deferres? quid tecum reportares, vt coram supremo iudice, ad prætendendum infiniti valoris regnum, posses exhibere? Omnia inuenires leuiora leuissimo vapore, & quòd nihil tibi, nisi confractionem spiritus contulerunt. Non enim inde reportasti, nisi distractionem, obliuionem Dei, superbiam, vanitatem. Deus ipse in mundi exordio, quando res creabat, conuertebat oculos suos ad opera manuum suarum: Eo namque ipso, quod creauit lucem, ad eam examinandam oculos conuertit, *Et vidit quod esset bona*, Gen. 1. 4. similiter cum aquas in vnum congregauit, & terram apparere fecit, ad hæc contuenda se conuertens, *vidit quod esset bona*: & sic de singulis: Gen. 1. 10. nec contentus ea considerasse in particulari, postquam cunctas produxerat creaturas, ad omnia contuenda, quæ fecerat, se conuertit, *Et vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona.* Gen. 1. 31. Non dubium esse poterat, quod bona erant futura, quæ à Dei manu procedebant, in quo nec defectus sapientiæ, nec potentiæ, nec voluntatis esse poterat: nihilominus omnia opera sua examinanda suscepit, & vidit & erant bona, id est, conuenientia, & apta fini, quem intendit, cùm constituit mundum

dum creare, vt tu opera tua eximinanda ſuſcipias, & videas an congruát fini, quem intendis, beatitudini ſcilicet conſequendæ, cuius cauſa operari debes. Rectè ergo Chriſtus Dominus noſtri miſertus, videns nos extraneis rebus intentos, & quæ aliorum ſunt curantes, noſtram ſalutem propriam negligentes, clamat: *Theſaurizate vobis*, ne partem veſtram deteriorem faciatis.

§. 22. *Pecunias in terra conditas, vocauit Sapiens, congregatas in malum Domini ſui: Nihil enim ex eis niſi malum ſibi reportat.*

¶ 495. *Theſaurizate vobis.* Singulariter hæc admonitio diuitibus congruit, ad eoſque directa eſt, vt annotant Chryſoſtomus *a*, Chryſologus *b*, Baſilius *c*, & Theophylactus *d*: & meritò. Quod enim minus illi curant eſt, ſibimetipſis theſaurizare, diuitias ſibimet recondere, & reſeruare. Et verè (nec enim me piget id ipſum ſæpè reperere, ſicut Paulus *e*, faciebat) mirum omnibus modis eſt, quod cùm nihil magis cupere videantur: quam ſibi omnia acquirere, recondere, & ad manum ſuam trahere, nihil minus agant: qui potius nullatenus volunt, vel minimum quid ſibimetipſis theſaurizare. Hoc in famigeratiſſima illa ſua concione, quam habuit Salomon, poſtquam omnia experimento comprobauit, quam vocamus, *de les deſengannos*, excellentiſſimè tradidit. Malum, quod auari incurrunt, & auaritiæ damna, cepit ille explicare: & poſtquam primò expoſuit malum, quod diuites incurrunt, ex eo quod theſaurizantes in terra, pleni ſunt anxietatibus, timoribus, & ſolicitudinibus: *Et ſatuitas ipſa diuitis non ſinit eum dormire*, de quo ſupra diximus, aliud maius, peſtilentiuſque malum, quod incurrunt exponit. *Eſt*, inquit, *& alia infirmitas peſſima, quam vidi ſub Sole: Diuitiæ congregatæ in malum Domini ſui: pereunt enim illæ in afflictione peſſima.* Hæc verba expendunt Ambroſius *f*, & Baſilius *g*. Illud relatiuum *illæ*, non diuerſam materiam ab ea, quam cœperat indicat, ſed aliud malum diuitii auaro, de quo loquebatur, prædicit: ideò ponit coniunctionem, *Et*, quaſi dicat: Non ſolùm incurrit malum, quod dictum eſt, de timore, & anxietate, verum etiam aliud grande, quod eſt peſſima infirmitas omnium, quas ſub Sole vidi. Quidam de auaritia hæc intelligunt, quam vocat Sapiens infirmitatem peſſimam ſub Sole, quoniam vt ſupra diximus, eſt *venenum aſpidum inſanabile*; Et Paulus, eſt *radix omnium malorum*. Et Sapiens: *Nihil ſceleſtius auaro.* Non tamen hoc ſolum voluit Sapiens indicare, quod omnibus notiſſimum eſt, ſed illud quod ſubdit: *Diuitiæ congregatæ in malum Domini ſui*, indicans, pecuniarum nimiam congregationē, & tenacem retentionem, grande malum domino ſuo inferre. Non loquitur de diuitijs per vluras, & iniuſtitias acquiſitis, hoc enim aliud negotium eſt, cuius mala omnibus ſunt manifeſta; ſed de eo ſolummodo, qui diuitias multas congregatas tenet, quas ſine iniuſtis contractibus acquiſiuit, & licitè: ex illis namque prouenit peſſima omnium infirmitas. Non ſolum homo infirmatur, ex eo quod noxios comedit cibos, vt fructus virides, aut anguillam corruptam, aut rem indigeſtibilem; ſed etiam ex eo, quod cibos bonos, benè eleganterque conditos nimis comedit: nec infirmitatem ſolùm contrahit ex eo quod ſanguinem corruptum habet, ſed ex eo etiam quod etſi bonum, multum tamen, & ſuperabundantem? ex his enim vt ex Hippocrate, & Galeno refert Sanctus Hieronymus, ſequitur omnium infirmitatum peſſima, apoplexia grauis, quam ſoluere, vt idem dixit Hippocrates, eſt impoſſibile, aut verò ſuffocatio natiui caloris, quæ nullum admittit remedium, aut ſanguinis ebullitio, & aſcenſus ad guttur, & caput, quod vocamus, *garrotillo*. Ecce infirmitatem peſſimam, quam vidit: pecuniarum nimiam congregationem, & retentionem, quæ animæ inducit apoplexiam, ſuffocationemque caloris charitatis. Annotauit Seneca

a Ho. 15. in imperfect.
b Serm. 7. & 8.
c Hom. de inſtruend. venient ad Baptiſma.
d in cap. 6. Matth.
e Ad Phil. 3. 1.
Eccl. 5. 9.
f Libr. 1. de Nab cap 5.
g Homil. 7. in auiteſ poſt medium.
Deu. 32. 33. 2. ad Tim. 6. 10. Eccl. 10. 9.
Li. 2. conſ. Louini.

Seneca prouidè naturam ſanguiſugas abundanter produxiſſe, vt infirmitati peſſimæ, quæ ex nimia ſanguinis abundantia procedit, adhiberet remedium: ſimiliterque prouidum Deum monſtrat, ex eo quod pauperes quaſi ſanguiſugas famelicas inter nos abundanter conſtituit, quæ ſanguinem nimium diuitiarum fugant in bonum diuitum, Ita homo gentilis ſapienter
Luca 16. dixit. Excellentius tamen Euangeliſta Catholicus expreſſit, nobis exhibens diuitem quendam, quem ex eo ſolùm infirmatum oſtendit, quod huiuſmodi nimia ſanguinis redundaret abundantia, qui ſanguiſugam, quam ad ianuam habebat, noluit applicare, vt ſanguinem fugeret redundantem, ideò quaſi apoplexiam incurriſſe, non tam corpore quam animo, idem Euangeliſta voluit indicare, ſubitam illius mortem, ſicut apoplecticis accidit, & æternam quidem exponens, & dicens, *Mortuus eſt diues, & ſepultus eſt in inferno*. Ecce infirmitatem, ex qua mortem contraxit perpetuam, *Mortuus eſt diues*: erat enim diuitiarum redundantia exuberans. Ecce infirmitatem peſſimam. Adhuc nihilominus ſi totum perpendas, aliquid altius voluit Sapiens concionator indicare, dicens, grande malum, & infirmitatem omnium peſſimam hanc: *Diuitiæ congregatæ in malum Domini ſui*. Idem eſt, *in malum* iuxta ſcripturæ ſacræ phraſim, quod *ad malum*: quæ vſus Paulus dicebat: *In hoc poſiti ſumus*, id eſt, ad hoc. Ecce grande malum, & infirmitatem peſſimam: Diuitiæ congregatæ, ex quibus earum Dominus nihil ſibi penitus niſi malum reportat, vt videatur ad ſui ſolummodo malum eas congregaſſe. Hæc ſumma peſtilentiſſimaque infirmitas. Quod ſi dicas: Et quis tam ſtultus, inſipiens, vecorſque poteſt inueniri, qui pecunias ſolummodo ad ſui malum congreget, congregataſque teneat? Certum eſt, vt Diuus Thomas *a*, ſæpè oſtendit, illud celebre Beati Dionyſij *b*, axioma, quod, & Ariſtoteli *c*, fuit in confeſſo, quod nullus intendens ad malum operatur, & multò minus, qui diuitias conquirit, & ſibi reponit, in quibus iuxta ſeculi ſententiam omne bonum cõtinetur. Quis ergo hanc peſſimam infirmitatem incurrit, vt ſolùm ſibi malum intendat ex pecunijs? Omnes diuites, qui diuitias congregant, congregataſque, & reconditas apud ſe retinent: hi omnes ſolummodo ad ſui malum ſine dubio congregant. Id quod Sapiens euidentiſſimè demonſtrat ex eo, quod adueniente morte, quæ non tardat, nihil penitus diuiti relinquitur, niſi peccata, quæ redimere per pecunias poſſet, & quæ conquirendo diuitias reportauit. Videt ergo Sapiens has pecunias congregatas, & dicit: *In malum Domini ſui*, tantummodo earum dominus ſibi ex eis reportabit malum. Quod probat euidenter. *Pereunt enim illa in afflictione peſſima*. Afflictionem peſſimam, vocat mortis horam, quæ etſi omnes affligat, ſed peſſimè id eſt, ſummè, acerrimè, & crudeliſſimè diuites. *O mors*, inquit Sapiens, *quam amara eſt memoria tua, homini pacem habenti in ſubſtantijs ſuis?* Dicebamus ſupra, ſcripturam Sacram, rem quam nullus ſermo explicare poteſt, explicare ſolitam interrogatoria phraſi, aut admiratoria: vt: *Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ*. Et *O Iſrael, quam magna domus eius*. Et, *quàm pulchra es amica mea, quàm pulchra es*. Non poteſt explicari, quam amara, & acerba ſit diuiti mortis memoria; ideo dicit quaſi admirando, aut interrogando. *Quàm amara?* Et ſi ſola memoria mortis tam amara, quantum mors ipſa erit? nihil enim leuius eſt, quã memoria, aut recordatio alicuius rei, quæ breui cogitatione finitur. Adueniente morte pereunt diuitiæ, in afflictione peſſima ſummam inducentes afflictionem: Sunt enim diuitiæ, vt B. Bernardus dixit; malæ in acquiſitione, peiores in conſeruatione, peſſimæ in amiſſione. Quod ſi dicas: Non pereunt, nam eas relinquit diues filio ſuo quem genuit, in quo ſe viuere æſtimat, non enim ſine cauſa dictum eſt; *Mortuus eſt pater, & quaſi non eſt mortuus, quia ſimilem ſibi reliquit poſt ſe*, & per hoc iam quod intenderat conſequitur, diuitè ſcil. filiũ ſuum relinquere. Hanc reſpõſionem communè eneruat, & refellit Sapiens, ſubdens: *Ganeo*

Eccle.5.13 eit.

Eccle 31. 1.

Pſa.30 so. Baru 3.24. Cant.4.1.

¶ *467.*

Ser. de cont. mundi aut perſecut. ſuſtin. c.12.& ſer. 41. in parui. Eccl. 30 4.

1 *adTh ſ. 3. 2. & 2. ad T.5.11*

22.2. q. 8. art.1.& 3. tũ gent. c. 3.4.16.17.

b De diui. nom. c.3.a- liquantulũ ante fin.

c 1. ethic.c.1

rauit filium, qui in ſumma egeſtate erit.

Eccl.5.13. In Hebræo, & Græco: *Genuit filium, & non erit in manu eius quicquam*, quomodo regia: Chaldæus. *Et non permanebunt poſt illum, in manu filij ſui quem genuit, nec reſiduum erit. illi in manibus eius quicquam.* Ecce quod omnes ſcripturæ clamant, Spiritus Sanctus ſæpiſſimè diuitibus proteſtatur, & nullus credit? *Hoc teſtimonium* (inquit Sanctus Baſilius, ſimilem ſententiam expendens,) *validum, qui teſtatur verus, perſuaſi pauci.* Id Sanctus Iob illa annotanda ſententia dixerat, de huiuſmodi homine loquens: *Si multiplicati fuerint filij eius, in gladio erunt, & nepotes eius non ſaturabuntur pane.* Septuaginta legunt: *Filij eorum in occiſionem erunt, ſi autem viri facti fuerint, mendicabunt.* Quam lectionem ſequitur Diuus Auguſtinus, & explicat, quod huiuſmodi filij, aut in infantia, aut pueritia moriũtur; vel ſi ſuperſtites exiſtant, omnibus quæ hæreditarunt conſumptis, mendicabunt. Et verè experientia ipſa, quãuis nullum adeſſet diuinum teſtimonium, perſuadere euidentiſſimè poſſet. Videmus enim innumeros, relinquentes filijs ſuis grandes pecuniarum, & facultatum theſauros, & nullum inuenimus filium, apud quẽ conſeruati conſiſtant. Neſcit enim adoleſcens, qui paternam ſubſtantiam hæreditat, quanto cum labore conquiratur pecunia, & quia nũquam expertus fuit egeſtatem, nec eius faciem nouit, non illam timet, nec cauet, ideoque diligenter omnia expẽdit, vt nihil breui tempore in manibus eius remaneat. Quod, & Spiritus Sanctus elegãtiſſimè duplici metaphora expoſuit. Poſtquam ſuppoſuit illud celebre axioma, quo expreſſit nihil firmum in terra, nec ſtabile, dicens: *Omnia quæ de terra ſunt, in terram conuertentur: & omnes aquæ in mare reuertentur* ſubdit: *Subſtantia iniuſtorum ſicut fluuius ſiccabuntur, & ſicut tonitruum magnum in pluuia perſonabunt.* Fluuius dum riuulos ad ſe hinc inde recipit, aquas conſeruat, & creſcit, ſi multiplicentur riuuli, pluuijs ingruentibus: illis tamen ceſſantibus, paulatim aqua totaliter exiccatur: dies ſimiliter fluuium conficit diuitiarum, & benè fluuium: quia nunquam permanet, ſed fluunt perpetuò. Adſunt riuuli, & pluuiæ, id eſt, negotia, & contractus, ex quibus hinc, & inde aquæ lucrorum proueniunt; idcirco illis fluentibus coſeruantur, & creſcunt diuitiæ: mortuo tamen illo, quoniam ceſſant defluentes fluuij, paulatim diuitiarum aquæ conſumuntur, & exiccantur. Deinde ¶ 468. conſidera aquam, quæ in æſtate reſonantibus tonitruis ſubitò defluit, quando nimbus venit. Videbis nubem aqua onuſtam quæ tonitruo grandi in momento dato, emiſſo fulmine, totam aquam, quam concluſam tenebat, profundit tam abundanter, vt omnis terra aquis operta videtur: ſed quoniam calor viget, & terra grandi eſt affecta calore, ſubitò tota aqua, quę ceciderat, diſparet, vt nec guttam eius inuenias. Eſt diues tanquam nubes onuſta aquis diuitiarum; inſtante mortis tempore ſubitò emittit fulmen animæ, tonitruo grandi perſonante: eſt enim magnus ſonitus apud omnes, campanæ pulſantur, omnes de illius morte loquuntur: tota aqua ſubitò profluit in filium; qui tanquam arida terra, qui viuente patre nihil poterat ad manum habere, eam expectabat, totam recipit: omnia aquis tunc redundant, omnia ſplendent, veſtes, equi, famuli, grandis ſupellex apparet, calore tamen, & æſtu concupiſcentiæ iuuenilis, ſtatim omnis perit aqua, vt nec gutta poſt breue tempus appareat. Quod ſi dicas: aliquando filium ſubſtantiam à patre ſuſceptam conſeruare; intellige, quod nepos ſaltem eam deſtruet penitus; ideoque Sapiens ſubdit: *Nepotes impiorum non multiplicabunt ramos*, id eſt, deſtruentur eo modo, quo de impijs idem dixit Sapiens: *Non dabunt radices altas*, id eſt, eradicabuntur. Diuitiæ ergo, quas reliquit diues, peribunt, & nihil penitus boni ex eis reportabit. Id quod confirmat Sapiens concionator, ſubdens: *Sicut egreſſus eſt nudus de vtero matris ſuæ, ſic reuertetur, & nihil auferet ſecum de labore ſuo.* Pagninus, & Græca, *Nudus reuertetur, vt vadat ſecundum quod venit, & quicquam non portabit de labore ſuo, quod ducas in manu ſua.* Certa, experimentoque comperta eſt veritas, quam expreſſit Apoſtolus: *Nihil intuli-*

Hom. 7. in diuites auaros.

Eccleſ.40. 11.

Eccleſ.40. 13.

Eccleſ.40. 15. Sap.4.

Eccl.5.14.

mus

mus in hunc mundum, haud dubium, quia nec auferre quid possumus. Et Sanctus Iob: *Nudus egressus sum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc.* Signanter autem id de diuitibus dicitur, qui multas habent diuitias congregatas. Nihil auferent secum, non sacculum pecuniæ aureæ electæ, non scrinium gemmarum, non monetam saltem vnicam pretiosam: *Nihil* Expende autem illud, *in manu sua.* Non solum non deferet secum iumenta onusta grandi apparatu reposito, non solum non deferet, quæ super scapulas possit portare: sed nec aliquid in manu permittetur deferre. Id quod magis explicat, subdens. *Miserabilis prorsus infirmitas, quomodo venit sic, & reuertatur.* Ingressus est, & venit plorans, gemens, nudus; sic, & reuertetur. Quid inde inferendum; *Quid ergo prodest ei, qui laborauit in ventum?* Ecce quod intendebam ostendere, diuitem nullatenus ad sui bonum congregatas tenere diuitias. Quid igitur? *In malum Domini sui.* Tantum retinebit, & reportabit peccata, & mala, quæ in eis acquirendis, congregandis, ac recondendis commisit: In malum ergo Domini sui congregatæ fuerunt. Constans est Diui Hieronymi sententia, impossibile esse moraliter loquendo, multas diuitias congregare, aut congregatas retinere, sine peccato. Id quod ipse Spiritus Sanctus testatum reliquit: *Si fueris dives, non eris immunis à peccato.* Et quidem cum dives interierit, diuitias dimittet, secum autem peccata, quæ commisit portabit. Nihil itaque aliud tibi relinquetur ex congregatione diuitiarum, nisi peccatum. In malum igitur tui eas congregasti, & congregatas tenes. In quem sensum illud accipere possumus, quod Sapiens dixit, quod etsi omnibus hominibus, singulariter tamen diuitibus congruit: *Sicut in percussura cribri remanet pulvis, sic aporia hominis in cogitatu illius.* Nomine *aporiæ*, alij *sordes*, aut *stercora*, transferunt. Loquitur quantum exilimo, metaphora sumpta ab eo, quod tempore triturationis in area contingit. Agricola enim postquam messem triturauit, triticum in cribro ponit, & circumducens illud in hanc, & illam partem retorquens cribrum, hac, & illac triticum emittit, & proijcit, in manibus suis tantum retinens stercora bestiarum triturãtium, & reiectamenta spicarum. Ita accidit diuiti, qui hora mortis, quæ tempus messis dicitur in scriptura, & triturationis, & expurgationis areæ, vt Sanctus Ioannes Baptista dixit, pecunias huc illucque instar cribri se vertens, & conuertens emittit, omnia quæ susceperat in hoc, & illud legatũ proijciens, sibi tantummodo retinens sordes peccatorum, quas dum triticum triturareturid est, dum diuitiæ congregarentur, acquisiuit, commisit, & incurrit. Culpam, inquit Gregorius secum ducit: omnia pro quibus culpæ perpetratæ sunt, reliquit. Non te adulatores, inquit Basilius, non pecunia, non dignitatis fastus sequentur. Ab amicis item, ab auxilijs desertus, sine aduocato, sine defensore, sine honore, tristis, pudefactus, deiectus, ac solus relinqueris: nam quocumque oculos circumferes, vmbras vbique, simulachraque malorum aspicies; hinc orphanorum lacrymæ, illinc viduarum gemitus, aliunde oppressi abs te pauperes, serui quos laceraſti, vulneribusque affecisti, vicini, quos ad iracundiam prouocasti: cuncta hæc te aduersus consistent. Tuorum te scelerum acerbus comitabitur: sicut enim vmbra corpus, sic peccatum animam sequitur, gestorum imaginem manifestam referens. Illic negatio non valebit, &c. Et verè ò dives, si hæc nunc apud te cogitares, (id enim Sapiens te agere debere voluit indicare,) & cribro mentis, omnia quæ fecisti cum diuitias conquisisti, & congregasti, expendas, & cogites, inuenies triticum tibi penitus perire, & nihil tibi remanere ex omnibus, quæ cõgregasti, nisi aporiam, & peccatorum sordes. Pecuniæ ergo tuæ congregatæ sunt in malum tui, & solummodo tui malum intendisse videris, qui tibi tantummodo malum retines. Grandis sine dubio, & pessima infirmitas sub Sole. Miseri illi diuites, ad quos misit Deus Ieremias Prophetam, dicens: *Vade, & accipe lagunculam figuli testeam, à senioribus populi, & senioribus Sacerdotum.* In Hebræo: *Vade, & eme lage*

Iob 1.20.

Eccl. 5.15.

Ibid.

In cap. 60. Isaiæ in illud, inundatio, &c. & in ca. 3. Habac. in illud Pro iniquitate.

Eccles. 11. 10.

¶ 469.

Eccl. 27.5.

Matt. 3.12

Mor. c. 10.

Hom. 7. in diuites post medium.

Ier. 19

lagenam figuli de ſenioribus populi. Id eſt, (quantum conijcio) pecunijs à ſenioribus populi, & Sacerdotibus acceptis, eme lagũculam teſteam. Et quidnam agere debeo? *Conteres lagunculam in oculis virorum illorum.* Ad quidnam? Ad ſignificanda duo: Primò, ad ſignificandam eorum totalem, & extremam contritionem: ſuprema enim
Eſai.30. contritio eſt, qua *conteritur lagena contritione prævalida*: ſecundum, ad ſignificandum, hanc ex pecunijs ſuis reportaturos confractionem, & perditionẽ, ac exitium, & mortem ſpiritus. Grandis infirmitas, ex qua ſolummodo mortem, & contritionem ſpiritus reportat diues. Poteſtne aliquid peius in mundo inueniri, quod re omni accuratè expenſa, ad nihil congregas diuitias, neque aliquid aliud verè intẽdis, (quãuis in oppoſitum cenſeas) niſi tui perditionem, & interitum? Peſſima infirmitas.

§. 23. *Similem tineæ, & cuſtodi æſtimat Iob theſaurizantem in terra.*

¶ 470. HÆc omnia ſapientiſſimus Iob mirificè proſecutus fuit, qui hunc infœliciſſimum diuitum ſucceſſum elegantiſſimè deſcripſit, dogmata amicorum ſuorum refellens, qui credebant. Deum iuſtis dare diuitias, ſalutem, filios, & bonis terræ cumulare, peccatores autem ſpoliare bonis, filijs, ſalute, diuitijs. Supponitque in primis, ſe ſingulariter traditurum, quæ
Iob.27.11. à Deo ipſo didicerat: *Docebo*, inquit, ad amicos ſuo loquens, *per manum Dei, quæ omnipotens habeat, nec abſcondam*. In Hebræo: *In manus Dei*, ita Pagninus, & Regia, id eſt, vt D. Thom. & Vatablus intelligunt, docebo vos, Deo benè iuuante, & ſubminiſtrante quæ dicturus ſum. Ita quod non tam me, quam Deum ipſum me loquente,
3. Reg.21. 20. 2. Paral. 36.15. Baruch. 2. 24. audire, debeatis reputare. Dicitur ſæpè Deus in ſcriptura locutus *in manu prophetarum*, id eſt, in eorum perſona, Iob dicit ſe loqui *in manu Dei*, id eſt, in perſona ipſius Dei, Septuaginta: *Annuntiabo vobis quid ſit in manu Domini, quæ ſint apud omnipotentem*. Id eſt, quæ Deus prouidentiæ ſuæ rectæ, diſpoſitione (quam Dei manum vocat) ordinata tenet: quem ſenſum ſecutus S. Auguſtinus credit, voluiſſe dicere: Annũtiabo vobis quid diſponat Deus. Supponit ſecundò, quod quamuis grãdia eſſent, quæ dicturus erat; ſed iam illis erant nota, & explorata: ideoque mirum eſſe, quod id intelligentes, tã vana, & falſa dogmata aſſererent. *Ecce*, *Agge.1.13 Zach.7. 7.12.* inquit, *vos omnes noſtis: & quid ſine cauſa vana loquimini?* Quaſi dicat: Rem dicturus ſum vobis exploratam, & notam, ideoque maiori reprehenſione eſtis digni, quod hæc ſcientes, tam vana, & falſa dogmata proponatis. Non enim ex his, quæ in hac vita Deus dat iuſtis, & peccatoribus, eorum præmia, aut ſupplicia expendere debetis, ſed ex ijs quæ in futura. Ita D. Gregorius ex- *Iob 27.12. 18. Moral. c.7.* plicare videtur. Audiamus igitur illũ, qui in Dei perſona, Deo ipſo inſpirante, & ſuggerente, quæ dicit, loquitur. *Hæc*, inquit, *eſt pars hominis impij apud Deum, & hæreditas violentorum, quam ab omnipotente ſuſcipient*. In Hebræo illa vox, pars eſt, *Helek*, quæ ſignificat חלק portionem legitimam, quam tandem pater dat filio, qualis illa, quam homo ille diues, habens duos filios, dedit filio ſuo eam petenti, & dicenti: *Pater da* *Iob 27.13. Luc.15.* *mihi portionem ſubſtantiæ, quæ me contingit*. Deus habet duos filios, iuſtos ſcilicet, & peccatores. Volo explicare, inquit Iob, quamnam partem pro legitima portione reſeruatam teneat impijs, & quidnam hæreditatis vice ſint recepturi? Quæ namque in hac vita Deus dat bona vel mala, non ſunt legitima hæreditatis portio, quã in hac vita nec iuſtis, nec impijs confert. Neque de omnibus impijs loquitur Iob, ſed ſingulariter de *violentis*, in Hebræo ty*rannis, duris, potentibus?* quo nomine diuites auaros, diuitijs repletos voluit intelligere. Nam hi ſunt, qui per vim, & tyrannidem, ac violentiam, omnia quæ volunt agunt, cõculcantes pauperes, contemnentes inopes, deuorantes pupillos, & ſimplices. Poſtquam aliqua de iſtis Sanctus Iob prædixit, eos viuis coloribus depingit in vita, & in morte: in vita quidem dicens: *Ædificauit* ¶ 471. *ſicut tinea domum ſuam, & ſicut cuſtos* *Iob 27.18.*

fecit

facit vmbraculum. Expende duas metaphoras, quibus diuitem describit, tineæ, & custodis struentis vmbraculum suum. Tinea ædificat domum suam cum alterius iactura, & iniuria, corrodendo suauiter, & insensibiliter, quod alienum est: Et tantum extendit domum suam, tamque amplam extruit quantum alteri detrahit. Ecce quomodo diues ædificat domum suam cum alterius iactura, corrodendo aliena, sibique concorporando, decipiendo suauiter, & insensibiliter simplicem, circumueniendo innocentem, recipiendo per vsuram palliatam, & iniustitiam opertam, quæ aliorum sunt: & tantum crescit extenditque domum suã, quantum alijs detrahit. Vnde Diuus Hieronymus annotauit, Christum Dominum aptè vocasse diuitias diuitum, *Mammonam iniquitatis*; quia de iniquitate collectæ sunt. Certumque omnes supponunt illud Menandri; nunquam vir æquus dues euasit citò. Similiter custos vineæ facit vmbraculũ, ex quo attendat racemis custodiendis in alterius vtilitatem. Perpetuò curat, vigilat, circumspicit, anxiatur, hoc contendens, vt intacti omnes racemi conseruentur Domino, qui vineam vindemiaturus est. Non potuit meo iudicio melius explicari conditio diuitis auari, quam sub hoc hieroglyphico. Non est ille dominus pecuniarum, sed seruus, & custos. Id quod supra demonstrauimus, & expressè Spiritus sanctus exposuit per Salomonem illis verbis omni expensione dignis. *Est*, inquit, *malum quod vidi sub Sole, & quidem frequens inter homines*. Hæc nostra miseria, quod grandia mala, quibus afficimur, non attendimus, quamuis frequentissima sint. Et quod singulariter vidit Salomon luce cœlesti illustratus? *Vir cui dedit Deus diuitias, & substantiam, & honorem, & nihil deest animæ suæ, ex omnibus quæ desiderat, nec tribuit ei potestatem Deus, vt comedat ex eo, sed extraneus vorabit illud*. Expende illud; *Nec tribuit ei potestatem Deus*. Olympiodorus intelligit, de diuina permissione, qua Deus permittit, tantò affectu diuitem tradi amori diuitiarum, vt non permittat amor quo eas diligit, tangere vel consumere. Qui enim nimis aliquid diligit, nulla ratione permittitur ab amore illud perdere, aut distrahere. Sicut ergo superbis quibusdam, Deus permisit suas passiones sequi, quos propterea dicitur tradidisse in passiones ignominiæ, & quod colerent tanquam Deos, serpentes, volucres, & reptilia: ita propter iniquitatem auari eum dimittit, qui concupiscentia sua inflammetur erga pecunias, quas tanquam Deum habeat, & veneretur. Itaque hic grãdis pecuniarum amor, quo diuitias diligis, ò auare, iuxta Olympiodori sententiam Deo singulariter permittente, ad tui perditionem contingit Sanctus Gregorius Thaumaturgus, & Caietanus non de sola permissione intelligunt, sed de voluntate Dei positiua, qua non vult concedere auaro vsum bonorum suorum, à quo iustè vult subtrahere auxilium efficax (manente tamen illius libertate) ne diuitijs suis vtatur; sicut è contra de iusto dixerat idem Salomon, quod *potestatem ei tribuit, vt comedat ex bonis suis*, vt supra dictum fuit; quoniam autem dominium est potestas vtendi re, in quemcumque vsum licitum, sicut dicitur Deus auferre potestatem auaro vtendi rebus, & bonis suis, ita dici potest auferre ab illo dominium eorum. Quomodo igitur illa retinet? Tãquam custos. Cùm enim Deus eum fecisset dominum ipse se nudum, & merum fecit custodem, qui toto pectore intacta nititur conseruare bona, non sibi, sed hæredi. Ideo ipse non audet illa tangere, *vt ex eis comedat*: alius autẽ tanquam dominus veniens, *vorabit omnia*. Custos ergo es, inquit Ambrosius, non dominus tuarum facultatum, qui aurũ terræ infodis, minister vtique eius, nõ arbiter. Habet se itaque diues tanquã custos vineæ in tabernaculo domus suæ: eo enim morieate, venit hæres tamquam dominus, & omnes racemos, quasi vindemiam sibi repositam rapiet, colligetque. Talis est diues in vita sua. Sed qualis in morte? Id explicat aptissimè Sanctus Iob subdens: *Diues cùm dormierit, nihil secum auferet; aperiet oculos suos, & nihil inueniet. Apprehendet eum quasi aqua inopia, nocte opprimet eũ tempestas*. Mi-

Epist. 151. ad Algas. quæst. 6. *Luc. 16. 6.* *Eccles. 6. 1.* *In cap. 6. Eccles.* *In cap. 6. Eccl.* *Eccl. 5. 8. ¶ 472.* *ad Rom. 1. 24.* *Lib. de Nabut. c. 14.* *Iob 27. 19. 20.*

randum

randum eſt valde, inquit Gregorius,
18. *Moral.* 6.10. quòd dicitur: *Cum dormierit, aperiet oculos ſuos, & nihil inueniet.* Vt dormiamus quippe oculos claudimus, & non cùm dormimus oculos aperimus, ſed cùm euigilamus. Hac tamen in re, quia homo ex anima conſtat, & corpore, cum vnius rei ſomnus dicitur, alterius vigilia demonſtratur: quia cum corpus obdormiſcit in morte, tunc anima euigilat in vera cognitione. Et dormit ergo dives, & oculos aperit; quia cùm in carne moritur, eius anima videre cogitur, quod videre antea contempſit: tuncque euigilat, & oculos aperit, quia quales ſint res, verè cognoſcit. Oculos corporis, & concupiſentiæ apertiſſimos habet dives, dum viuit omnia attentiſſimè conſpiciens, quæ præſentia ſunt; ſed oculos mētis habet clauſos, nolens conſpicere, & proſpicere futura. In morte oculos corporis claudet, ideoq; dicitur quòd dormiet, aperiet autem oculos menti, & id cogetur, vel inuitus videre, quod dum viueret videre contempſit. *Tunc nihil inueniet, quia nihil ſecum auferet.* Quando Scriptura Sacra vult omnia etiam minima, & paruiſſima comprehendere, vtitur hoc nomine, *Nihil.* Ita Euangeliſta Ioannes, vt indicaret nihil penitus factum à Deo, niſi per verbum
Ioan. 1. 3. ſuum, dixit: *Sine ipſo factum eſt nihil*, non ſolum Cœli, & terra, Sol, & Luna, elementaque, ſed nec formicæ, nec atomi, qui in radijs ſolis apparent, ſine ip-
Ioan. 15. 5. ſo facti ſunt. Ita Chriſtus Dominus: *Sine me nihil poteſtis facere.* Non ſolum opera grandia charitatis, martyrij, prædicationis Euangelicæ intelligentiæ Cœleſtium myſteriorum, ſed nec minimam bonam cogitationem, aut paruiſſimam bonam oculorum apertionem: non ſolum ſine me non poteſtis bonum perficere; ſed nec cogitare mente, aut conſpicere oculis. *Nihil*, inquit, *ſecum auferet*, non ſolum grandia, ſed nec parua. Non ſolum non ſecum portabit diuitias pretioſas auri, vel gemmas, quas breui loco includere poſſe videtur; ſed nec fruſtum panis, nec vas ſecum feret, ſicut tulit ſecum
Geneſ. 21. Agar, egrediens de domo Abrahæ, & ſecum fert quiuis homo quātumcumq; inops, qui iter aliquod arripit. Hocque eſt, inquit Gregorius *a*, quod Pſalmiſta *b* cecinit dicens: *Turbati ſunt omnes inſipientes corde, dormierunt ſomnum ſuum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus ſuis.* Omnia expende. Vocat diuites, *inſipientes corde*, Sanctus Iob *c*, Deum laudat, quod ſit *ſapiens corde*, quia vera ſapientia mentis, & intellectus præſtat, non ſuperficiali. Hos autem vocat Dauid inſipientes corde, quia tali carent ſapientia. Sunt quidem ſapientiſſimi corpore, & carne, *prudentiores in generatione ſua filijs lucis.* Non abſolutè prudentiores dixit, inquit Baſilius, ſed ſecundum cō ſuetudinem Vitæ huius, quæ in carne agitur, qui prudentiſſimè conſultant diſpenſandis ſuæ ipſorum vitæ commodis: callidiſſimi, aſtutiſſimi, capillum in latum diuidentes, atomos ipſos partiētes, circa carnalia, & terrena, ſed inſipientes corde, quia interna cordis Sapientia, per quam homo futura præuidet, carent? ſtultiſſimos propterea eos vocat Dauid ipſe de illis loquens, (vt Beatus Auguſtinus annotauit) *ſimul inſipiens, & ſtultus peribunt*, aut vt Auguſtinus legit, ſimul imprudens, & inſipiens peribunt. Quolibet vno horum moriente: moritur ſimul imprudens, & inſipiens; quia quiuis horum ſimul imprudens eſt, & inſipiens: imprudens, quia non ſibi proſpicit in futurum: inſipiens, quia non intelligit malum, in quo eſt. Deinde illos vocat *viros diuitiarum*, primò: ſecundum phraſim Hebræam, ſignificans ditiſſimos, & diuitijs redundantes: ſecundò ad oſtendendum id quod poſtea Apoſtolus docuit, vocans auaros idololatras colentes diuitias tanquam Deum. Non ſunt diuitiæ illorum; non enim ipſi diuitias poſſident tanquam earum Domini, quas in ſui obſequium expendant; ſed diuitiæ cor ipſorum continent, ipſiſq; dominantur, præcipientes illis tanquam ſeruis, ac mancipijs, & id omne ſtatuētes eis, quod ipſis diuitijs congruit. Ipſi ſunt diuitiarum, qui eas tanquam Deos habent, & venerantur: ſeque exhibent ſubditos illis, facturos quicquid ipſæ ordinauerint. *Hi turbantur*, hora mortis, quam dormitionem vocat, quoniā inſpe-

a *Li. 18 cit. c. 8. ad finē.*
b *Pſ. 75. 6.*
c *Iob 9. 4.*
¶ 473. *Luc 16. 8.*
Homil. in Pſal. 48.
Pſal 48. In Pſ 48.

insperata eis venit. Tunc alicuius aduentus conturbat, cùm non speratus venit. Venit subitò in domum tuam Princeps, quem nullo modo sperabas venturum, omnes conturbantur prouidentes illi excipiendo necessaria. Hi semper vitæ præsenti attendunt, nullam penitus de morte habent memoriam; & ideò ea adueniente conturbãtur, eo modo, quo Christus de seruo pigro, & impio agẽs expositi, cui Dominus discedens, multa agenda commisit, quorũ nullum ipse complet, credẽs Dominum tardaturum, & dicens: *Moram facit Dominus meus*. Venit enim Dominus in hora, qua minus sperat, pulsat ad ianuam, tunc conturbatus seruus vult ea perficere, quæ agere tenebatur; sed tempus breue, & instantia Domini iam ingredientis, non sinit complere, inuenit Dominus omnia infecta; eum punit, & domo eijcit. Ita ijs accidit. Credunt, quod tardabit Dominus, & quod mors non citò veniet, & ideò non curant ea agere, quæ sibi imposita tenent, venit Dominus in hora, qua minus sperant, venit infirmitas grauis, conturbantur, & omnia disponere contendunt; vocant confessarium cui confiteantur; tabellionem, vt sua disponant, incipiunt velle res suas rectè disponere, considerare quę contrectauerant, negotia quæ egerant, &c. Non conceditur tempus, omnia quasi infecta relinquunt. Quid aget Dominus? Puniet certè, domoque eijciet. *Et nihil*, inquit, *inuenerũt in manibus suis*. Omnia namque quæ tenebãt reliquerunt in mundo, nihil penitus secũ potuerunt auferre, aut deportare. Vt enim in sua manu, inquit Gregorius, diuites post mortem quicquã inueniant, eis ante mortẽ dicitur, diuitias in quorum manibus ponant: *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in tabernacula*. Bene ergo Sanctus Iob dixit: *diues cum dormierit, nihil secum auferet; aperiet oculos suos, & nihil videbit*. Id quod ex illo Epulone, quem Christus Dominus retulit, comprobat Gregorius, qui dormiens, & mortis somnum incurrens, oculos aperuit. Vidit enim tunc Lazarum, quem dum viueret, nunquam vidit, quamuis ad eius ianuam iaceret, per quam sæpè quotidie egrediebatur, & ingrediebatur: sed mortuus, *dum esset in tormentis, vidit Lazarum*, tunc aperiens oculos nihil inuenit, qui nec aquæ guttulam secum tulit.

Matt. 24. 48. & Luc. 12. 45.

Lib. 18. cit.

Luc. 16. 9.

Vbi supra.

Luc. 16. 23

§. 24. *Comprehendit mors thesaurizantem in terra, sicut tempestas Pharaonem, nihil penitus tunc inuenientem, ad quod manum conuertat.*

ALio modo potest intelligi, quod Sanctus Iob dicit, *Aperuit oculos, & nihil videbit*. Apertio enim oculorum in Scriptura Sacra significat breuissimum, momentaneum, ac imperceptibile tempus. Inde Apostolus, ad indicandum, quam breui tempore fiet in iudicio rerum discussio, dixit. *In ictu oculi*, vt Sanctus Augustinus annotauit. Inde Hispana phrasis *En vn abrey cierra el ojo*. Itaque idẽ est; *Aperiet oculos*, ac si dicas; in apertione oculorum, *en vn abrey cierra el ojo*, omnia sibi euanescent, inueniet se omnibus bonis spoliatum, & nudum. Transibit subito à grandi abundantia ad summam inopiam; & omnia subitò ex oculis euanescent: vt in ipsomet diuite Epulone voluit facer Euangelista demonstrare, de quo dicit: *Mortuus est diues, & sepultus est in inferno*. Obseruat Augustinus vim illius verbi, *Mortuus est*, quæ tam subitum transitum indicat, vt simul fieri, & factum esse declaret. Ex eo autem quod diues nihil secum auferet, nihilque ibi videbit eorum, quæ tenuerat, sequitur quod summam incurret inopiam: non enim ibi quis inuenit, nisi quod secum portauerit, neque ibi datur alicui, nisi quod ipse hinc inde prius transmiserit, vt optimè Beatus Augustinus prosequitur. Vnde benè subdit Sanctus Iob: *Apprehendet eum quasi aqua inopia, nocte opprimet eum tempestas*. Grandia tremendaque mysteria hæc verba continent. Tempestatis nomine, diuinum iudiciũ intelligit Beatus Gregorius, aut verò mortis

¶ 474. *Vbi supra.*

Epi. 49. ad Deo gratias q. 1.

Luc. ca. cit nu. 22. Libr. 13. de ciuit. c. 11.

in Psal. 48.

Iob c. cit. n. 20.

8. Mor. ca 11.

mortis horam, per quam diuino iudicio homo fit præsens. Hac opprimit eum nocte: noctis namque typo scriptura sacra frequentissimè inopinatũ, improuisum, & insperatum tẽpus intelligere solet, vt inquit Gregorius:

1. *Thess.* 5. 2. Idcirco dixit Apostolus: *Dies Domini tanquam fur in nocte, ita veniet: Cùm enim dixerint: Pax, & tranquillitas, repentinus eis superueniet interitus.* Ipsemet Apostolus, inquit Augustinus,

Epist. 80. *ad Hesych.* quid noctis nomine intelligeret, explicare voluit, subdens: *Cùm dixerint: Pax & tranquillitas,* id est, cum minus speratur mors, aut aduẽtus Domini: ideoque repentius superueniet interitus. Hinc, inquit Gregorius, subdidit: idem Apostolus: *Vos autem fratres non estis in tenebris, vt vos dies ille tanquam fur comprehendat: Omnes enim vos filij lucis estis, & filij diei: non sumus noctis neque tenebrarum.* Non erant in nocte, qui attenta cõsideratione mortem, & Domini aduentum expectabant. Nocte ergo diuitem opprimit tempestas; quia aduenit ei mors, cum minus eam sperat, quando magis implicatus est curis huius vitæ, & quando dicit: *Pax, & securitas.* Vnde Pagninus verba Iob legit: *Mox furatus est eum turbo,* id est, venit turbo nocte, & furatus est eum. Venit tanquam fur nox, & furatus est eum, qui nullo modo sibi à morte cauebat: id quod, vt idem Gregorius annotat, Christus indicare voluit, de quodam diuite agens, qui cum nihil minus quam de morte curaret; sed totus intentus esset vitæ præsenti, longamque sibi vitam promitteret dicens: *Anima mea habes multa bona, reposita in annos, plurimos, requiesce, comede, bibe,* &c.

Luc. 12. 19 *Hom.* 6. *in diteſcẽtes.* Tunc cum multorum annorum, inquit Basilius, delitias sibi ipsi imaginabatur, subitò ad eum facta est vox: *Stulte hac nocte repetent animam tuam, & quæ parasti cuius erunt?* In huius confirmationem, & explicationem expendit idem Gregorius, quod Heliu

25. Moral. c. 1. *Iob.* 34. 20. asseruit de diuitibus, & potentibus agens: *Subitò morientur.* Quamlibet enim (inquit Gregorius) fero de hac vita tollantur, subito, & repente tolluntur, quia finem suum cogitãdo præuidere nesciunt. Subitum siquidem est homini quod cogitare non potuit nec cogitauit, &c. Obserua item illud: Opprimet eum tempestas. In Hebræo, pro tempestate, habetur nomen, *Suphah*, quod significat turbinem, aut tempestatem turbulẽtissimam, & violentissimam, ex grandi vento concitatam; quomodo aliquando Vulgatus a vocem transtulit, quomodo, & Pagninus legit, *Furatus est eum turbo.* Accidet itaque ei sicuti Pharaoni, cuius casum elegãtissimè Moyses descripsit. Deo agente apertum fuit mare, & parata via, per quam Israelitæ transirent. *In spiritu,* inquit, *furoris tui congregatæ sunt aquæ, stetit vnda fluens cõgregatæ sunt abyssi in medio maris.* Spiritum furoris Dei vocat ventum validũ, quem Deus misit ad aperiendum mare, & sternendam viam. Quo flante, vt in Hebræo habetur, *coagulatæ sunt abyssi in corde maris,* concretæ sunt aquæ, inquit Euthymius, quasi murus, & concreti sunt fluctus in medio maris. Hinc apparet manifestè, inquit Caietanus, quod ventus à Deo immissus, non solum fuit ad exsiccandum locum maris, & terram, super quam aquæ fuerant; sed etiam ad coagulandam aquam hinc, & inde super mare. Per modum itaque congelationis aquæ steterunt tanquam muri, & acerui aquarum effecti, hinc, & inde super mare. Et ad exaggerationem miraculi dicitur, *In corde maris,* quia coagulatio maris in superficie, & ad oram, naturaliter fieri potest; sed in corde, hoc est in profundo, ac medio maris fieri, miraculum est. Dicitur autem ventus ille immissus à Deo, *spiritus furoris eius*; aut quia vehemens, aut quia potius ab eius indignatione cõtra Pharaonem procedebat, vt Beatus Hieronymus censet. Non enim tam Israelitas illo medio liberare, quam durum, & rebellem Pharaonem punire intendebat. Potuit namque Deus Israelitas multis modis à Pharaonis potentia liberare, sed summè illi indignatus, hũc elegit, quo illum tanquam in muscipula, & laqueo comprehenderet. Vnde oranti Moysi, cum videbat contra se, & populum Dei aduenientem Pharaonem, dixit Deus, *Eleua virgam: & extende super mare, ego autem indurabo*

¶ 475 Rom.

a *Iob* 21. 18 & *Esa.* 5. 28.

Exod. 15. 8

Apud Lippo. *Exod.* 15. in cap. 15.

in cap. 16. *Ezech.*

Exo. 14. 16

cor Ægyptiorum, vt persequantur vos, & glorificabor in Pharaone. Et verè ita factum fuit. Ingressis enim Israelitis fugientibus, videbis Pharaonem post illos securè, & sine timore mare ingredientem, & arrogantissimè dicentem: *Exod. 15.9* *Persequar, & comprehendam, diuidam spolia, implebitur anima mea, euaginabo gladium meum, & interficiet eos manus mea.* Quis explicare valeat, quanta superbia inflatus incederet Pharao? Secum ferebat excellentiores duces, quos *electos principes* Moyses vocat, *Triastas* Septuaginta transtulerunt: *In cap 23. Ezech.* vocantur enim, *Triasta*, apud Græcos, inquit Hieronymus, principes secundi gradus post regiam dignitatem. Omnem itidem Ægypti gloriam secum ferebat. Vt enim scriptura sacra refert, *Exo. 14.7.* *iunxit currum, & omnem populum suum assumpsit secum, Tulitque sexcentos currus electos, & quicquid in Ægypto curruum fuit, & duces totius exercitus.* Iosephus scribit, fuisse in illius exercitu præter septingentos currus septuaginta millia equitū, & scutariorum, peditum ducenta millia. Ideoque, *Lib. 2. antiq.* vt bene expendit Paulus Orosius, merito Israelitæ quamuis armati egressi fuissent de Aegypto, & esset inter eos sexcenti mille virorum electorum ad pugnam, crediderunt se illis non solum præualere non posse, sed nec ab eis defendi. Et vide quanta securitate inter medias aquas stultus homo procedebat, quod ibat superbis clamoribus iactans, & dicens: *Persequar, comprehendam, diuidam spolia*, &c. Sed quid factum est? Quando magis se credebat securum; *Li. 1. c. 10.* *Flauit spiritus tuus Domine, & operuit eos mare, & submersi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus.* Nomine *spiritus*, intelligit *3. de Spirit. sanct. c. 4.* B. Ambrosius Spiritum sanctum, qui à Moyse inducitur, vt ostendat illum æqualis omnino virtutis cum patre, & filio, simulque cum illis eadem operari. Cum. n. dixisset: *Dextera tua Domine glorificata est in virtute: dextera manus tua confregit inimicos* vbi filium expressit, & patrem, cuius est dextera, ne Spiritum sanctum ab illis diuisum, aut minorem crederes, illis copulauit, subdens: *Flauit spiritus tuus.* Idipsum Augustinus[a] intelligere visus fuit.

¶ 476. Hugo de sancto Victore *b* credit, indicari hac phrasi, diuinæ virtutis facilitatem in operando, quasi dicat: Quam facile aliquis flādo proijciat puluerem quem insufflat, tam facile tu eos deiecisti. Sed interlinearis glossa, quam sequitur noster Caietanus, ventum validum, nomine *spiritus* intellexit, qui aquas maris diuisas, per quas Israelitæ transierant, copulauit, grandemq; excitauit tempestatem opprimentem Pharaonem. Et eam verè interuenisse tradit ex professo Iosephus, & imò, & apertissimè scriptura sacra expressit, cuius omnia verba sunt maxima observatione digna: *Iamque, inquit, aduenerat vigilia matutina, & ecce respiciens Dominus super castra Aegyptiorum.* Expendit glossa interlinearis illud: *Et ecce respiciens Dominus*, id est, oculos cōuertens contra Aegyptiorum castra. Securè, & sine vllo metu tota nocte, cucurrerat Pharao, Israelitas persequens, nec vllo pacto Deus illum impediuit, aut continuit, imò nec eum attendere videbatur. Quando tamen aduenit vigilia matutina, ex qua securiorem sibi victoriam aduenientе luce promittebat, subito Deus contra eum oculos conuertit, vt eum prout merebatur, puniret. Sæpè sancti viri videntes impios persequentes iustos, & quod à Deo non continentur, nec puniuntur, conqueruntur dicentes sicuti Habacuc: *Cur non respicis super iniqua agentes?* In Hebræo habetur, *Quare respicis*, id est, quare videns eorum impietatem ipsos sustines? Clamabat Dauid: *Respice inimicos meos, quoniam multiplicati sunt*; & iterum: *Exurge quare obdormis Domine, quare faciem tuam auertis?* non vis videre quæ ab inimicis patimur: *Obliuiscaris inopiæ nostræ, & tribulationis nostræ?* sed cōtendentur illi, timeantque impij, quia respiciet Dominus quando minus id sperabunt, sicuti Christus Dominus dixit de seruo, qui dicens: *Moras faciet Dominus meus, cœpit conseruos percutere, & vexare: veniet enim Dominus eius in hora, qua non sperat, & hora quam ignorat & diuidet eum: illic erit fletus, & stridor dentium.* Tanquam igitur dissimulauerit Deus vsq; in illam horā, inquit Caietanus, in illa hora matutina

b *Apud Lippom. Exod. 15.*

Lib. 2. antiq. ad fin. Exo. 14.24

Haba. 1.13

Ps. 24. 19.

Psa. 43.23.

Matth. 24. 49.

a *Lib. 2. qq. in Ex q. 55*

12 cap. 14. Exod.

visus

viſus eſt oculos ſuos ad eos conuertiſſe : *Et reſpexit ſuper caſtra Aegyptiorum per columnam nubis, & ignis, & interfecit exercitum eorum, & ſubuertit rotas curruum, ferebanturque in profundum.* Notat primò Caietanus illud, *columnam nubis, & ignis.* Hinc enim, inquit, ſoluitur quæſtio, an duæ columnæ fuerint, altera nubis, altera ignis. Hic enim apertè iudicatur, vnicam fuiſſe, quæ vtrumque complebat officium, nocte illuminans, & calefaciens, die ardentis ſolis vires temperans. Notat ſecundo, in Hebræo haberi : *Et fecit attonitum exercitum Aegyptiorum* : Chaldaica, *& conturbauit*. Intelligendum eſt enim, aliquid à columna emanaſſe ſenſibile, vel fulminationem horridam, vel ſtrepitum fortiſſimum, quo Ægyptij territi, & conturbati fuerunt, & attoniti, ac ſtupidi redditi. R. Salomon iudicat, ignē vehementem proceſſiſſe ex columna, qui comburebat rotas curruum. Certum eſt autem rotas curruum ſubuerſas fuiſſe : & ferebantur ac cadebant in terram Aegyptij, qui in curribus erant. ¶ 477. In Hebræo, *Remouit rotam curruum eorum*, ſubde, ex proprijs axibus, vt animo ex vna attoniti, ex alia corpore cadentes, vehementiſſimè cōturbarentur. Ita etiam legit Chaldaica. Alij, vt Lippomanus annotat, *Impediuit Rotas*. Septuaginta, *Impediuit vel colligauit axes curruum eorum*, vt equi non poſſent currus ducere; vnde ferebantur, & cadebant equites. Tunc grandi perturbatione affectus Pharao Deum agnoſcēs, quem hucuſque agnoſcere noluerat, illudque Deus complēs quod dixerat : *cognoſcent Aegyptij, quod ego Dominus*, aliam viam tenere decreuit dicens: *Fugiamus Iſraelem, Dominus enim pugnat pro eis*. Adhuc enim mare apertum erat, nec eius via concluſa : quamuis ille iam grandi impedimento teneretur, quoniam currus erant contriti, & ipſe attonitus, conterritus, & perturbatus: ideoque ſegniter, & quaſi reptans, conatus fuit à cœpto deſiſtere, & ad Aegyptum regredi. Tunc *ait Dominus ad Moyſen. Extende manum tuam, ſuper mare, vt reuertantur aquæ ad Aegyptios, ſuper currus eorum*. Sicut autem cum primo iuſſit Deus Moyſi, vt manum extenderet ad mare, ad viam aperiendam, extendente Moyſe manum, miſit Deus ventum, qui aquas diuideret, vt dictum fuit: ita nunc, iubente, vt extenderet manum ad mare ad viam cōcludendam, *Flauit ſpiritus eius*, id eſt, grandis ventus aquas concitans, impellens, & acuens, *Fugientibuſque Aegyptijs occurrerunt aquæ, & inuoluit eos Dominus in mediis fluctibus*. Tempeſtas valida, ac violenta aquas concitans, agitans, & impellens, excitata fuit, qua aquæ, quæ diuiſæ extiterant, fuerunt coniunctæ, viaque concluſa, ab illaque tēpeſtate miſer Pharao oppreſſus fuit : id enim ſignificat, *Inuolutum fuiſſe in mediis fluctibus*, vbi omnia quæ habebat, & ſecum tenebat, penitus vi tempeſtatis amiſit, ſibique defuerunt; nec adfuit ex tot curribus vnus, nec ex tot principibus, ducibus, militibus, aut equis, vnus ad quem poſſet conuertere manum; ſed vbique fluctus, & aquæ opprimentes, & ſuffocantes. Idcirco Sanctus Proſper Aquitanicus vocat illam, Vindicem Dei. Hoc ſine dubio peccatoribus accidit, qui contra Deum tanquam Pharao ſuis militant peccatis, ſignanter autem diuiti auaro, de quo bene dicit Iob : *Quod nocte opprimet eum tempeſtas*. Incedit ille tanquam alter Pharao ſuperbus, crudelis, diuitiarum iactantia glorioſus, Dei pauperes perſequens, & omnia ſibi rapere contendens, & dicens : *Comprehendam, implebitur anima mea*. Sed quando maiori ſe credit conſiſtere ſecuritate, reſpicit Deus, & oculos conuertit ad grandia eius facinora punienda, & ex columna ſuæ diuinæ iuſtitiæ emittit infirmitatē ſubitam, & inſperatam, quæ conterat currum corporis, rotas ſenſuū, & corporalium virium, vnde miſer remanet attonitus, conturbatuſque mente: & anima, quæ tanquam eques eſt, in terram cadit, non valens rectè diſcurrere, nec attendere ijs, quæ attendere oporteret. Certum eſt, animam dum viuit homo, eſſe in corpore tanquam equitem in curru, ferturque ab eo nam pēdet in ſuis operationibus à corporis ſenſibus, vt Philoſophi tradunt: vnde ſenſibus contritis, & deficientibus, & languentibus corporis viribus, cadit miſera anima, non valens diſcurrere, attendere, cogitare. Illum videbis lætha-

1. p. c. 36.

Iob. cap. & num. cit.

thatgo somno oppressum, alium doloribus ita contritum, vt nullus ei locus deliberandi relinquatur: alter in phrenesim incidit, alter dolore capitis acutissimo totus consternatur. Cupit iam fugere, & vitam in melius mutare; sed longa restat ei via: nam habere veram contritionem ex animo, & mente perfectè conuerti in Deum, difficillimum est, & singulari supernaturali eget auxilio. ¶ 478. Ille insuper impeditus est propter corporis currum contritum, & rotas sensuum euersas. Venit statim tempestas mortis valida, quæ vndique miserum inuoluit fluctibus, quem omnibus, quæ habebat, destitutum dimittit, vt non iam sibi relinquantur pecuniæ, aut diuitiæ, aut domus, aut agri, aut cēsus, aut gemmæ; nihil enim secum aufert, omnia sibi defecerunt (dixit beata Monica ad filium suum Augustin. agens de Imperatore Romano, cuius corpus vermibus repletum videbat (cum defecit spiritus eius, aurum, argentum, lecti eburnei, mensæ plenæ epulis, famuli, comites, &c. Bene ergo dicitur, *Nolite opprimet eum tempestas*. Simul autem *apprehendet eum, quasi aqua, inopia*. Quibus verbis primo iudicat inopiæ magnitudinem, quæ omni ex parte eum circundabit, & cinget. Sicut enim quando tempore diluuij aqua aduenit, & homines comprehendit, vbique eos cinxit, & conclusit, secundum caput, pedes, manus, oculos, aures, & omnes sensus; nec tantum exterius, sed interius omnia penetrauit, & repleuit: ita inopia miserum illum omni ex parte cinget, vt nihil penitus sit, quod non grandi inopia crucietur. Aderit fames canina, fitis rabida, ardor exurens, frigus horrendum, horrēdæ visiones, terrifici clamores, timores, pœnæ: & nihil penitus habebit, quo non solum hæc omnia mala; sed nec eorum minimum possit lenire. Vnde acutissimè D. Gregorius expendit petitionem illam diuitis, qua guttulam aquæ petebat. Certè non hanc postulabat, quod censeret sufficientem, ad tam implacabilem pœnam, qua torquebatur, sublenandam; sed vt ostenderet, quam grandem inopiam incurrisset, vt nec guttam aquæ habere posset. Et meritò tali inopia se sensit oppressum, qui nihil penitus secum tulerat, aut viuens præmiserat, quod mortuus inuenire posset: nec enim micam panis Lazaro dare curauit. Certe non potest maiori argumento grandis inopia, quæ hunc diuitem apprehendit, explicari. Obserua itidem verbum illud, *Apprehendet eum*: idem est enim, ac si dicat: Ei dominabitur, sicut leo apprehendens prædam, quam totaliter sibi subijcit, à cuius vnguibus liberari nullatenus potest. Non erit talis hæc inopia, vt ab illa possit homo liberari, post diem aut mensem, aut annum, aut saltem post mille annos: sed in æternum duratura, eo modo, quo dixit Dauid: *In æternum non videbit lumen*. Luminis enim nomine bona solent intelligi in scriptura, sicut tenebrarum typo, mala. Non videt lumen aliquod, nullum penitus bonum habebit: & quādiu hoc? *In æternum*: apprehendet enim eum inopia, & suis vnguibus ita tenebit compressum, *vt effugere non possit*: sicut dixit Apostolus. Qua eriam loquēdi phrasi semel, & iterum Sapiens locutus fuit, ad idem exprimendum: *Veniet tibi quasi cursor egestas, & mendicita quasi vir armatus*. Theodotion legit: quasi *vir hastiferus*, qui lancea confodiat. In primis, veniet tanquam cursor, quia non tardabit; deinde tanquam vir armatus, qui omninò deijciat, subijciat, & vinctum teneat. Septuaginta pro *inopia*, legunt, *dolores*, sed in idem recidit.

Ser. 48 ad fratres in eremo.

Ps 40. 20.

1. ad Thess. 5. 3.

Prou. 6. 11. et c. 24. 33

18. Mor. c. 10. ad finē.

§. 25. *Deus*

§. 25. *Deus ſuper theſaurizantem in terra confringet manus, & irridebit, & homines in eius morte philoſophãtes dicunt, quæ ante aduertere oporteret.*

¶ 479. AD hoc inſtitutum alia Sãctus Iob proſequitur, quæ ne nimis ſimus prolixi, in aliud tempus dimittamus. *Iob* 27.23. Tandem autem concludit: *Stringet ſuper eum manus ſuas, & ſibilabit ſuper illum, intuens locum illius.* Hæc verba duobus modis intelligi poſſunt: primò, vt ſuppoſitum eorum ſit Deus, qui ſtringet ſuper impium diuitem manum ſuam, & ſibilabit ſuper eum; quem ſenſum ſequutus fuit Philippus Diaconus. *In cat. græca.* Dicitur autem Deus ſtringere manum ſuam ſuper eum, quia illum conſtringet, arctabit, concludet pœnis, cruciatibus, ignibus, flammis omnique dolorum genere, vt amplius emergendi nulla ſuperſit facultas, ſicut Abraham ad diuitem Epulonem dixit. *Luc.* 16.26 Sed, & alia etiam de cauſa poteſt dici, quod Deus ſtringet manum ſuper eum, & ſibilabit ſuper eum. Toto ſi quidem tempore, quo viuis, ò dives, Deus extenſas tibi ſuas manus offert, vt in eis tibimetipſi reponas, quod tibi poſſit reddere, quando cuncta tibi deficient. Non enim petit à te, vt ſibi retineat: ſed vt tibi reſeruet reſtituenda. Quod ſi dicas: Et quando Deus ad me venit, manus ſuas extendens, vt in eis bona mea reponam? Hanc interrogationem miſeri facient, quando Chriſtus eis dicet: Eſurijui, & non dediſtis mihi manducare, &c. dicent enim: Domine quando te vidimus eſurientem, &c. & reſpondebit: *Matth.* 25. 45. *Amen dico vobis, quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis.* Manus ergo pauperis, quas coram te extenſas aperaſque vides, manus Dei crede, & cognoſce, inquit Sanctus Petrus *Ser.* 8. & 22. Chryſologus, qui in eis à te reponi poſtulat, non quod pauper corrumpat: ſed quod tibi reſeruet. Tu Deo petenti, & extendenti manus ſuas, contrahis, & comprimis tuas, nihilque in eis penitus reponere vis: conſtringet propterea tunc ille ambas manus ſuas, nihil penitus tibi redditurus, nec guttam aquæ conceſſurus. *Sibilabitque ſuper illum*, id eſt, eum irridebit, improperans locum, ad quem deueniſſe miſerum videt. Annotauit Beatus Chryſoſtomus, quando poſt peccatum Adæ Deus clamando veniebat, dicens: *Adam vbi es?* non interrogando quod neſciebat locutum: ſed quaſi irridendo, ſubſannando, & ſibilando: quaſi diceret: Quoniam miſer peruenisti? Vbinam diuinitas, quam per eſum fructus vetiti tibi promittebat? vbi dona, quæ à me acceperas? vbi ſubiectio omnium creaturarum? Hæc omnia perdidiſti, &c. Multò magis irridebit impios in inferno exiſtentes, & ſibilabit ſuper illos: *Qui enim habitat in cælis irridebit eos, & Dominus ſubſannabit eos.* Dicet ad impium diuitem, quod Abraham ad Epulonem: Recepiſti boni in vita tua. Vbinam lectus eburneus? vbi menſæ dapibus plenæ? vbi opipara edulia? vbi vina pretioſa, & exquiſita? *Vbi ſunt dij tui, in quibus habebas fiduciam? ſurgant, & opitulentur tibi, & in neceſſitate te protegant.* Hocque eſt, quod Deus per Sapientem dixit: *Quia vocaui, & renuiſtis: extendi manum meam, & non fuit qui aſpiceret, &c ego in interitu veſtro ridebo, & ſubſannabo.* Clamat Deus vociferans pauperum ore, non audis; extendit per eos manus ſuas, & non aſpicis: ille ſuas erga te conſtringet, & ſubſannabit, & ſibilabit: *Qui enim obturat aures ſuas ne audiat pauperem, ipſe clamabit, & non exaudietur.* Hanc Dei irriſionem, & ſubſannationem expendens Baſilius, iudicat illam ſuperare omnem damnationis pœnam, & talem iudicat illam, qua Deus irrideus illum, quem nocte mortis ſubitæ, & inopinatæ tempeſtate opprimens, dixit *a*: *Stulte, quæ paraſti cuius erunt?* Beatus Gregorius *b*, Diuus Thomas *c*, credunt ſuppoſitum huius propoſitæ ſententiæ, *Stringet ſuper eum manus ſuas*, eſſe, hominem, aut amicum; qui in mundo relinquitur, videns mori huiuſmodi diuitem. Cum namque id euenit, conſueuit homo conſtringere manus ſuas, complodendo eas, & di-

Ser. cent. Iuda. & gentil. de nuptijs, tom 3.

Pſal. 2. 6.

Deut. 32. 37. & 38.

Prou. 1. 24. 26.

Prou. 21. 13.

Hom. 6. in diteſcẽtes.

a *Luc.* 12. 20.
b 18. *Mor.* c. 13.
c *In* c. 27. *Iob.*

digitos conferendo, & palmis manus percutiendo: tunc que sibilat vnusquisque ad alterum, quem coram se tenet. In Hebræo verbum *Sarak*, quod aliquando significat sibilare, cum alterum irridemus: aliquando verò submissè, & admirando loqui, quasi mussitando: quomodo sæpè hoc verbum in scriptura ponitur, cum Deus contra aliquem comminatur, vt ad Salomonem: *Si adorueritis Deos alienos,* 3 Reg. 9. 8. *templum quod sanctificaui proȳciam, & domus hæc erit in exemplum: omnis qui transierit per eam stupebit, & sibilabit,* Iere. 19. 8. *& dicet: Quare fecit Dominus?* Et de Ierusalem: *Ponam ciuitatem hanc in stuporem, & in sibilum: omnis, qui præterierit per eam obstupescet, & sibilabit super vniuersa plaga eius.* Idipsum de a Ier. 49. 17 Idumæa *a*, & Babylone *b*. Dum sibi- b Ier. 50. 13 lus grandi stupori, & tremori coniungitur, significatur, illum non irridentis, aut subsannantis affectum indicare: qui enim stupidus, & tremens est, non irridet: sed significat admirationem quâdam interrogationem, & collocutionem, quam vnus cum altero quasi mussitando tenet, quando hos euentus videmus, manus enim complodimus, fœmur percutimus, & ad inuicem admirando loquimur de his quæ videmus, nos inuicem interrogando, quasi non credentes, quod oculis nostris videmus. Cum moritur aliquis diues, aut potens princeps, vel ciuis, quem breuissima morte subtractum intuemur, videbis omnes, qui conueniũt ad spectaculum, aut illud audiunt, complodentes manus, percutientes fœmur, interrogantes se ad inuicem: quidnam sit, quod factum vident, mussitantes, & submisse loquentes, & pertractantes de subita morte, & inspe-rata, quæ aduenit, de domus, & rerum mutatione. Tunc de spiritualibus omnes colloquuntur, pertractantque de rerum seculi vanitate, profitentes inanes esse diuitias, & omnia quæ in mundo sunt. Omnes tunc de c Hom 60. ad pop. et 3 de Spirit. sancto. vitæ huius miserijs, & vanitate discurrunt, & Philosphos se exhibent, vt dixit Diuus Chrysostomus *c*, moriente diuite, ij qui interitum eius aspiciunt, d Libro 18. mor. cit. inquit Diuus Gregorius *d*, os in sibilo stringunt, dum ad ea quæ contempse-rant, verba spiritualia conuertuntur: vt iam credere, & prædicare incipiant, quæ prius dum iniquum florere cernerent, non credebant. Benè ergo præmisit Iob, quod supra induximus: *Hæc* Iob. 27. 13. *pars hominis impȳ apud Deum.* Hæc illius misera sors, infœlixque portio, quod omnia quæ in mundo acquisiuit, in mundo relinquet, subitaque, & inspe-rata morte oppressus, & subtractus, æterna inopia torquebitur. Hoc omnes eo moriente cognoscunt, & quotidie in eorum morte prædicant, complodentes manus, mussitantes, & admiratiuè cum stupore colloquentes. Benè propterea præmisit Sanctus vir: *Ecce vos omnes nostis. Vt quid sine causa vana loquimini?* Hoc ipsum simili- Iob. 27. 12. ter ego omnibus hominibus dicere possum; *Ecce vos omnes nostis.* Numquid enim hæc falsa sunt, aut à me conficta, vel ad terrendum vos inuenta? Nonne quotidie oculis vestris continua, iugique experientia contrectatis? *Vt quid ergo sine causa vana loquimini*: beatum dicentes illum, cui hæc terrena bona adsunt? *Filij hominum vsquequo graui corde? Vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?* Cur fœlicem prædicatis diuitem, qui grandes thesauros habet reconditos, quos scitis ab eo omninò relinquẽdos, nihilque secum ex eis reportaturum? Cur de terra tantum loqueris, & tractas, & de terrenis solummodo acquirendis es solicitus: qui terram dimissurus es, in hora, qua non speres, & æterna inopia consumeris? Benè ergo Ser. 50 de tempor. Christus Dominus, quem Diuus Augustinus eius verba expendens, vocat Fontem boni consilij, vnde quicquid hauseris, ab omni veneno securum est: nos admonet, rectè que clamat:

Thesaurizate vobis, ex his quæ in terra reconditis, curate vobis ipsis thesauros reponere, quos vobiscum feratis, & retineatis.

(?)

§. 26. Con-

§. 26. Conſilium Chriſti vtile, quale dedit Tobias filijs ſuis, & Ioſeph Pharaoni.

¶ 481. *Theſaurizate vobis theſauros in cœlo, vbi nec ærugo neque tinea demolitur, neque fures effodiunt, & furantur.* Omnia quæ hucuſque Chriſtus dixit, ita ſunt cuique etiam auariſſimo homini peruia, vt non ſolum ea negare non poſſit; ſed confitens, ſolicitus videatur inquirere, vbinam theſauros recondere poſſit, quos ſecuros ſeruet ab ærugine, tinea, & furibus; & ſibi ipſi ad omnem ſuam vtilitatem teneat repoſitos. Hoc Dominus explicat ſubdens, recondendos, *In cœlo.* Ecce locum, quem tibi proponit, duo bona declarans, quæ conſequuntur, ſi ibi theſaurizaueris: nam in primis, omnia tibi ſecurè conſeruata ſubſiſtent, vbi nec ærugo, nec tinea, nec fures locum habent; deinde tibi manebunt repoſita, ideoque repetit pronomen illud *vobis*. Noluit Deus, inquit Auguſtinus, vt perdas diuitias tuas; ſed vt locum illis mutes, conſilium tibi dedit. Intelligat charitas veſtra. Modo ſi amicus tuus intraret in domum tuam, & inueniret te in loco humido frumenta poſuiſſe, qui fortè ſciret naturâ corruptionis frumentorum quam tu neſcires; daret tibi huiuſmodi conſilium dicens: Frater, perdis quod cum magno labore collegiſti; in loco humido poſuiſti, paucis diebus iſta putreſcêt. Et quid facio frater? Leua in ſuperiora loca. Audires amicum ſuggerentem, vt frumenta leuares de inferioribus ad ſuperiora: & non audies Chriſtum monentem, vt theſaurum tuum leues de terra ad cœlum? Ita Auguſt. Quoniam autem *Dominus in cœlo parauit ſedem ſuã*, quæ in eo repoſita fuerint, ſeruanda ipſemet aſſumit: *Quod*, inquit B. Petrus Chryſologus, *tam paternum, tam prouidum de charitate conſilium? Nihil tibi perire vult, qui tua in theſauris cœleſtibus vult reponi. Quam ſecurus dormit, qui Deum ſuorum meruit habere cuſtodem, Quam neſcit curas, quam deponit angores, quam non anxius, quam ſeruorum caret faſtu, qui ſua patri ſeruanda committit?* Quomodo paterna ſeruat affectio, timor non poteſt ſic ſeruare ſeruilis. Pater cùm dat ſua filijs, non minuit commendata filiorum. Quid ſit pater neſcit, neſcit ſe filium, qui non credit patri: tineam non excludũt claſtra, ſed claudunt, generant non repellunt; rubiginem nutriunt ſeruata non vitiant: quia quod de re naſcitur, non vitatur. Vbi eſt neceſſitas, fures deeſſe non poſſunt. Qui ergo inter tineas, rubiginem, fures, ſua ponit; exponit quæ ſua ſunt, non reponit. De veſtimento tinea, rubigo de metallo, de neceſſitate fures naſcuntur. Ita Chryſologus. Si tibi oſtenderem arcam, in qua omnia quæ repoſuiſſes, perire non poſſent à tineis, nec à furibus vllo modo contingi; quanta cupiditate illam ad tua ſeruãda affectares? Proſequitur hæc Chryſoſtomus hoc exemplo ſubiuncto. Mirum eſt quanto labore agricola terram diſponat, cui ſua ſemina committere decreuit. Ara, proſcindit, irrigat, herbis noxijs purgat: in ea autem repoſito ſemine, quis explicare valeat, quot quãtiſque vrgeatur timoribus, & anxietatibus? Sunt namque innumera pericula, quæ ſuperuenire poſſunt, aues, ficcitas, nimia aquarum abundantia, nebula, grando, animalia depaſcentia. Si quis ei oſtenderet agrum, in quo non oporteret laborare arando, rigando, eradicando noxias radices, quilibet penitus eſſet ab omni periculo nebulæ, grandinis, ficcitatis, animalium; in quo ſecuriſſimè centuplum pro vna recepturus eſſet, nullo vel minimo penitus grano corrupto, aut deperdito: quanta cupiditate ibi ſeminare optaret? quam auidè, & ſecurè ſemina ſua in eo ſpargeret? Ecce talem agrum oſtendit tibi Chriſtus, cœlum. In agro mundi, quæ ſeminas ad lucrum, mille periculis ſubiecta exiſtunt, creditores deficiunt, negotiationes incertum habent exitum, & quod certiſſimum eſt, omnia tandem perdentur: non enim mentiri poteſt, qui dixit, de terrenis bonis loquẽs: *Omne opus corruptibile in fine deficiet, & qui illud operatur ibit cum illo.* His aliam addit rationem Chryſoſtomus, ex eo quod non in terra ſumus permanſuri;

In Pſal. 48 in illud, nõ dubit Deo, & ſer. 50. de temp.

Pſ. 102. 19.

Ser. 7. ante finem.

Serm. 7. de lau. mona. tomo 5.

Eccl. 14. 20

Hom. 7. de pœnit.

¶ 482.

sed in cœlo transferenda, vbi ciuitas permaneus, est nobis constituta. Si quis, inquit Chrysostomus, tibi renunciaret ciuitatem hanc, in qua viuis, breuissimè destruendam, ipsamque, & omnia penitus, quæ in ea sunt igne absumenda, vt nihil omnino incombustum relinquatur: te autem necessariò ad aliam transferendum, in qua totam vitam esses acturus, in qua nihil penitus esses habiturus ad tui sustentationem, & subsidium, nisi quod hinc inde ex bonis tuis transmisisses; si id indubitanter crederes, certum est quod nulla posses ratione induci, vt in hac Ciuitate thesauros tuos reconderes, grandem domum ædificares, vineas extensas plantares, hortos, & nemora consereres: sed totus penitus eo esses conuersus, illique curæ vigilantissimè attenderes, omnia tua in illam ciuitatem transferre, ad quam deducendum te scires. Egregium fuit suoque authore dignum consilium, quod Beatus Tobias in Ninive cum filijs, & nepotibus captiuus detentus, morti proximus eisdem dedit: illos enim ad se aduocans: *Prope*, inquit, *erit interitus Niniue, non enim excidit verbum Domini, & fratres nostri qui dispersi sunt à terra Israel, reuertentur ad eam.* Reuelatum fuerat sancto viro exitium illius ciuitatis Niniue, in qua Israelitæ commorabantur tanquam captiui, & peregrini, quod reuera post breue tempus successit. Quamuis enim Niniuitæ pœnitentiam egissent ad prædicationem Ionæ, tamen ad vomitum tanquam canes reuersi, misera clade, vt per prophetam Nahum Deus prædixerat, illi & eorum ciuitas fuerunt absumpti. Israelitæ, qui ibi erant non ibidem erant permansuri, quibus Deus statuerat, ad Ierusalem, à qua exules erant, reuersuros. Hoc igitur excidium miseræ ciuitatis Sanctus Tobias filijs suis exponens; quid agere deberent, explicuit subdens: *Nunc ergo filij audite me, & nolite manere hic, sed quacunque die sepelieritis matrem vestram circa me in vno sepulchro, ex eo dirigite gressus vestros, vt exeatis hinc. Video enim quia iniquitas eius finem dabit ei.* Et qui eos monuit inde egredi, hoc ipso sine dubio admonuit, vt nullatenus in illa pessima ciuitate suos reconderent thesauros grandia ædificia extruerent, radicesque mitterent: sed in eam, ad quam erant transferendi, omnia quæ habebant transmitterent. Tenetur homo in hoc mundo peregrinus, & captiuus, à propria patria exul, in quam tandem reuocandum se per Dei gratiam sperat, quam captiuitatem, & peregrinationem sentiebat, liberarique ab illa optabat, qui clamabat *a: Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est, b educ de carcere animam meam.* Ille itidem qui dicebat *c: Quamdiu sumus in corpore peregrinamur à Domino* d: *Cupio dissolui, & esse cum Christo.* Certum est hanc mundi ciuitatem absumendam, & igne in cineris redigendam. Id quod deliberata definitione Pontifex Summus, & Apostolorum Princeps, nobis exposuit: *Ecce*, inquit, *vobis charissimi hanc secundam scribo epistolam, in quibus vestram excito in commonitione sinceram mentem &c. Aduenient dies Domini tanquam fur, in quo cœli magno impetu transient, elementa vero calore soluentur: terra autem & quæ in ipsa sunt opera exurentur.* Hæc sæpissimè Christus ipse proposuit, & exposuit doctrina, parabolis, & exemplis. Quid igitur agendum? Consilium nobis salubertimum Christus subijcit: Nolite manere hic, non hic corda vestra, cogitationes, studia reponatis; non hic thesauros vestros recondatis: sed transferre in eam, ad quam deducendi estis ciuitatem, in qua nihil penitus habebitis, nisi quod hinc eò transmiseritis. Hocque ipsemet Petrus magistrum sequutus egregiè similiter consuluit, subdens: *Cum igitur hæc omnia dissoluenda sint, quales oportet vos esse in sanctis conuersationibus, & pietatibus.* Pietates vocat eleemosynas, & misericordiæ opera, ex animo erga Deum pio procedentia. Per hæc enim, vt statim exponemus, bona nostra in cœlum transferimus. Dissoluenda sunt omnia: qui igitur id cognoscis, inde collige, qualis esse debeas, & quibus intendere tenearis, quamque solicitum te esse oporteat in sanctis pietatibus, per manus pauperum eò omnia tua transmittens, quò tandem dedu-

Tob. 14.6.

Nahu. c.3.

Tob. 14.13

a *Ps.* 119.5
b *Ps.* 141.10
c 2. *Cor.* 5.6
d *Ad Phil.* 1.23.

2. *Pet.* 3.1. 10.

2. *Pet.* 3. cit. n. 11.

¶ 483. deducendus es. Hæc eleganter com-
a *Serm.50. de temp.* plexus Sanctus Auguſtinus *a*, annotãs
b *Matth. 24.35.* duas Chriſti ſententias: prima eſt: *Cœ-*
lum, & terra tranſibunt b. Hæc vox eſt
prædicentis infallibiliter futurum. Se-
c *Matt. 6. 19.* cunda, *Nolite vobis condere theſauros in*
terra. Hæc vox commonentis eſt, quę
ex priori conſequitur. Ergo ſi creditis
prædicenti, inquit Auguſtinus, ſi non
contemnitis commonentem, fiat quod
dicit. Non ille te fallit, qui tale conſi-
lium dedit. Non perdes, quod dediſti;
ſed ſequeris quod miſiſti: conſilium er-
go do; da pauperibus, & habebis the-
ſaurum in cœlo. Non ſine theſauro re
manebis; ſed quod habes in terra ſoli-
citus, habebis in cęlo ſecurus, conſiliũ
do ſeruandi, non perdendi. Si tibi ar-
chitectus diceret, ruituram domũ tuã;
nonne prius migrares, quam interires?
Structor mundi tibi dicit, ruiturum
mundum, & non credis? Audi vocem
prædicentis: *Cœlum, & terra tranſi-*
bunt, audi conſilium commonentis: *No-*
Serm.52. lite vobis theſaurum condere in terra. Ita Auguſtinus. O homo, inquit Chry-
ſologus, ſi hic permanſurus es, quæ tua
ſunt, repone: ſi illic iturus es, quæ tua
ſunt cur hic derelinquis? Rectè ergo
Chriſtus admonet; *Theſaurizate vobis*
theſauros in cœlo. Merito ſine dubio
dictus eſt Chriſtus Dominus veniſſe,
Luc.1.77. Ad dandam ſcientiam ſalutis plebi eius.
De ſancto Ioſeph dixit Dauid, ſingula-
ri Dei conſilio in Ægyptum ductum,
& à Rege conſtitutum totius Ægypti
Pſ.104.21 præfectum: *Vt ſenes eius prudentiam*
doceret. Docuit enim modumque tra-
didit, quo vitam poſſent Ægyptij ſer-
uare. Agnouit ille inſtantem iam abũ-
dantiam fertilitatemque maximam, &
famem ſupremam poſt illam futuram,
in qua nec terra arari poſſet, nec meti,
ſed id tantum tunc prodeſſe poſſe ad vi
tam, quod ex tempore abundantiæ fuiſ
ſet reſeruatum. Idcirco conſuluit, vt
quolibet anno abundantiæ, quicquid
eſſet reſidui, tuto loco reconderetur,
extrahendum tempore futuræ famis.
Libr.2. antiq.c.4. Et, vt refert Ioſephus, hoc etiam ſin-
gulariter conſuluit Pharaoni, ne tem-
pore abundantiæ permitteret inanes,
& ſuperfluos ſumptus, & expenſas fie-
ri, ſed quod prouideret, vt temperatè
vnuſquiſque in ſuos vſus expenderet,
& cætera omnia ſeruanda reconderen-
tur. Talis enim erat fames futura, vt
quamuis grandis præcederet abunda-
tia, totum, quod tunc reſeruaretur, ne-
ceſſarium eſſet futurum ad eam tem-
peranda m. Sapiẽter quidem res diſpo-
ſuit, qui præſentibus conſuluit, & fu-
turis prouidit. Non enim prohibuit v-
nicuique ex ſuis frugibus ea expende-
re, quæ cuique eſſent neceſſaria; imo
hoc ſtatuit, vt quiuis honorificè iuxta
ſuum ſtatum ex eis viueret: ſed hoc
conſtituit, vt omnia quæ ſupereſſent,
loco tuto recondita ſeruarentur, vt fu-
tura fame aduemente poſſent extrahi.
Ita Chriſtus Dominus agit. Videt tuam
vbertatem ò diues, & quod grandi fer-
tilitate abundas. Agnouit futuram fa-
mem, in qua nihil penitus habiturus
eſt homo, niſi quod ex tempore abun-
dantiæ ſibi condiderit: ſtatuit propte-
rea, vt quæ tibi, ſtatuique tuo ſunt ne-
ceſſaria, temperanter expendens, nihil
penitus ſuperfluè, & inaniter conſu-
mens, cætera in loco tuto reponas, &
recondas. *In cęlo*. Poſtquam tibi, fi-
lijs, vxori, domui, rebuſque tuis neceſ-
ſaria prouideris, reliqua, quæ ſupersũt,
in cęlo reconde, vbi tibi reſeruata per-
maneant pro neceſſitatis tempore ſine
dubio aduenturo. Ex quibus Chryſo- *Homil.35 in Geneſ.*
ſtomus probat non eſſe oneroſum,
quod Chriſtus nobis imponit.
Quæ enim tibi ſuperſunt,
in bonum tuum tibi-
metipſi repone-
re, quam
po-
teſt habere difficul-
tatem?

§. 27. *Thesaurizandum in cœlo per eleemosynam docuit Christus, & explicuit cuiusdam diuitis historia subiuncta.*

¶ 484. *Thesaurizate vobis thesauros in cœlo, &c.* Quæ Christus Dominus proposuit, manifesta sunt, & quæ quiuis tanto magis posset optare, quanto magis diuitias suas diligeret, recondere scilicet in cœlo, vbi sine dubio, quæ reconduntur, secura consistunt. Statim tamen oritur difficultas, quomodo id fieri possit. Proposuit Christus Nicodemo, non æstimandam generationem, & natiuitatem carnalem, per quam nascitur homo carnalis. *Quod enim natum est ex carne, caro est*: ideoque quærendam aliam spiritualem, qua homo nascatur spiritualis, & filius Dei. Agnouit ille, certum esse illud primum, quod Christus dicebat, sed præmebatur grandi difficultate: quomodo secũdum quod Christus necessarium dicebat, consequi posset, ideoque exclamauit inquirens: *Quomodo possunt hæc fieri? nunquid potest homo in ventrem matris iterato introire, & renasci?* Proponit Christus diuitibus, non esse in terra recondendos thesauros, in qua multis subiacent periculis, neque sibi recondunt, quod in terra reponunt, haud dubiè in ea relinquendum: sed oportere in tuto sibimetipsis reponere, in cœlo scilicet. Agnoscit quidem diues quantumcunque sit hebes, & tardus, illud primum verum esse, sed quantumcunque acutus sit, hoc secundum iudicabit difficile, & dicet: Quomodo possunt hæc fieri? Nunquid potest homo in cœlum quotidie ascendere vt quæ quotidie lucratur, ibi reponat, & claudat? *Quis ascendet in cœlum?* dicebat Sapiens. Qui vero ctores thesaurorum? Qui portitores? Descendent ne Angeli, vt deferant in cœlum? Vt huic difficultati Christus responderet, rem hanc ex professo explicandam assumpsit, (inquit Sanctus Basilius) qui hoc habuit in more, quæ vno loco minus clare dixit, in alio plenius ad nostram vtilitatem explicare. Id autem fecit, cum dicit apud Lucam: *Date eleemosynam, facite sacculos, qui non veterascunt, thesaurum non deficientem in cœlis, quo fur non appropiat, nec tinea corrumpit. Vbi enim thesaurus vester est, & ibi cor vestrum erit.* Dando itaque eleemosynã, thesaurum indeficientem, & securum in cœlo tibi recondis, & vectores ac portitores, qui bona tua in cœlum deferant, pauperes demonstrat, vt expendunt Basilius *a*, Chrysostomus *b*, & Gregorius *c*, id quod etiam non theoricè tantum Christus tradidit, sed in praxi ponendum admonuit, quando iuuenem illum, quem de modo vitæ æternæ consequendæ interrogantem instruendum assumpsit, tandem dicens ei: *Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo.* Quamuis enim perfectionẽ suaderet, in eo quod dixit: Vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, in eo tamen, quod subiecit: *Et habebis thesaurum in cœlo*, id voluit indicare, thesauros in cœlo recondi, ex eo quod pauperibus dantur, vt Basilius excellenter intulit. Hanc ergo doctrinam Christus dominus volens ex professo explicare, & ostendere curandum diuitibus, thesauros suos in cœlo recondere, subiunxit quam supra tetigimus historiam cuiusdam diuitis, anxia solicitudine perturbati, quærentis, vbinam, & quomodo omnia sua bona reconderet, vt sibi securè seruata consisterent, quam ex professo Sancti Patres expendunt Chrysologus *a*, Ambrosius *b*, Basilius *c*, Augustinus *d*, Gregorius *e*. Idque in primis illi omnes obseruant, voluisse Christum Dominum, his verbis: *Thesaurizate vobis in cœlo*, respondere interrogationi anxiæ diuitum, qua perpetuò quærunt, quid facere debeant de fructibus agrorum, quos colligunt, de diuitijs, & lucris, quæ reportant, vbinam recondant, quo secure seruentur, & vbi constituant, quo maiora lucra reportent. Huiusmodi enim interrogationibus quidam diues angebatur, quem Christus Dominus elegantissimè videndum expposuit, nobisque tanquam

Luc. 12. 33

Ioan. 3. 6. 4

Prou. 30. 4.

Serm. quod instruendi sunt veniẽtes ad baptis. p. 230.

a Hom. 23. ex varijs.
b Hom. 27. ad populũ.
c 18. Mor. c. 12.
Matth 19. 21. Marc. 10. 21. & Luc. 18. 22

Hom. 7 in diuites & auaros.

a Ser. 104.
b Li. de Nabuthe c. 6. 7. & 8. & Ser. 81.
c Hõ. 6. in diteſcẽtes.
d Ser. 21. de ver. Apo. & 112. de temp.
e 15. Mor. c. 11. & lib. 25. c. 11 ¶ 485. Ser. 81 cis.

quam ſingulariſſimam Ambroſius cõſiderandum hortatur. *Hominis cuiuſ-*
Luc. 12. 16 *dam diuitis* (inquit Dominus) *vberes fructus ager eius attulit.* Eo ipſo quod non vocat eum ex nomine, ſed abſolute appellat *hominem quendam diuitem*, indicat eum fuiſſe auarum, qui diuitijs redundabat, nihilque niſi de illis curabat, & totus erat in eis, corde, mente, animo, & deſiderio, qui propterea ex ſolis diuitijs deſcribitur, eo modo quo ſimiliter epulonem deſcribens, tantum
Luc. 16. 1. dixit; *Homo quidam erat dives.* Bene tantum ſub hoc nomine ille deſcribitur, tantum enim diuitias quærit, in-
Serm. 81. quit Ambroſius, diuitias ſolummodo videt, diuitiæ vigilanti cogitatio ſunt, & ſomnia dormienti: ipſa eius oratio, & ſupplicatio ad Dominum, diuitias ſolas intendit, & vellet atque optaret, vt omnia in diuitias ei conuerterentur. Sunt huiuſmodi homines apud
Pſal. 15. 4. Deum tales, vt *Nec memoretur nomen eorum*, nec ore ſuo illud depromat. Huius igitur hominis ager vberes fructus attulit. Quamuis agrum in ſingulari Chriſtus nominet, ſed agros in plura-
a Homil. 6. li intelligendos annotant Baſilius *a*, & cit. Ambroſius *b*, ſcripturæ phraſi, quæ
b Serm. 81. & libro de Nabut. cit. ſingulari nomine multa ſæpe complectitur: quaſi dicat: Omnis cultura ergà agros illius, in abundantes fructus redundauit. Quærunt Baſilius, & Ambroſius; cur abundantiam homini dederit, & abundantes fructus illi, quem nouerat nihil boni ex illis factum, immo auaritiam eius augendam? & reſpondent, id factum, primò, vt maior Dei longanimitas, & patientia appareret, quando vſque ad tales eius bonitas extenditur, qui pluit ſuper iuſtos, & iniuſtos. Secundò, vt eorum vincat auaritiam, dum videntes tantam abundantiam fructuum, quam domus eorum non poteſt capere, in pauperes ſint miſericordes, & conſiderantes Patris Cœleſtis erga ſe miſericordiam, diſcant eam tenere cum fratribus. Verum talis iſta benignitas Dei ad maius diſponit iudicium, & durius ſupplicium. Quanto enim maiora bona hominibus confert Deus maio-
16. Moral. cap. 5. ra, & duriora ſupplicia ſuper eos coacernat. Ita Baſilius, & Ambroſius. Quam vtramque rationem complexus Gregorius, Malorum domos, inquit, Dominus bonis implet, quia etiam ingratis ſua dona non denegat, vt, aut benignitate conditoris erubeſcant, & ad bonitatem redeant, aut redire omninò contemnentes, inde illic grauius puniantur, vnde hic ex bonis Dei largioribus mala reddiderunt, vt duriora eos tunc ſupplicia puniant, quorum hic malitiam nec dona vicerunt. Quod idem Gregorius alibi apto declarat exemplo. Nouimus, ait, bona terrena nonnunquam iuſtis ſubtrahi, quæ largo munere tribuuntur iniuſtis; quia, & deſperatis ægris quicquid poposcerint dari præcipiunt medici, & eos, quos ad ſalutem reduci poſſe prænident, quę appetunt dari cõtradicunt. Largitus ergo eſt Deus, inquiunt Baſilius, & Ambroſius abundantes imbres agris hominis auari: Solem præſtitit ad nutriendas ſegetes, multiplicandaſque fruges, vt aceruos diuitis augeret in omnibus moderata temperies. Ita quidem Deus benignus, liberalis, patiens erga hominem. Hominis verò mores, & quæ Deo ipſi rependat videamus: *Et cogitabat intra ſe dicens: Quid faciam, quia non habeo, quo congregem fructus meos?* Anguſtus animus, inquit Ambroſius, dixeratque Baſilius, & parum putans omne quod naſcitur, cuius abundantiæ deeſſe ſemper aliquid computans, tum deinde inhumanum propoſitum impertiendi cuiquã, cauſam nullam idoneam putat. Vide beneficijs diuinis, diues quam ingratus exiſtit. Communis hominum naturæ non meminit, æquum non putat ſaltem ex ſuperfluis, aliquid egentibus impertiri, ſcriptum non legit, nec recordatur ſcriptum eſſe *a*: *Fides & miſericordia te non deſerant.* Et *b*, *Frange eſurienti panem tuum*, & quæcumque vel à Prophetis, vel à cæteris doctoribus prædicantur, diues nec audit, nec videt, nec intelligit. Sed horrea multitudine fructuum diſrumpebantur, cor autem eius parcum, & tenax minimè exaturatum eſt, vel repletum. Semper enim antiquis noua ſuperaddens, & annuis prouentibus copiam augens, in hanc inextricabilem incidit mentis inopiam, ac perplexitatem, cum nec veteza quidem propter auaritiam

16. Moral. cap. 3. ¶468.

a Prou. 3. 3
b Iſa. 58. 7

ritiam ſineret in vſus inopum cedere, nec item recentioribus propter copiam locus eſſet. Propterea perplexæ cogitationes eius apud ſe: *Quid, inquit, faciam?* Quis nō miſereatur, inquiunt Baſilius, & Ambroſius, ſic miſerè curis obſeſſi? Quis non infœlicitatem eius doleat? Anguſtiatur ex abundantia, conſtringitur, & coarctatur ex opulẽtia: infœlix in præſentibus bonis, infelicior in futuris: *Et vt video, ager ei non tam redditus largiores, quam gemitus attulit grauiores.* Terra ei non fructuum copiam, ſed curarum moleſtiam germinauit, ita vt curis, & mœroribus ſtimulatus, egentibus, & eſurientibus ſimiles perferat cruciatus: egeni namque vox iſta eſt: *Quid faciam?* Egens omnium, inquit Ambroſius, huc atque illuc reſpicit: ſcrutatur hoſpitium, nihil inuenit ad vſum alimenti, conſiderat nihil miſerius quam fame confici, & cibi indigentia mori, quærit mortis compendia, & tolerabiliora abeundi ſupplicia rimatur. Arripit gladium, ſuſpendit laqueum, ignem adolet, explorat venenũ: & inter hæc, quid eligat dubius dicit: *Quid faciam?* Deinde vitæ huius ſuauitate reuocatus, cupit reuocare ſententiam, ſi poſſit viuendi ſubſtantiam reperire. Aſpicit nuda omnia, vacua omnia, & dicit: *Quid faciam?* Vnde mihi alimenta? Vnde veſtitus? Volo viuere, ſi habeam quomodo poſſim vitam hanc ſuſtinere; ſed quibus cibis? quibus ſubſi-
Luc. 16. 3. dijs? *Quid faciam?* inquit, quia nihil habeo, nihil video, ad quod poſſim extendere manum. Hanc vocem emiſit ille, à quo auferebantur ſuſtentationis ſubſidia: *Quid faciam? quia Dominus meus aufert à me villicationem.* Hanc iſte aſſumit, cum liberaliſſimè ei conferunt: *Quid faciam?* vbi recondam? eiſdem cruciatibus pro ſolicitudine facultatum, quibus pauper pro egeſtate torquetur, & quod cæteros ſolet lætitia perfundere, id macerat, & liquefacit auarum. Regio fructuoſa ei ſuccedens, inquit Auguſtinus, tur-
Ser. 212. de temp. bauit hominem, copia pluſquam inopia anxium fecit, quærentem: *Quid faciam?* O anguſtia, inquit Gre-
15. Moral. cap. 11. gorius, ex ſatietate nata: de vbertate agri anguſtiatur animus auari. Et cum æſtuaſſet arctatus, inquit Auguſtinus, tandem viſus eſt conſilium inueniſſe: ſed vanum conſilium. Hoc enim conſilium non inuenit prudentia, ſed auaritia. *Et dixit: Hoc faciam: deſtruam horrea, & maiora faciam, & illuc congregabo omnia, quæ nata ſunt mihi, & bona mea.* Ex te ipſo, inquit Baſilius captas conſilium? plane imprudenti veteris conſiliario. Quid auarus conſulere debet, niſi congregare, recondere, abſcondere, retinere? Stulto conſiliario vſus es temetipſo, inquit Ambroſius. Parata tibi reſponſio erat, ſi Deum veiles audire: Eſurientium animas implebo, aperiam horrea, & omnes vocabo indigos imitabor Ioſeph, humanitatiſque voce clamabo: Venite pauperes, edite panes meos, expandite gremium, ſuſcipite frumentum. Fœcunditas enim diuitis, totius orbis abundantia, omnium debet eſſe fertilitas, tu verò non hoc dicis, ſed ais: *Deſtruam horrea mea.* Huic inquit Baſilius, ego ſanè dicerem: Benè facis: nam iniquitatis horrea procul dubio digna ſunt, quæ diruantur. Euerte miſer tuis ipſe manibus, quod male ædificaſti: ſolue horrea, vnde nullus vnquam ſolamen vllum conſequutus eſt, à fundamentis excidito auaritiæ cuſtodem, dirue tectum, euerte muros; oſtende ſoli frumentum, quod cariem ſitumque contraxit, educ diutius illigatas haſce diuitias, produc in publicum triumphum, tenebris obſita domicilia mammonæ. Dic, inquit, Ambroſius: Rumpantur vetuſta horrea meſſibus nouis: minus habui, & fruſtra ſeruaui, plus natum eſt, cui congregabo? Dum incrementa pretiorum aucupor, amiſi vſum beneficiorum. Quantas anni ſuperioris frumento animas pauperum ſeruare poſſem? *Deſtruam horrea mea.* Rectè deſtrues, ex quibus nullus pauper onuſtus reuertitur. Horrea tua, iniquitatis ſunt receptacula, non pietatis ſubſidia. Rectè ergo facis, deſtruendo illa. Hæcque vox me delectat, quam audio: *Deſtruã horrea mea.* Sed addidit, *Et maiora*, inquit, *faciam.* Infœlix, vel id diſpẽſato pauperibus, quod pro ſumptu ædificationis impendis. Dum liberalitatis gratiam refugis, damna ædificationis

¶ 487.

Hom 6. circa poſt mediũ.

tionis resoluis. Vbi verò, & ista frumento impleueris, inquit Basilius, quid quæso, & amplius cogitabis? An rursus destrues, & rursus ædificabis? Quid stultius, quàm laboribus nunquam finiendis se conficere, ac summo cum studio ædificare, nec minore cura eadem demoliri? *Et illic congregabo omnia, quæ nata sunt mihi, & bona mea.* Nescit auarus bona, inquit Ambrosius, nisi ea quæ quæstuosa sunt nominare. Idemque est, *Et bona mea*, ac si dicat: *Quæ sunt bona mea*, Hæc namque sola ille reputat bona sua. Sed acquiesco ei, vt bona dicantur, quæ sunt pecuniaria. Cur ergo de bonis, facis mala, cùm de malis facere debeas bona? Scriptum est enim: *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis.* Non sic fecit miser: sed *dicam*, inquit *animæ meæ: Anima habes multa bona, reposita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, epulare.* Est quædam prosopopœia, vt Sanctus annotat Clemens Alexandrinus: quasi enim duæ personæ finguntur, cùm vna sit quæ loquitur, & cum qua loquitur. O verba stultissima (clamat Basilius) ò clementiam singularem: *Nam si porcinam habuisses animam, quid aliud ipsi enuntiare potuisses?* Itane pecuinus tu, ita bonorum animæ ignarus, eam vt exceptes carnalibus epulis, & quæcunque alui fecessus recipit, animæ destines? Nonne muti animalis vox ista est? clamat Ambrosius, id ipsum repetens. Si enim porcinã habuisset animam, quid ei aliud, quam manducandi, & bibendi bona nuntiare debuerat? Nunc autem ita animalis totus homo est, & totus carneus, vt animam suam carnalibus, & corruptibilibus escis existimet esse pascendam, & ea, quæ in secessum egerũtur, animæ præparet ad vtendum, cuius vtique natura talis est, vt virtutibus alatur, & verbo Dei saginetur; vt intellectibus pijs, & religiosis disciplinis, atque exercitijs excolatur. Sed tu (inquiunt Ambrosius, & Basilius) qui solum terrena sapis, & Deum habes ventrem, totusque caro effectus, vitiosis affectibus obsequeris, audite dignam appellationem, quam tibi nullus hominum, sed ipse Dominus indidit: *Dixit enim illi Deus, stulte hac nocte repetent animam tuam, & quæ parasti cuius erunt?* Lætabatur stultus, inquit Cyprianus, in fructibus, ipsa nocte moriturus, & cui vita iam deerat, victus abundantiam cogitabat. A tenebris, inquit Ambrosius, incipit, & in tenebris perseuerat. Auaro semper nox est, dies iusto, cui dicitur: *Amen dico tibi, hodie mecum eris in Paradiso.* Rectè arguitur stultitiæ, qui in manducando, & bibendo locarat spem suam, & ideò ei tempus mortis vrgetur, secundum quod dictum est ab ipsis, qui gulæ seruiunt: *Manducemus, & bibamus, cras enim moriemur.* Stultus, qui animæ suæ corporalia submiserat, quia recondit, quæ cui reseruet ignorat. Et ideo ei dicitur: *Et quæ parasti, cuius erunt?* Expendit Basilius, hanc Dei vocẽ fuisse quandam irrisionem Dei, subsannantis stultum illum: *Et superat*, inquit, *æternam pœnam irrisio ista stultitiæ.* De quibus supra dictum fuit. Rem totam concludens Dominus: *Sic est*, inquit, *qui sibi thesaurizat, & non est in Deum dives*: sic accidit omni illi, qui sibi in terra thesaurizat, & non Deo tradit thesauros suos: *Nec est in Deum dives.* Et quia poterat quis dicere: Quomodo in Deum homo dives esse potest, & debet? Christus more suo rem concludit, ex eo quod vni accidit, cæteros omnes monens: & huius diuitis exemplum, inquit Basilius, ponit, & scriptum est, vt caueas ne tibi simile quid eueniat, tibiquemetipsi prospicias: *Sic est*, inquit, *qui thesaurizat, & non est in Deum dives.* Difficilis hæc sententia est. Ille siquidem dives in alterum, aut erga alterum dicitur, qui illum de suis diuitijs sustentat, & in illum eas profundit; quomodo dicimus diuitem esse patrem in filium, quando grandes diuitias ei confert. Vnde certum est, Deum esse diuitem in homines, de quo Apostolus: *Dives in omnes, qui inuocant illum*, in quos diuitias gratiæ suæ abundanter effundit. Hominem verò in Deum esse diuitem, videtur impossibile, ille enim plenus est, & bonorum nõrorum non indiget. Quomodo tamẽ id esse possit, Christus Dominus explicare volens, paulò inferius subdidit: *Date eleemosynam, facite sacculos, qui non veterascunt, the-*

Lib 3 stro mat.

Luc. vbi supra.

Libr. de Orat. Domi.

Luc. 23. 44

Isai. 22. 13. & 1. Cor. 15. 32.

¶ 488.

Hom. 6. cit.

Rom. 10. 12.

Luc. 12. 33.

thesaurum nõ deficientem in cœlis. Deus in se ditissimus est, cuius respectu omnis creatura est pauperrima, & tanquam nihilum: cæterum voluit pauper fieri in paupere, vt qui dives in pauperem fuerit, intelligat se hoc ipso in Deum extitisse divitem, qui verè recipit, quod pauperi pro eius amore dederis. Recipit autem non sibi retinendum, sed tibi seruandum. Ecce ergo, quod diuiti anxiè quærenti: *Quid faciam?* respondet: Ecce consilium, quod illi dat. Quærebas, *Quid faciam? Date eleemosynam.* Ostendo, inquit Ambrosius, tibi, vbi melius frumenta custodias, vbi benè sepias, vbi fures ea tibi auferre non possint. Includ ea in corde pauperum, vbi nulla tinea, nullus gurgulio consumat, nulla corrumpat vetustas. Habes apothecas, inopum sinus, habes apothecas, viduarum domos, habes apothecas, ora infantium orphanorum, vt dicatur tibi: *Ex ore infantium, & lactentium perfecisti laudem.* Psal 8.3. Ista sint tibi apothecæ, quæ maneant in æternum; ista sint tibi tua horrea, quę fecunditas futura non destruat. Nam quid iterum facies, si tibi plus natum fuerit anno sequenti? Iterum ergo, & illa destrues, quæ nunc facere paras, & maiora facies? Dat enim tibi fecunditatem Deus, vt, aut vincat, aut condemnet auaritiam tuam, quo excusationem habere non possis. Tu verò, quod per te multis nasci voluit, tibi soli reseruas, imò, & tibi ipsi adimis: magis enim seruares, si dispertires alijs. Ita Ambrosius D. Augustinus huiusmodi meritò stultos vocari ostendit: & verè stultus, qui nesciebat, inquit, pauperum ventres, apothecis suis tutiores, quod enim recondebat in illis apothecis suis, fortassis, & à furibus auferebatur: si autem reconderet in pauperum ventribus, in terram quidem dirigebatur; sed in cœlo tutius seruabatur. Ser. 21. de verbis Apost. & ser. 112. de temper.

§. 28. *Christi doctrinam explicuit Paulus, imponens, quædam diuitibus præcipienda, non roganda.*

¶ 489.

VIsus est Sanctus Apostolus his alludere voluisse, tradens discipulo suo Timotheo, quid diuitibus intimare deberet. Post quam enim exposuit, commendandum illis, vt fugiant cupiditatem, quia *Radix omnium malorum cupiditas*, volens iam finem epistolæ imponere, illamque sua vsitatissima phrasi claudens, agens de Christo: *Cui* inquit, *honor, & imperium sempiternum, amen*, quoniam videbatur non clarè, quæ diuitibus erant commendanda dixisse, aut verò intelligens, non sufficere tantùm semel, sed, & iterum atque iterum diuitibus, quid agere debēt intimare, calamum quem deponere visus fuerat, reassumens: *Diuitibus*, inquit, *huius seculi præcipe, non sublime sapere, nec sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo viuo, qui præstat nobis abundè omnia ad fruendum, benè agere, diuites fieri in bonis operibus, facilè tribuere, communicare, thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, vt apprehendant veram vitam*, aut vt Chrysostomus *a* legit, *Viram æternam*: hæc enim sola dici potest vera vita, vt Sanctus Augustinus *b* ex professo demõstrat. Et quidem quãuis hæc omnia verba Apostoli magna sunt expensione digna, quæ obseruant Ambrosius *c*, & Augustinus *d*: tantũ annotabimus, quæ nostro congruunt instituto. Obseruant in primis S. Anselmus *e*, & D. Thomas *e* illud verbum, *Præcipe*. Humilitatis doctor memoriam diuitum huius seculi inducēs, non dicit, Roga, obsecra: sed Præcipe; hortans, vt magna cum auctoritate agat cum illis, ne illos timeat, aut vereatur, qui credunt omnes sibi propter diuitias suas submittere debere capita. Cuius homini dixit Dauid: *Ne timueris, cùm dives factus fuerit homo, & cùm multiplicata fuerit gloria domus eius; quia cùm interierit, non sumet omnia.* Habet se ille, sicut qui in theatro repræsentat, quem quantum-

1 ad Tim. 6.10.

Ibid.nu.16

Ibid nu.17

a 2 Hom. 18. in 1. ad Timot.

b 12. de ciuit. cap. 20. & libr. 13. cap. 10.

c Serm. 59. ad fin.

d in Ps. 44.

e In hunc locum.

Psal 48.17

tumuis splendidum, superbientem, dominantem, nullus spectatorum timet, quem omnes agnoscunt, quod theatro exiens, omnibus, quæ ostentat, est exuendus. Si cuiuis homini dictum est: Ne timueris videns hominem diuitem, multò minus prædicatori, & ministro Euangelij, qui hoc nomine omnibus seculi potentibus, & diuitibus est superior. Ne igitur cum timore, sed cum auctoritate præcipe diuitibus huius seculi. Et quidnam præcipere debet? Primò, *Non sublime sapere*. Nihil, inquit Chrysostomus, ita supercilium attollit, nihil ita superbiam, & arrogantiam gignit, vt opes. Pecuniæ obediunt omnia: creditque dives sibi omnia subiecta. Non sapiant sublime, non se mente eleuent, ac si ipsi supremi essent bonorum suorum Domini, qui nullum habeant superiorem, à quo diuitias acceperint administrandas, potius tanquam œconomi, quam tanquam Domini. Ne extollaris dives, tuas considerans diuitias, non enim tam Dominus es illarum, quàm œconomus, & dispensator, cui Deus tibi dispensandas commisit, rigido examine inuestigaturus, an eas tanquam fidelis dispensator, an tanquam iniustus dissipator administraueris. Humilis ergo dispensationi attende, & cum timore ita bonorum quæ accepisti, curam tene; vt cum tibi dictum fuerit, Redde rationem villicationis tuæ, possis illam exhibere. Deinde, *Non sperare in incerto diuitiarum suarum*. Quid in eo speras, inquit Chrysostomus, quod repentè transfertur? Incertum est penitus, inquit Anselmus, quamdiu diuitias possessuri sunt diuites. Quis toto corpore, sicut dixit ille, inniteretur super baculo arundineo contrito, de quo certum est, quod quanto magis quis illi fuerit innixus, validius rumpetur, & manum vulnerabit, ac lacerabit? *Sed in Deo viuo*. Habent quidem diuites pecunias suas tanquam Deum: quia est *Auaritia idolorum seruitus*, & existimant pecunias sibi omnia præstare posse, quod de solo Deo credere debent. In Deo viuo sperent, qui est omnium bonorum author. *Qui præstitit omnia abundanter ad fruendum*. Non intelligas, ait Anselmus, ad fruendum ipsis, sed ad fruendum Deo ipso, qui quoniam Deus viuus est, vltimus est finis, cuius fruitione fit plenè beata creatura rationalis. Ecce ad quidnam abundanter tibi diuitias præstitit, & temporalia bona, vt eis legitimè vtens ipsum tandem possis consequi, & perfrui. Hæc est iniquorum peruersitas, inquit Diuus Augustinus *a*, vti fruendis, & frui vtendis, quod optimè Diuus Thomas *b* declarat. Omnia bona creata ad vsum data sunt, vt Deo ipso tandem perfruamur, in quo solo plena fruitio esse potest. Homo tamen ordinem peruertit, nam vult Deo vti, à quo tantum intendit bona temporalia consequi, & ideo illi inseruit, vt talia bona abundè largiatur, & suum affectum, & fruitionem in eisdem temporalibus bonis collocat. Peruersè agis, illis debes vti, quæ abundè Deus præstitit, vt ipsum consequaris, & in perpetuum eo fruaris. Idcirco id diuitibus imponendum? *Bene agere*, id est, fideliter bona terrena administrare: *Bene*, non cupidè recondendo, auarè concludendo, sed rectè expendendo: vt per temporalia bona diuitias spirituales conquirant. *Et diuites fiant bonis operibus*, id est, per bona opera. Rectè diuitias expendet, eisque legitimè vtetur, si hoc agat: *Facile tribuere, communicare*, per eleemosynarum largitionē, vt Diuus Augustinus exponit, quæ debet esse, *Facilis*, id est, *non ex tristitia, & necessitate, hilarem enim datorem diligit Deus*. Facilis, id est, prompta, non permittens pauperem expectare, neq; eam differens in craftinum, vt Ambrosius *a*, & Basilius *b* annotant, iuxta id quod scriptū est *c*: *Ne dicas amico tuo: Reuertere cras, cùm statim possis dare*. Et, *Nescis quid superuentura pariat dies*, ignora que an auditurus sis: *Hac nocte repetent animam tuam*. Est inuper *communicatio*: nō enim inquit Augustinus quod pauperi das, perdis, sed communicas: & mutuò commendas, tibimetipsi potius reseruans. Et per hoc id obtinebit dives, *Thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum*. Quasi dicat, inquiunt Augustinus *e*, & Anselmus *f*, Non quia dico, vt facilè tribuāt, & communicent, expoliare eos volo, & inanes relinquere: nā do-

Homil. 12. cit.

Ad Gal. 5. 20.

a 1. *de doctrin. Christian. c. 33.* & 10. *de Trin. c. 11.*

b 1. 2. *q. 11. art. 3.*

In Ps 44. 2. *Cor. 9. 7.*

a *Serm. 81.*

b *Homil. 6. in diteſcētes.*

c *Prou. 3. 28.*

d *Prou. 27. 1.*

e *In Ps 48.*

f *In 1. ad Timoth. 6.*

ceo lucrum, cum dico: *Vt thesaurizent sibi*: non vt diuitias perdant moneo. Præmittant thesauros suos in locum, vbi est vera vita; vt ipsi postmodum sequentes apprehendant eam. Sunt enim pauperes vectores, qui quæ illis communicauerint, in locum illum tutum, & securum deportabunt. Infra latius exponemus, quomodo per eleemosynam stat uatur fundamentum bonum, & quæ sit communicatio, quæ per illam fit.

§. 29. *Quæ nunc Christus dicit, prædixerat Spiritus Sanctus ore Sapientis, excellentem tradens doctrinam.*

¶ 490. *Eccles. 29. 12.*

HÆc eadem elegantissimè Sapientis ore docuit Spiritus Sanctus. *Propter mandatum*, inquit, *assume pauperem, & propter inopiam eius ne dimittas eum vacuum.* Expendit Diuus Thomas verbum illud *Assume*, quod significat aliquem in suam curam accipere. Assumere enim, inquit ipse Diuus Thomas *b*, idem est, quod ad se sumere. Ita Apostolus perfectis viris dicit *c*: *Infirmum in fide assumite*: id est, in vestram curam accipite, vt infirmã eius fidem roboretis. Vnde assumere pauperem, est eum accipere in suam curam. Hoc autem propter duos primũ, *Propter mandatum*: certum est enim, esse Domini mandatum de subueniendã necessitate pauperum. *Hoc namque præceptum habemus à Deo*, inquit Ioannes, *vt qui diligit Deum, diligat, & fratrem suum*. Præceptum verò dilectionis fraternę obligat, illi quem videmus necessitatem pati, subministrare quantum possumus necessaria: *Qui enim habueris substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necesse habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in illo?* De his disputat optimè Caietanus, demonstrans absolutè loquendo præceptum impositum diuitibus, de eleemosynis largiendis, & subueniendis pauperum necessitatibus, & id ipse Paulus loco paulò ante exposito dixit, diuitibus imitandum: *Præcipe*, inquit, non ait, roga, obsecra, consule, sed præcipe *diuitibus huius seculi facilè tribuere, communicare.* Secũdum, *Propter inopiam*: inquit, *eius, non dimittas eum vacuum*. De ipsius pauperis inopia apertè loqui videtur iuxta Vulgatum: *Propter inopiam*, inquit, *eius*, quasi dicat; Natura non patitur vacuum, & eo ipso, quod aliquod vas vacuatur vna re, prouidet natura, vt res quæ abundat, ad illud implendum se excitet; & ascendit aqua, vt locum repleat, quem aer decedens vacuum dimisit. Multò minus debet charitatis vis, & ordo gratiæ, vacuum ferre. Eo ipso quod vides vacuum, ad illud implendum te conuerte. Doctus Iansenius censet, simpliciter legendum: *Propter inopiam*, & intelligendum, non propter inopiam pauperis, sed tuam; quasi dicat: Vt tu inopiam fugias, ne dimittas, eum vacuum. Nullum enim medium potentius, securius, & firmius est ad liberandum te ab inopia, quam pauperis inopiam releuare. Verè habet homo, qui eleemosynam facit, Dei ipsius expressam promissionem dicentis: *Non indigebit qui miseretur pauperis.* Id ipsum promiserat Dauid; *Beatus qui intelligit super egenum, & pauperum: in die mala*, id est, laboriosa, aut necessitatis, *liberabit eum Dominus.* Et iterũ: *Iunior fui, etenim senui, & non vidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem.* Iusti nomine hoc loco præcipuè intelligit misericordem iuxta phrasim scripturæ infra explicandam, qua eleemosyna vocatur frequentissimè *Iustitia*, & qui eam agit iustus. Qui talis est, non derelinquetur, nec panis defectũ sentiet, ipse nec filij eius. Idque consequitur per misericordiam: *Tota enim die miseretur, & commodat, & semen eius in benedictione erit.* Benedictionis nomine, omnium bonorum abundantiam scriptura solet explicare. Ex hoc, quod homo tota die misereretur, & commodat pauperibus, inopiam fugat à se, & semine suo, quod rerum abundãtia perfruetur. Quod, vt Chrysostomus annotat, vidua Sareptana demonstrat, quæ inopiam suam, filiorumque suorum per eleemosynam exhibitam fugauit: imò, & Deus ipse hoc eius inopiæ remedium voluit exhibere,

In cap. 14. Eccles.

Prou. 18. 36.

Psal. 40. 1.

Ps. 36. 26.

Ps. 36. 27.

¶ 491. *Homil. 15. ex varijs in Matth.*

a *In ca. 14. ad Roman. lect. 1.*

b *3 p. q. 2. art. 8. ad 2. & 3. & in 3 d. 5. q. 2. art. 2.*

c *Rom. 14.*

1. Ioan. 3. 17. 23.

1. Ioan. 3. 17.

To. 1. opus. tract. 5.

Loco cit.

3. Reg. 17. re, mittens Eliam, qui ab ea eleemosynam reciperet, cuius inopiam per eleemosynam tepelleret. In huius confirmationem expendit Augustinus a creuisse panes, ex eo quod manibus Christi traditi fuerunt; creuit enim cibus, cum impenditur victus. Similiter Basilius b, & Ambrosius c id annotant, quod putei cõtinuò exhausti, & copiosiore, & clariore, & pulchriore admodum fluunt aqua; dimissi verò, & intacti facilè putent, corrumpuntur, & exsiccantur. Id ipsum promisit Deus per Isaiam: *Frange esurienti panem tuum, & egenos, vagosque induc in domum tuã, &c.* Quid inde sequitur? *Et cibabo te hæreditate Iacob patris tui, quia os Domini locutum est.* Ideſt, id Deus proprio ore promisit, id verbi sui assertione firmauit. Hæreditas Iacob illa fuit, quã illi pater suus Isaac contulit: *Det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terræ abundantiam frumenti, vini, & olei.* Quamuis autẽ præcipuè Deus loquatur de abundantia bonorum spiritualium, quæ per frumentum, vinum, & oleum præsignantur: sed etiam in cortice ipso, horum bonorum temporaliũ abundantiam ijs qui in pauperes fuerint misericordes, promittit. Benè ergo tibi imponitur, pauperum curam assumere, vt inopiam fugias. Subdit statim Sapiens, *Perde pecuniam propter fratrem, & amicum tuum; & non abscondas illam sub lapide in perditionem.* Habes fratrem, habes, & amicum; pro vtroque iustum est, cùm necessitas id requirit, pecuniam tuam perdas, quantò magis prò eo, in quo simul duo interueniunt frater, & amicus? Frater tuus pauper est: amicus autem tuus Deus. Pro quouis horum iustum est pecuniam exponere; quàm igitur iustẽ per eleemosynam expones, quando in paupere, qui in persona Dei petit, frater, & amicus simul concurrunt? *Et non abscondas illam sub lapide in perditionem.* Ambro. hunc locum obseruans legit, *In mortem.* Abscondere sub lapide, est concludere sub firmis seris, portis, vectibus, repagulis. *Ne abscondas in mortem:* mortem namq; incurrit æternam diues; vt ostendit S. Augustinus, non solum ex eo quod aliena rapit, sed ex eo quod sua abscõdit, nec in pauperes, quando necessitas se offert, profundit: quod, & demonstrat, quia Christus Dominus cum aliquorum diuitum condemnationem exposuit, illos tantum retulit, de quibus non inuenimus, quod aliena rapuerint: sed quod sua auarè retinuerint, vt videre est in illo, cuius ager vberes fructus attulit, & in epulone, & in eo, qui in sui perditionem absconditsub terra talentum acceptum nolens in eo negotiari. Optimè tamen legit Vulgatus; *Nisi abscondas in perditionem* ideſt, ad perditionẽ. Ad nihilum enim diuitiarum absconsio pdeſt, nisi vt eas perdas, alij relinquens, nihil ex illis tu sumens. Quoniam autem dicere posset diues: Si non debeo recondere pecunias, & diuitias sub clauibus, seris, vectibus, thecis, scrinijs, vbinam illas securè potero conseruare? Subdit: *Pone thesaurum tuum in præceptis altissimi, & proderit tibi magis quàm aurum.* Quid est ponere thesaurum in præceptis altissimi? Ponere iuxta ordinem, & dispositionem, quam altissimus præcipit. Qui enim diuitias tibi dedit, etiam tibi constituit, quomodo, & vbi eas recondere debeas, vt securas tibimetipsi conserues. Hoc si feceris, *Proderit tibi magis, quàm aurum.* Cum diuite loquitur Deus, cui vt Basilius a, & Ambrosius b annotarunt, nihil pretiosius auro; quod videre gratius habet, quã ipsum solem cõspicere: ideoq; rem supremã volens illi exponere dixit; *Magis quàm aurum*, ideſt, magis quàm quicquid pretiosissimum ducis. Et vt clarè rem totã exponat, omnemq; difficultatem adimat, manifestè quid intendat, explicat, subdens illam celebrẽ sententiam, quam sancti Patres sæpissimè annotant, signanter Augustinus; *Conclude eleemosynam in corde pauperis* aut, vt alij legunt, *In sinu pauperis*. In Græco, *Conclude eleemosynam in penetralibus tuis*: quia penetralia, in quibus securè thesauros tuos recondes, sinus sunt pauperum, apothecæ, horrea, cellaria, scrinia diuitum, in quibus securè thesauros suos recondere debent, inquiunt Basilius, Ambrosius, & Augustinus, sinus, ventres, domus pauperum sunt, quos Christus Dominus vocat, *Sæculos, qui non veterascunt.*

a Lib. 50. homil. hom. 39.
b Homi. 6. in diteſcentes.
c Serm. 81. & l. de Nabut. c. 12.
Isa. 58. 7.
Gen. 27. 28
Eccl. 29. 13
Li. de Nabut. c. 5.
Ser. 21. de ver. Apoſt.
¶ 412.
c Ser 6 in diteſcẽtes.
b Ser. 81.
Ser. 50. de tempor.
Prou. 29. 15.
Luc. 12. 33

Nullus sacculus est in terra, cui pecunias committere possis, qui nō tandem rumpatur, & deficiat: nullus saccus, in quo triticum ponas, qui nō veteraſcat. Facite vobis sacculos, qui absque periculo diuitias vestras seruent, quos neque latro poterit rapere, neque tinea corrumpere: quibus quæ repoſueritis, vobis in cœlum translata inuenietis. Ideoque cum dixisset: *Facite vobis sacculos, qui non vetraſcunt*, subdit: *Thesaurum non deficientem in cœlis*. Hi enim sacculi erunt, quibus quæ concluſeritis, in cœlum portabunt. Si vis, inquit, Ambroſius, oſtendam tibi horrea iam parata: esurientium pauperum ventres: in ipſis tuos conclude theſauros: tales enim theſauri tibi seruabuntur in cœlis, in quibus neque tinea comedit, nec fures effodiunt, & furantur. Vtitur autem Sapiens verbo illo, *Conclude*: primò, vt significet eleemoſynam in ſecreto dandam ſecundò: vt oſtendat, firmam cuſtodiam eſſe ſinum pauperis, vbi eleemoſynam poſſis concludere, ideſt, firmiter obſerare, & recondere.

Serm. 31. poſt med.

§. 30. *Miſericorditer Deus pauperes in mundo poſuit, qui eſſent bonorum noſtrorum vectores in cœlum.*

¶ 493. a *Homil. 6. in diteſcēt.* b *Hom. 37. ad popul.* c *Serm. 25. de verb. Domin. & 50. de tēp.* d *Serm. 7. & 8.* e *Lib. 50. hom. hom. 29.* f *Ser. 6. de prouident.* g *Iob. 22. 14.*

EX his explicant Sancti Patres, Baſilius *a*, Chryſoſtomus *b*, Auguſtinus *c*, Chryſoſtomus *d*, cur Deus pauperes in mundo conſtituerit. Cur eſurientes in terra dimiſit, inquit Auguſtinus *e*, qui vno vaſculo orbem cœli paſcit? Nonnulli impij, vt B. Theodoretus *f* refert, negare voluerunt Dei prouidentiam, aſſerentes Deum nullam huiuſmodi habere curam? *Qui iuxta cardines cœli perambulat, nec noſtra conſiderat g*. Id autem præcipuè conabantur oſtēdere ex inæqualitate, quam in mundo conſpicimus, in quo quidam eſuriunt, alij ebrij ſunt. Eſt ſiquidem Deus iuſtus, & ex conſequenti debet æqualitatem, & æquitatem ſeruare: nam hoc iuſtitiæ eſt proprium æqualitatem conſtituere. At in mundo nullam videmus æqualitatem ſeruari: cum enim omnes æquales ſimus in natura, inæqualiter nobis temporalia bona videmus diſtributa: quorum vnus tanta redundat abundantia, vt domus ſua capere non poſſit, alius extrema conſumitur inopia. Certè ſi ingredereris hortum, arboribus conſitum, & areis florum plenum: ſi videres quaſdam arbores, & areas, tanta redundare aqua, vt eam ebibere nō ſufficeret, alias tanta ſiccitate attenuari, vt deficerent penitus; diceres nō eſſe hortulanū, aut agricolam, qui illius horti curam gereret. Ita illi attendentes, quæ in mundo euenīunt, diſcurrebant, indeq; inferebant, non eſſe Deum, qui huius mūdi gerat curam. Impia ſanè propoſitio, à cuius aſſertione te abſtinere debere, dixit Spiritus ſanctus: *Ne dicas*, inquit, *coram Angelo, Non eſt prouidentia, ne forte iratus Deus contra ſermones tuos, diſſipet cuncta opera manuum tuarum*. Vnum ex argumentis quod probat diuinam prouidentiam, & curam, quam de hominibus habet, eſt, quod vnicuique Angelum deputat cuſtodem, vnum ex cœleſtibus ſuis militibus, & eos omnes facit adminiſtratorios ſpiritus, propter eos qui hæreditatem capiunt ſalutis. Quia ergo Angelus eſt ſummum argumentum diuinæ erga te prouidentiæ, & curæ, recōdicas coram Angelo: Non eſt prouidentia. Et verè Chriſtus Dominus, vt B. Auguſtinus annotauit, illam voluit explicare, dicens: *Pater meus vſque modo operatur, & ego etiam operor.* Deus enim, qui ab initio creauit mundum, non ſuam curam ſubtraxit, circa quem ſuæ gubernationis opus perpetuò impendit, adeo vt nec *paſſer cadat in terram*, ſine eius diſpoſitione: *Sua enim pater prouidentia cuncta gubernat*, ait Sapiens. Singularis illius cura eſt circa homines, adeo vt reſpectu huius non dicatur cætera curare, vt Apoſtolus *de bobus* dixit. Nam omnium horum creaturarum cura, quam habet, eſt in ordine ad ipſum hominem. Ideoque non ſine hac euenit, quod in mundo dentur diuites, & pauperes: imò id ipſe ſingulari ſua prouidentia, quia homines gubernat, diſpoſuit: *Dines*, inquit, *& pauper obuiauerunt ſibi, vtriuſque operator eſt Dominus*. Diues, & pauper, inquit Auguſtinus,

Eccl. 5. 5.

Lib. contra Aduuant. c. 2.

Ioan. 5. 17.

Matth. 10. 29.

Sap. 1. 43.

1. Cor. 9. 9.

Prou. 22. 2.

Ser. 25. cit.

nus, duo sibi sunt contraria; sed duo sibi sunt necessaria: ipsemet Deus est, qui hanc inæqualitatem constituit, & operatur: *Et Dominus pauperem facit, & ditat.* Ad quidnam? Vt mutuò se adiuuent, & mutuas sibi operas præstent; diues impendat pauperi sustentationis subsidium, pauper obsequatur diuiti, diuitias illius deportando, & transferendo in cœlum. Ecce inter alias causam excellentem, cur Deus pauperes in mundo constituit. Poterat, inquiunt Augustin. *a*, & Chrysostomus *b*, sine dubio Deus, qui Eliam pauerat per coruum, qui aperit manum suam, & implet omne animal bene dictione, illum tempore famis sustentare per seipsum. Imò & Elias vir erat, cuius imperio totus mundus subdebatur, & qui aquas quando volebat, solo verbo suo poterat in cœlo continere, indeque elicere, & ex eodem ignem, quando voluit extrahere, prouidere etiam sibi posset: & de misericordia Dei sibi dare quod lagunculæ dedit: sed noluit Deus nisi eum mittere in Sareptam Sidoniorum ad viduam, non quidem pro ipsius Eliæ bono, sed pro viduæ vtilitate, & commodo, cui Deus benedicere disponebat: Deus enim, inquit Chrysostomus, eleemosynam non ad hoc instituit solùm vt pascantur indigi: sed vt dantibus accrescerent beneficia: *Atque ideo magis propter dantes, quàm propter accipientes.* Qua in re, vt idē annotat Chrysostomus, noluit Deus sapientiā suam, & bonitatem, qua mundum gubernat, superari à malitia diaboli, qui omnia exterminat, & confundit, inuenit, inquit Chrysostomus, diabolus mille artes, & modos, quos hominibus offert, vt diuitias, & pecunias, quas à Deo accipiunt, in suam ipsorum perditionem conuertant, & ex eis omne detrimenti genus sibimetipsis extrahūt. Hoc enim ille perpetuò curat, vt quæ à Deo misericorditer recipimus, in nostram perditionem conuertamus. Quibusdam namq; diuitibus facit, vt sint diuitiæ in perditionem propter nimias illicitasque expensas, ad quas eos excitat: quales sunt, quas faciunt luxuriosi, epulones, cultores seculi, vt satisfaciant delectationibus, & voluptatibus, quas illis diabolus repræsentat: quibus pecunia est omnium malorum adiumentum. Alijs è contra, pecuniam procurat in eorum perditionem conuertere propter nimium pecuniarum amorem, & cupiditatem, faciens vt illas in malum suum congregent. Omnibus itaque diuitibus facit pecunias esse in perditionem, aut propter illicitas expensas, aut propter nimiam custodiam: ideoque in scriptura sacra perpetuò diuites malè audiunt, ex quibus quosdam inuenies reprehensos, & damnatos à Deo propter expensas superfluas; vt ille qui induebatur purpura, & byssо, & epulabatur quotidie splendidè: quosdam propter nimiā cupiditatem, qua bona sua inclusa tenere conabantur, sicut ille, qui cogitabat facere horrea sua maiora, quæ omnes fructus caperent, & includerent. Hoc igitur diaboli malitia operatur, oculis tuis, & coram te exhibere ea, quibus tuas ad tui ipsius perditionem tradas diuitias, voluptates, delitias, mulierem comptam, cultum nimium vestimentorum, honorem, quem persequēdo inimicum aucupes: aut verò repræsentare ipsarū pecuniarum iactantiam, vt auarè conclusas teneas. Sapientiam Dei benigne, & misericorditer mundum gubernantis, non debet hæc diaboli malitia vincere; ideo medium constitutum esse voluit, quo diuitias, & bona, quæ ille misericorditer tibi contulit in bonum conuertas: idcirco pauperes constituit, tuisque oculis voluit offerre, vt in eorum sinu pecunias tibimetipsi recondas, & tanquam vectoribus securissimis committas, qui easdem in cœlestes reportent thesauros, tibi in æternum constitutos. Illos propterea D. Petrus Chrysologus *a Vectores*, D. Augustinus *b Laturarios*, ideſt latores seu portitores vocant. Misericors sine dubio fuit Deus erga Israelitas quos in Ægypto impleuit auro, & argento, & omnes Ægyptiorum diuitias illis contulit; sed misericordior in eo, quòd profecturis inde, mareque transiturus, voluit, & disposuit, vt omnes suas diuitias in terrā repromissam deportarēt, vt in terra sua illis perfruerentur, quæ in terra captiuitatis acquisierant. Hoc tamen cum grandi fuit Israelitarum molestia, nam ipsimet fuerunt, qui diuitias suas suis humeris de-

2. Reg 2. 7.

¶ 494.

a Lib. 50. hom. hō. 18. & ser. 26. de ver. Domini.

b Hō. 15. ex varijs in Matth.

Sermo. de eleemosyna & collatio. in sanct.

Hom 37. ad popul.

a Serm. 8.

b Ser. 50. de temp.

Pſ. 104. 36. portarunt: *Qui eduxit eos cum argento,*
Sapi. 10. 6 *& auro.* Et, *ipſimet tulerunt ſecum ſpolia impiorum.* Onuſti itaque incedebant, quamuis onus reddere leue, quod illis
¶ 495. gratæ erant diuitiæ, quas portabant. Onus enim gratum non grauat. Tecum tamen Deus miſericordius agit; nam ſolum vult, vt quas in hac captiuitatis tuæ terra acquiſiuiſti diuitias, in terrã tuam cœleſtẽ reportes, quibus in perpetuum perfruaris: ſed onere deportãdi vult te liberare, & vectores conſtituit, qui omnia quæ deportanda commiſeris, in cœlum ſine aliquo tui labore transferant, & tibi reponant. Si lex inuiolabilis eſſet cõſtituta à rege apud Indos, vt nullus inde egrediens poſſet ex eorum finibus aliquid ex his, quæ acquiſiuit, vel minimum ſaltem obolum extrahere; ſed omnes cùm egrederentur, quæ acquiſierunt, ibi relinquerent, nihil penitus ſecum ferentes: ſtatuiſſet tamen Rex quoſdam homines, quibus qui ſua vellent commẽdare, ſecuriſſimè in ipſorum patriam transferrent, ad quam cum perueniſſent, omnia quæ commiſerunt, iam ſibi repoſita inuenirent, & ipſemet rex ſe conſtitueret vadem, ſpõſorem, & aſſecuratorem omnium, quæ vnuſquiſque illis commiſiſſet; poſſetne rex aliquid magis vtile, & gratum ordinare? Et quiſnam eſſet, qui intelligens ſibi neceſſariò inde egrediendum, non omnia ſua gratiſſimè illis vectoribus traderet, & committeret? Si aliquis nauigans in patriam ſuam, ſcit ſe peruenturum ad fretum, in quo grandi tempeſtate concuſſus, neceſſariò omnia in mare proijcienda præcognoſcit: ſi quis illi tunc offerret ſcaphas, quibus quæ committeret, & in eis reponeret, ſecuriſſimè inuenturus eſſet in portu, quò tempeſtate iactatus emerſurus eſſet ſibi parata abſque alicuius, vel minimæ rei deperditione; ſi quis non libentiſſimè illis ſcaphis omnia ſua crederet? Ecce quod Deus tecũ facit, ò diues; ecce legitimam rationẽ, cur pauperes in mundo repoſuit, vt ſint facultatum tuarum, quas mundo egrediens neceſſariò dimiſſurus eras, vectores, & portitores ſereniſſimi, ſintque ſcaphæ, quibus imponas, quæ aduenientẽ mortis tempeſtate proiecturus es. Hanc enim neceſſarium eſt te incurre-

re, qua imminente omnia proijcies; vnam partem in vnum legans, alteram in alterum diſponens. Pecuniæ ſanè bene eiectæ (inquit Baſilius, hæc expendens) nec pereunt eijcientibus, ac diſpergentibus; ſed vult in alias quaſdam tutiores naues (pauperũ videlicet ventres) translatæ conſeruantur, & ad portum pertingunt, & proijciens euadit periculum. *Præmittamus fratres,* inquit Diuus Petrus Chryſologus, *theſauros noſtros in cœlum, ſint vectores pauperes, qui poſſunt ſinu ſuo, quæ noſtra ſunt, ad ſuperna portare. Nemo de fraude dubitet baiulorum, tuta eſt iſta tranſuectio, per quam noſtra ad Deum, Deo fideiuſſore portantur.* Et iterum: manus pauperis, Abrahæ ſinus eſt, vbi quicquid pauper acceperit, mox reponit. Theſaurus cœli eſt manus pauperis: quod ſuſcipit, ne pereat in terra, reponit in cœlum. Manus pauperis gazophylacium eſt Chriſti; quia quicquid pauper accipit, Chriſtus accipit. Da ergo homo pauperi terram vt accipias cœlum; da numum vt accipias regnum; da micam, vt accipias totũ: da pauperi, vt des tibi: *Quia quicquid pauperi dederis, tu habebis; quod pauperi non dederis, habebit alter.* Ita Chryſologus. Ergo ſi cõſilium eſt hoc, inquit Auguſtinus, non ſimus pigri, in tam bono conſilio, & ſi migranda ſunt, quæ habemus, in eum locum transferamus, vbi ea non perdamus. Quid ſunt pauperes, quibus damus, niſi laturarij noſtri, per quos in cœlum de terra migramus? Da: laturario tuo das; ad cœlum portat, quod das. Quomodo (inquis) ad cœlum portat? Et video, quia manducando conſumit. Prorſus non tenendo, ſed manducando tranſportat. Quibus ſimilia dixit Ambroſius.

Hom. 23. ex varijs poſt med.

Serm. 7.

Serm. 8.

Serm. 56. de tempo.

Serm. 39.

(.·.)

§. 31. *Secũ-*

§. 31. *Securè pauperibus committi bona in cœlum deportanda, ostendit Sapiens: vnde diuitum fides probatur infirma.*

¶ 496. OMnia hæc sanctorum Patrum verba digna sunt consideratione: expende tamen singulariter illa Chrysologi: *Nemo de fraude dubitet baiulorum.* Ser. 7. cit. Videtur sine dubio diues timere posse, cõmittere sibi deportanda, & transferenda in cœlum bona sua homini, qui nihil habet in terra, & quem scit deuoraturũ omnia quæ sibi tradideris. Ne timeas, inquit Chrysologus, tuta est ista transuectio; Deo fideiussore portãtur. Cõmittis res tuas homini, quem cognoscis, si adsit fideiussor, & vades securus: vide Deũ esse fideiussorem eorum, quæ pauperi cõmittis. Hanc rationem eloquentissimè prosequutus fuit Chrysostomus, obseruans illud quod scriptum est; *Fœneratur Domino qui miseretur pauperis.* Hom. 5. de pœn. & in illud Ps. 38 vniuersa vanitas. Prou. 19. Id aũt duplici de causa dictum consideraui vt nostræ Deus cõsuleret auaritiæ. Primo eum nõ dixit; Dat Deo. Minus. n. benè auarus verbum dandi audit: sed *Fœneratur Domino.* O verbũ sapientissimum inquit Chrysostomus, scriptura nostrã auaritiã intuetur, nouit insatiabilem cupiditatẽ nostram respicere, & additamentũ quærere. Non dicit simpliciter. Dat Deo, qui miseretur pauperi, quo non simplex datum, mercedemq; simplicem putes: sed *Deo fœneratur.* Is ergo debitor est nobis. Secundò, securitatẽ nobis tradere voluit eorum, quæ pauperibus contulerimus. Quoniam videt, inquit Chrysost. nostram auaritiam ad incrementũ tendere, & habentem pecuniam in stabili, & solido non fœneraturum, nec velle fœnerari: postulat enim fœnerãs hypothecã, vel pignus vel æquipollẽs, atq; per hæc tria pecuniã tradit, vel vades accipiens, vel hypothecas, vel pignus. Quoniã igitur videt Deus præter hæc fenerantem neminẽ, & clemẽtia sola neminem moueri, sed lucro intentos solum habere animos, & pauperem horum omnium priuatum, nõ hypothecam habentem; nihil enim possidet; nec pignus ferentem, nudus est enim: non æquipollens exhibentem, nihil enim sibi præ inopia creditur: videt pauperem periclitãtem, & diuites per fæuitiam pessum abire: medium sese ingessit vadẽ, quippe pauperi pignus: fœneranti dicit Deus: Non credis huic per inopiam? mihi per diuitias credes semetipsum dedit pignus nihil habenti: *Adstitit à dextris pauperis*, inquit Dauid. Ita Chrysostomus. Securè igitur pauperi committere potes bona tua, qui Deum ipsum habes fideiussorem, & vadem: imò, vt optimè Beatus Ambrosius prosequitur, tuæ miseri- cordiæ, & eius, quod pauperi dedisti, & commisisti debitorem. Quibus illa concinit Spiritus sancti sententia omni annotatione digna: *Eleemosyna viri quasi signaculum cum ipso, & gratiam hominis, quasi pupillam conseruabit*: quãplurimi codices legunt, *Quasi sacculus cum ipso*, quomodo communiter legunt Sancti Patres: qua metaphora ostendit, quod vir faciens eleemosynam, potius sibi reponit, quam det alteri. Quicunque iter arrepturus est, secum defert sacculum, aut peram, vbi quæ iteneri agendo conducunt, tollat; incongruèque iter agitur sine eo, præsertim si agendum est, vbi nihil quis est iuuenturus, nisi quod sibimetipsi deposuerit. Ita dixit illa: *Vir meus abijt via longissima, sacculum pecuniæ secum tulit.* Ecce quidnam sit eleemosyna, quam facis, sacculus, quem tecum reportes. Acturus es iter, & per viam ambulaturus, per quam non regredieris, solùm ea inuenturus, quæ tibi reposueris; cum eleemosynam facis, sacculum præparas, quem tecum in huiusmodi itinere portes, iuxta illam celebrem D. Ambrosij sententiã, Sola eleemosyna comes est defunctorum, & id solummodo homo ad sui solatium, & leuamen portabit moriens, quod viuens in pauperum subsidium contulerit. Quibus fortè Christus Dominus alludere voluit, quando dixit; *Facite vobis sacculos, qui non veterascunt*, ideſt, qui non consumantur, nec deficiant, neque, exhauriantur, quos vobiscũ possitis portare. Cæterũ correctior lectio est. *Quasi signaculi*, at in Græco habetur, *Quasi sigillum*, quo-

Pſ. 108. 31

In Pſa. 40. & lib. de Nabuth. c. 7.

Eccl. 17. 18

Prou. 7. 19. ¶ 497.

Luc. 12. 33

quomodo Regia legit. Et non potuit meo iudicio melius explicari, quantum sibi homo securum conseruet, quod pauperi dat, & quanta cura Deus illud ipsi danti custodiat. Nihil homo magis apud se retinet, quam sigillũ, quod à manu sua nullatenus separat nec à digitis auertit, nec à suorum oculorum conspectu diuertit, vt in scriptura sacra videre licet. Nihil homo magis sibi, & in manibus suis retinet, quã eleemosynam, quam dat pauperi; inseparabilis est iam à manu sua, quantum est ex natura eleemosynæ, siue viuat, siue moriatur, siue permaneat in mundo, siue egrediatur. Omnia, quæ habes in domo tua recondita, non ita sunt in manu tua, quin ab illa non separentur, siue per eorum corruptionem, siue per furtum, siue per tui mortem: in qua omnia illa, quæ manu tenebas, dimittere necessum est. Id quod egregiè S. Iob dixit, qui postquam diuitem auarum descripsit, dicens, habere domum plenam redundantemque diuitijs, benè suo iudicio conclusam, & securam: *Domus enim eorum secura, & pacata*, habere insuper armenta copiosa, & greges quam plures, &c. *Iob. 21. 9.* *Iob. 21. 16.* *Sed quia non sunt, inquit, in manu eorum bona, consilium impiorum longe sit à me.* Quem locum egregiè ad hoc institutum exponit Beatus Gregorius. Qui recensere poterit consilia, discursus, computa, rationes, & dispositiones diuitum erga suas diuitias? Quidam cogitant, sicut ille, quem Christus refert apud se dicentes: *Destruam horrea mea faciamque maiora*: alij de augendis redditibus in locis tuis consiliantur, qui census grandi pretio emunt, vt irredimibiles sint, & perpetui: alij cogitant vtilius emere villam, aut populum cum iurisdictione, vt firmiores sint diuitiæ: hacque in re videntur sapientissimè discurrere. Hos auscultare videtur sanctus Iob, & dicit: *Consilium eorum longe sit à me.* Quare? *Quia non sunt in manu eorũ bona.* Quãcunque consilientur, discurrant, & modos quærant, quo securas sibi faciant diuitias, nullatenus per talia consilia id obtinebunt, quod bona sua perpetuò in manu sua retineant, tanquam Domini eorum. Consule, dispone, ordina, præcaue, quicquid volueris circa diuitias cõseruandas, retinendas, & augendas: nullatenus per talia ista consilia id comparabis, vt diuitias tuas perpetuò tibi in manu tua retineas: *Dormierunt* enim *somnium suum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis.* Somnum suum, ideſt mortem sibi statutam; quam vitare nullus potest: est enim cuique hic somnus constitutus, quem dormiat, aut vt Ambrosius explicat, *Dormierũt somnum suum*: quia huiusmodi, non Christi somnum dormiunt: ideo non habent Christi quietem, nec surgunt Christi quietem, nec surgunt Christi resurrectione; quia ipse ait: *Ego dormiui, & quieui, & exsurrexi, quia Dominus suscepit me.* Et quid factum est? *Et nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis.* Omnes dixit, inquit Ambrosius, nullum excepit. Et benè *viros diuitiarũ* appellauit, non diuitias virorum, vt ostenderet eos non possessores diuitiarum esse, sed à suis diuitijs possideri. Possessio enim possessoris debet esse, non possessor possessionis. Quicumque igitur patrimonio suo, tamquam possessione non vtitur; qui largiri pauperi, & dispensare non nouit, is suarum seruulus est, non Dominus facultatum, quia aliena custodit vt famulus, non tanquam Dominus suis vtitur. In huiusmodi ergo affectus dicimus, quod vir diuitiarum sit, non diuitiæ viri. Ita Ambrosius. Dicuntur insuper *Viri diuitiarum*, qui acquirendis diuitijs, & conseruandis studebant, qui in hoc erant plenè toto corpore, & animo positi: *Omnes* illi, & eorum quiuis, à principio mundi, vsque nunc, *Nihil* penitus inuenerunt in manibus suis. Exciderunt inde, bona oportuit dimitterent, quæ secum ferre erat penitus impossibile. Quod Origenes inductione facta in Pharaone Nabuchodonosore, Balthassare, cæterisq. regibus, ac potẽtibus demonstrat; qui morientes, nihil penitus in manib. suis inuenerunt. Hoc solũmodo habebit homo in manu sua securè, & inseparabiliter, quod nullus auferre poterit, nec amici, nec inimici, neque instantia, neque præsentia, neque fures, neque ærugo, neque tinea, neque

Psal. 75. 6. *Li. de Nabuth. c. 13.* *Psal. 3. 6.* *Li. de Nabuth. c. 15. cit.* ¶ 498. *Hom. 4. in c. 6. Matt.*

neque mors ipsa, eleemosynam quam secum fert perpetuò *sicut sigillum cum ipso*. Vnde optimè clamat Basil. *Dedisti esurienti? Tibi consuluisti*. Et iterũ: Omnibus tuis ornatus hinc discede, fac ornent te tuæ diuitiæ, habe illas penes te, crede optimè consulenti, teque amanti Iesu Christo, qui ob nostram salutem egere voluit, vt eius pauperte nos diuites essemus. Et Augustin. Respice, inquit, manus pauperis inanes, si vis habere manus plenas. Sed dices: Impossibilia hæc videntur: nihil enim magis homo manu sua mittere videtur, & repellere, quam quæ dat pauperi. Illa enim pauper secum fert, & in suosmet vsus consumit, nunquam amplius reuersura ad eum, qui dedit. Respondet Sapiens, subdens, sine dubio securissimè tibi seruata: Deus enim *gratiam hominis quasi pupillam conseruabit*. Certum est, nullam rem ab homine maiori cura custodiri, quam pupillam oculi; hanc natura ipsa vt seruet securã, multis circundedit muris, supercilijs scilicet palperis membranulisque operientibus tanquam ostijs, tam solicita cura seruantibus, vt quantumcunque à longe periculum immineat, statim claudantur: eandem intactam penitus quiuis nititur conseruare, cuius nec minimam partem perire permittit, imò nec tangi. Vnde Moyses, ad ostendẽdam grandem curam, qua Deus populi sui homines seruabat, *Custodiuit*, inquit, *quasi pupillam oculi sui*, & Deus ipse de sacerdotibus loquens: *Qui vos tangit*, inquit, *tangit pupillam oculi mei*: & Dauid hoc ab ipso postulabat: *Custodi me domine vt pupillam oculi*. Ecce quomodo impossibile est, tuam quam dedisti eleemosynam tibi perire: gratiam enim, & beneficentiam tuam, quam pauperi cõtulisti, quasi pupillam oculi sui Deus seruabit tibi; vt nihil penitus illius pereat, nullus possit inimicus perdere, nullum tempus consumere, nullus furrapere, imò nec leuiter attingere: vt hinc mireris, ò dives consideras, quantum Deus æstimet fructum panis, vasque aquæ, vestem attritam, quam pauperi dedisti, qui nõ committit eam seruandam alicui ex Seraphinis sicuti antiquitus Paradisum, constituens Seraphim cum gladio igneo, ne quis ingrederetur, neq; verò alicui ex seruis suis, quibus commisit bona sua: quamuis enim aliqui eorum cum fœnore restituerint, vnus tamẽ infructuosam retinuit: sed ipsemet custodiendam, & seruandam assumpsit; & non quomodocunque sed quasi pupillam oculi sui. Possibilene est, quod illa infinita, summaque maiestas, in cuius conspectu tanquam momentũ est orbis terrarum, & quasi gutta roris, ita æstimet minutũ, quòd pauperi confers: bucellam panis, quam eidem largiris? Sine dubio languet fides nostra. Si enim hæc prout oportet perfecta fides attenderet, quis non omnia sua in manibus pauperum reponeret? Quis auarus, quantò magis auarus; non pauperes quæreret, vt in eorum sinu fibi conseruanda locaret, quę nimio amore prosequitur? Hocque argumento vti soleo ad infirmam fidelium fidem computandam. Aut credis hæc quæ dicta sunt, aut non credis. Si non credis, infidelis es discedens expresso Dei verbo: si credis, quomodo possibile est, quod nihil magis quærens, quam quomodo securas, tibi conserues pecunias tuas, intelligens, & credens nulla ratione seruari posse tibi securas, nisi per eleemosynarum largitionem, ita refugias pauperes, nihilque tibi amarius, quàm eorum voces, & clamores audire?

Hom 6. in diteſc.
Hom. 7. in diuites ad fin.
In Pſal. 75.
Deu. 32. 10
Zach. 2. 8.
Pſ. 16. 8.
Gen. 3. 24.
Matt. 25.

§. 32. *Qui eleemosynam dat, sibi thesaurizat, & sicut qui seminat, id sibi reponit quod perdere videtur.*

EX his explicant Sancti Patres, signãter, Basilius *a*, Ambrosius *b*, curscripturæ sacræ frequentissimè eleemosynarum largitionem vocent, *seminationem*. Quomodo eam descripsit Dauid *c*, cuius dictum ad hoc institutum Apostolus *d*, qui errare non potest, exponendum docuit, *Dispersit*, inquit, *dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi, cornu eius exaltabitur in gloria*. Grandia mysteria his verbis inclusa Sancti Patres annotant; sed illa tantum, quæ nostro congruunt instituto

¶ 499.
a *Ho. 6. in diteſc.*
b *Li. de Nabuth. ca. 7. & ſer. 81.*
c *Pſ. 119.*
d *2. Cor. 9.*

attingemus. In primis nihil magis perdere videtur agricola, quam granum, quod terræ mandat; illud enim à se, & domo sua expellere videtur, illudque ſcit, quod in terram cadens, corrumpêdum, & vorandum eſt ab ea: intelligit nihilominus, nihil eſſe magis ad ſui vtilitatem. Vt enim Chriſtus dominus dixit, granum in horreo concluſum, ſolum manet, nec aliquem fructũ refert, tandemque conſumitur; ſed in terra ſeminatum, multum agricolæ fructum affert. Nihil magis homo perdere videtur, quàm quod pauperi dat: illud namque à ſe penitus expellit, à paupere conſumendum, à quo nihil ſibi rependendum ſperat. Qui aliquid dat diuiti, non penitus videtur perdere, à quo ſperat aliquid ſimile recepturũ: à paupere tamen quid recepturus eſt? Nihilominus, nihil eorum quæ poſſides, magis ad tui vtilitatem cedit, quam hoc, quod pauperi das, cæteris enim omnibus tibi perituris, hoc ſolummodo tibi fructum refert abundantem. Illud ſolùm, inquit Chryſoſtomus, quod pro anima tua dederis, tuum erit; quod autem reliqueris, perdidiſti. Id quod Dauid ipſe dixit magno præmiſſo præconio, quo omnes totius orbis gentes, ad audiendam ſapientiam, & prudentiam vocauit, vt Sanctus Baſilius optimè annotauit. *Audite hæc omnes gentes auribus percipite, qui habitatis orbem, &c.* Quidnam dicturus es? Ea quæ accident his, *qui confidunt in virtute ſua, & in multitudine diuitiarum ſuarum glorianur.* Qui nam ſunt ij? Diuites ſeculi, inquit Baſilius, qui ſperant, & confidunt in incerto diuitiarum ſuarum. Quid illis euenit? *Relinquent alienis diuitias ſuas, & ſepulchra eorum domus eorum in æternum.* Supremam, vulgatiſſimãque, vulgatiſſimamque, & omnium diuitum ore decantatam excuſationem à fundamentis ſubuertit Dauid, quam perpetuò prætexunt ad diuitias recondendas, & conſeruandas, quia filijs ſuis relinquendas conſeruant: *debent enim parentes theſaurizare filijs.* His primò reſpondet Auguſtinus iuxta ea, quæ ſuperius dicta ſunt. Mentiuntur quidem homines, inquit Aug. & palliare volunt nomine pietatis, vt quaſi propter filios videantur ſeruare, quòd propter auaritiam ſeruiant. Nam vt noueritis, quia ſic plerumque cõtingit, dicitur de quodam: Quare non facit eleemoſynam? Quia ſeruat filijs ſuis. Cõtingit vt amittat vnũ. Si propter filios ſeruabat, mittat poſt illam partem ſuam. Quare illam tenet in ſacculo, & illum relinquit ab animo? Redde illi quod ſuũ eſt, redde quod illi ſeruabas. Mortuus eſt, inquit: ſed præceſſit ad Deum. Pars ipſius debetur pauperibus, illi debetur ad quẽ perrexit. Chriſto debetur, ad illum enim perrexit, & ille dixit: *Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis.* Qua fronte venturus es ad filium tuum, qui præceſſit, cui præcedenti, partem ſuam non mittis in cœlum? Plauſibilis, inquit Baſilius, eſt iſta auaritiæ excuſatio: liberos præterexitis, ac interea cordibus veſtris ſatisfacitis. Deinde, iuſtum eſt, inquit Auguſt. vt filijs theſaurizes, ſed non ita vt tui ipſius obliuiſcaris; animæque tuæ, cuius priuſquam filiorum, & omnium aliorum debes gerere curam, & audire conſilium Spiritus S. dicentis: *Miſerere animæ tuæ.* Nulla miſericordia in alium Deo eſt accepta, ſi miſericordiam, quam erga animã tuam agere debes, dimittas, inquit Auguſtinus *a*. Nonne coniunctior eſt tibi, inquit Baſilius *b*, cunctis liberis tuis anima tua? Nonne omnium familiariſſima. Huic tu primas partes da diuitis hæreditatis, vitæ videlicet æternæ diuitem materiam, deinde filijs diſtribue. Filij namque quando domui paternæ non ſuccedunt, aliam ſibi conſtituunt: at anima abs te relicta, neglectaque apud quem miſericordiam inueniet? Similiter Auguſtinus diuitibus reſeruantibus diuitias filijs ſuis reſpondet: Seruant, inquit, illi diuitias, & augẽt. Quibus? filijs ſuis, & illi, filijs ſuis, & tertij, filijs. Quid Chriſto? Quid animæ tuæ? Omnia filijs? *Inter filios ſuos, quos habent in terra, computent vnum fratrem, quem habent in cœlo, cui totum dare debebant, vel diuidant cum illo.* Ne filios tuos, inquit Baſilius, auaritiæ cauſã facias, filios habes? Eis theſaurũ ſempiternũ theſauriza: theſaurus namq; pecuniæ pietas eſt. Relinque bonam filijs memoriã, magis q̃ diuitias multas, ſac omnes

Ier.12.20.

Hom.15.in imperf. ad finem.

Hõ.in Pſa. 68.

Pſal.48.

2. Cor.12. 14.

Li. de decẽ chordis.

Matt.25. 45.

¶ 500.

Hom 7. in diteſcentes poſt med.

In Pſ. 48.

Eccl.30. 24.

a Serm.30. de verb. do. & 102. de tempo. & 21. de ciuit. c.27.

b Hom.7. cit. poſt medium.

In Pſ.48. cit.

Hom.21. ad medi.

omnes filio tuo, ratione pietatis, & beneficentiæ, patres. In huius explicationem prosequitur Basilius, ostendens, quam fœlices sint filij diuitis misericordis, & infœlices filij diuitis auari. Sed audi Dauidem omnes excusationis tuæ prætextus manifestè repellentem. *Et relinquèt alienis diuitias suas.* Quomodo hoc verum est? Primò, inquit Chrysostomus, quia sæpissime id accidit, & frequentissimum est, illum diuitis domos tandem possidere, quem nũquam nouit, imò, & ipsius inimicum. *Homil. 23. ante med.* De quo argumento elegantissimè loquitur Basilius. Et hoc certum est, quod nescit, quisnam possessurus sit, quæ congregata dimittit, cuius causa eius vanitatem idem Dauid arguerat, qui *thesaurizat, & ignorat, cui congregabit ea.* *Psal. 38.* Secundò, inquit Augustinus, alienis relinquunt bona sua, quia quamuis filijs relinquant, verè alienis relinquunt. *In Psal. 48* Qui enim tibi nihil proficit, alienus est, quantumcunque ex ipsis tuis visceribus genitus in Euangelio quidam vulneratus iacebat à latronibus, Dominus autem dixerat cuidam: *Diliges proximum sicut teipsum;* Et ille responderat: *Et quis est mihi proximus?* Et narrauit Dominus: Homo quidam descendebat ab Ierusalem in Hiericho, & incidit in latrones, qui eum vulnerauerunt, & semiuiuum in via reliquerunt. Transierunt propinqui, Iudæus enim erat, ideo de Ierusalem descendebat in Hiericho. Transijt sacerdos, & præterijt, trãsijt leuites, & præterijt etiam ipse, transiuit quidam Samaritanus, Samaritanus nescio quis, extraneus erat. Ipse ad illum accessit, inspexit miseriam eius, & misericordia motus curauit vulnera eius, leuauit in iumentum, & duxit in stabulum, commendauit stabulario. Quæ in mysterio dicta sunt, & ad discutiendum nunc prolixiora videntur, tamen propter quod proposui, fratres, ait Dominus: Quis est illorum isti sauciato proximus? Respondit: ille credo, qui cum illo fecit misericordiam. Vade, inquit, & tu fac similiter. Cui misericordiam facis, proximus tibi est. Si ergo extraneus Samaritanus, faciendo misericordiam, & subueniendo, proximus factus est; quicunque tibi in tribulatione subuenire non possunt, alieni à te facti sunt. Iam attendamus illos diuites, qui male vixerunt, qui superbè egerunt: mortui sunt, & reliquerunt, non dico extraneis, sed filijs suis diuitias suas, & si ij ipsorum viam parentum suorum sequentur: sicut illi superbi, ita & isti, vt illi auari, & isti, alieni ab illis sunt. Nam vt noueritis, quia alieni sunt, qui subuenirent illi diuiti, qui ardebat in flamma successores ipsius diuitiarum. Sed fortè non habuit, qui illi succederent, & alieni possederunt diuitias ipsius. Inuenimus in Euangelio, quia habuit, ait enim: *Habeo quinque fratres.* Fratres ipsius in ardenti flamma subuenire illi non potuerunt. Quid tibi diceret dives? Quid fratres? Vnum fratrem mihi amicum non feci, qui iacebat ante ianuam. Illi mihi fratres subuenire non possunt: qui possident diuitias meas, alieni facti sunt à me. Rectè ergo dicit: *Relinquent alienis diuitias suas.* Quare dixit, *alienis?* Quia nihil eis prodesse poterunt. Quid eis remanebit? nihil, *Sepulchra eorum, domus eorum in æternum.* Ita Augustinus, qui irridet diuites curantes domos marmoreas sibi præparare, omnibus bonis abundantes, in quibus ad momentum permansuri sunt: & nõ curant præparare domos, quibus in perpetuum sunt reponendi, vt ingrediantur in abundans sepulchrum. Omnem igitur illum, qui non es tu ipse, alienum reputa à te. Quid enim minus torquebit te flamma inferni, ex eo quod filij tui possideant bona, quam ex eo quod exteri? Quid magis tecum reportabis, si filios relinquas hæredes, quam extraneos? Optimè Christus, *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis recipiant vos.* Quem locum egregie ad hoc institutum Sanctus Ambrosius annotauit.

Luc. 16. 27

Luc. 16. 9

Li. de Naboth. ca. 7. & l. de Elia, et ieiu. c. 20.

§. 33. ***Quia eleemosynam dare, est seminare; dum viuis est danda, & liberaliter quidem receptura quod dederis melioratum.***

¶ 501. VOcatur secundò eleemosyna, seminatio, quia nihil magis requirit congruo tempore fieri, quam iactatio seminis, vt abundantes referat fructus. Omnia tempus habent: signanter autem est tempus serendi: & tempus metendi. Qui ad seminandum expectaret tempus metendi, insipientissimus esset ipse, eiusque seminatio inutilis. Insipientes omnes illos demonstrant Basilius *a*, & Ambrosius *b*, qui ad horam mortis remittunt eleemosynarum collationem. Tunc enim potius est tempus colligendi, quæ viuens seminaueras, quam seminandi, quæ moriens colligas. Ne inuertas tempora. Quid nunc, inquit Ambrosius, misericordiam fieri vetat? Quid te continet? copia rerum abundas, bonaque habes copiosa, e furientes præsto sunt, flentes, nudi, circunstant gemētes, vincti de carceribus, ęgri de lectulis miserabili, & flebili lamentatione circumstrepunt, tu misericordiam quid in crastinum differs, cum hodie crudelis, & immisericors fias? Audi saltem sapiētissimi consilium Salomonis: *Ne dicas, inquit, abi nunc, & redi crastino, & dabo tibi, non enim scis quid pariat superuentura dies.* Sed ne huiusmodi mandata suscipias, aures obstruit auaritia, &c. Vitam tibi polliceris, in qua eleemosynam facies, inquit Basilius, non vt post hac sis liberalior, sed vt instantem mendicum à te propulses. Iam quando suppetit, quid prohibet quominus liberaliter impartiare? Nonne inops adest? Nonne plena sunt horrea? Nonne merces à Domino parata? Nonne mādatum manifestum? Esuriens fama absumitur, nudus frigore rigescit, & tu eleemosynam in crastinum differs? Audi Salomonem; *Ne dicas, Reuersus regredere, & cras dabo, ignoras enim, quid sequens pariat dies.* Ita Basilius; Ex cuius, & cæterorum patrum doctrina hoc mihi exploratum habeo, quod eleemosyna, quam differs ad horam mortis, non plenam rationem habet eleemosynæ. Etenim illa non ex amore, & charitate Dei procedit, neque ex commiseratione erga pauperes; ideoque illam vocat rem mortuā Basilius. *Si enim nunc cum facultas adest, videsque miserorum vulnera, & audis inopum clamores, non misericordia moueris, quando infirmitate eius oppressus, nec tibimetipsi poteris plene attendere, quomodo ex Dei amore, & misericordia erga pauperes, ea quæ tunc dabis, te dare credendum est? Dabis igitur, non ex misericordia, sed quia videste amplius retinere bona non posse. Vnde si immortalis esses,* inquit Basilius, *nunquam mandatorum Dei recordatus esset.* Hæcque fuit ratio, qua S. Lucia virgo matrem suam Eutychiam conuicit, vt viuens in pauperes eogaret, quæ ad mortis horam eroganda seruare volebat. Quid enim magnum est, inquit, te dare Christo, quod necessariò es relictura? Quid magnū dare, quod ferre non potes? Ex quibus rationem attende ex theologia deductam. Fructus eleemosynæ pendet ex voluntate, & animi affectu, quo illa datur. Hora autem mortis non datur affectu misericordiæ, & animo subleuandi pauperum necessitates, sed quia tecum nō potes bona portare. Fructus igitur eleemosynæ illius, aut exiguus, aut nullus est. Vt ergo tibi proficiat, & abundantes vberesque reddat fructus, quos colligas, nunc viuens, & sanus, visceribus misericordiæ affluens, eleemosynā dato. Sed de ijs in sequēti tractatu. His congruunt quæ elegāter idem Basilius tradidit, agens contra eos, qui dicunt se in morte daturos pauperibus, quę in vita reseruata tenēt. Proh dolor, inquit Basilius: cum non amplius inter homines eris, tunc benignum, ac liberalem te prębebis? Cum mortuum te conspexero, pium, ac fratris amātem compellabo? Egregiā sane gratiam ex liberalitate ista tua capies, quod in sepulchro iacens, & in terram resolutus, beneficētiam, ac magnanimitatē exerces. Quorum, cedo, temporum mercedem exiges? eorumne, quibus in vita superstes fueris, an eorum, quæ post mortem sunt consequuta? Atqui eo tempore, quo viuebas, voluptatibus vitæ deditus,

a Homil. 6. in diteſce.
b Serm. 81. poſt med.
Prou 3. 28. & c. 27. 1.
Hom. 6. in diteſcent. poſt med.
Prou. 3. cit.
Hom. 7. in diuit.
Homi. 7. in diui. ad fi.
¶ 502.
Orat. 24. de mort.

tus,& delitijs diffluens,nec oculis quidem pauperes dignabare:qualis autem actio, talis etiam merces pro operibus debetur: oſtende prius opera,& tandē exige mercedem. Nemo mehercle finitis nundinis mercaturam exercet; neque ille vnquam, qui poſt certamina accedit, coronatur, neque qui iam cōfecto bello venit,laudem conſequitur. *Meritò igitur ne is quidem, qui vitam iā exactā, poſt mortem pietatē exercet, pius cenſendus eſt.* Ita Baſilius, cuius ſingula verba peculiarem rationem eius, quod intendimus, continent, in quibus illa extrema annota, quibus aſſerit, huiuſmodi hominem non eſſe cenſendum pium, propter rationem ſanè à nobis paulo ante indicatam, & traditā; quia non ex pietate,& miſericordia in pauperes,eleemoſynam largitur, ſed quia ſecum bona ſua deferre nō poteſt,quæ in mundo relinquere compellitur. Tertiò vocatur eleemoſyna ſeminatio, quoniam hæc liberalem manum exigit: non enim ſub determinato numero agricola ſemina iacit,nec manum conſtringit,dum ſeminat; ſed aperit, vt ſpargat: certum eſt namque quia, *qui parcè ſeminat, parcè,& metet a.* Talis debet eſſe eleemoſyna cum liberalitate. Hoc enim inquit Chryſoſtomus *b*, dicere voluit Dauid *c*, illo verbo vtens, *Diſperſit*, quod idem ſignificat,ac ſi dicat: Cum liberalitate, & abundantia profundit. Et quod ita agant homines, hortatur Chryſoſtomus ex eo, quod videt liberaliter, & ſine menſura illos profundere,quæ dent mundo,carni, & dæmoni. Quanto enim magis liberales erga Chriſtum eſſe deberent? nō multo ſcrutinio vtamur,inquit Chryſoſtomus,ſed non cunctabunda manu ſeminemus. Non vides quanta alij dant mimis,& mulieribus ſcortis?& ſi dimidiū Chriſto dederis,quę illi ſaltātibus dāt, & liberaliter ijs,qui in fornicibus,tanta tu vel eſurienti da. Nam illi quidem corpus ſcortorum auro multo veſtiūt, tu autem neque tenui veſte Chriſti carnem, eamque nudam videns. Quali hoc venia dignum? Quantum hoc non meretur ſupplicium, quando ille qui dē perdenti, & confundenti ſe tanta ſuppeditat; tu autem neque minimum ſaluanti te, & facienti clariorem? Sed in ventrem quidem,& ebrietatem,ac intemperantiam inſumens, nullius paupertatis memor es; *vbi paupertatem iuuare oportet, omnibus es pauperior.* Et parasitos quidē paſcens,& adulatores, quaſi ex largis fontibus fouēs,gaudes; ſi autem pauperē alicubi videas,tūc tibi paupertatis metus incidit. Ita Chryſoſtom. Idem proſequitur Baſilius,cō querens maximè, quod cum liberales ſint homines ad ea,quę ſibi ſunt in perditionem, ſolummodo erga pauperes ſunt cōſtricti. Occurſus pauperū vitas, ò diues,inquit Baſilius ne fortè aliquid vel modicum è manibus coacto exeat, *vnam tantū noſti vocem; Non habeo; Non habeo nam,& pauper quoque ego ſum.* Et benè pauper. Pauper es profectò, pauper,& omniū egēs bonorū. Pauper inquā, charitate, pauper benignitate in indigos,pauper fide erga Deū, pauper æterna ſpe, &c. In huius cōfirmationē expendit,quod de illo iuuene dictū eſt, quod eo ipſo atque ab ipſiuſmet Chriſti ore audiuit; *Vende quæ habes, & da pauperibus abijt triſtis.* Nihil homines reddit mæſtiores,& triſtiores,quā hęc vox,*da pauperibus.* Si audieris:da pecuniā mulieribus delicijs, lapidicidis, architectis, teſſellarijs pictorib. gaudes, quaſi rē pretioſiorē pecuniaaſſequaris. Nihil tibi magis perditū videtur,quam quod in pauperes expendis:ideoque ſicut triſtaris res omnimodæ perditioni datas audiens;ita cū audis, *Da pauperibus.* Noli contriſtari, inquit Ambroſius hoc idē expēdens, cū hæc audis, ne dicatur tibi ſicut,& illi adoleſcenti diuiti dictū eſt; *Quam difficilè qui poſſeſſiones habent,in regnum Dei intrabunt?* Magis cum hæc legis, conſidera, quia iſta tibi poteſt mors eripere, poteſtas ſuperioris tollere, &c. Quartò, quod ſeminatur non re vera, ſed ſolummodo ſecūdum externā apparentiam perditur,vt paulò ante dicebamus:quin potius permanet in fructu, non quōcumque, ſed multiplicatū, & melioratū, vnde Apoſtolus ſeminationis metaphora vtitur, ad explicandū myſteriū reſurrectionis corporis noſtri. Cū enim ſeminas, nudum quidē granū ſeminas, plenū puluere, inde tamen non nudum granum prodit,ſed ſpica virens florens,& fructificans. Ita ſanè in eleemoſyna, non per-

¶ 503. Hom. 6. in diteſcent.

Hom. 7. in diu. auar. Matth. 19. 21.

Li. de Nabuth. c. 14.

1. Cor. 15. 36. 37.

a *2. Cor. 9. 6.*

b *Ho. 19. in 2. ad Cori. & hom. 55 in Gen.*

c *Pſ. 111. 9.*

perditur, quod das pauperi, sed manet: *Iustitia*, inquit *a*, *eius manet*. Iustitiæ nomine Chrysostomus *b*, eleemosynã ipsam intelligit, quo nomine sæpè in scriptura vocatur, vt dicemus, quasi dicat; Non perijt eleemosyna, quã das; sed manet in seculum seculi. Mirũ fortasse, inquit Basilius *c*, incredibileque quod sum dicturus videbitur: tamen omni re certius. *Distributæ opes, vt ipse testatur Dominus, firmiores permanent, amatæ vero, ac cupidius custoditæ perdũtur si asseruabis, nõ habebis si dispergas, inuenies*, vt ait Propheta: *Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet*. Mirabile est, inquit Chrysostimus quod quæ custodiuntur pereunt, quæ autem disperguntur manent, & manent semper. Manent enim in seculũ seculi, manent inquam meliora, & melioris conditionis sortem adepta. Seminatur enim frustum panis, vestis attrita, calix aquæ frigidæ, & manet tibi iustitia sempiterna. Das enim, inquit, Sanctus Petrus Chrysologus, terram, accipis Cœlum; das numum, accipis regnum, das micam, & accipis totum: Seminatur in terra, inquit Ambrosius, germinat in Cœlo; plantatur in pauperes, apud Deum pullulat.

a Psa. 10.
b Hom. 19. in 2. ad Corint. & ho. 4. ad pop. ad fin.
c Homil. 7. in diuit. an te med.
Homil. 19.
Serm. 8.
Li. de Nab. c. 12. ad fi.

§. 34. *Sicut lutei lateres ad Dei pedes repositi, in Sapphiros fuerunt conuersi, ita diuitiæ si in Cœlo condantur.*

¶ 504. MIranda visio Moysi, Aaron, Nadab, Abiu, & Septuaginta seniorum Israel, qui ascenderunt cum Moyse ad montem: & antequam ad eius altitudiem peruenirent, à longe, *viderunt* in vertice montis existentes, *Deũ Israel, sub pedibus eius, quasi opus lapidis Sapphirini, & quasi Cœlum, cum serenum est*. Nõ viderunt ipsam Dei substantiam, quæ oculis corporeis est penitus inuisibilis; sed formam quãdam, & figurã visibilem, & corporalem accepit Deus, inquiunt Augustinus *a*, & Gregorius *b*, secundum quam, iuxta id quod ostendere vult, se videndum exhibet, naturæ, & oculis hominũ se contemperans, vt annotat Hieronymus *c*, probat Chrysostom. *d* ex eo, quod ipsemet Deus, dixit *e*, *Ego visionem multiplicaui eis, & in manibus Prophetarũ assimilatus sum*. Quod de figuris, quibus se videndum Prophetis exhibuit, explicat Chrysostomus. Sub qua tamẽ figura Moysi, Aaron, cæterisque senioribus se ostẽderit, optimè explicat Caietanus *f*, ipsius textus verba annotãs. Quod enim dicitur *Viderunt Deum Israel* non ponitur nomẽ *Iehouah*, quod diuinam essentiam, & substantiam significat: sed nomen *Elohe*, quod iudicẽ significat: Deus enim se vidẽdum præbuit sub figura, & specie summi iudicis: & merito, quippe cum ad dandam legem descendisset. Non solum autem ipse tanquam iudex se videndum præbuit, sed singulariter voluit, vt videret pauimẽtum, quod sub pedibus suis fulgebat: erat enim ex lateribus, qui erãt Sapphiri quidam grandes, præfulgidi, Cœlestem, splẽdentem, & incorruptibilem naturam referentes. Et huius rõ fuit, quã ex Hebræorum doctrina tradit Lippomanus: voluit enim Deus, illos qui operibus duris luti, & lateris erant afflicti consolari, & ostendit luteos lateres, quos in Ægypto manibus tractauerãt, ad Dei pedes positos, versos, in Sapphiros grandes lucidissimos, splendidissimos, incorruptibiles, qui cœlestem quandam naturam, & conditionem erant sortiti. Vide quales fuerint lateres lutei, positi ad pedes Dei: non enim consumpti fuerunt, sed Cœlestes facti, permanent versi in Sapphiros in æternum coram Deo supremo iudice. Grandis sanè visio, & quæ si quod tractamus aptissimè explicat. Quidnam terrenæ facultates, & diuitiæ, nisi terrenum lutum? Hoc sane typo, vt Gregorius obseruauit, Propheta Habacuc, cuiusdam tyranni diuitis, diuitias sine termino congregantis, & concupiscentis descripsit dicens: *Væ ei qui multiplicat non sua: vsquequo*, & *aggrauat contra se densum lutum?* Loquitur propheta ad literam de Nabuchodonosor, qui non contentus suis ad alienas ciuitates, prouincias, & diuitias rapiendas se conuertit: sed quod de quouis auaro diuite intelligi possit, patet ex doctrina Ambrosij, qui de quouis auaro cẽset aptè dici, quod cõgregat nõ sua, ex eo quod diues, œconomus

a Li. 2. qq. in Exod. q. 101.
b 18. Mor. c. 36.
c In c. 7. Is. & Oso. 12. & 55. in Gen.
d Hom. 3. in Exod.
e Ose. 12.
f In c. 24. Exod.
In cap. 24. Exod.
34. Mor. c. 8. & 3. p. pastor. ad. monit. 21. Hab. 2. 6.
Li. de Nab. c. 12. ad fi.

nomus est Dei, potius quam Dominus diuitiarum, cui Deus diuitias commisit potius, quam dedit, in pauperes distribuendas. Ideoque multis rationibus ostendit pauperum esse diuitias, quas ipse recondit, & congregat, & illam sæpè repetit sententiam: Esuriētium panis est, quem tu detines, nudorum indumentum est, quod tu recludis, miserorum redemptio est, & absolutio, pecunia, quam tu in terram defodis. Tot te ergo scias inuadere bona, quot possis præstare, quod velis. Ita Ambrosius. Quæ eisdem penitus verbis Sanctus Basilius *a*, dixerat, & similiter docuit Beatus Chrysostomus *b*, verba quædam proferens, quæ cū grano salis intelligenda sunt. *Tuarum*, inquit, *es ò diues, dispensator pecuniarū, non minus quam qui ecclesiæ, bona dispensat*. Sicut igitur ille potestatem non habet, ea quæ propter pauperes à vobis erogantur, temerè, & vt casu venit dispergendi, ita neque tu tua. Et infra: Nunquid tua possides? Res pauperum tibi sunt creditæ, siue ex laboribus iustis, siue ex hæreditate paterna possideas. Considera quomodo per omnes parabolas non suis congruè vtentes pecunijs punit. Nec enim virgines aliena rapuerant, sed propria non dederunt. Neque qui talentum in terram defodit, iniustū sibi vsū vendicauit, &c. Ideò aptè à Spiritu sancto per sapientem dictum est; *Fili eleemosynam pauperis ne defraudes, & oculos tuos ne auertas à paupere*. Expende verbum, *ne defraudes*. Fraudem committit œconomus, qui quæ accepit distribuenda in seruos Domini sui, sibimet retinet. De quibus alibi. Væ tibi si congregaueris, & reconderis non tua, dimiseris filios Dei vacuos, tibi recondens quæ illis dare debes. De his enim dixit ille amicus Iob, Sophar Naamathites: *Diuitias quas deuorauit, euomet, & de ventre illius extrahet eas Deus*. Expende vim illius verbi, *deuorauit*, quo communiter scripturæ sacræ vtūtur ad effectum grandem exprimendum, quo auari rapiunt, & concludunt diuitias, quas acquirunt, metaphora sumpta à guloso. Videbis hominem gulosum, cuius venter Deus est, qui hinc inde ei bos conquirit, & illos deuoraus, in stomachum magna cū voluptate traijcit, & ita illum replet: vt non valens tot tā taque digerere, imò nec sustinere, post breuem dormitionē cui se tradiderat, expergefactus, torsionibus afflictus, incipit omnia euomere maiori, cū dolore, quam fuerat voluptas, quam deglutiendo habuerat, & sudans præ anxietate, per varias quas coactus facit eruptiones, totum quo se ingurgitauerat, & quod ventre concluserat, euomit, & eructat. Talis est diues auarus, qui diuitijs tanquam Deo affectus, nihil magis curat, quam eas congregare, implere saccos, arcas, horrea, cellaria, deuorat viduas, pupillos: venit subitò insperata mors, cuius augustijs expergefactus, & afflictus, incipit cum luctu, & dolore omnia euomere, quę cum voluptate cōgregauerat, varijsque legatis, in filios, consanguineos, famulos, ecclesias, xenodochia, quasi quibusdam eruptionibus, omnia euomit, & vacuus omnibus remanet, nihil sibi nisi anxietatem retinens, quod secum possit ferre. Verè ergo diuitias, quas deuorauerat, euomit; ideoque ei euenit, quod idem Habacuc dixerat: *Vomitus ignominia super gloriam*, quia maior pœna in vomitu, quam voluptas in congregatione. Væ igitur ei, qui congregat non sua. Hic sine dubio *aggrauat cōtra se densum lutum*. Quid densi luti nomine, inquit Gregorius, nisi diuitias ac terrena bona intelligit? lutū, quia ex terra, quia fœdat, & maculat: quia quò maiorem copiā earū congregaueris, maiori copia densi luti immersus detineberis. Miser stultusque homo esset, qui expectans inimicorū grandem contra se exercitū aduenientē, densum lutum multiplicaret, & circa se applicaret, quo magis immersus teneretur. Ecce quid diues auarus agit, densum lutum contra se congregat, vt cū hora mortis aduenerit, inimici, id est, peccata sua, ipsū condemnare, & perdere nitentes, emergendi non habeat facultatem, qui si lutū sparsisset in pauperes, liberos ad fugiendum pedes sentiret. Quam difficile qui grandi copia luti tenetur immersus emergit, quando emergēdi hora aduenit? Quam violenter, & amarè anima diuitis è corpore extrahitur, quā copia diuitiarū tenet immersam, & den-

Ser. 81. ad finem.

a *Homil. 6. in diteſcēt. ad finem.*

b *Hom. 34. ad populū.*

¶ 305.

Eccl. 4. 1.

Iob. 20. 15.

Hab. 2. 6.

Ibidem.

& densum lutum cõtinet implicatam: Benè quidem densum lutum vocantur horum diuitiæ, inquit Gregorius, quia ex lucro iniusto sæpissimè sunt acquisitæ: contractus, per quos eas acquirunt sunt, de quibus Hispanè, ad significandum eorum iniustitiam dicimus, *esse negocio va muy ospesso*. Lutum ergo, quod tibi applicatum, & copulatum, fœdat, maculat, tingit, immersũ tenet, inimicis expositum, ad pedes Dei positum, vertitur in sapphiros splẽdidissimos, cęlestes, incorruptibiles. Nihil magis corruptibile, quam lutum, quod iam secum corruptionem habet: nihil magis incorruptibile, quã cœlũ, quod nulli corruptioni subiectum est. Quanta virtus, & potentia pedum Domini est, vt lutum ipsum ipsis applicatũ, cõuertat in cęlestes, incorruptibiles, splẽdẽtesq; sapphiros? Qui pedes Domini, nisi pauperes, in quibus mundum perãbulat? dixit Christus: *Ecce ego vobiscum sum, omnibus diebus vsque ad consummationem seculi*. Id autem multis modis complet: signanter per pauperes, in quibus se præsentem exhibet, & exhibendum promisit, dicens: *Pauperes semper habebitis vobiscum*. Propter hanc causam, inquit Basilius, egere voluit, vt te diuitem faceret: sic enim ait Apostolus: *Qui propter nos egenus factus est, vt illius inopia nos diuites essemus*. Non solum egenus factus fuit, quando carnẽ nostram assumpsit, vixitque in mundo, non habens vbi caput reclinaret, sed quotidiè egenus fit, veniens in pauperibus, vt eius inopiam supplens, diues efficiaris. Inter alias stellas, quas astrologi ad suas prædictiones considerant, illæ sunt famigeratissimæ, quas vocant Capillos Berenicis, quæ sũt septem stellæ ad caudã Leonis sitæ. Fuit Berenice (quã Beronicẽ alij vocãt) Ægypti Regina, Ptolemæi Philadelphi, & Arsinoes filia, vxor Euergetis fratris Ptolemæi: qui cũ illam in vxorem accepisset, paucis à nuptijs diebus in Asiam cũ exercitu expeditionem fecit: Berenice eius vxor tunc votũ emisit, si victor rediisset vir, se crinem detonsuram, Venerique deæ dicaturã. In cuius voti satisfactionem, abscissam comã in templo Veneris consecrauit. Cũ tamen postridie capilli non comparerẽt, ęgrè

¶ 506.

Matt. 28. 20.

Matth. 26. 11. & Ioã. 12. 8. & Mar. 14. 5. 2. Cor. 8. 9.

inferenti Regi, Cęnon Astrologus Regis, gratiam per adulationem captans affirmauit, illos à dijs inter sidera collocatos, in Stellas conuersos, ex quibus caudam Leonis dixit fuisse confectam. De quo crine in Stellas mutato Callimachus græcus elegiam scripsit, quam latinam fecit Catullus. Hinc apud Astrologos celebris est coma Berenices. Hac fabula vsi sunt gentiles, per quam quantum existimo, voluerunt docere, gratissima esse Deo illa munera, per quæ ea offeruntur, quæ nobis maximo sunt in precio. Nihil enim gratius Regiçilli, quam suorum capillorum ornatus, qui apud fœminas supremæ est æstimationis. Sed quod illi obscura rationis luce viderunt, suoque more fabulis explicarũt, certissimo fidei splendore Deus videndum tradit, & verissimis documentis explicat. Capilli diuitum sunt, eorũ superfluæ diuitiæ, quas summè diligunt, & colunt, & se ornatos exhibent, sed tanquam capilli Absalonis (vt supra dicebamus) dolorem capiti incutiunt, grãdes curas excitãt, timores inducũt, suspiciones generãt: ideo dixit Apostolus *Qui volunt diuites fieri incidunt in tentationem &c.* Et in *desideria multa vana & nociua*. Non ita qui phreneſim incurrit, vana, & multa imaginatur, sicut diues, vt D. Ambrosius prosequitur. Qui hos sibi detrahit capillos, grandi se dolore, & onere capitis leuat: & si Deo illos offerat, qui se in persona pauperis repræsentat, tã gratum habet donum, vt quasi in Stellas conuersos, cœlo referat, & constituat, qui aliquando dictus est: *Venite benedicti percipite regnum esurijui enim, & dedistis mihi manducare sitiui & dedistis mihi potum*. Vide lateres lutęos pedibus Dei applicatos, conuersos in sapphiros cęlestes. Eleemosyna, inquit Dauid, quam iucundus homo, qui miseretur, dispergit, non perditur: sed sicut granũ sparsum meliorẽ sortẽ nactũ remanet, in spica virenti, florenti, & abũdanti, ita illa manet, meliorem, & præstantiorem naturã sortita, nam *manet*, facta *iustitia*, & non quomodocunque sed eius, id est, in illius subsidiũ, & bonum, tibi enim proficit, inquit Ambrosius, quicquid inopi contuleris, tibi crescit quicquid in pauperes erogaueris.

1. ad Tim. 6. 9.

Serm. 81.

Matt. 25. 35.

Ps. 111. 3. 5

Li. de Nabuth. c. 12.

§. 35. Elee-

§. 35. *Eleemoſyna omnia bona homini inducit, ideoque per eam theſaurizat ſibi.*

¶ 507. *Pſ. cit.* 111.

SEd accuratius expendamus, cur eleemoſynam vocet Dauid iuſtitiã. *Iuſtitia*, inquit, *eius manet*, id eſt, eleemoſyna, vt ex Sanctis Patribus dictum eſt. Huius varias rationes Sancti Patres indicant. Prima, quoniam per eleemoſynam, & miſericordiam, omnia diuina bona homo cõſequi poteſt, ſi illam vt oportet exequatur. Iuſtitia, vt Diuus Ambroſius annotauit, vniuerſalis eſt virtus; ideoque idem ſignificat plena Sanctitas, quæ ex omnium virtutum connexione conſtitit: quomodo aliquis dicitur iuſtus, cui nulla virtus deeſt. In Scriptura Sacra idem eſt, Sãctus, & iuſtus, quod miſericors, & eleemoſynam faciens, vt doctus Ribera *a*, annotauit. Vnde, quod legimus *b*: *Scitote quoniam mirificauit Dominus Sanctum ſuum*, in Hebræo, *miſericordẽ*: & apud Michæã *c*, *Perijt ſanctus de terra*, in Hebræo, *miſericors*: & illud *d* *cum Sancto ſanctus eris*, in Hebræo *miſericors eris cum miſericorde*: ſimiliter in eadem Sacra Scriptura idem eſt iuſtitia, & ſanctitas, ac miſericordia, & eleemoſyna. Vnde quod dixit Daniel ad Regem: *Peccata tua eleemoſynis redime*, Chaldæus legit: *Peccata tua iuſtitia redime*: & Apoſtolus ipſe locum Dauidis exponens, aptè dixit illum explicans: *Augebit fruges iuſtitiæ veſtræ*, id eſt, eleemoſynæ veſtræ. Quoniam igitur iuſtitia omnẽ virtutem, & ſanctitatẽ complectitur, vocatur meritò eleemoſyna iuſtitia, quia ad omnem virtutem, ſanctitatem, & bonum conſequẽdum vehementiſſimè conducit. Quod ipſe Chriſtus Dominus indicare voluit, dicens iuueni illi: *ſi vis perfectus eſſe vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in Cælo*; eleemoſynæ tribuit, quod per eam futurus eſſet perfectus, id eſt, cui nihil deeſſet: eidem etiam, quod per eam habiturus ſit *theſaurum*, id eſt, omnium bonorũ, & donorum copiam, theſauri enim nomen, omnium generum diuitias exprimit. Per illam Abraham conſequutus fuit, vt Angelos domo ſua exciperet, & Cœleſtem promiſſionem de filio ſuſcipiendo ex Sara ſuſcepit, qui eius legitimus eſſet hæres, vt Diuus Chryſoſtomus annotat. Per illam, Lot euaſit incendium, ſuſcipiens peregrinos, cuius, vt obſeruat Origenes, alia benè geſta expreſsè non legimus. Per illam Rahab ſe, domum ſuam, parentesque ſuos pereunte vniuerſa ciuitate Iericho ſeruauit, vt conſiderat Beatus Iſidorus; ideoque illam protulit Ioſue vocem: *Sola Rahab viuat cum vniuerſis, quæ cum ea in domo ſunt; abſcondit enim nuntios, quos direximus*. Per illam Tobias Angelico dignus fuit ſuffragio, quo agente viſum recuperauit, & filios filiorum vidit, vt idem Angelus eidem intimauit. Per illam vidua Sareptana vitam ſibi, filijſque ſuis acquiſiuit, & quò liberalior fuit erga pauperem Eliam, abundantiorem fructum collegit, vt Sanctus Cyprianus *a*, expendit. Per illam iuxta ſententiam Epiphanij *b*, Hieronymi *c*, Ruperti *d*, quam Lyra communem Hebræorum dicit, Abdias diſpenſator domus impij Achab, Prophetię donum accepit, quia pauit centum Prophetas, quos impia Iezabel perſequebatur, eſſque quartus inter duodecim minores. De duce exercitus (inquit Hieronymus credẽs eum fuiſſe illum quinquagenarium, de quo ſcriptura *e*, agit) fit dux Eccleſiæ. Per illam Nabuchodonoſor diuina ſententia damnatus, ſuſpẽſionem pœnæ promeruit multis menſibus, totaliterq; eã vitaſſet ſi in cœpto opere, pro vt decebat, permanſiſſet, vt idem Hieronymus *f*, docuit. Per illam Thabita *g*, quæ alio nomine Dorcas vocabatur, diſpoſita fuit vt orationes Petri eam ſuſcitarent, vt Cyprianus *h*, & Chryſoſtom. *i* obſeruarunt. Per illam obtinuit Cornelius Centurio *k*, vt Angelica viſione conſolaretur, & mitteretur ad Petrum, inſtituendus in his, quæ ad ſuam fidem, & ſalutem pertinebant. Vniuerſale ergo quoddam bonum eſt eleemoſyna, ad omnem ſanctitatem, virtutem, & diuina dona obtinenda aptiſſimum. Quod egregiè Spiritus Sanctus expoſuit dicens: *Conclude eleemoſynam in corde pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni*

Li. 2. in Lucam.

a *In cap. 6. Amos 26.*
b *Pſa. 4. 4.*
c *Mic. 7. 2.*
d *Pſ. 17 28*

Dan. 4 24.

2. Cor. 9. 10.

Matt. 19. 28.

Homil. 5. in Geneſ.

Ioſ. 6. 17.

Tob. 12. 8.

3. Reg. 17.

a *Lib. de op. & eleemoſ.*
b *Li. de vi. & interit. prophetar.*
c *In Abdiã & in epit. Paulæ.*
d *In Habd.*
e *3. Reg. 18*

f *In exp. 4. Daniel.*
g *Actuũ 9.*
h *Li. de op. citato.*
i *Ho. 34. ad pop. & 11. in Epiſt. ad Heb.*
k *Act. 10.*

¶ 508. *Eccl. 29 15*

omni malo. Super scutum potentis, & super lãceam aduersus inimicum tuum pugnabit. Omnia verba expẽde Primò illud, *hæc pro te exorabit.* Posses enim pauperem videns, de eius solicitudine diffidere, credens, quod ille accepta eleemosyna nullam amplius tui corã Deo sit habiturus memoriam. Ne hoc te cõtineat ab eleemosyna; quãuis enim pauper pro te nõ oret, illa pro te exorabit. Imaginare, quod includens eleemosynam in sinu pauperis, quendam perpetuum oratorem pro te orantem constituis. Neque credas eleemosynæ preces inanes, nam *exorabit*, inquit. Differunt in rigore sermonis, orare, & exorare, sicut audire, & exaudire orãtem. Quoniam orare, nudã petitionem exprimit: exorare aũt petitionem cum affectu, & consecutione eius, quod petitur. Non solũ orabit eleemosyna, sed exorabit, id est, petet, cum effectu obtinens quod pro te petierit: vnde per illã omne malum euades. *Exorabit*, id est, obtinebit liberari, *ab omni malo*: si ab infirmitate corporis, si ab ægritudine animæ, si ab inimicis visibilibus, si ab inuisibilibus, &c. Est eius protectio *super scutum potentis, & lanceam.* Duo armorum genera sunt necessaria, vt homo ab inimicis sit omninò munitus, defensiua, & offensiua; defensiua, vt scutum; offensiua, vt lancea. Omni te armorum genere munitum intellige per eleemosynam. Per eã defenderis à peccatis tuis, quibus emundandis, Christus ipse illã cõstituit, dicẽs: *Date eleemosynam, & omnia munda sunt vobis.* Per eam defenderis à Dæmonibus insidiantibus: hoc enim Tobię eleemosynę promeruerũt, vt Angelus Raphael dæmonem, qui filio suo nocere poterat, ligaret. Per eam protegitur homo à diuina iustitia, quæ non nouit misericordes condemnare. Per eam ad omnem sanctitatem consequendam disponitur homo. Ex quibus quantum conijcio, excellentem rationem percipies; cur de misericorde viro agens Dauid, dixerit; quod seminans, & spargens eleemosynam, misericordia eius manet, id est, resultat, oritur, & pullulat tanquam fructus, indicans eleemosynam esse quoddam semen totius boni. Eleemosynam propter Deum contulisti? Semen quoddam totius boni repositi, ex quo omne bonum integrumque colligas. Nonne regnum Dei omnia bona complectitur? Est nãque beatitudo, status omnium bonorũ aggregatione perfectus, vt ex Boetio Diuus Thomas, cæterique theologi definiunt. Et vnde hãc omnium bonorum aggregationem colligam? Ex eleemosyna: dicturus est enim Christus: *Percipite Regnum, esuriui enim, & dedistis mihi manducare, &c.* Ex his patet, quod Sancti Patres ex eo dicunt eleemosynam dici seminationem, quoniam in seminatione homo parum iacit, & mittit, multumque reportat, si terra sit bona, & optima. Voluit Deus vt grandes abundantissimosque Sãctus homo colligeret, omnes scilicet Dei fruges, & bona idcirco ei exhibuit, & ostendit terram bonam, & optimam, in qua seminaret. Quænam hæc? domus viduæ, inquit Ambrosius *a*, sinus pupilli, inopia pauperum. De misericordia parua, inquit Augustinus *b*, magna nascitur copia, *secundus est enim ager pauperum.* Nullus ager quãtumuis ille sit, cui Dominus benedixit, & constituit Sancto Isaac, in quo serens, *inuenit in ipso ano centuplum*, tam fertilis est, sicut ager pauperum, aut inopia egenorum, vbi si vnum seminaueris, *centuplum in hac vita, & in futuro æternam vitam*, id est, omnium bonorum copiam recipies. In cuius confirmatione obseruauit Augustinus, consulto à Christo dispositum fuisse, in duplicato panum miraculo, quod panes, eius manibus traditi, pauci fuerunt; sed ibi creuerunt, vt non solum satiarentur innumeræ gentes; sed illis satiatis, remanserint vna vice duodecim cophini: alia septem sportæ. Hinc Chrysostomus: Si agricolæ penu suum euacuant, & semina terræ concredunt, idque cum voluptate faciunt, spe maiora recipiendi se solantes, & quamuis sciant, quod aeris intemperies nonnunquam, & terræ sterilitas, & alia multa accidẽtia spe excidere faciant; attamen bona spe se alentes, ea quæ sunt in promptuarijs collecta, terræ concredunt: multò magis nos, quæ absque vsu recondita sunt, dispegere in pauperum vsus, & educationem conuenit. Hic nunquam spes eluditur, neq; timenda ali-

Luc. 11. 41.

Matth. 25. 35.

a Li. de Nabuth. ca. 7. ad fin.

b Serm. 25. ver. Dom. ad fin.

c Gen. 26. 12.

Lib. 50. ho. 39.

¶ 509. Hom. 55. in Gen. & 34. ad popul. ad fin.

dà aliqua terræ sterilitas: dicit enim: Dispersit, dedit pauperib. &c. Hæc eadē non dissimili discursu idē Chrysost. prosequitur. Voluit nos Deus ditissimos facere, ideoque excellentes nobis nundinas exponit, quibus grandia reportemus lucra. Producitur, inquit Chrysostomus, bona negotiatio eleemosyna. Videmus enim captiuos, & pauperes in foro quosdam circumferri clamitantes; videmus lacrymantes, videmusque sese humili nobis quodā flectentes applausu. Nundinæ profectò mirabiles sunt. Harum nulla est alia professio, & negotiatori nulla alia intentio, quam paruo quidem emere, magno vendere: nam ea cuiusque negotiantis industria. Num negotiationis alia ratio est, quam quod minori empta, maiori pretio vendat, atque duplicatam sibi summam inueniat? Tales igitur nobis Deus nundinas proposuit: modico iustitias eme, quo multo vendas in seculo futuro. Hic modico iustitia emitur, pro panis fragmento, vili pro vestimento, pro calice aquæ frigidæ: *Amen dico vobis*, inquit spiritualis mercaturæ Dominus, *non perdet mercedem suam*. Calix aquæ frigidæ dignus est mercede sua, data vestimēta, datæ pecuniæ, putas non sortientur mercedem magis, & multo maiorem? Quare ergo calicem aquæ frigidæ in medium duxit? Sine impensa eleemosynam exposuit, nam si frigida est aqua, neque ligna consumis; vbi verò sine impensa datum tanto beneficio rependitur, vestimentorum sumptuositas, pecuniarum affluentia, aliorumq; bonorum collatio à iusto iudice, quanta mercede remunerabitur? Quandiu ergo facultas adest, quæ paruo venundantur ab eo, qui magna donat, accipiamus, rapiamus: quandiu nundinæ ipsæ perdurant demus eleemosynam, salutem emamus. Ita Chrysostomus Attende, inquit Ambrosius, qui potes parua pro magnis, caduca pro æternis, thesauros pecuniæ pro thesauris gratiæ expendere. Isti corrumpuntur, illi permanent. Ex his S. August. explicat, cur qui cibum non dederit esurienti, & potum sitienti æternis ignibus tradendus sit: dicturus est enim: *Ite in ignem æternum*. Huius tanti supplicij causam quæris? *Esurini, inquit, & non dedistis mihi manducare, &c.* Ecce pro esca temporali non ablata, sed non data, æternum, & horrendum supplicium comminatur: & rectè quidem si consulas veritatē: Paruum est enim quod in eleemosynis datur; sed cum piè datur, æternum inde meritum comparatur. Et ideo potius quia paruum est, quod datur, magna impietate non datur. Si Deus pro magnis magna exposulasset, non mirum, quod ea non exhibuisses. Sed quia pro magnis parua solummodo petit, si hæc reddere neglig es, æternam damnationem meritò incurres.

Hom. 5. de pœnit. post medium.

Matth. 25.

Matt. 10. 42.

Li. de Naboth. c. 14.

Li. 1. cont. aduers. legis cap. 16. post med.

§. 36. *Per eleemosynam Deus se tuum debitorem constituit, per quam thesaurizas tibi fundamēmentum, & firmamentū bonum.*

ALiam tamen rationem insinuant sancti Patres, signāter B. Ambrosius; cur eleemosyna vocetur iustitia: quia videlicet quamuis in ordine ad diuina dona obtinenda in nobis non sit perfecta vndique iustitia, & in ordine ad primam gratiam, & peccatorum remissionem nulla penitus neque imperfectissima; datur enim gratis ex mera Dei liberalitate, & bonitate, vt sanctus Apostolus definiuit: inter omnia tamen opera nostra, eleemosyna, quæ verè fit propter Deum, quandam rationem iustitiæ induit, vt per eam quicquid petierimus, consequamur. Primò, quia ipsemet Christus eleemosynam commendans, illam statuit legem, quam optimè ad hoc institutum expendit Beatus Cyprianus: *Date, & dabitur vobis*. Qui ergo propter Deū eleemosynam dat, dicere Deo potest, illud, quod S. Augustinus eum dicere posse, exposuit: Redde, quod promisisti; quia fecimus quod iussisti. Deinde, quia per eleemosynā, inquit Ambrosius, Deum facimus nobis debitorem. Quomodo autem debitor Deus dici possit, alibi exponemus; cum grano enim salis intelligendum est. Et huius rationem tradit, quia quæ in eleemosynam das propter Deum, Deus ipse recipere fatetur, & promisit se repen-

§. 10. Li. de Naboth. cit.

Ad Rō. 11. 6.

L. de op. & eleemosyn. Luc. 6. 13. 38.

furum, quæ recepit à te. Hoc varijs sententijs expoſuit Ambroſius: prima, exponens illud: *Beatus qui intelligit ſuper egenum &c. Nullus*, inquit, *magis beatus, qui in die iudicij habebit ſalutem à Domino quem habebit ſua miſericordia debitorem*. Secunda, exponens illud: *Diſperſit, dedit pauperibus. Quid*, inquit, *hoc melius bono, ſi pauperibus largiaris, in quo tibi debitorem Deum, quadã pietatis fœneratione conſtituas?* Tertia, expendens, eleemoſynam multos parere debitores. *Facit*, inquit, *tibi debitorem patrem Deum, qui pro munere, quo pauper adiutus eſt fœnus exſoluet, quaſi boni debitor creditoris: facit tibi debitorem filiũ Dei qui ait: Eſurijui & dediſtis mihi manducare, ſitiui, & dediſtis mihi bibere: quodcunque enim uni cuique minimorum collatũ fuerit, ſibi dicit eſſe collatum*. Ex quibus Ambroſius diuites arguit, qui neſciunt ex diuitijs hoc tã grande, & incomparabile bonum cõparare. Nec mirum quod hæc Ambroſius dicat, cum Deus ipſe id pleno ore fateatur dicens: *Fœneratur Domino, qui miſeretur pauperi*. Quem locum ſancti Patres nunquam expendere ceſſant, Cyprianus *a*, Ambroſius *b*, Baſilius *c*, Auguſtinus *d*, ſignanter autem Chryſoſtomus *e*. Certum eſt, eum qui fœnus accipit, debitorem eſſe fœneratis, ergo ſi Deo fœneramur, inquit Chryſoſtomus *f* nobis Deus debitor eſt: & qd mirũ, quod debitor vocetur, cum ipſemet Deus illam aliam proferat ſententiam *g*: *Qui accipit mutuum, ſeruus eſt fœneratis?* Quid igitur non inferendum Deus reliquit, ex eo quod à nobis mutuum per eleemoſynã accipere voluit? Hinc ipſe Chryſoſtomus infert, maius quid operari, qui eleemoſynam dat, quam qui mortuum ex Dei gratia, & de no ſuſcitat, aut infirmum ſanat. Magna, inquit, res homo, & pretioſa, vir miſericors: *Hac maior gratia eſt, quam mortuos reſuſcitare. Multo namque maius eſt, quam in nomine Ieſu mortuos ſuſcitare, eſurientem paſcere Chriſtum. Nam hic quidem tu de Chriſto bene mereris, illic autem ipſe de te. Hic* (in ſignis inquam) *ipſe debes Deo, in eleemoſyna verò, Deum habes debitorem. In miraculorum editione debitorem te Deus habet, in eleemoſyna autem tu Deum tibi obſtrictum habes*. Hæc adeo vera ſunt etſi mirabilia videantur, vt quantumuis certum ſit ſecundum fidem, quod diximus, hominem nihil penitus dare poſſe, quod ſit pretium ſuæ iuſtificationis, & remiſſionis peccati: iuſtificamur enim gratis: tamen ad oſtendendam vim eleemoſynæ, & confidentiam, quam in animo dantis generare poteſt, ſi legitimè fiat, vocatur in ſcriptura, pretium redemptionis animæ. Ita intelligit S. Auguſtinus illa Dauidis verba, quæ de diuitibus gloriantibus in multitudine diuitiarum ſuarum dixit, cauſam perditionis, cuiuſuis eorum exponens: *Et non dabit*, inquit, *Deo de propitiatione ſua, nec pretium redemptionis animæ ſuæ*. Ille, inquit Auguſtinus, cõfidit in virtute ſua, & in multitudine diuitiarum ſuarum gloriatur, qui non dabit Deo de propitiatione ſua, ideſt, placationem, qua flectat Deum pro peccatis: nec pretium redemptionis animæ ſuæ. Qui ſunt, qui dant pretiũ redemptionis animæ ſuæ? Quibus ait Dominus: *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt, & ipſi recipiãt vos in æterna tabernacula*. Illi dant pretiũ redemptionis animæ ſuæ, qui non ceſſant eleemoſynas facere. Ita Auguſt. In cuius confirmationem, illam expendit ſententiam, q̃ Paulus præcipiendam diuitib. tradidit Timotheo: *Diuitibus huius ſeculi præcipe non ſublime ſapere, nec ſperare in incerto diuitiarum ſuarum*. Et quaſi dicerent: Quid igitur facturi ſumus de diuitijs noſtris? *Diuites*, inquit, *ſint bonis operibus facile tribuere*, id eſt, abundantes eleemoſynas dare: *Theſaurizent ſibi fundamentũ bonum in futurum, vt apprehendant vitam æternam*. Quæ verba duobus modis intelligi poſſunt, vt omittamus quæ ſupra tradidimus. Primò, vt boni fundamenti nomine, intelligat meritum, & ius, quod homo acquirit ad vitam æternam per eleemoſynarum largitionem, ſicut fundamentum bonum ad aliquam hæreditatem acquirendam, quam quis intendit, eſt legitimum ius ad illam. Videturq; alludere Apoſtolus ad Chriſti doctrinam, aſſerentis, ſe æternæ vitæ regnum daturũ, pro operib. miſeri-

cor-

In Pſa. 40. Pſ. 40. cit. 1.

Pſal. 111. 8.

Li. de Nabuth. c. 7.

Li. de Nabuth. c. 14.

Prou. 19.

a Li. de op. & eleemo.

b L. de Na. c. 12. & 14.

c Hõ. 6. & 7. in diteſ.

d Locis cit.

e Ho. 5. de pœnit. poſt mod. et hõ. in illũ Pſ. 38. verum tam. vane

f Pro. 22. 7.

g Hom. 36 ad pop. & 16. in 2. ad Corinth in Moral.

¶ 511.

In Pſal. 48.

Pſal. 48.

Luc. 16. 9.

1. Timo. 6.

cordiæ, qui dicturus est, *venite benedicti, & possidete regnum*. Et si quæras, quodnam fundamentum ad talem vitam possidendam? *Esurivi enim, & dedisti mihi manducare.* Non alia opera, inquit Augustinus, exprimere voluit tã quam fundamentum, vt quo in loco eleemosynæ opera reponere, & æstimare debeas, discas. Et vocat Apostolus *fundamentum bonum*, alludens etiam ad illud sancti Tobiæ consilium ad filium suum: *Quomodo potueris, ita esto misericors, &c. Præmium enim bonum tibi thesaurizas in die necessitatis. Fiducia magna erit corã summo Deo eleemosyna omnibus facientibus eam* Omnia verba expende. Quidnam magnum homo potest coram summo Deo, in cuius conspectu omnes angeli, & Seraphim, quasi nihilum sunt, & inane? vt Propheta iuxta B. Hieronymi expositionem dixit: *Si iustè egeris, quid donabis ei?* dixit quidam amicus B. Iob: *Homini qui similis est tui prodesse poterit iustitia tua:* sed coram summo Deo quid magnum esse potest, & quid grandem fiduciam coram eo dare, cui postquam omnia, quæ possumus fecerimus, dicere debemus, *serui inutiles sumus, quod debuimus facere fecimus.* Eleemosyna, quæ non solum fiduciam præstat, sed magnam. Ideo dicit, quod per illam. *Præmium bonum tibi thesaurizas*, quòd Paulus vocat, fundamentum bonum, & securum, cui innitaris ad apprehendendam vitam æternam. Poteris enim liberè Deo dicere: Tibi cum in terra mea in paupere egeres, dedi vitam terrenam: da mihi cum egeo, in cœlo tuo vitam cœlestẽ: Te vestibus meis indui, cum nudus esses, me vesti gloriæ tuæ indumentis, cum nudus coram te appareo: in te cum coram me positus fuisti, liberalis extiti, in me cum coram te appareo, liberalis existe, nec enim iustum est, aut congruum, aut verò possibile, vt liberalior sit homo in Deum, quam Deus in hominem. Aut verò allusit Paulus, ad illam celebrem Spiritus S. ore Sapientis vocem: *Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemosyna resistit peccatis, & Deus protector est eius, qui reddit gratiam, meminit eius in posterum, & in tempore casus sui inueniet firmamẽtum.* Omnia expende. Dixit idem Sapiens, Deum constituisse mundum ex contrarijs: *Contra malum bonum, vnum contra vnum, duo contra duo, nec fecit quidpiam deesse.* Quem locum expendit B. Augustinus illam indicans doctrinam, quam princeps Philosophiæ Aristoteles tradidit, necessarium esse, vt ita mundus esset cõstitutus, si permanere debebat. Si enim tantum daretur vnum contrarium, inquit Aristot. & nullũ aliud poneretur, quod eius actionem posset impedire, illud omninò mundum consumeret. Si solus daretur ignis in mundo, nec esset aqua, quæ illi posset obsistere, totum mundum consumeret: de quibus alibi. Deus autem non minus prouidit mundo spirituali, quam visibili, & corporali. In mundo corporali, quia est ignis, posuit aquam, qua illius vim enervaremus, ne totus mundus consumatur: in mundo spirituali, contra ignem peccati, quidnam constituit? eleemosynam, quæ sic peccato resisteret, sicut aqua igni: vt sicut cum accenditur domus, remedium est aquam copiosè profundere, ita cum accenditur anima tua per peccata, eleemosynam profundas, quæ illius actioni, & viribus resistat. Vide vim quam eleemosynæ voluit attribuere, quam omnium potentiori designauit contrarium. Nihil in mundo potentius ad rem destruendam, quam ignis, qui actiuior est, & omnia in fauillam conuertit: nihil potentius ad destruendam animam, quam peccatum, quod eius virtutes, & dona consumit, & animam perdit. Huic tam potenti igni, quis poterit resistere? Ad extinguendum peccatũ non habuerunt vim antiqua omnia sacrificia, aut sacramenta, oportuitque vt ipsemet filius Dei de cœlis veniret, humanam carnem assumeret, crucem subiret, mortem pateretur infamissimam, & sanguinem funderet, vt peccati flammas sopiret. Et nihilominus Deus eleemosynam nunc tibi proponit, quæ illius vires eneruet, ardorem extinguat, & flammas absumat. Nescio si aliquid altius de eleemosyna dici posset: quod quomodo intelligendum sit, alibi exponemus. Nec mirum quod hanc habeat virtutem; nam *Deus*, inquit, *prosperter est eius qui reddit gratiam.* Gratiæ nomine eleemosynam ipsam intelligit gratiosè, & hilariter

Matth. 25.

Lib. 50. hõ. hom. 19.

Tob. 4. 10. num. 12.

Esai. 40.

Iob 35. 7. 8

¶ 512.

Eccl. 3. 33.

Eccl. 33. 15

riter exhibitam. Ita grata est Deo eleemosyna, vt oculos nō auertat ab eo, qui illam facit. *Vanse le los ojos tras el.* Pro grandi mercede Deus Dauid promisit.

Psal.31.8. *Firmabo super te oculos meos.* Hanc cuique eleemosynam concedit, in quem oculos suos collocat, estque prospector eius, qui reddit gratiam. Cum eleemosynam facis, ne cures videri ab homine aliquo, non enim deficiet, qui aspiciat, & retribuat: Deus scilicet ipse, qui defixis oculis conspicit. Et nunquam hoc ei memoria excidit: *Meminit eius in posterum.* Homo vilis, & ingratus, qui nō intendit soluere, quod ab alio accepit beneficium, statim illud obliuioni tradit: qui tamē est nobilis corde, & quod recipit, nititur maiori munere rependere, nunquam acceptum donum obliuiscitur. Per eleemosynam Deus voluit a te beneficium recipere. Christus, inquit Augustinus, est qui recipit, quod pauperi das, eodem affectu, ac si ipsemet esset pauper recipiens: ideo nunquam huius obliuiscitur, quin potius perpetua memoria conseruatum tenet, vt maiori munere soluat. Quid iude sequitur quod qui eleemosynam facit, *in tempore casus sui, inueniet firmamentum.* Tempus casus, erit tempus mortis, quando morte adueniente omnia tibi cadent: cessabunt pecuniæ, mensæ edulijs repletæ, lecti eburnei. Aut verò tempus casus, erit tempus futurum iudicij, *quando cœli magno impetu transient, elementa calore soluentur, & terra, & quæ in ipsa sunt opera exurentur.* Tunc inueniet firmamentum solidum, cui innixus, omnibus cadentibus ipse stet. Cadent diuites, potētes, ebriosi, epulones, luxuriosi, & omnes peccatores, qui non firmamentum collocarunt, quo stare possent: *Esurini*, inquit Christus, *& non dedistis mihi manducare: sitiui, & non dedistis mihi potum:* Nullum appositis firmamentum, cui possetis inniti. Cadēt in infernum. *Ibunt in supplicium æternum.* Ecce firmamentum. Cui idem Sapiens concinens subdidit: *In lingua sapientia dignoscitur & sensus, & scientia, & doctrina, in sermone sensati & firmamentum in operibus iustitiæ.* Opera iustitiæ eleemosynas vocat, vt sæpè dictū est. Hęc supponenda sunt illi, qui firmamentum vult sibi constituere, vt stare possit, omnibus cadentibus. Sapientia quidem supponenda est, vt lingua rectè loquatur, & doctrina, ac prudentia, vt quis sapienter proferat sermonem in concilio: sed vt firmamentum statuatur, quo firmus homo in tempore casus cōsistat, opera eleemosynæ supponenda sunt. Non cōstitues tibi firmamentum, nec fundamentum bonum, ex eo quod sapienter loquaris, neque ex eo quod prudenter mente discurras, neque ex eo, quod in terra multa acquiras, & cōpares: sed ex operibus iustitiæ, id est, ex eleemosynis, quæ quia rationem aliquā iustitiæ submininistrant, statuenda sunt, vt possis coram Deo in tempore casus stare. Ecce fundamentum, quod apponere debes, ò diues, inquit Augustinus, ad apprehendendam vitam æternam. Via cęli, per quam venitur ad patrem, pauper est. Incipe ergo erogare, si non vis errare. Hincque te examina, quodnam fundamētum habeas ad vitam æternam apprehendendam. Vide ò diues, si viduæ benefecisti, & si pupillum pauisti; vide quos nudos vestieris, quos famelicos paueris, &c. Si huiusmodi opera non egeris, quamuis plores, ieiunes, & cætera bona facias, adhuc tamen fundamentum à te statutum non est, vt ipsemet Augustinus prosequitur.

¶ 512.

Ser. 25. de ver. Dom. ad fin.

In Psal. 37 in illud, Cogitabo pro peccato meo.

2.*Pet.3.10*

Matth.25.

Eccl.4.29.

§. 37. *Singulariter disponit eleemosyna ad remissionē peccatorum, et regnum æternum acquirendum, vt Augustinus prosequitur.*

¶ 514. 1.*Ad Tim.* 6.19.

SEcundus modus est, vt per *fundamētum bonum ad apprehendendam in futurum vitam æternā*, intelligamus diuinam gratiā. Hæc enim est legitimum fundamentū ad vitam æternam apprehendendam, sicut peccatum est fundamentū æternæ mortis incurrendæ, iuxta illud Apostoli *Stipendia peccati mors, gratia autem Dei vita æterna.* Diuitibus autem hoc imponendum docet Apostolus, quod per copiosas eleemonas, huiusmodi fundamentum sibi comparent. Quod non ita intelligas, quasi per eleemosynam possit quis gratiam promereri, non enim gratia cadit

Rom.6.23

sub

ſub mẽrito; ſed quoniam eleemoſyna fiduciam grandem dat, ad illam à Deo poſtulandam: & quia inter omnia opera, quibus homo ſe diſponit ad diuinam gratiam, & ad peccatorum remiſſionẽ obtinendam (neceſſarium eſt enim, vt qui hanc vult conſequi, ſe diſponat, agens quod ad ſe ſpectat) eſt eleemoſyna, & miſericordia, vt D. Thomas a tradidit, cuius actus, vt ipſemet docuit b, operatur circa peccatũ, vel per modum ſatisfactionis poſt iuſtificationẽ, vel per modum præparationis ante iuſtificationem, in quantum miſericordes miſericordiam conſequuntur, de qua propterea ſæpè in ſcriptura ſingulariter dicitur, vt Beatus Auguſtinus c, expendit, quod d, *ab omni peccato, & à morte liberat; & ipſa eſt, quæ purgat peccata, & facit inuenire miſericordiam, & vitam æternam*, & e, *per miſericordiam, & fidem purgantur peccata*, & quod f, *miſericordia, & veritate redimitur iniquitas*; & quod g, qui eleemoſynam facit, *dat pretium redemptionis animæ ſuæ*. Quibus concinit illud inſigne dictum Ambroſij h, explicantis illud, *ſicut aqua extinguit ignem*: *Magna ergo eſt*, inquit, *eleemoſyna quæ ardentium criminum globos, benenolentia ſuæ fonte refrigerat, & quodãmirriguo largitatis obruit incendia delictorũ: & quamuis offenſus Deus, quamuis criminibus prouocatus, cogatur liberare eleemoſynis; quæ diſpoſuerat punire peccatis. Cogitur enim quodammodo à nobis, dum compellitur pro actibus noſtris mutare ſententiam*, &c. Expende adverbum illud, *quodammodo*. Videtur enim Ambroſius concedere, quodammodo dici poſſe, eleemoſynam obligare, & cogere, vimq; facere, ad peccatorum remiſſionem, & gratiam obtinendam. Quod qua ratione dici poſſit, alibi ex profeſſo exponemus. Et hanc ego ſupremam eleemoſynæ excellentiam conſidero; quod quamuis nihil homo agere poſſit, quod ſit pretium redemptionis animæ ſuæ, aut remiſſionis peccatorum ſuorum, aut quod vel minimam etiam imperfectæ iuſtitiæ rationem habeat ad illam obtinendam, & diuinam gratiam conſequendam: Deus nihilominus ita illam comendat, vt liberè, & abſolutè loquendo, ipſi ſingulariter tribuat pur-

a 2.2. *qua.* 154. *art.* 2.
b 1. 2. *q.* 113. *art.* 4. *ad* 1.
c Li. 50. *ho.* *hom.* 19. & 39. & *lib.* *de ca. nou.* *cap.* 2.
d *Tob.* 4. 11. & 12.
e *Prou.* 15. 27.
f *Eccl.* 3. 33
g *Pſ.* 48. 9.
h *Serm.* 15

gare, extinguere, delere, & remittere peccata, eſſe redemptricem animæ captiuæ per peccatum, quæ miſericordiam, & gratiam diuinam obtinere, & vitam æternam conſequi facit. Hoc excellenter annotauit Diuus Auguſtinus inſignis diuinæ gratiæ aſſertor, qui ſciens, & ſupponens gratiam gratis dari, explicat nihilominus, quomodo eleemoſyna illam conſequi dicatur. Supponit ille, inter ea, quæ mentem eius plurimum mouebant in ſcriptura Dei, illud eſſe, quod Chriſtus Dominus prædixit in iudicio futurum, quod dicturus eſt ijs, qui à dextris erunt: *Venite benedicti, poſſidete regnum: Eſurui enim, & dediſtis mihi manducare. Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis*. Quid enim eſſe poteſt cauſæ, quod cum multa maiora bona iuſti operati ſint; ſolius eleemoſynę meritum producat Dominus, & cum multa mala impij, ſolùm ad eorum damnationẽ exprimat eleemoſynæ omiſſionem? Quære, inquit Auguſtinus, cauſas, vel tantæ mercedis, vel tanti ſupplicij, percipite regnum, & ite in ignem æternum. Quare iſti percepturi regnum? *Eſurui enim, & dediſtis mihi manducare*. Quare illi ituri in ignem æternum? *Eſurui enim, & non dediſtis mihi manducare*. Quid eſt hoc rogo? video de his, qui percepturi ſunt regnum, qui caſti fuerunt, abſtinentes ab operibus malis: veruntamen ipſis non ait: Percipite regnum, caſtè enim viſiſtis, nulli fraudem feciſtis: non dixit hæc; ſed percipite regnum, quia eſurijſti, & dediſtis mihi manducare. *Quanto hoc excellit, quando cætera tacuit, & hoc ſolum Dominus nominauit?* Rurſus ad illos; *Ite in ignem æternum*. Quam multa poſſet in impios dicere? Quoniã ſi quæreret: quare imus in ignem æternum? Quare quæris, adulter, homicida, fraudator, ſacrilege, blaſphemator, infidelis? nihil horum, ſed *quia eſurijſti, & non dediſtis mihi manducare*, video vos moueri ſicut moueor. Et verè mira res. Huius autem admirabilis rei rationem colligo, vt poſſum, quam vos non celabo. Scriptum eſt; *ſicut aqua extinguit ignem, ita eleemoſyna extinguit peccatũ*. Itẽ ſcriptum eſt: *Include eleemoſynã in corde pauperũ, & ipſa*

Ser. 25. *de temp.* & *li.* 50. *hom.* *hom.* 19.
Matt 25. 34. 35. & 42.
¶ 515.
Eccl. 3. 33.
Eccl. 29. 15.

prote deprecabitur Dominum. Item scri-
Eccl.29.15. ptum est, *Consilium meum audi rex,*
Dan.4.24. *peccata tua eleemosynis redime.* Et alia multa sunt diuini eloquij documenta, quibus ostenditur multum valere eleemosynam ad extinguenda, & delenda peccata. Proinde, illis quos damnaturus est, imò plus illis, quos coronaturus, solas eleemosynas imputabit, tanquam dicens: Difficile est, vt examinem vos, & appendam vos, & scruter diligentissimè facta vestra, non inueniam, vnde vos damnem, sed ite in regnum: Esuriui enim, & dedistis mihi manducare. Non ergo itis in regnum, quia non peccastis; sed quia vestra peccata eleemosynis redemistis. Rursus, & illis. Ite in ignem æternũ. Illi tanquam noxij considerantes conscientias, de
Sap.4.20. quibus Sapientia dixit: *Traducent eos ex aduerso iniquitates eorum.* Sine dubio videbunt se iustè damnari pro sceleribus, & criminibus suis; & quasi eis diceret: Non inde vnde putatis, sed quia esuriui, & nõ dedistis mihi mãducare: si enim à peccatis vestris auersi, & ad me conuersi illa omnia peccata, & crimina eleemosynis redemissetis, ipsæ eleemosynę modò liberarent vos, & à reatu tantorum criminum absoluerent. *Beati enim misericordes, quoniã*
Matt.5.7. *misericordiam consequentur:* modò autẽ, ite in ignem æternum. *Iudicium enim*
Iacob.2.13 *sine misericordia ei, qui non fecit misericordiam.* Ita Augustinus: qui ex his infert, id quod supra docuimus, infructuosa, aut insufficientia esse cætera pœnitentiæ opera, vigilias, ieiunia, supplicationes, preces, ad delenda peccata, si misericordiæ operibus, aut affectibus destituta fuerint. Id quod confirmat ex eo, quod Christi præcursor Ioannes, veram pœnitentiam exposcens dicit:
Luc.3.7. *Generatio viperarum, quis vos ostendit fugere ab ira ventura? Iam securis ad radicem arboris posita est. Facite ergo fructus dignos pœnitentia.* Quisquis istos fructus non fecerit, inquit Augustinus, sine causa putat per sterilem pœnitentiam se mereri veniam peccatorum. Qui sint autem isti fructus, ipse cõsequenter ostendit; nã post hæc eius verba, interrogabant eum turbæ dicentes; *Quid ergo faciemus?* Id est, qui sunt illi fructus, quos vt faciamus hortaris, & terres? *Respondens autem dicebat illis: Qui habet duas tunicas det vnã non habenti, & qui habet escas, similiter faciat.* Quid manifestius fratres mei? ¶ 516.
Quid certius? Quid expressius? Quid ergo aliud sonat, quod superius ait: *Omnis arbor, quæ non facit fructum bonũ excidetur, & in ignem mittetur*, nisi q̃ sinistri audituri sunt: *Ite in ignem æternum: Esuriui enim, & non dedistis mihi manducare, &c.* Ecce diuites, quid vobis iniungitur, eleemosyna, sine qua sterilem vestram pœnitentiam Augustinus, imò, & Baptista Ioannes decernit. Extrahis lacrymas ex oculis, suspiria ex corde, manus contra te conuertis pectus tundens? vt hæc sint frugifera, extrahe pecunias ex sacculo, facultates ex repositio, manus extende ad pauperes: sine enim misericordiæ operibus, sterilia hæc, quæ agis reduntur: meritò propterea dictum est:
Prou.13.8. *Redemptio animæ viri, diuitiæ ipsius.* Non ponitur redemptio animæ tuæ in lacrymis, suspirijs, tunsione pectoris, clamore ad Deum, quamuis hæc necessaria sint: sed in diuitijs tuis, vt optimè Ambrosius *a*, Augustinus *b*, & Basilius *c*, expendunt, sed in diuitijs, quibus, expendendo in vsus pauperum, peccata redimuntur, vt dixit Daniel ad regem. Fecit, inquit Ambrosius, de veneno antidotum: diuitiæ enim, quæ homines inficiunt, dum amentur; & retinentur, si in antidotum conuertuntur, si in pauperes profundantur. Hinc igitur pater, cur elegãtissimè Dauid vocet eleemosynam, Iustitiã, dicens:
Ps.111.8. *Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculũ seculi.* Primò enim ita vocatur, quia ad acquirendum omne bonum, quod iustitiæ nomine exprimitur, eleemosyna conducit: est que totius boni radix, si sicuti fieri debet, fiat: secundò, quia bonum est, fortèque fundamentum, & titulũ, ac ius quoddam iustitiæ tribuere videtur ad prætendendum quod volueris coram Deo, cui dicere poteris (vt Augustinus indicauit) misertus sũ tui, dum in paupere eras miser; miserere mei, dũ me miserum vides; vestiui te, vestiui me: dedi tibi, da mihi, qui dixisti, *date, & dabitur vobis.* Hinc in Scriptura sacra, dum misericordiæ opera inducuntur, iustitiæ titulus statim

sub

Locis cit.

a Lib. de Elia. c. 20.
b Ser. 212. de temp.
c Hom. 7. in diuites post med.

Ser. 50 de temp circa finem.

Ps.7.9. *In Ps.7.* *Tob.4.12.* *Tob.12.9.* *Tob.14.11.* *Ose.10.12.*

subinfertur, *Iudica me Domine secundum iustitiam meam*, dicebat Dauid, quo nomine Chrysostomus credit intellexisse misericordiam, quam ergà inimicos suos operatus fuit. Ideo S. Tobias quãuis primò commendans filio suo eleemosynæ opera dixerit; *esse fiduciam magnam coram summo Deo*, sed postquã audiuit angelo testante se per eleemosynas tot tantaque bona promeruisse: & quod *eleemosyna à morte liberat, & ipsa est, quæ purgat peccata, & facit inuenire vitam æternam*, morti proximus filium, & nepotes instruens, *Filij*, inquit, *vestris mandate, vt faciant iustitias, & eleemosynas.* Dictio, *Et*, non tam coniunctionis, quam explicationis vim habet, quasi dicat; vt faciant iustitias, id est, eleemosynas. Hæ enim rationem iustitiæ inducere videntur, iuxta quam doctrinam intelligunt sancti Patres illam diuinam exhortationẽ per Oseam Propheram; *Seminate vobis in iustitia, & metite in ore misericordiæ.* Præpositio

¶ 517. a *Lib.2. in Iob. & tra. 1. in Matt.* b *Hõ.6. in diteſcen.* c *Serm.81. & libr. de Nab. ca.7. ad fin.* d *Ser.37 in cant. & Epiſt.108.*

illa, *In*, idem est hoc loco, & multis alijs ac, *Ad*, quasi dicat: *Seminate vobis ad iustitiam.* Ita Origenes *a*, Basilius *b*, Ambrosius *c*, & Bernardus *d*. Et expendunt primò Ambrosius, & Basilius illud, *Seminate vobis*, quasi dicat, inquit Ambrosius. Esto spiritualis agricola; fere quod tibi profit. Hoc solummodo tibi seminas, quod in pauperes profundis, cætera quæ recondis, ignoras cui congregabis ea, & certum est te illa omnia penitus relicturum: bona satio in corde viduarum. Si terra reddit tibi fructus vberiores, quam acceperat; quanto magis misericordiæ remuneratio reddet multipliciora, quæ dederis. Dedisti esurienti? inquit Basilius: Tibi seminasti, tibi consuluisti; quod dedisti, ad te cum augmento redibit. Quemadmodum enim frumentum in terram cadens, lucrum proijcienti paritsic & panis in esurientem proiectus, multam in posterum tibi reddet vtilitatem. Et quam reddet? Quam explicat nomen iustitiæ, quod omne bonum significat. *Seminate vobis ad iustitiam*, id est, ad omne bonum metẽdum, & vt possitis cum Deo agentes, quasi quendam titulum apparentis iustitiæ prætexere, & allegare. Si vis salutem à Deo obtinere, illius primo semina iacito, dando salutem pauperi infirmo: si cordis solatium acquirere, consolare viduam, quæ extrema inopia vrgetur: si rectum in negocio quod aggrederis exitum: pauperem exeuntem ad petendam eleemosynam, cum gaudio in domum suam reducito. Ideo subinfert: *Et metite in ore misericordiæ.* Difficilia quibusdam hæc verba videntur, quæ ex dictis facilia redduntur. Est eleemosynæ largitio, quædam seminatio: seminationi respondet messis: quæ seminauerit enim homo hæc, & metet. Seminauit abũdantem misericordiam? misericordiam metet abũdantissimam. Et verè videtur loqui Propheta, quasi considerans misericerdiam Dei, ad modum sacci cuiusdam pleni. Hunc ne in te misericordiæ dona profluant, ligatum tenent peccata, singulariter tua crudelitas, vt scripturæ sacræ dicere consueuerunt. Si facis eleemosynam, saccũ aperis, tollis ligaturam oris eius, profluentque ad eum modum, quo ex sacco pleno, si ligatura auferatur, *à boca de ceſtal*. Simili phrasi vtitur Deus per Isaiam, vt D. Chrysostomus annotauit. *Frange esurienti panem tuum, & egenos vagosque induc in domum tuam, cum videris nudum operi eum, & tunc erumpet quasi mane lumen tuum.* Erumper, vel scinder, dixit, ait Chrysostomus, vt velocitatem, & copiam dantis exprimeret; vtque hoc verbo intelligamus, valde illum salutis nostræ cupidum esse, quodque muneribus plenus ex largiendi festinatione quasi prorumpit, cum nihil sit quod inæstimabilẽ dandi desideriũ prohibere possit. Quibus omnibus infinitam profectò bonorum omnium copiam paratam esse nobis ostendit: Ita Chrysostomus: consonè certè hebrææ veritati, in qua ponitur verbũ *Bakagh*, quod significat disrumpere, & loquitur metaphora sumpta à sacco pleno, repleto, & ligato: quem si quis acuto gladio discindat, aut forti manu disrumpat, subitò accipit, quicquid in sacco continebatur. *Frange esurienti panem tuum*: ita agens, erumpet lumen. Quo nomine bonum significare scriptura consueuit, sicut per tenebras malum, & aduersum. Est saccus misericordiæ diuinæ, bonis omnibus plenus, repletus, & quasi crepãs: sed eum tenent ligatum peccata tua:

Hom.55. in Matt. *Esa.58.7.&*

Quando manum extendis frangens panem, quem porrigis pauperi; excindis saccum, quasi nouacula illum aperiens, aut quasi disrumpens: tumque omnia bona abundantissimè profluunt in te. Eia dives, frange panem, aperi sacculos tuos, pande ostia cellarij, & horrei, & saccum misericordiæ Dei discindes. Disperge, de pauperibus: metes in ore misericordiæ iustitiam, id est, omne bonũ.

§. 38. *Cornu miserentis exaltatur in gloria, cuius diuitiæ pauperibus datæ, splendentes in cœlo apparebunt, & regnũ æternum per eas acquiret.*

¶ 18. MEritò tandem iuxta hanc doctrinam Dauid rem totam cõcludere volens, *Cornu*, inquit, *eius exaltabi-*
Ps. 131. 10. *tur in gloria*. Grandia sacramenta hæc verba continent, quæ intelliges, si annotes, cornu in Scriptura sacra significare duo: primò fortitudinem, & potẽtiam: cuius metaphoræ hanc rationem
a In Ps. 88. tradit Theodoretus *a*, quia animalia cornigera suam vim in cornibus sitam habent, quibus pugnant, dejiciunt, la-
b Ps. 88. 18 ceratque, se defendunt. Ita dicunt iusti *b*:
c Ps. 17. 3. *In nomine tuo exaltabitur cornu nostrũ*, id est, virtus nostra: & Dauid vocat *c*, Deum: *Protector meus, & cornu salutis mea*. Ita etiam cum de peccatorum potentia liberari postulabat, dixit, vt Au-
d In Ps. 21. gustinus *d*, annotauit *e*, *Salua à cornibus*
e Ps. 21. 22. *vnicornium humilitatem meam*, id est, me humilem, & debilem: quomodo itidem Deus dicere volens, se contriturum potentia impiorũ, & exaltaturum
f Ps. 74. 11 virtutem iustorum dixit *f*: *Omnia cornua peccatorum confringam, & exaltabuntur cornua iusti*. Ita dicitur *g*, *Abscissum cornu Moab*, & *h*, *confractum cornu*
g Ier. 48. 25. h Thre. 2. 3 *Israel*. Et huiusmodi innumera. Secun-
i In cap. Lu. do sumitur pro regno aut dignitate regia, ex eo inquit Euthymius, quod reges vngebantur oleo, quod ferebatur cornu: aut verius, quia in cornigeris animalibus, cornu cæteris eminet loco, & robustiori potentia. Ita quando vidit Daniel bestiam quartam, dentes habentem ferreos, & cornua decem, ex quibus tria euulsa sunt, dixit Angelus ad Danielem, visionem explicans: *Cornua, decem reges erunt, & alius consurget post eos, & ipse erit potentior prioribus, & tres reges humiliabit*. Similiter cum Ioannes vidit bestiam habentem cornua decem, dixit illi Angelus: *Hæc decẽ cornua, quæ vidisti, decem reges sunt, qui re-*
a Zach. 1. *gnum nondum acceperunt, sed potestatem*
b In cap. 1. *tanquam reges vna hora accipient*. Ita
Zach. quatuor mundi suprema regna, vel monarchiæ, ostẽsa sunt Zachariæ *a*, sub typo quatuor cornuum, vt Hieronym. *b*, intellexit. Ita dixit Dauid *ei exaltabitur sicut vnicornis cornu meum*, id est, regnũ meum, per Christum. Hoc nomine frequentissime Christi regnum exprimi-
c Ps. 91. 11. tur in scriptura, vt cum dicitur; *Illuc producam cornu Dauid*: quod Hieronymus, Augustinus, Theodoretus, & Beda de regno Christi intelligunt, & Hieronymus legit: *Oriri faciam cornu Dauid*. Vtroque modo censet Euthymius *a*, ac-
a In cap. 1. Luc. cit. cipi illud posse *b*, *Et erexit cornu salutis*
b Lu. 1. 69. *nobis, in domo Dauid pueri sui*: primò, vt cornu significet potentiam, quasi dicat: Erexit in Ecclesia fortitudinem salutis, *leuanto vna fuerca de salud*, cuius virtute omnes deijciantur inimicæ potestates. Hoc modo intellexit Gregorius. Lib. 6. in 2. Reg. c. 3. Cornu quippe salutis, inquit Gregorius, quid est, nisi sublimitas Ecclesiasticæ potestatis? Quod enim antiquitus nusquam dictum fuit, modo vniuersali Ecclesiæ dicitur: *Quodcunque ligaueris* Mat. 16. 19 *super terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcunque solueris super terram, erit solutum, & in cœlis*. Nulla est infirmitas tam grandis, quam non excedat potentia salutis, quam Christus in domo Dauid, id est, Ecclesia, erexit. Secundo, vt cornu significet regnum. Erexit Christus regnum quoddam salutis, in quo solo salus vera contineatur, & conferatur: hoc est eius sancta Ecclesia, quam Apostolus vocat *Regnũ filij dilectionis*, Ad Col. 1. 3 id est, dilectissimi. Iuxta hanc ergo duplicem significationem, duobus modis potest Dauid sententia explicari. Pri-
In Ps. 111. mò, iuxta D. Augustin. profundissimam mentem, vt nomine cornu intelligat diuitias, facultatesque eius, qui in pauperes dispersit. Hæ namq; meritò vocantur *Cornu*, quia reputantur pro potentia, & fortitudine. *Substantia ciuitatis*, Pro. 10. 15 inquit Sapiens, *vrbs fortitudinis eius*.

Sub-

Subſtantiam enim, & diuitias ſuas, diues ſuam reputat fortitudinem, qua ſe defendit, protegit, opprimit, deijcit, vincit, ſuperat, & præualet: & tantum dicitur quis de fortitudine, & potentia habere, quantum de diuitijs. Fœlix iucunduſque homo, qui miſeretur, & ¶ 519. commodat. Diſperſit enim dans pauperibus diuitias, & facultates ſuas. Iſtæ non ſunt illi deperditæ, ſed in gloria exaltatæ conſiſtunt, & tanquam in Dei theſauro, exaltatæ, & ſeruatæ manent, meliori ſorte ſunt repoſitæ. Theſaurizauit in cœlo, & ad eius celſitudinem diuitias ſuas euexit, ex eo quod illas ſeminauit, & deiecit in terram. Sicut vt granum in altum ſe erigat fru- *Hom. 6. in diteſcētes.* ctificans, inquit Baſilius, oportet in terra demittere, & ad ima deijcere, alioquin ipſum ſolum manet, ita vt diuitiæ in altum fructificantes erigantur, ſpargendæ ſunt in terram pauperum, in hos, quos tanquam terram omnes conculcant. Quando diuites auari, quæ condiderunt in terra reliquerint: quando viri diuitiarum aperientes oculos, nihil videbunt, nec inuenient aliquid in manibus ſuis: quan- *Sap. 5. 8.* do lamentantes ſe dicent; *Quid nobis profuit ſuperbia, & diuitiarum iactantia quid contulit nobis?* tunc diuitiæ eius, qui in pauperes ſparſerat, exaltabuntur, eleuabuntur, commenda- *Matt. 25.* buntur ab ipſo Deo dicente: *Venite benedicti, & eſurijt enim, & dediſtis mihi manducare &c.* Tunc *exaltabuntur*, quia ipſæ terrenæ factæ erunt cœleſtes, corruptibiles, incorruptibiles, & denſum lutum, pulcherrimi fulgenteſque Sapphiri, vt ſupra dictum eſt: Tunc exaltabuntur, quia tunc videbis ò diues, quantum valeat fragmentum panis datum pauperi, tunc conſpicies, quanti ſit pretij veſtis data nudo: nunc nihil vilius habes, quam id quod das pauperi, tunc exaltabitur in gloria, quia videbitur tanti valoris, quod pro illo omnia Dei bona conferentur: ibi eleemoſynæ celebritas, & excellentia fiet manifeſta, quam hic contemnis a- *in Pſal. 71.* gere. Annotauit Sanctus Auguſtinus excellenter Dauidem expreſſiſſe abundantiſſimum fructum, quem Chriſtus Dominus reportaturus erat, ex eo quod ſui diuini verbi ſemen iacturus eſſet in terra, & irrigaturus ſuo infiniti valoris ſanguine, dicens: *Super exaltetur ſuper Libanum fructus eius.* Libanum, inquit Auguſtinus, ſolemus accipere huius ſeculi dignitatem, quoniam mons eſt Libanus, excelſas arbores habens, & nomen ipſum interpretatur, candidatior. Extolletur fructus Chriſti ſuper Libanum, quia ſuper omnes terræ dignitates, & quicquid in ea pretioſum inuenitur. Et verè exaltatus fuit fructus ſuper Libanum, quia *Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, &c.* *Pſa. 71. 16.* *Phil. 2. 9.* Et conſtituit Deus pater Ieſum Chriſtum *in cœleſtibus ſuper omnem principatum, & dominationem, &c.* Grandis fructus, grandis eius quod ſeminatum fuit exaltatio ſuper Libanum. Ecce ò diues, qualis fructus eius, quod diſperſeris, & ſeminaueris per eleemoſynam: exaltabitur ſuper Libanum, exaltabitur enim in gloria, ſuper omnes mundi dignitates, poteſtates, reges, Imperatores. Secundò poteſt intelligi, vt exprimere velit Dauid, fructum eleemoſynæ: per illam enim homines conſtituendi ſunt reges. *Exaltabitur cornu*, inquit, *eius*, id eſt, dignitas, aut regnum eius, ad tantam altitudinem extolletur, quod eius dignitas erit regia: rex futurus eſt: regnum quod verè poſſideat, in quo tanquam rex regnet, ei erit tradendum, non terrenum, ſed Cœleſte, non temporale, ſed æternum, non humanum ſed diuinum; ipſum videlicet met regnum Dei, quod omnia bona continet, maiora quàm oculus vidit, aut auris audiuit, aut in cor hominis aſcendit. Da numum, inquit Beatus Petrus Chryſologus, & *Serm. 8.* accipies regnum. Iuxta hunc ſenſum id prædixit Dauid, quod Chriſtus dicturus eſt: *Venite benedicti, poſſidete paratum vobis regnum*, *Matt. 25.* non tantum eis oſtenditur, ſicut antiquitus Ioanni Euangeliſtæ oſtenſum fuit, quod vt videre poſſet, *Suſtulit eum Angelus in montem magnum, & altum, & oſtendit*, inquit, *Ap. 21. 18.* ¶ 520. *mihi*, &c. tunc non tantum oſtendet, ſed verè realiterque tradet regnum, & reges conſtituet. Quoſnam? Eos, qui ſparſerunt, & ſeminauerunt per eleemoſynas. *Eſurijt enim*, inquit, *& dediſtis*,

stis mihi mundueare. Expende illam notam causalem *Enim*: hæc ratio, hæc causa. Posſetnè amplius etiam ſi fingendo, & fabulando loqui vellemus, dici? Poteſtne huic ſimile cogitari? Poteſtne Deus ſecundum ſuam omnipotentiam amplius puram creaturam eleuare, quam vt ſuum ipſiuſmet regnum ei tradat? Cornu eius exaltabitur in gloria. Eſtne hoc ò diuites fabula? eſt ne inuentum ab hominibus, aut per homines? eſt ne ſomnium confictum? Num oneroſa, inquit Chryſoſtomus, ſunt hæc præcepta? Ea inquit Chryſoſtomus, ſunt hæc præcepta: Ea, inquit, quæ pereunt, diſpenſa, vt tibi fiant vtilia, & detrimenti damnum effugias, & ex ipſis lucrum maximum tibi pares. *Excellentis enim, & magnæ inhumanitatis eſt, poſt tot ſpirituales admonitiones, arculis, & muris includere ſuperflua, & non illis ſubleuare proximorum inopiam, ſed ſinere à rubigine, & tinea corrumpi, & propter illa ſupplicijs potius plecti, quam dignam pro eis remunerationem accipere.* Et certè poſtquam hæc, aliaque his ſimilia ſimiliter Baſilius proſecutus fuiſſet, ſubſtitit: *Hoc*, inquit, *teſtimonium validum, qui teſtatur verus: ſed pauci perſuaſi*: conſiderantque, tam ipſe *a*, quam Ambroſius *b*, quod ore quidem pleno cõfiteris, & dicis te credere, & nihilominus nouam ligaturam ſacculis tuis inijcientem vident, quem audire videntur reſpondentem: *Pulcher*, inquis, *ſermo, ſed, pulchrius aurum, bona quidem verba, ſed meliores diuitiæ.* Hoc ipſum cõſiderans Chryſoſtomus, multam deplorat pigritiam, & arguit infirmam fidem, dicitque nos veré dare occaſionem infidelibus, vt irrideant nos, & credant ea, quæ Chriſtiani dicimus, ore ſolo à nobis proferri, non corde credi. Venit enim gentilis, & videt te labores indefeſſos ſubire, vt minimum lucrum reportes, exponere grandes diuitias, vt aliquando non ſolum non grandia, ſed nec parua lucreris: interroganti, quid ſit cauſæ, quod pecunias tuas expendas? reſpondes: Vt lucrum reportem, ſi quia exiguum lucrum credis te conſecuturum, illudque incertum eſt, tam magnas expenſis diuitiarum copias, ſi crederes, quod dicis, expendendo parua in pauperes, innumeras diuitias tibi ſecurè reponi, tandem acquirendas: nonne melius abundantiuſque expenderes, vbi maius lucrum certiuſque confiteris? Sed qui grandi affectu, & ardenti voluntate magna expendis, vt parua acquiras; nec minima in pauperes inſumis, vt hæc quæ dicis grandia conſequaris, hoc ipſo indicas, verè te credere, nihil tibi repoſitum reddendum propter ea, quæ in pauperes expenderis. Eadem ratione proſequitur ad idem inſtitutum Chryſoſtomus, cõſiderationem quandam, per quam ad Chriſtianorum mores reprehendendos procedit. Si ingrederetur, inquit, hanc ciuitatem gentilis, & interrogaret, quam legem Chriſtiani profiteremur, reſponderetur que Euangelicam: & inquirenti, quidnam hæc lex contineret, reſponderemus: Hoc Chriſti documentum: *Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra, theſaurizate autem vobis theſauros in cœlo:* nonne irrideret eos, quos audiret talem legem profitentes, quos videret è diametro ſentiẽtes, & operantes? Ex his ſimiliter idem Chryſoſtomus: hominum arguit intolerabilem erga Deum ingratitudinẽ, qui liberè, & voluntariè bona ſua hominibus credentes, ſperantes ab eis lucra in mutuis, in fœnore, in negotiatione, ſoli Deo nolunt ſua credere, nec de eo confidentiã habent. Deus, inquit ille, omnia bona ſua nobis credidit: ipſe enim eſt, qui *vocatis ſeruis ſuis, tradidit illis bona ſua*. Poteſtque homo melius, quam Ioſeph dicere: Ecce Dominus meus nihil habet in domo ſua, quod non tradiderit mihi: dedit enim homini cœlos cum Stellis, quæ illuminẽt, terrã cũ fructibus, qui ſuſtentent, aerem quem ſpiret, aquã quã bibat, angelos qui cuſtodiant, doctores qui inſtruant, imò non tantum quæ extra ſe, ſed, & quæ intra ſe habebat, dedit: *Sic enim dilexit mundum, vt filium ſuum daret.* Et hæc quidẽ, quãuis ſciret hominum infidelitatẽ, & quod futuri erant ſerui, qui tãquam filius prodigus, diſſipaturi erant ſubſtantiam, quam acciperent, imò contra Deum ipſum conuerſuros, & quod filium ſuum, quem in eorum manibus ponebat, erant occiſuri, & eius.

Hom. 35. in Geneſ.

Lib. 1. de compunct. cordis.

Hom. 7. in diuites.

a Ho. 6. in aſceſcẽtes.

b Serm. 81 ad finem.

Hom. 11 in 1. ad Tim.

Matth. 25. 14. Gen. 30 8. 9.

¶ *521.*

Hom. 12. in Matth. ad fin.

Ioan. 3. 16.

& eius ſanguinem effuſuri: nihilominus abundè præſtitit omnia in noſtram vtilitatem, & profectum, & omnia ſua nobis concredita tradidit. Homo verò de nullius manibus minus confidit, quam de ipſius Dei: cum enim liberaliter omnia ſua committat, & credat arcis, horreis, cellarijs, ſeruis, mutuum petentibus, negotiatoribus, terræ, ac agris, mari, ac naui, immo, & manibus diaboli, in cuius vsũ liberaliſſimè omnia expendit, de ſolius Dei manibus diffidit, & credit, id ſolummodo ſibi perire, quod eius manibus crediderit. Ipſe, inquit Chryſoſtomus myſterium ſummæ excellentiæ nobis credidit, illud quod Paulus vocat, *magnum pietatis Sacramentum*, credidit nobis ſe ipſum, ſuum ſanguinem, ſua Sacramenta, ſua merita, & quicquid ipſe lucratus fuit, manibus noſtris commiſit, nos illi pecunias non credimus, & hoc, quamuis audiamus ipſum proteſtantè, non eas poſtulare, vt ſibi retineat; ſed vt nobiſmetipſis ſecuras conſeruet. Hortatur enim, & dicit: Mihi omnia veſtra ſeruanda permittite, nemo ea diripiet, neq; tinea demolietur, neque latro ſuffodiet; & centuplum ſe daturum pollicetur: nec ſic quidem obtemperamus. Et certè dum apud aliquos quidpiam deponimus, nihil accipimus amplius, ab his quæ depoſueramus; gratiaſque agimus, ſi vel totum, quod depoſuimus receperimus, & ſi fur aliquid furetur, noſtro, cum detrimento id faciet. At verò Cœleſtis ille noſtri depoſiti Saluator, dicturus tibi non eſt: Latro accepit, corroſit tinea, grugo demolita fuit, ſed hic centuplum reddit, & illic æternam adijciet vitam: & nemo tamẽ apud illum deponere ſtudet. At inquies: Serò mihi iſta reſtituet: ſed hoc ſignũ eſt magnifici muneris, quod iſta nõ reddit in vita iſta fluxa, & mortali, in qua non debes permanere, immo, & hic centuplum reddit. Hæc latè proſequitur Chryſoſtomus: qui etiam abundè huic obiectioni reſpondet, ex eo, quod terræ ſemina tua mandas, à qua longo tempore fructus expectas, & incertos quidem propter eius ſterilitatem, aeris intemperiem, locuſtarum incurſus, grandinis impetus, rubiginis malitiam: *Et fœnerans quidem*, inquit Chryſoſtomus, *poſt multos annos ſortem recipere concupiſcis, cum periculo nec ſortem recipiendi, vt mora maius accipias fœnus*: & ſæpenumero ita omnia ſunt incerta, vt quæ expoſueris vniuerſa, & lucrum quod ſperabas, perdas. Nonne igitur congruentius tibi eſſet, Deo quæ tua ſunt credere, qui in præſenti centuplum, & in futuro æternam vitam, id eſt, lucrum, non ſolum centuplo, ſed infinities maius redditurus eſt? Conqueritur Deus lamentabili quodam (noſtro loquendi more) affectu per Ieremiam: *Videte verbum Domini*, ait Propheta, non perforatis auribus illud excipite. *Nunquit*, inquit, *ſolitudo factus ſum Iſraeli, aut terra ſerotina? Quare ergo dixit populus meus: Receſſimus, & non veniemus vltra ad te?* Fugit homo ſolitudinem, in qua multi cùm ſint pericula, nullus adeſt, qui auxilium ferre poſſit. Nequaquam terræ infrugiferæ, aut illi, qui ſero, aut nunquam reddit fructus, ſua ſemina mandat, credens illa deperditurus, quæ tali terræ crediderit. Nunquid talis ego ſum, dicit Dominus? Nunquid infrugifera terra? nunquid ſolitudo, in qua latrones commorentur, omnia vaſtantes? Cur igitur non in manibus meis diuitiarum veſtrarum ſemina feritis? Cur me venientem in paupere fugitis? Ex his igitur patet, quod Chriſtus docere contendit eleemoſynam eſſe, per quam theſauros tuos in cœlum tranſmittis, pauperesque eſſe vectores, in hoc poſitos, vt eò illa deferant.

2. ad Tim. 3. 16.

Homil 34. ad populũ.

Homil 36. ad populũ.

Ier. 2. 31.

§. 39. *Quærunt Sancti, & rogant pauperes, vt bona accipiant, quorum vectores in Cœlum intelligunt, vt Abraham, Lot, & Macedones.*

¶ 522. OMnia quæ diximus, Sancti viri, qui viuæ fidei oculis res conſpiciebãt, optimè intellexerunt, qui propterea nihil magis curauerunt, quàm bona ſua pauperibus dare, & in eorum manibus reponere, quos nouerant à Deo in mundo conſtitutos, qui quæ ſibi crederentur, in cœlum transferrẽt. Hinc Abraham tabernaculi ſui oſtia aperta habebat, vt Chryſoſtomus annotat, non timens fures deprædantes; ſed optans vectores, qui quæ bona habebat, acciperent in cœlum transferenda. Immo non ſolum id agebat, ſed ante oſtium ſedebat, inquit Ambroſius, in meridie, vigente ſolis ardore, quando alij requieſcebant, hoſpitum explorans aduentum: non cuſtodiens quæ habebat, ne aliquis extraheret, ſed quærens, qui ex tabernaculo ſuo illa deportaret. In hunc finẽ, inquit Chryſoſtomus, domo egrediebatur, pauperum venator effectus; nec ita lætatur venator prædam capiens, ſicut ille inueniens pauperem, quem ad tabernaculum ſuum deferret, ibi reficiendum, & refocillandum. Totam diem in hoc inſumebat, bonam expectans venationem: & ſi tandem quempiam videbat, occurrebat, ad terram ſupplicando ſe proſternebat, dicens: *Si inueni gratiam in conſpectu tuo, ne tranſeas ſeruum tuũ.* Et quamuis, inquit, trecentos decem, & octo haberet vernas, non alium miſit, ſed curſu ipſe ad boues contendit, & pinguiorem vitulum attulit, commendans non Ancillæ alicui, ſed ipſimet Saræ, vt ex adipe frumenti panes conficeret, ipſam volens tanto beneficio afficere, vt illa etiam ſua opera in pauperes collocaret: ſicut cum latro aliquis videt grandis theſauri imminẽtem ſibi prædam, in ſui ſocietatem aduocat eum, quem magis habet amicũ, in quem ſingularem vult gratiam cõferre. Nec vnquam latro aliquis ita in itinere conſiſtens, quem deprædaretur expectauit, ſicut Abraham expectabat, non quos deprædaretur ipſe, & à quibus quæ portabant, auferret; ſed quibus ſua abundantiſſimè largiretur. Id ipſum eius nepos Lot ab eo didicerat, qui ſimiliter ad vias, & biuia exibat, pauperes expectaturus: id ſine dubio, inquit Origenes, tam ipſe, quàm Abraham agentes, quod poſtea Apoſtolus dixit: *Hoſpitalitatem ſectantes.* Expendit Origenes vim illius vocis, *ſectantes*, quo vnico verbo grandem magnificentiam Apoſtolus comprehẽdit. Docens enim ſectandam eſſe hoſpitalitatem, non ſolùm oſtendit, vt veniẽtem ad nos hoſpitem ſuſcipiamus, ſed & requiramus, & ſolliciti ſimus, & ſectemur, ac perquiramus vbique hoſpites, ne fortè in plateis ſedeant, ne extra tectum iaceant. Recordare Lot, & illum inuenies, quod non illum hoſpites, ſed ille quæſierit hoſpites. Ita Origenes. Quod, & ſimiliter Chryſoſtomus *a*, annotauit idem verbum expendens. Non diſſimilis fuit Sanctus Iob, de quo hoc Origenes *b*, annotat, quod tota rõ, cur facultates tenebat, & conſeruabat, erat, vt pauperibus traderet. Propterea apud eum, inquit Origenes nunquã foris pauper manſit, cuius ianua omni aduenienti patuit, quem inualidi nunquam prætermiſerunt rogare, de ijs, quæ opus habuerunt, qui non dimiſit pauperem exire de domo ſua vacuum: ad cuius tõſuram ouium, omnium pauperũ ſcapulæ calefactæ ſunt: *Ob hoc enim, & iſtam multitudinem pecorum nutriuit, & maximam agricuituram exercuit, vt plurimis impertiret vt plurimorum memor eſſet, vt plurimos eſurientes ſaturaret, vt plurimos nudos veſtiret, & multis miſerabilibus, & i fœlicibus refrigeraret, & miniſterium eius copioſum, quod miniſtrabat hoſpitibus, & infirmis miſerantibus deſtituis, & peregrinis, & pauperibus.* Hæc optimè Sancta Fabiola Romana nobiliſſima intellexit, de qua Hieronymus: Omnem, inquit, cenſum, quem habere poterat (erat autem ampliſſimus, & reſpõdens generi eius) vendidit, & inde pecuniam cõgregatam vbibus pau-

Li. 9. in c. 12. ad Roman.

Rom. 12. 13.

Hom. 7. in Lucã, quæ eſt de Lazaro.

Libro 1. de Abraham, c. 5.

Serm. 21. in epiſt. ad Rom.

Gen. 18. 3.

a *Hom. 7. in Lucam cit. & ſer. 21. in epiſt. ad Rom.*

b *Lib. 2. in Iob.*

Iob 31. 32.

¶ 523.

Epi. 30. ad Oceanum.

perum præparauit: *Et primo omnium Xenodochium construxit, in quo ægrotantes colligeret de plateis, & consumpta languoribus, atque inedia, miserorum membra foueret. Quoties morbo Regio, & pedore confectos, humeris suis ipsa portauit? Quoties lauit purulentam vulnerum saniem, quàm alius aspicere non valebat? Prabebat cibos propria manu, & spirans cadauer sorbitiun culis irrigabat. Non mihi si lingua centum sint, ferrea vox, omnia morborum percurrere possim nomina, quæ Fabiola in tanta miserorum refrigeria commutauit, vt multi pauperum sani, languentibus inuiderent, &c.* Huiusmodi multa possemus subijcere de Beato Ludouico Rege Galliarum, de S. Elisabeth Vngariæ Regina, de Beato Eduardo Anglorum Rege, de Sancto illo Seruolo, paralytico, & paupere, qui auidè eleemosynas petebat, vt auidius pauperibus erogaret, vt D. Gregorius *a* latè recensetide quibus alibi. Solùm ad huius argumenti confirmationem duo libet expendere ex Beatus Chrysostomo *b*: quæ vt ipse singulariter annotaret, peculiare opus conscripsit, expendens dictum Apostoli: *Oportet esse hæreses c.* Primum est, antiquos illos, & primitiuos fideles, tam viuæ fidei oculis hæc conspexisse, vt non solùm libenter darent bona sua pauperibus supplicantibus, & rogantibus sibi aliquid dari, sed ipsi potius supplices rogabãt pauperes, & quasi cogebant, vt quæ illis offerebant, accipere dignarentur: & cùm pauper aliquis occurrebat, qui primus poterat currere ad illum, supplex orabat, vt bona sua vellet recipere. Hoc probat Chrysostomus ex eo quod Apostolus dixit, ad Corinthios scribens: *Notam autem facimus vobis fratres gratiam Dei, quæ data est in Ecclesiis Macedoniæ, & quod iam multo experimento tribulationis abundantia gaudij ipsorum fuit, & altissima paupertas eorum abundauit in diuitias simplicitatis eorum: quia secundùm virtutem testimonium illis reddo: & supra virtutem voluntarij fuerunt, cùm multa exhortatione obsecrantes nos gratiam, & communicationem ministerij, quod fit in Sanctos.* Ex duobus Macedones laudat, primo ex patientia in tribulationibus, quas quanto maiores experiebantur, & patiebantur, abundantiori gaudio erant perfusi. Secundò, quod ita eleemosynas dederunt ad Sanctorũ vel pauperum sustentationem, vt rogarent obnixè, quod eas recipere vellent. Singula verba expende: in primis: *Gratiam Dei.* Voluit Apostolus referre eleemosynarum largitionem, quam Macedones faciebant, & vocat eã *gratiam Dei*, quia, vt annotant Chrysostomus *a*, & Diuus Thomas *b*, grandis excellentissimaque Dei gratia est, tibi cõcedere, vt eleemosynam facias: non solùm quia eleemosyna bonum est opus, & omne bonum potest dici Dei gratia, quia eius fauore fit: sed quia ad te pauperes destinare, vt eis eleemosynã des, grandis, ingensq; est illius fauor. Nonne grandis esset gratia Regis, si volens filium suum mittere ad hanc ciuitatẽ, te eligeret, qui illum reciperes, & sustentares, tibi Regia dona abundantissimè collaturus? Nonne singularissimo fauore te prosequuntur censeres, quod alijs relictis, & postpositis, te ad id elegerit, & filium suum tibi crediderit? Hæcque fuit gratia, quam Christus Dominus singulariter viduæ Sareptanæ factam annotauit: cùm enim multæ essent viduæ in Israel, illam elegit, ad quam mitteret suum Prophetam alendum, & sustentandum, cum fœlici viduæ ipsius sorte. Si tantam tibi Deus, potestatem faceret, inquit Chrysostomus, vt collabens cœlum erigere, ac restituere posses; nonne hoc facto interpretareris, honore te ex eo honestatum, qui conditionem maximè superaret tuam? Ecce igitur maiori te honore dignatus est ille: nam quod egis ipsis honoratius est, huius tibi erigendi restituendique curam credidit, Deus enim inter omnia quæ videntur, nihil homine maioris æstimat, propter quem, & cœlum, & terram, & mare fecit, in quo ipse inhabitare magis gaudet, quàm in cœlo, &c. Sed de his statim. Deinde expẽde illud: *Altissima paupertas eorũ, abundauit in diuitias simplicitatis eorũ.* Macedones grandem tribulationẽ passi fuerunt, & bonis suis iniustè spoliati, vnde ingentem paupertatẽ incurrerũt, quã Apostolus vocat altissimam, vt Chrysostomus, Anselmus, & D. Tho.

¶ 524.

a Hom. 16. in 2. ad Corint.

b in c. 8. 2. ad Corint.

a Hom. 15. in Euang.

b Homil. quæ habetur post 1. ad Corint. c 1. Cor. 11 9.

Luc. 4. 26.

Hom. 35. ad populũ, & 14. in epist. ad Rom.

2. Cor. 8. 1.

D. Thomas explicarunt, iuxta quorum mentem voluit dicere, Macedones duo incurriſſe, tribulationem vehementem, & paupertatem grandem. Sicut autem tribulatio non eis fuit cauſa triſtitiæ, ſed potius occaſio abundantiſſimi gaudij, ita extrema paupertas non fuit cauſa, vt ab eleemoſynis ceſſarent; ſed potius vt abundantiſſimas, iuxta eam, quam poſſidebant ſubſtantiam, facerent. Paupertas eorum, inquit Anſelmus, quo profundior fuit, *abundauit in diuitias* dandas, & cùm magna illis eſſet paupertas, abundanter erogauerunt Sanctis diuitias. *Diuitias* dico *ſimplicitatis eorum*, quia ſimplici intentione, non vt hominibus, ſed ſoli Deo placerent, quæ habebant erogauerunt. Ex eo igitur, quod pauperiores ſe viderunt, magis excitati ſunt ad abundantiores eleemoſynas: nec videre facultates ſuas à prædonibus raptas, aut diminutas, eorum miſericordiam imminuit, ſed potius auxit. Hæc itaque prima excellentia, inquit Chryſoſtomus Macedonum fuit. Secundam autem, inquit idem Chryſoſtomus, expreſſit Apoſtolus, ſubdens: *Quia ſecundùm virtutem, & ſupra virtutem voluntarij fuerunt*. Amplius dare per voluntatem cupiebant, & procurabant, quam poſſent per facultatum ſuarum vires. Dederunt quidem quæ potuerunt, & maiora quam pro eorum viribus poſſent. Hoc credo eos egiſſe, quia ſibimetipſis, quæ communiter ſunt neceſſaria, ſubtrahebant, vt pauperibus erogarent, & ieiunabant illi, vt pauperibus cibum darẽt, nudabant ſe veſtibus ſuis, vt inducerent nudos. Hoc non obligationis opus, ſed perfectionis fuit, congruens hominibus, in quibus perfectiſſima fides vigebat. Inuehitur Baſilius in diuites huius ſeculi, ex quibus, qui miſericordiores iudicantur, ea ſolummodo dari pauperibus iubent, quę ſibi, domibuſque ſuis ſunt penitus inutilia, & occupant in domo, ac impediunt. Hi ſine dubio imperfectiſſima ſunt fide, nec plenè agnoſcunt, cuinam eleemoſynam præbeant, & quis ſit, qui in pauperis perſona ad eos veniat. Si enim veniret ad te Rex veſtitus indumentis ſcutiferi ſui, ita perſonam ſuam diſſimulans, vt ſcutifer, non Rex appareret, ſi verè cum Regem crederes, num ea tantùm illi conferres, quæ ſi ſolummodo ſcutiferum reputares? Nequaquam certè, ſed pretioſiora domus tuæ, illi excipiendo parares. Venit ſine dubio in paupere Chriſtus ipſe, paupertatis veſte diſſimulatus: ſi eum Chriſtum perfecta fide crederes, & attenderes, num contentus eſſes ea ſolummodo dare, quæ dares, ſi quem vides, ſolam, & nudam reputares pauperis perſonam? Illa ſolummodo das, quæ quamuis Chriſtus non veniſſet in paupere; pauperi dediſſes. Si nobilem hoſpitem, inquit Baſilius, domi te excipere crederes, eine menſæ ſolummodo reliquias apponeres? Hæc, & alia proſequitur, proſequutuſque fuerat Auguſtinus, contra quoſdam diuites agens, à quibus requirit, quidnam facturi eſſent, ſi ipſemet Chriſtus in propria perſona ad eorum domos, ſicut ad domum Marthæ veniret eſuriens, & ſitiens. Idem igitur agite cognoſcentes, & viua fide credentes ipſummet eſſe, qui in paupere accedit. Ita perfecti illi Chriſtiani Macedones, videntes pauperes, ipſummet Chriſtum attendebant in eis: & eodem affectu, quo ſi Chriſtus in propria perſona accederet nudus, algens, ſitiens, dolens, ſemetipſos veſtibus exuerent, & ex proprio ore epulas detraherent, vt ipſi darent, ita agebant. Inde prouenit, quod pluſquam eorum facultas poterat, erant miſericordes. Tertiò expendit Chryſoſtomus illud, *Cùm multa exhortatione obſecrantes nos*. Ecce, inquit, tertiam, & quartam excellentiam: Obſecrantes, & cum multa exhortatione, non ſolùm rogauerunt, ſed cum multa exhortatione, id eſt, vt Diuus Thomas exponit per multas rationes nos inducere voluerunt, vt in ſubſidium pauperum acciperemus eorum diuitias, quas offerebant. Obſecratio, inquit Beatus Thomas, eſt obteſtatio per ſacra, tuncque obſecramus, cùm petimus ab aliquo, interponentes res, quas maximè ſacras reputamus, vt cum poſtulamus per Chriſti paſſionem, per eis vulnera, crucem, ſanguinem: per

Homil. 16. in 2. ad Corin. cit.

¶ 525.

Hom. 7. in diuites, ad finem.

In ca. 2. 1. ad Tim. lect. 1.

Beatiſ-

Beatissimæ Virginis puritatem, &c. Ita illi Christiani non solum rogabant Apostolum, vt acciperet in vsum pauperum diuitias suas: sed obsecrabant, postulantes illud per Christi passionē, & Crucem, & vt Anselmus colligit, cum lacrymis. Tam simpliciter, & deuotè obtulerunt, inquit Diuus Anselmus, quod vltra vires eorum erat, in sustentationem pauperum, qui erant in Ierusalem, vt cum lacrymis deprecantes offerrēt, vt vel sic cogerent accipi à se, quod Apostolus accipere recusabat, attendens eorum vires; quia plus erat, quàm poterat eorum substantia: rationes multiplicabant, obsecrationes adiungebant, orantes per Christi passionem, Crucem, mortem, sanguinem: vt reciperet ad pauperum subsidium, quæ ipsi dare volebant. Res sine dubio omnem admirationem excedens. Agebant illi erga pauperes, vt recuperent, quod nunc pauperes agunt erga diuites, vt dare velint. *Cum obsecrationibus*, inquit Sapiens, *loquitur pauper*, postulans per Dei misericordiam, bonitatem, & per ipsummet Deum, & nunc vides, quot rationes interponant, exponentes suam necessitatem, & quot adiungant obsecrationes, vt cor lapideum emollire sufficiant per Christi sanguinem; vulnus lateris, vbera Beatissimæ Virginis obtestantes. Hoc illi erga pauperes agebant, illos obsecrantes, vt vellent recipere, quæ illis dabant, & offerebant. Ita illi agebant: *In afflictione existentes, & paupertate.* Ecce, inquit Chrysostomus, quintam, & sextam excellentiam. Et quid rogabant, inquit Chrysostomus? *Vt per gratiam & communicationem ministerij, quod fit in Sanctos*, id est, vt eleemosynam, quam dabant ad subuentionem pauperum, acciperemus. Vide quomodo eleemosynam vocant; *Gratiam, & communicationem: Gratiam*, quia reputabant magnam sibi gratiam a Deo, & pauperibus præstari, si eleemosynas reciperent: *Communicationem*, & societatem, vt significarent, quod cum dabant eleemosynam, nō solum dabant, sed accipiebant, immo verius accipiebant; quam dabant. Ita enim qui eleemosynam dat, affectus esse debet (inquit Chrysostomus hæc latissimè prosequens) vt intelligat se potius recipere, quam dare beneficium, ex eo quod pauperi dat, & hanc esse communicationem, quod dans minima, recipit magna; quod dans terrena, recipit cœlestia, quod dans pauperi corruptibilia, ab eo accipit, quod sit illorum vector, & portator in Cœlum, vbi qui dedit, inueniat quod dedit, æterna Beatitudine cumulatum. Id ipsum prosequitur expēdens perfectam illorum primorum Christianorum fidem, qui omnia penitus quę habebant, offerebant Apostolis, rogantes illos, vt ea reciperent in pauperum subsidium. Erat autem videre quandam pietatis speciem, non ex sola abiectione opum omnium in vnum conflatarum; sed etiam ex abijciendi modo: *Nam quot quot, vel domos, vel agros possidebant, ea vendebant, eorumque pretium allatum ante pedes Apostolorum ponebant.* Non dicit, quod in manus ipsorum ponebant, sed ad pedes, declarando simul fidem, pietatem, atque reuerentiam, quam habebant Apostolis: *Et quod maioris ducebant, quod ab eis reciperentur, quàm quod darentur dona. Hoc enim est potissimum contemnere opes: hoc est pascere esurientem Christum, si absque arrogantia, & fastu hoc facias; sicque das, quasi tibi ipsi plura, quàm dantis beneficia, dare videaris. Quod si fatus affectus es, neque sic dederis, vt putes te magis accipere, quàm dare, nec dedisti hoc alijs.* Ita Chrysostomus. Quare ita illi faciebant? Primò, quia ipsimet Christo dare intelligebant. Si Christus ipsemet in sua propria persona in foro huius ciuitatis se manifestaret mortalis, & infirmus, dicens se in alicuius ciuis domum recipere se velle, quanto affectu quinis illi domum suam offerret, mensam, lectum, obsequium? quantū quisque procuraret, se omnibus alijs anteponere, vt domum suā vellet eligere? In paupere illi fideles Christum ipsum conspiciebant; ideò paupere viso currebant, rogabant, obsecrabant, quadamque sancta contentione certabant, vnusquisque contendens, vt sua potius, quam alterius bona recipere vellet. Verum alia, inquit Chrysostomus,

In hunc locum.

¶ 326.

Prou. 18. 23.

Homil. in dict. Pauli post 1. ad Cor. 16.

Act. 4. 34.

¶ 327.

ſtomus, illis ratio erat. Gaudebant enim, & exultabant, cùm opes offerrent, maxima lucrari ſeſe putantes; maximæque erga ſe charitatis eſſe arbitrabantur, ſi eas ab ipſis recipere dignarentur Apoſtoli; ſicut enim hi qui ad magnos quoſdam principatus accerſiti, regias inhabitaturi ciuitates, omnem ſubſtãtiam ſuam in pecuniam commutant, & ſic illò migrant: ita planè, & tunc faciebant homines illi ad Cœlum vocati, & ad ſupernam metropolim, & regnum, quod illic eſt. Nam perſuaſum habentes, illic eſſe patriam, omni ſubſtantia ſua in pecuniam commutata, pecuniam per Apoſtolorum manus illò præmiſerunt. Eſt enim extremæ ſtultitiæ relinquere aliquid rerum noſtrarũ in hoc loco, nobis paulò poſt etiam hinc emigraturis. Quicquid enim relinquitur, in damnũ cedit. Quapropter illò præmittantur omnia, vbi, & nos ſemper poſthac ſumus conuerſaturi. Hæc quoque, quia, & ipſi reputarunt, omnem ſimul depoſuerunt ſubſtantiam: fiebatque illis duplex pietatis opus; ſubleuabant enim indigorum inopiam, & theſauris ſuis in Cœlo repoſitis, plures, & ſeciuriores ſuas facultates faciebant. Ita Chryſoſtomus. Cui concinit illa Diui Gregorij ſententia, expendentis illam Chriſti vocem: facite vobis amicos, &c. *Si eorum amicitijs aterna tabernacula acquirimus dantes, proculdubio pẽſare habemus, quia patronis potius munera offerimus, quàm egenis dona largimur.* Hæcque fuit ratio, cur inuictus martyr, qui poſt Apoſtolorum tempora, æquali cùm primis fidelibus fide refulſit Laurentius, tam grandi æſtimatione pauperes proſequeretur, vt in eos profunderet omnes illos abundãtiſſimos theſauros, quos duo Philippi Auguſti, Iuliana Mamea mater Imperatoris Alexandri Seueri, Flauia Domitilla, alijq; Sancti Eccleſiæ contulerant in tuto illos reponere volens; & grandi quidem affectu, & voluntate, primò grandem de pauperibus æſtimationem faciens, in quorum vnoquoq; ipſummet Chriſtum contemplabatur: vnde, vt Beatus Ambroſius expendit, ipſoſmet pauperes veros reputauit theſauros. Tyranno namque theſauros quærenti, pauperes oſtendit, dicens: *Hi ſunt theſauri Eccleſiæ*: & verè theſauri, inquit Ambroſius, *in* quibus Chriſtus eſt. Secundò, intelligens illos nihil eſſe aliud, quàm vectores in Cœlum, eorum quæ in manibus ipſorum reponebantur: vnde ad eundem tyrannum dixit: *Facultates Eccleſiæ, quas requiris, in Cœleſtes theſauros manus pauperum deportauerunt*. Hæc inſuper fuit cauſa, vt Beatus Auguſtinus obſeruauit, cur Sanctus Paulinus Epiſcopus Nolanus, cum Barbari Nolam vaſtarent, ſeque ab eis compreheſum videret, ſecurus de theſauris, & bonis ſuis exultaret; quod omnia pauperibus erogaſſet. Tunc diuites cæteri varijs anxietatibus fuerunt afflicti, quando omnia, quæ in terra condiderant, prædones rapuerant; illiſque omnibus flentibus, Paulinus ſic in corde ſuo precabatur, vt ab eo accepimus, ait Auguſtinus: Domine non excrucier propter aurum, & argentum. Vbi enim ſunt omnia mea, tu ſcis. Ibi enim habebat omnia ſua, vbi eum condere, & theſaurizare ille monuerat, qui hæc mala mundo ventura prædixerat, clamaueratque: *Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra, vbi fures effodiunt, & furantur.*

18. *Moral. c. 12.*

3. *Offi. cap. 28.*

1. *de ciuit. cap. 10.*

Mat. 9. 19.

§. 40. *Grandem gratiam reputabant Corinthij, ſi pauperes ad eorum menſas ſederent. Non tam tu pauperi, quam ille tibi, gratiam facit, cum quod dederis accipit.*

¶ 528. *Hom. in illud, oportet hæreſes eſſe.*

SEcundum, quod Chryſoſtomus annotat, eſt reuerẽtia, & affectus, quo illi primi fideles proſequebantur pauperes, menſis ſuis iudicantes digniſſimos, tãtoque ſe vnuſquiſque fœliciorem, nobilioremque reputabat, quãtò proximiorem aſſidentem ſibi in menſa habebat pauperem, cui ex ſuiſmet epulis dulciores offas, & buccellas poſſet exhibere. Ex quibus explicat illam Apoſtoli ſententiam: *Oportet hæreſes eſſe, vt qui probati ſunt, manifeſti fiãt in vobis*. Quærit enim Chryſoſtomus

ad Cor. 11. 19.

quæ

quænam hæreses essent istæ apud Corinthios, ex quibus fiebant manifesti, qui erant à Deo probati, & prædestinati. Et ad huius explicationem supponit, primò, Apostolum non consulendo, sed prædicendo locutum: nam si consulendo loqueretur, inculpati forent hæresiarchæ. Non ergo consulentis, sed futura prædicentis verbum est: quomodo, & medicus videns ægrum gulæ, & ebrietati interdictisque alijs deditum, dicit: Profectò necesse est, vt incontinētia hæc febrim pariat: quibus verbis nō legem statuit, neque consulit; sed è præsentibus futura conjectat. Similiter, & agricola, & nauta, cùm videt conglobari nubes, & audit tonitrua, dicit: Fieri nō potest, quin nubes illæ pluuiam, aut & varios imbres pariant, neque enim hi laudant futura, sed prædicunt, quod apparet. Et nos sæpe numero, cum videmus homines inter se disceptare, grauique dicacitate mutuum inuadere, dicimus: Oportet quidem ex huiusmodi pugna magnum quoddam malum oriatur: quibus tamen verbis neque nos consulimus, neque quempiam incitamus: sed quid futurū sit ex præsentibus diuinamus. Ita nec Paulus aliquid cōsulit, dū dicit: *Oportet hæreses in vobis esse:* sed prædicit, & prophetat rem euenturam.

Galat. 1. 7. 8. & 9. Ipse enim est potius, qui dicit: *Si Angelus vobis aliud euangelizat, præter id quod accepistis, anathema sit.* Ipse qui

Galat. 5. n. 2. & c. 6. n. 13. circumcisionem prohibuit, cum præter tempus obseruaretur, & puritatē prædicationis Euangelicæ interturbaret: *Si circuncidamini, Christus nihil vobis proderit.* Supponit secundò Chrysostomus, quid significet illud: *Vt qui probati sunt, manifesti fiant in vobis.* In scripturis enim, dictio *Vt*, plerumque non causam significat, sed magis euen-

Ioan. 9. 39. tum rerum: sicut cum Christus dixit cæco illuminato: *In iudicium ego veni in hunc mundum, vt qui non vident, videant, & qui vident, cæci fiant.* Ergone ea de causa venit, vt illi excæcarentur? non ideo venit, tametsi ita

Rom. 5. 20. euenit. Idem dicit Paulus; *Lex subingressa est, vt peccata augeret,* cùm tamē ob hoc potius fuerit ingressa, vt peccata minueret, etiamsi secus acciderit ob illorum insipientiam, qui illam acceperunt. Sic vtique nec hic causam reddit, sed euentum indicat; quandoquidem alia causa est, & origo hæreticorum, neque inde sunt hæreses, vt probati manifesti fiant; sed aliunde occasiones acceperunt, quas Christus explicauit, proponens parabolam seminantis bonum semen in agro suo, & dormientibus hominibus venit inimicus homo, & superseminauit zizania. Vides hæresum causam hanc fuisse, quod homines dormierunt, quod negligentes fuerunt, quod non diligenter his, quæ dicta sunt, intenderunt. Ita Chrysostomus, breuiusque D. Thomas *a* expositit, ex illa Augustini *b* doctrina, dicentis, Deum adeò esse bonum, vt non permitteret mala fieri, nisi inde bona eliceret. Tertiò supponit Chrysostomus, Apostolum, *Hæresis* nomine, non illam intelligere, quæ dicit, errorem mentis contra fidem, non enim Corinthij in fide deficiebant, sed de quadam corruptione morum eorundem. Et commune est patribus Græcis, sæpè hæresis nomen pro peccato corrumpente voluntatem vsurpare, quomodo hoc loco illi ferè omnes accipiunt, quamuis SS. Patres Latini etiam de hæresi, quæ errorem mentis contra fidem dicit, intelligendū credant, signanter Cyprianus. De quibus alibi. Tandem vt rem totam Chrysostomus explicet indicaturus, quodnā vitium inter Corinthios vigens vellet Apostolus reprehendere, quod hæresis nomine vocauit, supponit consuetudinem illorum primorum Christianorū, qui primitus Euangelium ab Apostolis audierunt. Cùm enim viderent Euangelium tanta diligentia commendare pauperes, intelligentes Christum in eorum persona exhiberi, & illos esse suorum thesaurorum vectores in cœlum, summa eos prosequebantur reuerentia, quos supplices rogabant, vt vellent bona ipsorum recipere, vt paulò ante dictum est; illeque se nobiliorem reputabat, qui maiora benignitatis officia in pauperes erogaret, & qui in mēsa sua sibi valde proximos haberet. Ab hac consuetudine, inquit D. Chrysostomus, inoleuit in Ecclesijs alia quædam consuetudo mirabili ibidem enim cēs in conuentibus suis, post-

a *In c. 11. 1 ad Cor. ad lect. 4.*

b *In Enchrid. c. 11. q. 32 p.*

Libr. de vnitat. Eccles.

quam audiſſent doctrinas, poſt preces, poſt ſacramentorum communionem, ſoluta concione non mox domum redibant: ſed diuites, & abundantiores, alimenta, & edulia à domibus ſuis deferentes, pauperes vocabant, communeſque faciebant menſas, communia prandia, communia conuiuia in ipſa Eccleſia. Timebat, quantum exiſtimo, quiſque eorum, quod ſi differret pauperum ſubſidium, volens eos in domum ſuam deferre, præueniretur ab alio, & hac priuatum ſe gratia inueniret: ideò ad ipſammet Eccleſiam cibos deferri è domibus conſtituebant, vt pauperes ex illorum oculis auerti non poſſent, ibidemque eos varijs edulijs recreare valerent. Atque ita à communione menſæ, & pietate loci vnde quaque omnes ad charitatem accendebantur. Hunc morem Corinthij proceſſu temporis corrumpebant, & pauperes contemnere incipientes, iam ad illas epulas, quas ad Eccleſiam ferebant, non pauperes, ſed diuites, & nobiles ſibi ſimiles incitabant. Vnde contingebat, quod pauperes aduenientes, menſa iam alijs præuenientibus occupata, verecundè diſcederent. Proinde prauam hanc conſuetudinem emendat: *Hoc*, inquit, *præcipio, non laudans, quod in melius, ſed in deterius conuenitis*. Quid eſt, inquit Chryſoſtomus. *Non in melius?* Progenitores, ait, veſtri, & patres, ſubſtantias ſuas vendebant, & poſſeſſiones, & opes, & communia omnia habebant, & magnam in primis inter ſe charitatem: quos cùm imitari vos deberetis, non ſolum nihil talium feciſtis; ſed etiam id quod vobis reliquum erat perdidiſtis. Fratres veſtri pauperibus omnes poſſeſſiones concedebant: vos pauperes menſa etiam illis conceſſa priuaſtis. *Nam primum quidem, conuenientibus vobis in Eccleſiam, audio ſciſſuras eſſe inter vos, & ex parte credo*. Vide quomodo prudenter correctionem adhibet, inquit Chryſoſtomus. Non credo, nec dixit, Credo; ſed medio verbo vſus, moderationem adijciens, quaſi dicens: Si emendati fueritis, non credo, ſin ita perſeueratis, *Credo*. Itaque non accuſauit, & accuſauit tamē, vt legitimam ipſis pœnitentiæ correctionisque ſpem daret. *Oportet enim*, inquit, *hæreſes in vobis eſſe, quo qui probati ſunt, manifeſti fiant inter vos*. Dic igitur, inquit Chryſoſtomus, quæ illæ hæreſes? Hic attendite, quod non de articulis fidei dictum eſt; ſed de diſcordia, & ſectis circa menſam, quam præmiſerat, dicens: *Audio ſciſſuras eſſe inter vos*. Et cum dixiſſet: oportet hæreſes eſſe, ſubdit: modum hæreſeon: *Igitur cùm conuenitis in eundem locum, iam non eſt Dominicam cœnam manducare*. Quid eſt Dominicam cœnam manducare? Non eſt comedere herilem cœnam. Illam autem cœnam dixit, quam ſuprema nocte tradidit Chriſtus, cum diſcipuli omnes eſſent cum eo. In illa enim & dominus, & ſerui omnes ſimul ſedebant. Vos autem cum ſitis conſerui, inter vos tamen diſſidetis, & diuidimini; & Chriſtus non proditorem abegit, tu autem pauperem depellis. Ob hoc dicit: *Non eſt Dominicam cœnam manducare*, vocans Dominicam cœnam, quæ omnibus ſimul conuocatis, concorditer, & communiter ſumitur. Hæc, & alia latè ad hoc inſtitutum proſequitur Chryſoſtomus: iuxta cuius mentem hoc in Corinthijs reprehendere voluit, quod in illis cœnis, quas pauperum occaſione in Eccleſijs introduxerant, vt eos alerent, demulcerent, fouerentque; iam non pauperes aduocarent, nec ſecum ſedentes ſuſtinerent. Et quamuis multi Sancti Patres alios Corinthiorum defectus à Paulo etiam reprehenſos credant, vt quod non ieiuni communicarent, quod poſt communionem comeſſationibus, & compotationibus indulgerent, quod Eccleſiam polluerent, & pauperibus confuſionem incuterent, de quibus alibi: tantummodo nunc Chryſoſtomi ponderationem ad noſtrum inſtitutum expendimus. Hanc itaque iuxta Chryſoſtomum ſeparationem, qua diuites ſe à pauperibus ſeparabant, nec iam ſicut eorum progenitores, ad menſam ſecum aſſidentes, reponebant pauperes, ſingulariter reprehendit, quam ſeparationē hæreſim vocat. Hāc permittit Deus, *Vt qui probati ſunt, manifeſti fiant in vobis*: vt ſcilicet

¶ 516.

ad Cor. 11. 17.

quo-

quodam grandi, & quasi violento indicio fiat manifestum, quinam Deo sint grati, & probati, & prædestinati. Quamuis enim nullus de diuina gratia, approbatione, ac prædestinatione sua certus sine reuelatione esse possit: relinquit tamen ad nostrum solatium Deus, vt Sanctus Bernardus docuit, quædam illius indicia, inter quæ illud Apostolus iudicat grande, & quasi violentum, pauperes secum assidentes in mensa reponere, eos fouere, alere, reuereri, grandi affectu prosequi, liberaliter in eos bona profundere, attendendo Christum in illorum esse persona, & illos esse vectores in Cœlum eorum, quæ manibus ipsorum reposita fuerint. Et hinc te ipsum examina: si saluus esse cupis, Deoque gratus, vide quomodo erga pauperes sis affectus. Si enim hoc signum est grande, quod quis est Deo gratus, & prædestinatus; pauciores nunc apud nos inuenies, quam tunc inuenit Paulus inter Corinthios, qui suæ prædestinationis, & reprobationis signum hoc exhibeant: omnes fugiunt pauperes, auersantur, expellunt inopem, excutiuntque sicut locustam, & rem noxiam: quæ ad nihilum valet, nisi ad deuorandum. Nullus est, qui videns pauperem clamantem, eum auscultet. *Confundor*, inquit Chrysost. *cùm multos video diuites, equis in frænis aureis insidentes, & post se trahentes seruos auro micantes, & lectos habentes argenteos, & cum pauperi dandum fuerit, pauperrimis pauperiores reddites. quorum frequens est sermo: Ecclesiastici alant eos, &c.* Nō ita illi priores Christiani, quos bene Sanctus Apostolus Iacobus vocat, *Diuites in fide*, qui quis esset in paupere, contuebantur, quos Dauid propterea beatos iam adhuc viuentes vocauit, dicens: *Beatus qui intelligit super egenum, & pauperem*, in egeno, & paupere, quem oculis vident, aliud intellectu per fidem illustrato intelligit, scilicet Christum; quique intelligit, eum non petere, quod tu dando perdas, & ille comedendo consumat: sed quod tibi in Cœlum recondendum reportet. Hac de causa, inquit Chrysostomus, illi excellentes fideles grandem gratiam sibi reputabant à pauperibus impendi qui quæ illis offerebant, recipere volebant. Et eadem, inquit, de causa Abraham admirabilis est, non solum quod vitulum immolauit, neque quod farinam commiscuit, sed quod multa cum humilitate, & voluptate hospites suscepit. Currebat enim in occursum eorum, & pronus in terram adorabat: *Accurrebat, & ministrabat, Dominos appellabat, thesaurum innumerorum bonorum inuenisse putabat, si quando hospitem videret prætereuntem*, & non solum secum ad mensam pauperes sedere faciebat: sed illis sedentibus, ipse stans ministrabat: nec contentus alicui seruorum opus cōmittere, ipse pedes lauabat, fercula ministrabat, vina porrigebat. Non mirum: pater fidei, & excellenti fide pollebat, & intelligebat sibi gratiam potius impendi, quam impendere, seque potius recipere, quā dare. Et ita, inquit Chrysostomus, debet esse affectus eius, qui eleemosynam dat, si illius meritum integrè reportare desiderat, maius enim beneficium recipis, quam impendas, cum das fructum panis esurienti, calicem sitienti, vestem nudo. Quod cœlestis Sponsus aptissimè, & excellentissimè indicauit, Sponsæ suæ vbera commendans: *Duo*, inquit *vbera tua, sicut duo hinnuli caprea gemelli, qui pascuntur in liliis*. Prima fronte, incongrua, immo, & penitus contraria rei explicandæ videtur metaphora. Si namque vbera sunt, quæ lactant, & pascunt infantulum, quomodo dicuntur similia hinnulis, qui non pascunt, & lactant; sed qui potius pascuntur, & lac ad se trahunt? Si diceret, vbera similia fonti limpidissimo, scaturienti, & præbenti aquas dulcissimas, aut fauo mellis emittenti dulcissimum mel, videretur congrua locutio. Caterum grande Sacramentum tibi ò dilues hæc exprimunt: vult enim Cœlestis Sponsus te docere, dum vbera substantiæ tuæ admoues pauperi, præbesque ei sustentationem, illa esse tanquam hinnulos, non qui pascunt, sed qui pascuntur: quia dum tu videris pascere pauperem, & bona in pauperem profundere, potius recipis meliora, & ditiora: nec admoues vbera pauperi, vt eum pascas, & illi dones: sed vt ab eo recipias hanc gratiam,

Serm. 1. de Septuag. in princ. & 2. in octaua Paschæ, in medio.

Hom. in dictum Apost. cis.

Genes 18.

Cant. 4. 5.

Homil. 37. ad pop.

Iacob. 2. 5.

Psal. 40. 1.

¶ 331.

quod bona tua in Cœlum deferat, & reportet: nec tam das corruptibilia, quam incorruptibilia recipis. Deus, inquit idem Chryſoſtomus, non ſolum eleemoſynam inſtituit, vt paſcantur indigis ſed etiam vt dantibus accreſceerent beneficia, atque ideo magis propter dantes, quam propter recipientes, *& propterea vera eleemoſyna eſt, ſic dare vt gaudeas te dare: puteſque te accipere magis quàm dare. Quod ſi ſecus effectus es, neque ſic dederis, vt te putes magis recipere, quam dare, non dediſti ſicut dare te oportebat.* Hinc inuehitur in illos, qui dantes pauperibus credunt bona ſua inde minui, & quod eleemoſyna eſt in decrementum ſubſtantiæ dantis, & in augmentum ſuſcipientis: Si hoc animo es, ait Chryſoſtomus, prorſus ne des: niſi tibi in Cœlis aurum tuum multis partibus augeri confidis, ne tribuas. In cuius confirmationem expendit Diuus Thomas quædam verba Apoſtoli hortantis Corinthios, vt eleemoſynas, quas in ſubuentionem pauperum, qui erant in Ieruſalem, facere cæperant, perficerent: *Hoc enim*, inquit, *vobis vtile eſt*, Quamuis enim vtilis ſit eleemoſyna pauperi recipienti, vtilior eſt diuiti facienti illam. Gratiam propterea ſe recipere, magis quam impendere credebat Abraham, & potius paſci ab his, quos paſcendos ſuſcipiebat, qui ad eorum pedes prouolutus, adorans eos, in quibus Deum ipſum contemplabatur, dicebat: *Obſecro, Domine, ſi inueni gratiam in oculis tuis, ne tranſeas ſeruum tuum*. Similiter, & Sanctus Lot, qui ad fores ciuitatis egrediens, peregrinos expectaturus, cùm vidit eos venientes, *ſurrexit, & iuit obuiam eis, adorauitque pronus in terra, & dixit: Obſecro Domini, declinate in domum pueri veſtri*. Vt hæc omnia concludamus, obſerua hiſtoriam, quam Sanctus Ioannes Archiepiſcopus Alexandrinus, qui Eleemoſynarius fuit vocatus, refert *b*. Erat hic Sanctus præſul ſemel in Africa, in domo cuiuſdam diuitis crudelis: cumque iuxta portam illius multi congregarentur pauperes, quia frigus erat, ibique radij ſolares vigebant, cœperunt inter ſe, ſicut de more habent, enumerare domos miſericordum, in quibus eleemoſynam accipiebant: & crudelium, in quibus nihil accipiebant ſubſidij, illas laudantes, has execrantes, inter quas ſingulariter illius diuitis recenſebant, & ſe inuicem rogabant, an aliquis vnquam ibi eleemoſynæ particeps fuiſſet. Cum verò nullus eſſet ex omnibus, qui affirmaret: vnus ex illis, Quid, inquit, mihi dabitis, ſi accedens ego conſequutus fuero eleemoſynam? Cum autem de ea re pacta feciſſent, accedens pauper ad oſtium diuitis, inuenit ipſa hora piſtorem trahentem multum pane onuſtum, qua occaſione miſericordiam obnixè poſtulauit. Diues autem furore percitus, vno pane arrepto, eo vſus tanquam lapide, iecit in pauperem: quem ille protinus accipiens, aliis pauperibus oſtendit. Statim autem diues morbo lethali correptus, in extaſim raptus, videbat à ſe exigi actionum ſuarum rationem, videbaturque ei adeſſe trutina, in cuius ſiniſtra lance videbat quoſdam nigros congregatos, multa eius turpia facta in lance ponentes: in dextera autem viros candidatos, quaſi triſtes, & mœrentes, dicentes, quod nihil haberent quod opponerent, niſi panem illum, quem duobus ante diebus, & nec ipſum quidem ſponte dederat pauperi. Cum nihilominus illum in altera lance poſuiſſent, fecerunt trutinam ex vtraque parte ex æquo propendentem. Tunc illi candidati conuerſi ad diuitem dicunt: Accedens, adde huic pani, & operare, nam illi quos vides nigri, ſunt te accepturi. Cum itaque ad ſe redijſſet, agnouit eleemoſynæ virtutem, & quid poſſit illa voluntaria, ſi inuoluntaria tantum potuit illi prodeſſe.

Homil. 37. ad popu. & ſerm. de eleemoſ. & collat. in Sanctos & Hom. in dictum Apoſt. cit.

Hom 16 in 2. ad Cor. in moral.

In ea. 8. 2. ad Corint. lect 2.

2. ad Cor. 8. 10.

Gen. 18. 3.

a Gen. 19. 1. 2.

b Apud Leõtium in vita S. Ioan. Eleemoſynarij apud Suriũ 23. Ianuarij.

§. 41. *Pauperem occurrentem, cognoſce bonorum tuorum vectorem in cælum: ideo ne curiosè examines, nec acribus verbis vrgeas.*

¶ 532. EX his Diuus Chryſoſtomus ſæpiſſimè in Chriſtianos inuehitur, ꝙ nimis curiosè pauperes ſcrutentur, inquirentes, cuiates ſint, vnde veniant, quo vadant, cur non laborent: de qua re integrum edidit ſermonem, cuius titulus eſt: Ne ſcrutemur pauperiores curiosè. Quid, inquit, ſtipem depoſcentem ſcrutaris? Quin illum Chriſti ob gratiam excipe: nam ſi nimium fueris explorando, curioſus, vel probum plerumque virum præteribis, facieſque hoc modo futuræ, & emeritæ mercedis iacturam: quamuis qui vel improbum pro Chriſto ſuſceperit, capiet pro eo, & præmium *nam qui Prophetam ſub Prophetæ nomine ad miſerit, Prophetæ mercedem accipiet.* Non itaque panis vnius gratia petiti, vniuerſa inopis vita eſt indaganda, qui ſiue prædo fuerit, ſiue aliud quiduis, num propterea vno pane, aut paucis argenteis apparet indignus? Cui Dominus tuus orientem ſolem eſt impartitus, per exiguum ipſe cibatum, & tenuem victum exiſtimas immerentem? Quin etiam, quod dictu maximum eſt ſi vel hunc compertum habeas, innumeris eſſe vitijs conſtipatum, eoque paruo, & exili cibo fraudaueris, nihil id tibi poterit ad excuſationem valere, quem Chriſti nomine audis poſtulantem. In huius proſecutionem, duo ſingulariter Chryſoſtomus ſtatuit, primum, quod non tibi, qui homo particularis es, committitur, ſcrutari pauperis perſonam; ſed fouere, & reficere; nec illum ad te mitti, vt illum examines, ſed vt reficias: ideoque Chriſtum in cuiuſuis pauperis perſona ſe repræſentaſſe, vt illum attendens, hunc minimè curiosè ſcruteris. Secundum, quod intelligas, aptè Chriſtum tibi impoſuiſſe, vt miſericors eſſes, ad modum patris cœleſtis, ad quem cum accedis miſericordiam poſtulaturus, primum poſtulas, ne te vitam tuam, meritaque tua conſideret, aut attendat; ſed in ſua ſolum miſericordia oculos conijciat, ideoq; ſtatim in principio ſupplex dicis; ne memineris Domine peccatorum meorum, aut quis ego fuerim. Ne igitur tu in pauperis vitam oculos conuertas. Benignitatis, & clementiæ tempus eſt, non accuratæ, & exactæ examinationis: miſericordiæ, non ratiocinationis. Vult Chriſtus nutriri; ſi vis quidem, da; ſin minus, amanda. Hæc, & alia latè Chryſoſtomus ibi proſequitur. Et alibi: Patriarcha, inquit, Abraham præ foribus ſedēs, introducebat prætereuntes omnes, & quemadmodum piſcator iacto in mare reti, piſcem quidem attrahit; attrahit autem frequenter aurum, & margaritas; & hic itidem, reti captans homines, piſcatus eſt tandem, & angelos (quodque mireris) etiam inſciens. Id quod, & Paulus in huius laudibus dixit: *Sectare hoſpitalitatem: per hanc enim quidam inſcientes hoſpitio receperunt Angelos.* Ac rectè dixit, *inſcientes*, nam ſi ſciens eos excepiſſet tanta cum humanitate, nihil magni mirive feciſſet; ſed eos credens homines viatores, cum alacritate vocauit intrò. Non excutiebat quales eſſent prætereuntes, nec vnde venirent; quemadmodum, & nos nunc facimus: ſed ſine delectu prætereuntes recipiebat omnes. Nam eum, qui præſtat humanitatem, non oportet expoſcere vitæ rationem: ſed inopiæ mederi. Vnicum habet opus patrocinium pauper, quod eget, ne quid ab illo poſtules amplius. Sed etiam ſi fuerit omnium improbiſſimus, & neceſſario victu eguerit, eius famem ſedemus: ita enim Dominus dixit: *Eſtote ſimiles patris veſtri, qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos, & iniuſtos.* Portus eſt in neceſſitate conſtitutorum, homo miſericors, portus autem omnes, qui in naufragium inciderint recipit: arbor eſt procera magnis, & extenſis facultatum ramis extenſa, non igitur abigat paſſeres, qui ad mancandum, & protegendū ſe veniunt, in

Ser. ne ſcrutetur. &c. to. 5. & hō. 10. & 11. in epiſt. ad Heb.

Matth. 10. 41.

Homil. 9. in Lucam quæ eſt de Lazaro.

Ad Heb. 13. 2.

Homil. 10. & 12. in ep ad Heb. circ.

Matth. 5. 45. & 48.

hoc namq; excelsas arbores Deum posuisse, dixit Dauid: *Cedri libani quas plantauit; illic passeres nidificabunt.* Nõ dubium, inquit Ambrosius, multos venire sub pauperum specie, qui nullam causam nisi vagandi habentes, subsidia pauperum euacuant. Modus propterea adsit largiendi, vt neque illi inanes recedant, neque transcribatur vita pauperem in spolia fraudulẽtorum. Nullũ qui operari potest, inquit Chrysostomus, voluit Paulus mendicare: sed quod labore victum quærat; & qui nõ laborat, non manducet. Sed qui hoc postulantibus præscripsit, statim addidit: *Bonum autem facientes, non deficiamus,* volens pauperes ab ocio liberare, nolens diuites à liberalitate deficere, per quam quantumcuuque fictus sit pauper, seipsum decipit, non dantem. Ex eadem causa Diuus Gregorius reprehendit eos, qui duris, asperisque verbis pauperes prosequuntur, vocantes eos otiosos, vagabundos, importunos, expendens illud Iob: *Si despexi prætereuntẽ.* Sunt, inquit, aliqui, qui egenos fratres non student rebus fulciri, cum possint, sed blandis tantum sermonibus fouent. Quos Iacobus vehementer reprehendit dicens: *Si autem frater aut soror nudi sint, & indigent victu quotidiano; dicat autem aliquis ex vobis: Ite in pace, calefacimini, saturamini, non dederitis autem eis, quæ necessaria sunt corpori, quid vobis proderit?* Quos Ioannes quoque admonet dicẽs: *Filioli, non diligamus verbo neque lingua, sed opere, & veritate.* Sed sunt nonnulli, qui mox vt ab egenis fratribus fuerint necessaria postulati, post dona largituri, in eos prius contumeliosa verba iaculantur, qui etsi rebus ministerium pietatis proficiunt, verbis tamen gratiam humilitatis perdunt; ita vt plerunque videatur, quia illatæ iam iniuriæ satisfactionem soluunt, cùm post contumelias dona largiuntur: quibus bene per Ecclesiasticum dicitur: *Omni dato ne des tristitiam verbi mali.* Et rursum: *Adde verbum super datum bonum, & vtraque cum homine insufflcato:* videlicet vt datum exhiberi debeat per pietatem, & bonum verbum tribui cum humilitate; *Deus dat nobis vitam: inspirationem, & omnia,* vt Paulus dixit, & nihilominus: *dans omnibus affluenter, non improperat.* Ita Gregorius, more suo mansuetè tradidit: Chrysostomus tamen grandi ira excãdescit in eos, qui iniuriæ, & contumeliæ verba in pauperes iactant. Ocium, inquit, audes cæteris obijcere, qui tot delicta tibi non obijcis, non latrocinia, non alia mille facinora recordaris? Hęc autem dico, non quia velim legem pro ociosis condere; sed quia valdè desidero bonis vos esse operibus occupatos. *Sed multa,* inquis, *mendacia, multas fabulas pauperes fingunt.* Ego verò etiam hac de causa maiori misericordia moueor, cùm in eam necessitatem incidisse homines videam, vt impudentissimè mendacijs viuere cogantur, quorum nos non modò non miseret; sed verbis etiam asperis lacerамus. Si simulat (inquit alio in loco) ex inopia, & necessitate, simulat propter crudelitatem tuam, & inhumanitatem, huiusmodi personarum simulationibus egentem, quæ nulla commouentur misericordia. Itaque *simulatio illius, tua est inhumanitatis præconi.* Cum enim rogans, & supplex, & miserabilibus verbis, & anxius, & lacrymans totum diem circumeundo mendicans, ne necessarium quidem victum comparat, fortasse hanc artem inuenit, quæ non tantum illi, quantum tibi affert ignominiam, & culpam: nam si falcilè moueremur, nunquam sanè illi huiusmodi eligeret sustinere. Et quid nuditatem, & tremorem memoro? Dicam, quod longe horribilius est, quod nonnulli suos cæcare filios, ætatis florem agentes, coacti sunt, vt crudelitatem nostram flecterent: siquidem cum sensus visus fruentes, & nudi circum mendicantes, neque ætate, neque calamitate inhumanos, atque immisericordes mouerent; tantis malis aliam addiderunt calamitatem, & quidem maiorem: & vt famem lenirent leuius fore arbitrati sunt, hoc communi lumine, & solaribus radijs omni humano generi concessis, priuari, quã perpetuò cũ fame pugnare, & miserrima morte perire. Hinc alij fine calceis incedũt, alij capiti acutos clauos infigũt alij.

Psal. 103. 16. 17.
2 Offi. cap. 10.
Hom. 36. in Matth.
Gal. 6. 9.
¶ 133. 21. Moral. cap. 14.
Iob. 31. 19.
Iacob. 2. 15 16.
1 Ioan. 3.
Eccl. 18. 15. 17.
Act. 17. 25
Iacob. 1. 5.
Hom. 21. in 2. ad Cor.

alij per ipſum gelu nudo corpore mendicantes petunt, alij his etiam grauiora ferentes, miſerabile de ſe præbent ſpectaculum, &c.

¶ 534. Coactus fuit Dauid ſe fatuum fingere coram rege Achis, & principibus eius, *& immutauit os ſuum coram eis, & colla bebatur inter manus eorum, & impingebat in oſtia porta, deſluebãtque ſaliua eius ſuper barbam*, vt propriæ vitæ, & ſaluti cõſuleret: & inter illos impios illam ſeruaret. Impietas, & crudelitas tua in cauſa eſt, cur pauperes ſe fingant infirmos, & ſe exhibeant horridũ ſpectaculum. Et quamuis illi hæc agendo malè faciant, grandem tamẽ tuam crudelitatem, & culpam oſtentant. Dices, inquit Chryſoſtomus; Moleſtus eſt pauper, qui ſemel accepit, & iterum alia die regreditur poſtulans. An ergo cibo rurſus non indigent, quia ſemel atque bis acceperunt? Cur nõ quoq; tuo ventri eandem legem imponis? Sed ventrem quidem tuum vltra menſuram replendo diſrumpis, à paupere autem modica petente faciem auertis, cuius vel hac de cauſa miſereri debes, quoniam quotidie te adire, non parua premitur neceſſitate. Nam ſi nulla eſſet ratio, quæ ad miſericordiam flecteret; propterea tamen miſericors erga pauperem eſſe deberes, quoniam neceſſitate coactus ad te venit. Dare miſericorditer non vis? Quid igitur criminaris? Quid tribulas calamitoſam atque miſeram animam? Refugit ille ad manus tuas, vt in tranquillum portum: cur tu omnem fluctuum vim in illum concitas, & maioris hyemis ſibi reddis procellas? Si præbere non vis; cur cædis? Si tibi largiendi animus non eſt, cur contumeliaris? *Eſtote*, inquit Chriſtus, *miſericordes, ſicut Pater veſter cæleſtis miſericors eſt*. Vide qualiter Deus ſit erga te miſericors: nunquam ille nos moleſtos reputat, vel importunos, etiam ſi non ſolum qualibet die; ſed quolibet momento ad fores eius pulſemus. Imò tunc ille verè miſericors pater ſibi moleſtiam inferri clamat, cùm à petendo ceſſamus, & cùm non poſtulamus. Ideo enim Iſaias ijs qui à Deo petere nolebant, dixit: *Moleſti eſtis Deo meo*. Hac de cauſa Chriſtus Dominus voluit, vt ſemel ſaltem quolibet die ad Dei oſtia clamaremus; qui propterea modum orandi tradens ſtatuit, vt ſolummodo *panem noſtrum quotidianum*, peteremus, non pro multis diebus; ſed quotidianum, pro quolibet die, vt quolibet die petere cogeremur. Deinde ille pauperes conſtituit in remedium peccatorum tuorum, vt dictũ eſt. Tu quotidie peccas, *& iuſtus ſepties in die cadit*. Grãdis ergo fauor Dei eſt, quotidie, imò quolibet momento pauperes ad te mittere, vt peccata tua eleemoſynis redimas. Inſuper conſidera, inquit Chryſoſtomus, pauperem eſſe à Deo miſſum, vt ex ijs quæ tibi tanquam ſeruo, & œconomo diſpenſanda commiſit, eroges. Si famulus tuus ad alium famulum ſimiliter tuum, argentum repetiturus, quod illi dederit, iuſſu tuo profectus ſit; nec inde ſolùm inanis, verum omni conuitio, atque contumelia pulſus redierit; dic quo ſupplicio famulum tuum punires, cum te ipſum ab eo contemptum cenſeres? Pariter ergo de Deo etiam cogita. Ipſe eſt enim, qui ad nos pauperes mittit: nec noſtra; ſed Dei damus, ſi quid dederimus. Quod ſi non dederimus, verum etiam iniuria laceſſitos repulerimus; ipſe tecum animo volue, quibus ſupplicijs, quo fulmine rem dignam egerimus. Hæc omnia cogitantes linguam domitam quaſi frænò tenere, & omnem illiberalitatem eijcite, & non pecunijs ſolum, & rebus noſtris, verum etiam ſuauitate ſermonis conſolemur pauperes. Hæc, & alia Chryſoſtomus ſæpè repetit, quæ non ideo dicta intelligas, quaſi Reipublicæ gubernatoribus non liceat examinare pauperum perſonas, & ſcrutari, an aliquis verùs ſit pauper, an potius fictus; & alia, quæ ſunt maximè vtilia Reipublicæ: ſed quantum illos hæc decet ſolicitudo, & cura, tantum eſt indecens; cuiuis homini priuato, qui pauperem videns, attendere debet non tam ad illius, quam Chriſti perſonam, quam poſtulando refert, & reſonat: de quibus noſter magiſter Soto excellenter diſputauit. Ex ijs omnibus liquidò manet excellentiſſimum nobiſque conuenientiſſimum conſilium à Chriſto traditum

1. *Reg.* 21. 13.

Hō. 36. *in Matt. cit.*

Luc. 6. 36.

Iſa. 27. 13.

Matt. 6. 11

Pro. 24. 16.

In cauſa pauperum deliberatio

ditum dicente: Theſaurizandum in cœlo, illòque per manus pauperum bona noſtra transferenda, & tranſportanda.

§. 42. *Docet Chriſtus quid conſequaris, theſaurizando in cœlo, & cur id agere debeas: dignus pro tali doctrina, cui diuinos honores verius, quam gentiles Saturno tribuas.*

¶ 535. *Matt.6.21* *Vbi eſt enim theſaurus tuus, ibi eſt, & cor tuum.* Hæc totius noſtræ Euangelicæ lectionis eſt aptiſſima intentaque clauſula, iam ſuperius expoſita, quæ commune quoddam continet prouerbium, hominum ore frequenter repetitum; cuiuſmodi Chriſtus Dominus ſæpè ſermonibus ſuis intermiſcere conſueuit. In græco ſententia habetur in plurali: *Vbi enim eſt theſaurus veſter, ibi & cor veſtrum erit*: quomodo habetur apud Lucam. Huiuſmodi lectio congrua præcedentibus videtur, in quibus Chriſtus in plurali locutus fuit: *Nolite theſaurizare in terra: theſaurizate in cœlo*. Cæterum commune ſatis fuit Chriſto Domino in illo montis famigeratiſſimo ſermone, à plurali ad ſingulare ſe conuertere, vt magis vnumquemque moueret, ſingulariter ad vnumquemque verba ſua accommodans, & dirigens. Vnde quamuis in plurali dixiſſet: *Cùm ieiunatis*, ſtatim ad ſingularem ſermonem tranſiuit, ſubdens: *Tu autem cùm ieiunas*, vt intelligas illius ſermones in cõmuni dictos à te ſingulariter accipiendos, ac ſi tibi ſolummodo eſſent deſtinati, & ad te ſingulariſſimè, & ſolum modo directi. Hæc enim de cauſa ſæpè Spiritus ſanctus in ſcriptura ſacra à plurali ad ſingulare, & à ſingulari ad plurale, tranſijt: de quo D. Gregorius agit, alibique latius dicemus. Hæc igitur ſententia duobus modis accipi poteſt. Primò, vt dicat conſequutionem, & effectum, qui ſequetur ex eo, quod in cœlo theſaurizaueris; & vtilitatem quam inde conſequeris: non enim ſolùm facultates tuas liberabis ab ærugine, tinea, & furibus, & in tuto illas tibi collocatas conſtitues: ſed cor tuum etiam in tuto repones, liberum à curis, anxietatibus, timoribus. Nam *vbi eſt theſaurus tuus, ibi eſt cor tuum*. Si ergo in cœlo theſauros tuos poſueris, liberos ab ærugine, furibus, tinea, omni malo, & periculo: ſimiliter cum eis in cœlo cor tuum collocabis, liberumque reddes ab omnibus, quæ poterant illud torquere, corrodere, ſuffurari, & perdere. De quibus ſupra. Cæterum; aduerbium illud, *enim*, quod cauſale eſt, alium ſenſum indicat, vt dictorum cauſam præcipuam Chriſtus Dominus tradere velit. Hortatus fuerat, vt non in terra; ſed in cœlo theſauros tuos conderes. Huius duplicem cauſam poſuit: prima fuit, quam latè proſequuti ſumus, vt theſauros tuos tibimetipſi conſerues, & condas, quos ſi in terra dimiſeris, neceſſariò perdes, abſumendos ab ærugine, tinea, vel furibus, & ijs, qui ſi non te viuente, ſaltem moriente rapturi ſunt, aut accepturi. Secundam nunc cauſam adhibet, quam principaliter intendit, vt ſcilicet cor tuum in cœlo conſtituas, & colloces: collocatis enim in cœlo theſauris tuis, ibi collocatum erit, & cor tuum. Ita Baſilius *a*, Ambroſius *b*, & Auguſtinus *c*. Quod Deus præcipuè nobis curandum commiſit, eſt cor: *Omni*, inquit *d*, *cuſtodia ſerua cor tuum, quoniam ex ipſo vita procedit*. Expendit Gregorius illud: *Omni cuſtodia*, id eſt, ſumma, atque ſuprema. Cura vxorem, filios, ſeruos; ſed præcipuè cor. Cura facultates, diuitias, honores: ſed præcipuè cor. Ratio eſt, *quoniam ex ipſo vita procedit*. Eſt principium, radixque vitæ, Nihil magis in arbore curandum, quàm radix, qua deficiente aut infirmante, deficit, aut infirmatur fructus. Idcirco hoc Deus ſummè curauit, cor noſtrum à terrenis abſtrahere, & ad cœleſtia reuocare. Si ſemel in terra cõditum ſit, & radicatum, è terra humo-

Luc.12.24

Matt.6.19

Matt.6.16. & 17.

26.Moral. cap.10.

a *Hom.7. in diuites.*
b *Li.de Nabut.ca.14.*
c *Serm.50. de temp.*
d *Pro.4.23*

¶ 536.

humorem ſuget, omneſque fructus quos reddet, terreni erũt, & corruptibiles; ſi autem in cœlo fuerit conſtitutum, inde trahet cœleſtem humorem, & ſuccum, quo cœleſtes fructus producat. Vide illum, qui cor ſuum in terra conditum habet: nihil cogitat, concupiſcit, deſiderat, procurat, operatur; loquitur, fabulatur, niſi quæ de terra ſunt. Hæc tibi dormienti inſomnia, inquit Baſilius, & vigilanti deſideria. Quid mirum, quod qualem humorem fugit radix, tales fructus emittat? Res eſt admiratione digna, quam de Sancto Antonio Paduano, ſeraphici ordinis ſidere fulgentiſſimo, quem ipſe ſummus Pontifex Arcam teſtamenti vocabat, ſcriptam inuenimus. Vocatus fuit ſanctus vir, vt in exequijs cuiuſdam diuitis concionaretur, qui ſuggeſtum conſcendens, loco thematis hæc verba ſuppoſuit: *Vbi eſt theſaurus tuus, ibi eſt, & cor tuum*. Cumque ad audientium mores componendos multa dixiſſet, quando defuncti laudes incœpturus erat, quæ dixerat contra diuites, in illo voluit comprobare dicens: *Mortuus eſt hic diues, & ſepultus eſt in inferno*. Ite ad theſaurum eius, & in illius medio inuenietis cor eius. Corpore iam humato, conſanguinei diuitis fecerunt; quod vir Dei prædixerat: & cor eius adhuc calidũ in medio nummorũ inuenerunt. Ibi cor eius verius erat, quàm in corpore, quia cor potius eſt, vbi amat, quam vbi animat, vt habet Diui Auguſtini ſententia. Videte quo ardore pecunias diligebat, quod corpore iam frigido, & ſepulto, adhuc cor calidum inter illas extabat. Hinc proueniebat, quod nihil niſi de pecunijs cogitaret, loqueretur, procuraret. Qui autem cor in cœlo habent collocatum, de cœleſtibus loquuntur, & conuerſantur; cœleſtia tantum cogitant, concupiſcunt, & conquirunt. Talis erat Apoſtolus, qui dicebat: *Noſtra conuerſatio in cœlis eſt*. Venit ſingulariter Chriſtus homines à terra ad cœlum eleuare. Qui arborem vult tranſplantare ab vno loco in alium, primum de transferenda radice cogitat. Radix vitæ noſtræ cor eſt, qui hominem terra in cœlum vult tranſplantare, primum hoc ſtatuit, cor è terra eradicare, & cœlo transferre. Hoc ergo, vt perficiamus, ſuadet theſauros noſtros è terra abſtrahere, & in cœlo recondere, vt ſimul cum illis cor à terra eradicemus, cœloque locemus. Vt igitur poſt longam nauigationem ad portum nos recipiamus, contrahamuſque vela, manifeſtè ex his omnibus, quæ diximus, patet, quomodo Chriſtus Dominus aptiſſimè congruentiſſimèque tradiderit modum, quo omni ex parte rectè diſpoſiti ordinatique ſimus, ſecundum corpus, ſecundum animam, & ſecundum externas facultates, in ordine ad nos, in ordine ad Deum, & in ordine ad proximum: ſecundum corpus quidem, & in ordine ad nos per ieiunium, quod corporis carniſque vitia, & corruptionem comprimit, & corrigit: ſecundum animam, aut in ordine ad Deum, per rectum erga ipſum affectum, & intentionem, qui hanc ſingulariter attendit, conſpicit, & æſtimat: ſecundum autem externas facultates, & bona, aut in ordine ad proximum, per abundantem eleemoſynarum largitionem in pauperes. Nihil noſtri vult nobis perire, inquit Diuus Petrus Chryſologus, non ſolum corpus, & animam; ſed nec externa bona, quæ quomodo nobis eſſe poſſint profutura expoſuit. Et verè quamuis Chriſtus Dominus nihil aliud boni nobis contuliſſet, quam huiuſmodi doctrinam, qua docuit modum, quo ex corruptibilibus, perituriſque rebus poſſemus vitæ æternæ fructus conſequi dignus eſſet, qui à nobis magno in pretio, & æſtimatione habeatur, ingenteſque illi referamus gratias. Expoſuit Sanctus Auguſtinus in illo nunquam ſatis prædicando dignitate mirando, commendandoque opere, de Ciuitate Dei, in quo nihil ex ſcripturis ſacris, nec prophanis, & cuiuſuis generis auctoribus intactum reliquit, quiſnam fuerit Saturnus, vocatus alio nomine Stercen, ſeu Sterbutius, & cur illi tribuerint homines diuinos honores. Quidam putant illum non fuiſſe regem, ſed patrem Pici primi regis Laurenti, vrbis vetuſtiſſimæ in Latio: finito enim Argiuorum regno, translatoque ad Mycenas, vnde fuit Agamemnon frater Menelai, exortum eſt regnum Laurentum, vbi Picus Satur-

Hom. 6. in diuerſ. ad medii. Apud Surii tom. 3. 13. Iunij.

Phil. 3. 20.

Serm. 7.

¶ 537. 18. De ciu. c. 15.

Saturni filius, primus regnum accepit, iudicante apud Hebræos fœmina sancta Delbora, per quâ spiritus Dei agebat. Illum tamen prius filio suo in Latio in Italia regnasse, Virgilius notioribus literis tradidit (cuius versus Augustinus recenset) sub illoque secula aurea dicta fuerunt. Saturnum autem primò regem, deinde Deum homines constituerunt, quia peritissimus fuit agricola, à quo inuentum ferunt, vt fimo animalium agri fœcundarentur, quod ab eius nomine, qui vocabatur etiam Stercutius, Stercus dictum fuit. De his multa Scholiastes Augustini, quæ nunc prosequi non vacat. Regijs ergo diuinisque honoribus dignum homines iudicarunt hominem, qui modum tradidit, quo ex fimo, & stercore fœtido, & inutili vitam ipsi extraherent, & nutrimentum firmum, scilicet panem, & omnis generis fructus. Quanto magis Christus Dominus, etiam si in se non esset verus Deus, nec alia incomprehensibilia bona, & dona nobis contulisset, dignus esset, quilà nobis supremis, regijsque honoribus prosequatur, qui modum tradit agriculturæ cuiusdã cœlestis, quam nullus creatus intellectus posset designare; per quam ex diuitiarum stercore, & luto corruptibili, & perituro, ex quo generantur vermes, & corruptiones peccatorum, acquiramus æternæ vitæ subsidia, imò, & regnum æternum, si in pauperes tanquã in terram, & agros sparserimus, & effuderimus. Sit illi gloria in æternum. Sed quoniam hæc alibi ex professo prosequuturi sumus, iuxta eiusdem D. Augustini mentem, dicta sufficiant, in festo eiusdem D. Augustini sacri celeberrimique Doctoris. Vtinam, cuius volumina, quæ in terra reliquit magno Dei munere ad totius sanctæ Romanæ Ecclesiæ grandem, & inexplicabilem vtilitatem, frequentius, libentiusque quotidie euoluimus, eius patrocinia coram Deo sentiamus, cum quo in æternum regnat.

Iudic. 4.

8. Æneid.

Virg. 18. de ciuitat. cap. 15.

FINIS.

BIBLIOTECA PROVINCIALE SORIA

Angelus Cantinius Florentinus Corrector.

Sicnt? Top.
Est. 23
Tab. 3
Núm. 5
273

Musicum

A-216
432